
NAZIONALE
8
20 — M
31
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
ROMA

BARTHOLOMAEI BOTTAE PRESBYTERI ET PRAEP. S. PANTALEONIS PAPIEN.

Psalmodia, VNA CVM EIVSDEM Commentarijs.

OPVS SANE CVM CARMINIS ELEGANTIA tum multiplici eruditione exornatum, verumq; & catholicum Psalmorum omnium intellectum complectens.

Intelliget enim lector pius & Christianus, ex hac lectione & paraphrasi uberrimum fructum posse percipere.

Adiecto etiam Indice Psalmorum Alphabetico.

Nunc primò in lucem edita.





TICINI.

Apud Hieronymum Bartolum.

M. D. LXXX.

AMPLISSIMIS
AC INTEGERRIMIS
TICINI VRBIS OPTIMATIBVS, DOMINIS SVIS COLENDISS.



Hieronymus Bartolus Salutem, & Fœlicitatem.



VM mecum repeto, quanti sint æstimanda merita, quæ à clarissima nobilissimaq; Repub. & à magnanimis ciuibus quisquam ex ueteri iure hospitij fatetur se accepisse, nullius tantum flumen ingenij, nulla uis orationis satis idonea reperiri potest, quæ uel dicendo explicare, uel factis respondere ualeat. Ac me quidem, cui nulla vnquam rei literariæ facultas, nulla bonarum disciplinarum ratio cognita fuit, ita deterruit huius tantæ Reipublicæ amplitudo, præstansq; gloria, ut perhorrescat animus, uox hæreat faucibus. Incredibilis tamen huius inclytæ ciuitatis, ciuiumq; omnium benignitas uires recreat, ac animos suscitat, ut amplissimæ huic Reipublicæ propter singularẽ in me pietatis, atq; officij memoriam aliquo munusculo (quod exiguum in me fuit) gratiam referrem. Semper enim pro explorato habui, etiam si phialam tantùm aquæ (uelut ille Artaxersi Persarum Regi) obtulissem, meum studium, uoluntatemq; erga hanc regiam ciuitatem uos nobilissimos ciues æqui boniq; consulturos. Ad quod sperandum me potissimùm excitauit amplissima uestræ ciuitatis gloria: nam siue originis antiquitatem, nobilitatem generis, regiam potestatem, cultum omnium scientiarum, fidem ac religionem consideremus, compertum erit Ticinensem ciuitatem cum maximis totius Italiæ ciuitatibus posse contendere. Etenim cùm suo antiquissimo iure in Læuis & Maricis olim principem locum tenuerit hoc municipium, hinc liberi, atq; ingenui ciues eam sibi nobilitatem, nominisq; dignitatem compararunt, ut amplissima illa splendoris, ac gloriæ uirtus, à maioribus orta, ad posteros per singulas ætates clarior, nobiliorq; semper emanauerit. Non mei est instituti in angusta nuce Iliada conscribere. Illud quidem notissimum est omnibus, Rempublicam Ticinensem effloruisse semper grauissimis, & consultissimis uiris, qui clauum Reipublicæ sapientissimè sustinerent, rem militarem foris cum summa sua gloria exercerent, intus iustitiam, & pietatem colerent, flagitijs essent infensi, sanctis uirtutibus præmia proponerent. Hinc Reges Longobardi fortitudinem, & constantiam, publicæq; libertatis ardorẽ, & uictoriã ciuium perspectam habentes, hic sceptra regalia sua fixerunt: unde belli, ac pacis iura ad cæteras Italię ciuitates transmit

terentur. Quam fidem, constantisq; animi fortitudinem ita posteritas firmo nexu cõplexa fuit, ut Regibus, atq; Imperatoribus suis fidelissima, incredibile suæ fidelitatis in maximis periculis, & in ipso etiam urbis excidio argumentum præstiterit. Vestram uerò ciuitatem, uiri Ticinenses, ut superiora omittam, exornant plurimùm, & insigni fama illustriorem reddunt, doctrina nimirum, & cultus scientiarum, Gymnasium celeberrimum, unde tot uiri in omni scientiarum genere clarissimi euaserunt; ut non modo Italiæ nationes: sed Trãsalpinæ quoq; in frequentissimis Italiæ urbibus uberrimos fructus ex illorum ingenio, atq; eruditione reportauerint: & hisce temporibus multorum cũ in iure Canonico, & Ciuili, tum in cæteris Scientijs, & artibus uigeat industria: quorum fama permoti iuuenes iam ab exteris regionibus huc, quasi ad certaminis Olympici coronam, magnis studijs, magnaq; doctrinarum opinione confluant. Hisce amplissimis prærogatiuis accedit clementia cœli, comitas ciuiũ, etiã remotissimis oris laudatissima, salubritas soli, ubertas agri, morũ elegantia, & demum opportunitas fluminis, cuius causa mercium omnium, & commeatuum commoda ad populorum utilitatem, copiamq; rerum omnium importari atq; exportari possunt. Iam uerò quàm religiosè sacrosanctum Dei Opt. Max. & diuorũ cultum tueamini, tot monimenta maiorum, tot ædes sacræ, religiosa loca, tot Sacræ reliquiæ, tot sanctorum corpora è longinquis regionibus summo studio summaq; impensa huc translata, proinde, Collegia, Nosocomia, Xenodochia declarant, quæ ab antiquissimis Patribus instituta, uestro studio exornata, & opimis legatis, ac prouentibus ditata, opportunum popularibus, & domestico uictu destitutis auxilium afferunt: unde & Transpadani & Cispadani, qui in præruptis montibus habitant, sterilitate soli huc commigrantes largis eleemosynis aluntur, & sustentantur. Hac ego urbis fœlicitate, & cœli clementia primò impulsus, huc lubentissimè me contuli, ut artem meam, in qua libris imprimendis alibi longo satis usu uersatus fueram, ad communem doctorum hominum utilitatem exercerem: quo in munere, quasi auitus ciuis uester, per uiginti annos in hac patria commoratus, toties uestra ope sum adiutus, toties in meis maximis difficultatibus, & periculis multis officijs subleuatus: ut quò pluribus meritis à uestro ordine sum affectus, eò grauiore molestia angar, quia desunt uires referendæ gratiæ. Ac mihi quidem immortalia in me merita euoluenti, hoc unum non ingratum uobis futurum uisum est, si diuinum sanè opus Psalmodiæ vestro amplissimo nomini dedicarem. Noueratis omnes, arbitror, Bartholomæum Bottam ciuem uestrum; uirum & uenerandæ, religionis & doctrinæ fama, & sanctitatis opinione huic urbi notissimum. Is reliquerat mihi opus Psalmorum typis excudendum, quod elegiaco uersu multo labore confectum, & ingenij subtilitate & pulcherrimæ materiæ pietate nemini video non placiturum. Accipite igitur uiri magnanimi, munus aliena industria elaboratum, à me studiosè susceptum, uestro amplissimo nomini consecratum: atq; intelligite, me propter innumerabilia præstantissimæ huius Reipubl. in me officia semper uobis fore obnoxium: & subinde. Quicquid in arte mea possum promittere, curæ, illud clarissimo atq; amplissimo Ticinensis Reipublicæ ordini esse addictissimum.

CLARISSIMI POETAE BARTHOLOMÆI BOTTÆ Vita.

PER MARCVM ANTONIVM COMI. ROVESCALLENSEM IVRISCONS. EDITA.



NNO M. D. Ter. Idus Februarij in Transpadano pago, cui Roueschalla nomen est, natus est celeberrimus interpres, & Poeta Clarissimus Bartholomęus Botta: Patrem habuit Iacobum tenuissimis quidem facultatibus: sed summæ probitatis, atq; integritatis virum, nempè ad quem populares si qua lis, aut controuersia inter eos esset, aut grauius de re magni momenti certamen tamquàm pacis auctorem, ac moderatorem confugerent; & propterea magnam sibi non solùm in oppido Roueschallensi, sed etiam vicinis regionibus famam comparauerat. Ioannam verò Matrem ex nobili famil. Marcona, quæ in illa regione nobilissima est. Pueritiam suá ita transegit, vt negligẽtius domi à matre relictus, à summo tabulato in imum solum deciderit, vbi aliquot horas semianimis vix reuixit; sed tanto pectoris concussu, vt exili, ac tenuissima voce vix ad cantum cum suis æqualibus receptus fuerit: mirum profectò dictu, vt qui bonarum disciplinarum orbem pene absoluturus esset; musices omnino expers esset; hinc matres familias discant filios diligentius alere, atq; educare. XV annum agens sacris iniciatus est mira amicorum, & affinium lętitia, qui sibi magnam huius adoloscentis famam promittebant, cum pudicè castè laudabiliterq;, & sanctè vitam ageret, pudorem, abstinentiam, pietatem, victum tenuem, & sobrium, sanctorum virorum familiaritatem mirificè colebat. Auaritia, largitio, honoris cupido, inuidia eum adoloscentem minimè vexabant. In familiam ergò Mediobarborum nobilissimam his artibus admissus; ita liberalibus studijs, & pontificio iure simul ingenuos quosdam, & primarios adoloscentes instituens profecit, vt nonnunquam substitutus in Ticinensi Gymnasio publicè ius pontificium professus fuerit; iucundum gratumq; erat eum tanto rerum, & orationis cultu, ius pontificium interpretantẽ audire; & eam ob rem ingenti totius Gymnasij concursu, & lętitia excipiebatur. Fuit magna ui animi, & ingenio bono ac fœlici. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris. Benefacere pulchrum, benedicere haud absurdum esse existimabat. Grauior ætate omnes eius disciplinas, quæ animum iuuare, ingenium delectare possunt, summo studio, & incredibili labore complexus est: Sacrarum humanarumq; literarum præsertim studia ita enixè semper coluit, vt nullam valitudinis rationem quandoq; habuerit: hanc ob causam graui corporis morbo plerunq; corripiebatur. Quantum laboribus suis, atq; indefaticabili studio iuuerit monumentis literarum posteritatem; docent plurima ipsius opuscula, tum in Poetica facultate, tum in Ecclesiastica doctrina, conscripta. Commentaria eruditissima in Hieronymi Vidæ Christiaden edidit; quæ eum adeo carum bonarum literarum studiosis reddiderunt, vt vndiq; ad eum epistolæ confluerent, Graduales Psalmos lirico versu; Dauidiadem in duodecim libros diuisam versu heroico, tum canciones ex ordine iuxta ferias anni primò vernacula, tum latina oratione. Sed & Psalmodiam per Odas quatuor libris complexus est cum suis scholijs. Cœperat opus sanè pium & laudabile, vitam scilicet Sacratissimę Virginis, quod morte præuentus, complere non potuit. Docuit publicè iuuentutem Ticinen. cum turbine bellorum inter D. Carolum Quintum, & Gallos liberata esset Insubria, quo quidem tempore tanta fuit illius fama, & docendi præstantia, vt omnium celeberrimus in ciuitatę haberetur. Gratissimus primarijs ciuibus, & auctoritate sui nominis, & innocentissimæ vitæ grauitate; gratissimus Episcopis, qui sedem Papiensem suis temporib. tenuerunt; nam & illorum vices magno cum honore sępissimè gessit, & in illorum consilium, si quid grauius esset in Ecclesia Dei consuliandum adhibitus. Extincto parente, posthabita sęculi vani ambitione ad Hospitalem locum, quem Diui Mathæi appellant, se transtulit, vbi summa cum pietate, & sanctitate septindecim annos gratuitam suam operam præstitit; assidue ægros consolando, fouendo, & proprijs etiam facultatibus subleuando. Postea reuersus ad suam ædiculam Diuæ Mariæ Secretæ, (ita enim appellatur) semper aut docuit, aut studuit, aut laboriosissimè vsque ad intempestam noctem comentatus est, donec electus ab Episcopo Sancti Panthaleonis Præpositus, vix annum superuixit. Anno fatali Climaterico Hydropęsia morbo sublatus, quarto idus Augusti summo vniuersæ ciuitatis merore. Superuixit frater eius August. Botta, vir ut integerrimæ vitæ; ita variæ, multæq;, & indeffessæ lectionis: is Poetam nostrum enixè coluit, & pro tempore sæpissimè lucubrationes illius adiuuit.

IO. MARIAE SIMONETAE
Præp. S. Theodori, & Doctoris Carmen.

AD LECTORES.

VOS, quibus est cordi vestros præcingere natos
Eloquijs sacris, huc properate patres.
Cui simile in toto nunquàm celebrabitur orbe,
Angelicum vobis Botta parauit opus.
Quod non Pelignum, nec carmina ficta Maronis
Continet, æterni sed pia verba Dei.
Dauidem afflauit qui sanctas psallere Musas,
Hunc itidem docuit scribere multa virum.
Colligit iste rosas inscriptas nomine Diuûm,
Mellaq; florifluuis eruit alueolis.
Obscuros sensus retegens ænigmata soluit,
Nullus in hoc error, fabula nulla libro.
Quæ non vaniloqui meruerunt mille per annos,
Sacrifico huic dabimus vera trophæa probo.
Vnde Sacerdoti sit honos, & gratia, Bottæ.
Frugiferum cunctis qui vigilauit opus.
Ecce tuum vatem pia musa Theocharis, illam
Vulnifico vt fodias Atropon ense precor.
Vos igitur ciues hedera decorate poëtam
Perpetua, vt viuat nomen vbiq; suum:
Temporis intereà hæc versent sub vtraq; magistri
Scripta manu, vt discant dogmata sancta loqui.

Augustini Bottæ Carmen.

DVLCE fuit Psalmos, musam resonare pedestrem:
Quæq; forent latia lege soluta legi.
Dulce erit & posthac elegis concentibus aures
Mulcere, & numeris claudere verba suis.
Hunc pia gens Christi Solymis inuidit honorem:
Quod soli hæc legerent carmine grandiloquo.
Prærepta est illis hæc palma. Hæc gloria cessit,
Nam numeros elego carmine sumpsit opus.
Præstitit hoc, Regis Psaltæ qui regia facta
Scripserat, ille pedes reddidit, atq; sonum.
Adde quòd interpres Christi mysteria pandit,
Iam nihil vt Psalmis clarius esse queat.
Nostra igitur tanto lętentur secula vate,
Cuius musa sacro reddit ab ore melos.

AD VENERABILEM PRESBY. BARTHOLOMÆVM BOTTAM
Galeatius Petreus Presby. Papienſis.

BOTTA Poëtarum decus immortale piorum,
Ac Ticinenſis gloria rara ſoli.
Dædalus alter vti, innixus cœleſtibus alis
Auſus es inſuetum carpere primus iter.
Immenſumq; mare emenſus fœlicibus auris
Curua opibus plena littora puppe tenes.
Vaticinum regem precioſis vndique gemmis
Vſque adeò exornas, conſpicuumq; facis;
Ipſemet vt præſens videatur pſallere dulci
Voce, manuq; cauam ſollicitante chelyn.
Orpheus huic cedat fidium modulamine fretus,
Cedant altiloqui carmina Mæonidæ.
Leniјt ille feras, lapides, ac robora traxit:
Fluminibus rapidos detinuitq; gradus.
Clades iſte graues, violentaq; prælia dixit
Argolicos inter, Dardanioſq; duces.
Iſaides validusq; manu, celſoq; tonanti
Dilectus vitæ præ bonitate ſuæ:
Dulci ſona inſtructus cithara cœleſtia fundit
Diuino pſaltes carmina ab ore pius.
Tartareæ quibus Eumenides de corde fugantur.
Territaq; horreſcit gens tenebroſa ſtygis.
Hic ſacra cœlicolùm reſerat myſteria Regis,
Aeternas laudes, miraq; facta canens.
Hic ille eſt, cuius claro de ſemine venit,
Qui mundum ad lucem tranſtulit è tenebris.
Hic docet ignaros, hic ſaxea pectora mollit,
Indicat hic rectam lucida ad aſtra viam.
Hoſtis in aſſultus, & perfida bella triformis
Sufficit arma, quibus victor abire queas.
Quapropter memori repetent te Botta periti
Mente, tuum & nomen ſydera ad alta ferent.
Claraq; fulgebunt operum monumenta tuorum,
Liuida nec metuent vindice tela Deo.
Qui tibi pro meritis vtinam cum gente beata
Munifica tribuat præmia digna manu.

IO. BAPTISTAE GATTI
Iuris vtriuſq; Studioſi Carmen.

De D. Bartholomæo BOTTA eius Præceptore.

EST fœcunda parum, feras iniqua
Si terra ſegetem; nec alma donat
Mox Natura ſuo nitore plantam,
Ni prorſus fuerit ſolo locata
Illi conueniente, vni benigna
Sit cœli regione ſita; Solis
Occaſum hæc amat, illa ſolis ortum.
Eſt plantis alijs amatus Auſter,
Arctos eſt alijs: Humoris atq;
Sicci commoda, damna fert caloris
Vis aut frigoris. Omne quicquid hoc eſt
Cunctis corporibus datum fatemur;
Humanis animis negamus eſſe:
Excelſos animos videre fas eſt
Prognatos humili loco, parente,
(Qualem lilia cum roſis habere
Ortum nouimus) Hos & eſſe diuum
Dicas munera, non quidem parentum,
(Nam cœleſtis origo) queis honorant
Raro ſecula: Nec referre quenquam
Mens eſt hic veterum, ſeu neceſſe.
Solus BOTTA mihi tacendus haud eſt,
Cui natale ſolum fuiſſe vile,
Ac ædes, quibus eſt puer nutritus
Notum eſt; immò humiles caſas in agro
Roneſchalla: At vt idem alumnus inde
Fit Ticine, tuus, tuusq; ciuis;
Mox ortus aperit ſuos, & altæ
Quæ veſtigia vera mentis eſſent
Exin noſcet, vt ipſa iura cœli
Eterni altitonantis, & ſecreta
Noſcet numina, panderetq; cantu
Solerti monumenta ſacra, Dauid
Quæ Rex atq; Propheta iam reliquit,
Et contingit adhuc habere; ſed non
Intellecta ſatis. Fuiſſet illis
Iam ſeclis velut, ex viriſq; priſcis
Vnus, quos populum Dei vocamus,
Res noſcetq; hominum modos per omnes
Verbis, & probitate, literarum
Doctrina, ac ſtudio: vt virum peremptum
Talem patria, amicus, & propinquus,
Ac omnes doleant, fleamq; alumnus
Vitæ continuum Ducem, Magiſtrum.
Lætantur ſuperi tamen beata
Quod cœlis anima ſimul fruuntur,
Eterna quoq; gloria potitus,
Cœli dignus honore iudicatus
Curas abijcit orbis ille vanas.

ILL. AC PRAESTANTISSIMO I. C. DOMINO IO. IACOBO BECCARIAE.

TICINENSI PATRITIO, AC IVRIS CIVILIS horæ matutinæ in eadem Academia interpreti ordinario.



Hieronymus Bartolus S. D.



NGRATI hominis ſemper duxi, vir præſtantiſsimè, cui fatearis multum debere, non aliquo beneuolentiæ indicio optimam & ſynceram erga eum voluntatem patefacere: quodq́; neq; auro neq; argento fieri poteſt, memoria ſaltem,& propenſo animi ſtudio non oſtendere.Qua ego culpa vt caream, illud vnum ſemper ſtudui,quò vel labore artis meæ (quando non auro neq; ebore Indico mea renidet in domo lacunar) ampliſsimos viros, & mei ſtudioſiſsimos demererer. Tibi verò, vir eruditiſsime,quem incredibili amore ac ſtudio propter tua in me innumerabilia beneficia proſequor, neſcio an quicquam gratius & iucundius offerre poſsim, quàm nomini tuo celeberrimo dedicare labores & monumenta Bartholomæi Bottæ viri religioſiſsimi, quo præceptore tu puer vſus es, ſimulq́; ſanctiſsimis documentis imbutus, talem probitatis, fidei, atq; inculpatæ vitæ normam hauſiſti, vt ea ſtudijs liberalibus & legali Philoſophia aucta atq; ornata,immortalem tui nominis famam cùm in Mantuano Imperio prætoriæ,ſenatoriæq́; dignitatis adminiſtratione comparaſti, tum in patria,in qua multo cum auditorum fructu,ac numero Ciuilis Pontificijq́; iuris interpretandi munus & officium publica ſuſceptum authoritate, excellenter & magnificè plurimos annos ſuſtinuiſti. Scripſerat ille vir ſanctiſsimus,& ad Muſas Chriſtianæ religionis natus,Pſalmos verſu elego:quos cùm multa dies & multa litura coërcuiſſet, in poſtremo ſenectutis curriculo vnà cum commentarijs mihi reliquit typis excudendos. Ex ijs primum librum ſub tuo nomine edendum cenſui:nempe qui & poſsis integritatem illius, & perſpectam eruditioné contra inuidos tueri: & iucunda hac lectione iucundiſsima tibi augeatur nominis ipſius & famæ recordatio. Mihi interim hoc facto ita videor ſatisfacere, vt nihil vnquàm animo carius aut delectabilius contingere potuiſſe exiſtimem, quàm tibi hoc munere, atq; adeo hoc firmiſsimo voluntatis meæ erga te teſtimonio gratificari.

BARTHOLOMAEI BOTTAE PRESBYTERI, ET CANONICI PAPIENSIS PSALMODIA, A

cum eiusdem commentarijs.





VM animaduerterem instare Illud tempus ab Apostolo prædictum, quo sana iam non sustinetur doctrina, sed ad fabulas homines conuertuntur; ac auribus prurientes sibi magistros coaceruant; atq; à veritate auditum auertunt, vnde salus animarum periclitatur: operæ precium duxi, tam graui morbo, quantum ex alto concedetur, congruum antidotum adhibere, vertendo studium ad sacras literas, & iuuenes ī illis instruendo, & compares magistros dulci carminum melodia ad idem inuitando. Legant igitur psalmodiam nostram omnes pro Lyricis vatibus fabulosis, & vitam erudiant pariter ac linguam; vt diuinis Laudibus assuescant, quibus in æterna beatitudine semper instabunt. Et ne hoc opus inexpertis difficile videatur, commentariola nostra subiunximus: quibus obscura queq; patebunt: nec me Labor iste grauabit vt omnes in viam Dei reducantur, in quam ambulantes vitam æternam consequantur atq; beatam. 2. Tim. 4.

MYsteria. Sacramenta arcana, plerisq; abscondita. PSALtria musa; de qua infra. HAEbreus is. Dauides, qui gentis Hæbreæ primus psalmos composuit, & Hæbreo carmine: qui etiam hymni dicuntur; qui diuinas laudes metricè canendas contineant. BOTta. Ego ipse Presbyter Bartholomæus Canonicorū Papiensium minimus, & artis Grammaticæ quandoq; professor exiguus. GRAuiore tuba. Heroico stylo, quo bella canūtur. Dauidiadem quippe cecinimus, quam poteris videre. LYra .i. elegiaco carmine. VIRtutum. Secunda pars, inuocatio s. quæ cōgruè subsequitur propositionem. GRAtia dei &c.

DElicIæ, nec opes &c. Beatitudinem penè requirunt omnes; sed plurimi falluntur in fine & modo requirendi: pleriq; .n. in delicijs carnalibus, nonnulli in diuitiis; alii verò In huius mundi honoribus beatitudinē esse putant, & in illis finem suum constituunt: sed falluntur. Propheta verò, & nos cum illo, veram beatitudinē non in hoc sæculo dicimus posse inueniri, sed in futuro, in æterna vita; quam Deus promisit diligentibus se. Modus autem acquirendi est obseruatio mandatorum Dei, iuxta illud: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, modus iste plenissimè hic canitur. Legāt igitur hanc nostram Psalmodiam quicunq; desiderant esse verè beati; modo & ea, quæ didicerint, opere compleant. Nec .n. lectores legis, vel auditores tantum, sed factores iustificabuntur. Sed iam ad expositionē accedamus. EXtremaq; Risus. Idem dicit etiam Salomon in prouerbiis: extrema gaudii occupat Luctus. FAstum .i. superbiam. RVInam. Hinc Nabuchodonosor in ferinos mores commutatus, & de regno eiectus est. Hinc & Sennacherib ab angelo Dei plaga magna percussus in regnum aufugit, ac paulo post a filiis est interfectus: quia superbis Deus resistit, humilibus autē dat gratiam. Iac. 4. Vtrimq;. Ex ruina per superbiam, & ex fumo falsi honoris: summum quippe genus infortunii est fuisse fœlicem. FOElix. nunc spe, demum & re. CONsilio iniquo. Diaboli ac membrorum eius. Aduersantia inuicem exempla sume ex Adam, & Christo: ille acquieuit, & factus est miser: hic minime, & beatus, ac Beatorum Gen. 3.

Carmina Dauidis, Christi mysteria sacra
Concinimus, psalmos, psaltria musa faue.
Ter quinquagenos Hæbreus Is edidit hymnos
Quos latio vates carmine Botta cano.
Sicut enim vitam Ducis huius, & aspera bella,
Idem Botta cano, sed grauiore tuba: B
Sic placuit psalmis eiusdem vatis & acres
Demulcere animos dulcisonante lyra.
Virtutum fœcunda parens, & maxima vatum
Musa mihi aspira, gratia sancta Dei.
Pierias alii ficto de fonte Camænas,
Pastorem Phœbum, Castalidasq; vocent,
Tu mea diua, parens, mea musa, Theocharis oro,
Tu domina, atq; soror, tu mihi sponsa faue,
Fatidicos sensus nuda sub fronte latentes
Erue, daq; mihi carmine posse loqui.
Cortice verborum sunt plura latentia sacra,
Quæ solus vatum Spiritus altus adit.

ODE PRIMA EX Psal. primo.

Deliciæ, nec opes, nec honorum copia quemquā Mat. 19
Fœlicem faciunt; sed potius miserum.
Deliciæ risum pariunt, extremaq; risus
Mœror habet: sequitur Luctus vtrimq; grauis. C
Diuitiæ factum generant: fastusq; ruinam;
Falsus honor fumum: Luctus vtrimq; grauis. Pu. 14.
Fœlix consilio qui non assensit iniquo, Dan. 4. Es. 37.

D omniumcaput. PELlexit. Blandiciis irretiuit ad aliquod facinus perpetrandum: A Pellice meretrice sumptum
Math.4 est vocabulum; de qua in prouerbiis Salomonis,ubi vide exemplum. Idem docet Salomon. Fili mi (inquit) si te
prou.7. lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. TEnuit. Diutius alligatam; namfuniculis peccatorum unusquiq; con-
prou.s. stringitur. MOrantem. Si forte lapsus fuerit, ut homo: quia humanum est peccare, & angelicum emendare;
prou.5. sed diabolicum est perseuerare. Verum Christus, de quo diximus posse dari exemplum, in nullo penitus est la-
s.pet.a psus: sicuti de illo scriptum est, qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. IMpia turba. Sicuti
Esa. 53. neq; Iudæi Christum tentantes, neq. Ioannem
Mat. 2. Baptistã. VIA larga. Quam dixit Dominus du-
cere ad perditionem. ITer obliquum. Tortuo-
sum, difficultatibus plenum: nam difficilius est
male facere, quam bene: assuetus enim in bono
facilius operatur bonum, quàm malum. SAtur.
Quasi nimis saperet: quod faciunt, ii qui student
ut honorificentur ab hominibus, non ut beneui-
uant, aut alios erudiant. Sequatur opus. Pul-
Esa.7. cherrimus ordo: nam nisi credideritis, non in-
telligetis. Sapiens fiat. Quia indignum est; illum
fieri magistrum, qui nondum nouit esse discipu-
lus. ARbor. Que lignum uitæ dicitur in paradiso
Dei. FRVctus opimos. Bonorum operum, & di-
scipulorum. FOlium. Sanæ doctrinæ uerbum.
VMbra uirens. Refrigerium quoddam æstuanti-
bus animis opportunum. OMnia Etiam que ui-
Serm. dentur hominibus aduersa. FLVctus. Metha-
de con, phora; qua etiam utitur diuus Ambrosius his
conf. uerbis. Nauigantibus nobis per mare huius secu
li ualde pertimescendum est, ne nauem nostram
aut procella tempestatis arripiat, aut fluctus ab-
sorbeat, aut in æternam prædam pirata crude-
lis abducat. Mare, presens est seculum; nauis,
E nostra conscientia est; procella tempestatis, im-
petus aduersitatis; fluctus absorbens, est prospe-
ritatis affluentia; pirata crudelis, Diabolus est,
qui per superbiam, uel auaritiam captiuas ani-
mas in æternum abstrahit interitum. VORtex.
Aquarum uorago PRospera cuncta tamen. Tan-
ta.n. est diuina sapientia, ut etiam ex culpis ho
minum eliciat bona: unde & Petrus fidelior &
fortior exculpa surrexit. Sic & noster Daui-
des post culpam factus est cautior. INstet. Sic
ut aduersum Iob & Tobiam. TRVcidet corpo-
ra. Sicuti Prophetarum & martyrum. PROspe-
ra. Quia inde creuit Ecclesia, & per uniuersum
orbem est dilatata. AVra leuis. Prosperitatis:
quod factum est tempore cõuersionis Constan-
tini Imperatoris; NAuem Petri. Quæ est Eccle-
sia; uel nauem conscientiæ nostræ. TAmen.
Quia diuitiæ bonis sunt additamenta bonorum,
malis uerò irritamenta malorum. NON sic.
Anadiplosis figura: latinè geminatio dici potest,
quæ fit ad maiorem assertionem eorum, quæ di-
Luc.16 cuntur. CVNcta. Prospera, siue aduersa, in il-
4.R.s. lis summerguntur: ut diues Epulo, de quo in euan
gelio: in aduersis blasfemando desperant, ut O-
chozias. REtrorsum. In animæ damnationem.
F IN pupem. Prouerbiũ est rerũ secundè aduenien
tium, translatione sumpta a nauigantiũ ꝓsperi-
Math. tate. DE medio iustorũ. Maxime quando dicetur illis: ite maledicti in ignẽ eternum. NOti. Venti, species est pro
25. genere. CIRcini. Venti cuiusdam & Narbonensis Galliç peculiaris, ab effectu nomen accepit hic uentus; nam
in gyrum puluerem circumuoluis, deinde in altum eleuas & spargit. IN iudicio. Vniuersali, quod erit in fine se
Math. culi, quando iudicabuntur uiui, & mortui. AD subsellia. De quibus in euangelio: cum sederit filius hominis in
19. sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes. ꝛa. Iudicantes. ꝛa. Tribus Israel. CElsa. scilicet obuiam Chri-
1.Thes. sto in aera, & sic semper cum Christo erimus, ut docet Apostolus. SVRgere. Ad iudicandum alios. surgent
4. nero ut & corporũ accipiant damnasionem. oẽs.n. resurgemus (ut ait Apostolus) sed non omnes immutabimur
Zach.5 ab ignominia ad gloriam; quæ solis piis reseruatur. IMpietate. Quæ massæ plumbeæ ab alio Propheta cõparatur
Greg. grauitas .n. peccati tanta est, ut nisi per pænitentiam cito tollatur, mox ad aliud grauius miserum trahat peccato-
rem, nec cessas donec in baratrum desperations inmergat, unde in profundum descenditur inferni. VIam iusto-
Psl.83. rum. Que est obseruatio mandatorum Dei. INgressus. In ecclesiam per ianuam fidei. Quodq; sequuntur iter. Hic
est progressus bonorum operum, & de uirtute in uirtutem, donec uideatur Dominus deorum in Syon. Impie-
tatis iter. Quod olim fuit idololatria, quæ per apostolos dispersa est. modo est auaritia cum cæteris uitiis.

Quem non pellexit impia turba dolo:
Nec peccatorum tenuit via larga morantem:
Ast iter obliquum transiit absq; mora.
Sed neq; pestifera passus residere cathedra,
Doctor vt infidus tabida uerba docens.
Præclara sed lege Dei studiosa voluntas
Eius inest: cessit nec procul inde satur.
Noctes atq; dies ardens meditatur in illa,
Nequando imprudens transgrediatur eam.
Noctes atq; dies ardens meditatur in illa
Vt credat, sapiat, deinde sequatur opus.
Peruigil, ac pernox mente exercetur in illa:
Vt sapiens fiat, deinde alios doceat
Diuinæ legis meditator, amator, & autor,
Consita vt arbor erit margine fontis aquæ:
Tempore nanq; suo fructus producet opimos;
Vnde salus homini, vitaq; perpetua.
Illius folium nec tempestate caducum
Defluet vmbra virens, semper opaca viris.
Omnia quæ faciet diuinæ legis amator,
Prospera succedent tempore quæq; suo.
Insurgant fluctus sæcli, uortexq; minetur
Naufragium: cedent prospera cuncta tamen.
Instet atrox prædo; rapiat bona cuncta, trucidet
Corpora; succedent prospera cuncta tamen.
Aura leuis spiret; placido vehat æquore nauem,
Deniq; succedent prospera cuncta tamen.
Non sic iniusti, non sic, sed cuncta relabi
Retrorsum, in puppim flauerit aura licet.
Impia de medio iustorum turba fuganda est,
Et spargenda, velut puluis ab ore noti.
Ac veluti in gyrum Circini voluitur aura,
Tollitur a terra puluerulenta Lues.
Quare in iudicio ad subsellia celsa piorum
Surgere non poterunt impietate graues.
Rectam nempe viam iustorum altissimus ipse
Nouit & ingressus, quodq; sequuntur iter.
Sed peccatorum non solum turba peribit,
Quin dispergetur impietatis iter.

Nunc igitur dum tempus adest resipiscite : ab omoi
Cedite mortales impietate procul
Nam sic fœlices eritis, demumq; beati
AEterna vita fas erit inde frui.

ODE II. EX PSALMO II. QVARE fremuerunt gentes.

QVid tamen auersæ gentes?quid posse putatis
Moliri ? aut contra bella ciere Deum ?
Vt quid enim fremuere ferocia pectora vestra? Pf. 44.
Omnis conatus vester inanis erit. De sacr.
Vt quid adhuc populi meditamini inania ? duræ vnct. c. 1.
Ceruices quid agent murmura vestra Deo ?
Ecce simul Reges terræ coiere frequentes,
Cum populis fortes & coiere Duces.
Aduersus Dominum, Christumq; aduersus inire cap. t.
Horribili strepitu ferrea bella parant. Ef. 2.
Hec (aiunt) nostro rumpamus vincula collo, B
Quæ supera nectuot nuper ab arce viri. Math. 11
Quod populo iniiciunt durum ceruicibus altis
Excutiamus (ait perdita turba) iugum.
Non ea disrumpent, quin arctius illa ligabunt
Aptabunt collo firmius acre iugum.
Cœlorum siquidem faber; atq; habitator eorum
Irridebit eos, fortius atq; premet.
Subsannabit eos, contemptibilesq; per orbem Gen. 19.
Reddet : ita ut fiant fabula nota salis.
Difficiles animos iusta contundet io ira,
Cum fuerit visus durius ote loqui.
Icta furore graui turbabit pectora dudum
Ferrea, uel duro structa adamaote licet. Hom. 39
Ast ego (quem nolent) super alto monte Syonis
Firmato solio Rex dominabor eis.
Et nouus vt præco specula meditabor ab alta
Quæ populos doceam, maxima iussa Dei.
Edictum Regis summi Rex factus ab illo
Proponam cunctis gentibus & populis. C
Dixit enim pater (vt merito decorare hoooter)
Tu satus es fœlix me geoitore Deo. Math. 22
Tu mihi dilectus gnatus, mea maxima cura, Mar. 16
Quamq; hodie genui, tu mea progenies. Math. 17
Me pete, namq; dabo quæcunq; poposceris ultro, Math. 28
Omnia quæ mea sunt, & tua semper erunt.
Posce tibi gentes latum quascunq; per orbem :
Sortis eas faciam protinus esse tuæ.
Vt tua per cunctos fiat possessio fines,
Arcteotur nullo limite regna tua.
Rex nouus in solio cum sceptrum sumpseris alto,
Hos tua prudenter ferrea uirga reget.

TEmpus. Dum uiuimus, & sani sumus. REsipiscite. Per pœnitentiam. IMpietate : omuem peccatorũ est impletas. col.3

QVid tamen auersæ gentes &c. Quam sit inanis humana molitio & fragilia conatus hominum cootra dispositionem diuinam, ex cantu huius psalmi apertissimæ demonstratur. nam redarguuntur Iudæi & gentes, quæ conabantur ab initio impedire regnum Dñi nostri Iesu Christi. Sed nihil profecerunt. A

CIere, excitare. DVræ ceruices, obstinatissimæ. REges terræ. tres Herodes cum principibus Sacerdotum & maioribus natu Iudæorum, Romanorumq; Impetatores a Nerone usq; ad Constantinum, diuersarum deinde & gentium Reges ac potestates, ut patet ex Euangelijs, & Epistolis & actibus apostolorũ & ex passionibus sanctorum martyrum. DVces, missi a prædictis Regibus, & Imperatoribus ad delendam religionem Christianam. DOminum, Deum patrem. CHristumq; filium eius unctum in Regem æternum summum sacerdotem & propheram magnum. unctũ inquã oleo lætitiæ præ participibus suis. Vnde & nos Christiani a Christo dicimur, tamquam uncti] deriuemus] ab uncto. Hinc Petrus apostulus. Vos (inquit) estis genus electum Regale sacerdotium, gens sancta, & populus acquisitionis, est autem hæc unctio gratia Spiritus sancti, de qua re uideto Innocentium c. primo de sacra unctione. VIncula, sacramentorum christianæ religionis. AB arce, montis Syon : iuxta illud. De Syon exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. VIri apostolici, pleni spiritusancto. POpulo, ad fidem conuerso tam ex Iudæis quam ex gentibus. DVrum iugum. peruerso illorum iudicio. alias dixit Dominus in Euangelio. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. DIsrumpent. Hic mutatur persona loquentis. est .n. ipse Psaltes qui loquitur. FAber ipse Deus. qui humano more faber appellatur. SVbsanabit .i. subsanabiles redder, neq; .o. nasum torquet Deus in quempiam. FAbula, non rem fictam hic significat, sed ueram hystoriam uxoris Loth, quæ in statuam salis conuersa monet nos angelicis parere mandatis. Genesis c. 19. sic & Iudęi pertinaces facti sunt exemplum gentibus, ne Christum Domini ducant esse contemnendum. DIfficiles ad credendum, quæ in lege, prophetis & psalmis continebantur complera esse in Christo. COnfunder, per Romanos exercitus sub Tito & Vespasiano Imperatoribus. IN ira. eo quod iustum Dei iudiciũ per iratos milites fuerit executioni mandatum : neq; enim furor aut ira cadit in Deum : qui tranquillè iudicat, sicut & ipse leges. ADAmante, qui lapis est durissimus. nec .n. frangi potest, nisi prius hircino sanguine molliatur. AST ego Christus ipse qui modo loquitur. SYonis. i. Ecclesiæ, quæ in Syone primum congregata est. MAxima iussa Dei. hæc sunt duo præcepta charitatis. dilectio .s. dei, & proximi. EDictum. fidei. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui uerò non crediderit condemnabitur. SAtus es ab æterno. GNatus. sic & in Euangelio. Hic ẽ filius meus dilectus, in quo mibi bene complacui, ipsum audite. HOdie, Præsenti utitur tempore, quia apud Deum neq; præteritum, neq; futurum est tempus, sed quemadmodũ uidemus a Sole splendorem suum semper oriri : Sic filius a parte ineffabiliter semper generatur. DAbo. hoc adimpletum in se fuisse. D.N.I. Christus post resurrectionem suam testatus est dicens. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, & in apocal. dicitur: dignus est agnus, qui occisus est, accipe uirtutem, diuinitatem, & sapientiam, fortitudinem, & honorem, gloriam & benedictionem, & omnem creaturam quæ in cœlo est, & super terram, & in mari, &c. VIrga, inflexibilis iustitiæ. REges, non solos intellige illos reges, qui multis populis dominan- Ap. 5.

 tur

D tur. sed & iustos omnes, qui seipsos, & sibi commissos prudenter regunt. REgis, Chisti regis regum, ac domini dominantium. TErram, i. terrenos homines, ac peccatores: alioquin si omnes iusti essemus, nihil opus esset
cap. 19. Regibus. Appenditis .i. iudicatis, translatio sumpta ab iis qui in statera appendunt. cAsto, puro ab omni malitia. qualem decet esse filialem. EXpedit, nostram quippe utilitatẽ tali seruitio procuramus, nam ex seruis per adoptionem filii facti sumus.
2. cor. 9 HYlares. etenim hylarem datorem diligit Deus, nec placent ei coacta seruitia. LAEta; ne seruilis sit timor. MEtu, ne scurriles & temerarii efficiamur. Maledixeritis. dedita opera talis est factus uersus. ne similiter cadentia desint exempla.
Mat. 7. CAlle arcto. de quo in euangelio. arcta est uia,
Luc. 14 quæ ducit ad uitam: qualis est illa. nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. quod affectu semper est necesse tametsi non semper effectu. BReui tempore diem iudicii intelligit, quia mille anni ante oc
fol. 89. culos domini, tan q̃ dies esterna quæ ꝑtiriit.
2. R. 15 & deinceps. CVm Absolon ingratus filius ex cõsilio Achitofellis coniuratione facta eiectũ de regno patrẽ persequeretur adhuc, multiq; cum eo duces ac populi in illa persecutione ꝑseuerarent: Dauid hoc psalmo diuinam implorauit misericordiam aduersus populos incassum furentes. conuenit etiam Christo mysticæ hic psalmus aduersus Iudeorum populos in suam necem cõcitatos sub proditione Iudæ discipuli. & quia utriq; intellectui litera facile potest applicari leuius pertransibo. TRibulis .i. tribulationibus non minus
F animum pungentibus, quam tribuli corpus, est autem figura, qua species pro specie .i. primiti-
Mat. 27 uum pro deriuatiuo ponitur. nonne & spinis coronarunt dominum? & corpus eius flagris lacerauerunt? GRatia facta, ab ipso rege qui li-
2. R. per totum. berauerat illos a seruitute phylistinorum ceterarumq; uicinarum gentium. sic & a Christo Domino iudei a diabolica seruitute. Liberabantur.
2. R. 19 Marc. ult. cede, Regem gladio & D. N. I. Ch. cruce. SAlutis opus. restituto in regnum Dauide Rege, & assumpto Christo in cœlum. AEgrum animo quo ad Dauidem, ex amissi regni dolore: quo ad Christum uerò. ægrum animo & corpore, passionis suæ tempore. ABiectum .i. uilipensum. PAter. Dauidis quidem communi modo sanctorum. Christi uerò naturalis ut in psalmo sequenti. Quidnam facietis contra diuinam uolunt item. FVror? ad nihilũ ualebit ultra. Syone. i. ex summa Olympiace arcis specula. Sic enim interpretatur Syon. ET si dormierim, duplex est horum uersuum sensus. dormiuit enim Dauid in pecca-
2. R. 12 tis adulterii atq; homicidii diutius differẽdo confessionem & emendationem usq; ad correctionẽ profetæ. Tunc enim demum surrexit per ueram pœnitentiam. iuxta illud apostoli. Surge qui dormis exurge a mortuis, & illuminabit te christus. dormiuit & ipse christus in cruce soporatus est
Eph. 5. Mat. 28 in inferno. uel in sepulchro. Vnde & tertia die resurrexit. FRatrum discipulorum, quos tanto
F nomine dignatus est appellare. pro Dauide uerò proprie potest stare. sex. n. aut septem fratres habuit. uel etiam fratrum .i. procerum, & amicorum. MIllia. eorum qui Absolonem secuti fuerant, ut obsiderent urbem ad quam perfugerat Dauid ut in primo 5. & 6. lib. nostræ Dauidiadis uidere est. Quo ad christum uerò, pro millibus
Mat. 27 populi iudeorum qui munierant sepulchrum custodibus. comprime per miraculorum offensionem, deinde & metu superuenientium Romanorum: cAEde, gladiis hostilibus, & liga per captiuitatem. uel aliter. cæde gladio uerbi tui & liga

Qui fuerint duræ ceruicis, turbine franges
 Fulgureo: figulus ceu sua vasa terit.
Nunc igitur Reges terræ iam discite Regis
 Præpositi uobis esse sub imperio.
Discite iudicio qui terram appenditis æquo,
 Huius & arbitrio vos fore suppositos.
Quapropter stabili & casto seruite timore
 Huic domino, ut iustum est, expedit, atq; decet.
Huic hylares animo & corde exultate trementi,
 Lætaq; sit vobis spes moderata metu.
Et disciplinam patienter ferte subacti,
 Nam quos rector amat, corrigit, atq; docet.
Murmure si tacito uel aperto forte rebelles,
 Contradixeritis, vel maledixeritis.
Heu metus est uobis, ne quando exurgat in iram
 Vestraq; destituat lumine corda suo.
Iustitiæ in tenebris a calle peribitis arcto,
 Ibitis effreni præcipites ut equi.
Tempore namque breui cum exarserit illius ira,
 Iratus tumidos contuderitq; reos.

Psalmus iij.

CVm me persequitur fugientem perdita proles
 Impia stirps patriam dum sitit atq; necem.
Quid Deus omnipotens? quidnã foris vndiq; castra
 Sæua inimicorum multiplicata ruunt.
Cumplures tribulis & acutis sentibus ardent
 Nudatum corpus dilacerare meum.
Insurgunt in me multi, quibus optima dudum
 (Me miserum) immeritis gratia facta fuit.
Quos morte erueram merita, quibus atq; salutem
 Contuleram, indigna tollere cæde parant.
Ecce meæ improperant animæ, secumq; loquuntur,
 Ipsius in domino non erit ulla salus.
Tu deus ex alto monstrabis inane locutos,
 Cum tua compleit dextra salutis opus,
Tu susceptor eris meus, & tu gloria magna,
 Tu caput extolles sydera ad alta meum.
Excipies ægrum medicus: decorabis honore
 Hoc caput abiectum tu Deus atq; pater.
Vos igitur populi quidnam facietis ad horam?
 In me commoti? quo grauis iste furor?
Voce mea ad dominum clamaui pectore toto,
 Et supera nostras audiit arce preces.
Audiit orantis missas ex pectore voces,
 Audiit ex sancto monte Syone suo.
Et si dormierim, mersus sopore profuso
 Ad modicum steterim corpore stratus humo,
Protinus inde tamen surrexi orientis Eoi
 Lustratus radiis lucis ab arce nouæ.
Tunc etenim missa summo Deus æthere dextra
 Surgere me iussit, meq; leuauit humo.
Vt pater expansis dehinc me suscepit in ulnis,
 Mœrentum fratrum reddidit atq; choro.
Millia

liga in captiuitatem christianæ religionis. percusſisti .i. percuties. præteritum tempus pro futuro. propter certitudinem eueotus nam futura in ſpirito taoquam preſentia atq; præterita cernebantur a prophetis. ſic & contriuiſti .i. cuoteres. DE monere domini. ut dicitur in alio propheta. ex te perditio tua, ſalus autem tua ex me.

LEtus ut optatom. uanitas uanitatum, & omnia uanitas, dixit Eccleſiaſtes. uani itaq; ſunt homines, qui uaoitatem preſeotiū bonis præponunt eternis. hanc uanitatem redarguit hic pſaltes. Finem æterne beatitudinis. COmpos. remisſiooe peccatorum accepta, ſub ſpe futuri redemptoris de ſemine pſaltis ipſius tunc oriuodi, nunc autem iamdio orti. Adeſto ad bene operandum. quia ſine ipſo nihil fieri poteſt, O Hominum nati .i. filii Adam. hoc eſt de terra terreni, non de cœlo cœleſtes. GRaues, ad credendum monitis ſapientiæ, & prupheтarum. a quibus genus humanum eruditur, ot relictis temporalibus & caducis, cœleſtibus atq; æternis inhiemus. MEndacia .i. mendaces diuitias, & fluxibiles huius ſæculi honores. PRemunt, dum acquiruntur & cuſtodiuntor. nam ſi diues pauperem uiderit ingredientem in domum ſuam, furem expaueſcit, ſio potentem, raptorem exhorret. FAmes nam auaro iuxta uetos prouerbium, tam deeſt quod habet, quam quod non habet. nec.n. habitis audet uti metu defectus, & propter inexplebilem cupiditatem quæ non habet, ſemper expetit. VIncula, qoia non audet procul abeſſe a diuitiis ſuis. IVgum. quid enim grauius aut durius mammone ſeruitio. DAbit de quibus propheta & apoſtolus dixerunt. Quæ oculus non uidit, nec auris audioit, nec in cor hominis aſcēdit quæ præparauit Deus diligētibus ſe & Gregorius in Homel. ſi conſideremus quæ & quanta nobis promittuntur in cœlis, uileſcunt animo omnia quæ habentur in terris. &c. ibi omninn uide ELectus per excellentiam hic eſt christus Dominus. de quo ſponſa in canticis. dixit. dilectus meus totus candidus, totus rubicuodus, & electus ex millibus. HOnore nouo, quo ad humanitatem aſſumptam ad dexteram uirtutis Dei. NOſtris oris quo ad miraculorum operationem. Sic placuit, ratio facilis & optima danda maxime curioſis, qui uoleotes ſapere pluſquam oportet ſapere. inoeſtigare conantur inſcrutabilia dei iudicia. SVum christum Ieſum iuxta illud angelicum elogiom. Quod enim ex te naſcetur: ſanctum dominn uocabitur. & in Daniele dicitor ungetur ſanctus ſanctorum. ME famulum, pſalmiſtam, & qoemuis alium prophetam. uel diſcipulum domini fidelem DEſertum illius patrocinio. Feris demnnтis, omni fera truculentioribus. Non me deſeruit. iuxta illud profeticum ſi mater poteſt deſerere infantulum ſuum, ut non miſereatur eius quem genuit, ſed & ſi mater deſeruerit, non tamen ego deſeram te. famulis enim ſuis dominus quos uidetur deſeruiſſe ex occulto uires ſuggerit, non ſolum ut tormenta patienter ferant, quin etiam ut ipſos tortores euincant. VObisipſis iraſcimini, q ita facile ſuggeſtionibus demoniacis & uoluptatibus ceſſiſtis: cum uiriliter agendo dei gratia uobis aſiſtente potuiſſetis tentatorem expellere gladio ſpiritus, quod eſt uerbum Dei: dicit. n. Iacobus Apoſtolus. reſiſtite diabolo, & fugiet a uobis. PArcite .i. abſtinete. Simplicibus ſcriptum eſt. enim ue duplici corde.

cubili

Millia iam populi non amplius illa timebo; A
Qui me vallarunt vndiq; ſicut apes.
Tu Deus omnipotens quamprimū exurge: furentū,
Hoſtiles animos comprime, cæde, liga.
Me precor incolumem, tantoq; educe tumultu, Ose.13
Tu qui ſola ſalus, qui Deus es mihi.
Tu percusſiſti populos, quos impete multo Eccl.c.1.
In me non ratio, ſed grauis ira ciet.
Tu contriuiſti peccantum fuſte caninos
Ac rabidos Dentes quos furor exacuit.
Omnis enim donata ſalus de munere magno
Ipſius domini venit ab arce poli.
Larga ſuper populum tua ſit benedictio fuſa
O pater omnipotens, O benedicte Deus.
Amen.

Pſalmus iiij.

LÆtus vt optatum valeam contingere finem
Iam voti compos factus: adeſto Deus.
Te precor, ut quondam cum te in mea vota uocarem
Audiſti blanda mitis ab aure preces. B
Iuſtitiæ dator ipſe meæ ceu turbinis arctos
Dilataſti animos anxietate graues.
Sic modo, ſic ſemper noſtri miſerere, precesq;
Exaudi orantis, dulcis & affer opem.
At uos o hominum nati, fatuiq; nepotes
Errantes eritis corde quouſq; graues.
Vt quid ſpectatis vel amatis inania ſemper? Eſa 64.
Errabunda hominis vanaq; progenies? 1.cor.8.
Omnia ſub cœlo quæ nunc florere videtis,
Vt folia a vento quaſſa repente cadent. Hom. 37
Vt quid inexpleto mendacia quæritis omnes cant. 5
Et ſtudio, & votis atq; labore graui?
Sæcuram hæc vobis ſpondent donare quietem;
Affligunt curis, anxietate premunt.
Copia cunctarum rerum promittitur ingens,
Amplaq; libertas, delitiisq; frui,
Sed ſitis, atq; fames potius perſoluitur illis, Rom. 12
Vincula, prædurum ſeruitiiq; iugum.
Vana igitur fugite, & mendacia quærere falſa:
Namq; ea tranſibunt tempore cuncta breui. C
Que uera, & bona ſunt, potius diſcatis amare, Luc. 1
Cœlorum dominus quæ ſuper alta dabit.
Et ſcitote ſimul, quoniam admirabilis illic
Electus domini fulget honore nouo.
Nec minus in noſtris mirabilis aſtitit oris,
Sic placuit ſanctum mirificare ſuum.
Me famulum illius ſic vos nolite putare Eſa. 49
Deſertum, rapidis expoſitumuè feris.
Non me deſeruit, ſed cum clamauero ad ipſum,
Confeſtim voces audiet ille meas.
Ah ne peccetis: ſi vos commouerit ira,
Primum animi motum mens ratione premat.
Quin vobis ipſis iraſcimini: atq; deinceps
Expurgati tantis parcite criminibus.
Quæq; deo aut homini labiis expremitis oris,
Cordibus hæc eadem dicite ſimplicibus. Eph. 6.

Nec

D Cubili conscientiæ. quæ bene cubile dicitur. etenim in ea uel incolumis animus requiescit, aut torquetur facinorosus & insanus. PLena. Is enim qui, totum hominem sanum fecit in sabbato, imperfectionis opus non nouit. ET oris. Sicuti tribus modis Deum offendimus, cogitatione, locutione, & operatione, iisdem modis opus est
Psal. 50 pœnitere, vz. cordis contritione, oris confessione, ac operis satisfactione. SAcrum sacrificium. de quo alibi, Sacrificium deo spiritus contribulatus. cor contritum & humiliatum Deus non despicies. IVstitiæ sacrum, triplex sacrificium christianis temporibus offerrimus. cordis contriti, laudum, & Eucharistiæ. Prima duo communia sunt omnibus Christianis. & pro-
1. Petri c.2. pterea dixit Petrus: nos estis genus electum regale sacerdotum &c. Item offerte deo spirituales
De sum tri c. 1. §. h. ne pen. dist. 3. c. penitentes. hostias &c. Vltimum pertinet ad solos sacerdotes rite ordinatos. VIta nouata. Vnde Augustinus, O pœnitentes, si tamen estis pœnitentes, & nō irridentes, emendate uitam, & mutate mores. IPse erit merces. iuxta illud: ne timeas Abraam.
Gen. 14 Ego ero merces tua magnanimis. Vox illa amatorum huius mundi. LVmine intellectus & sinceræ fidei. ANimam, quæ ad imaginem & ad similitudinem Dei creata est: porro imago ad substantiam & ad mores est referenda, similitudo. Nam sicuti Deus est spiritus inuisibilis, atq; immortalis, trinus & vnus: talis & anima pro modulo suo. & quemadmodum Deus est misericors,
E ac perfectus, patiens, & benignus, plenusq; uirtutibus, sic & anima iuxta mensuram traditæ sibi
Ambr. de dign. hum. cōd. c. 2 a Deo gratiæ. Animaduertendum est enim, nullā tam grandem similitudinem notari posse inter creaturam & creatorem, quin maior inter eos sit dissimilitudo notanda. Filius. Non de filio Dei
De sum. trin. c. 2 §. Cum. unigenito loquitur hic: qui non ad imaginem Dei, ut homo: sed est ipsa uera imago, ac splendor substantiæ gloriæ ipsius (ut docet Apostolus)
Heb. 1. uerum loquitur de quouis hominis filio, qui patrem referat, iuxta illud. Sæpe solet similis filius esse patri. SOl Iustitiæ. Hic est Christus Dei filius, Lux de luce, & Lumen de lumine. Microcosmus i. minor mundus. nam ut dicunt phylosophi, quædam mundi similitudo inuenitur in homine: nec mirum: nam si interius Dei similitudinem refert homo, multomagis exterius mundi potest referre similitudinem, qui propter eū factus est.
Greg. hom. 29 ASsimilatur homo, Nam commune quiddam cū omnibus creaturis habet homo. Esse quidem cū elementis & lapidibus. uiuere cum plantis & herbis. Sentire cum bestiis. Intelligere cum supernis ciuibus: de quibus hic loquitur. Siue quia nihil boni, quo uitam mereamur æternam, pos-
F sumus facere, cum illa uerò quicquid facimus bonum est & uitæ meritorium æternæ. unde scriptū legimus, habe charitatem, & fac quod uis. De hac excellentiori uia dicit Apostolus. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, &c. usq; in finem illius epistolæ. RAtio. Est enim regula infallibis eorum. & for-
1. cor. 13 ma omnium uirtutum. SCripta, & alibi dicitur:
Ph. 4. quorum nomina scripta sunt in libro uitæ. & in
Luc. 10 Euangelio, gaudete, & exultare, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo. Gaudia uera. nam
Psal. 33 impiis non est gaudere, dicit dominus. PRægustat. Sic alibi inuitamur. Gustate, & uidete quā suauis est dominus. Hic autem gustus non nisi in contemplatione cœlestium dignoscitur. VEl adhuc. Quia nemo repente fit perfectus. Carnales enim & adhuc imperfecti homines indigent, ut manuducantur a uisibilibus ad inuisibilia, ut per ea quæ nouerunt cognita amare, discant & incognita diligere. TVo lumine, Charitatis .s. de qua supra. nec enim reprobis sed electis iusto Dei iu-
2. cor. 4. dicio infunditur. OBtutibus istis carnalium oculorum. Etenim quæ uidentur temporalia sunt, quæ uerò non
Luc. 12 uidentur æterna. FRui gaudent. Sicut ille diues euangelicus. cuius ager uberes fructus attulerat, inuitabat animam

Nec solum exterius sed & interiore cubili
Vos compungentes, abluite omne nephas.
Sit quoq; cunctorum contritio plena malorum,
Et quæ sunt operis, cordis, & oris item.
Iustitiæ sacrum sit uestra oblatio munda,
Pectoris expuncti uictima grata Deo.
Iustitiæ dignas nec non exoluere laudes
Carmine dulcisono, & reddere uota pia.
Iustitiæ sacrum, sacro præstantius omni,
Hostia uiua Deo, uita nouata pia.
Sperate in Domino: merces erit ipse laborum:
Nec uos pœniteat, sponte fidelis erit.
Sperate in Domino: nec uox absterreat illa:
Hæc bona quis monstrat? quæ fore danda canis?
Sunt bona quæ canimus super alto uertice cœli,
Non oculis istis peruia corporeis.
Regis Olympiaci signati lumine possunt,
Mentibus in nitidis ista uidere bona.
Namq; tui in nobis signasti Lumine uultus,
Hanc animam ut plastes conditor atq; Deus.
Aureus ut nummus signatur imagine Regis,
Sic sculpta in nobis fulget imago tua.
Filius utq; refert patrem uel imagine sola,
Moribus aut ipsis, optime vtroq; modo.
Sic quoq; te referunt animæ uel imagine patrem,
Cunctorum genitor moribus aut nitidis.
Vtq; sui uultus orbem sol Lumine magnum
Lympidus illustrat, clarificatq; diem.
O sol Iustitiæ interius sic lumine miro,
Per te Illustratur hic microcosmus homo.
Hoc lumen ratio est, intellectusq; uocatur:
Ciuibus iis superis assimilatur homo.
Est aliud lumen multo excellentius isto,
Quottidie manans lucis ab arce tua.
Hoc lumen charitas, & gratia summa uocatur,
Hoc intellectus indiget, hoc ratio.
Hoc indeficiens lumen sentitur ab illis,
Quorum militiæ nomina scripta tuæ.
Lętitiam hinc magnam tacito sub corde dedisti,
Gaudia uera quidem lumine plena tuo.
Illustrata tuo mea mens hoc lumine sacro,
Prægustat quæ sunt maxima danda bona.
Ast illi quorum uel adhuc sunt terrea corda,
Nubila uel potius lumine cassa tuo.
Hæc bona non reputant, oculorum obtutibus istis
Cernere quæ nequeant, sed nec amanda uident,
Copia sed frugum, sed inanis gloria mundi,
Magna bona instabiles esse uidentur opes.
Triticeam in messem, vinoq; oleoq; fluentem

nam suam ad fruendum iis bonis, dicens. Anima mea habes multa bona congregata in annos plurimos. comede, bibe, & epulare. Dixitq; illi Deus. Stulte hac nocte repetent a te animam tuam: & quæ congregasti cuius erunt? IOcis. Nubunt enim ac traduntur nuptui, sicut in diebus Noe. Nec animaduertunt, donec repentinus illis superueuerit interitus. TARtarus ater. Nam finis illorum mors est, ut docet Apostolus. DEfunctus & ante periclis. Quia nemo coronabitur, nisi legitime certauerit ante. Vt capiant somnum. Iuxta sensum illius parabolæ decem Virginum, quæ moram faciente sponso dormitauerunt omnes & dormierunt. uide Gregor. in homilia & sermonem Augustini. In idipsum. Lumen charitatis indeficientis. frui. Quia sicuti fides in uisionem, ita spes transibit in fruitionē. Quod enim hic credimus, ibi uidebimus: & quod nunc speramus, tunc ibi fruemur. Post habitis. i. secundo loco habitis: uel pro nihilo pensis, & arbitrantes ea ueluti stercora, sicut docet Apostolus: quia dicit Dominus in Euangelio: Qui nō odit patrem & matrē suam non est dignus. Iterū: Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Amen.

A Mat h. 14. Rom. 6 Math. 25. Hom. 12.

Suspirant, gaudent fructibus hisq; frui.
Indulgentq; iocis, ut multiplicentur inertes
Ocia tuta colunt: hæc bona sola putant.
Nec miseri attendunt æterna in sæcula pœnas.
Atq; ꝙ expectet tartarus ater eos.
Ast ego pace tua defunctus & ante periclis
Vt capiant somnum lumina fessa dabo.
Cum reliquis sanctis in idipsum in pace quiescam,
Æterna sperans denique luce frui.
Nam Deus omnipotens ita me tu constituisti,
Vt me susciperet spes ea læta sinu.
Post habitis igitur cunctis præsentibus istis,
Figitur æterno spes mea uiua bono.

Phil. 3. Luc. 14 Luc. 14.

AEMula progenieq; tumens &c. Legimus in veteri testamento Agar saræ ancillam cum animaduertisset se ex Abrahā concepisse, illico dominam suam contemptui habuisse, & ob id afflictam fugisse: uerum ab angelo monitam humilem rediisse: & a domina iterū susceptam esse. verum cum filius eius Ismael Isac Saræ filium persequeretur, vterque eorum de domo fuerunt eiecti, dicente Sara, domina uiro suo Eiice ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ: ac deinceps Ismaelitæ, qui & Agareni, deinde & Saraceni sunt dicti, innata quadam ferocitate confisi Isacidas persecuti sunt. Porrò hæc per allegoriam sunt intelligenda. Nam Sara cum filio significat Ecclesiam Christi cum populo fidelium: Ancilla uerò Heresim & populum eius, qui etiam nunc nos persequuntur. In hoc igitur psalmo ponitur querela Ecclesiæ matris nostræ, & oratio ad Deum pro liberatione populi sui. NOcte. Præsentis temporis, in quo tenebræ peccatorum sunt & persecutionum angustiæ. SOrtem. Hæreditatis æternæ. DEus, Deum, pro Deorum .i. Sanctorum, & alibi. Ego dixi uos Dii estis, & filii excelsi omnes. MAnuq; .i. cogitatione, uerbo, & opere: & hic est perfectus Dei cultus. SVggere. Interius inspirando me doce. O Sol Iustitiæ. Hic est Christus dominus & Deus noster, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. MAne. Diei iudicii, quo illuminabūtur abscondita tenebrarum, & occulta cordium patefient. SIstar. Verbum iuris: est autem iudicio sisti, ante iudicem præsentari. Cunctis. Etiam damnatis. Mitius enim quàm meriti fuerint, putantur esse plectendi. Electis uerò multo maius erit præmium, quàm exigant eorum merita. AEquus. Simul ac semel pius & iustus, misericors & seuerus. AEquitas .n. est piæ sæuiens disciplina: & iustitia dulcore misericordiæ temperata. CVnctorum. Maiorum atq; minorum. Nec enim est acceptio personarū apud Deum. ita quippe iudicat magnum sicuti paruum. Nam & potentes potenter tormenta sustinebunt. MAlum. Culpæ, non pœnæ, quod bonum est: licet nobis quandoq; malum uideatur: nam: Quod amaritudo medicinæ præstat egrotis, & ferrum ignitum vlceribus, hoc & pœna confert infirmis animabus: multi enim, qui fatui sunt in culpa, sapientes efficiuntur in pœna. quia uexatio dat intellectum. De hoc malo pœnæ dictū est per Prophetam: non est malum in ciuitate, ꝙ non faciat Dominus. MAne recens. Pro recenter: nomen pro aduerbio. Odisti. iniquitatem, odit Deus in homine quam non fecit, non hominem quem ipse fecit. ne forsan abiiciatur illud Prophetæ. Nihil odisti eorum domine quæ fecisti. COmposito, Ficto ac simulato. TEmpla tua. quæ

Gen. 16

ODE V. EX PSALMO V.
Verba mea.

B Gen. 21.

AEMula, progenieq; tumens ancilla feroci,
Nocte premit tota me Sobolemq; meam:
Moribus atq; malis promissam pessima sortem
Nititur extincta demere prole mea.
Tu dator æternæ sortis, dominator & orbis
Auribus attentis percipe uerba mea.
Tu qui intellectum donas, intellige nostri
Clamorem cordis, uocis & aure sonum.
Affectusq; pios, quos tu spiraueris ipse,
In te dirrectos percipe summæ Deus.
Rex Deus, & Regum pater optime, Rector eorum,
Qui sua subiiciant colla manusq; tibi.
Mi Deus, atq; Deum fœlix protector eorum,
Qui te mente pia, voce manuq; colunt.
Tu pater oranti, tua quas exaudiat auris,
Mane preces castas suggere sponte mihi.
O Sol Iustitiæ lustrantibus æthere summo
Mane tuis radiis sistar & ipse tibi.
Luce tua obtutu defixus lumina recto
Aspiciam, cunctis quam deus æquus ades.
Omnia tu rectus pater auersaris iniqua:
Cunctorum pariter despicis omne malum.
Tunc poterit nullus iuxta te habitare malignus,
Iniusti nec erunt ante tuos oculos.
Mane recens orto tenebrę ceu sole fugantur,
Sic fugiet radios impius ante tuos.
Omnes odisti pariter, qui operantur iniqua,
Et quos delectat perniciosa loqui.
Sanguineosq; viros, & composito ore dolosos
Dimidio vitæ non patiere frui.

Gal. 4. Psal. 31. C Io. pri. 1. cor. 4 Ro. 2 Sap. 6 Amos 3 Sap. 11.

D quæ in mentibus hominum sunt diuino numine illustratis. IAnua. Regni cœlorum, quod etiam presentis temporis est ecclesia. IVstis. Per fidem iustificatis. VIa. Mandatorum Dei. APpositis. i. iuxta uiam, nec .n. in uia sunt laquei: quædam .n. uitia sese uirtutes esse mentiuntur, ueluti sæuitia Zelum iustitiæ, & remissio misericordiam. Sic & auaritia parsimoniam: & prodigalitas liberalitatem. VEra loquuntur Agareni. s. per quos Hæretici, peruersiq. Catholici significantur. Nec est mirum si à capite fiat transitus ad membra diaboli, Nam sæpe fit idem in Christo & Ecclesia: cuius
Mat. 23. corporis inuicem membra sumus. TVmulo. sic & in euãgelio dicitur a D.N.I.C. de Scribis & Pharyseis, quod dealbatis essent sepulchris similes, quæ foris quidem apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt cadaueribus & omni spurcitia. FOEtida. Turpia, obscœna, maledica, blasfema, & demum in naribus sanctorum maleolentia MAnus. Vis ultrix malorũ. SEcet. A Daniele ma
Dan. 13. lorum seniorum iudice tractus est sermo. Qui dixit eis, Ecce angelus domini astat, strictum habens gladium, qui sententia accepta secet uos medios. EXheres. Verbum iuris, quo ab hereditare pelluntur indigni. EXortes. Extra sortem, &
E hereditatem EXciuit. Ab excieo, concitauit. SVspiciunt Honorant, colunt, uenerantur, & adorant. Suspicere quidem est superiorem uenerari, & adorare, & ab eo benefactorum mercedem expectare. ARce. In paradiso, in mansionibus paratis & paraudia, iuxta doctrinã Augustini super Euangelio Ioannis: si abiero, & preparauero
Io. 14. uobis locum &c. EXultabunt. Letitia inenarrabili. EIs. Pro in eis & plenè; nam anima iusti sedes est Dei. PErpetuo. Nec enim Is qui cœperit, sed q
Math. 10 perseuerauerit saluus erit: sunt .n. ut docet Gre-
& 14. gorius qui bene incipiunt, & male finiunt: sunt & qui male incipiunt & bene finiunt: Sunt etiam q bene incipiunt & ad finem usque in bono perseuerent: Sic & contra inueniuntur qui male incipiant & usq. in finem deteriores euadant. Exempla horum sunt Iudas proditor, Saulus qui & Paulus. vterq. Ioannes, & Simon magus. HOrrida turba, Appositio est. CLypeo. Sub tua protectione: est & scutum fidei, in quo omnia tela
Eph. 6. nequissimi ignea extinguntur, ut docet Apostolus Amen.

F CVrriculo exacto. Hic est pri. ex. vii. Psalmis pœnitentialibus, in quo quilibet peccator metuens a iusto iudice Deo pro demeritis puniri, exponit desideriũ suum, quia potius in hoc sæculo, quam in futuro castigari uellet. CVrriculo. Spacio. nec .n. hic significat paruum currũ. SEptem dierum. AEtatum mundi: nam mille anni
Ps. 89. in conspectu Domini tanquam dies externa quæ preterit. GRauis. Malis, quibus dicturus est iudex: Ite maledicti in ignem æternum bonis uero
Mat. 25 dulcis erit, atq. desiderabilis. OCtauus. Dies resurrectionis & iuditii, q et primus erit ętatis octauæ. LVxerit, i. fulserit, a Luceo, non a Lugeo. DEprecor. Hoc uerbo proprie utimur in malis amouendis: simplici uero, precor, in bonis conferendis, ut, deprecor bellum, & precor pacem. PEr Ignem. Nam sicuti tempore Noe, aquis diluuii absorptus est quodammodo mundus; sic in
1. pet. 3 fine sæculorum ultrice flamma deuorabitur, ut docet Petrus Apostolus in epistola, & Ioannes in apocalypsi. FV-
Apo. 21 ror. AEternæ damnationis, qua supra modum videbitur impiis D. us furere, qui pro culpis transitoriis pœnas est il-
de pen. laturus æternas: verum ut docet Greg. non actibus peccantium, sed voluntati dimetienda est pœna. Voluissent
dist. 1. c. (ait) impii sine fine uiuere, ut possent sine fine peccare, ergo iure merito sine fine peribunt. IRA .i. igne purga-
uolnissēs

Ast ego subnixus multo miserantis amori,
 Clementisq. patris tum pietate fruar.
Ingrediar sacras post te sublimis in ædes:
 Lætus adorabo Lucida templa tua.
Lætus adorabo te mi Deus atq. timebo:
 Dulcior est casto mixtus amore timor.
Sed quoniam solis aperitur ianua iustis:
 Currenti iusta ductor adesto via.
Ne trahar hostili perterritus impete crebro
 Retrorsum, appositis insidijsuè cadam.
Rector adesto mihi, præsens & dirrige gressus,
 Ne flectar recta falsus ab hoste via.
Ore quidem blando, sed nunquàm vera loquuntur:
 Nam corde ex vario: nil nisi inane sonar.
Persimile est tumulo graueolenti guttur eorum:
 Fœtida nouerunt nec nisi verba loqui.
Artifices scelerum faciebant cuncta dolosæ:
 Præcipuæ linguis sermo dolosus erat.
Iuste Deus iudex, tua iusta feratur in illos
 Exporrecta manus, quæ secet ense malos.
Effectu careant ea, quæ meditantur iniqui:
 Frustentur votis, spesq. caduca fluat.
Eijce seruilem hanc sobolem cum matre maligna:
 AEdibus exhæres cedat vterq. tuis.
Et pro multiplici, qua delectantur iniquè,
 Fiant exortes, impietate sua.
Quandoquidem blandum prauis te exciuit in ira
 Verbis & factis impia progenies.
Ergo procul pulsi tenebras mergantur in imas
 Prorsus vt indigni sedibus æthereis.
Inclyta sed proles mecum lætetur eorum,
 Qui sperant in te, suspiciuntq. patrem.
Cum super ætherea pater arce locaueris illos,
 Participes regni feceris atq. tui.
Tunc exultabunt, æternaq. gaudia ducent.
 Vt pater, vtq. Deus tunc habitabis eis.
Perpetuum decus his & gloria parta perennis,
 Perpetuo dominum qui coluere Deum.
Sic benedicentur diuino munere iusti,
 Quos nunc impugnant (horrida turba) mali.
Tu tamen interea fortis protector adesto,
 Et propugnator, ne cadat icta manus.
Nosq. tuo clypeo, veluti cingente corona,
 Quod bene complacitum sit tibi, sponte teges.

ODE VI. EX PSALMO VI.

Domine ne in furore.

CVRriculo exacto septem de more dierum,
 Cum grauis octauus luxerit ille dies.
Deprecor o domine, o iudex venture per ignem,
 Ne grauis accuset me furor ille tuus.
Sed neq. corripias subita me percitus ira:

toru

Asper enim nimis est tortor vterq. mihi.
Quin potius blando pia dum clementia vultu
Res videt humanas, nunc miserere mei.
Hic potius miserere mei, quia langueo dudum:
Infirmo medicus tu Deus affer opem.
Sana me, quoniam fuerant quæ fortia dudum
Conturbata modo sunt nimis ossa mea.
Mens quoq; turbata est, quæ pacatissima dudum
Affectus solita est comprimere imperio.
Quo tamen usq; potens Deus hoc patiere iacere
Corpus humi, ac vario turbine pectus agi?
Placatus tandem conuertere, & erue limo
Infixam hanc animam cunctipotente manu.
Eripe me clemens penitus nil tale merentem,
Et quia tu mitis, non quia dignus ego.
Dum viuo saluum me fac: dum tempus agi res;
Dum locus est veniæ: dumq; medella iuuat.
Saluum me facito donec medicabile vulnus:
Nam data defuncto quid medicina iuuat?
Post mortem quis enim per te curabitur æger?
Aut in morte tui quis memor esse velit?
Aut quis in inferno tibi forte fatebitur umquam?
Carcere Tartareo quis ue redemptus erit.
Nunc ergo sana, dum spiritus hos regit artus,
Dumq; capax spirat plaga salutis adhuc.
Ecce laboraui, gemitus, suspiria dando;
Singultu, & planctu pectora quassa tuli,
Dum veniam dudum patrati criminis oro.
Dum supera medicum præstolor arce dari.
Sed quia adhuc uertis mihi inexorabilis ora,
Non medicus, vindex esse uideris atrox.
Iccirco lectum noctes quascunq; lauabo;
Et lachrymis stratum sepe rigabo meis.
Sunt turbata graui mea lumina mota furore,
Nec minus interior fit mihi visus hebes.
Me miserum tantos dum demoror inter & hostes,
Ossa propè interitum sunt ueterata mihi.
Iam procul hinc abeant omnes, qui operãtur iniqua.
Cedite, quid statis turba proterua, procul.
Namq; meum tandem Deus hausit ab æthere fletũ;
Vocis enim lachrymæ pondus & instar habent;
Pectoreq; ex imo suspiria ad alta volarunt:
Emissi gemitus intonuere polo.
Admisitq; preces tacitas orantis, & alti
Pectoris inspexit feruida uota pius.
Quare inimicorum suffusa pudore rubescant
Ora: nec insultent amplius ausa loqui.
Nec solum exterius pudeat: turbentur & intus
Acrius insolito pectora quassa metu.
Anxia sollicitò dehinc conuertantur ab æstu,
Ocius & rubeant ora pudore graui.

ODE VII. EX PSALMO VII.
Domine Deus.

AEThiopem nigrũ; & Gemini de stirpe creatũ,
Moribus ac tetris passus vtrumq; diu.

torii. Vt exponit Gregorius, cuius commentaria uide super hoc psalmo, & reliquis pænitentialibus. TOrtor uterq. Tam purgatorii, quam inferni: iuxta illam parabolam: donec reddat usq. ad nouissimum quadrantem. NVnc miserere. Hic enim tribunal est misericordiæ, ibi totius iustitiæ. FOrtia. Quando usq. ad dilectionem inimici extendebatur charitas. OSsa. mea.i. virtutes, quæ sunt ossa animæ. AFfectus.i.passiones, & noxia desideria. QVo tamen usq.i. quousq., thmesis est figura, sectio dictionis, & alterius interpositio, quæ non nisi in compositis dictionibus fieri consueuit. POST mortem. Quia qualis hinc quisq. egreditur, talis in iudicio apparebit. IN morte. AEterna, subaudi, ne obiiciatur de Latrone, qui in cruce confessus obtinuit ueniam. FAtebitur. Pro confitebitur ad pœnitentiam salubré, uel ad laudem, cũ scriptum sit: quia in inferno nulla erit redẽptio. CApax. Salutis: nam in uita p̃senti uiget illa Dñi sententia: In quacunque hora ingemuerit peccator, peccatũ suum dimittetur ei: nec est uolũtatis meæ mors impii; dicit dñs: sed magis ut conuertatur, & uiuat. PLaga. Salutis translatio sumpta a communiter contingentibus: nam omnia de uiuo sunt speranda: a mortuo uerò, sicut ab eo, qui non est, perit confessio. PEctora quassa. More publicani, qui, percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. PRestolor. Per patientiam & longanimitatem expecto. Veh.n.illis, qui, perdiderunt sufferentiam. INexorabilis. Tardat enim Deus sua beneficia, ut auidius desiderentur, & ut concessa diligentius & cautius custodiantur: nihil .n. carius emitur, quam quod precibus impetratur. VIderis. Male extimantibus. LEctum. Conscientiæ. NOctes. Quascunq. Per singula quæq. peccata; in quibus diutius male dormimus: & ab Apostolo monemur, de hoc sonno surgere. VIsus hebes. Obscuratur enim a subito furore intellectus, qui si diutius mentem occupet, in odium transit, & mentem excæcat. INter et hostes. Dæmones, ac membra eius, mundi & carnis illecebras. HAusit. Audiuit. LAchrymæ. Quas dicit beatus Hieronimus habere potestatẽ ascendẽdi usq. ad tribunal Dei, ac de manu eius assumptũ auferre flagellum: Sed rari habent uiri hoc donũ, sicut Petrus Apostolus, qui post trinam negationem eggressus foras fleuit amare. Mulieribus autem hoc peculiare donum est: quæ ut flerent oculos erudiere suos. ADmisitq. In sacrarium suæ exauditionis. RVbescant. Ad pœnitentiam: iuxta illud Apostoli: quem fructum habuistis in iis, de quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est. AB æstu. Curarum huius sæculi. OCius. Antequam moriantur. RVbeant. Bona confusione. Est enim & mala, quæ per obstinationem trahit ad mortem, altera uero ducit ad vitam.

A
Math. 5
De pen. dist. 1. 5.
Hoc idẽ
B
Eze. 18.
Luc. 18
Eph. 5.
C
Ro. 6.

AEThiopem nigrum &c. Sicuti boni mores & candidi, homines etiam nigros reddunt formosos in conspectu Domini & sanctorum eius, iuxta illud celebre dictũ sponsæ: Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, ideo dilexit me Rex &c. ita homines formosi corpore nigri redduntur, ac turpes in conspectu cœlestiũ, si fuerint malis moribus imbuti. Saul itaq;, cui non erat similis in toto Israele ab initio regni, propter malos mores factus est niger ac deformis

D vnde contra eum decantatur hic psalmus: mysticè, contra populum Iudæorum, qui olim formosissimus, in
cęde profetarũ, & morte Domini Iesu, ac persecutione sanctorũ eius factus est teterrimus. Moraliter etiam a no-
bis contra teterrimum hostem Luciferum, & as-
seclas eius poterit hic psalmus decantari. AEthi
opem nigrum. Saulem intelligit & reliquos, de
quibus modo diximus. GEmini. Autoris stirpis
Saul. Ab eo & Semei detractor Dauid deduxit ori
1.Reg.3 ginem. VTrumq. Saul & Semei; caput & mem-
2. Reg. bra. DVni mihi. Color rethoricus, qui dicitur re
16. petitio. SCelus hoc. De quo infra. DEdi prior.
Sunt qui nulla bona dent, quin & mala pro bo-
nis potius retribuant; & ii pessimi generis sunt:
qui verò bona pro bonis, & mala pro malis red-
dunt, mediocres sunt, similes ethnicis ac publi-
canis, quæ par pari referre solent. Sunt & qui
non solum pro bonis bona, sed etiam pro malis
bona retribuunt: hiq; ueri fideles, ac filii dei vo
cantur; quibus imperatur, & inimicos deligere,
Math.5 ac benefacere iis, qui se se oderunt: inter quos
uult annumerari Psaltes. SI mala retribui. Multi
existimant nullum, uel leue peccatum esse, red-
dere mala pro malis; hoc est se se ulcisci. Atten-
dant uerò, sub qua imprecatione affirmet Prophe
ta, se huius criminis minime reum esse. HOstis.
Diabolus, cui a Domino laxior potestas datur in
crudeles seipsos uindicantes. Quin magis. Quia
E .s. non reddidi mala pro malis. IPse. Qui cun-
ctorum uindex est malorum, remunerator & bo-
norum. PRo sopito. Dormire .n. Deum putant
quidam, quia cito non profert contra malos sen-
tentiam, uolens aliquem esse locum pœnitentiæ.
Sed non iccirco exultent peruersi: nam & si tar-
da currat dei uindicta, tarditatem tamen suppli-
cii grauitate compensat. HOstilia. Limina Iudęo
rum, uel Gentilium; seu etiam Hæreticorum,
mysticè loquendo. IVgum Christianæ fidei, & sa-
cramentorum. COllaq; Dura. Principiũ vtriusq;
gentis. EXurge. Hoc etiam potest esse vaticinium
Dominicæ resurrectionis: nam dormiuit in cruce,
soporatus est in sepulchro, dehinc resurgens ue-
xillum crucis pre se ferri iussit cum reliquis pas-
sionis suæ insignibus: sicut & cicatrices, quas in
corpore retinuit, & discipulis dubitantibus osten
dit; & per illorum prædicationem Iudæis ac gen-
tibus manifestauit. Potest & alterum sensum
hic locus accipere; ut sit uox Ecclesiæ, & cuius-
libet fidelis animæ diutius ab inimicia oppressæ;
& ob id inuocat Dominum Deum, ut ab oppres-
sione liberetur: TVba. Euangelica, atq; Apo-
stolica, maximè de diligendis inimicis. EDictũ.
F Christi, de mutua charitate. TV uictor. Dia-
Math.5 boli tentatoris, ac pessimorum Iudæorum, quos
Luc. 23 per patientiam superauit. AB arce tua. Ab alto
crucis: Vnde & pro transgressoribus orauit patrẽ
dicens: ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.
CIrcum dabit, Thmesis est figura, ut supra.
Hoc adimpletum est, quando in monte uisus est,
1. cor.5 (ut ait Apostolus) a pluribusq; quingentis fra-
tribus, quottidie etiam adimpletur in Ecclesiis
fidelium populosis, in quorum medio semper est
Christus: sicut ipse promisit dicens: ubicunq;
fuerint duo, aut tres congregati in nomine meo,
Mat.18 in medio illorum sum. Et iterum: ecce uobiscũ
Mat.28. sum usq; ad consumationem sæculi. SYnagoga.
In bonam partem hic accipitur pro congregatio-
ne fidelium, quæ est Ecclesia. ET hanc. Eccle-
siam, cui expediuit vt abiret, ne corporaliter
uideretur; & Deus Dei filius spiritualiter crede-
retur, amaretur, desideraretur; donec se per fruendum daret. SIste. Verbum est iuris, de quo supra. DEbita.
Quia promissa, nam omne promissum est debitum apud probos uiros. IVstitiæ meæ. Non est arrogantia, sed hu-

Quo fugiam? quod erit tutum fugientis Asyllum?
Vnde petam auxilium? quis uè daturus opem.
Quis? nisi cui soli dudum confidere noui,
Tu domine armipotens sceptra tenensq; Dei?
In te speraui, spes o fidissima nostri,
Me saluum ut facias, incolumenq; precor,
Omnibus, ex istis, qui me insectantur, & ardent
Perdere: tu pugnax erue me pauidum.
Hostis atrox animam nequando pauore iacentem
Diripiat rugiens, ceu feta sæua Leo.
Dum mihi nullus adest acer pugil atq; redemptor,
Qui saluum faciat dum mihi nullus adest.
Si tamen admissi scelus hoc, quo criminor absens,
Tu qui cuncta vides arbiter esto Deus.
Tu superum Rector, magni dominator & orbis
Tu iudex esto; si vel iniqua manus.
Si bona nulla dedi prior; aut mala si qua recepi;
His velut vlciscens si mala retribui.
Mente leuis, virtute carens, iactator inanis,
Iure mihi merito victus ab hoste cadam.
Difugientem animam velocior vrgeat hostis:
Mordicus apprendat, suppeditetq; ferox.
Inclyta quæq. mihi uisa est mea gloria quondam,
Vt leuis in uentum puluis inanis erat.
Quin magis ipse tua consurge potenter in ira,
Quem pro sopito feruidus hostis habet.
Finibus egredere, atq. hostilia limina rumpe,
Signa vel inuiti iam tua suscipiant.
Dilata imperium: super arces scande superbas:
Victa subire iugum, collaq; dura iube.
Armipotens exurge; aperi victricia signa;
Teq. Deum ac Dominum castra inimica colant
Te Dominum atq. Deum veluti nos nouimus esse:
Vnde & suscipimus Regia iussa tua.
Sic norint illi: tua sic edicta facessant,
Quæ tua dulcisono clanxerit ore tuba.
Nempe quis edictum uictus seruare recuset,
Quod tu seruasti uictor ab arce tua?
Eia age victor ouans exurge: ostendere nobis;
Et populi circum te synagoga dabit.
Rursus & hanc propter quandoq. redibis in altum
Expectandus adhuc regredere alme Deus.
Viuentes populos licet istinc iudicet æquus
Vt iudex: iterum sed tamen huc ueniet.
Defunctos uiuosq. simul, descendet olympo
In terras; iterum iudicet ut populos.
Qui veniens humili latuit sub schemate primum,
Vnde habitus uilis, spretus & unde fuit.
At rediens, ipsa tum maiestate patebit
Rex Regum, & iudex, omnipotensq. Deus.
Iudicio me siste tuo tunc optime iudex:

militas

milis professio; qualis Ezechiæ Regis, quando dixit: Memento quæso Domine, quomodo in veritate & in cor- A
de perfecto ambulauerim coram te &c. qualis, & Petri Apostolj petitio: Domine ecce reliquimus omnia, & se-

Debita iustitiæ prẹmia redde meæ.
Munditiam manuum iudex attende mearum:
Salua precor mihi sint hæc tua dona Deus.
Munere namq; tuo venit, quòd iustus & insons
Ex me, qui fueram turpis & ante reus.
Nequitia interea peccantum repleat illam
Mensuram grandem, quam statuere sibi.
At iustum per iter, quo pergat, dirrige, donec
Tota absumatur nequitia illa sua.
Tu qui scrutatis renes, & corda: tueris
Quo quiuis animo congrediatur opus.
Auxilium a domino mihi iustum, intentio recta
Cum mihi sit, rectum sitq. opus omne meum.
Nam quibus est animus rectus, sunt pectora recta,
Ipse Deus saluos incolumesq; facit.
Iustus enim Iudex Deus est, fortis, patiensq;,
Nec subito pœnas exigit a miseris.
Iustus vt est, nulli pœnas inferre minatur
Immeritas: patiens, nec furit ante diem.
Fortis vt est, pœnas & ab omnibus exigit æquas.
Vno eodemq; modo Diues inopsq; luent.
Ne gaudete, tametsi vos aliquando moratur
Tam patiens iudex, longanimisq; pater.
Nam nisi conuersos uel serò inuenerit æuo,
O peccatores, quos patienter alit.
Qui trahitis funem per longe tempora vitæ
Semper abutentes alitis ore nigri.
Sed nisi regressos æui vel vespere tardi
Ceperit: acceptos intuleritq; manu.
Fulmineum educet gladium sub veste latentem;
Quo latera effodiat; pectus & ossa secet.
Nonne videtis vti neruo protraxerit arcum?
Telaq. iam posita sint iaculanda manu?
Cuspide lætali præfixa, infecta veneno
Instrumenta citę sunt ea tela necis?
Quin etiam ardentes flammas superaddidit alis,
Vrunt, atq; secant, fulguris instar habent.
Nec mirum, videas peccantis ab ore sagittas
Prodire: existant mortis vt arma suæ.
Nonne iniustitiam parturijt, atq; dolorem
Concepit? peperit sons & iniqua prior.
Heu miseram alloquitur sponsam suggestio fallax,
Cum suadet serpens: cur nec es eluriens?
Cur refugis potum? dulcem cur negligis escam?
Dum fauces arent, pallidaq; ora fame?
Cum iuuat affatam mentem hæc suggesta voluptas,

cuti sumus te; quid ergo erit nobis? HAEc tua Esa. 28.
dona. Iuxta illud: Quicquid habes meriti præ- Mat. 19
ueniens gratia donat: Nil Deus in nobis præter
sua dona coronat. MENsuram. De qua Saluator Mat. 33
ait: implete mensuram patrum uestrorum, & in Ap. 22.
apoc. qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui in
sordibus est, sordescat adhuc. s. usq. ad mensuram
prædictam. ILla sua. Igne purgationis, & elee-
mosinarum redemptione: quia sicut aqua extin-
guit ignem, ita & eleemosina peccatum: ut docet Tob. 4.
Ambr. in sermone, qui legitur aduentus tempo- Eccl. 3.
re; sicut & Daniel legitur dixisse Nabuchodono- Dan. 4.
sor Regi; placeat tibi Rex consilium meum? pec-
cata tua eleemosinis redime. REnes. Idest dele-
ctationes, quarum sedes sunt renes. Et corda. i.
cogitationes, quæ ex corde procedunt, ut dicit Mat. 15
Dominus in Euangelio. INtentio recta. Etenim
quicquid agunt homines, intentio iudicat om-
nes. Patiensq. Rari iudices terreni habent hæc
tria, ut sint iusti, fortes, atq. patientes. Multi
quippe sunt furibundi, pusillanimes, & iniusti.
A Miseris. Bene miseri sunt peccatores; qui re-
linquunt Deum fontem uitæ eternæ & adhæ- B
rent diabolo mortis authori. ANte diem.
Constitutam ad peragendam pœnitentiam,
uel exigendam pœnam. VNo eodemq. mo-
do. Sistolè est figura, qua longa corripitur:
sicut & Cato: Non eodem cursu respondent
ultima primis. MOratur. Ad pœnitentiam expe-
ctat. COnuersos uos inuenerit. Supple, educet
gladium, quod est infra: nam longum est hyper-
baton. VEl sero æuo. I. Senii tempore, hoc est
hora undecima: iuxta parabolam conductorum
ad uineam operariorum. ALit. I. nutrit, ac su- Mat. 20
stentat immeritos. FVnem. I. cathenam ex mul-
titudine peccatorum conglutinatam: nam unusqu- Prou. 5
quisq. (ut dicit Sapiens) funibus peccatorum
suorum constringitur; & funiculis eiusdem ca-
thene in flagella redactis affligitur. Hinc legimus: Io. 2.
Dominũ Iesum fecisse flagellum ex funiculis, ut
eiiceret de templo eos, q male se gerebãt in illo.
ORe nigri. I. uoce corui clamantis: cras, cras;
Sed illud cras numquam fit hodie: sicut & ipse
dimissus ex arca nunquam rediit. Vnde coactus Gen. 8
est Noe emittere columbam, quæ rediit, ramum
Oliuæ ore ferens in signum pacis. CEperit. Pro
acceperit, & introduxerit in Ecclesiam, sicut & C
Noe redeuntem uesperi columbam manu susce-
pit, & introduxit in arcam. MAnu. Gratiæ suæ. Gen. 8.
GLadium. Diuini iudicii: uel mystice, Dei uer-
bum, qui est acutior omni gladio ancipiti (ut do-
cet Apostolus) penetrans corda & medullas. Heb. 4
Vnde sagittæ quædam acutissimæ uerborũ emitti
dicuntur a prædicatoribus uerbi Dei: qui etiam
prædicatores quadam similitudine sagittæ uocan-
tur: ut in psalmo Nisi Dominus; Sicut sagittæ Psa. 126
in manu potentis: ita filii excussorum: & in Esaia Esa. 49.
Propheta: posuit me quasi sagittam electam. NE- 2. cor. 2.
cis. Nec mirum, quia aliis sumus christi bonus
odor uitæ in uitam, aliis uerò odor mortis
in mortem. FLammas. Charitatis, aut ultionis. INstar. Similitudinem quandam. VT arma. Etenim per
quæ quis peccat; per hæc & torquetur. PArturiit, & concepit. Ordo uerborum confusus denotat confusionem, Sap. 11
quæ est in mente peccantis: nam secundum ordinem loquendo, ante concipitur, quàm parturiatur. ALloqui-
tur. Per Ecbasim .i. poeticum discursum aperte monstratur, quo pacto mens humana, quæ sponsa Dei est, per
susceptam fidem, spreto illo, efficiatur Mœcha Diaboli: ac ex ipso concipiat peccatum; quod & diu parturit: &
demum & nacta occasione parit: NEc es. I. comedis: ut Eua pomum uetitum. EScam. Per potum & escam omnẽ
uoluptatem intellige, quæ ex quouis facinore solet hauriri, tam in concupiscentia carnis & oculorum, quã insu- dist. 6. c.
perbia uitæ. FAme. Subaudi, sunt. IVuat. Delectat: Nam ut docet Gregorius, omne peccatum generatur sug- sed peu

D gestione, delectatione, & consensu: opere verò consumatur, atq; perficitur. MOechus. Diabolus. SEmina dira. Varios eaequendi modos. FOEtum. Peccatum ipsum. VIsceribus laceris. More uiperæ, quæ ob id tale nomen sortita est; quòd uiolenter pariat. Erumpunt .n. fœtus corrosis uisceribus maternis. ADuertit. Hic ostendit Psaltes pœnas & flagella ea proprio peccato oriri. IN foueam suam. In qua demum obruitur, atq; sepelitur per longam peccandi consuetudinem: dehinc obstinationis lapide superposito contegitur: cuius rei figuram habes in Lazaro quatriduano. Vide Augustinum in expositione eius euangelii. IN caput. In damnum, & perniciem ipsius peccatoris: translatio sumpta est ab eo, qui in altum iactat lapidem, & plerúq; cadit super caput iactantis illum. IMprobus. Et si labor ideiteo dicatur improbus, quia a nemine probatur; nam omnes absq; labore uellent posse suis potiri desideriis: hoc in loco tamē potius dicitur improbus, quia a nullo probo uiro probatur: Quia ad perpetrandum facinorosum scelus adhibetur. DOlor. Etenim peccatum omne sequitur dolorosa pœnitentia siue ad emendationē, siue ad confusionem. LAcus. Conuertitur in caput eius, qui effodit eum, & se se mergit in illum. HInc. Non quia de morte peccatoris gaudeat,

E cum neq; Deus lætetur de perditione morientiū, sed de diuina potius exultat iustitia. Plus .i. mi-

Sap.1. sericors: quam dictionem uersus nō patitur Elegiacus. Pius aūt homo dicitur q uerus Dei cultor est, defensor patriæ, parentumq; obseruator. DEseris. Culpa tamen eorum, quæ in die iudicii patebit omnibus, tametsi nunc lateat. ALtissimus. Altus quidem homo, altior angelus; Deus uerò solus altissimus.

POllicitus fuerat Psaltes in fine præcedentis psalmi se se laudaturum nomen domini: hic exoluit promissa: nam laudat dominum a mirabilibus gestis, & ab excellentia dignitatis homini Christo collata. Sed ante nos inuitat ad amorem Dei, quo solo ad ipsius secreta intelligenda possumus penetrare. SCrutarier. Epēthesis adiectio in fine dictionis. AMans. Nam amicis

Io.15. nota sunt omnia: vnde in euangelio. Vos uocaui amicos, quia omnia, quæ audiui a patre meo, nota feci uobis. AMor. Sic & Apostolus, spiritus

1.cor.2. scrutatur omnia etiam secreta Dei. Amans. Anadiplosis. Repetitio satis cōueniens elegiaco car-

F mini. AMor. Quia cum fiducia facit nos accedere ad amatum, & ab eo petere quicquid scire de-

Io.15.& 16. sideramus: sicut exhortamur a Christo in Euangelio. Ammodo non petistis quicquam: petite & accipietis. PSaltes. Is est propriè, qui psalmos componit, impropriè & qui canit ac psallit in psalterio musico instrumento. Sed & ego Psaltes meritò dici possum, qui diuino afflatus spiritu, nostro, hoc est Latino carmine renouaui psalmos ac dilataui; sensum magis, quam uerba complectens. MYsterio. Sacra atq; secreta intelligentia, qua soli spūales uiri pollent. Est n. multiplex,

2.cor.3 allegorica, moralis, & anagogica: dr̄ & spūalis intelligentia, de qua Apostolus. Spiritus est (inqt) qui uiuificat littera uerò occidit. Diuina scriptura plena est his sensibus, præcipue uerò psalmi. TItulum. Sciēdum est penè omnes psalmos titulum suum habere præ fronte notatum, qui dicitur clauis intelligentiæ illius psalmi, cui præpositus est: sicut iste habet titulum pro torcularibus, ut in carmine dicitur, ac exponitur. OCtauo. Numerus iste resurrectioni dedicatus est: Sicut vi, passioni, & vii, sepulturæ & quieti mortuorum. VIctori. Christo. FInem. Seculorum. TOrcularibus. pro passione Christi, & Ecclesia. VIctor. Christe. OCiduo. A morte.

Tunc amplexatur Mœchus vtraq; manu.
Cum verò assensum male sana dat, oscula iungit,
Admiscetur ei, semina dira serit.
Concipit illa quidem lætali ex semine fœtum,
Cum sibi proponit velle patrare scelus.
Tunc iniustitiam parturit, quando laborat
Perficere id facinus, quod meditata fuit.
Visceribus laceris partusq; erumpit iniquus;
Illicitum tandem cum facit illud opus.
Nec misera aduertit, qui sic sibi corde profundum
Foderit (hoc crimen concipiendo) lacum.
Et dum parturit, facinusq; explere laborat,
Latius hunc aperit,, altius atq; cauat.
Cum parit, explendo quæ animo conceperat atro,
Heu misera in foueam tunc cadit ipsa suam.
In caput ecce suum labor improbus & dolor omnis
Tunc conuertetur; sicut & vnda lacus.
Hinc exultabo, lætaq; hinc voce fatebor,
Tu Deus omnipotens iustus es, atq; pius.
Hinc pius es, iustos qui protegis, atq; piorum
Illustras clemens pectora luce tua.
Iustus es inde, malos quí deseris: vnde relictos
Puniat, & merito, propria nequitia.
Ergo tuum nomen psallendo ad sydera tollam:
Ergo tibi laudum carmina læta canam.
Tu super excelsos omnes altissimus vnus
Ipse regis iustos, plectis & ipse malos.
Tu superum atq; hominum dispensas omnia certo
Ordine. Iam sit honos, gloria lausq; tibi.
Amen.

ODE VIII. EX PSALMO. viii. Domine Dominus noster.

COnsilium Domini quisnam scrutarier ausit?
Tecta archana Dei quis penetrare queat?
Solus amor sensum Domini rimarier audet:
Solus & archanum quærit amantis amans.
Spiritus hic amor est sanctus, penetrabilis, ardens,
Est patris & nati solus amantis amans.
Spiritus ergo Dei vestigat Is omnia solus
Consilia: archanum querit amantis amans.
Omnia nouit amor; & nos discamus amare,
Vt pateant nobis consilia alta Dei.
Hoc afflatus erat diuino numine Psalres,
Hoc sancto vates plenus amore fuit.
Cum sub mysterio titulum præ fronte notauit
Octauo psalmo perbreue & insolitum.
Victori in finem pro torcularibus vuæ.
Promeritas laudes en modulamur, ait.
Victor ab occiduò cum primo surgis Eoo,

More triumphantis rubra trophea gerens.
Calcatis uuis prælo, madefacta cruore,
Qua fuccinctus eras, est trabea illa tua.
O Deus, o hominum fator, & dominator eorum,
Qui patrio affectu nos colis, atq; regis:
Ecce tuum nomen (tennis quod nouerat ora)
Quam latum est, toto nunc & in orbe viget.
Qui conuexa poli, fulgentiaq; astra polorum
Admirabantur pectora crassa virûm.
Mira quibus fuerant argentea cornua Lunæ;
Mira quibus species aurea Solis erat.
His mirabilius super omnia sydera nomen
Auditum emicuit nunc Deus alme tuum
Quod super æthereos tua magnificentia cælos
Scanderit, aurato sederit inq; throno.
Non solum a, doctis, sapientibus, atq; disertis
Emeritas Laudes expetijsse iuuat:
Quin etiam infantes Laudem, quiq; vbera fugunt
Lactea matris adhuc, diseruere tibi.
Lactentes etenim missis ex ore papillis
Perfectas Laudes diseruere tibi.
Hinc tabescentes inimicos liuor adurat,
Hostibus unde tuis ilia rupta fluant.
Destruat vltorem, durum dirumpat & hostem,
Interius rodens uiscera linor edax.
Nempe tuos cœlos opus admirabile cernam
Non solum æthereos, sed super æthereos.
Quos digiti fecere tui super orbibus orbes,
Tunc erit immensos fasq; uidere mihi.
Fas erit & plenæ splendentia cornua lunæ
Cernere, dum currit lumine noctiuago.
Et quæ fundasti stellas super alta polorum,
Et quæ discurrunt inter vtrumq; polum.
Hem quid homo est? nisi gleba soluta ueterno,
Tu tamen ipsius nosceris esse memor.
Filius aut hominis qualis uel quantus habetur
Quod dignaris eum visere more patris?
A litibus superis paulominus ante minutus
Intra alios homines dum nouus astat homo,
Mox super excrescens, claroq; insignis Eoo,
Emicuit per te sydera celsa super.
Gloria & excellens, summo decoratus honore,
Purpureus solio presidet ipse suo.
Orbis & immensi moderandas cœpit habenas.
Quem fecere manus absq; labore tuæ.
Omnia sub pedibus subiecisti, omnia protsus,
Cœlestes, & oues, agricolasq;, bones.
Insuper & lati errabunda per æquora campi,
Et pecora, & stupido pectore bruta nimis.

morte. EOo. Summo diluculo. TRophea. Allusio ad prophetam, dicentem: quare rubrum est indumentum tuum? per quod caro Christi proprio sanguine intincta significatur. CAlcatis. Torcular inquit calcaui solus &c. PRælo. Trabe illa magna, qua præmuntur vuæ. Hic autem ponitur pro ligno crucis, quia caro Christi calcata est. TRabea. Vestis regia, & sacerdotalis: quia Christus Rex est, & sacerdos. ORa. Iudæa regio: vt alibi scriptum est: Notus in Iudæa Deus. NVoc. Ad prædicationem apostolorum. COnnexa. Cœlorum inmensos arcus intelligit, & per eos elementa aeris, ac ætheris, quæ sub nomine Iouis & Iunonis adorabantur a Gentilibus. AStra. Vtriusq; ursæ cum reliquis signis. LVnæ. quam Dianam appellabant & Phoeben. ERat. qui Phæbus, ac Pæan dicebatur, & apollo, SYdera. Sub quorum nomine multa dæmonia antiquitus colebantur: sicuti Mars, Venus, Mercurius, & Saturnus, quorum nomina uideat qui uult in Homero, ac Hesiodo, Virgilio, & Ouidio; ceterisq; lymphatis uatibus. Nomen. Iesu Christi; de quo Apostolus. Deus dedit illi nomē, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, &c. THrono. In die Ascensionis eius. INfantes. Hoc uaticinium, teste D. N. I. Christo, adimpletum est, quando in templo pueri clamabant: Osanna filio Dauid; Benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis. PApillis. Papillæ illæ paruæ uberum sunt, quas infantuli ore sumentes, inde lac sugunt, unde & aluntur: pupillæ uerò oculorum sunt gemmulę illæ nigerulæ, unde uidemus. INimicos. Principes sacerdotum, qui per inuidiam tradiderunt D. Iesum Pilato. HOstibus. Scribis ac Pharisæis. VLtorem. Iudæum, qui sub imagine ulciscendi Dei, Christum tradidit crucifigendum; & discipulos eius quandiu potuit est persecutus. HOstē. Diabolum, & populum eius Idolatram. AEthereos. Angelorum choros. DIgiti. Per digitos intelligitur gratia Spiritusſancti, propter donorum diuisionem; de quibus Apostolū uide. ORbes. Qui dicuntur esse decem, uidelicet, vii. planetarum firmamentum, christallinum, & Empyreum, Beatorum sedem. POlorum. Quæ fixæ sunt in firmamento cæli. Polum, Articum & antarticum, superiorem ac inferiorem, Errantia hæc uocantur sydera. EXcrescens. In resurrectione, sed magis atq; magis in ascensione. Gloria. Casus ablatiui. PVrpureus. Regio amictu indutus: nam Rex regum est factus, ac Dominus dominantium. MOderandas. Sicut & ipse post resurrectionem dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. LAbore. Quia solo uerbo creauit omnia: nam ipse dixit, & facta sunt: mandauit & creata sunt. SVbiecisti. Hoc testimonio usus & Apostolus, de Christo differens hoc esse profetatum. OVes. dixerit aliquis: nunquid in cœlo sunt oues? uerum per hæc animantia uaria hominum genera significata sunt: per oues quæ, ponuntur a dextris, Simplices; quiq; fideles, qui nulli nocent, & ualde fructiferi sunt; offerentes domino lac dulcium laudum; lanam, hoc est superflua in cibos & tegumenta pauperum; & agnos, spirituales filios in timore Domini, & omni scientia eruditos; ac quoscunq; fructus bonorum operum. BOues. Prædicatores, Doctores, & Pastores Ecclesiarum: qui terrena subditorum pectora uomere linguæ exercent; ut apta sint ad recipiendum semen uerbi Dei. ERrabunda. Oues quæ perierunt domus Israel. BRuta. Per hæc gentium infidelium

nationes

A

B

Ph. 2.

Mat. 21.

1. Cor. 12.

C

Mat. ultimo.

Ps. 32.

Eph. 1.

E nationes omnes significatæ sunt, quæ ita stupidę
erant, ut dæmonia in statuis lapideis colerent, ac
formidarent. PEtentes. Superbos, arrogantes,
ambitiosos, & iactabundos intelligit. PIsces.
Curiosos, atq; inquietos intelligit, qui culpas,
& facta aliena perscrutantur: propria uerò negligunt.

CVm lateant. Ex primis uersibus patet sensus huius odę, quia loquitur de occultis iudiciis Dei: Sic & Apostolus: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles
Ro. 11. uiæ eius. IVstissima. Idem Psaltes alibi, Iustus
Psal. 6. es domine, & rectum iudicium tuum. OCcultus.
Vt pote qui inuisibilis est & incomprehensibilis,
De sum. cum tamen ubiq; sit, & omnia uideat. MVnia.
tri. cap. Quæ sibi propria sunt: totam .n. substantiam suã
5. Nota generando dedit, & totam sibi retinuit: exem-
autem. plum in lumine ex alio sumpto lumine, in scientia & in aliis spiritualibus, quę dantur, & a dante retinentur. IVdice. Sic & in Euangelio: pater
Io 5. omne iudicium dedit filio. OCcultus. Carne mortali circundatus: ut etiam tunc fides haberet meritum: nam sine fide ullus numquam potuit pla-
Heb. 11 cere Deo. Ante Christum, de uenturo fides erat. ipso presente in Deum credebant, sub mortali
F carne latentem, post Ascensionem eius in eundem credimus sublatum ab oculis nostris, ac latentem. VNi. Iudæorum, iuxta illud: non sum
Math. 5 missus nisi ad oues quæ perierunt, domus Israel. ORbo. Quod & factum est per apostolorũ prædicationem. GRaui. Sicut aurum & argentum quæ igne purgantur & purificantur. EXpãditur. Non quantum est, sed quantum unusquisque capere potest. Conuexa. Curuaturas seu fornices illas immensas cœlorum. OPposito. Quia plerisq; planetarum cum orbibus suis dicuntur ferri ab occidente in orientem contra firmamentum, cuius cursus est ab oriente in occidentem. MEdio. Planetarum: nam sic ordinati esse dicuntur: Luna, Mercurius, Venus, Sol omnium medius, Mars, Iupiter, & ultimus Saturnus.

G

Aëreas etiam volucres nimis alta petentes,
Elatis animis quæ per inane volant.
Atq; maris pisces, qui per freta turbida tranant,
Semita nulla quibus plana per æquor adest:
Incertos faciunt cursus, variosq; recursus.
Nec mora, nec requies lapsibus vlla vagis.
Omnia vestigant; scrutantur & omnia passim
Littora, speluncas, atq; profunda maris.
Nusquam tuta quies, ipso quin gurgite in imo
Anxia sollicitos cura pauore premit.
O Deus, o hominum sator, & dominator eorum,
Qui patrio affectu nos colis, atq; regis.
Ecce tuum nomen, tenuis quod nouerat ora,
Quam Latum est, toto nunc & in orbe viget.
Amen.

ODE IX. EX PSALMO. IX.
Confitebor.

CVm lateant occulta Dei iustissima semper
Iudicia: Occultus cum sit & ipse Deus,
Si dedit hæc eadem genitæ sua munia proli,
Ne mireris: eo iudice cuncta gerit.
Atq; ideo occultus genti cum venerit uni,
Vt toto fieret notus in orbe Deus:
Desine mirari, quisquis rimaris ad unguem
Quæ præter morem fortè uenire solent.
Si quandoq; probum duro exercere flagello
Videris: vt melior fiat ab igne graui:
Si sontes crebris Pharaonas ignibus urget,
Vt premat elatos, indomitosq; Domet:
Si sontes atq; insontes discrimine nullo
Largifluo pariter dapsilis imbre riget:
Si foueat, ditet iustos simul, atq; nocentes,
Si pariter tollat, si premat & pariter:
Obuia ceu torrens rapit omnia: sicq; feruntur
Labilibus seclis omnia labilia:
Non tamen vlla cadunt sine libra examinis æqui
Iudicis æterni, quam tenet alta manus.
Non igitur casu, fortuna aut sorte feruntur
Res hominum, aut fluxu syderis ætherei.
O Domine omnipotens tibi toto corde fatebor,
Omnia nostra regi libripotente manu.
Omnia narrabo quæ tu miranda patrasti
In cœlo, in terra, spiritibusq; virûm.
Nam super æthereum (quod continet omnia) cœlũ
Vndiq; firmasti cunctipotente manu.
Innumerabilibus decorasti ea lucida regna
Luminibus viuis, quæ super astra volant.
Numen ibiq; tuum fœlix expanditur illis,
Quod nobis præsens est, sed ubiq; latet.
Inferiora dehinc forti conuexa polorum
Indefessus agis absq; labore manu.
Quæ licet opposito rapiantur & omnia cursu,
Non tamen abscedunt ordine mota suo.
Cuncta suis astris licet insignita nitescant,
Sole tamen medio fulgidiore micant.

Solis

MInnsuè. Quia a prima die coniunctionis usq; ad 15. quæ dicitur oppositio, paulatim tota impletur: deinceps A
minuitur usq; ad consumationem. NOctis. Quin interdum etiam diei; sed modicum uidetur propter micantis

Solis enim radiis, quæ mundi maxima lampas,
Pro modulo implentur lumina quæq; suo.
Luna quoq; vt speculum radiis ceu subditur illis,
Plusuè minusuè micans tempora noctis agit.
Grandia quæ subsunt Elementa deinde ligasti
Nexibus æternis irresolubilibus.
Cumq; sit ignis aquæ pugnax, telluris & aer
Oppositum, discors non tamen alter agit.
Quin ea gignendis confert discordia rebus:
Corporibus mixtis conueniuntq; simul.
Quis non densari miretur in aere nubes?
Qui modo tam purus, tamq; serenus erat?
Vnde Noto grauis imber?& vnde Aquilone procella,
Aura leuis Zephyro? cur madet Eurus aquis?
Cur pugnent venti? rapiant per inania nubes,
Euellant quercus? diripiantq; domos?
Vnde ciet tonitru? fulgur? fulmenq; sequatur,
Arcibus excisis, quo paueant populi.
Nubibus ex iisdem glacialis & horrida grando
Vt concreta ruat, ignis & inde cadat.
Hæc supra nos sunt: oculis at peruia nostris:
Nec miratur homo, cui leue pectus adest.
Si varias volucres variis miramur in oris,
Vnica vel Phœnix plena stuporis erit.
Si mare velinolum, si uel freta concita ventis,
Ambiat admiror, quę uel Abyssus, humum.
Flumina & vnde fluant uenientia montibus altis,
Vnde trahat tantas alueus altus aquas
Aëre quot uolucres, quot sunt animantia terris,
Monstra maris totidem, squammigerumq; pecus.
Grandis inest ponto Pistrix, maioraq; Coete;
Sed superat cunctas vasta Balena feras.
Oppida miramur, villas, castella, vel vrbes
Turritas, dorso quas tenet alma parens.
Aspera Syluarum, Latebrosaq; lustra ferarum,
Et nemorum pecori pascua grata meo.
Plurima poma, Nuces varias, Baccasq; rubentes,
Quis numerat, fruges, quas alit alma parens.
Aspice pendentes in apricis collibus vuas,
Camporum segetes, florida prata vide.
Mille hominum facies gremio telluris in vno
Dissimiles miror moribus, atq; sono.
Tot varijs natura decens mirabilis extat:
Admirabilior cunctiparensq; Deus:
Admiranda Dei sunt illa, excelsaq; facta,
Humanis oculis attamen ipsa patent.
Admiranda autem, dum pectora nostra gubernas,

solis radios. ELementa. Quatuor ea sunt, Ter-
ra, Aqua, Aer, & AEther. AEternis. Quo ad
substantiam totam; etenim in fine sæculorum
renouabûtur. PVgnax. Quia inuicē cōsumun-
tur, ac extinguntur, maior a minori. OPposi-
tum. Densum .n. unum est, & immobile;alterū
rarum. & in motu continuo. Agit. A loco pro-
prio; quia terra grauis semper deorsum iacet;
Aer uero sursum. MIxtis. AEqualia sunt homi-
num & pecorum. IMber. Omnis iis quæstioni-
bus aliter atq; aliter responderint Astrologi, &
naturę inquisitores Philosophi. Nos autē bre-
uiter respondebimus autoritate Psaltis huius in
psalmo: Quia omnia faciunt uerbum domini,
per quod & creata sunt, & ad eius imperiū mo-
uentur,atq; quiescunt. PRocella. Sic dicta, quòd psal. 18
omnia percellat atq; discutiat ea turbinis uen- & 143.
torum impetuosa violentia. DOmos. Sæpe ocu-
lis nostris hec uidimus; ex quibus argui potest,
quā horribilis atq;tremenda sit futura illa dies;
qua oia ædificia corruent, & igni exurentur ipsa 2.pe. 3.
elementa, atq; purgabuntur: deine sorde depo- B
sita cuncta renouabuntur. VNde ciet. Causa-
tur. Tametsi dicant naturæ secreta rimantes,
tonitrua ex nubium collisione causari; quia ta-
men ipsa collisio nubium diuina fit uoluntate,
securius respondebimus, ut supra dictum est,
quia & ipsa faciunt uerbum domini; .i. diuinæ
iussioni obtemperant. FVlgur. Splendor ille
igneus est, qui sequitur illam collisionem, ta-
metsi ad humanos uisus citius appareat, quam
sonitus ad aures perueniat, propter acutiorem
sensum oculorum, quam auriū. FVlmenq;. Te-
lum est ipsum lapideum durissimum instar vo-
meris parui. PHœnix. Phœnicem Solinus de- in c. de
scribit in libro de mirabilibus mundi; ibi uide: Arabia.
Est enim volucrum omnium pulcherrima, quæ in com.
dicitur unica, & post multa sæcula renouari. Christi
VElinolum. Quod uelis, quasi alis naui uoletur, ados fo.
quando celeriter nauigatur. ABissus. Maxima 177.
maris profunditas, & immensa uorago. HVmū. Ambr.
Repetitur uerbum, ambiat. & est Occeanus, exa.lib.
qui totam dicitur tellurem circundare. FLuant. 5. c.23.
Ex mari, dicit Salomon, omnia exeunt flumina Eccl. c.
per occultas terræ uenas; & uadunt ad mare ut 1.
iterum fluant, hinc est, q mare non reddundat C
tantis in illud confluentibus aquis. ALueus al-
tus. Lectus fluminis profundus, nam ita deor-
sum profunditas, sicut & sursum dicitur altitu-
do. PIstrix. Bellua maris, minor balena, ete-
nim .200. cubitorum est, uestitur pilo, & ani-
mal non ouum parit. COete De quibus in gene-
si. & creauit Deus cete grandia, tante magnitu-
dinis, ut triduo Ionas in uentre eius uixerit.
BAlena. Quaternorum esse iugerum dicuntur. Io.c. &
Si quando supernatant fluctibus, magnæ uiden- Mat.12
tur esse insulæ. POma. Tria hic ponuntur genera
fructuum, prima duo domesticorum sunt, tertium
siluestrium. MIlle. Numerus finitus pro infini-
to, porrò hæc diuersitas facierum dicitur causa-
ri ex diuersitate specierum, ex quibus generan-
tur. Magnum tamen hoc est creatoris miracu-
lum, vt duæ facies hominum penitus similes minime inueniantur, cum tamen ex eisdem partibus cōstet omnes.
Talem uarietatem etiam in pecoribus, arboribus, & earum fructibus, ac foliis notaui, sic & in herbis; ut peni-
tus similes difficile inuenias, cum tamen eiusdem sint generis ac speciei. MOribus. Propter uariam educationē,
locorumq; consuetudinem, atq; complexionum diuersitatem. SOno .i. uoce, quam propriam singulis habe-
mus. Vnde & ad uocem solam etiam non uisi plerumq; cognoscimur, hæc fortasse & organorum, hoc est ipsius
vocis instrumentorū uarietate causatur. PArensq;. Etiam ipsius naturæ; qui cunctis rebus illa indidit. PArens.

Tametsi

D Tametsi plerosq; causæ hic lateant, quare Poeta cecinit; Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas, sciendum est autem ex tali rerum admiratione homines adductos ad philosophandũ, ut latentes rerum causas inuenirent.

MAgis. Magis ẽt inscrutabilia, ut docet Apostolus. PErdis. Morte culpæ, quam iusto iudicio nobis permittit euenire: idcirco improprie dicitur, nos perdere. ITerum. Per nouæ gratiæ infusionem. EOs. Corporaliter, ut illos 40. Gentiles in mari submersos, & per beatum Andreã suscitatos. Spiritualiter in multis quatriduanis Lazaris potest uerificari: nam sepulchrum patẽs est guttur eorum: tales sunt omnes qui longa consuetudine peccandi tenentur astricti. AEstu. Desiderii, vel gratiæ, ut in eis conseruetur humilitas. Nec enim Prophetis semper occulta patent. FIdibus. Decem cordis, hoc est decem præceptorum obseruatione. CYthara. Carnis mortificatione. CHoro. Per proximorum instructionem. Hostẽ. Diabolum; qui Ante Christi passionem tanquam ductor præcedebat hominẽ peccatorem, & ueluti captiuum uictor post se trahebat: uerum a Christo uictus, ueluti canis latratu uiatorem hominem insequitur. PEctore. Qualis serpens saxo perfractus, aut baculo. SOntes. Peccatores qui membra sunt diaboli:
E nam omnium iniquorum caput est diabolus, ut docet diuus Gregorius. PVtamus. Neq; enim capite suo fortiora possunt esse membra. TErribili.
Ho.16. Cum D. N. I. Christus ad iudicandum venerit, uultus eius terribilis quidem erit reis, bonis autem mitis, blandus, ac placidus. PEribũt. Ad similitudinem noctuarum, ac uespertilionũ, quæ in meridie, si ad solem uel inuitæ trahantur, lumen oculorum amittunt. MEum .i. pro me iudicasti: tunc enim nostrum iudicium, & causam dicitur iudex facere, cum sententiam pro nobis dicit. NEci. Hæc, & si cuicunq; iusto conueniant a peruersis interfecto; specialiter tamen de D. N. I. Ch. decet intelligi, qui ab iniquis Iudæis iniustè crucifixus est. Mulctabis. Morte,
Ioseph. de bello Iudaico atq; vrbis incẽdio, quod per Romanos sub Tito & Vespasiano Imperatoribus factũ est. IMpius.
Greg. Ho.39. Diabolus, impietatis pater. FVlgura. Apostolorum miracula. TEnebroso. Mundanis hominibus tenebris ignorantiæ, peccatorum, atq; infidelitatis oppressis. IDolorum. Iouis, Martis, & Apollinis, Iunonis, Dianæ, & Veneris, Baalis, Dagonis, & Astartæ, ceterorumq; hu-
F iusmodi portentorum, in quibus ipsa colebantur Dæmonia a Gentilitate delusa. PArta. Malis artibus, & fraudulenter. DIu. A Prisco Bello usq; ad Martyrum tempora: nam Ninus Belli filius statuam æream sub patris nomine in foro erexit, & ad eam confugientibus immunitatem promisit: quo beneficio allecti homines, crediderunt, illi statuæ numẽ inesse, cæperuntq; illi supplicare: qua occasione oblata, ingressus in eam Diabolus, petentibus responsa dare cæpit, sibiq; iussit sacra offerri: inde in alias gentes propagatus est cultus idolorum, quem Apostoli, ac Martyres penitus aboleuerunt, introducta in mundũ per Christianam religionem uera Dei cultura. ASylum. Refugii locum: unde Augustinus: si fortis es pugna, si formidolosus fuge, sed ad Christum, qui est refugium miseris, & petra herinaciis. SAlubre. Neq; .n. est aliud nomen sub cœlo
Act.4. Ph.2. datum, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Domini Nostri Iesu Christi. Hoc est illud nomen, quod est super omne nomen, ut docet Apostolus: cui omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, atq;
Greg. Ho.10. infernorum. QVæsierunt. Verè, non fictè, ut Hyppocritæ, qui nunquam Christum inueniunt; sic, ut Herodes Christum puerulum quæsiuit, nec inuenit, quia simulatoriè quæsiuit. PRofugos. Ex Babilonia, Vrbe malorum

Quæ facis interius sunt magis atq; magis.
Tu pulsas, sanasq; viros: tu perdis: & inde
Quos censes dignos viuificas iterum.
Tuq; infœlices imum deducis ad orcum:
Cumq; libet viuos inde reducis eos.
Irriguas mentes iterum tabescere ab æstu;
Arentesq; iterum tu facis irriguas.
Lætandum hinc nobis, exultandumq; fatemur,
Pro quibus hæc scimus cuncta creata Deo.
Hinc meritas grates, hinc debita munia laudum
Quottidie offerimus nos tibi summe Deus.
Nomini & inde tuo Psaltes, altissime, psallam
Bisquinis fidibus cum cythara atq; choro.
Tu conuertisti victor post terga retrorsum
Hostem: qui fuerat præuius ante mihi.
Quemq; Ducem dudum miserabilis ante sequebar,
Nunc fractum video pectore ponè sequi.
Sic etiam sontes cessuros terga putamus:
Debile namq; caput uix sua membra trahit,
Infirmi fient amisso robore primo,
Terribili astiteris cum Deus ore minax.
Ante tuam faciem rutilo fulgore peribunt
Luminis immensi lucidiore die:
Iustus enim Iudex solio cum sederis aureo,
Fecisti causam, iudiciumq; meum.
Vtq; reum insontem studio pupugere maligno,
Immeritum iniustæ meq; dedere neci.
Tu contra iustè sontes mulctabis iniquos:
Iustitiæ & gladio tu resecabis eos.
Impius actutum periit, cùm fulgura mundo
Sparsa tenebroso promicuere tua.
Namq; Idolorum doluit deleta suorum
Nomina in eternum, regnaq; parta diu.
Hostiles frameæ iam defecere; retusa
In finem est acies, ne resecare queat.
Aggeribus, fossis, dirruptis, mœnibus, vrbes
Horribili tonitru iam cecidere tuo.
Oppida cum grandi strepitu periere, nec ultra
AEdificabuntur, nec memor vllus erit:
Sed manet omnipotens Deus, æternumq; manebit,
Nomen & illius sæcula cuncta canent.
Iamq; thronum erexit iudex, vt iudicet æquus
Orbem terrarum, præcipuumq; hominem.
Iamq; manu libram tenet, ut præponderet acta
Cunctorum: populos iustitiaq; Leuet.
Ad quem confugiant inopes, se fecit Asylum:
Opportunus eis dum tribulantur adest.
Quicunq; ergo tuum nomen nouere salubre,
In te fac sperent o Deus vnde salus.]
Qui te quæsierint, nec enim tu deseris vnquam,

lorum, in qua Dæmonia scœptra tenent. EOs. Ne per recidiuum a persecutore illo iterum capiantur; de quo in A
Euangelio: cum immundus spiritus exierit ab homine &c. ibi uide. SYonea. Ecclesia militanti, ac tryumphan-

Excipis vt profugos, atq; tueris eos.
Arce Syonea vates quicumq; recepti
Psallite iam Domino, psallite voce, manu.
Nuncia per gentes discurrant carmina vestra,
Magna Dei vt discant qualia sint studia.
Nempe requirendo fusum sine more crucrem,
Sanctorum ostendit se meminisse Deus.
Omnipotens miserere mei Deus, inter & hostes
Respice quam vilis, quam miserandus eo.
Excipe me miserum, vilem, cœnoq; iacentem;
De foribus mortis meq; regendo leua.
Innumeras inter gentes mea lingua tuarum
Nuntia sit laudum, teq; referre queat.
Teq; referre queat portis, velut ante, Syonis,
Concinat vt laudes vrbs mea læta tuas.
Voce salutarem te promittente futurum
Orabo exultans, opperiarq; canens.
At gentes alias sua, quam fodere, vorago,
Infixasq; tenet proprius interitus.
Quemq; tetenderunt alijs, voluuntur in ipso
Deprensi laqueo præcipites pedibus.
Iudicia exercens Deus agnoscetur ab illis
Vel sero: quod nos nouimus ante malum.
Quemq; recusarunt Dominum quandoq; fateri,
Cogentur pœnas experiendo graues.
Nam peccatores miseros opera ipsa suarum
Deprendunt manuum, quos sua vincla ligant.
Nescius & spiras, quibus innodetur iniquus,
Fertq; flagella, quibus vapulet insipiens.
Cum peccatores Barathri trudantur in imum,
Portioq; illorum sulphur, & ignis edax.
Cum gentes omnes; Domino quæ terga dedere,
Officij immemores, immemoresq; Dei,
Inferni in fundo fuerint, quid proderit illis
Oppressisse inopes orbis vti Dominos?
Ergo potens exurge Deus, nam plurima sursum
Vox oppressorum sydera celsa petit.
Ne patiare diu dura ceruice superbum,
Vt se se extollat semper iniquus homo.
Iudicio discerne tuo Rex optime gentes
Has omnes: morum censor adesto cito.
Attamen interea sibi quem cupiere magistrum,
Legis latorem constituendo sines.

ti: nam de utraq; potest intelligi: quæ demũ una, Mat.12
eademq; est, licet locis separata. VAtes. Prophe-
tæ ac Poetæ ueridici, non illi fabulosi: quia uana
horum doctrina similis est siliquis (ut in Euange-
lio) quas porci infernales manducãt: sicut docet Mat.21
Augustinus in homelia parabolæ filii prodigi.
MAnu. Verbo & opere: quia non solis uerbis suf-
ficit esse bonum: nisi uelimus esse Scribis similes
ac Pharisæis, qui super cathedra Moysi sedentes
dicebant, nec faciebant. STudia, Pro salute ho- Mat.23
minum: nam martyres affligi permisit, ut nos eru- Luc.11
diret; æternis temporalia omnia esse postponen-
nenda: nisi .n. agnouissent futuram meliorem ui-
tam per tormenta grauissima, præsentem mini-
me profudissent. Lege sermonem s. Maximi epi
in cõi martyrum. REquirendo. Puniendo perse-
cutores eorum, in præsenti quandoq;, semper Hier.2.
autem in futuro. MIserandus. Nihilipensus, pro 2.Pe.2.
minimo extimatus. MIserum. Exules quippe su-
mus in hanc uallem miseriæ ex paradiso relegati. B
VIlem. Propter iterationem peccatorum, iuxta
illud propheticum: uide quam facta sis uilis iterãs
uias tuas. IAcentem. Iuxta illud prouerbium do-
mini: sus lota in uolutabro luti, & canis reuersus
ad uomitum. Me miserum, in quem nostrum nõ
uerificatur? qui millies ad idem uitium post pœ-
nitentiam reuertimur? unde non pœnitentes, sed
iam irridentes ab Augustino & Gregorio iudica-
bimur. FOribus mortis. Portæ mortis uniuersa
sunt peccata, & præcipuæ hæreses. SIt. Postquã
me erexeris de cœno peccatorum, & iustum fece-
ris: quia minime speciosa est laus in ore peccato-
ris. REferre. Figurata locutio, quæ anadiplosis
dicitur, Latinè repetitio, maxime conueniens
exultantibus, atq; canentibus. SYonis, Dauidi-
cæ arcis. Neq; .n. semper expedit omnia mysticè
exponi. MEa. Hierusalem, quam de manu Ie-
busæorum tulerat Dauid, & regiam fecerat. Vide
nostram Dauidiaden. SAlutarem. Saluatorem
Christum, quem Messiam appellant Hebræi; nec
adhuc uenisse credunt, sed uenturum expectant;
uerum miseri Antichristum pro Christo recipiẽt; C
nec nisi delusi post illius mortem, tam longum re-
cognoscent errorem. OPperiarq;. Expectabo, à
deponenti, opperior. ALias. Idolatras intelli-
git; potest nihilominus & de peccatoribus obsti-
natis intelligi, & præcipue de his, qui probis in-
sidiantur, ac persequuntur. SEro. Post damnatio-
nem; de Phrigibus idem scriptum legimus, quòd
serò sapiant, vz. post ruinam. MAlum. AEter-
næ damnationis, quam per talem fugimus agni-
tionem. REcusarunt. Verbis etiã, ut Iudæi dicen-
tes; non habemus Regem, nisi Cæsarem; mali
etiam factis negant, etsi uerbis confiteantur.
OMnes. Idolis deditæ usq; ad Christum intelli-
git, quæ sæpissimè oppresserunt Hebræos, popu-
lum Dei; inde uero citra aliqui ex omnibus gen-
tibus, non penitus omnes, sed & aliquando fide-
les nomine, re infideles. Similis locutio habetur in Euangelio: Et ego, si exaltatus fuero, omnia tra- Io.12.
ham ad meipsum; & in Esaia; & uenient ad eum omnes gentes. OFicii. Pro officiorum, quorum hæc sunt
potissima, creationis, imaginis, ac similitudinis eius in nobis expressæ, redemptionis per mortem unigeniti;
alimentorũ & amictus prouisionis; necessariorum ad salutem, gubernationis, ac gloriæ præparationis. FVerint.
tamquam superbi, atq; ingratissimi. EXurge. Translatio sumpta a dormiente Duce, cum peruigil
instat inimicus. Dicitur Dominus dormire negligentibus, qui studiosis uigilat. OPressorum. Clami-
tat ad cœlum uox sanguinis, & Sodomorum, uox oppressorum, mercesq; retenta laborum. SVperbum.
Per anthonomasiam possumus Diabolum, uel præcipuum eius membrum Antichristum intelligere, ac deni-
que quemuis Tyrannum. Duplex est Iudicium Domini; unum occultum, quod quotidie fit, alterum
manifestum; quod erit in fine sæculi. MAgistrum. Ironicè peruersiorem Antichristum intellige, quem

Vt norint gentes; quoniam terrena propago
Sunt homines, & humum terreæ corda colunt.
Propter humum brutam perdunt cœlestia regna,
Innumeris iustos afficiuntq; malis.
Vt quid adhuc longè Deus excessisse videris,
Tempore subsidij deseris an'ne tuos?
Despicis an'ne probos? tribulis vexantur acutis:
Nec mora, nec requies fertur ab hoste graui.
Dum mentem elatam tumido super æthera fastu
Impius extollit, concitus ardet inops.
Quod si improuisus iudex æquissime adesses,
Consilijs caderet perditus ille suis.
Cogitat impurus, socij meditantur iniqui,
Quo pacto iustos ore vel ense necent.
Ex scelere & quoniam laudabilis esse videtur,
Hunc socij laudant, participesq; probant.
In desiderijs animæ benedicitur atrox
Latronum à cœtu, complicibusq; suis.
Hic peccator homo (scelus ipsum) pessima queq;
Patrando, mitem prouocat arte Deum.
Criminibus tantis iratum inuisus acerbat,
Vt neq; vindictam quærat in orbe tacens.
Supplicia & quoniam scelerato ex pectore nulla
Nunc Deus exposcit, dum grauiora parat:
Insipiens adeo est factus: quòd nec Deus vllus
Est sibi; quin solum se putat esse Deum.
Huic etiam cœno, laqueis, ac fraudibus vso
Sunt & pollutæ perplicitæq; viæ.
Huic etiam sublata procul, proiectaq; prorsus
A facie ipsius sunt tua iudicia.
Quòdq; inimicorum dominabitur arte suorum,
Maioris fastus causaq; maior erit.
Dixit enim tumido meditans in corde Tyrannus,
Dum sperat Dominum se fore perpetuum:
Absq; malo iam me generatio nulla monebit,
Quæ vel adest præsens, queuè futura uenit.
Cuius & os plenum blasfemis vocibus ardet
Sanctorum in sanctum semper amara loqui.
Congerit insontes contra maledicta dolosus:
Sub lingua illius stat labor atq; dolor.
Insidiansq; sedet cum secli ditibus huius,
Perdat vt innocuos ense, vel arte doli.
Respicit heu fallax oculis quasi mitibus arte
In miseros inopes rhetia iure tegens.
Inde ferox visa, veluti leo surgit ab antro
Occulto, præda, quam rapit, atq; vorat:
Insidiatur enim fallax ceu subdolá vulpes
Cristatas volucres, dum rapit arte doli.
Sic iste insidias tendit, dum perdere tentat,
Dum trahit hos blandis, tunc rapit, atq; necat.
Pollicitis diues, laqueis & diues abundat;
Diuitijs quosdam, delitijsq; trahit.
Quos trahit, abiectos vinclis humilesq; retrudit,
Seruitio veluti vilia mancipia.

D Iudei & uoluptatum amatores exposcunt. VIderis. Hysteron protheron, ordo conuersus .i. finendo constitues. GEntes. Asseclæ ipsius. VIderis .i. iustis illius temporis. Videbitur præ pondere grauium tribulationum Deus deseruisse Ecclesiā suam, sicut etiam temporibus Martyrum idem uidebatur infirmis in fide; ad quorum consolationem scripta fuit Apocalypsis. ARdet. Zelo interdū, interdū angustia, iuxta illud Apostoli: Quis infirmas, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō Vror? (2. Cor. 11.) IMpurus. Antichristus peccatis omnibus inquinatus: est .n. liptote figura, que fit quando minus dicitur, & plus intelligitur. ORe. Deceptionis uoce, qui imos est Diaboli, & omnium Hæreticorum, ut primum blandis ac falsis persuasionibus necent animas consentientium sibi; at ubi minus successerit, conuertuntur ad arma, & publicam excitant persecutionem, potentibus acquisitis fautoribus. VIdetur. Sibi similibus, qui ex presenti euentu facta indicant. HOmo. Antichristus erit enim sceleratissimus omnium. ARte. Malitiosè, non ex fragilitate, uel casu, sed dedita opera, & propria uoluntate. TAcens. Maximæ iræ signum est, quā peccator in temporalibus prosperatur, nec punitur. DEum. Hoc etiam dixit Apostolus; quia extabitur super omne quod dicitur Deus: ita ut in (2. Thes. 2.) E templo Dei sedeat tamquam Deus. VIæ. Perplexa dicitur uia, quando peccatum sine perpetratione alterius peccati uitari non potest. ARte. Dolosæ exploraturus est enim quorūcunq; inclinationes, & pronitates ad malum, ita ut meticulosos terroribus, uoluptuosos delitiis, & auaros rerum opulentia ad uota sua pertrahat. ERit. Nam ex notorum successu solet augeri superbia, ex qua Dei crescit contemptus, & demum ipsius obliuio. SPerat. (Eccl. 1.) Falsò: nullum n. violentum diuturnum. MAlo. Actiuè, quod aliis inferre intendit, non quod ipse se passurum credat. VEnit. Præsentis est temporis, iuxta illud Salomonis: generatio præterit; & generatio aduenit. CVius. Antichristi capitis iniquorum. AMara. Iustis, qui cum gemitu audiunt blasphemias Domini Dei sui Contrà. Anastrophe, que fit quando præpositiua postponitur præpositio. LAbor & dolor. Dicuntur esse sub lingua iniquorum; quia laborant exequi peruersas cogitationes suas, & dolent, si nequeant explere mala, quæ desiderant. INsidias. Perditioni animarum. SEdet. Meditando, & consulendo, quibus fallaciis simplices quosq; decipiat, & ad se sequendum (Mat. 10) F trahat. HVius. Sunt enim & diuites uirtutibus, qui non acquiescunt persuasionibus peruersis: diuites uero sæculi facilè consentiunt magistris prurientibus auribus. PErdat. In anima uel corpore, si id nequierit perficere. INnocuos. Simplices nec prudentes: nam alterum sine altero parum prodest: quare bene dixit Dominus: estote simplices ut columbæ, & prudentes ut serpentes: qui totum corpus obiiciunt verberibus, ut sit saluum caput, in quo illorum uita consistit. ARte. Malitia. TEgens. Vt opum pollicitatione ad deuotionem suam illos alliciat. VOrat. In corpus iniquitatis p consensum introducit: sicut & contrà, Petro apostolo de conuertendis Gentilibus a Domino dictum est: macta & manduca, hoc est tibi consentientes traiice in corpus Ecclesiæ. Necat morte animæ p culpam. QVosdam. Amatores huius seculi, auaros maximè, ambitiosos; & carnis pronos uoluptatibus. DElitiisq;. Vt gulæ deditos, qui quotidianis epulis & iis splendidis delectantur. HVmilesq;. Vilissimos Deo & Angelis eius: quia ueluti transfugæ militiam Christi deseruerunt. SEruitio. Mammonę uel peccati: nam qui facit peccatum, seruus est peccati

cati: qua seruitute nulla miserior est. RVet. Hic exitus uitæ Antichristi: nam cum uoluerit ascendere in Cœlum, uidentibus cunctis, deiicietur spiritu oris Domini; totusq; confractus miseram exhalabit animam: & statim spes A

Quid tamen efficiet tandem dominator acerbus?
Numquid in æternum proferet imperium?
Cum modicum permissus erit dominarier atrox,
Ac vexare inopes seruitijs grauibus.
Exiguo demum ceruix post tempore fracta
Inclinata cadet, impiusatq; ruet.
Dixit enim oblitum, quem nulla obliuio fallit,
Esse Deum; immemorē, qui immemor esse neq;t.
Dixerat, auerrit faciem, ne cernat iniqua
Omnia qui præsens cernit vbiq; Deus.
Cunctorum auditor, nostro sub tempore surda
Clamores inopum præterit aure Deus?
Exurge potens exurge Deus, tollatur in altum,
Impia quæ feriat, pectora, dextra manus.
Norit, vt excussus regno, vitaq; prophanus
Te memorem vlcisci pauperis opprobria.
Vt quid iniquus homo tacito sub pectore secum,
Impia facta Deus, non mea quæret, ait.
Prouocat iratum maiorem prorsus ad iram,
Dum negat vltorem pauperis esse Deum.
Tu uiden alte Deus plectendos protinus illos,
Vt manibus tradas pectora sæua tuis.
Experiendo sciant, inopes te vindice tutos,
Quodq; tibi curæ sit labor, atq; dolor.
Pauper, egenus, inops, spe desolatus ab omni
Orphanus auxilio creditus estq; tuo.
Cui pater Ammoreus erat, materq; Cethæa,
Cuiq; acer genitor, cui tenebrosa parens.
Te miseratorem miseri experiuntur abundè:
Teq; suum vltorem, qui patiuntur, habent.
Tu peccatoris tandem, & prædura maligni
Brachia ferrato contere fuste Deus.
Peccatum illius supera quæretur ab arce,
Vnde nec in terris inuenietur homo.
Nam graue peccati pondus dum mergitur imo
Carceris inferni, Tartareoq; lacu,
Et peccatorem secum trahit ære ligatum,
In mare mersa velut plumbea massa cadit.
Cum scelere immerso iam peccatore Tyranno
Sub Styge, flammiferi sub Phlegetontis aquis.
Tunc Deus æternum solus regnabit in æuum,
Tunc rerum Dominus sæcula cuncta reget.
Illius a terra cum gente peribitis omnes,
Gentilis quibus est cultus, amorq; deûm.
Et quibus est venter Deus, ac genuina voluptas,
Et quibus est auri noxia sacra fames.
At desiderium, per quod cœlestia regna

omnium credentium in eum euanescet. Tuncq; Iudæi uidentes se delusos, conuertentur ad Dñm, & ad Christum eius. OBlitum. Obliuisci uidetur Deus, quia suffert interdum, iustos ab impiis affligi, ad ostendendam uirtutem eorum pro meritorum augumento; & ut cæteris præbeant exemplum fortitudinis, ac patientiæ. Omnes.n. qui piè uolunt uiuere in Christo, persecutiones pati necesse est: sicut & oportuit Christum pati, & ita intrare in regnum suum. Nec enim coronabitur, nisi qui legitimè decertauerit: sed absq; aduersario nemo certare potest. TOllatur. Ad similitudinem equitis potentis, qui uelit alterū ferire. Solet enim manum dexteram in altum leuare, ut hostem maiori feriat ictu. DExtra manus. De qua supradictum est, quando peccantibus nō subitam infert correctionem: contra uerò benignus est, ac mitis iis, quos peccantes confestim corrigit. PRotinus. Hoc etiam interdum facit Deus ad terrorem malorum, & solatium infirmorum; atq; ut cognoscatur, res humanas curare. DOlor. Longe aliter, quam supra intellige; nam hic loquitur de duro labore, quem insti sustinent per oppressiones impiorum; & dolore pœnarum, quas ab illis patiuntur: sicut olim Hebræi in cophino seruire coacti AEgyptiis. INops. Quatuor genera miserorum hic ponuntur, qui solent a diuitibus & potentibus opprimi, angi, ac excruciari. Pauper is est, qui parum habet, & minus quam sit ei opportunum, egenus, qui etiam necessariis indiget: inops uero, qui neq; ulnā terræ habet, in qua moriens sepeliatur: Orphanus uerò, qui subsidio parentum caret. Mysticè, pauper is est, qui aliquid boni operatur, minus tamen quàm sit necesse: egenus, qui alienis indiget suffragiis: inops, qui neq; corporis sui terram possidet: orphanus autem is est, de quo canitur: cui pater Ammoreus erat, materq; Cethæa. AMmoreus. Gentiles hi sunt, nuper ad fidē Christi conuersi. GEnitor. Est interpretatio superioris uersus: nam Ammoreus interpretatur acerbus pater, qui diabolus est. Fugite hunc patrem, dicit Ambrosius; diligit enim filios suos non magis, quam gluto porcellos: nam cū fuerint pingues, mactat eos, & in mille frustula secat; ut ex tritis eorum carnibus fare mina faciat: Sic diabolus filios suos iure uoluptatum, & filiquis uanarum impinguat doctrinarum; deinde interficit, ac tormentis infernalibus excruciat. Tenebrosa Parens. Hæc est Cethæa mater, quæ uocatur infidelitas: quisquis enim lumine fidei caret, in tenebris ambulat. MAligni. Antichristi, uel etiam diaboli, aut cuiusuis nequissimi potentis, ac fideliū oppressoris. ARce. Ad puniendum. HOmo. Peccator, quia ruet in infernum. MErgitur. Ex alio Propheta hoc tractum est, qui dixit se uidisse amphoram grandem, in qua sedebat mulier, cui nomen iniquitas, & in manu illius erat talentum plumbi, quod est peccatum: & omnia hæc summersa sunt in profundum. AEre. Precio peccati, quo uenditur homo peccator; & hæc est uoluptas. TYranno. Diabolo, uel Antichristo. STyge. Stix, & Phlegetō noīa sūt fluminū infernalium: quæ etsi Poetarum sæcularium uideantur esse figmenta, uerè tamen interpretatio taliū nominum conuenit infernalibus. Styx enim tristitiam, quę ex frigore nascitur, significat; & Phlegeton ardorem. Dicit Dominus in Euangelio: ubi erit fletus & stridor dentium: & in Iob. habemus; ibunt ab aquis niuium in calorem nimium. SAcra. Execrabilis. Tanguntur hic quattuor genera peccatorum, ad quæ cætera facilè reducuntur; in quibus quicunq; perseuerauerit usq; in finem uitæ suę omnino damnabitur: 1. 3. Infidelitas con-

2.Tim.2
Luc.24
2.Tim.2
Gr.hom. 37.

B

C

D cupiscentia carnis, & oculnrum, nec non & superbia uitæ, ANte. Quā mittat preces ad obtinendum illud. Quis .n. melius nouit casta desideria, quā is, qui mentibus humanis infigit ea? ADest. Ad exaudiendum. PVpillo. De quo supra: fideli populo, qui relicto patre diabolo & matre Synagoga, uel gentilitate, per fidem Christo adhæsit. HOmo. Secundus à Diabolo, v3. Antichristus, uel etiā alter post Antichristum, qui diuinitatem sibi uellet assumere: nam, ut ait Ioannes, multi sunt Antichristi. COnetur. Frustra tamen, ut ille: quia non est malitia, uel potentia contra Dominum, qui ab initio sæculi nuncusq; omnem hominum prudentiam sese supra modum extollentium te probauit, & potentiam confregit, confringetq; usq; in finem.

1.Io. 2.

Exquirunt inopes, audijt ante Deus.
Auris enim tua, quæ semper patet optime rector,
Cum se ad poscendum corda parantur, adest.
Semper adesto, precor: sententia iusta pupillo
Abste procedat: celsa humilemq; leuet.
Ne malus alter homo rursus conetur, vt ante,
Se super hanc terram magnificare tuam.

ODE. X. EX PSALMO. X.
In domino confido.

Heu quia nam multi circunsedere maligni,
Vt domini traherent me procul arce mei.
Est obsessorum spes vna, potentia Regis
Magna sui: nam mox vt venit, hostis abit.
Maximus, omnipotens, fortissimus, optimus vnus,
In quo confido Rex meus est Dominus.
Vt quid inanis homo strue circunseptus inani
Mox periturorum, mœnia celsa petit?
Quæ nā animæ? quæ verba meæ vos dicitis hostes?
Transmigra in montem passer ab arce leuis?
Si circunspectus fuero, petraq; morabor,
Si procul à vobis, tunc ego passer ero.
Ah peccatores arcus torsisse paratos
Aërea è specula nonne ego vos video?
Iamq; manu pharetris depromere cerno sagittas,
Vt rectos mecum corde petatis eis.
Luce sub obscura cum teter in aëre nymbus
Candentem Lunam contegit imbre nigro.
Tum procul excussæ neruo stridente sagittæ
Ex improuiso pectora nostra petunt.
Tu viden ah quoties hi destruxere maligni
Quem perfecisti, dum Deus arte siles.
Tu qui iustus ades, summæ probitatis & author
Quid facies illis, qui bene gesta ruunt?
Omnia cernentem se posse latere putarunt
Improbi: & ecce Deus proximus vltor adest.
Ædibus in summis habitat, temploq; moratur
Excelso: in cœlis ipsius estq; thronus.
Respicit hinc inopes, hinc contemplatur egenos,
Pastor vti celsa rupe tuetur oues.
Inde hominum natos scitantur, & inde nepotes
Palpebræ illius, quos iuuet, aut feriat.
Nam Deus insontes, sontesq; interrogat, illos
Excipit: at sontes pellit ab arce poli.
Hinc animæ preciosa odia, & constantia magna
Exercent, foueam qui impietatis amant.
Ecce super sontes summo de vertice cœli

NE homines audito antichristi aduentu futuro minus essent soliciti, permittit Deus ferè cunctis temporibus, precones illius Hæreticos apparere, quibus exerceantur interim, & ad pugnam sese accingant: ut in hoc psalmo edocentur. Imprimis, v3. & ante omnia, ut non in

E suis uiribus, sed in Dei sui auxilio quisq; cōfidat, nec timeat minas eorum: sed de eorum perditione dolendo, dicat heu quia nam &c. QVia nam. Quare, ad quid, q. d. frustra: est .n. aduerbium rari usus, interrogationē cum admiratione mixtam significans. MAligni. Hæretici malo igne concupiscentiarum pleni. ARce. Templum dei sunt Catholici, cuius arx summa est ipsa mens, in qua custos est ratio atq; intellectus: ubi per fidem habitat Deus. MAximus. Quo ad imperii latitudinem, quæ totum complectitur orbem. OMnipotens. Nec.n. ut dicebat Angelus ad uir-

Luc. 1. ginem, impossibile erit ei omne verbum. PAsser. .i. egredere de custodia diuinæ protectionis, vt dono liberi arbitrii perfruaris: q. d. ut quid inclusus uis in carcere manere? cum possis libere, & tuo uiuere modo, uoluptatibus atq; delitiis perfrui? Mala ac perniciosa est hæc persuasio, quia seruire Deo regnare est, summaq; & perfecta libertas a uitiis custodiri, & uirtutibus inhærere: contrà, grauis est seruitus uentris, ac uoluptatum; quæ precia sunt peccatorum, quibus a diabolo emuntur animæ, & captiuantur. PAsser. Idem uocabulum plerumq; in diuina scriptura in bonam, & pro varietate locorum, in ma-

F lam accipitur partem: sicut ignis, aqua, leo, & hic passer pro uiro oculato, ac multum circumspecto ponitur. Sed in superiore uersu pro stulto, inconstanti, ac leuis cerebri positum est. Alibi etiam ponetur in bonam partem, cum uen-

Psa. 102 tum fuerit ad illum uersiculum: factus sum, sicut passer solitarius in tecto. ARcus. Insidias, atq; dolos, quibus miseræ capiuntur animæ, ac deinde perduntur. AErea. Alta cōsideratione: nam hostilia consilia, & si prima fronte arridere uideantur; semper tamen perniciosa sunt: unde dictum est: de ueteri inimico ne confidas in æternum. OBscura. Obscurus est etiam hic locus, cuius est hic sensus. Tempore persecutionis & hæresum multos infirmos adhuc captat malignus. QVoties. Vltra persecutiones Imperatorum, iam centum hæreses pullularunt, quibus sancta obnubilata est Ecclesia; sicut & modo a Luterana obfuscatur. ARte. Dedita opera siuit Deus hæreses apparere, unde Prælati exerceantur, qui interdum ocio ueluti veterno marcescunt: item ut ueri fideles probentur, sicut aurum in camino ignis. EGenos. Inopes, & egenos non santum rerum, quam superbiæ, & ambitionis; de quibus supra dictum est. FEriat. Improbos, & concupiscentiarum seruos. INterrogat. Examine interiori in præsentiarum; demum & exteriori, cum dicet: redde rationem

Luc. 16. uilicationis tuæ. EXcipit. Inter oues; in societatem sanctorum. POli. In ignem æternum. HInc. Ex Geenna

minus

minus confiderata, ODía. Caro precio comparata; quia æterna perditione animæ. AMant. Nota uerbum, & figna myfterium; nec e.im dicit qui cadunt, fed qui amant. NEctit. Necti permittit; quia funiculis peccatorum fuorum unufquifq; conftringitur. Myftice loquendo, ii laquei funt peruerfi Hæreticorū fenfus, quibus intellectus illaqueatur, ut docet Auguftinus, quem hic vide. PLuit. Malas doctrinas. SVlphureo. malarum concupifcentiarum, quæ in confpectu fupernorum ciuium fœtent, ficut odor malæ famæ coram Ecclefia. Poftremò & in naribus propriis, cum fuerint in infernum demerfi. QVota. debita, & iuxta criminū menfuram.

A

Pro.5.

Pro pluuia laqueos nectit, & inde pluit.
Igneq; fulphureo, mixta ftridente procella,
Inftruitur calicis pars quota cuiq; fui.
Iuftus enim iudex Deus eft, qui reddit, amatq;
Iuftitiam: facies illius æqua videt.

ODE. XI. EX PSALMO. XI.
Saluum me fac.

QVifquis in octaua fœlix ætate videri
Optat adhuc viuens, ifta gemēdo canat.
Sola falus hominum mihi tu Saluator adefto:
Vt faluus fiam cunctipotente manu.
Defecere omnes; fanctus defecit & ipfe:
Ex hominum natis vera minuta cadunt.
Vana per ora virûm volitant mendacia: fratrem
Vnufquifq; fuum decipit arte doli.
Pellaces omnes labijs texere dolofis
Dira venenifero quæ mala corde gerunt.
Simplicitas abijt duplicato corde fugata,
Et probitas omnis exulat orbe procul.
Vt labium humani generis difperdidit vnum,
Sic modo difperdat labra dolofa Deus.
Perdidit vtq; Ducis linguam tunc magna loquentis;
Difperdat linguas fic modo magniloquas.
Qui dicunt, linguas ftudeamus habere difertas:
Atq; omnis populus magnificabit eas.
Sunt labia a nobis noftra: & facundia noftra eft:
Quis Dominus nofter? poffumus abfq; Deo.
Erumnas inopum propter, gemitusq; dolentum,
Quas linguæ miferos magniloquæ faciunt
Iam nunc exurgam, magnorumq; ore retundam
Et labia & linguas, Rex ait omnipotens.
Inq; falutari folatia blanda reponam,
De cœlo uobis quem pater ipfe dabo.
Quicquid agam, per eum: fiducia multa loquendi
Eft mihi uobifcum, & pandere quæq. volam.
Eloquia ifta Dei nullo funt illita fuco:
Cafta fed è cœlo lactea pura dabit.
Ac veluti argentum rapido examinatur ab igne,
Quod liquidum flammis terrea tefta probat.
Quod manus aurifabri collando feptupla purgat,
Abiecta fcoria, donec id eniteat.
Eloquia ifta Dei funt fulgidiora futura
Argento hoc puro, & lucidiora Die.
His Deus eloquijs, fummo delapfus olympo
Seruabis miferos, a genitore Deo.
Peruigil, & cuftos, qui numquam dormis, ab ifta
Cuftodi Genea fæcula cuncta Deus.
Impia circuitu labyrinti turba rotatur;

QVam concinnè hęc Ode ex pfal. nu. undecimo eft, in quo diuinum petitur auxilium aduerfus tranfgreffores. Numerus. n. vndenarius transgrefsioni deputatus eft, quia tranfgreditur denarium, p quem legis, hoc eft Decalogi defignatur obferuantia. IN Octaua, quæ refurrectionis erit, atq; æterna. De his ætatibus dictum eft fupra in 6. Ode. DEfecere omnes. A debita iuftitia, à uero cultu diuinæ religionis, juxta illud Apoftoli; Omnes .n. peccauerunt, & omnes indigent gloria Dei. Poteft hæc uox Chrifti effe, quando capto illo, omnes difcipuli eius fugerunt. VEra minuta. Licet una fit veritas, que Chriftus eft; dicuntur tamen plures, quia multæ funt hominum animæ, in quibus ueritas Chrifti deberet habitare. PEllaces. Per fraudes & fallacias ad malum allicientes. DVplicato corde. De quibus in prouerbiis fcribitur; ueh dupli ci corde. Tales fuerunt in dominum Iefum Scribæ, & Pharifæi, qui fictis quibusdam blandiciis, & fimulatis conuiuiis quærebant illum allicere, vt caperent in fermone. LAbium vnum. Hoc factum fuit tempore Nembroth, qui coactis multis hominum millibus, ad ædificandam turrim allexit, fub fpecie fugiendi diluuii, fi rurfus ingrueret: & cum iam turrim in magnam altitudinem eduxiffent, confudit Deus labium hominum in plures linguas; quarè factum eft, ut deferto opere; ab inuicem feparati, in uarias orbis partes abirent. DVcis. Nembroth, qui Deum e cœlo minabatur fe deiecturum; illum, immiffo fulmine, Hærebi detrufit in ignes. ABfq; Deo. Quam immanis hæc fuperbia, cum Chriftus dicat; fine me nihil poteftis facere, cum neq; Diabolus potuerit in porcos abfq; Dei nutu introire: & tamen nulla poteftas eft fuper terra, quæ comparetur ei. INq; falutari. Iefu Chrifto Saluatore; vt cecinit Simeon ille fenex; Quia uiderunt oculi mei falutare tuum; quod parafti ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Ifrael. SOlatia. Blandæ fuerunt prædicationes, & miracula. DAbo. Hinc ipfe filius in Euangelio dixit; quod dedit mihi pater, maius omnibus eft. Et iterum: quem pater fanctificauit, & mifit in mundum. PEr eum. f. agam; nam & per ipfum omnia facta funt, & pater non iudicat quemquam, fed omne iudicium dedit filio. ARgentum. Argentum, & aurum probat fornax, dicit Sapiens; fic & iuftus camino tribulationis examinatur. TEerrea tefta. Quæ & cuppa uocatur. SEptupla. Ad feptem dona Spiritus fancti allufio eft; quibus eloquia diuina purgantur. ELoquia ifta. Euangelica, & noui teftamenti fermones. DIe. De quo Apoftolus; Nox Præcefsit, Dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum; & induamur arma lucis: fic ut in die honeftè ambulemus. DEus. Fili; a genitore Deo. f. genite, del. fum. olym. fer. mif. PEruigil & cuftos. De quo fcriptum eft: & fi ego dormio, cor meum vigilat. CVftodi: Quia nifi Dominus cuftodierit ciuitatem, fruftra vigilat qui cuftodit eam. Genea.

Rom.2 — B — Eccl.2. — Gen.11 — Io.15. — C — Math.8 — Iob.41 — Luc.2. — Io.10. — Ibidem — Io.pri. — Io.5. — Pro.7

Ideft

D Ideſt generatione : Græcâ dictio eſt . LAbyrinthi . Cæca domus fuit , & inextricabilis erroris , de qua uide Virg. & Seru. in 6. Aneid. lib. ROtatur .i. circumtrahitur a Varijs noxiis , & ſæpe contrariis appetitibus , concupiſcentiis , & affectibus . Danis progenies . Sanſon hic fuit ex tirpe Dan oriundus : quem, licet fortiſsimum ſui

Iud. 13. & 16. temporis virorum , captum tamen inſidiis meretriculæ Phyliſtæi excæcarunt; & ad uoluendam molam aſinariam deputarunt . Senſus ergo eſt , ꝙ impii circumuoluuntur ab impetu noxiarum concupiſcentiarum; ſicut Sanſon excæcatus circumtrahebatur a mola, quam uoluebat . Myſticè poteſt etiam intelligi de Antichriſto , ex ſtirpe Dan etiam oriundo ; qui ſuper omnes impios circumuoluetur perueſsiſimis affectionibus . SAxum . Et hoc ex fabulis Gentilium uidetur eſſe deductum . Scribit .n. Virg. in vi . Aeneid . Saxum ingens uoluunt alii &c. quæ pœna ambitioſorum eſt : nam ſæpe repulſi gradus altiores ma-

Hier. in prol.66. lis modis expoſcunt . LAbor. In acquirendo , & labor in abſtinendo a partis etiam in neceſsitate magna: iuxta illud prouerbium ; Auaro tam deeſt quod habet, quam quod non habet : & iuxta fabulam Tantali . DOlor. In cuſtodiendo propter continuum metum amittendi; & dolor intolerabilis in ipſa iactura . HOminum natos .I. humanè & rationabiliter viuentes .

Danis vt infœlix cæcaq; progenies .
Voluitur ad ſaxum cupidus : ſuccreſcit auaro
Deq; labore labor , deq; dolore dolor .
Aſt hominum natos terræ ambitione relicta
Qui deſiderio te ſuper aſtra petunt ,
Multiplici fœtu , ac fœlici prole ſecundas :
Nam veluti magnum te dare magna decet .

ODE. XII. EX PSALMO. XII.
Vſq; quo ?

QVo tamen vſq; Deus?quo me obliuiſceris vſq; ?
Extremum ad finē vel memor eſto mei .
Quò procul auertis faciem Deus vſq; ſerenam
A miſeris oculis ? quos tenebræ inficiunt .
Quàmq; diu quæram ? data,uel conſulta reponam ?
In languenti anima ? quæ ſine te moritur .
Quàmq; diu triſti geſtabo in corde dolorem,
Inq; diem longam pectore triſtitiam ?
Quo ferus vſq; meus ſuper exaltabitur hoſtis ?
Inſultaturus ſurget ab ore ferox ?
Reſpice iam tandem : conuertere , & aſpice ſeruum
Tu Dominus miſerum : nec patiare trahi.
Vertere , & exaudi vel ſerò ſæpe vocantem :
Suſcipe me : & dextra me tueare tua .
O ſol iuſtitiæ radijs fulgentibus intus
Cor pauidum illuſtra : lumina clara face .
Per tenebras noctis ne me ſopor altus euntem
Eternæ noctis cogat adire lacum .
Ne quando inſultans nigra iactetur in aula
Ille ferox hoſtis præualuiſſe mihi .
Qui tribulis minuunt corpus , cruciatibus angunt
Pectora : quiq; animam dilaniare petunt ,
Si fuero motus , ſi declinauero recta
Obliquum per iter neſcius ire via ,
Tunc exultabunt ; tunc lætabuntur apertè ;
Tunc epulabuntur , tuncq; meraca bibent .
Aſt ego non in me ſperaui ; ſed mea ſpes eſt ,
O pater omnipotens , in pietate tua .
Inq; ſalutari (ſi qua exultatio mœſti
Pectoris eſſe poteſt) hæc erit vna tuo .
Gaudebo in Domino cunctorum autore bonorum;
Quo tribuente mihi ſunt data multa bona .

QVo tamen uſq; Deus . Querula uox eſt Eccleſiæ in preſſuris perſecutionum con-

E ſtitutæ , quas uellet aliquando finiri ; ne infirmi in baratrum deſperationis propter diuturnitatem tribulationis immergerentur . Poteſt etiam uox eſſe cuiuslibet fidelis in longa tribulatione infirmitatis corporalis , ſiue ſpiritualis poſiti , lamentantis de ſera nimis ſalute , exemplo domini dicentis in cruce ; Heloi heloi lamazabathani .i. Deus meus quare dereliquiſti me ? EXtremum finem. Quo tempore ſolet eſſe uehementior perſecutio, vt potentior appareat auxiliantis gratia , & carius adiutoris beneficium amplectamur. QVamq; diu . Tmeſis eſt figura , pro quandiu : ſicut & ſupra : quo tamen uſq; , pro quouſq; tamen . QVæram conſulta .ſ. diuina . VEl data reponam . In memori mente , preſtolando promiſsa . HOſtis. Diabolus , uel quiuis malus homo membrum eius . INſultaturus . Miſeranda eſt noſtra miſeria : nam cui tentanti obſequimur, eum deriſorem, criminatorem, & carnificem paſsuri ſumus. REſpice . Etenim quos reſpicit nequaquam deſpicit ; ſed potius miſeretur : reſpicere enim Dei , miſereri eſt . TRahi. Pro abſtrahi , procul abs te ; uel in longum differri uota precātis Eccleſiæ.O Sol iuſtitiç.Chriſte Deus , qui ſolus rectè ſemper iudicat , non ſe-

F cundum faciem , ſed in ueritate iuſtum iudicat iudicium . FAce . Pro fac , abſq; apocope. NOctis.i.peccati , per quod itur ad æternam noctem tenebrarum inferni. NIgra aula. Profundi Tartari . TRibulis . Ferreis; ut in martyriis ſanctorum legimus : & eſt ſpecies pro genere : ponitur .n. pro omnibus cruciatibus, quibus crudeles Tyrāni iubebant olim corpora ſanctorum torqueri . SI fuero motus. A fide dilecti filii tui , quæ Chriſtianæ religionis eſt fundamentum : nam impoſ-

Heb. 11. ſibile eſt ſine fide placere Deo : oportet enim(ut docet Apoſtolus) accedentem primum credere &c. REcta uia . Mandatorum Dei . OBliquum per iter . Scelerum , ac viciorum . EPulabuntur .

prou. 2. Perſecutores , membra diaboli , mali homines : qui tunc maximæ exultant , cum male fecerint , ac lætantur in rebus peſsimis . BIbent . Talem exultationem legimus a Phyliſtæis factam fuiſſe , quando incluſum in vrbe Ga-

Iud.16. za Sanſonem eſſe , nunciatum eſt conuiuia .n. celebrarunt : mutua , & munera miſerunt . NOn in me ſperaui . Scriptum eſt enim ; maledictus homo , qui confidit in homine , & recedit a Deo cor eius , & ponit carnem brachium ſuum.Et alibi : non in arcu meo ſperabo ; & brachium meum non ſaluabit me . Contrà uerò , benedictus

Hier.17. homo , qui confidit in Domino &c. INq; ſalutari tuo . Qui eſt Chriſtus: & ſubaudiendum eſt , ſpes mea eſt . Is enim erat , qui ſaluum facturus erat populum a peccatis eorum . BOna multa . Animi , corporis , & exteriora ſicuti

ficuti regnum, vires ad bella, & prophetiæ donum. LAeta canam. Corde, & animo. Modulabor. Ore, & psallam opere. Hæc triplex, & consona melodia suauissima est in auribus Domini. A

CVm Deus omnipotens &c. Hoc in psalmo redarguitur fatuitas illorum, qui putantes à casu omnia contingere, negant vllum esse Deum; & maxime qui res humanas curet. Hæc mala opinio præualet etiam nunc in amatoribus huius sæculi; eo q uideant, bonos interdum grauiori pressura torqueri, quam prauos: nescientes, eis æterna bona in cœlis esse preparata pro uirtutis præmio, & bonorum operum meritis: flagella uerò præsentis temporis disciplinam esse pro correctione morum, atq; uirtutis exercitium. TRipliciter. Visu enim, & tactu presentium, peruenimus ad intellectum absentium: iuxta illud Apostoli: Inuisibilia .n. eius per ea, quæ facta sunt intellēcta, conspiciuntur. QVidam. Fortè Epicurus de grege porcorum, uel Antichristus. SIne pectore. I. sine prudentia: excæcantur .n. tales a uoluptatibus, & malitia. DEus. Qui facta regat humana: iuxta illud: Scilicet is superis labor est? uexat ea cura quietos? ASseclas. Qui alio nomine parasiti uocantur, & gnatones. HEbetes. Ingenio debiles. COrrupti. Moribus improbis. ABdomine. Interiori pinguedine, quæ affectata & crassa dicitur ignorantia. ABhominentur. Sistole figura est. Qui bene. Aduerbia.n. magis, quàm uerba respicit Deus. DEspexit. Deorsum aspexit. VIdet cuncta Deus. Cui nuda & aperta sunt omnia: qui etiam corda scrutatur, ac renes. B ILlustri lumine. Diuinitatis suæ. Nec enim deterioris est conditionis creatura sua creator. Sol .n. Lumine suo cuncta illustrat, superiora, media, & hæc inferiora: quanto magis Deus cuncta interiora perlustrabit? FActis. Quia ubi opus est facto, uerba non sufficiunt. A Tramite recto. Virtutis, quæ hinc inde contraria fugiens uitia, medium iter tenet. IPsis. Insipientibus, & Deum esse negantibus. PErniciosa. Damnosa: sicuti auari in luxuriosos; & prodigi in tenaces. NOn est. Intercalaria sunt hæc carmina, quæ interdum repetuntur. VEl unum. Si de omni humano genere uoluerimus hanc sententiam recognoscere, nec enim est quisquam, qui non peccet: quinimo In multis offendimus omnes. Hoc uel pro tantum accipiendum est, de uiris unum, solum Christum: & de fœminis unam, solam Virginem Mariam. Quòd si de solo cœtu illorum insipientium intellexerimus, sententia plana est: quia neq; unum est reperire bonum. SI forte. Puta uetustate, ruina, uel hostium incursu; qui neque sepultis parcunt; sed & exuuias inde rimantur: uel quos putant reconditos scrutantur thesauros. GVttura. Quia ex abundantia cordis os loquitur. C DVplicibus linguis. Quæ duplicia uerba loquuntur; nam coram blanda, sed clam dira profantur. Mat. 12 ASpideum. Dicit propter similitudinem decipiendi. Luc. 6. Aspis enim aurem cauda, & alteram terra obturat; ne audiat uocem incantatoris; qui mitem cernens & blandiorem, existimat incantatam; dumq; flectitur, ut apprehendat eam, prosilit in faciem uel gutturem eius; & ueneni fero ipsum morsu necat. Sic & Dolosi, bilingues, ac duplici corde seruos Dei decipere blandis student; sed diris necant sermonibus, maledictis amaris; blasphemi in Deum, & sanctos, & parentes; atq; in proprios filios maledici imprecatores. PRouocat. Innoxios irritat contumeliis, calumniis, ac damnis illatis; interdum & percussionibus. INsontem. Pro insontium hominum; quales fuere Iudæi in Prophetas Domini, Apostolos, & Martyres; cum quibusdam impiis Gentilibus, de quibus Psal. 2. alibi scriptum est; Quare fremuerunt gentes, & po- Matth. populi meditati sunt inania &c. COntritio. Si in bo- 23. num capias; propter cordis obdurationem, quæ ex persecutione bonorum procedit; si in malum, lapis euangelicus conteret eos. ERror. Propter crassitudinem malitiæ, qua non uident uiam, unde a suis explicentur erroribus

Carmina læta canā; dulces modulabor & hymnos
Nomini & illius psallere promptus ero.

ODE XIII. EX PSALMO. XIII.
Dixit insipiens.

CVm Deus opš, sapiens, atq; optimus vnus
Cunctarum rerum conditor extiterit:
Ex opere vt nobis bonitas, sapientia, uirtus
Authoris fieret cognita tripliciter:
Attamen insipiens quidam, & sine pectore dixit
Corde suo: non est vllus in orbe Deus.
Repperit Asseclas etiam rudis iste sodales,
Qui propter mensam subsequerentur eum.
Sunt hebetes facti, corrupti, abdomine tardi,
Vt reliqui ciues abbominentur eos.
Sunt studia illorum genialia, auara, nefanda;
Ciuibus a superis & reprobabilia.
Non est ex illis iustum reperire vel vnum,
Qui bene quid faciat, vel bona corde bono.
Namq; super natos hominum despexit olympo
Qui videt Illustri lumine cuncta Deus:
Cerneret vt si quis reperiri posset in illis
Qui saperet, vel qui crederet, esse Deum.
Qui dictis simul & factis exquireret illum.
Quid benedicta iuuant, si malefacta necant?
Heu declinarunt omnes à tramite recto:
Obliquum per iter impietatis eunt.
Nec solum est ipsis conuentus inutilis ille,
Sed mala in alterutrum perniciosa ferunt.
Ex illis non est, iustum reperire uel unum,
Qui bene quid faciat, uel bona corde bono.
Nam ueluti fœtent, pateant si fortè, sepulchra,
Quæ fuerant multis plena cadaueribus:
Sic sunt illorum graue olentia guttura fumo
Nequitiæ, quo sunt pectora plena malo.
Duplicibus linguis & agebant cuncta dolosè;
Namq; malum uirus subdola uerba tegunt.
Quorum sub labiis latet insanabile uirus
Aspideum, portet lingua necesse necem.
Os etiam illorum maledictis instat amaris:
Prouocat ad rixas improbitate bonos.
Hinc etiam insontem sitiunt haurire cruorem;
Vnde ruunt celeres impia ad arma pedes.
Difficilis contritio, Inextricabilis error
Horum infœlices occupat inde uias.
Non nouere uiam pacis, qua corda quiescunt;
Qua simul æternam ducimur ad requiem.

ipſe habitans Deus glorificatur: iuxta illud: qui uos honorat; me honorat; & qui uos deſpicit, me deſpicit. Et rurſus: qui uos tangit, me tangit pupillam oculorum meorum. Et Dominus Saulo Apoſtolos perſequenti dixit: Saule Saule quid me perſequeris? CAnit, & probat. Laudat, & approbat aliorum dicta, & facta, perinde ac ſua. Charitas .n. non æmulatur, nec quæ ſua ſunt tantum quærit, ſed facit omnia eſſe communia. IVrat. Per Deum in caſibus neceſsitatis, & utilitatis. Sic intelligitur illud Apoſtoli Iacobi, ac Domini in Euangelio; Non iurare omnino .i. paſsim, & pro qualibet leui cauſa; quia etſi iuramentum ex ſui natura non ſit malum, ſed bonum, cum ſit aſſertio ueritatis; tamen quantum bono modo fieri poteſt, eſt uitandum, propter periculum periurii, quod graue eſt crimen; in quod facile incidunt, qui paſsim iurant, propter mentiendi pronitatem. Vnde legimus apud Sapientem; uir multum iurans replebitur iniquitate; & non diſcedet a domo illius plaga. Et paulo ſupra: Iurationi non aſſueſcat os tuū; multi .n. ſunt caſus in illa. PAſcitur. Quod facit uſura uorax. Vnde Cato cuidam interroganti; an bonum eſſet fœnerando rem familiarem augere? legitur reſpondiſſe; iſthuc eſt hominem occidere. EXerto. Euaginato. MVnera. Quæ oculos etiam ſapientum excæcant. Bene ergo monuit nos Sapiens, qui dixit; Beatus uir, qui excutit manus ſuas ab omni munere. DAmnaret, aut ſolueret. Hæc duo mala fecerant illi duo preſbyteri nequam, depræhenſi a Daniele falſum teſtimonium dixiſſe contra Suſannam. Vide & malum iudicem redargutum a Diuo Nicolao Eoiſcopo Myrrheorum, qui corruptus pecunia, duos iuuenes inſontes damnauerat. TYro. Nouus in arma miles. MIles. Nam ut ait Iob; Malitia eſt uita hominis ſuper terram. Eſt .n. nobis colluctatio non ſolum aduerſus carnē, & ſanguinem; ſed & aduerſus Principes & rectores tenebrarum harum &c. VEteranus. Expleto militiæ ſuæ tempore. CElſam urbem. Hæc eſt Hieruſalem, quæ ſurſum eſt; quæ eſt mater noſtra; quæ uiuis, & precioſis lapidibus eſt conſtructa. PAce. Quiete: dialiton eſt figura deeſt .n. copula; ſed puncto pro copula licet uti poetis. Amen.

Cui malus a labijs, & dolus omnis abeſt.
Aduerſus fratres qui nec mala fecerit acta;
Aduerſus fratres nec mala probra tulit.
Cuius in aſpectu deducitur ipſe malignus
Ad nihilum: dum ſe ludibrio eſſe videt.
Glorificat verò Dominum quoſcunq; timentes
Dum bona dicta canit: dum bona facta probat.
Qui iurat fratri, nec decipit ore fidelem:
Ne ſimili inſultans luderet arte Deum.
Qui neque viſceribus miſerorum paſcitur, enſe
Pignoris exerto, pignore tecta replens.
Qui ſuper inſontem neq; munera noxia ſumpſit;
Vt vel damnaret, ſolueret vtuè reum.
Quiſquis enim hæc Tyro veniens ſeruarit ad unguē,
Dignus erit miles & mea caſtra ſequi.
Cum veteranus erit, celſam mittetur ad vrbem:
Fas ubi perpetua pace, quiete frui.

ODE XV. EX PSALMO XV.
Conſerua.

ECce tryumphalis titulus præſcribitur ipſi
Dauidi, poſtquam plurima paſſus erat:
Vt Iudæorum Regi: corrumpere ne quis
Audeat: aut regno ne reſilire velit.
Rex Iudæorum Dauides ipſe parentem
Aloquitur; nota & voce precatur eum.
Me pater vt gnatum conſerua a caſibus atris:
Vt puerum Dominus, atq; patrator opus.
Nam nec ego mihi ſpes, nec de mortalibus vllus:
In te ſperaui, tu mihi ſola ſalus.
Hactenus vt dixi, dico; ſemperq; fatebor:
Tu Dominus meus es; tu Deus esq; meus.
Noſtrorum nec eges quantorumcunq; bonorum:
Ipſe tuis egeo pauper inopsq; bonis.
Quæ bona cum vellem mihi conferri abſq; periclo;
Et rurſus vellem tanta pericla pati:
Ipſe voluntates noſtras (attendite quæſo
O vos mortales, quæ ſubiturus eram.)
Ipſe voluntates duo per contraria ſparſas
Mirificas, ſanctos reddidit ante ſuos.
Ante ſuos (inquam) mira hæc patuere ſecreta,
Viuentum terram qui ſuper aſtra colunt.

ECce triumphalis. Oratio eſt Dauidis, qui in perſona D.N.I.Ch. filii Dei rogat patrē, ut tempore paſsionis conſeruetur; ne per impatientiam frangatur; quin potius uictor, & incorruptus ad gloriam reſurrectionis perducatur. Poteſt etiam nobis ipſis conuenire hæc oratio tempore maximæ tentationis, & anguſtiæ, vt conſeruemur, ne deficiamus; quin potius incorrupti perſeuerantes, ad reſurrectionis gloriam tandem perducamur. Eſt autem titulus humilis, & ſimplicis Dauid. Quis aūt hic eſt niſi Chriſtus? qui humiliauit ſemetipſum uſq; ad mortem, mortē autem crucis; propter quod exaltauit illum Deus &c. bene ergo incipit: Ecce tryumphalis titulus &c. PAſſus. A Iudæis, & gentilibus quæ in paſsione eius cōmemorantur ab Euangeliſtis. COrrumpere .ſ. titulum, reſpondente Pilato, quod ſcripſi ſcripſi. DAuides ipſe. Hoc eſt Chriſtus, uerè manu fortis, & decorus aſpectu; ut in pſal. Eructauit: non ille, qui tantum figura huius fuit. VT puerum. De quo Eſaias ait; puer datus eſt nobis. Et in perſona patris; Ecce, inquit, puer meus, quem elegi. PAtrator. I. creator, & factor humanitatis eius; nam in diuinitate non eſt creatus, nec factus; ſed genitus, & patri æqualis; ut dicitur in ſymbolo Athanaſii. INops. Adeo ut neq; haberet, ubi caput reclinaret; ſed nudus in cruce pependit; & mortuus in alieno conditus eſt ſepulchro. BOna. Glorioſæ reſurrectionis, æterniq; regni, abſq; periclo paſsionis; vnde & orauit. Domine, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. VEllem. Subiungendo: fiat uoluntas tua. VOluntates. Senſus & rationis: ille aſpernabatur paſsionem; hæc amplectebatur; ſciens, quia oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. SEcreta. Fugiendæ paſsionis humano ſenſo, qui mortem horret; ſed amplectendæ ſpe reſurrectionis, æternæq; gloriæ. VIuentum. Eſt enim

D & mortuorum; quæ apud Inferos eſt. Eſt etiam media hæc, quam nos incolimus mortales inter utranque. SVper aſtra. De quibus erat Apoſtolus dicens; noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. COluere. Non ſolum cor-
aph.3. pore; ſed & mente. Sunt ii, qui terrena ſapi-
unt, ſapientes, ut faciant mala; bona autẽ fa-
Hier.4 cere neſciunt. PEctor s. Apoſtemate ſuperbiæ
ſupra modum inflati: ut Scribæ & Phariſæi tem-
pore Chriſti. INualidi. Ad cogitationem ſu-
pernorum, quæ vix eſſe credunt. RVdes. Vt
Luc. 7. potè maſſueti ad opera pietatis. NEc noſſent.
Vt ille Simon, qui dicebat ſecum: hic ſi eſſet Pro
pheta, noſſet vtiq; quę & qualis eſt mulier,
quæ tangit eum; quia peccatrix eſt. De qua re
Hom.33 uide omnino homeliam Gregorii. MVlta. In-
fidelitatis, & auaritiæ. LAtuere. Superbia, &
ambitio. MEdicum. Chriſtum. PLena. Quia
non nouit opus imperfectionis is, qui totum
Io.7. hominem ſanum fecit in ſabbato. PErmanſere.
Sicut ſcribæ & Phariſæi, & principes ſacerdotũ,
qui tandem procurarunt eius necem. DEum.
Io.10. Credere: dicebant enim: non de bono opere la-
pidamus te, ſed de blaſphemia: quia tu homo
cum ſis, facis te ipſum Deum. Item exprobran-
mar. 15 tes dicebant: ſi filius Dei eſt, deſcendat nunc de
E cruce, & credimus ei: dixit .n. quia filius Dei
ſum. COnuenticulis. In ſynagogis: colligerũt.n.
Mar.14 ſæpe Pontifices & Phariſæi concilium aduerſus
Ieſum, ut eum morti traderent. QVisquam.
Sanè intellige; dum perſeuerant in uitio: dum
ſitiunt ſanguinem ſanctorum: ORe meo. Di-
Luc. 25 cturus eſt .n. illis: neſcio uos unde ſitis. SOrtis.
I. hæreditatis, quæ interdum ſorte datur. CA-
licisq; bibendi. I. tolerandæ paſſionis: iuxta il-
pſ. 115. lud: Quid retribuam domino? &c. Calicem,
inquit, ſalutaris accipiam &c. Iterum: ſi non
Mat.26 põt hic calix tranſire, niſi bibã illum, fiat uolun-
tas tua. GRatior. Quia maiorem charitatem ne-
mo habet, quam ponere animam ſuam pro
Io.15. amicis ſuis. ELapſam. Propter præuaricationẽ
primi parentis, & ſuper addita ab omni genere
humano flagitia. SOrtem. Supernam hæredita-
tem. SVſcipies. In die Aſcenſionis. MIhi. Vni-
uerſe ſanctorum Eccleſiæ. ERrecti funes. Per
translationem hæc intelligenda ſunt. LO-
In eius cis. Superioribus, qui in cœlo ſunt. PRæclarior.
uita. Vnde Diuus Bernardus fratribus ad religionem
tendentibus legitur reſpondiſſe; Vos ergo cœ-
lum, mihi terram relinquitis? non eſt æqua di-
uiſio. INtellectum. Vt ſpreta terra, cœlum
eligerem. REnes. Delectationes terrenarum,
F & carnalium voluptatum; quarum ſedes ſunt
renes. NOctis. I. mortis: dixit enim uicinus
Mat.26 paſſioni: triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem.
OPtabam. Et propterea perexit ad orationem,
ut ſuo nos doceret exemplo, imminente tribu-
latione orandum eſſe; ne à tentatione uin-
camur. EIs. Renum ſuggeſtionibus; hoc eſt
malis tentationibus. IPſa caro. Corporis mei.
HVmo. Sepulchri, vſq; ad tertiam diem; dixe-
Iſ.58. rat enim Eſaias; & erit ſepulchrum eius
glorioſum. IN Inferno. Non in tartaro,
damnatorum loco; ſed in ſinu Abraæ, qui apud
inferos erat: vnde paulo poſt reſurgens eduxit
animas ſanctorũ, que illic cum Abraam requie-
ſcebant, Saluatorem ipſum expectantes. POſt
exiguum. I. triduum. TVum ſanctum. Chriſti.
corpus. VErmibus. Quod ne fieret, mirrhæ, &
& aloes unguento fuit ante delibuta. VIas.
Paſsionum, & tribulationum; per quas perue-
nitur ad reſurrectionis gloriam; iuxta illud:

Aſt hos, qui terras infra coluere iacentes,
 Vt brutos homines hæc latuere diu.
Incolumes etenim dum ſe, forteſq, putabant
 Viribus; ingenio præq; valere ſuo.
Cum tamen interius male ſani pectoris eſſent,
 Cordis & inualidi; mente, manuq. rudes:
Vulnera nec noſſent ſua: quo myſteria pacto
 Percipere hæc poterant, unde medella foret?
Vulnera ſunt illis igitur ſuper addita multa;
 Et patefacta ſimul quæ Latuere diu
Semiſopita prius uix tantis excita morbis
 Ad medicum uiſa eſt mens properare nouum.
Multiplici morbo ſunt accelerare coacti
 Ad medicum, per quem plena futura ſalus.
Permanſere tamen dura ceruice ſuperbi
 Pleriqueex illis, qui renuere Deum.
Quin conuenticulis medici ſitiere cruorem,
 Qui fœlix aderat, quiq. daturus opem.
Ex conuenticulis mihi non agregabitur illis
 Sanguineis quiſquam, nec mihi iunctus erit.
Sed nec amicorum numero cenſebimus illos:
 Nomina uerſari digna nec ore meo.
Sortis enim noſtræ Dominus, calicisq; bibendi
 Optima pars: & quæ gratior eſſe qoteſt?
Tu Deus elapſam per plurima ſæcula ſortem
 Suſcipies iterum, reſtituesq; mihi.
Erecti funes ab agrimenſore perito
 Quam mihi preclaris nunc cecidere locis.
Quam præclara mihi, nec enim præclarior ulla
 Hæredi poterat ſors melior nè dari?
Munificum inde Deum benedicam munere tanto;
 Quiq. intellectum contulit ante mihi.
Sortis ut æterne præponere gaudia noſſem.
 Cœlica terrenis labilibuſq. bonis.
Increpet uſq. licet uaniſsima turba malorum:
 Meq. mei renes increpuere diu.
Increpuere mei me renes noctis ad uſq.
 Horrentes tenebras prætereunte die.
Quos ut ego increpitus ne non maledicta cauerem,
 Optabam Dominum ſemper adeſſe mihi.
Ecce aſiſtentem a dextris proſpeximus illum,
 Vt turrim firmam, ne moueamur eis.
Propterea lætata mei ſunt intima cordis:
 Atq. exultando lingua locuta mea eſt.
Inſuper ipſa caro diræ poſt uulnera mortis
 In mihi promiſſa ſpe, requieſcet humo.
Sed nec in inferno, feſſos cum liquerit artus,
 Deſcendentem animam tu Deus eſſe ſines.
Nec patiere diu tamquam mœrere relictam,
 Quin poſt exiguum tu reuocabis eam,
Nec fœdare tuum poterit corruptio ſanctum;
 Nec dabis ut fiat uermibus eſca caro.
Quæ duxere uias rediuiuæ ad limina uitæ,

oportuit

oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Hinc & Apostolus ait: Oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei. Sunt etiam uirtutes uiæ, quibus reditur ad uitam, iuxta illud Ambrosii: tunc me docuit uias uitæ; cum me docuit fidem, & misericordiam; spem & charitatem. His enim itineribus peruenitur ad uitam. ADauras. Has nostras primum; quæ inferis superæ sunt; deinde ad superas paradisi auras in die Ascensionis eius. DExtra. Quia dicit Euangelista: Ascendit in cœlum Christus, & sedet ad dexteram patris, cuius regni nos quoq; participes efficiat D.N.I. Christus, qui cū Patre & Spiritusancto uiuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen. Luc.24. in sermone pro mart. paschali tēpore 74.

Fecisti notas iam pater ante mihi.
Ergo hylari uultu superas redeuntis ad auras
Tunc mea replebis pectora lętitia.
Quanta parata tua mihi delectatio dextra
Æternum in finem, quis memorare queat?
Amen.

ODĘ. XVI. EX PSALMO. XVI.
Exaudi Domine iustitiam meam.

IVstitiam Rex iuste meam precor aspice: Namque
Illa petit pro me, meq; tacente rogat.
Respice, & exaudi, certo qui pondere libras
Omnia: cuiq; hominum pectora nuda patent.
Tu nostras intende preces, quas ore doloso
Nequaquam offerimus, duplicibus ve labris.
Omne tui ex æquo radiantis lumine vultus
Iudicium nostrum prodeat, oro pater:
Æquaq; decernant nimio fulgore micantes
Fœlices oculi, qui mea cuncta vident.
Nocte sub obscura dum me minitando reuisis,
Ceu pater erudiens, intima corda probas.
Igne quoq; ardenti tentas examine duro;
In me nec reperis impietatis onus.
Os etenim nostrum nec inania verba loquendo,
Nec quę sunt hominum dira operando, vacat.
Quin duras seruare vias enitimur vsq;
In finem, propter viuida verba Dei.
Plurima perficiat gressus tua semita nostros;
Deuia ne pergam, perdita sicut ouis.
Ne mea deflectant vestigia tramite recto,
Tu mihi uadenti præuius esto Deus.
Vt dudum rapido cum flebilis igne cremarer,
Ad tę clamaui pectore, voce, manu.
Ad te clamaui, quia me exaudire solebas:
Tunc etiam auxilium ferre paratus eras.
Nunc igitur placidas aures mitissime iudex
Inclina precor, & suscipe uerba mea.
Mirifica quæso tua clementissima dona,
Qui pius es iustis, qui miserator ades.
Qui facis optata quoscunq; salute potiri,
In te sperantes noueris esse diu.
Ecce resistentes, (hominum est audacia tanta)
Si dici fas est, fert tua dextra potens.
Ecce resistentes patitur tua dextera mecum:
Quid tamen efficient? si resilire uelis?
Eia exurge precor, fortemq; extende lacertum,
Hinc inde elatos tunde, retunde uiros.
Vtq; oculi charam, meme defende, pupillam:
Defesso et custos peruigil esto mihi.
Alitis in morem meme crocitantis obumbra

IVstitiam Rex iuste meam &c. Cum titulus breuis huius psalmi sit iste: Oratio Dauid; apparet sensus eius; quia continet orantis affectum hominis in tribulatione positi; & ipsius Dauid ad literam; & Christi, secundum allegoriam; & cuiusuis, secundum tropologiam Generaliter ergo exponetur, ut cuilibet sensui possit adaptari. DVplicibus. Hoc fit quando aliud in corde, & aliud in ore sonat; de quibus Sapiens ait; ue iis, qui duplici sunt corde: & Esaias propheta: populus (inquit) iste labiis me honorat, cor autem eorum longè est a me: eccl.2. Esa.29
B
OMne. Sic construe: O pater Deus, oro te, ut omne iudicium nostrum prodeat ex æquo lumine radiantis uultus tui. NOcte sub obscura. Atra tribulationis, angustiæ, uel persecutionis tempestate. IGne. Vehementissimæ passionis, aut doloribus infirmitatum; nam sicuti aurum, & argentum probantur, & purgantur in igne; sic & Electi in camino tribulationum, & angustiarum examinantur. ONus. De Christo clarum est, quia iniquitatem non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. De Dauid etiam patet; quia nihil graue admiserat ante facinus adulterii cum Bersabea, & cædis Vriæ uiri eius. Sed hunc psalmum dicitur fecisse in persecutione Saul. De ceteris unusquisq; interroget conscientiam suam, & si quid graue senserit in se fuisse, compungatur: si uel adhuc esse pœniteat, confiteatur, satisfaciat, & emendet; quia sic iustificabitur; quia conuersus impius nō est amplius impius; iuxta illud; uerte impium, & non erit. DVras uias. Non ulciscendi, cum possis; fugiendi, cum possis te defendere; & potius patiendi mortem, quam inferre; & in summa, diligere inimicos; bene facere iis, qui te oderunt, & pro calumniantibus, atq; persequentibus orare. Hæc omnia fecit Christus erga Iudæos crucifixores: Dauid erga Regem persecutorem, & Sancti in persecutores suos. CRemarer. Sicut Laurentius in craticula; Christus in cruce; ceteriq; electi in propinato sibi calice passionis, & angustiæ. MIserator. Conuersis ad te peccatoribus. SAlute. Aeterna: interdum & temporali. FErt .i. patienter supportat, expectans ad pœnitentiam. Omnis enim malus (ut docet Augustinus) aut ideo toleratur, ut conuertatur; uel ut per eum bonus exerceatur. EFficient. Nihil; quæcunque enim Fiunt, Dei uoluntate, aut permissione efficiuntur. REsilire. Te te illis opponere. TVnde. Retunde: sępe percute, & flagella; iuxta illud Anaxarchi: tunde, retunde Anaxarchi saculum, nam Anaxarchum nihil tundis. PVpillam. Gemmulam illam micantem, unde uidemus; quam seruamus quantum possumus etiam a minimis festucis. ALitis crocitantis .I. Gallinæ, de qua in Euangelio: quoties uolui congregare filios tuos, Esa. 53. 1.pe. 2 prou.12 Ro.12 Math.5 Luc.6. C super psal.54 Math. 23.

D quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. HOrtendo. Aduersariis, non electis; qui proreguntur. PRotege. Ne peream, uictus ab impatientia, uel a diffidentia superatus, quæ plerumq; animos iuuenum auertit ab arduis operibus uirtutum.
Gen.14 INdagine. Inquisitione. Tractum a uenatoribus, qui syluas indagine cingunt. ANimam; Hoc quærunt Dæmones, qui dicunt sequacibus suis: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Homines uerò hostes nihil curant de anima; sed uitã cum
Ouid.1. rebus quærunt nobis tollere. PInguedine. Ma-
Meth. litiæ. EMinus. Longe a finibus patriæ SVrsum. Ad cœlum: iuxta illud: Pronaq; cum spectent animalia cætera terram, os homini sublime dedit, cœlumq; uidere iussit, & erectos ad sydera tollere uultus. PRessa graui somno. Peccatis
Eph.5. s. secundũ Apostolum: Surge qui dormis, exurge, & illuminabit te Christus. DEclin. solo .i. in terram respicere. Vide historiam Susannæ, de
Dan.13 duobus malis senibus, qui destiterunt respicere in cœlum; sed declinauerunt oculos in terram. SVsceperunt. Occidendum. CAdentem. Peuè scilicet. ANte dolus. Quam tu mihi subuenias. IMpius. Diabolus. TEchnas. Astutias in mortem meam. VIncula. Si impatiens fue-
E ro. CArcere. Inferni, uel sinus Abraæ; in quo claudebantur iusti ante mortem Saluatoris. DE carcere corporis. Sic est nobilibus animis, quæ cupiunt dissolui, & esse cum Christo. Reliquæ, ceu ranæ, libenter morantur in hoc cænoso corpore, neq; umquam uellent inde exire.
Luc.23. MAnibus. Sic legimus, illum dixisse: in manus tuas Domine commendo spiritum meum. ANtris. Tartari: si derelictus a Deo, ab impatientia superatus esset. LEua. Manus diaboli, bonis omnibus aduersa, ac sinistra. EDuctam frameã uagina eburna. i. potentem animam de corpore solido, precioso, & candido. PRior. Ante
Act.1. Diabolum. CRudelem ductorem. Iudam, qui fuit ductor eorum, qui comprehenderunt Iesum. DIuide. Ab Apostolico cœtu. CAEde. Suspendio. SEca. Per crepationem uentris, ut inde effundantur uiscera, quæ conceperant proditionem. CAteruas. Populorum Iudæorum pugnaces contra discipulos Domini. PAucorum. Fidelium, ab initio Ecclesiæ. Nunc autem multi-
ps.39. plicati sumus supra numerum: quia multi sunt
F Christiani nomine, sed pauci re. DE terra Viuentium. PAucis. Malorum comparatione:
Eccl.1. stultorum .n. infinitus est numerus; & multi sunt
Math.20 uocati, pauci uerò electi. SOrte .i. Hęreditate: ut supra: quod plerumq; inter homines sorte diuidatur hæreditas. DIffugium. Illis. v3. quorum conuersatio in cœlis est. GEntis. Peruersæ, & in malo obstinatæ. AB excidio. Ignis æterni. Possunt etiam hi duo uersiculi, iuxta litteralem
Eccl. sensum, de quadam terra urbis Pellæ intelligi,
hyst.li.3 in regione Galilææ, ad quam monitu Angelico
3.c.3. confugere fideles paulo ante quam obsideretur Hierusalem à Romanis: Vnde gentis Iudæorũ processit excidium. DIsturleris. Dando illis spacium pœnitentiæ. PAulisper. Quadraginta annis a Christi passione fuerunt expectati, ut se corrigerent in uita eorum, qui crucifixerunt
Ph.3. Dominũ: nam plures ex illis usq; ad illud tempus superuixerunt. VEnter .I. conscientia Iudæorum, quorum
35.c. ven Deus uenter erat. Nunc etiam multi sont, qui omnia propter uentrem faciunt. EXæstuat. Quia, (ut dicit Hie-
eer. ronymus) uenter mero æstuans facile protumpit in libidines, etiam extraordinarias. DIssimulas .I. Videris dis-
Val. M. simulare, quia cito non punis. Me miserum, tarda Dei currit uindicta; Sed tarditatem supplicii grauitate com-
de negl. pensat. MAla femina. Sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi illius temporis: quos uidens Ioannes Baptista ad suum
relig. c. baptismum uenire, dicebat eis: progenies uiperarum, quis uobis monstrabit fugere à uentura ira? PRolem suam.
pen. Quæ parentes occidat suos, hoc est Prophetas, & Apostolos: iuxta increpationem Domini: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas &c. PHenix, De quo Ambrosius in Examerон. REnouatus. Per resurrectionem

Hortendo alarum tegmine summe pater.
Terribili a facie, qua me impia turba malorum
Iamdudum afflixit, protege quæso Deus.
Namq; meam hostilis manus hæc indagine densa
Obsedere animam, perdere posse rati.
Carnea mens illis, adipes pinguedine sensus
Conclusere suos: intumuere nimis.
Ora relaxarunt in me turgentia fastu:
Diraq; blasfemi non nisi verba ferunt.
Mancipium veluti si vile abiecerit vllus,
Sic me proijciunt eminus vrbe, domo.
Eiectum ac veluti crabrones agmine denso
Stant circum, & bombis perstrepuere suis.
Constituere simul sursum spectantia somno
Declinare solo lumina pressa graui.
Me susceperunt rugientis more leonis,
Qui visam ad prædam colla parata tenet.
Ac veluti catuli, stirps insidiosa leonum,
Obsedere vias tecta per antra citi.
Dux exurge potens Deus, atq; tuere cadentem;
Hostes ipse meos obrue: redde vices.
Tu prior ante veni, maturaq; arte dolosum
Supplanta; ne me conprimat ante dolus.
Impius ecce parat technas, animæq; minatur
Vincula, vt obscuro carcere claudat eam.
At tu continuo de carcere corporis huius
Egressam manibus suscipe chare pater:
Ne tibi dilectam tenebrosis forsitan antris
Includat dextræ læua inimica tuæ.
Vagina eductam frameam prior accipe eburna;
Ne ferat hanc dextræ leua inimica tuæ.
Abiice crudelem, rabidoq; satellite cinctum
Ductorem hunc, simul & diuide, cæde, seca.
Diuide pugnaces à tergo mille cateruas
Paucorum e medio, qui tua signa petunt,
Diuide de terra, quam paucis sorte dedisti;
Vt sit diffugium gentis ab excidio.
Et si distuleris cladem paulisper eorum,
Hęc tamen in uita dira ruina cadat.
Venter enim illorum uitiis exæstuat atris;
Quæ dum dissimulas, teq; latere putant.
Tempore deinde daro, mala femina uentris iniqui,
Vipeream prolem parturiere suam.
Nequitiæ diras saturati stirpe nefanda
Reliquias paruis deseruere suis.
Ast ego ceu Phœnix, olim pulcherrimus ales

ctionem. SIſtam. In die Aſcenſionis. CAndidus. Innocentia. NItens. Gloria: cuius & nos participes efficere dignetur. Amen. A

Cuctarum uolucrum, cum renouatus ero,
Iuſtitia indutus; nitida uirtute decorus,
Te cotam ſiſtam candidus, atq; nitens.
Me tua tunc demum ſaturabit gloria viſa;
Tum pater ex omni parte beatus ero.

ODE XVII. EX PSALMO. XVII.
Diligam.

HOſtibus a cunctis ereptus, & aſpide ſurda
Iniuſti Regis, quid tibi retribuam?
Quid tibi retribuam pater o ſanctiſſime? grates
Gratus agam, reddam, & ſemper habebo tibi.
Vt me dulcis amas, ſic te vehementer amabo:
Vis mea tu fortis, robur & acre mihi.
Tu firmamentum virtutis, & author eorum,
Quæ duce te noſtra ſunt bene geſta manu.
Cum ſuper humanas vires vrgerer ab hoſte,
Tu mihi diffugium, tu mihi fautor eras.
Cum fermè abſumptus, cum ſpe defectus ab omni,
Mox propugnator tu mihi dexter eras.
Si mihi ſit præſens, caſuq; adiutor in omni
Bellator Dominus, cunctipotenſq; Deus;
Protector firmus, cornuq; ſalutis, & acer
Suſceptor valida, ne premar hoſte, manu:
Laudibus innumeris hunc perſequar, huncq; uocabo:
Si ruerint hoſtes, tunc quoq; ſaluus ero.
Nec mirum: quis enim ſecurus ab hoſte perenni
Eſſe poteſt? ſemper millitat omnis homo.
Heu genus infœlix: miſeri conditio dura
Eſt hominis: feſſo nec datur vlla quies.
Vndiq; me duræ mortis cinxere dolores:
Vndiq; ſunt laquei: ſunt & vbiq; mala.
Hinc male ſuada fames me, illinc ſitis arida torquet:
Hinc æſtu laxor: comprimor inde gelu.
Ocia me ſoluunt: labor improbus oſſa fatigat:
Obruor a ſomno: peruigil excrucior.
Cùmq; malis ſtudeo tantis adhibere medellam;
Ecce mihi occurrunt deteriora mala:
Me vexauerunt torrentes imbris iniqui:
Me conturbarunt impietatis aquæ.
Namq; epulis pellenda fames erat: aſtitit ecce
Ignitus torrens, quem Phlegetonta vocant,
Cùmq; mero ſedare ſitim quandoq; ſtuderem,
Cocytus torrens affuit ecce mihi.
Æſtum cum fugerem viridi ceſſurus in antro,
Styx horrenda palus ecce parata mihi.
Frigora cum molli torpentia veſte pararem.
Pellere; ſummerſus penè Acheronte fui.
Sicq; fatigatus diuturno membra labore,
Optabam requiem; qua refouendus eram.
Ecce ſoporato lethæ ſuperaffuit amnis;

HOſtibus à cunctis &c. Liberatus Dauid a malorum perſecutione, compoſuit hunc pſalmum pro gratiarum actione. Iccirco poteſt etiam nobis conuenire, cum ab urgentibus anguſtiis, & tribulationibus erepti fuerimus a Deo; ut deuote canamus eum pro debita gratiarum actione. Myſticè etiam de Chriſto poteſt intelligi, à perſecutione Iudæorum per reſurrectionem a mortuis liberato; ut Deo patri per decantationem huius pſalmi gratias agat qui bene xvii. inſcribitur: nam ex Decalogi, per ſeptem dona Spiritusſancti, obſeruatione liberamut ab omni perſecutione hoſtium tam uiſibilium, quam inuiſibilium. ASpide ſurda. Quæ ne audiat incantatoris uocem, aurem unam puluere obſtruit, & alteram cauda obturat. Talis erat Rex Saul ambitioſus, & auarus regni; deinde inuidus gloriæ Dauid, quibus aures eius obſtructæ uocem humiliantis ſe generi nolebant exaudire. AGam. Verbis: REddam factis, & habebo corde & animo. AMabo. Vices reddam. Quid enim amplius requirit Dominus à nobis, niſi redamari? HOſte perenni. Diabolo, perpetuo humani generis inimico. MIlitat. Aduerſus Diabolum, mundum, & carnem. Sic & Iob dicebat: militia eſt uita hominis ſuper terram. B
INfelix. Qui ſua, & aliena præuaricatione miſeriis ſubiicitur infinitis. Sic & Iob. Homo, (inquit) natus ex muliere, breui uiuens tempore, Iob.7.
repletur multis miſeriis. VLla quies. Dum hic uiuitur. DVræ. AEternæ potius, quam temporalis; tametſi ultimum ſit terribilium: ſed tranſitoria eſt mors corporis, animæ uero perpetua. Iob 12
FAmes. Hic numerantur ineuitabiles morbi, quibus humana uexantur corpora; & tandem ducunt ad mortem. Contra hos morbos nullum eſt dare perpetuum remedium; licet ad tempus exhibeatur: ueluti contra famem cibus; & potus contra ſitim. Eſt tamen aduertendum; etiam ex ipſis remediis, ſi immoderati ſint, contrarios naſci morbos ad mortem uſq; ducentes: nam plures occidit crapula, quam gladius; ſic & ebrietas. LAxor. Vnde & ſudor per portos emanat relaxatos. TOrrentes. Inferni, de quibus infra; quia improuiſi & inferni ruunt appetitus iniquitatis, qui trahunt homines ad æternam perdiſionem. IMbris iniqui. Repentinæ iniquitatis; quã intẽperati, & immodeſtè remediis abutẽtes incurrunt. AQuæ. Iuges modici. ſ. & frequentes exceſſus, qui paulatim collecti mentem obruunt, & ad iniquitatem trahunt: ſicut aqua inſentinam paulatim collecta, & neglecta ſubruit nauem. PHlegetonta. Per quem ſignificatur flamma gulæ, quæ ad crapulam, & ebrietatem trahit; & inde ad alia uitia neſanda. COcitus. Qui perturbatio interpretatur; & hæc eſt ebrietas, qua ſenſus perturbantur. STyx palus. Triſtitiã ſignificat, quæ naſcitur ex torpore ocii; & ducit ad mortẽ, teſte Apoſtolo: triſtitia uerò moderata, quæ ſurgit ex compunctione peccatorum, uitam operatur. ACheronte. Propter mollitiem ueſtium, quæ ad mortem ducit, ubi ſine gaudio uita infeliciſſima ducitur, nullo umquam tempore finitura; quod Acheron interpretatur. Sit exemplo Diues ille, qui induebatur purpura, & byſſo; nam in inferno ſepultus cruciatur in flammis. LAEthe. Obliuionem ſignificat, nam nimio dediti ſomno rerum obliuiſcuntur agendarum, & fiunt ad uitia promiores: exemplo Dauid, qui à ſomno meridiano ſemiſopitus, ſpeciem alienæ concupiuit C

D uit vxoris; inde in adulterium prolapsus est, & homicidium. LAquei mortis. Quinq; sensuum sunt noxiæ uoluptates: quicquid enim pulchrescit uisu, lænocinatur auditu, olfactu suaue uidetur, gustu delectat, & mollescit; attactu laqueos habet mortis appensos. REx Herebi. Pluto, Diabolus. Nomen Domini. Iesu: neq; enim aliud est nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine D. N. I. Ch. TEmplum augustum &c. Hoc templum cœlum est: sicut ipse Deus dixit: cœlum mihi sedes est, terra uero scabellum pedum meorum. TOtum olympum. Cœlum empyreum, ubi sedes est Angelorum, & sanctarum animarum. Hoc præcipuè factum est in deiectione Luciferi, & sequacium. TEnebris. Sicut in passione Domini nouimus esse factum. COnturbati. Hæc omnia futura sunt ante diem iudicii, quando commouebuntur omnia elementa. FVmus. Per similitudinem loquitur hominis irati, ex cuius naribus, & ore fumus ascendit. IGnea fulgura cum tonitru &c. Hæc omnia facta fuerũt aduersus AEgyptios ĩ populi liberationẽ; & ĩ datione legis super mõte Synai, quo ad literã: quo ad spm, in aduentu Christi, & prædicatione Euangelii. Sed hanc expositionem quærat in commentariis diui Hieronymi & Augustini prudens lector, quia prolixa, etsi suauis. Ego .n. breuitati studeo; quia in carmine satis effusus sum; & tetigi vtrumq; sensum, litteralem, & mysticum. IGnea lampas. Ignea lex, in descensu Spiritus sancti super discipulos. CArbones atri. Hi sunt peccatores, quorum facies animæ denigrata est super carbones; quales fuere Zachæus, & Mattheus cum cæteris, ante conuersionem, publicanis. PRocul. Mattheus usq; in AEthiopiam. Saul, qui & Paulus, ad Illiricos usq; fines per totam Græciam, in Italiam, & vsq; ad Hispaniam. DEus. Christus, homo factus. TVrbo. Draco, seu diabolus, à Christo suppeditatus. NEbulis suis. Peruersis suggestionibus, & falsis hæresum doctrinis. VIncula. De quibus in Apocalypsi: ubi dicitur, illum fuisse uinctum usq; ad mille annos; deinde oportere ipsum iterum solui usq; ad modicum tempus. NOuauerat. In Christi passione, & Ecclesiæ persecutione. TRiumphato. In resurrectionis tempore. REdit. Ad Cœlum in die Ascensionis. CHerubin: Quod plenitudo scientiæ interpretatur, eo quòd de plenitudine eius accepimus omnes, ut docuit Ioannes Baptista. Nubes. Antiquos Prophetas. AStra. Doctores, qui (ut ait Daniel) fulgent ut stellæ in medio firmamenti. EMpyreæq;. Paradisi splendidissimi ex diuini ignis lumine: etenim Deus noster ignis consumens est, ut docuit Apostolus. TEnebras. Humanæ pro nobis assumptæ naturæ: quas nisi per fidem acutissimus cuiusuis intellectus nequit penetrare. TEntoria.

Ph.2. Act.4. Esa.66. Math. 27. Vt i exodo. E Act.2. Tren. 4 Ap.20. F Mar.ult.

Atq; suis grauibus me prope mersit aquis.
Me miserum inferni circunsepsere dolores;
Tartarei gemitus; & sine fine mala.
Me laquei mortis, quos vafer vbiq; tetendit
Rex Herebi, longa præpediere mora.
Iam mihi nil superest, nisi suplice voce vocare
Id nomen domini, quo mihi sola salus.
Quod superest, facio: diuinum numem adoro:
Diuinum hoc nomen supplice voce voco.
Nec mora, de templo clemens exaudijt alto;
De templo voces audijt ecce meas,
Templũ augustũ ingens hoc sanctũ, ac semper aptum
Vox mea nempe frequens ire, redire potest.
Quandocunq; meus clamor ceu candidus intrat
Nuncius; & sanctos sternitur ante pedes.
Inde petit sacras (semperq; admittitur) aures:
Hic desiderium panditur omne meum.
Inde meis votis placabilis annuit: hostes
Horrendo nutu terruit atq; meos.
Si solo nutu totum tremefecit olympum?
Quo mage, si quæ sunt, inferiora quatit?
Nil igitur mirum, tenebris si conditur aër,
Commota est tellus, contremuitq; solum.
A fondamentis, celsoq; cacumine montes
Sunt conturbati, penè ruere simul.
Rupibus excussis, summo quoq; uertice moti,
Quòd sensere iram signa dedere grauem.
Est grauis ira Dei; nam scandit fumus ab illa,
Quo tegitur cœlum sicut ab imbre graui.
Ignea cum tonitru rapido iaculantur ab æthra
Fulgura, queîs hominum pectora quassa tremunt.
Altitonantis enim uultu uelut ignea lampas
Exarsit subito, qua micuere poli.
Carbones atri flammam (mirabile dictu)
Hinc traxere simul, & micuere procul.
Tunc inclinauit cœlos, descendit olympo;
Terrarum summus uenit ad ima Deus.
Sub pedibusq; Dei densa caligine septus
Turbo iacet, solo murmure terribilis.
Horridus ille quidem uisu pertentat & orbem,
Si qua potis nebulis obtenebrare suis.
Sub pedibus Diui suppressus, & ignea collo
Frustra conatur vincula dura gerens.
His oneratus erat, quia bella nouauerat; ausus
Et contra stimulos calcibus ire Dei.
Nam Deus ipse potens compressis vndiq; bellis,
Hoste tryumphato venerat unde, redit.
Ecce super Cherubin celeri petit alta uolatu:
Transgreditur nubes astraq; uictor ouans.
Ventorum alitibus secat ocior æthera pennis;
Empyreæq; arcis ardua cella petit.
Panditur excelso domus omnipotentis olympi;
Vt Domino, utq; Deo Regia tota patet.
Ne tamen à nobis, uelut mortalibus ægris,
Cernatur Regis gloria tanta noui;
Heu quantas posuit tenebras; quibus ipse latere

Posset

PossET vt indignos, inter vtrumq; polum.
Instar militiæ posuit tentoria circum,
In quibus ipse latet, nec latet vllus eum.
Nubibus ac densis, qui interiacet, aëra cinxit:
Vnde tenebrosæ profluit imber aquæ.
Turbidus imber aquæ, qui nubibus effluit istis:
Sed tamen vbertim pectora culta rigat.
Sunt nubes aliæ nimio fulgore coruscæ,
Quas vehit ignotas spiritus vsq; plagas.
Cum Deus has summo nubes despectat olympo,
Terrificant homines, letificantq; simul.
Eius ab aspectu radios velut ære micantes
Concipiunt, ignes parturiuntq; vagos.
Transitus illarum crebris replet aëra flammis,
Indeq; carbones ignis vbiq; cadunt.
Horrida grando quatit sata læta, bouumq; labores,
Fertur & admixtis saxeus imber aquis.
Intonuit per eas, totumq; exterruit orbem
Rex Deus æetherei summus ab arce poli.
Nubibus ex illis altissimus æthere summo
Altisonas voces edidit ore suo.
Vnde Boanerges dicti fortissima corda,
Excelsam hanc vocem qui potuere pati.
Hinc iterum grando, & carbones ignis ab æthra,
Sunt visæ ardentes & volitare faces.
Terribiles mixtim iaculatus & inde sagittas,
Fulmina solius maxima tela Dei.
Elatos homines, similesq; Gygantibus illis,
Qui ausi inferre (nephas) effera bella Deo.
Hos inquam terræ natos disperdidit omnes,
Fulgura multiplicans turbine ab horrisono
Conturbauit eos profugos formidine tanta,
Qui reliqui fuerant a nece terribili:
Ad liquidos fontes fuerint vt currere visi,
Margine telluris qui micuere modo.
Perspicuos fontes nitidarum prorsus aquarum,
Vnde bibant omnes, vnde lauentur, habent.
Vnde metum ponant pauidi, recreentur & vnde
Defessi, & claris se speculentur aquis.
Namq; serenata facie Deus, hoste fugato,
Reddiderat lucem rebus ab axe nouam.
Condita quę fuerant, tenebris atq; obruta terræ
Fundamenta orbis tum patuere noui.
Quæ latuere diu bases patuere repentè,
Increpitum nec enim sustinuere tuum.
Cum grauis aura tuę Deus afflat Spiritus iræ,
Condita vel foueis nulla latere queunt.
Mobilior vento, nitido vel acutior ense,
Est grauis, estq; leuis spiritus ecce Dei.
Quam bonus & dulcis de summo misit olympo,
Qui me susciperet, meq; leuaret aquis.
Gurgite multarum fueram demersus aquarum,
Assumpsit valida me Deus inde manu.
Hoste quoq; eripuit, qui me fortissimus vndis
Merserat, obduro presserat atq; iugo.
Mequoq; vipereis, & amaro felle repletis.

Velamina carnis assumptæ de virgine. EVm. A
Vti Deum, quem nemo latere potest. NVbi-
bus. Prædicatoribus utriusq; testamenti, quo-
rum doctrinæ fidelibus studiosis patent; infide-
libus uerò, & negligentibus obscuræ sunt aquæ
in nubibus aeris. CVlta. Fide, ac studio. NV-
bes aliæ. Noui prædicatores testamenti; quia
superiores Prophetæ fuerunt ueteris testamenti
obscuriores; utpotè inuolucro figurarum, &
ænigmatum futura prædicentes. DEspectat.
Deorsum aspicit, inspirando quæ pro utilitate
fidelium auditorum dicere debeant. TErrificant.
Minis futurarum plagarum, & extremi iudicii.
LAEtificant. Iustos promissionibus beatitudi-
nis æternæ: interdum & pacis temporalis & a-
bundantia rerum pro solatio bonorum; & ut
mali etiam conuertantur spe potiundi iis, quæ
communi uoto appetuntur ab omnibus; licet
paulatim post mutent desiderium. ORe suo.
Sicunt in Euangelio: non enim uos estis, qui
loquimini, sed Spiritus patris uestri, qui loqui- B
tur in uobis. Item ore suo: quia alibi dictum Mat.10
est; Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego psal.2.
hodie genui te: quod in Euangelio monstratur
adimpletum, quando audita est uox patris di-
centis ad filium: Hic est filius meus dilectus, in Mat.17
quo mihi bene complacui. BOanerges .i. filii Marc.2
tonitrui; Iacobus .s.& Ioannes Apostoli: qui cū
Petro uocem illam delatam e cœlo audierunt.
ITerum. Noui testamenti tempore. ELatos ho-
mines. Principes Iudæorum cum gentium regi-
bus, & maximè Romanorum. GYgantibus il-
lis. Quos Nembroth allexerat ad turrim ædi- Gen.10
ficandam. TErræ natos. Poeticæ dictum est. & 11.
A Nece terribili. Quæ fuit in excidio vrbis Bar.c.3
Hierosolymorum. AD fontes. Baptismi. PEr-
spicuos fontes. Sacramentorum, & Euangeli-
cæ doctrinæ. BIbant. Sapientiam. LAuentur.
A peccatis. MEtum. Damnationis æternæ, ob-
tenta peccatorum venia. REcreentur. Spe sa-
lutis, ac beatitudinis æternæ. SPeculentur.
Nam uerbum Dei speculo comparatur, quo quis
animæ faciem .i. conscientiam potest speculari; C
& si quæ latent, animæ maculas deprehendere;
unde Iacobus Apostolus legitur dixisse: si quis Iac.c.1.
auditor est uerbi &c. SErenata facie. Pace data Eph.c.2
Ecclesiæ, per conuersionem Principis Romano-
rum. FOndamenta. Prophetarum, & Aposto- Apoc.c.
lorum; iuxta Pauli doctrinam, & Io. in Apoca- 21.
lypsi. BAses, Sustentacula, seu pedes colum-
narum sunt. Sapientia .n. Dei ædificauit sibi do-
mum, cui supposuit columnas septem, quarum
bases hæ sunt, de quibus hic. ACutior. Quia
etiam interiora penetrat animarum, nulli gla-
dio materiali obnoxia. GRauis. Facit enim
maturos hominum sensus, & graues. LEuis.
Oneribus peccatorum excussis, redduntur ho-
mines ad operandum agiles per leuitatem Spi-
ritus. MIsit. Spiritum suum sanctum. AQuis.
Tribulationum, & erroris multorum populo-
rum: nam aquæ multæ, populi sunt multi, de
quibus uide in Apocalypsi. AQuarum. Vanarū
doctrinarum, quæ multis refertæ sunt erroribus,
sicut Poetarum sæcularium, & gentilium Phi-
losophorum. HOste. Lucifero, qui penè uni-
uersas gētes aquis idolatriæ tenebat Ante Chri-
sti aduentum immersas. IVgo. Superstitionis
sacerdotum illius temporis. REpletis. De per-
secutoribus Ecclesiæ hoc intelligendum est, tam
Iudæis quam Paganis. MAndebant. Lacera-
bant

D bant morsibus linguarum nequissimarum, magos, & maleficos appellantes Christianos; ac omni mala morte reos. PRæualuere. Quò ad temporale dominium, diuersis pœnis, & exquisitis tormentis sanctos Martyres interficiendo.
Mat.10 Nec enim timendi sunt hi, qui corpus interficiunt; ultra autem non habent quid faciant. PRæuenere diem. Latrantes, vt canes, antequam nocere possent: sicut de quodam Datiano dicitur in passione S. Vincentii. REos. Ac si reos. GNatum inertem. Quemuis hominem, uel
Io. 8. populum gentilem. SEruitii. Dæmoniaci, quod peccatum est: quia qui facit peccatum, seruus
Ex.20. est peccati: quare in lege mandabatur, ne fieret opus seruile; quod proculdubio de peccato sentiendum est. LEuum. Poeticè intellige pro fausto signo. COlla cathenis. Figuratè .i. ex collo cathenas. LAtam. Per charitatem: scriptum quippe est: habe charitatem, & fac quod-
Act.15. uis. LIbertatem. A duro legis iugo, quod neq; nos (ut dixit Petrus) neq; patres nostri potui-
Tit.3. mus portare. ABsq; meo. Dono, uel merito: quia nō ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos
E fecit Deus, ut docet Apostolus. GRatia. Nam lex per Moysen, & gratia per Iesum Christum
Io.prim. facta est. MAndata. Dilectionis Dei, & pro-
Mat.22 ximi; in quibus uniuersa lex pendet, & prophetæ. IAspide .I. precioso euangelio, uel humano corde. VIuam. Iuxta illud: si uis ad uitam
Mat.19 ingredi, serua mandata. AMicus. Nam amici
Io. 15. mei eritis (ut ait Dominus) si feceritis quæ præcipio uobis. SVpra, Minus enim plectit, & plus retribuit; quam meremur. PRæmia magna. De quibus ait Gregorius: si consideremus, quæ, & quanta nobis promittuntur in cœlis, uilescunt animo omnia, quæ habentur in terris, &c.
Hom.37 Vide homeliam eius, quæ habetur in communi martyrum in breuiario. PVras. Ab offensa proximi. VIas. Mandatorum dei. DEi. D.N.I.CH.
Heb. 7. quia neminem ad perfectum duxit lex antiqua, ut docet Apostolus. IMpia. Quò ad cultū idolorum. TErga. quo ad iniustitiam. IVstitias. Castigationes, quæ secundum iustitiam fiunt. QVibusdam. Non mihi. ABsynthia. Vel ex absynthii herbæ amarissimæ succo confecta: uel generaliter accipe, i. amara; iuxta illud: Sæpe dedit ægris succus amarus opem. IMpietatis. Meæ, quæ ex me procedet: nam omnis ætas ab
F adolescentia in malum prona est. OPus. Reddet enim Dominus unicuiq; secundum opus suum. SAncte. Deus, uel spiritus eius, qui idem cum ipso est. SAncto. Viro. SAnctus eris. Aestimaberis ipsius iudicio. Verè sanctus est Deus, sed prauarum mentium iudicio non sic aestimatur. NOcens. Peruerso ipsius iudicio; qui ut à se culpam reiiciat, non ueretur Deum incusare ADmiranda. quòd sanctitas Dei ex hominū iudicio pendere uideatur. Sed quomodo stomachis infectis dulcia uidentur amara; sic mentibus iniquitate respersis etiam sanctitas Dei ne-

Qui me mandebant, dentibus eripuit.
Namq; sinente Deo per tempora longa coacti,
Et confortati præualuere mihi.
Præuenere diem, qua morum censor ab alto
Iusserat affligi pectora nostra metu.
Iusserat extundi dignis & corpora flagris,
Correpti vt tandem susciperemus eum.
Fustibus ast illi mactabant dorsa præustis,
Arcebant manicis compedibusq; reos.
Tum pius ipse pater gnatum miseratus inertem
Seruitij dura conditione trahi.
Intonuit leuum, decussit colla cathenis,
A manicis palmas, compedibusq; pedes.
Oppositos hostes contra protector & acer,
Vt Dux bellipotens, affuit ipse mihi.
Planiciem in latam charitatis duxit; & ampla
Libertate frui tum dedit ipse mihi.
Saluum me fecit Dominus nil tale merentem;
Sed, quia sic voluit gratis, & absq; meo.
Differat orator quisnam, vel carmine vates:
In me munifici gratia quanta Dei?
Quin etiam mandata mihi, pia munera, vitæ
Addidit æternæ iaspide sculpta breui.
Quæ si condidero memori sub pectore, viuam:
Quę si seruaro, charus amicus ero.
Retribuetq; mihi iustissimus ille secundum
Iustitiam, & supra præmia magna dabit.
Siq; manus puras ad sydera celsa leuaro,
Maiora insonti munera retribuet.
Hactenus vt feci, diuinas ergo necesse est
Custodire vias, iussaq; sancta Dei.
Impia nec gerere, aut platearum lata vagari
Compita; vel nostro vertere terga Deo.
Omnia vel potius speculari mente futura
Iudicia illius iusta, sed aspra malis.
Quæ quoniā præ oculis videor mihi semper habere,
Iustitias eius non fugio, sed amo.
Iustitias Domini, vel amara flagella quibusdam,
Non a me pello, nec procul abijcio.
Nempe quod infirmis absynthia pocula prestant:
Hoc animis hominum dura flagella patris:
Assidua hæc pulset me disciplina parentis.
Nam sic correctus immaculatus ero.
Immaculatus eum sequar; obseruabo, cauebo,
Viribus acceptis, impietatis iter.
Tunc ea retribuet Dominus mihi præmia seruo,
Quæ mea iustitia, quæq; meretur opus.
Quidquid enim manibus puris offertur ad aram
Ipsius ante oculos, præmia digna meret.
Labere sancte polo sanctorum maxime cultor,
Labere: cum sancto tu quoq; sanctus eris.
Cumq; insonte viro simul ipse vocaberis insons;
Electo electus, cumq; nocente nocens.
Admiranda cano Psaltes, credendaq; paucis,
Admiranda quidem, sunt ea vera tamen.
Qualibus est quisquis dotatus moribus intus;

quitia

Talis & omnipotens esse videtur ei.
Hinc sanctis sanctus, simul ac insontibus insons
Est Deus: iniustis sic & iniquus erit.
Si Deus auersis peruersus & ipse videtur?
Qualis erit simplex, & miserandus homo?
Nonne proculdubio coniunctus habebitur insons
Insonti? sancto sic quoq; sanctus erit.
Nec minus auersis copulatus habebitur vnà
Peruersus: nocuo noxius ipse simul.
Nobiscum esto igitur, sancti valeamus vt esse,
Gloria sanctorum maxima summe Deus.
Namq; humilem populum te supplice voce precantẽ
Efficies saluum spesq; salusq; mea.
Ast elatorum flagrantia lumina motu
Extingues auræ flantis ab ore tuo.
Vt vel sic humiles, amisso lumine, fiant,
Quod repetant abs te lux mea clara Deus.
Lumine perpetuo succenditur atra lucerna
Hæc mea; quæ medios lustret & alta lares.
Sed quid adhuc crassæ quædam mansere tenebræ,
Quæ nostræ offuscant inferiora domus:
Tu Deus has tenebras maiori lampade lustra;
Vt pariter fiat lucida tota domus.
Nam veluti nebulæ surgunt de vallibus imis,
Paulatim & colles exuperare solent:
Sic Deus, hæ tenebræ supera ad cœnacula scandunt,
Et fumo infestant lumina nostra graui.
Vnde animum tristem tentatio multa perurget:
Atq; intellectum nubila densa tegunt.
At fugient tenebræ, tentatio tota fatiscet,
De sursum e speculis luce micante tua.
Sicut enim extemplo nebulis purgantur ab atris
Obscuri colles, adueniente die:
Sic ego lustrabor perfusus luce superna
Atq; in te eripiar perditione mala.
Transgrediar murum magna se mole tenentem;
Namq; ego fulgurei fulminis instar ero.
Quàm malus hic paries scelerum farragine multa
Congerie vt lapidum tum fabricatus erat:
Atq; mihi oppositus, superum ne liber adirem
Sydereos campos, lucida regna Dei.
Transgrediar tamen hunc, nihil inpenetrabile luci
Diuinæ esse potest, quin ruat ante Deum.
Est meus omnipotens Deus, impolluta cylindro
Complanata via est eius, & æqua solo.
Sunt etiam rapidis purgata probataq; flammis
Eloquia illius examinata diu.
Bellator fortis Deus est, protector eorum,
Qui eius in auxilio spem posuere suam.
Diuinam quis opem reus implorauerit vnquam,
Qui non suppetias senserit esse datas?
Non Deus est, vt homo, fallax, surdaster, & expers
Consilij & auxilij subsidione carens.

quitia uidetur esse. INiquus erit. Peruersissimo illius iudicio. SI Deus auersis. Exclamatio est de maiori ad minus, de minori ad maius; hoc modo procedens: Si Dei sanctitas parum rectè perpenditur ab iniquis, minus humana perpendetur: & rursus: si peruersi audent male iudicare de Deo, multo magis de homine audebunt. MIserandus homo. Propter domum luteam, & fragilem, quam inhabitat; nam & si recta intentione aliquid fecerit, sinistrè tamen ab iniquis opus eius facilè interpretabitur. INsonti. Deo; uel etiam insonti uiro: nam columbæ simul conueniunt, non cum coruis: & oues gregatim pascuntur, non lupis cohabitant. PEruersus. Nam ferarum catelli morsibus ludunt: & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. HVmilem populum. Christianum scilicet, non superbum Iudæum. FLagrantia. Præ nimia iracundia, & superbia. ORe tuo. Verbo, illo Euangelico: Qui se exaltat humiliabitur, &c. AMisso lumine. Sicuti nouimus factum esse cum Saulo, quem Dominus Iesus excæcauit; deinde per impositionem manuum Ananiæ iterum illuminauit. LVcerna. Intellectus humani, quæ luce fidei, & sapientiæ illuminatur a Deo. ALta. Iuxta illud Euangelicum; neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. MEdios lares. Domus Ecclesiæ. CRassæ tenebræ. Supinæ ignorantiæ, & quottidianorũ delictorum. DOmus. Nostræ; quæ est conscientia. MAiori lampade. Quæ est charitatis gratia. SVpra ad cœnacula. Mentis nostræ, quæ superior est pars animæ. Est autem metaphorica locutio. LVmina. Non hæc oculorum exteriora, sed interioris hominis, quæ sunt ratio, & intellectus. TRistem. Per inertiam, atq; torporem, quo ueluti frigore quodam anima febricitare incipit. NVbila. Obscura; nam diuinæ legis luce inumbrat: ita ut illa oblita, uideatur interdũ licere peccare. TEnebræ. Illæ interiores, de quibus supra. FAtiscet. Paulatim, quasi per rimulas quasdam abibit. LVce. Charitatis, ut supra dictum est. SIcut. Pulchra comparatione ostendit, quomodo tenebræ fugentur interiores a mentibus humanis: nempe sicut exteriores ab orbe per ortum solis, sic & Apostolus dixit: Nox abiit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, sic ut in die honestè ambulemus. PErditione mala. Tentationis urgentissimæ, quę nos ad perditionem ducit ęternam, si illi consenserimus. MVrum. Quem ex multiplicitate peccatorum medium inter nos & Deum fabricaueramus, ut docet Propheta. FVlgurei fulminis. Quo munitissimæ arces & destruuntur. INstar ero. Similis, effugatis tenebris, accepta Spiritus sancti gratia. QVam malus hic paries. Seipsum Vates exponit, quid per murum uelit intelligi. FArragine. Scelerum multorum commixtione. ADirem. Per orationem, uel meditationem. His .n. duobus modis cœlos conscendimus: vnde & Apostolus dicebat: nostra conuersatio in cœlis est. LVcida regna Dei. Appositio est. RVat. Murus ille peccatorum congerie obstructus. CYlindro. Metaphoricè loquitur. Est autem cylindrum instrumentum illud, quo utuntur agricolæ ad aream coæquandam pro tritura. FLammis. Non ignis huius nostri, sed Spiritussancti. SPem suam. Quia scriptum est: maledictus homo, qui confidit in homine; & ponit carnem brachium suum: & contrà: benedictus uir, qui confidit in Deo, & Dominus est fiducia eius.

A
Ecc. 13.
Luc. 14.
Act. 9.
B
Math. 5
C
Ro. 13.
Ezech. 13 & 43
Hier. 17

D SVppetias. Adiutorium. SVrdaster. Qui parum audit, uel fingit se non audire, & exaudire
dissimulat. CEnsor. Castigator morum. EXutus. Per pænitentiam. IMaculata uia. i. immaculatorum uia, quæ lex est Domini, iuxta illud;
Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege
Psa.118 Domini; & qui scrutantur testimonia eius. TAlaria. Alas, quæ talis affigebantur; per quas
uelocitatem gressuum ad bene operandum designat. COrnipedes. Corneos pedes habentium, vt fiot duriores ad laborem. PEtra. Quæ
Christus est, ut docet Apostolus. AD fera bel-
1.cor.x la. Ad literam de Dauide Rege, & fortissimo
bellatore hæc sunt intelligenda. Mysticè de quouis Christi milite, qui fortiter præliatur aduersus insidias diaboli, & mundi illecebras, ac titillationes carnis. CLypeum. Patientiæ. FVLmineum ensem. Gladium uerbi Dei. INfestos
hostes. De quibus supra. FAtigaret. Propter
humanam fragilitatem, quæ indiget dono lon-
E ganimitatis ac perseuerantiæ. VIs maior. Quā
possit humana imbecillitas pati, propter grandem dæmonis potentiam; de qua dicitur in libro
Iob: quia non est potestas super terram, quæ
comparetur ei; & præcipue addiuncta sibi cauie persecutorum impiorum; ut fuit olim temporibus Neronis, Domitiani, & Decii, cæterorumque
Romanorum Imperatorum, nec non & Barbararum nationum. ADest. Ipse Deus, qui fidelis est, nec patitur quemquam supra id, quod potest, tentari: sed facit etiam cum tentatione prouentum. E Cuneis. Vocabulum est militare, non instrumentum, quo ligna scinduntur.
NImis audacem. Temerarium ac de propriis uiribus præsumentem. LEuas. De periculo. COercet. Ne supra uires præsumam. EXemplo
Petri Apostoli, ac Marcellini Summi Pontificis,
qui de suis uiribus præsumentes, uicti metu,
Christum negauerunt. LImite. A termino mihi constituto. MEdios hostes. Malignorū spirituum, & mundanorum hominum: quia non
A est nobis colluctatio sola aduersus carnem, &
Eph.6. sanguinem (ut docet Apostolus) sed aduersus
principes & potestates; aduersus mundi rectores
tenebrarum harum. TItubante solo. Delitiarum fluxu, quo fortium pectora quādoq; emolliuntur. PAuore nouo. Per te in illos immisso:
Gen.14 iuxta illud: fugiamus Israelem, quia Deus pugnat pro illis contra nos. TVrba proterua. Figurata locutio. NOuum ad bellum. Quod fabricatum est aduersum Moabitas, quo ad sensum litteralem. Mysticè uerò, quotidie aduersus fideles noua prælia suscitat tentator, qui mille nocendi habet artes. PRudentior. Callidior &
Pro.21 astutior: uertit enim insidias hostium in eorum
perniciem; quia non est prudentia; non est malitia contra Dominum. NOn ego. Hic dat gloriam Deo, per hoc erudiens nos, ut in omnibus
præclarè gestis demus honorem, & gloriā Deo.
HOstes. Homines hic intellige persecutores,
propter humilem sequellam, de qua subiungit:
neq; enim Dæmones sunt vnquam deposituri
superbiam, uel iustos imitaturi; licet in Angelos lucis aliquando fraudulenter se se transformēt ad decipiendas animas supra modum reli-
2.cor. 11. giosas, scrupulosas, atq; superstitiosas. REflecti. In malum obstinati, quales sunt Hæretici;
qui sui iudicio subuersi sunt (vt docet Apostolus

Cunctorum quis enim moderator & arbiter extat?
Quisuè hominum censor: quis nisi tu Domine?
Quisuè alius Deus est superorum Rector & autor?
Quis nisi tu noster maxime summe Deus?
Hic est ille Deus, qui me virtute potenti
Præcinxit: vires, robur & acre dedit.
Sum scelere exutus; sum purificatus ab illo,
Et mihi proposita est immaculata via.
Is celerem ad cursum plantis talaria iunxit,
Tamquam ceruorum cornipedesq; dedit.
Et super excelsas rupes conscendere f..eu,
Et profugos hostes prendere posse dedit.
Lubrica percurrens mea ne vestigia lapsu
Conciderent, petra constituitq; pedes.
Bellipotens Deus hic docuit me ad prælia dura:
Instruxitq; meas ad fera bella manus.
Inseruit clypeum lææ, tutamen vt esset
Ictibus a crebris, quos fera turba mouet.
Fulmineum dextræ capulo firmauit & ensem:
Infestos hostes cædere & arte dedit.
Neuè fatigarer velut ærea brachia fecit:
Artubus his ferri robur & acre dedit.
Si quando ingruetet vis maior, & impetus asper
Hostilis turmæ, fulgure cinctus adest.
Tu mihi subsidio fortissime ductor, & acer
Bellator clypeo protegis ipse tuo.
Tunc mihi missa tuæ protectio firma salutis;
Me tua suscepit dextera fortis eques.
Ne subitò obruerer coniectis vndiq; telis
Tu me confertis eruis è cuneis.
Me nimis audacem temereq; in certa pericla
Coniectum, obiurgas, corripis, atq; leuas.
Vtilis ecce tuæ me disciplina subegit
Militiæ, quamuis vita sit aspra mihi.
Optatum in finem tua disciplina coercet,
Victori possit vnde corona dari.
Exemplo ac verbis tua disciplina docebit
Altera me, ne iterum limite digrediar.
In medios hostes spaciosa per æquora campi
Tu dilatasti gressibus ipse viam.
Infirmata pedum vestigia recta meorum
Te duce nequaquam sunt titubante solo.
Ergo pauore nouo cedentes persequar hostes:
Comprendamq; illos, nec poterunt fugere.
Concursu valido neq; iam conuertar ab illis,
Donec deficiant viribus, atq; cadant.
Illos confringam, poterunt nec stare, cadentq;
Ante meos victi turba proterua pedes.
Namq; nouum ad bellum virtute & robore ductor
Tu præcinxisti pectora nostra potens.
Tuq; insurgentes in me prudentior illis,
Tu supplantasti, non ego summe Deus.
Qui me impugnabant hostes post terga dedisti,
Dehinc humiles (vt me subsequerentur) erant.
Qui verò oderunt me, nec voluere reflecti,
Sparsisti profugos hic & vbiq; vagos.

Clamauere quidem sursum ad vaga sydera cœli,
Et quæ pro veris excoluere Deis.
Sed neq; præsidium, neq; subsidia vlla dederunt;
Nam contra Dominum surda quid astra valent?
Clamauere quidem vana ad simulachra deorum;
Sed contra Dominum muta quid æra valent;
Expetiere iterum mersos cacodæmonas orco:
Qui saluos faceret, nec tamen vllus erat.
Ad Dominum cœli demum se vertere visi,
Ipse quoq; indignas vellit ab aure preces.
Ergo ope deserti diuina prorsus in omnem
Spargentur ventum, puluis vt ante Notum.
Illos comminuam, simul & delebo minutos:
Disperdunt plateis vt lutulenta sues.
Me simul eripies Deus a surgente tumultu,
Et populi instabilis seditione graui.
Cernis enim quantum contradixere furentes
Ædictis nostris, legibus atq; tuis.
Nec solis verbis duri ceruice, sed armis
Se se cotreptis opposuere mihi.
Tu tamen edomitis, stratisq; furentibus illis,
Me caput in populis constitues alijs.
Gentibus externis toto procul orbe subactis,
Rex Regum, atq; potens Induperator ero.
Namq; omnes gentes populum cogentur in vnum,
Quem non cognoram, seruiet ecce mihi.
Auris in auditu preconibus excita, cultum
Deuotè nobis obsequiumq; feret.
Hi verò gnati, quorum fœlicibus olim
Auspicijs patres progeniti fuerant;
Abs te dilecti dicto parere parabant,
Iussa facessebant omnia corde bono.
Degeneres facti, soboles & inutilis, heu heu,
Sunt tibi mentiti pectore, & ore malo.
Sunt alienati penitus factiq; rebelles,
Illorum interior est veteratus homo.
Claudicat in geminas partes incessus eorum:
Præcipites recta desiliere via.
Iure igitur merito iam destituentur ab illo,
Et disperdentur, pulueris instar erunt.
Tunc noscent ipsi, per eos cognoscet & orbis,
Quòd viuit Dominus peruigil, atq; pius.
Viuit enim verè cunctorum vita, nec vllus
Viuit homo, nisi tu sis sua vita Deus.
Tu mea vita Deus, toto benedictus in orbe,
Solus & excelsus magnificatus eris.
Exaltare Deus, fiasq; salutifer orbi:
Autorem nostræ teq; salutis ament.
Tu mihi vindictam duris ex hostibus affers;
Das etiam manibus (quod mihi dulce) meis.
Nam scelerum vindex cunctorum vltorq; malorum
Tu Deus es, sed nos turba ministra sumus.
Tunc mihi subijcies populos ex cęde malorum;
Non ego subijcio, tu mihi subdis eos:
Ne me dilanient rabido velut ore molossi,
Ex iracundis hostibus eripies.

lus) atq; damnati. VAga sydera. Solem & Lunam, cæterosq; planetas; qui olim à Gentibus & Iudæis colebantur auersis. DEdere. Quia nō possunt in iniuriam sui creatoris prosilire. MVta æra .i. simulachra ærea, aurea, uel argentea. CAcodæmonas. Mala Dæmonia. ORco. Inferno. VLlus erat. Subaudiendum est, qui saluaret inuocantes: quia solus uerè saluator Deus est. VIsi. Quia non corde, sed uoce tantum clamabant. VEllis. Pro auellis, remoues, & abiicis. OPe. Auxilio. IN omnem uentum. I. in omnem tentationem; & deinde in omne flagitium. NOtum. Australem uentum, à quo Lybicæ disperguntur arenæ. LVtulenta, Cænosa loca, quæ & uolutabra uocantur: uel forsitasse uult intelligi paleas immundas, quas ore rapiunt sues, & iactitant, cum è proximo imminet imber: quod docuerunt in prægnosticis, qui de colenda tellure præceperunt. TVmultu. Mouendo ab Absalone rebelli filio. SEditione. Coniuratorū populorum cum Absalone. FVrentes. In ipsum Regem Dauidem, ut patet in lib. Reg. ii. EDomitis. Rebellibus Iudæis: nam hæc uerba melius intelliguntur de eis, qui defecerunt à Christo in passione eius, quam à Dauide per Absalonem. CAput. Iuxta illud: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. IN populis aliis. Gentilibus .s. PRocul orbe. Vsq; ad Britannos, quā & ipsi Xpm colunt. REx regū. Sic & Io. Apostolus in Apoc. habebat scriptū in foemore, Rex Regum, & Dominus dominantium. INduperator. Epenthesis est figura, p Imperator. IN unum populum. Christianum .s. iuxta illud: alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili: & illas opportet me adducere: & fiet unum Ouile, & unus pastor. COgnoram. Per approbationem: quia idolis fuerat deditus. PReconibus. Noui testamenti, de quibus in proxima Ode: In omnem terram exiuit sonus eorū &c. GNati. Iudæi. DIlecti. Patres eorum. ABraam, Isaac, & Iacob & similes illis. INterior homo. Animus .s. INueteratus. In ueteris Adæ similitudinem redactus. CLaudicat. Quia suam & Christi iustitiā seruari debere dicebāt. IN geminas partes. Mammonæ, ac Deo serui, re uolentes. AB illo. Vero Deo. IPsi. Iudæi pœna docente eruditi. ORbis. In quem, urbe subuersa, & desolato templo, disperdentur. PEruigil. In castigandis rebellibus obstinatis in malū; quales fuerunt Iudæi persecutores Christi & Ecclesiæ. ATq; pius. Erga conuersos ad fidē Christi. VIta. Sic & ipse dixit in Euangelio, Ego sum uia, ueritas, & uita. VIuit. Vita gratiæ. BEnedictus in orbe. Christiana fide suscepta, cunctorum per ora fidelium. MAgnificatus. Percepta notitia magnitudinis eius. EXaltare. In crucē primum, deinde per ascensionem in cœlum: unde & ipse dixit in Euangelio: cū exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. DAs etiam. Subaudi, sumere; sicut, in Saulo quem proiecit ex equo, atq; excæcauit. TVrba ministra. Hoc ad ipsum Dauidem referendum est. MOlossi. canes. Species est pro genere. Sunt enim Molossi, mordaces Epyro-

A
Ti.3.
Hier.8.
Ezech.8
B
Math. vlt.
Io.10.
C

D tici canes. ASsecl is. Sequacibus malorum principum. AVara manus. Sacerdotum, & Pharisæorum, de quibus scriptum est in Euangelio; quia deridebant Christum disputantem contra auaritiam, eo quòd essent auari. VIn-
Luc.16. ctus. Pro deuinctus, & obligatus. CAnam. Canere, atque laudare te faciam. COnsona. Concordia, & bene
no.8. sonantis; quam rem mysticè faciunt illi, qui decem præcepta Dei simul & semel obseruant. PSalmos nouos. Quales sunt ii à nobis renouati. REgis Christi; quod est infra; de quo Apostolus; ipse est progenitus in multis fratribus. FRatrum. Discipulorum, & cunctorum fidelium. Nec.n. dedignatus est illos fratres appellare. DAuidiq;. Suo filio .s. qui cum patre & sancto spiritu uiuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

HActenus o gentes &c. Redarguuntur in hoc psalmo Philosophi Gentilium cũ nationibus suis, eo q̃ per cognitionem creaturarum potuere manuduci in cognitionẽ creatoris, nec ducti sunt: & si aliqui cognouerunt, in cognitione non perseuerauerunt, nec ut Deum glorificauerunt, ut ait Apostolus, sed euanuit
Ro.1. insipiens cor eorum. Quamobrem noui cœli & rationales prædicuntur esse uenturi, qui per uniuersum orbem ueri Dei notitiam sint propagaturi: ad quorum prædicationem audiendam inuitantur, & ad Christi fidem suscipiendam. Di-
E cit igitur Vates. Hactenus &c. TEndistis.
ps. 147. Pro prætendistis, aphæresis est figura. ET sine lege Dei. Quæ solis Iudæis per Moysen data fuerat: non tamen absq; lege naturali, quæ cõ intellectu datur hominibus & ratione, ut a bestiis differant. COeli cœlorum. Nam plures & ab ipsis Philosophis cæli esse dicuntur. SEptemplicis orbis. Planetarum septem, vz. Lunæ, Martis, Mercurii, Iouis, Veneris, Saturni; & Solis. AXis prærapidi. Poli uelocissimi, super quo mobilis uoluitur orbis. DEum. Cuius nutu quottidie circumfertur, & regitur. EIus opus. Dei summi Opificis. Quis .n. alius potuit tale opus patrare? IMprudens. Quæ non agnouit ex pulchritudine, & magnitudine creaturarum, ac bonitate; pulcherrimum ipsum creatorem, omnipotentem opificem, & optimum patrem rerum, esse Deum. SApientia vestra. Opinione hominum, quæ tamen in ueritate stultitia fuit. Lege Apostolum ad Romanos. CAeca.
Rom.1. Quia obscuratum est insipiens cor eorum. SO-
1.cor.1. phistæ. Qui uos sapientes ex uestris argutiis esse putatis. ALiis cœlis. Rationalibus, i. Apostolis, & prædicatoribus Christi. NOuis cœlis.
A Eisdem Apostolis: qui iccirco cæli dicuntur,
1.cor.1. quia in illis habitat Dei sapientia, quæ Christus
sap.7. est. Scriptum est.n. anima iusti sedes est sapien-
Esa.66. tiæ. Et Deus dicit; cœlum mihi sedes est. Hinc Ecclesia dicitur esse Regnum cœlorum. NOuum firmamentum. Hæc est Ecclesia, fulta stellis, i. sanctis, & maximè doctoribus, quorum luce doctrinæ mortalium tenebræ illustrantur. LVx Luci. Christianus Christiano. NOx nocti. Iudæus Iudæo, dicit Ambrosius. SApiens sapienti, & fatuus fatuo. Hæc interpretatio est diui Augustini. PRæuia quæq; dies. Tertia hæc interpretatio est sensus literalis. COnsorti. Eiusdem fidei Christianæ. Approbatio est primæ interpretationis D. Amb. per comparationem. COelorum. Vtrorumq;, materialium, & rationalium; i. Apostolorum, reliquorumq;
act. 2. prædicatorum. LOquentes. Nam & Apostoli recepta Spiritus sancti gratia, linguis omnium sunt loquuti. LAtii .i. Latini sermonis. LIngua.
1.cor. Nominatiui casus. FVit. Bis Apostolis. Vnde & Paulus dixit: Ego Dei gratia, omnium uestrum linguis loquor.
14. MAssagetæ: Scytæ sunt. BElgę. Galliæ populi. LIbici. Affricani sunt. EXtremiq; Norini. Vltra Angliam, quæ & Britannia dicta est: iuxta illud Virg. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. De his populis, & qui prædicarint

Sic quoq; ab assecl is simul insurgentibus in me
Eripies? rapiat ne vel auara manus.
Officijs vinctus tantis tibi corde fatebor:
Atq; inter gentes te Deus ore canam.
Nomini & inde tuo psalteria consona tangens,
Ediseram psalmos mi pater alme nouos.
Eius enim Regis fratrum cum matre salutem
Magnificans, Christi fecit amore sui.
Dauidiq; suo, quem Christum fecerat ipse,
Nomini & illius sæcula cuncta dedit.
Amen.

ODE. XVIII. EX PSALMO. XVIII.

Cœli enarrant.

HActenus o gentes causam tendistis inanem
Ignoti vobis & sine lege Dei.
Nonne creatarum facies pulcherrima rerum
Sponte creatorem clamat adesse Deum?
Cœli cœlorum septemplicis orbis; & axis
Prærapidi cursus clamat adesse Deum:
Et firmamentum, quod tantis emicat astris,
Nobile se manuum clamitat eius opus.
Hactenus imprudens fuerit sapientia vestra,
Cæca vel a tali cognitione Dei.
Nunc tamen o docti resipiscite corde sophistæ:
Atq; alijs cœlis discite nosse Deum.
Inclyta nonne nouis (mentes extollite vestras)
Narratur cœlis gloria magna Dei.
Et firmamentum viuis super æthera stellis,
Atq; infra terris conditur ecce nouum.
Lux luci eructat verbum: sapiens sapienti.
Nox nocti: instruitur sic fatuus fatuo.
Præuia quæq; dies ceu dicitur esse sequentis
Nuncia: consorti sicq; fidelis erit.
Præuia nox tenebras varijs ceu temperat astris,
Indicat, vt fiat sic moderata sequens.
Non sunt frendentes vasto procul orbe loquellæ:
Sed neq; sermones tam varij, atq; rudes:
Qui non cœlorum præclara voce loquentum
Accipiant voces, percipiantq; sonos.
Nec solum Latij Romana, Pelasgaue Graiûm,
Atq; Hebræorum stridula lingua fuit,
Massagetæ, Belgę, libici, extremiq; Norini,
Æthiopes, Persæ, Gangeticumq, solum.
A summo cæli sonus est progressus eorum

rint illis fidem Christi, uide Hystoriam Venerabilis Bedæ. GAngeticunq; solum. Indi, per quos labitur flumen Ganges, unum ex quattuor, quæ egrediuntur de paradiso. Ad indos missus est Thomas Apostolus. SVmmo cœli. Ab olympiaca arce, quantum pertinet ad Apostolos: Sicut scriptum est: Factus est repente de cœlo sonus tanquam Spiritus uehementis, & repleuit totam domum; ubi erant sedentes. THylen. Extrema est Insula ulrra Angliam; post quam dicitur esse mare concretum, & innauigabile. FVlgura. Mystice, miracula, quæ per Apostolos facta sunt. FVturi Iudicii. Hinc Petrus legitur prædicando dixisse: Hic est, qui constitutus est à Deo iudex viuorũ, & mortuorum. Et in epistola minatur diem iudicii futurum, quo arsura sunt omnia. MVnia. Officia. PIngue solum. Appositio est docilis & frugiferi pectoris expressiua. PLuuias salubres. Euangelicæ doctrinæ: vnde salus animarum. PRocul. Ab inuicem: uerumtamen iisdem temporibus prædicarunt Euangelium ubiq; terrarum dispersi per orbem Apostoli. VErbum. De quo Ioannes in principio Euangelii sui. Hic.n. prophetia est de incarnatione filii, de humanitate nostra per uerbum, i. filium Dei assumpta. DAtor uerbi, i. prædicationis Euangelicæ. TAbernaclum. Habitationem corporis assumpti ex uisceribus sacratæ Virginis per moram ix. mensium, more cæterorum infantulorum. SOle. In utero beatę V.M. quæ ab Ecclesia, electa ut sol canitur: sicut & filius eius sol dicitẽ esse iustitiæ. IPse tabernaclum. Epexegesis est figura. SOlo sole. Quia sola uirgo peperit, & uirgo mansit in æternum. VIrtutum. Omnium: precipua tamen humilitate inuenit gratiam coram Deo; & mundissimum cordis, ac corporis habitaculum Deo præparauit. DEum. Dei patris filium. PRimaq. castra. Nam militaturus adueniebat. NVptiæ. Verbi, & humanę carnis. CAndida sponsa. Caro humana ex puris uisceribus uirginis matris uirtute Spiritussancti concepta. IN primo plasmate. In primo parente nostro Adam; quem Deus plasmauit. Sic ordinetur littera: hæc natura nostra humana, quæ quondam fuit infœlix in primo plasmate, i. homine, modo sponsa uerbi, & subaudi, facta, beata est. SVo thalamo. Ex utero uirgineo, qui nuptialis ei thalamus fuit. Difficilem uiam. Laboribus, & ærumnis plenissimam. GYgas. Geminæ substantiæ: cuius proceritas cælum penetrat, fortitudo conterit aduersas potestates. A Summo cælorum. De supremo summi Patris sinu. VErbigena. Christus uerbo genitus VIsus. Et cum hominibus conuersatus sicut de illo fuerat prophetatum. Alter homo. Longe diuersus ab Adam; ut pote de cælo celestis; Is uerò de terra terrenus. OCcursus. Quando ascendit in cælum. QVæq; extrema. Laboriosa, atq; ærumnosa usq; ad mortem, mortem autem crucis. VNde uenerat. Ab excelso summi Patris solio. PArto triumpho. Morem Romanum tangit. Romani enim Duces uictis hostibus triumphabant. VIctor. Diaboli & mortis. SEdet. Ad dexteram patris iuxta illud: Dixit Dominus domino meo; sede à dextris meis. LVce sua. Spirituali. Est.n. lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Spiritus. Sanctus, quem in die pẽthecostes uisibilis ignis specie misit in discipulos, & deinceps in fideles omnes, tametsi inuisibiliter. Ignea lex. Euangelica, quam scripsit Spiritussanctus in tabulis cordis carnalibus fidelium ab initio: & propter uitandas hæreses ab Euangelistis est etiam in scriptis redacta. COnuertens animas. A uitiis ad uirtutes, a diaboli cultu ad Deum. Enumerantur hic multæ qualitates, quæ propriæ sunt diuinæ legis euangelicę. Immaculata, Ab effectu, quia immaculatos reddit suos obseruatores. TEstis Deus. Tres enim sunt, qui testimonium dant in cælo; Pater, Verbum, & Spiritussanctus, & hi tres unum sunt. PLena fide. Si Deo non credimus, cui nam credemus? scriptum est: quia credidit Abraam Deo; & reputatum est ei ad iustitiam. Sic & de beata uirgine; Beata tu, quę credidisti, quia complebuntur in te ea, quę dicta sunt tibi a Domino. MArtyrium, i. testimonium; Græca uox est, Martyr enim Græcè, Latinę testis dicitur. PAruulus. Non ętate modo, sed malitia; hoc est, humilis; qui simpliciter

A

act. 2.

act. 10.

2. pet. 3.

B

C

Extremos fines orbis, & vsq; Thilen.
Fulgura cum tonitru, minitantia verba futuri
  Iudicij, terras vndiq; sparsa replent.
Eloquij pluuiæ cælestia munia verbi
  Lætificant hominum pectora, pingue solum.
Ortus & occasus pluuias hausere salubres,
  Meridies Aquilo commaduere procul.
Ipse dator verbi verbum quo cuncta creata,
  Quo rectore vigent, quo sine cuncta nihil:
Ipse tarbenaclum summo delapsus olympo
  Exiguo posuit tempore sole suum.
Ipse tabernaclum posuit pro tempore paruo
  Solo sole suum, qui ratione viget.
Virtutum radijs solem hunc lustrasse coruscis
  Nouimus, vt summa traxerit arce Deum.
Sole tabernaclum posuit virtute coruscum,
  Virgineo in thalamo primaq; castra locat.
Nuptiæ ibi castæ summo celebrantur honore:
  Assuitur lateri candida sponsa suo.
Quæ fuit infælix in primo plasmate quondam
  Natura hæc, verbi sponsa beata modo est.
Vnde suo egrediens thalamo ceu sponsus, ad auras
  Processit nostras natus in orbe Deus.
Difficilemq; viam vitæ præsentis adortus
  Currere ceu velox cursor, & ipse Gygas.
Illius à summo cælorum egressus ad ima;
  Verbigena in terris visus & alter homo.
Eius & occursus post quæq; extrema peracta
  Vsq; ad supremum, venerat vnde, polum.
In solio victor, parto velut ante triumpho
  Rex sedet, illustrans omnia luce sua.
Spiritus illius totum circumfouet orbem;
  Ipsius ardenti nemo calore latet.
Ignea lex Domini, nec, vt olim, sculpta saphyro,
  Pectore sed molli corde recisa nouo.
Ignea lex Domini diuino promitur ore,
  Conuertens animas immaculata pias.
Veridicus testis Deus est, verbumq; fidele;
  Sunt dicta illius omnia plena fide.
Martyrium Domini verax, doctrinaq; vera;
  Paruulus hinc sapiens efficietur homo.
Iustitiæ Domini rectæ, quibus anxius omnis
  Mærore abiecto lætificetur homo.

Lucida ſunt præcepta Dei, quibus intima cordis
Lumina luſtrantur lucidiora die.
Sunt intellectus, ratioq; potiſſima mentis
Lumina, queis lucem præſtat habere ſuam.
Eſtq; timor Domini ſanctus, genialis, alumnus,
Cum charitate pius, ſæcula cuncta manens.
Quam procul a ſerui, mundiq; timore prophano,
Longe alius timor hic, plenus amore pio.
Nam reueretur eum, quem non timet ante minacem,
Nec durum vltorem, ſed magis eſſe patrem.
Lubrica ſunt hominum, vanoq; timore referta;
Fortia ſed Domini veraq; iudicia.
Æqui pondus habent, veri ſunt lumine fulta:
Atq; ſuas cauſas iuſtificata trahunt.
Iuſtus enim Dominus, numquam corrumpitur vllo
Munere, non odium, gratiaue vlla capit.
Iudicia hæc Domini ſuper aurum optanda, ſuperq;
Fulgentes gemmas ſunt precioſa mihi.
Diuitias alij fallaces, prædia ſpectent,
Lati infinito culta labore ſoli.
Montibus effodiant auri, argentiq; metalla,
Quicquid Erythræo littore fulget; ament.
Iudicia hec alijs fortaſſe videntur amara:
At mihi dulcia ſunt mella ſuperq; fauum.
Deliciæ dulces, veneris quoq; dulcia furta
Sint alijs: mihi ſunt dulcia iudicia.
Seruus enim tuus o Domine hæc cuſtodit; & illa
Obſeruanda docet, prædicat, atq; canit.
Seruandis illis retributio multa paratur;
Quantaq; nullius lingua referre poteſt.
Sed quoniam in multis crebro delinquimus omnes
Immemores, fragiles, nam ſumus atque vagi.
Multa hominum delicta; quis intellexerit illa?
Quantaq; in obſcuro pectore tecta latent?
Quanta alij ſoleant culpa delinquere noſtra?
Dum male dormimus, nec vigilamus heri.
Me Deus a tectis, alieniſq; omnibus iſtis,
Vt mundes, oro, qui potes, atq; vides.
Seruo parce tuo; tantorum mole grauatus
Ne delictorum, ſubruar ante diem.
Si mihi non fuerint dominata aliena, remiſſa &
Propria: verè tunc immaculatus ero.
Tunc emundabor: nec maximus ille reatus
Inueniet noſtro pectore, vt ante, locum.
Maxima culparum comitata ſuperbia faſtu

D pliciter diuinæ legi credit: nec damnat quod non intelligit. IVſtitiæ. De quibus in Euangelio dicitur: Niſi abun-
dauerit iuſtitia ueſtra plusquam Scribarum & Phariſeorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Et iterum: vide-
Math. 5 te ne faciatis iuſtitiam ueſtram coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud
Math. 6 patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt. LVcida. Quia
clara ſunt intellectu, & expellunt ignorantiæ te-
nebras. COrdis lumina. Quæ ſunt, intellectus,
& ratio. LVcidiora die, Qui Chriſtus eſt; cuius
horæ 12. ſunt Apoſtoli. De his in Euangelio di-
ctum eſt: nonne 12. ſunt horæ diei? Queis.
Io. 11. Pro quibus, datiui caſus. PRæſtat. Idem Chri-
ſtus. SAnctus. Quia Spiritus ſancti donum eſt;
& ſanctos eo præditos facit; & eſt mundano ti-
Math. x mori contrarius: de quo dixit Dominus: Noli-
te timere eos, qui occidunt corpus &c. GEnia-
lis alumnus .I. Filialis, ac reuerentialis; ad dif-
1. Io. 4. ferentiam ſeruilis: quem perfecta charitas foras
mittit; ut dicit Ioannes. A Serui. Qui peccaret,
ſi liceret impunè, ſed metu verberum coercetur.
Vtilis tamen eſt hic timor; trahit. n. ſenſim cha-
ritatem, ſicut ſeta introducit filum, quod re-
manet in ſuitura, educta inde ſeta: paulatim
enim homines incipiunt amare quem ante me-
1. Io. 4. tuebant. EVm. Deum, qui adeo dilexit nos, ut
E filium ſuum unigenitum daret. PAtrem. Et crea-
tione, atq; adoptione; cuius ſpiritu clamamus;
Abba, pater. HOminum iudicia. Quia ſæpe-
numero gratia, odio, uel auaritia mouentur à
recto; & multo magis a timore ut Pilatus. FOr-
tia. Quia neminem timet; nec apud eum eſt
acceptio perſonarum: ſed pater eſt, ac iudex
omnibus idem. VEraq; iudicia. Quia à nemine
falli poteſt; nec exteriora tantum; ſed & inte-
riora rimatur cordium. AEqui. Iuſtitia eſt enim
ars boni & æqui. VEl æqui .I. æquitatis: ſic &
veri, i. ueritatis. FVlta. Suſtentata a fultio-
ris: unde & fulcra deriuantur, quæ ſuſtentacula
ſunt menſarum, ac tripodarum, & thori. SVas
cauſas. Ne quis poſsit queri, ſe iniuſtè damna-
tum, uel alterum eſſe abſolutum. ERythræo.
Mari Rubro; ab antiquo rege ſic appellato; in cu-
ius littore infinitæ gemmæ uarii coloris dicun-
tur inueniri, difficili tamen acceſſu. AMara.
Omnis enim diſciplina ab initio uidetur amara:
ſed (ut ait Apoſtolus) paulo poſt fructum affert
pacatiſsimum. MIhi. Et his; qui iam guſtaue-
runt, quam ſuauis eſt Dominus. DVlces. Ama-
toribus huius ſæculi; & uoluptatum. CVſtodit;
F Vt etiam cæteris ſit exemplo: ſicut & Dominus
Ieſus cæpit facere; & poſtea docere. REtribu-
Act. 1. tio multa. Sicut & Abrae legimus dixiſſe Domi
Gen. 14 num: Noli timere, quia ego ſum merces tua
Hom. 37 magna nimis. De hac etiam uide Diuum Greg.
in homelia: ſi conſideremus fratres cariſsimi quę
& quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cœ-
lis; uileſcunt animo omnia, quæ hic haben-
tur in terris &c. LIngua referre. Iuxta illud
1. cor. 2. Apoſtoli: oculus non vidit, & auris non audi-
uit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. OM-
Iac. 1. nes. Sic & Apoſtolus: in multis offendimus oēs;
prou. 24 & ſepties in die cadit iuſtus. FRagiles. Quia ex
luto facti ſumus. VAgi. Inſtabiles. DElicta.
Quaſi derelicta; quæ facere debueramus; &
multo plura ſunt, quam peccaa, i. ea, quæ nō
facere debueramus. Delicta enim ſunt in omittendo; peccata uerò perpetrando fiunt: ſicut furtum, homicidi-
um, adulterium & ſimilia, quæ facile cognoſcuntur; de quibus ait Apoſtolus; manifeſta ſunt opera carnis;
fornicatio, immunditia, & cætera, quæ ipſe enumerat. Ibi uideas. LAtent. Sicuti peruerſæ cogitationes mille.
ALii. Nobis ſubditi; familiares, & domeſtici; quos ſæpe non corrigimus, neq; monemus, ſicuti debemus:
ac interdum nimis exaſperamus. HEri. Patroni, ac Domini. DElictorum. Senſim ſurrepentium. ANte diem.
Nec. n. dimidiabunt iniuſti dies ſuos. MAximus ille reatus. Superbia, de qua infra; nam initium omnis pecca-
ti ſuperbia. De hac & idem Pſalmiſta dicit; Non ueniat mihi pes ſuperbiæ; & manus peccatoris non moueat me.

maxima culparum. Vnde diuus Ambrosius in ii. precatione ante missam, comparat eam arbori grandi; vnde vii. capitalis uitia oriuntur, tanquam trunci, & infiniti rami pullulant omnium peccatorum. MIti Deo. Christo; qui de se ait: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. GRates. Gratiarum actiones; quia nihil aliud habemus, quod Deo pro innumerabilibus beneficiis retribuamus. COmplacitoq; tibi. Hoc dicit, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. COrdis. Cuius scrutator est Deus: unde alius propheta dixit: prauum est cor hominis; quis scrutabitur illud? Ego Deus scrutans corda, & renes. DVlcius. Vnde & alibi dicit idem Psalmista: Beati qui habitant in domo tua Domine; in sæcula sæculorum laudabunt te. ACcepimus. Innumerabilia quidem sunt accepta, & quæ accepturi sumus Dei beneficia, quæ tamen summatim ad hæc quattuor reducuntur: creauit nos: redemit nos: sustentat nos, & demũ nos glorificat. REdemptor eris. Tempore Dauidis redemptio per Christum erat futura; quã nos Christiani iamdudum factam esse credimus, & confitemur.

A — Mat. 11 — Eccl. 15 — Hier. 17 — ps. 83.

Diffugiet, miti cor subeunte Deo.
Tunc meritas grates resonabunt carmina nostra,
Eloquio dulci complacitoq; tibi.
Ante tuos oculos nostri meditatio cordis
Semper erit: quid enim dulcius esse potest?
Officia hæc recolo, que nos accepimus ex te,
Et quæ sumpturi, te miserante, sumus.
Nam Deus adiutor tu nobis ante fuisti:
Tu Dominus; tu Rex; tuq; redemptor eris.

ODE XIX. EX PSALMO XIX.

Exaudiat.

REX mea progenies, mea tu certissima cura
Tu genitoris amor, sollicitudo mea:
Cum videam immeritum te nostrum propter amorẽ
Digna, indigna quidem, dura & acerba pati.
Cumq; oratutum sub iniquo pondere, norim
Te nimis oppressum pectore, & ore, Deum.
Cumpatiens nunc usq; Deum, vt te exaudiat, oro,
Gnatum exclamantem in anxietate graui.
Protegat id nomen Domini, qui & ante Iacobum
Esse dedit fortem; magnanimumq; virum.
Vtq; exanclatis iam mille laboribus illo
Maiori rediit robore victor ouans:
Mira quis hæc credat? cęlestem passus & hostem,
Sustinuit tanto nomine fretus homo!
Luctatusq; diu, non est superatus ab illo,
Interius vires suppeditante Deo.
Sic tibi suppetias summo demittat olympo;
Deq; tabernaclo suggerat auxilium.
Fortius vt valeas tantos superare labores;
Quos tibi nequicquam gens inimica parat.
Teq; Syonea custos tueatur ab arce,
Fulmina crebra in eos eiaculando procul.
Nam coniurabunt in te cælestia monstra;
Principibus terræ iuncta ministerio.
Lucta tibi grauis est, & fortis athleta paratus,
Aspectu horribilis, terribilisq; manu.
Te quoq; post luctam ferro præstructa moratur
Aduersantum acies perniciosa nimis.
Siue per insidias, vel aperto Marte minaces
Sunt aggressuri te, vel vtroq; modo.
Omne tuum sacrum, quod in illo tempore pugnæ

REx mea progenies. Propheta Dauid in hoc psalmo in persona sua, & Ecclesiæ orat Dominum Deum, ut Christi preces super passione, & resurrectione emittendas exaudire dignetur. MEa progenies. Vt patet Matth. i. SOllicitudo. Anxietas, nam omnes filii boni, uel mali (ut dixit quidam sapiens) parentum sunt tortores. IMmeritum. Quia peccatum nõ fecit; nec est inuentus dolus in ore eius. AMorem. Quia sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Et ipse Christus de se dixit: maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis, & Io. Apostolus: Si Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis; debemus & nos inuicem diligere, & animas pro fratribus ponere. DIgna indigna pati. Modus est loquendi: uel digna, ut satisfieret iustitiæ diuinæ propter peccata hominum; indigna uerò quò ad Christi personam, quæ non peccauit. SVb iniquo. Passionis tempore. ANxietate graui. Dum esset in horto, & in cruce. PRotegat. Subaudi, te. FOrtem. In aduersis, ob iram fraternam, ac soceri insidias, & apertam persecutionem. EXanclatis. Euictis. REdiit. De Mesopotamia in terram Cananam ad parentes suos. VIctor. Voti compos. HOstem cælestem. I. angelum fauentem Esaù, quo cum luctatus est. Vide historiã genesis. c. 32. SVppeditante. Subministrante. SVppetias. Subsidium, & auxilium. OLympo. I. Cęlo empyreo, ubi sedes est beatorum. TAbernaclo. Corporis tui, quod est templũ dei. NEquicquam. Frustra, Putabant enim nomen, & famam eius cum corpore extinctum iri. GEns inimica. Iudæorum primò, deinde & Gentiliũ. SYonea. Vbi erat templum, domus Domini. CVstos. Qui nunquam dormit. FVlmina crebra. Ecbasis poetica. CAelestia monstra. Malignas potestates dæmonium, hoc aere tenebrosõ habitantium, quod & cælum dicitur. MInisterio. Nam eis tanquam ministris utuntur ad malefaciendum, & præcipue in iustorum persecutione. FOrtis Athleta. Aduersarius diabolus, de cuius fortitudine dicitur in lib. Iob: quia nõ est potestas super terram, quę comparetur ei

B — Io. 3. — Io. 15. — Io. 4 — Gen. 29 & 31. 33 — C — Iob 41.

ASpectu horribilis. Allusio ad pictam eius imaginem: & ad historiam vitæ diui Antonii abbatis; cui legitur apparuisse in horribili forma, atq; terribili. MAnu. Dicitur .n. ibi, quod erat centimanus, detrahens animas ad cœlum uolantes. POst luctam. Crucis, & passionis. MOratur. Expectat. Aduersantum acies. Iudæorum & Gentilium, qui persecuti sunt Ecclesiam Christi, quæ est corpus eius. PEr insidias. Vt quando dicebant. Magister scimus quia uiam Dei in ueritate doces. &c. MInaces. Vt quando dicebant: Samaritanus es tu, & dæmonium habes: quando & apprehensis lapidibus uolebant eum lapidare. VTroq; modo; Vt quando duce discipulo de peste uenerunt eum comprehendere. SAcrum. i. Sacrificium, quo tanquam agnus immolatus est in cruce. TEmpore

Mat. 22 — io. 8. — Io. 10. — Io. 18. — Mat. 24

pore

D pore pugnæ, Passionis. Tunc enim pugnauit cum rugiente leone, mundo, & carne, & uicit per patientiam omnes suos aduersarios. MEmoret. Memorabile faciat. Vnde & in sacrificio corporis sui dixit: hoc facite in meam commemorationem. REspiciat. Acceptet; iuxta illud: respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius .i. acceptauit. (Leu. 3.) ADeps. Qui antiquitus semper iubebatur offerri. HOlocauma .i. holocaustum, Græca dictio. Quando tota uictima offerebatur, dicebatur holocaustum, quasi totum conbustum: sic corpus Christi in ara crucis totum est combustum igne charitatis, & passionis ardore. CVm quis. Expositio est superiorum. PRo iustitia. Vt Io. Baptista, & antiqui Prophetæ. SVa seq; Vt qui religionem ingrediuntur. HOstia. Corporis tui in cruce immolati, & in sacramento altaris. LIbamina, Sanguinis tui: nam de liquidis dicebantur, quæ offerrebantur. (Num. 28) TAlia. Qualia supradicta sunt. ARchanum cordis. Secretum de redemptione generis humani; quod si diabolus sciuisset, non procurasset mortem eius. COnsilium. De sanctorum patrum liberatione, & de gentium uocatione. TV uerò. Subaudi, desponebas. REbus læsis. Per peccatum parentum sauciatis, & nepotum infinitis præuaricationibus additis. (E) CVnctis. Iudæis, ac Gentibus. EAdemq; salus. Per baptismum Christi. OMnes. Iudæi, & Gentiles ad fidem conuersi. TIbi, Rex Christe. ET domino. Deo Patri, Filio, & Spiritui sancto. NOs ipsi. Patres antiqui, in sinu Abraę redemptionem expectantes. TVnc. Redemptionis tempore. CArmina læta. Huius Psalmodiæ: nam psalmi in lingua Hebræa metricè sunt descripti. VOta tua. Quę cum petitionibus habentur in uariis Euangelii locis. NOui. Per diuinam inspirationem; ut alibi dicit: super senes intellexi, &c. (Ps. 118.) SAluum. Per resurrectionem à mortuis. EXtemplo. Post triduum mortis, ac sepulturæ. SEdes. A die Ascensionis, qua cepit sedere a dextris Dei, quò ad humanitatem. INtercessoris. De quo Apostolus multa scribit. Diuus (Heb. 7.) etiam Bernardus dicit; unam hanc inter cæteras causam extitisse, ut uulnerum cicatrices retineret, ut eas intercedendo patri ostenderet. (1. Io. 2.) DExtera. Qua pugnet pro nobis. SPirituum. i. angelorum acies innumeræ; de quibus ait Daniel: millia millium ministrabant ei; & decies millies centena millia assistebant ei. (Dan. 7.) (F) SAlus. Pro hominibus de generatione in generationem sibi succedentibus. INdefessa. Quæ nunquam pro nostra defensione fatigatur. IN æuum. i. in æternum. PErennis. Perpetua, ac si diceret, p annos omnes totius sæculi. ALii. Vt mundi amatores ambitiosi, qui regna regnis bellando quærunt adiicere; & propterea innumeris militum copiis constipantur. CVrribus. Quibus & falcatis utebantur antiqui bellatores; ut in libris Iosuè, & iudicum licet uidere. Nullus modo in bello est illorum usus. TErribile. Malignis spiritibus. POtens. In miraculis, & s[illegible]is, ut patet in actis Apostolorum, & gestis sanctorum Martyrum. TRiplici cum fune ligati. Naturæ, legis, & prophetarum. PEtræ. i. Christo, scandalum in illo passi, quem suscipere debuerant, & colere. SImul. Iudæi, & persecutores ex gentibus. NOs autem. Ad fidem Christi conuersi, tam ex Iudæis, quam ex Gentibus. INclinati. Ex infirmitate naturæ, quæ tormenta & mortē horret. TVbæ. Cuius sonus non modo in conflictu fidelium, atq; infidelium exercituum solet audiri; sed etiam ante tribunal iniquorum iudicum in condemnatione sanctorum. ILicet. Pro ilico. i. confestim. ADuentante.

Obtuleris, memoret, respiciatq; Deus.
Sicut adeps gratus, Domino acceptabile fiat:
  Ardeat & totum pingue holocauma tuum.
Cum quis tradiderit diuinum propter honorem
  Se se mactandum, pingue holocauma facit.
Qui pro iustitia certat, popoliq; salute;
  Qui sua, seq; offert, pingue holocauma facit.
Hostia cum talis tua sit, libamina cùmq;
  Talia sint; fiet pingue holocauma tuum.
Vnde tibi tribuet Rector Deus omnia iuxta
  Arcanum cordis, quæ meditatus eras.
Consilium omne tuum firmabitur: euenientq;,
  Disposita vt fuerant, ordine quæq; suo.
Ast inimicorum telæ, & conatus inanis
  Tunc apparebunt, vanaq; consilia.
Exitus acta probat; disperdere nempe putarant
  Quæ tua sunt, ac te tollere de medio.
Tu vero rebus læsis adhibere medellam:
  Vt fieret cunctis vna eademq; salus.
Ergo salute data per te, lætabimur omnes;
  Vnde tibi & Domino gloria, laus, & honor.
Nos hylares etiam tunc magnificabimur ipsi,
  Qui modo pro Domino carmina læta damus.
Impleat ergo Deus quæcunq; poposceris illum;
  Impleat ergo Deus singula vota tua.
Quin etiam noui super hæc, spirante superno
  Lumine, quæ vidit nemo propheta prior.
Quòd licet exiguo genitor pro tempore natum
  Sit permissurus plurima dura pati:
Attamen ipse suum Dominus tum deniq; Christum
  Efficiet saluum cunctipotente manu.
Nec solum e terra clamantem exaudiet illum,
  Extemplo hostili diripietq; manu.
Verum etiam e summo (sedes vbi maxima) cælo
  Intercessoris suscipietq; preces.
Dextera fortis adest, inuictaq;, deinde potentum
  Infinita manus est ibi spirituum.
Vnde salus illi indefessa paratur in æuum,
  Vnde salus nobis parta perennis erit.
Confidant in equis alij, vel curribus altis,
  Aut exercitibus innumeris peditum:
At sola omnipotens Deus est fiducia nostra,
  Qui solo nutu cuncta elementa quatit.
Fidimus & magnæ virtuti nominis eius,
  Quod super omne quod est terribile atq; potens.
Cum supra vires vrgemur; voce vocatus
  Acer protector, sicq; paratus adest.
Ipsi hostes nostri, triplici cum fune ligati,
  Impegere petræ, deinde ruere simul.
Nos autem inclinati, perculsiq; pauore
  Hostilis fremitus, terribilisq; tubæ:
Ilicet aduentante Deo surreximus omnes,

ADuentante Deo. Et Domino nostro Iesu Christo in auxilium nostrum. SVrreximus. Resumptis animis. ERectiq; sumus. Ad pugnam perficiendam. ARma. Non solum ferrea contra Turcas & Paganos hostes; sed etiam Spiritualia, de quibus ait Apostolus: induite uos armaturam Dei &c. quia nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem; sed aduersus principes & potestates, & aduersus rectores tenebrarū harū; & aduersus spiritales nequitias in cœlestibus. REgem Christum, antonomasticè, tempore passionis eius: nec non & Ecclesiam, quæ est corpus eius in tempore persecutionum, & tribulationum eius. Amen. Eph. 6

Erectiq; sumus, sumpsimus arma manu.
Saluum fac Regem Deus, xclamauimus & nos;
In quacunq; die voce vocatus ades.
Amen.

ODE XX. EX PSALMO XX.
Dñe in virtute tua.

O pater omnipotens summi regnator olympi,
Quiq; hominum dextra conteris acre genus:
In virtute tua Rex noster ab hoste maligno
Ereptus, lætos exiget inde dies.
Atq; exultabit vehementer, in orbe salute
Per se introducta, quam moriendo tulit.
Eius nempe hostes illum perimendo putarunt
Delesse: & penitus annihilasse virum.
Illatam vero cædem haud inuitus obibat;
Communis per eam quòd foret inde salus.
Hoc & in optatis, tacitoq; in corde petebat,
Omnes vnius morte salute frui.
Hoc desiderium Deus, atq; hæc vota replesti;
Cum sibi cum nobis vna refusa salus.
Interi usq; latens labijs expressa voluntas
Non fraudata fuit: namq; petita tulit.
Quod tua dulcis eum benedictio preuenisset,
Quæ monstrata fuit patribus innumeris.
Hanc præuidit Abram, data cui benedictio primum,
Semini & electo; gentibus vnde salus,
Isacus hanc vidit: magnusq; Iacobus in ipsam
Lumina defixit, suspiciendo Deum.
Hanc legislator Moses prospexit, Iudæ,
Dum caneret: populo, & gentibus vnde salus.
Hanc præuiderunt omnes per sæcula vates,
Dum canerent; cunctis gentibus vnde salus.
Ista super Regem benedictio prima refulsit;
Deinde super gentes, quæ tenuere fidem.
Tu quoq; fulgenti nitidis diademate gemmis
Cinxisti gnati tempora chara tui.
Vitam immortalem, velut ante poposcerat ab ste,
Retribuisti illi post necis acre nephas.
Æternosq; dies per sæcula longa dedisti,
Pro tribus absumptis; dum iacuit tumulo.
Inclytus emicuit, quia fecit in orbe salutem;
Vnde data est illi gloria digna Deo.
Gloria, laus, & honor tuus optime rector in ipsum;
Et super effulsit; sic decus omne tuum.
Hæc data sunt illi, per eum benedictio cunctas
Terrarum in gentes, quòd tribuenda foret.

A

O Pater omnipotens. Sicut post tenebras lucem, & nubilo serena succedere uidemus; Sic post Christi pugnam, uictoriæ palmam, & deinde triumphum, illiq; regni coronam succedere: cum in spiritu præuideret prophæta Dauid exclamauit, dicens: O pater omnipotens, &c. AC re genus. Persecutorum Christi, & Ecclesiæ tam ex Iudæis, quam ex gentibus. REx Noster. Christus. EReptus. Per resurrectionē. INtroducta, facta redemptione per mortē eius. TVlit. Pro attulit, aphæresis est figura. EIus. Christi. HOstes. Iudæi. Annihilasse. Ad nihilum reduxisse. VIrū. Quem ipsi solum hominē, & non Deum esse credebant, iuxta illud Apostoli: si cognouissent, numquā Dominum gloriæ crucifixissent. HAud inuitus. Sed sponte, ut docuit Andreas Apostolus Aegeam proconsulem; ex quo ultrò sese obtulit uenientibus ad capiendum eum. COmmunis salus. Iudæorum, & gentium. OMnes. Gentes, quæ toto sunt orbe dispersæ. VNius. Ipsius Christi. REplesti. Pro compleuisti. SIbi. Cùm resurrexit. NObis. Cum aperuit regnum cœlorum, per institutionem baptismi in remissionem peccatorum. LAtens. Vsq; ad tempus opportunum. EXpressa. Vt in Euangelio Ioannis, multis in locis. TVlit. Accepit, unde & ipse dixit: pater scio, quia semper me audis. PRæuenisset. Spondaicus uersus; nam in quinto loco pro dactylo habet spondeum; ut apud Virgilium. Cornua uelatarum producimus antennarum. INnumeris. i. multis; numerus infinitus pro finito; i. Patriarchis atque Prophetis. ABraam. Quando oblato Isaco, non ille, sed aries mortuus est. SEmini. Iuxta illud: in semine tuo benedicentur omnes gentes: quod semen exponens apostolus, Christum esse dixit. ISacus. Abrahæ filius: & quando oblatus est, ut immolaretur; & quando benedixit Iacob filio suo. IN ipsam. Benedictionem. SVspiciendo deum. Et quando uidit scalam, cuius summitas cælum tangebat: & quando luctatus est cum Angelo; & quando moriens benedixit filiis suis, & præcipuè Iudæ. MOses. Quando dixit: prophetam suscitabit uobis Dominus de medio uestri; hunc sicuti me audite &c. IVdæ. Quando propè mortem benedixit cunctis tribubus Israel. VNde. Ex Christo scilicet. VAtes. i. prophetæ: omnes. n. de Christo uaticinati sunt; & de gentibus conuertendis; & præcipuè Esaias. FIdem. Quam ab Apostolis acceperunt, adiunctis operibus bonis, sine quibus fides mortua est, ut docet Iacobus Apostolus. TV quoq; Pater Deus. DIademate. Imperiali corona. TEmpora. Modo capitis partes significant; quæ corona solent ornari. IMmortalem. Quia mors illi ultra non dominabitur, ut docet Apostolus. NEphas. Respectu crucifigentium. PRo tribus. s. diebus, quibus iacuit mortuus in sepulchro. EMicuit. Gloriosus in resurrectione. DIgna Deo. Sic & Io. in Apoc. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere diuinitatem, gloriam, & honorem. &c. TVus. Tibi debitus. REctor. Deus pater. IN ipsum. Christum scilicet.

1.cor.2
B
Io. 11. & 12.
Gen.22
Gal. 3.
C
Gen.33
Geo.49
Deut.18
Gen.49
Iac.2
Rom. 6
ap.5.



Gaudia quis referat? quibus is potietur alumnus
   Sederit a dextris cum deitate tua?
Cum spectabis eum vultu, quo cuncta serenas;
   Cumq; hylari facie lætificabis eum.
Vtq; fretum triste est, tellus, cælumq; profundum,
   Concita cum fuerint flante Aquilone graui.
Expulso tandem Borea, cessantibus Euris,
   Tempestas oritur clara repente polo.
Cuncta serenantur: redeunt sua lumina cælo:
   Pacatum placidis sternitur æquor aquis.
Exultat tellus, orbis lætatur; & omnis,
   Qui tristis fuerat, lætificatur homo.
Sicq; soporato tristantur vt omnia Christo:
   Mox experrecto lætificantur eo.
Omnia prospiciens Deus, & quem nulla latere
   Corda queunt; quem fallere nemo potest.
Hostiles animos retege: & latitantia pande
   Consilia: insidias explicet alta manus.
Extricet è tenebris inimica, dolosaq; corda;
   Comprimat atq; dolos; corpora sternat humi.
Inueniatur eis duro præcincta flagello,
   Insperata manus inueniatur eis.
Inueniatur eis grauior tua dextra malignis,
   Exercent in te qui preciosa odia.
Ignis in ardentem clibanum post fata recludent:
   Atq; Geennalis flamma vorabit eos.
Tempore in extremo vultus cum ferre minaces,
   Ardentesq; oculos nullus homo poterit:
Tu iustus iudex solio cum sederis aureo,
   Cum te spirituum cinxerit agmen atrox:
Tempore quo libri pandentur, & acta patebunt;
   Dignaq; pro meritis præmia cuiq; dabis:
Cælorum regnum capiet benedicta propago:
   Tartareas penas sed maledicta luet.
Iratus iudex, & inexorabilis vltor,
   Perturbabis eos; præcipitesq; tuent.
Absorbebit eos subitus telluris hiatus;
   Pascet eos ignis; flamma vorabit eos.
Tunc operum fructus terra tollentur eorum:
   Mucidus & putris quippe fatiscet agro.
Corruptum semen sine germine fiet eorum:
   Aut conculcatum dira vorabit auis.
De natis hominum tolletur & impia proles;
   Aut succendetur; ne numeretur eis.
Nam declinarunt in te mala gesta per ipsos,
   Quottidie addentes crimina criminibus.
Ah quoties in te sunt seditione coacti,
   Vt meditarentur pessima consilia;
Quæ statuere quidem; sed non potuere statuta

D um tuum. ET super. Eundem Christum dominum. SIC. Subaudi effulsit. HAec data. Gloria .s. laua, & honor, atq; decus. BENEDICTIO. De qua supra. ALUMNUS. Christus homo. VTQ. Per similitudinem ostenditur qualis, & quanta fuerit lætitia resurrectionis post passionis tristitiam. FRETUM. Mare à feruendo sic dictum. TRISTE EST.
Pro tristis res. Ab effectu, quem operantur in
homines, tristia dicuntur elementa. PROFUN-
DUM. i. altum: sic & mare dicitur altum, i. pro-
fundum. Sunt .n. reciproca hæc epitheta.
AQUILONE. Qui & Boreas dicitur: perflat à sep-
tentrionali plaga: grauis & impetuosus est uen-
tus. TEMPESTAS CLARA. Modo serenitas, iuxta
illud Maronis: unde hæc tam clara repente tem-
pestas? Est enim uocabulum anceps, & aptum
AEn. 9. utrunq; significare. CUNCTA .s. elementa, quæ
prius fuerant perturbata. SUA. Congrua .s. Sol,
Luna, & stellę; quæ per atram tempestatē fue-
rant obumbrata. AEQUOR. Mare, ab æqualita-
te sic dictum: nam diuersis respectibus maris
vocabula mutantur. EXULTAT TELLUS. Exultare
dicuntur elementa, & lætari, quando materiam,
& occasionem lætitiæ præstant hominibus: sicut
& supra dictum est de tristitia. SICQ;. Hic ada-
ptatur similitudo. SOPORATO. Post mortem in
sepulchro, iuxta illud Vatis huius: ego dormiui
E & somnum cœpi: uel soporatus sum; & exsur-
rexi, quia Dominus suscepit me. RETEGE. Dis-
cooperi, & manifesta. MANUS ALTA. Sapiens, &
potens. EXTRICET. Educat, & explanet. DOLOS.
Ne præualeant. MANUS. Tua castigatoria. IN-
ueniatur eis. Anadiplosis figura, i. geminatio eius-
dem dictionis ad maiorem certitudinem. PRE-
ciosa odia. Quæ magno constabunt eis præcio,
mortis æternę, de qua sequitur. CLIBANUM .i.
infernum, de quo in Euangelio: ite maledicti in
Mat. 25 ignem æternum &c. POST FATA. Post mortē, mo-
re poetico. GEENNALIS .i. Infernalis, de qua in
Euangelio: timete eum, qui postquam occiderit,
Math. 5 potest mittere in geennam. MINACES. Christi
iudicis. NULLUS. Ex reis, qui ad sinistram loca-
buntur: alioquin bonis erit blandus. AUREO.
Synæresis est, duarum uocalium in unam sylla-
bam coactio. ATROX .s. reis: quia & Angeli, &
Sap. 5 uniuersus orbis pugnabit contra insensatos. LI-
BRI. Conscientiarum; quæ tunc omnibus erunt
apertæ. DIGNA PRÆMIA. Medium est tam malis
quam bonis: uita æterna iustis erit præmium,
mors uerò iniustis æterna. BENEDICTA PROPAGO.
Generatio iustorum, qui tunc à Domino bene-
dicentur: dicetur .n. eis: uenite benedicti patris
Mat. 25 mei &c. LUET. Sustinebit: dicetur .n. eis: Ite
F maledicti in ignem æternum &c. INEXORABILIS.
Quia nullius precibus poterit exorari. Nunc .n.
tempus est misericordiæ; tunc erit iudicii. VL-
TOR. Vindex eorum, quæ in Deum, & in san-
ctos eius operati sunt iniqui. HIATUS. Apertu-
ra terræ: sicut legimus olim etiam euenisse DA-
than, & Abiron, rebellantibus aduersum Moy-
sen & Aaron. PASCET .i. consumet; duplicē ha-
bet significationem: dicimus, herba pascit oues,
& oues pascunt herbam, i. manducant. OPERUM
FRUCTUS .s. malorū: nam & si qua ante apparuerint
bona, tunc manifestabuntur fuisse mala, pro-
pter sinistrā intētionē: qualia sunt hyppocritarū.
DE NATIS hominum .i. de numero filiorum ho-
minum; qui & filii Dei dicuntur. IMPIA PROLES.
.i. progenies impiorum; hoc est prauorum ge-
neratio. SUCCENDENT. De præsenti uita ante tem-
Ps. 43. pus, iuxta illud: non dimidiabunt impii dies suos. IN TE. Culpantes Deum, ut seipsos excusent. Hoc fecit etiā
Gen. 3. Adam, qn̄ dixit: mulier, quā dedisti mihi: q.d. si nō dedisses, nō peccassem. CRIMINA criminibus. Iuxta ad excusan-
Ps. 140. das excusationes in peccatis. IN TE. Modo contra te. SEDITIONE .i. uersi in seditionem. COACTI. Coadunati.
MEDITARENTUR. Meditando tractarent. PESSIMA CONSILIA. De anihilatione nominis Christi, & Ecclesiæ. STATUE-
RE. Ve

re. Vt si quis nominaret Christnm, extra synagogā fieret; & ut si quis Christum confiteretur, uariis tormentis interficeretur: & hoc olim apud Gentiles, illud apud Hebræos. FIrma. ferent. Nam abolita sunt per conuersionem fermè omnium ad Christum, & deleta per fideles Imperatores; qui cognita ueritate fidei, contraria illis statuerunt. POstergabis eos. Pessum dabis, & ad nihilum rediges. PRocul. A sanctorum cohabitatione. RELliquias. i. feces, & amurcam, quæ uini & olei sunt relliquiæ, & proiiciuntur in cloacas; sicut illi in cauernas infernales. Porrò relliquie in metro scribitur duplici ll, iuxta illud Virgilianū: Relliquias Danaum, atq; immitis Achilli: in soluta uerò oratione scribitur simplici. QVisquiliis. Immundiciis, quæ ex pauimento scopantur; per quas impiorum vilitas denotatur; cum uilissimis immundiciis comparantur. SCopis. Iudicii æterni. Perstat in translatione quisquiliarum, quæ scopis colliguntur; & quandoq; in ignem, & aliquando in fimi aceruum proiiciuntur. FLetus. Propter fumum ignis sulphurei, & stridor dentium, propter frigoris horrorem. AT tu. Christe. VIctor. Ex inferno rediens. SCande. Hoc factum fuit in die Ascēsionis eius. HIC. In Ecclesia. Manibus. operando. Amen.

A

Sic facere, vt stabili robore firma forent.
Omnia sparsisti in ventum stabilita per ipsos:
Postergabis eos, eijciesq; procul.
Inter relliquias vultus ponentur eorum:
Admiscebis eos quisquilijsq; tuis.
Collectiq; scopis tandem mittentur in ignem;
Fletus vbi, ac gemitus, stridor & oris adest.
At tu victor ouans celeri super æthera curru
In virtute tua iam modo scande Deus.
Nos hîc virtutum celebrabimus acta tuarum,
Psallendo manibus, voce canendo tibi.
Amen.

ODE. XXI. EX PSALMO. XXI.
Deus deus meus respice in me &c.

SAucia cerua velut dictamum querit at herbam,
Vtile quod norit esse malagma sibi.
Maturina vigil Dictea recursitat arua,
Possit vt inuenta læta salute frui.
Per nemora, & saltus si non inuenerit vsquam,
Ingemit; & questus dat moritura graues.
Sic modo Rex Christus, confossus corpore toto,
Ingemit; & questus tollit ad astra graues.
Mi Deus, ingeminat, qui totum respicis orbem;
Me quoq; tu clemens respice quæso pater.
Qui refugum nullum redeuntem deseris vmquam;
Me miserum quare deseris ecce modo?
Heu heu percepi causam, qua deseror abs te:
Culpa antiqua facit te procul esse reis.
Te longè faciunt à me delicta meorum;
Pro quibus ut patiar, tu modo lentus abes.
Posset ut esse saluus precioso sanguine nostro,
Deleri culpas nempe necesse fuit.
Luce palam orabo, lacrymas clamoribus addam;
Auertes faciem mi Deus atq. pater.
Nocte quoq. orantem spernes, temerarius inde
Nec tamen, aut demens, insipiens uel ero.
Et si ignoranti insipientia nostra uideri
Fortassis cuiquam crassa, supina potest.
Dixerit ecce aliquis secum: tu stulte quid oras?
Cum non audiri te tamen ipse scias.
Ah quoties infirma caro cum læditur, orat:
Tergeminatq; preces, ne patiatur homo.
Nec tamen auditur semper; non expedit illi:
Crescit enim virtus, perficiturq; malis:
Nam velut argentum rapido solet igne probari,
Abiecta scoria perficiturq; magis
Sic probat hæc animos tentatio dura viriles,
Et durare facit, perficit atq; magis.

B

SAucia ceruauelut &c. Passionem Christi in hoc psalmo prædictam describit Vates: nec est difficilis interpretatio, iccirco & breuis erit expositio. SAucia cerua. Allusio est ad psalmi titulum, qui talis est: pro cerua matutina; quæ caro Christi interpretatur: Vnde & Ecclesiā eius significat, cuius ipse caput est; & quæ de latere eius formata est; sicut Eua ex Adam soporato. DIctamum herbam. Medicinalem; à Dictea urbe Cretensi sic appellata, qua uulneribus illatis medentur; de qua & Virg. in 12. Dictamum genitrix &c. MAlagma. Medicamentū mollificatiuum; ut educatur facilius ferrum sagittæ ex uulnere. DIctea. Cretensia. INuenta. Herba, quæ illi salutem parat. COnfossus. Clauis, & scissuris flagellorum: nam a planta pedis usq; ad uerticem non erat in eo sanitas. QVæ-
stus. Lamentationes, quando dixit; Heloi, Esa. p.
heloi lamazabatani; quod interpretatur; Deus Mar. 15
Deus meus, ut quid dereliquisti me? quæ ini- C
tium sunt psalmi huius; quem totum credimus in cruce dixisse. REspicis. Miserendo: etenim respicere Dei, misereri est. REfugam. E castris Domini abeuntem in castra diaboli per peccatū. REdeunte. Sic & Ecclesia nemini ad se redeunti claudit gremium. CVlpa antiqua. Quam peccator antiquatam, i. annullatam crediderat; unde dicit Sapiens: de ueteri peccato noli esse
sine metu. Et est sententia generalis. Potest et Eccl. 5
specialiter intelligi; quòd culpa antiquorum imputata est Christo quò ad penam. LEntus. In succurrendo, prout patientibus uidetur, quando
sic cito non exaudiuntur. LVce palam. Non so- Mar. 14
lum in nocte, in horto; sed in die, in cruce: de quo Apostolus; cum clamore ualido, & lachrymis orauit; & exauditus est pro sua reuerentia. NOcte quoq; &c. Hoc factum fuit in horto, quando dicebat: Domine transfer calicem istum a me &c. nec fuit exauditus. Inde. Propterea; nec. n. expediebat exaudiri, ne impediretur humana redemptio. INsipientia &c. Fatuum. n. putatur id petere, quod scias iure negandum. CRassa & supina insipientia. Est, ignorare, quod omnes sciunt. VIrtus. Humilitatis; quæ Christi dicitur, & per patientiam crescit, & in infirmitate perficitur (ut ait Apostolus.) Scoria. Spuma est, ac sordes auri, & argenti. DVrare. Iuxta illud; Durate, & uosmet rebus seruate se-

D cundis. REmurmuret. De aduersitate bonorum, & malorum prosperitate. COlis. Exerces, ut colonus terrā. SIles. Non exaudiendo eo modo, quo rogant; sed ut medicus infirmum. ISraelis. I. Iacobi, qui etiam Israel uocabatur. Is .n. omni tempore Deum benedicebat. NOstri parentes. Abraam, & cæteri ab eo descendentes; qui a Deo sæpissime leguntur
Lege. exaudici, maximè in exitu de Aegypto, & in-
exod. & troitu terræ promissionis, ac deinceps. IAcet.
Passionis tempore; ut redemptio compleretur.
RIdeor. A prætereuntibus, a Scribis, & Phari-
Mat.27 seis, cum principibus Sacerdotum. Lege Euangelium. CLamarunt. τὸ αὐτὸ. Sæpe idem dicitur aliis uerbis, ut eius, qui patitur, uehemens ostendatur affectus. FActi sunt salui. Vt patet in transitu maris rubri; quando hinc inde urgebantur a montibus; ab aqua maris, & ab Aegyptiis insequentibus. Vide historiam in Exodo.
c.14.] Clamauerunt & aliis uicibus, dum a uariis hostibus angerentur, & protinus salui facti sunt. vt in libris iudicum, Iosue, & regum. RIdeor. A prætereuntibus, à Sacerdotibus, à Scribis, & Pharisæis. Lege passionē Domini in Euangeliis. EX Hure. Caldeorum urbe; uel igne fornacis; in qua dicitur Abraam coniectus fuisse propter
E cultum unius Dei; qui fecit cœlum & terram.
Ne em. 9. GErara. Regione Palestinæ, cuius Rex Abimelech abstulerat uxorem Abraæ, credens illam
Gen.20 esse sororem eius. ET Pharaone. AEgyptio Re-
Gen.12 ge; a quo idem passus est; dum præ fame illuc
Gen.22 descendisset. ISacus. Nota est historia; quando penè immolatus est à patre. FRaterno ex
Gen.27 odio. Esaū enim propter supplantationem sibi factam in surreptione benedictionis paternæ,
Gen. 31 quærebat eum occidere. SOceroq; Laban, patre Lye, & Rachellis uxorum eius: mutauit enim illi mercedem decies, & illum abeuntem animo hostili persecutus est: sed Deo Iacob in somnis apparente; quieuit; fœdusq; cum genero
Gen. 37 iniuit, & dimisit abire in pace. SAnguineis manibus. Fratrum uolentium illum occidere: dicebant .n. Ecce somniator uenit; venite, occi-
Gen.38 damus eum &c. DOmina. Aegyptia, feruente il-
39. lius amore; & sibi instante, ut dormiret cum ea: ꝙ quia noluit facere, accusatus est; & in carcerem coniectus per biennium; deinde a re-
Gen.40 ge eductus, ac toti AEgypto præpositus est.
PRole sequuta. Filiorum Israel; qui dum op-
Exod.1. primerentur ab Aegyptiis sub dura seruitute, cla
vsq. ad mauerunt ad Dominum; qui eduxit eos inde in-
16. signis & portentis mirabilibus. FEfellit eos.
F Quia liberati sunt à Domino. VErmis. Dicitur Christus; quia sicut ille non ex coitu nascitur; sic & Christus de uirgine absq; uirili semine na-
τὸ αὐτὸ tus est. VIlis homuncio. Iudæorum reputatione. REptilis. τὸ αὐτὸ idem, ad denotandam affectus uehementiam. FLoccus. Plumarum uolantium per aerem æstatis tempore; qui solet a pueris exsuflari. RHinocerotis. Habentis cornu præ naribus; unde homines ad risum ex-
Luc.23. citantur. SCommata. Dicteria quædam audi-
Luc.4. tores ad risum prouocantia; sicut illud: alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Et illud: medice cura teipsum. HOmones. Per derisum .i. rudes homines, atq; ignaros. MAnu. Potestate. AIunt. Scribæ, & Pharisæi cum principibus Sacerdotum, deridentium illum. DE manibus nostris. Hic tangitur illud malum consilium Iudeorum contra D. N. I.
Sap.2 Ch. de quo in libro sapientiæ fit mentio; ibi uide. CEu dixerat. Ipse Christus multis in locis Euangelii, & in
Mat. 26 examine ante Caypham Pontificem. HOmo. Per irrisionem hoc dicitur; quasi non Deus; qui potuit capi, flagellari, & crucifigi: non aduertentes, quòd erat etiam Deus, per quem potuit à mortuis resurgere, in cælumq; conscendere. SVbsannantes. Iudæi. SPes mea. Resurgendi: & quod liberabor à manibus eorum. TEllus. Hæc est uirgo Maria, gratia Spiritussancti fœcundata. De hac terra dicitur in Psalmo; Benedixisti Domine terram tuam, ueritas de terra orta est .i. Christus de Maria. Ipse enim de se dixit: Ego sum uia, ueritas, & uita. VEntre beato

Ignarum vulgus quandoq; remurmuret; esto:
Tu sanctos habitas, quos colis, atq; doces.
Vnde aliquando siles humana in vota vocatus;
Quandoq; exaudis cunctipotente manu.
Inde tibi laus, ceu quondam Israelis ab ore,
Siue petita neges; auxiliumuè feras.
In te sperarunt nostri tamen ante parentes:
Et sunt auditi: spes mea cassa iacet.
Ad te clamarunt, auditus clamor eorum;
Nec sunt confusi; rideor vnus ego.
Ex Hure, ex Gerara, & Pharaone redemptus Abram:
Tristis, inauditus, deseror vnus ego.
Patris & ex gladio iam iam feriente redemptus
Isacus est: mœstus linquor at vnus ego,
Fraterno ex odio, soceroq; sequente Iacobus
Est factus saluus: deseror vnus ego.
Sanguineis manibus, domina & feruente Iosephus
Carcere & eductus: deseror vnus ego.
Clamarunt patres isti cum prole secuta:
Sperarunt: nec spes ista fefellit eos.
Ast ego ceu vermis, nec vilis homuncio, spernor.
Reptilis, abiectus, non homo, vermis ego.
Oprobrium sum hominum, factusq; abiectio plebis:
Expuor, exsuflor, floccus vt ille leuis.
Me qui prætereunt omnes risere videntes:
Vt pote qui nares Rhinocerotis habent.
Scommata sunt in me labijs digitoq; locuti;
Me super intortum concutiere caput.
Hiccine; qui saluos (aiunt) faciebat homones,
Se saluare nequit, deficiente manu.
In Domino sperauit: eum modo liberet (aiunt)
De manibus nostris eripiatq; Deus.
Si Deus est, natusq; Deo, ceu dixerat: Euge
Exuat a uinclis se necis huius, homo.
Me subsannantes inimici talia iactant:
Nec minus hæc in te spes mea firma manet.
Tu me fecisti, genitor: fœcunda recepit
Me tellus, solo rore refusa tuo.
Tu me extraxisti de matris uentre beato:
In te coniectus prosiliens utero.
Spes mea ab vberibus genitricis, & inde remotus,
Abs te susceptus, tu Deus altor eras.
Cum meus extiteris sator; & genitricis ab aluo
Susceptor, custos, & pater, atq; Deus:
Ne me destituas, ne me despexeris, oro:
Instanti (vt spectas) anxietate mea.

Beato. Iuxta illud: Beatus uenter, qui te portauit, &c. IN te. In protectionem tuam. AB uberibus. Idem di- A
cit alus uerbis. INde remotus. i. ablactatus. Abs te. In curam tuam: unde idem Propheta dixit: custodiens par-
uulos Dominus, si cæteros custodit, quanto magis proprium filium? ALtor. Nutritor, ab alo, lis, uerbo: un- luc. 11
de & altilia, teste Gregorio. DEstituas. In mortem, sed exsuscites. INstanti. Deest, in. ANxietate mea: Pas- ps. 114.

Me precor vt foueas, sator; & susceptor, alumnum,
Vt gnatum, vt seruum, mi Deus, atq; pater.
Proxima namq; instat tribulatio: qui adiuuet vllus,
Nec qui præsidium, subsidiumuè ferat.
Me circum vituli vallarunt vndiq; multi,
Et tauri pingues obsidione premunt.
Plebæi horrendas mittunt ad sydera voces:
Maiores instant, vt nece damna luam.
Non minus expandunt in me sua comminus ora;
Vt rapiant, frendunt dentibus, vtq; vorent.
Ac ferus in syluis rugit leo: pandit hiatus
Conspecta prędа, dentibus atq; fremit.
Pristinus ille vigor, virtus quoq; sparsa per artus
Effusa est penitus fluminis instar aquæ.
Et compacta prius neruorum vincla soluta;
Motaq; sunt proprijs ossibus ossa locis.
Igni supposito ceu mollis cera liquescit,
Sic ventris medio viscera adusta liquent.
Fictilis vt testa ardenti siccatur ab igne;
Sic mea sic virtus vritur igne graui.
Faucibus & siccis mea adhæsit lingua palato;
Pulueream in mortem teq; sinente trahor,
Me quoniam rabidi circumcinxere molossi,
Qui leuibus rostris ante, retroq; tonant.
Atq; malignantum conspirauere dolosa
Concilia in mortem, perniciemq; meam.
Ecce meas fodere manus, fodere pedesq;:
Fixerunt corpus, cæsaq; membra cruci.
Omnia neruorum, subita compage soluta,
Dinumerauerunt comminus ossa mea.
Ipsi inspexerunt oculis crudelibus in me;
Explorando simul, num Deus ipse forem.
Si Deus est (aiunt) ligno descendat ab alto,
Vt credamus ei, sicq; colamus eum.
E summo genitor, si filius esset, olympo
De manibus nostris eripuisset eum.
Sed neq; diripiet, nec erit qui liberet vllus:
Ergo Deo natus, nec Deus est, sed homo.
Rursum inspexerunt oculis crudelibus in me,
Atq; explorarunt, num Deus ipse forem.
Diuisere meas inter se deniq; vestes;
Textilis & tunica sorte dirempta mea est.
Nudus & irrisus iacui, velut ille Noeus
Vitisator poto proruit ante mero.
Exposito probris gnato, & ludibria passo
Tu Deus affer opem, spes mea, chare pater.

sionis, & mortis. ALumnũ. Nutritiũ. VT seruũ. Hom.
Reddenda sunt singulis singula; & loquitur in hu 38.
manitate pro nobis assumpta: nam cũ esset Deus
serui formã accepit, ut docet Apostolus. VLlus.
Subauditur, adest. PRæsidiũ. ANte periculũ. SVb-
sidium. In ipso periculo. CIrcũ vallarunt. Tme-
sis est figura; quando dictio secatur, & altera
interponitur: nec nisi in dictionibus compositis
fieri debet. VItuli multi. Per methaphoram in-
tellige, i. populares iudæi, qui clamabant:
crucifige, crucifige. TAuri pingues. Qui duces luc. 23
gregis sunt. Per hos intelligendi sunt principes 10. 19.
sacerdotum, Scribæ, Pharisæi, & seniores po-
puli. PLebæi. Hi sunt uituli morbidi. MAiores.
Et hi tauri sunt pingues. LVam. Pro exoluam.
DAmna. Passa per expulsionem latrocin:orum
ex templo, cum euersione mensarum nummu-
lariorum. ORa. Clamantia: crucifigatur, cru-
cifigatur. RApiant. Vitam. DEntibus Aprorũ
more. HIatus. Grandem uasti oris aperturam.
PRistinus. Qui erat ante passionem in carne B
mea. PEr artus. i. Corporis membra. INstar.
Ad modum: genitiuo iungitur. COmpacta. Con
nexa atq; coniuncta. NEruorum. Quibus tota
ossium copulatur structura, & miro Dei opificis
artificio conglutinatur, atq; cõstringitur. ADu-
sta. Calore passionis & febrium. LIquent. Pro
liquefiunt: simplex pro composito. FIctilis te-
sta. Particula fracti uasis terrei. AB igne. For-
nacis ardentis, in qua fictilia uasa coquuntur.
FAucibus siccis. Vnde & clamauit in cruce; sitio.
PAlato. Superiori oris parti. PVlueream in mor
tem. Per quam caro nostra reuertitur in pulue-
rem: unde sumpta est: iuxta illud Dei dictum;
memento homo, quia puluis es, & in puluerẽ
reuerteris. MOlossi. Canes Epirotici, species Gen. 3
pro genere. ROstris. Manet in translatione:
rostrum. n. non solum est auium, sed etiã pro
acuto ore canum ponitur. ECce meas fodere
manus &c. Excellentissimum prophetiæ donum
habuit hic egregius Vates; ut ante oculos men-
tis offerret se se Christus crucifixus; & absq; ul- luc. 23
lo inuolucro figurarum futura cernebat. COm-
page soluta. Hoc factum est; quando confixa
cruci manu dextra, & contractis neruis pro dolo- C
ris angustia, ipsi carnifices inuoluta manui cor-
da; uiolenter eam traxerunt ad foraminis locũ:
tunc enim disrupti sunt nerui, & ossa ab ossibus
mota. EXplorando, tentando, & inuestigan-
do. SI Deus est. Sylogismo quodam utuntur:
si Deus est, quomodo potuit crucifigi, ac mori;
cum Deus sit immortalis. INspexerunt. Pen-
dentem in cruce. EXplorando. Tentando, uel
potius deridendo. NVm. Coniunctio dubitati-
ua. DEscendat. Verba Scribarum, Pharisæo- Mar. 15
rum, & Sacerdotum deridentium Dominum,
quæ & habentur in Euangelio passionis eius.
ERgo. Conclusio sui sylogismi: nos uerò dici-
mus, quia Deus est, & homo; una in duabus
naturis persona; mors in humanitate propter
nostram redemptionem, & resurrectio per diui-

nitatem ad gloriam suam ac nostram. SEd homo. Tantum secundum sinistram eorum opinionem. RVrsum. Non semel tantum, sed pluries id factum esse uersus indicant geminati. DIuisere meas. Sic & in Euang. diuiserunt milites uestimenta eius, & fecerunt quattuor partes, præter tunicam, quæ cum esset inconsutilis; sed desuper contexta, per totum non capiebat commodam diuisionem. Dixerunt ergo ad inuicem; non scindamus, sed sortiamur eam, cuius fiat. NOeus. Sensus est; sic iacui nudus super crucem extensus, sicut Noe ebrius à uino

iacuerat

D Iacuerat nudus ante tabernaculum suum, quando irrisus est a filio Cam; & fuerat huius Dominicæ irrisionis figura. PRobris.I. opprobriis Iudæorum, ac militum crucifigentium. LVdibria. Vituperia, & irrisiones in eum quasi ludendo, ac ioco dicta; quæ & supra memorata sunt. AFfer opem. Dando uirtutem patientiæ, & fortitudinis in ipsa passione ad consumationem operis suscepti pro humana redemptione. IN longum diem. Vsq; ad
Mat.27 solis occasum, propter nimiam acerbitatem dolorum: exauditus autem hora nona expirauit.
PRæsidium &c. Concul·catio uocabulorum, celeritatem subuentionis efflagitat. MIssam. Pro
Mar.15 emissam, aphæresis est: sic .n. dicitur in Euang. & emisit spiritum. AEterna à framea .i. ab æterna damnationis morte. Framea.n. gladium significat, qui malos à bonis in morte separat.
CErberus. Canis inferni, pro Lucifero positus; qui dicitur animas deuorare, quando trahit illas ad consensum suum. Sic & bonus prædicator Christi, conuertendo animas, dicitur illas mactare, manducare, & in uentrem matris Ecclesiæ traiicere; iuxta illud Domini ad Petrum Apostolum: Macta, & manduca. LEo-
Act.10. nis.i. diaboli, qui leo dicitur & draco, propter impetum, & insidias. RHinocerotum .i. superborum, & deridentium Sacerdotum. CVm rediuiuus .i. cùm resurrexero: quod factum est post triduum. FRatribus meis. Apostolis, cæterisq;
E discipulis, quos non est dedignatus fratres vo-
Mat.28 care. QVanta. Subaudi, refrigeria, & magnalia.
COetus. Fidelium conuentus: sic dictus a coeundo, i. conueniendo. IAcobi. Qui interpretatur, supplantator. VErum. Spirituale, nõ carnale tantum; de quo se iactant Iudæi FVrentes. Dæmones, & ministros eorum malos homines. ISraelitæ .i. Deum, quem lumine fidei uidetis.
ME pusillum. Quo ad humanitatem; unde & supra se uermem esse dicebat. PAuperis. In cruce nudi, & in alieno sepulchro conditi. LOnge: Quid longius, quàm cœlum a terra? tametsi ubiq; sit Deus. PRofundo. Inferni, resuscitando me. SVper astra. Quod factum est in die Ascensionis. TE penes. Iuxta te, à dextris sedens. ECclesia magna. Christianorum ex Iu-
cant.6 dæis, & gentibus collecta. Vota mea. Quæ fuerint hæc uota, non legimus in Euangelio, nisi forte corporis & sanguinis eius, quæ quotidie
F offeruntur in missa; de quibus etiam paulo post dicturus est. VIctima. A uictis; & hostia à cæsis hostibus est dicta, & hoc est sacramentum
de su.tr. altaris, in quo memoria passionis eius recoli-
c.1. tur, & mortis. AZima. Panis est absq; fermento; sub cuius specie conficitur corpus & sanguis Domini Nostri Iesu Christi, transubstantiatis pane in corpus, & uino in sanguinem; ut ad perficiendum mysterium unitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. MAnducabunt. Vtroq; modo, corpore, & Spiritu. INo-
Mat.c.5. pes. Mente .s. & spiritu, i. humiles; iuxta illud: Beati pauperes spiritu: nam etiam diuites facultatum possunt esse humiles, ac dignè hoc sacramentum manducare: sic è contra pauperes superbi indignè manducant. MYsteria. De quibus modo diximus, corporis & sanguinis Domini. Est .n. mysterium sacrum secretum, quod Gentiles & Iudæi minime percipere possunt; sed soli fideles. ET saturabuntur. Non uentre, sed mente cælesti gratia. ME propter. i. propter me, anastrophe est figura, qua poetæ sæpius utuntur: iuxta illud Virgilianum: Italiam contra. VIuent. Sic & Dominus
Io.6. in Euangelio. Qui manducat hunc panem uiuet in æternum. VItali pane. Nam anima uiuit hoc sacro pane uita gratiæ, sicut corpus pane materiali pastum, uiuit uita naturæ. LAEtargo. Dei ueri obliuione; nam omnes ferè gentes, a temporibus Nembroth usq; ad Christum, obliti ueri Dei, secuti fuerant Idololatriam; sed per Christi prædicationem factam à discipulis eius ubiq; terrarum, reducti sunt ad memoriam & culturam ueri Dei; & quodammodo resipuerunt. DEIS .i. idolis; non quod essent dei, sed ita appellabantur, nam ut ait idem Prophe-
ta, omnes

In longum proferre diem mitissime noli
Præsidium, auxilium, subsidiumq; tuum.
Vel dilectam animam mortali corpore missam
Æterna a framea præripe chare pater.
Prædilecta tibi super omnes charior vna:
Ne canis hanc triceps Cerberus ore voret.
Me saluum facito crudelis ab ore leonis:
Ne me dente fremens rugiat, & rapiat.
Neuè superborum me cornua Rhinocerotum
Ærea ventilent, perfodiantq;, caue.
Cum fuero eductus superas rediuiuus ad auras,
Laudibus extollam nomen ad astra tuum.
Fratribus atq; meis narrabo, quanta per vmbras
Inferius positas gesseris ipse mihi.
In medio cœtus, quæ Ecclesia dicitur esse,
Te laudabo Deum; magnificabo patrem.
Vosq; meo exemplo Dominum quicunq; timetis,
Collaudate Deum, magnificate patrem.
Semen Iacobi verum, vitia, atq; furentes
Qui supplantastis, glorificate Deum.
Israëlitæ, fidei certissima proles,
Magnificate Deum, sanctificate patrem.
Me nec enim spreuit tam maximus ille pusillum:
Sed neq; despexit pauperis ille preces
Et cum clamarem, vultum, quo cuncta serenat,
Nequaquam auertit vocibus ille meis.
Quin potius longè nostri clamoribus actus
Audijt, atq; tulit, mox prope factus, opem.
Porrexitq; manum celerem, eripuitq; profundo;
Extulit & lætum me super astra lubens.
Te penes assistens laudabo: Ecclesia magna
Me propter laudes concinet atq; tibi.
Quæ tibi deuoui coram metuentibus & te,
Sponte paratus ero reddere vota mea.
Victima cędetur, cædetur & hostia pinguis;
Tunc tibi proponent azima cumq; mero,
Et manducabunt inopes mysteria sacra,
Et saturabuntur, cordaq; læta gerent.
Teq; requirentes Dominum, me propter ad astra
Extollent saturi laudibus innumeris.
Æternum viuent vitali pane refecti:
Cordibus atq; animis esca salubris erit.
Tum reminiscentur læthargo mente soluto,
Experrecta velut corda sopore graui.
Et resipiscentes tunc conuertentur ad vnum

ra, omnes Dii gentium dæmonia. conuertuntur. Prophetia fuit conuersionis omnium Gentium, qua utitur Augustinus contra Donatistas: et nos possumus uti contra Iudæos. Dsum. Ex Deo patre gentium. Patriis. i. familiis. est. n. Græca dictio patria, familiam significans; licet aliquando ponatur pro quauis urbe; quæ patria uniuscuiusq; dicitur esse. solus Deus. Non excludit Patrem, uel Spiritumsanctum: cum quibus est unus Deus, ut dicitur in symbolo Athanasii. conditor est hominum. Cum patre & Spiritu sancto: iuxta illud: faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. reparator. Media passione sua. Rex. Vt in psalmo ii. Ego autem constitus sum Rex ab eo &c. & in Apocalypsi dicitur: Rex regum, & Dominus dominantium. Manducauerunt. Sacram Eucharistiam, ut supra. Diuitiis sæcli. A tempore beati Siluestri citra: nam ante ut plurimū pauperes erant Christi fideles. Deliciisq; Dei. i. gratiis spiritalibus. Nec enim diuites à Deo respuuntur, modo sint humiles, & bonis operibus abundantes, & minime in incerto diuitiarum confidentes. Terræ pingues. Iidem, qui & supra .s. diuites: nam & ipsi adorant corpus christi, & communicant Ecclesiasticis sacramentis: nam & bonæ sunt diuitiæ, si quis utatur: iuxta illud Ambrosii: Diuitiæ bonis sunt additamenta bonorum; malis autem sunt irritamenta malorum. cadunt. In faciem suam; si dignè accedunt, in bonam partem accipe; sin indignè, in malam. mysto. i. sacro, Greca dictio est. viuet ei. In anima, etiam post mortem. et rediuiuet. Etiam corpore post resurrectionem. progeniesq; mea. Expositio est præcedentis uersus, & magis de speciali progenie, quam de carnali hoc est intelligendum, sicut docet Apostolus de semine Abrahæ: nam omnes, qui fidem Abrahæ imitantur, semen Abrae sunt. christicolum. Pro christicolarum: quod nomen in Antiochia primum exortum est; nam ante dicebantur fideles. christi. Christiani quippe dicuntur à Christo, quasi uncti deriuentur ab uncto. Vide Innocentium, titulo de sacra unctione. noui cæli. i. Apostoli, ut in psalmo; cæli enarrant. faciet. Adoptando per baptismum. maioré. Quam Scribarum & Pharisæorum. in gremio. Quod nemini claudit aduenienti, uel redeunti.

Amen.

Mente Deum, abiectis quos coluêre deis.
Tunc conuertentur latum que sparsa per orbem
Finibus à cunctis pectora sunt hominum.
Tunc omnes gentes Christum, populiq; vocabunt:
Atq; fatebuntur pectore, & ore Deum.
Hunc & adorabunt genibus per templa reflexis
Terrarum populi cum patrijs tribubus.
Huius enim Domini est regnum, totius & orbis
Imperium: solus Christus in orbe Deus.
Conditor est hominum, simul & reparator eorum
Cunctorum quoq; Rex, & dominator erit.
Manducauerunt, & adorauere repleti
Diuitijs sæcli, delicijsq; Dei.
Omnes & terrę pingues mysteria sacra
Tunc attendentes procubuêre genu.
Omnes, qui in terram descendunt poplite flexo,
Ac simul aspiciunt mystica sacra, cadunt.
Christus enim verus mysto sub pane latebit;
Hunc & adorabunt, in faciemq; cadent.
Spiritus & postquam defessos liquerit artus,
Viuet ei, posthac & rediuiuet ei.
Atq; meum semen per tempora seruiet illi:
Seruiet æternum progeniesq; mea.
Nam noua Christicolûm Domino ventura canetur
Progenies, Christi nomine clara mei.
Inde noui cæli diuino numine clari
Illius notam iustitiam facient.
Hanc dicent populo, qui mox orietur in orbe,
Fælici in populo quem faciet Dominus.
Iustitiam illius maiorem voce canora
Narrabunt populo, quem faciet Dominus.
Gentibus ex cunctis Ecclesia mater in vnum
Collectum hunc populum continet in gremio.

ODE XXII. EX PSALMO. XXII.

Dominus regit me.

Omnipotens genitor, supremi Rector olympi,
Qui mare, qui terras, qui regit astra poli:
Quiq; suas præbet cunctis animantibus escas;
Humano generi quiq; alimenta parat;
Pastorem excelsum superis emisit ab oris,
Quæreret humanum, cogeret vtq; pecus.
Optimus hic Pastor quæsitas egit in vnum,
Collectas propria claudit ouile manu.
Mane aperit, deducit eas ad pascua læta:
Et potum pastas vespere semper agit.
Me regit hic pastor: deerit nihil vbere prato,
Cum reliquis ouibus quippe locatus ero
Fluminis & liquidas me pastum ducet ad vndas:

Omnipotens genitor &c. In hoc lætatur Ecclesia, quod ab optimo Pastore spiritualiter pascatur, atq; regatur, sub methaphora gregis temporaliter pasti, atq; directi ab amantissimo sui pastore: & quia litera satis clara est atq; diffusa, modica indigebit expositione. astra poli. Stellas cœli, quarum aliquæ fixæ sunt in firmamento, aliquæ certos habent cursus atq; recursus, sicut Deus illis ordinem dedit, quem minime prætereunt. suas escas. Vnicuiq; generi conuenientes. alimenta, Ab irrationabilibus diuersa: nam & pleraq; illorum cedunt in escam hominum. Pastorem. Qui dixit: Ego sum pastor bonus, & pasco oues meas &c. quæreret. Vt ipse dixit; ego ueni quærere quod perierat. Item, & alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet unum ouile, & unus pastor. humanum pecus. Videlicet homines. ouile .i. Ecclesiam. Alludit ad Euangelicas parabolas, de oue quæsita, & de eo, qui intrat in ouile per hostium, qui est pastor; nec ascendit aliunde, ut latro. pascua læta. Quæ sunt prædicationes, ac miracula Cchisti, & sanctorum eius; quæ in diuinis habentur scripturis. potum. Aquæ salutaris sapientiæ. vbere prato. Euangeliorum. fluminis. Dequo scriptum est; fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei, & in Euangelio,

Margin: A; Ps. 95.; Gen. 1.; Ps. 2; Ap. 19.; B; Rom. 4.; ps. 18.; C; io. 10.; Luc. 19

D gelio: Qui sitit, ueniat ad me, & bibat; nam qui biberit ex aqua, quam ego dabo, fluent de uentre eius flumi-na aquæ uiuæ; & fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. CEspite floridulo: blando sermone, uel ali-

Ps.45. quo munusculo spirituali, uel temporali. Sic sæ-
Io.7. pe mecum egit: experto credite. Sic & Thomam
Io.4. Apostolum ad se retraxit. NAmq;. Exponitur methaphora. PEdo. Baculo pastorali. VMbra mortis. Tentatio ad peccatum est. SIS mecum. Nec enim peccatum admittit, qui secum habet custodem Deum. VIrga. Dirrectionis, & correctionis. Baculus uerò sustentationis est, & consolationis. VIridanti cespite uiso. Metaphora est, quæ paulo supra exponitur. FAMæ nimia. Audiendi uerbi Dei, & nimis tardatæ communionis: qua anima reficitur, & impinguatur. MEnsa: Diuini uerbi, & altaris, unde sumitur Eucharistiæ sacra communio. PAnis uiuus. Corporis Christi. MYstica pocula Sacrati sanguinis. LYmpha. Aqua, quæ ideo uino miscetur, quia & de latere Christi exiuit cum sanguine: & quia significat unionem populi cum Christo. LAEtitiæ oleo. Quo interius ungitur anima. PRæclarum calicem. Exclamatio est. MVsto. Spiritalis gratiæ. FEruere. Modo tertiæ est coniugationis; sicut & in Virg. feruere Leucaten. &c. PRæclarumq; oleum. Misericordiæ, & gra-
E tiæ præuenientis, ac subsequentis. REor. Bene, reor: non certus sum; magis optantis est, quam affirmātis: nescit enim homo sibi futura, propter instabilitatem uolubilitatis humanæ; nisi fortè ex gratia speciali, quæ raris datur. SIne fine colam. unde alibi dicit hic uates: Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Et istud erit nobilissimum exer-
Ps.83. citium animarum sanctarū in paradiso existentium: quò utinam & nos ascendamus, gratia D. N.I.Chr. Amen.

ALma parens tellus. Hac in ode agitur de uniuersali dominio totius mundi, cuius sit-nam, uerè est Domini Iesu Christi filii Dei, qui cum Patre & Spiritu sancto creauit illum; nam sine ipso factum est nihil. Et hoc contra illos, qui gloriantur, se esse rerum dominos. Et satis plana est littera; nec multa indiget expositione. ALma. Ab alendo dicta, quia cuncta alit animalia, producendo uarias & próprias quibusq; escas. DItione. Dominio, & potestate: propterea dixit Dominus in Euangelio: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.
F TRactus. Qui per diuersa maria distinguntur. ELementa. Rerum principia, quæ sunt quattuor notissima: Terra, Mare, Aer, & Ignis, qui æther dicitur. HAbitant in eis. Vt homines & bestiæ in terra: in mari pisces: & in aere uolucres: Si qua sint in æthere, nescio. Nec.n. possumus illucusq; uisum intendere. OCceanum. Ipsum mare magnum, qui totam circuit terram, à quo cætera maria deriuāt, & rursus in ipsum descendunt. LIbrauit. Aequo pondere disposuit: nam omnia fecit Deus in numero, pondere, & mensura. SVper subterq; fluentia. Per cauernas occultas. vide Plinium in lib. nat: hystoriæ. IVxta. PRopè. CReaturam. Vide gen. primo; & in psal. Initio tu Domine terram fundasti, & opemanuum tuarum sunt cæli, &c. LVcifer ille tumens. Diabolus superbus. POsse dare. Sicut in Euangelio, quando tentauit Dominum Iesum; dixit; ostensis omnibus regnis mundi: hæc omnia mea sunt, & cui uolo do ea: tibi illa dabo, si cadens adoraueris me. PAter eius .s. mendacii. NEc vlna. i. minima particula. Alias significat spacium dilatationis brachiorum, ut in Euangelio, de Simeone sene, qui ac-

Inde siti pulsa, fonte refectus ero.
Semita iustitiæ fuerit si quando relicta,
  Ad se conuertet cespite floridulo.
Meq; per angustos calles deducet ad ima
  Vallis, vbi flores semper & herba viret.
Namq; meam cernens animam quandoq; vagantem
  Præcipitem ad scopulum, retrahit ille pedo.
Transiero media tamen & si mortis in vmbra;
  Tu modo sis mecum nulla timebo mala.
Si quando allectus viridanti cespite viso
  Transiero metam, virga recurua trahet.
Cumq; fame nimia extenuatum videris esse,
  Ante meos oculos mensa parata mihi est.
Panis vbi viuus de cælo lapsus habetur,
  Mystica cum lympha pocula plena mero.
Hæc aduersus eos, duris qui pectora nostra
  Exagitant curis, mensa parata mihi est.
Letitiæq; oleo tantos lenire dolores
  Sic curas; vt sit iam mihi pingue caput.
Præclarum calicem? quo mens velut ebria musto
  Feruere plena solet; miraq; verba dare.
Præclarumq; oleum? tua quo miseratio multa
  Actus præuenit, subsequiturq; meos.
Nec deserturam me toto tempore vitæ,
  Sed permansuram me penes esse reor.
Cumq; egressus ero præsentis carcere vitæ,
  Hæc eadem ducet me super astra poli.
Vt Domini ingrediar præcelsa palatia cæli;
  Æternas ædes vt sine fine colam.

ODE XXIII. EX PSALMO XXIII.
Domini est terra.

ALma parens tellus totius cunctiparentis
  Est Domini: vnius sub ditione Dei.
Cunctaq; queîs plena est, (nam diues rebus abundat)
  Sunt Domini: vnius sub ditione Dei.
Omnes terrarum tractus, immensus & orbis
  Sunt elementa Dei; Quiq; habitant in eis.
Nam super Occeanum, maria & manantia ab illo
  Terram fundauit, sicq; librauit eam.
Flumina magna super subterq; fluentia iuxta
  Disposuit terram; sicq; locauit eam.
Namq; creaturam, Deus est, qui condidit omnem,
  Qui possedit eam; quiq; gubernat eam.
Lucifer ille tumens taceat, qui iactat inanis
  Se Dominum terræ; regnaq; posse dare.
Fallitur, & fallit, quia mendax, & pater eius:
  Non est luciferi terra, nec vlna rei.
Sed Dñi est tellus quam vasta, immensus & orbis

cepit puerum Iesum in ulnas. QVAM uasta. Propter solitudines immensas, & desertas, & inculias. CVI uult. A
Sicut dicitur in Daniele super Nabucodonosor Rege; & in Esaia De Cyro; & in lib. Regum, de Saule, & Dauide & Salomone, multisq; alijs Regibus. SVPERBUS homo. Sicut Assyriorum Rex Nabuchodonosor & alij Tyranni. Potest etiã hoc referri ad quemlibet agrorum multorum diuitem, qui existimat se adeo esse Dominũ illorum, ut pro libito possit disperdere: cum tamen omnes simus uillici Domini dei, & teneamur illi reddere rationem uillicationis nostræ, iuxta parabolam Euangelicam: quid hoc audio de te? redde rationem uillicationis tuæ; iam .n. non poteris amplius uillicare. CONDUCTOR. Fictabilis. CVSTOS. Qualis est maturæ uinitor uuæ. VILLICUS. Rerum, quæ ex uilla percipiuntur curator. OECONOMUS, Vrbanarum rerum dispensator, qui & maior domus apellatur. DIES. Mortis. QVID tibi mentis erit? Quis.n. bene dispensat omnia? DOMINO. Deo, quæ sunt debita, primitias, decimas, & omnia, quæ supersunt uictui nostro, & modesto uestitui, iuxta illud; quod superest date eleemosinam, & omnia sunt uobis munda. SIBI debita. Iniurias, atq; offensas à proximis acceptas, ut possit dicere Domino Deo; dimitte mihi, quia & ego dimisi. MONTEM Domini. Olympum s. hoc est in totum splendẽtem paradisum. SANCTO loco. Vbi sanctus sanctorum est. INNOXIUS. qui nemini nocet. NEC agit. Hæc est enim lex naturæ. OCIA. Nam multa mala docuit ociositas. FRUSTRA. Sic & Apostolus mouet, ne in uacuum gratiam dei recipiamus. COLIT. Virtutum exercitio. VIRTUTIBUS amaris. Quæ uidentur amaræ dum acquiruntur, sed suauissimos acquisitæ pariunt fructus. Vnde & quidam sapiens dixit, uirtutum radices amaras, fructus uerò dulces. IURAMENTO. Vt perfidi, ac multi negociatores. TENET .i. obseruat, quæ iure iurando promisit. VENIAM. Delictorum, quæ uix euitantur, iuxta illud; delicta quis intelligit? ac etiam erratorum, etenim septies in die cadit iustus; & in multis offendimus omnes; quia nemo sine crimine uiuit: et fœlix est, qui minimis urgetur. GENERATIO iustorum. Est & generatio impiorum, de qua in Euangelio; generatio mala, & adultera signum quærit &c. & alibi; uenient hæc omnia super generationem istam. ET patres. Isac & Abraam, filijq; Israel cum nepotibus. DIU clausi. Patres intelligit antiques, qui erant apud infernos in sinu Abrahæ, siue in Lymbo PRÆSTOLLABANTUR. Expectabant. FUTURUM .i. uenturũ D.N.I.CH. COEPERUNT clamare. Ecbasis est figura, i. Excursus poeticus. MILITE celi .i. cum cælesti militia. AD phlegetonteos. Infernales, a Phlegetonte inferni flumine; qui flammeus esse dicitur. LUCIFUGASQ; duces. Dæmonas, qui lucem Christum fugiunt. ROGANT. Pro interrogant, Aphæresis est. AIUNT. Angeli, & sanctorum patrum animæ. REX noster. Christus. TOL-

Lue.3. Dan. 2. & 4. Es.45. Luc. 16 Luc.11. B I 1. Cor. 6. ps. 18. pro.24 Iac.3 Cato & Horatius. Mat. 27 Mat.23 C

Dat cui vult Dominus regna, vel imperia.
Sicq; superbus homo taceat: quia diues habetur;
Se dominum terræ iactitet, esse suæ.
Nil tulit in mundum veniens; nihil auferet inde,
Ni mala quæ gessit, vel bona siqua tenet.
Non est vllius, quod secum ferre vetatur:
Ingreditur nudus, nudus & egreditur.
Conctorum Dominus Deus est possessor agrorum;
Et sua committit prædia cuiq; libet.
Est conductor homo, aut custos, qui diues habetur;
Villicus aut ruris, œconomusuè Domus.
Ecce dies aderit tetra caligine plena,
Tristis, & horribilis; nox & amara nimis:
Cum dicetur ei, rationem villice redde
Accepti atq; dati: quid tibi mentis erit?
Fælix, pauperibus Domino qui debita reddit;
Quiq; relaxat ei debita cuncta sibi.
Ergo quis in montem Domini conscendet? ibiq;
Dignus erit sancto quisuè sedere loco?
Qui manibus puris operans innoxius extat:
Qui nec agit cuiquam, quod negat ipse pati.
Ocia qui rumpit, nec frustra accepit inanis
Excellentem animam; sed colit acer eam.
Ingenio pollens virtutibus implet amaris:
Exercendo facit quæ meditatus erat.
Cui dolus omnis abest; latitant nec pectore fraudes
Nec iuramento contegit ille dolos.
Et quæ pollicitus iurando firma recepit,
Iurisiurandi relligione tenet.
Qui facit hæc, veniam accipiet miserantis ab ore:
Qui saluum faciet qui benedicet ei.
Hæc est iustorum generatio sancta virorum;
Qui quærunt Dominum, quiq; sequuntur eum.
Hoc electorum genus est, quod quæritat illum,
Quem Iacob, & patres excoluere Deum.
Quemq; diu clausi præstollabantur iturum
Ad sedes imas, inferiora loca.
Deniq; victorem cum descendisse probassent,
Atq; Redemptorem cum legione poli.
Cœperunt clamare simul cum milite cæli
Ad phlegetunteos, lucifugasq; Duces:
Tartarei proceres portas attollite vestras?
Quas intraturus Rex Deus acer adest.
Ast illi nimio pectus terrore repressi,
Occludunt aditus vectibus, atq; feris.
Ferratasq; trabes, nec non ingentia saxa
Obijciunt: molem montis & instar agunt.
Quis nouus iste, rogant, Rex inclytus? intus habemus
Luciferum Regem, qui ferus arce sedet.
Fortior est vestro, belloq; potentior (aiunt)
Rex nouus hic noster, qui superauit eum.
Tollite lucifugæ, portas attollite vestras,
Pandite, quid statis? mox aperite fores.

D lite. Idemq; supra, paucis immutatis. SABAoth. Nomen est cœlestis militiæ. CONTINUÒ. Statim, ex Domini præsentia. IRRUMPUNT. Violenter intrant. DUCES. Militiæ cœlestis. ADDUCUNT. Ante Christum uictorem. AD tempus suum. Illi destinatum, v3. usq; ad mille annos. Tangitur hic id, quod habetur in Apocalypsi, capite vigesimo. CONfestim. Retruso in uincula Lucifero. SUPEras. Respectu Tartari; etenim etiam ipsæ in inferno sunt, sed superiores mansiones, sinus, s. Abraæ, qui & lymbus dicitur piarum sedes animarum, ipsum redemptorem expectantium. GRANDE chaos De quo in Euãgelio sic dicitur: Inter nos & uos grande chaos constitutum est; ut illi qui uelint ad nos venire, non possint; neq; inde huc transmeare. PRISCOS manes. Piorum animas ab Adam usq; ad illud tempus. OCURRERE. Vt in officio mortuorum dicitur. Qui erant in pœnis tenebrarum, clamabant & dicebant; aduenisti redemptor noster. ITER durum. Mortis, quæ omnium terribilium extremum dicitur esse; & præcipuè pœnarum tantarum. RUERE. Pro eripere: Aphæresis est. E tenebris. Et carcere cæco: nam etsi nullam sensus pœnam patiebantur, durum tamen illis erat diuina luce carere. ABIENS. Resurgendo. TECUM. Quod & fecit. LOca. E Quod & fecit quando ascendit in cœlum. EXANCLATOS. Superatos magna cum difficultate.

Apoc.c. 20.

Luc. 16.

FAsce &c. De Passione D.N.I.Ch. loquitur iste psalmus, sub figura Dauidis persecutionem a Saule & aliis multis aduersariis sustinentis; & Dominum Deum rogantis pro sua liberatione. Vnde & nos, qui sumus membra Christi à malis uexati, poterimus cum capite nostro vocem ad Deum leuare, & dicere: Fasce graui &c. v3. tribulationum. ERUBUI. Præ confusione. DENIQ; perpetuò. Etsi interdum ad tempus confundi permittantur, probationis gratia. SEMPER. Obstinato animo usq; ad mortẽ. CORDE. In quo sedes est cogitationum; sicut in renibus delectationum. MEDITANTUR. Studio in malum pertinaci. TE. Christum. Hic .n. loquitur in persona nostra, & cuiuslibet in angustia positi. VEstigia. Patientiæ, humilitatis, ac obedientiæ. VIAS tuas. Misericordiæ, & ueritatis. SEMITA. Consiliorum, qua soli gradiuntur per- F fecti; ut ab renunciatio sæculi, & religionis ingressus. SEmita. Consiliorum: vt, si uis perfectus esse, vade, & uende omnia &c. ARCTOS. Nam arcta est uia, & porta regni cœlorum. SALEBROSA. Aspera. HOSTIS atrox. Diabolus, & membra eius; sicut fuerat Saul & Principes Iudæorum, Imperatoresq; Romani. HUMANO generi. Quod filii morte redemit. RELIQUIÆ testes. Noe cum filiis tempore diluuii. LUTEA uasa.

Mat. 19

Mat. 7.

Corpora

Illi intus reboant, quis nam Rex inclytus iste est?
Ima Rex noster lucifer arce sedet.
Rex exercituum Sabaothq; potentior illo,
Virtutum Dominus Rex nouus acer adest.
Continuò cecidere fores à cardine vulsæ;
Irrumpunt adytus; prosiliere Duces.
Luciferum adducunt manibus post terga ligatis.
Truditur in tenebras tempus ad vsq; suum.
Confestim superas victor conscendit ad ædes;
Infima quod spectat tartara grande chaos.
Cernere erat priscos victori occurrere manes,
Et genua amplexos oscula læta dare.
Vicit iter durum pietas tua summe redemptor;
Venisti tandem nos ruere è tenebris.
Quæsumus hinc abiens tecum nos tolle per auras:
Nos super æthereis sedibus atq; loca.
Post exanclatos in terra mille labores,
Nos etiam victor Christus ad astra leuet.

ODE. XXIIII. EX PSALMO. XXIIII.

Ad te Domine leuaui.

FAsce graui pressus mentem super astra leuaui
Ad te cunctorum mi Deus alme parens.
Hactenus erubui: non amplius ore rebuscam
Non mihi, sed soli iamq; ego fido tibi.
Qui sibi confidunt, rugata fronte rubescant;
Qui placuêre sibi, displicuêre tibi.
Ipsa meos hostes vexatio turbet amara:
Duraq; corda domet ferrea virga tua.
Præcipites animis, me deridere paratos,
Vt consueuerunt, ne patiare, precor.
Longanimes etenim te tempus in omne frequentãte
Non confundentur deniq; perpetuo.
At confundentur, faciunt qui semper iniqua,
Corde super vacuo vel meditantur ea.
Te sequar vt Dominum tua per vestigia tractus,
Si dignere vias insinuare tuas.
Semita quin etiam, qua gressus dirigis arctos,
Ad cæli portas insinuanda mihi est.
Per veri calles inter salebrosa viarum
Dirige iter tutum, tu mea sola salus.
Te saluatorem, comitemq;, Ducemq; potentem
Sustinui pergens nocte dieq; simul.
Quis saluauit enim, cum nos per deuia quæq;
Hostis atrox nostrum persequeretur iter:
Quisuè dolos inimicorum, insidiasue retexit?
Quis, nisi tu, custos, peruigil alme Deus?
Qui pius & clemens Deus es, reminiscere quæsõ
Humano generi, quam miserator ades.
Quòd fueris miseros miserans ab origine sæcli,
Relliquiæ testes, quas superesse iubes.
Sic modo sic nobis tua sit clementia præsto:
Sic dulcis pietas, & bonitatis amor.
Nosti plasmator, quæ lutea vasa geramus;
Quamq; sit hæc fragilis puluerulenta caro.
Vt facilis lapsus, facilis quoq; suscitet ira;
Lapsantem crebrò dextera prona leuet.

Esto pater dulcis gnati miserator egeni;
Si mihi nequitia est: summa tibi est bonitas.
Tu legem rector da delinquentibus ęquam,
Vt sperent veniam, quos perijsse piget.
Tuq; in iudicio proprio cum veneris ore,
Dirige mansuetos, qui velut agnus eris.
Mitis vt altor oues humili quoq; corde gubernas,
Voce tuas mites ipse doceto vias.
Veri sermones, & missericordia vero
Iuncta, viæ Domini, pergite nunc per eas.
Ite viatores directo calle per illas,
Quæ testamentum quæritis eius oues.
Hasq; vias norunt vatum responsa legentes,
Sanguine qui testes sæpe fuere suo.
Te propter, nomenq; tuum peccata remitte
Nostra Deus; quamuis sint cumolata nimis.
Respice propitius fluido de semine cretos,
Vnde nimis fragilis puluerulenta caro.
Additur his aliud grauius discrimen in ipsum
Corpus: vt impingat, cæspitet, atq; cadat.
Peruigil ille Draco laqueos disponit vtrimq;
Citra, vltraq; vias, mi Deus alme, tuas.
Quis mortalis homo tanta virtute decorus?
Vt timeat Dominum semper vbiq; Deum.
Desixit legem per iter, quo pergeret illi,
Dum venit ad Dominum semper eundo suum.
Hæc via principio strictis in faucibus arcta,
Quo magis accedit fit via lata magis.
Quam fœlix anima hæc, stabili iam sede sedebit:
Quam mirabilibus lætificata bonis.
Semen & illius iam tum firmabitur hæres
Viuentum terræ, quæ super astra solum est.
Est firmamentum Dominus metuentibus illum;
Neuè pedum lapsu corde, vel ore cadant.
His testamentum expandit, legesq; supernas;
Atq; prophetarum scita reuelat eis.
Semper ad excelsum Dominum mea lumina tendũt:
Ipse meas plantas eruet à laqueis.
Respice me miserum de cælo lumine recto:
Respice tu clemens, ac miserere mei.
Pauper, egenus, inops ego sum, solusq; relictus:
Nec mihi suppetias qui ferat, vllus adest.
Vndiq; concurrunt hostes; tribulatio multa,
Cor usuot curæ, pessimus atq; dolor.
Tu qui cuncta potes tantis angoribus istis
Erue me tandem, & de anxietate mea.
Aspice cor humile, atq; graues attende labores:
Et delicta precor cuncta remitte mea
Contriti cordis tibi grata piacula sunto,
Atq; meas sordes abluat vnda tua.
Ecce inimicorum sunt multiplicata meorum
Agmina: me contra constituêre acies.
Exercent preciosa odia, insectantur iniquè
Quem benefactorem sustinuere diu.
Protege tu clemens animam; bellator & acer
Erue de insidiis, viribus, atq; dolis.

corpora. Que ex luto facta sunt. FRagilis. ad A
peccandum propter pronitatem fomitis origina
lis peccati. IRa. corripientis patris. GNati
egeni. Vel christi ouds, pendentis in cruce: uel
cuiuslibet iusti in angustia positi: nam & is per
adoptionem filius est, iuxta illud: Ego dixi uos
Dii estis, & filii excelsi omnes. Sic & in Euan-
gelio; ut sitis filii patris uestri, qui in cælis est. ps.81.
Mihi nequitia est. i. meorum, si ad christum Math.5
referatur; ut etiam alibi; longe à salute mea
uerba delictorum meorum, .s. hominum. LE- ps.21
gem pænitentiæ: Nam maius gaudium fit in Luc.15
celo super uno peccatore pęnitentiā agente, &c.
DIrige. Iuxa illud; Beati mites; quoniam ipsi Mat.5
possidebunt terram. Item; ego mitto uos, sicut
oues in medio luporum &c. ALtor. Pastor, & Mat.10
nutritor; ab alo, lis. VIas. De quibus supra: uel
octo beatitudines intelligit, quas ipse docuit.
MIssericordia. causa euphonię additur, s, ut in Mat.5
uersu possit stare; sicut in relligione, & relli-
quię, addit, ll. TEstamentum .i. promissionem
regni cęlestis. TEstes. Martyres pro iustitia oc-
cisi, & pro honore Domini. SEmine. Virili,
s. cretos .i. concretos; aphæresis est. DIscri- B
men i. periculum. DRaco. Diabolus insidians,
ut draco, & rugiens ut leo. Citra ultraq;. Quia
in ipsis uiis non potest laqueos ponere. SEm-
per eundo. Quia non progredi in uia Dei, re-
gredi est, ut ait Greg. FOElix. in spe, anima
hęc; quę non solum seruat præcepta legis anti-
quę, sed & consilia nouę. BOnis. Non tantum
temporalibus, sed magis spiritualibus gratiis.
SEmen. Non tantum proles corporalis, ut filii
bene educati; quin etiam discipuli bona erudit
disciplina. VIuentum. hic enim morientum est,
& in inferno mortuorum. Corde. Male cogi-
tando. ORe. Male loquendo. Hinc sapiens
dixit: fœlix qui non est lapsus uerbo. TEsta-
mentum. Vetus & nouum. REuelat. Nam ple-
raq; in eis abscondita sunt. E laqueis. Diaboli,
si quando in eis impegero. PAuper .i. modicæ
uirtutis. EGenus. auxilii diuini. INops.
Terreni subsidii. SVppetias. Subsidium; quod
& succursus dicitur, qui laborantibus datur.

C

D Protege. Clypeo gratiæ tuæ. DOLIS. Tribus his modis tentat nocere diabolus uiris iustis, cum satellitibus suis. RVBESCANT. Præ confusione, si me non exaudieris. DISC. ita. Simili confusione. ISRAELITAS. Qui ab Israele descenderunt. ANGORIBUS. Angustiis, & cruciatibus; ab ango, gis.

IVdicio me siste tuo &c. Multiplicia sunt Domini iudicia: de iudicio discretionis agitur in hoc psalmo. Postulat .n. Propheta discerni, & separari à malorū consortio, ne ex eorū conuersatione similis eis efficiatur; uel saltē esse credat. SISTE. Verbum iuris est; nam iudicio sisti, est coram iudice præsentari. LIBRÆ: Iustitiæ. EXUL. A Rege Saule, regressus post eius mortem. AGMINA. Inimicorum Philisteorum. QVÆ. De apprensione regni. COgnita. Per inopinatū casum: quod & factum est per mortē Abner Principis militiæ; & per cædem Isboseth Regis; a quibus immunis cognitus est Dauid a toto populo: unde & festinarunt ungere eum in Regem totius Israelis. TENTA. Non ut Deus experiatur illud, quod non nouit, qui scit omnia, etiam antequam fiant: sed ut faciat alios scire quod nesciunt: uel ut merita eorum per patientiam crescant. RENES. In quibus est humanarum sedes delectationum. PECTUS. In quo sedent cogitationes hominum. PNEUMATIS. Spiritussancti. SIMPLICITATE. Malitiæ contraria, qualem Iob legimus habuisse. VERO TUO. I. ueritati tuæ. SOli uero. Deus enim uerax est, omnis autem homo mendax. VANUM. I. uanitatis. VANI. Et mendaces, de quibus alius Propheta dicit: ueh filii desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me; & ordiremini telam, & nō per spiritum meum; ut adderetis peccatum super peccatum. INIQUA, Vt persecutionem iustorum. DOLO. Pro doloso; endialis est figura; que fit per resolutionem substantiui in adiectiuum. ut & illud: Arma uirum .I. Armatum uirum. ADORTOS. Insidiose nocentes. RESPEXI. Approbaui: ut in cantico Dominæ: quia respexit Deus humilitatem ancillæ suæ. i. approbauit. SYNAGOGA, Congregatio malignantium Iudæorum. Insontes inter. Anastrophe est figura; i. inter innocentes. MEMBRA lauabo. Opera mea purificabo. ILLOTIS manibus. Pro immundis operibus, quæ per manus designantur; quibus, vt plurimum, fiunt. Est etiam prouerbium; cum quis non dignus absq; debita præparatione temere aliquid aggreditur. MVNDIS. Ab omni scelere, & præcipue à sanguinis effusione. AMbibimus. Circundabimus, sicut fieri solet in processionibus. CYTHARÆDORUM. Omnium musicorum instrumentorum; ut sit methonymia, quia ponuntur artifices pro instrumentis. Potest etiam stare propriē, ut cantus & sonus musicorum hominum dulcis appareat in auribus Regis. TVARUM rerum miranda. Quæ maximē facta in exitu de AEgypto fuere. DOMUS. Tuæ: quæ

2. Reg. 3. & 4.

E

Es. 30.

Lu. 1.

F

In te speraui; ne, deprecor, ora rubescant:
Ne confundantur sparsa rubore graui
Ne simul insontes, & moribus ante probatis,
Qui mihi adhæserunt, discrucientur ita.
Israëlitas cunctis angoribus omnes
Tu Deus eripias cunctipotente manu:
Vtq; ego sustinui te longo tempore: mecum
Sic illi duras sustinuere uias.

ODE XXV. EX PSALMO. XXV.
Iudica me Domine.

IVdicio me siste tuo Deus optime iudex,
Examen libræ cuius in orbe nitet.
Exul enim dulcem patriam regressus adiui
Te fautore, insons, ambitione carens.
Vt mihi promisso tandem, te authore, potirer
Imperio, redij fessus ab exilio
Quod te consulto; quod te authore recepi,
Sit stabile imperium, perpetuumq; meis.
Nam tibi confido, tu spes mea uiuida semper;
Iam me infirmari ne patiare precor.
Quin potius regnum confirma robore multo:
Agmina iniquorum pelle inimica procul.
Quæ tu nouisti sincero corde peracta,
Hæc eadem nostro cognita fac populo.
Tu me igitur tenta; tentatum meq; probato:
Cum me tentâris, meq; probâris eis
Vre meos renes, quibus est inserta uoluptas;
Pectus & ure meum pneumatis igne tui.
Omnis ut inde fluat cordis meditatio munda;
Quæ nuda placeat simplicitate tibi.
Ante meos oculos tua missericordia dulcis
Semper adest: uero complacuiq; tuo.
Verus uti Deus es: tua sic promissio uera:
Nec tua polliciti pondere uerba carent.
Vnde tibi soli uero confisus adhæsi,
Concilium uanum displicuitq; mihi.
Sunt homines uani, sine te consulta parantes;
Inter eos sedes nulla parata mihi est.
Sunt homines uani, qui etiam meditantur iniqua:
Inter eos sedes congrua nulla mihi est.
Sunt qui conantur meditata patrare maligni;
Consilio addentes impia facta malo.
Inter eos nunquam sedi: nec talia adortos
Respexi: reproba est hæc Synagoga mihi.
Insontes inter potius mea membra lauabo;
Illotis manibus ne tua sacra geram.
Vt manibus mundis dignē circundatur ara;
Sic operis mundi uictima grata tibi est.
Tunc altare tuum & sacras ambibimus ædes:
Tunc amburbalis uictima grata tibi.
Tunc audita mihi laudum vox grata tuarum:
Tunc cytharædorum dulcis in aure sonus.
Tunc enarrabo rerum miranda tuarum;
Signaq; pro populo & prodigia alta tuo.

Ecce domus, nosti, me dilexisse decorem
Pectore, & ore tuæ; munificaq; manu.
Fac vt idem noscant alij, cultusq; ruinam
Iam propè labentis me reparasse tui.
Me statuisse locum norint, vbi gloria possit
Numinis immensi celsa sedere tui.
Ne perdas igitur animam pietate nitentem,
Mi Deus, inter eos, qui pietate carent.
Cumq; viris, multo qui gaudent sanguine fuso,
Ne statuas vitam, mi Deus, alme meam.
Præcipites habuêre manus, plenasq; cruore;
Semper iniqua gerunt, semper iniqua parant.
Dextera muneribus plena est, quibus ardet auara;
Vt premat insontes, vt iuguletq; pios.
Ast ego simpliciter, nec non innoxius vlli,
Sum regnum ingressus, quod mihi tu dederas.
Si tamen vlla mali labes tetigit precordia nostra;
Fœdauituè manus; tu miserere mei.
Me redimas oro sæcli venture redemptor;
Atq; meas sordes ablue rore tuo.
Pes meus in recto stetit, est affectio recta:
Est desiderium tempus in omne pium.
Cœtibus in cunctis benedicam, teq; fatebor;
Atq; tuas laudes pectore, & ore canam.

ODE XXVI. EX PSALMO. XXVI.

Dominus illuminatio mea.

VNctio quanta potest, si fusa sit æthere summo,
In mentes hominum, Psaltria nostra canit.
Dauides Cytharædus erat puer, Vpilioq;:
Inter & Isaidas frater erat minimus.
Exterius puerum sacro perfudit oliuo
Fatidicus vates, missus ab vrbe Rhama.
Interius verò cælesti chrismate pectus
Linijt aura potens, gratia sancta Dei.
Egregium vatem, & psaltem (mirabile dictu)
Fecit eum subito, belligerumq; virum.
Rex iterum parua sub Hebrone perunctus Iuda,
Est factus magnum dignus ad Imperium.
Ante tamen plures, quám proueheretur ad illud,
Infestos hostes, insidiasq; tulit.
Vnde lacessitus, tantisq; exercitus armis,
Contra insultantes talia voce refert.
Lumen id immensum Dominus, quo cuncta creata
Lumina, quæ terris, quæ super astra micant:
Lux ea, quæ genita, est Dominus de luce superna;
Qua perlustratur quicquid in orbe nitet.
Ignea procedens charitas, amor atq; duorum,
Qua feruent homines angeliciq; chori.
Hic Deus & Dominus mea perlustratio clara est:
Nubila quæ horrescam? quas metuam tenebras?

quæ est Ecclesia. PEctore. Propter deuotas A
meditationes. ORe. Propter uocis laudes. MANU.
propter opera. CVltus tui ruinam. Quæ facta 1. Reg.
est tempore Heli Sacerdotis; capta à Philisteis 4.
arca fœderis Domini; & destructa urbe Sylo; Hier. 26
deinde & Nobe; & interfectis sacerdotibus Sau-
li Regis iussu: Referendo hęc ad Dauid, iuxta 1. Reg.
litteram. Allegoricè uerò, ad Christum; propter 22.
peccata Iudæorum, qui temporibus eius fuerût.
Ipse .n. uineam suam, idest Ecclesiam abstulit a
a malis agricolis dissipatam; sed a se reparatam Mat. 22
locauit. Apostolis eorumq; successoribus. LOCû.
sub amplis porticibus iuxta palatium suum. SE- 1. Reg.
dere. Super propitiatorio; quod dicebatur esse 6.
sedes Dei. SAnguine. Innocentum s. MVneri- Ex. 25.
bus. Quæ interdum oculos sapientum excæcât. & 26.
NEC non innoxius .I. non noxius: tres .n. nega-
tiones simul iunctæ negant. Duę autem affir- Deu. 16
mant. TV dederas. Per unctionem Samuelis.
MAli labes; Peccati macula; quia nemo sine
crimine uiuit; & in multis offendimus omnes. B
REdimas oro. Nam & præuaricationes, quæ
erant sub priori testamento, Christus abstulit;
& quæ sub nouo (ut docet Apostolus) Rore tuo;
Gratia tua; quæ per sanguinem Christi facta
est. REcto. In rectitudine iustitiæ, circa obser- Heb. 9.
uationem mandatorum tuorum. AFfectio recta.
Quædam passio honesti amoris, qui & zelus di-
citur; de quo in ·l o psalmo; Zelus domus tuæ ps. 68.
comedit me. CŒtibus. Fidelium, à quibus lau-
des, & gratiarum actiones assiduæ Domino of-
feruntur. PEctore & ore. Corde & uoce; sub-
audiendum est, & opere; Nam cithara spiritua-
lis tricordis esse debet, ut dulciter sonet in au-
ribus Domini. Amen.

VNctio quanta potest. In hac ode exhorta-
mur ad assiduam orationem, quamdiu sub
fasce angimur tribulationum, exemplo Da
uid, cum persecutionem patiebatur a rebelli filio
Absalone, sed multo magis exemplo Christi à
populo Iudæorum oppresso; nam prophetia est
passionis, atq; orationis & resurrectionis eius.
Sed in principio ponitur uirtus unctionis Spiri-
tualis, quia & Prophæta, & Dominus ipse pro-
phetarum fuit vnctus, iuxta illud: propterea C
vnxit te Deus, Deus oleo lætitiæ p. participibus
tuis. PSaltria musa nostra. Theocharis. ISai
das. Filios Isai patris Dauid, qui habuit octo Ps. 44.
filios; quorum minimus erat Dauid, qui pa-
scebat gregem patris sui; quando Samuel un- 1. Reg.
xit eum de mandato Domini, spretis maioribus. 1. Reg.
FAtidicus uates. Prophæta Samuel. RHama. Quę 16.
& Rhamata dicebatur, unde Samuel fuit oriun-
dus ex patre Helcana, & matre Anna. CHris-
mate. Vnctione spirituali. Græca dictio est, qua
modo & Latini utuntur. Episcopi in sacramen-
to confirmationis. EGr. uatem. Prophetam,
super omnes excelsum. PSaltem. Psalmistam:
nam ad sonum psalterii psalmos componebat,
spirituali gratia, & uaticiniis refertos, de Chri-
sto & eius Ecclesia. BElligerumq; uirum. Bel-
latorem fortissimum. PArua Hebrone. In com-
paratione Hierusalem Regiæ urbis, de qua scri-
bit Plinius, qui erat clarissima urbiũ orientaliũ.
IVda. s. tribu. Hanc Historiã uide ii. lib. Reg. c. 2.
HOstes. Domesticos, & externos, ut ibi. LA-
cessitus. Vexatus. EXercitus. Fatigatus; sic & Virg. de AEnea; nate Iliacis exercite fatis. LVmen id im-
mensum. Deus pater. LVmina creata. Spiritualia, & corporalia. QVæ terris. Sol, Luna, & Stellæ, &
cetera, quibus in terris nos utimur die, noctuq;. Dominus. Filius ex patre genitus, ut in symbolis Ecclesiæ.
Ignea. Quia Deus noster ignis est consumens peccatorum rubiginem; & quia in specie ignis descendit super di-
scipulos.

D scipulos. PROCEDENS charitas. Spiritus sanctus,
qui ex patre, filioq; procedit. AMOR duorum.
Patris in filium, ac Filii in Patrem. MALIGNO.
Diabolo. RVVNT. Figuratè. LACERENT. Detra-
ctionib. & flagellis. INFREMVERE. Vt referas ad Da-
2. Reg. uid: egredere egredere uir sanguinum. Item moria-
16. tur, qui rapuit ouiculam, & interfecit pastorē.
2. Reg. Si ad Christum: Crucifige, crucifige, & alia
12. multa similia. Lege Euangelium. FLAMMA. Io-
Mat.27 uidiæ, demum & gehennæ. EXTERA. Pro exter-
na, Allophyllorum ac gentilium. FERALIA. Mor-
tifera. GELIDO METV. Qui gelidos facit metuen-
tes. FORTISSIMA castra, Angelorum. s. qui mit-
tuntur a Deo in adiutorium populo Dei. NECI.
Aduersariorum. EX æthere. Diuino fauore.
VNAM. In psalmo dicitur, unam, & subauditur
rem, uel gratiam: unum hoc præcipuum, iuxta il-
Luc.10 lud: Martha Martha sollicita es, & turbaris er-
ga plurima: porrò unum est necessarium &c.
Bar.3. IN ædibus amplis. Paradisi, iuxta illud: O Israel
quam magna est domus Domini? hic autem in
terris sunt eius tabernacula, ueluti militantiū.
DVM uiuam. Semper enim ibi uiuitur. TVNC.
Ho.37. Post uitam præsentem, quæ futuræ uitæ compa-
rata, mors est potius dicenda, quam uita, ut
E docet Gregorius. VITA perennis. Anadiplosis
figura, quæ fieri solet exprimendæ lætitiæ causa.
AB ÆVO. Nullo temporis spacio: nam in æter-
nitate non habet tempus locum. DIES. AETER-
nus. FINE. Morte; quæ uitæ huius finis est. IN
ipso. Domino; in quo tanquam in speculo relu-
cent omnia. PECTVS. Cordis meditatio. ORE
canam. Laudabo Dominum iuxta illud: Bea-
Psal.83 ti qui habitant in domo tua Domine, in sæcula
Sup eo sæculorum laudabunt te. Vnde Augustinus: no-
dē psal- strum exercitium erit continue, laudare Deum.
mo. Quid dulcius? quid suauius, quàm cantare, &
glorificare Deum. SVA templa. Sanctorum ani-
mas; quæ uiua sunt Dei uiui templa. VISCERIBVS
meis. Vnde Apostolus: templum .n. Dei sanctū
2.Cor. est; quod estis vos. TABERNACVLI. Quod erat in
6. Nobe, tempore Achimelech Sacerdotis. PA-
2.R.12. uit. Panibus propositionis. TELA. Goliath,
Mat.27 Gygantis, ut habetur in ii. lib. Reg. CELSA petra.
Maonis. ASSVMPSIT. Hi versus possunt adaptari
D.N.I.CH. OBIBO. Circundabo, ut fieri solet
in processionibus. VAPOR. Fumos Thuris, seu
F Thimiamatis, & aliorum odoramentorum sua-
uissimi odoris. CONFICIOR lachrymis. Lachry-
mando consumor. VT AMANS. Sic .n. Deus di-
Io.3. lexit mundum, ut filium suum unigenitum da-
ret. MISERATVS. Primæ coniugationis, depo-
nens est transitiuum, & construitur cum accusa-
tiuo. Misereor uerò secundæ inflexionis, est de-
ponens possessiuum, & genitiuo iungitur: sed
miseret, est impersonale. QVOD petii. De quo
supra. PRÆDIXERE tibi. Suple, spiritus exardens
&c. quæ sequunt in superioribus uersibus. TE TE.
Anadiplosis figura; geminatio toties repetita, af-
Iob.13. fectum mentis maiorem exprimit. FESSA. Ex as-
pectu rerum temporalium, quæ cito transeunt,
nec diu in eodem statu permanent. DIVINAM
faciem

Bellipotens Dominus meus est: protector & acer:
Vnde mihi auxilium, fortis & vnde salus.
Quem formidabo mortalem? quem trepidabo?
Si Deus omnipotens auxiliator adest?
Flatibus impulsi, dum tentatore maligno
In me succensi noxia turba ruunt.
Vt lacerent carnes nostras de more leonum;
Dentibus excussis infremuere truces.
Sed quid agent sæui? spinis, tribulisq; refectis
Infirmabuntur: flamma vorabit eos.
Extera consurgant in me feralia castra;
Non poterit gelido cor trepidare metu.
Exardens sursum fortissima castra, videbo;
Quæ nos antevolent, ignea tela ferant.
Etsi conflictus in me, etsi prælia surgant;
Iamq; acies adsit stricta parata neci.
Non formidabo, sperans ex æthere palmam,
Quam mihi promisit bellipotens Dominus.
Vnam suspirans petij, præq; omnibus vnam:
A Domino hoc vnum, præcipuumq; petam:
Vt mihi fas habitare suis sit in ædibus amplis,
Dum viuam: mihi tunc vita perennis erit.
Vita perennis erit, nullo claudetur ab æuo:
Tunc sine nocte dies: vitaq; fine carens.
Vtq; voluntatem Domini contempler in ipso;
Vt delectetur pectus, & ore canam.
Sydereo præfixa polo sua templa reuisam,
Atq; in visceribus condita templa meis.
Cum mala perpeterer conclusus ab hoste maligno,
Et via, qua fugerem, nulla pateret ibi.
Ipse tabernacli tectis penetralibus alti
Condidit, & pauit, fidaq; tela dedit.
Tum me protexit fugientem, meq; morantem
Seruauit, celsa me tulit inde petra.
Nunc quoq; me assumpsit, caput exaltauit, & hostes
Contudit; ac populos subdidit ipse mihi.
Quas ego nunc referam grates? queuè omnipotenti
Obsequijs tantis munera digna feram?
Sacra tabernacli penetralia lætus obibo:
Nomen & illius vociferando canam.
Plurima victrici mactabitur hostia dextra:
Multus & ascendet gratus ad astra vapor.
Organa cum cythara, simul & psalteria tangam:
Hymnos, & psalmos pectore, & ore canam.
Exaudire meam dignare pijssime vocem,
Qua tibi clamaui pectore & ore gemens.
Iam tandem miserere mei: misere gementis
Et suspirantis pectore, & ore tibi.
Conficior lachrymis: vt amans miseratus amantem
Me Deus exaudi: da mihi quod petij.
Spiritus exardens excandescentia corda,
Inflammata tuo pectora amore vide.
Prædixêre tibi, quid mens exhausta requirat;
Quiduè sibi poscat saucia amore tuo.
Te mea te facies: te te mea lumina quærunt:
Exquirunt vultum lumina fessa tuum.
Diuinam faciem, nitidum super omnia vultum

Semper ego exquiram, donec eum videam.
Sydeream interea faciem Deus æthere summo
Ne vertas a me, Regis vt ira solet.
Regis vt ira solet miseris auertere vultum,
Quos dedignatur se penes aspicere.
Ne precor a famulo, multa indignatus in ira,
Declinare tuo, lumina blanda velis.
Quin meus adiutor, meus & protector adesto:
Ne me desertum te procul esse velis.
Sed neq; despicias me; quin saluator adesto;
Vt Dux præcedens pande salutis iter.
Namq; mei paruum me deseruere parentes:
Sed tamen assumpsit me Deus omniparens.
Mira quis hec credat? natum pater ipse reliquit?
Infantem mater deseruitq; suum?
Impius ergo pater natum, sed et impia mater
Sustinuit viuens deseruisse suum?
Impius ille pater valeat, simul impia mater:
Suscepit melior me Deus ipse parens.
Pone mihi legem, nostros quæ dirigat actus
In mandatorum non fluitante via.
Arctior atq; regat fluidos tua semita gressus;
Hinc inde expositis ne capiar laqueis.
Namq; tetenderunt inimici vincula mille
A dextra & læua, decipulasq; suas.
Vt declinantem paulisper tramite recto,
Ilicet obtectis muscipulis caperent.
Ne me tradideris sæuis, precor, hostibus istis;
Ne perdant animam, corpus, & omne bonum.
Neuè voluntati crudæ patiaris eorum
Me tradi; tribuler ne magis atq; magis.
Insurrexerunt in me tam vana loquentes
Falsidici testes; quòd patuêre statim.
Sunt falsi testes uel inania tanta locuti:
Ementita sibi quòd sua nequitia est.
Erutus illorum duris ex vnguibus ergo,
Te duce proficiam; te duce celsa petam.
Nam defunctorum penitus tellure relicta,
Viuentum in terra credo videre bona.
Quæ bona? quæ Domini iucunda? perennia cernã?
Omnia tutus vbi credo videre bona.
Hinc responsa mihi tenui sunt lapsa susurro:
Quæ sola audiuit mens bene fixa polo.
Macte noua virtute vir esto, morare morantem;
Et confortato pectore sustineas.

ODE. XXVII. EX PSALMO. XXVII.
Ad te Domine clamabo.

ANxius ex nimio curarum spiritus estu,
Clamitat ad Dominum voce gemente suum.
Ad Dominum cæli, terræq;, marisq; potentem
Clamabo interius pectore, & ore foris.
O Domine alme Deus, clamorem percipe nostrum:
Et responde precor; ne mihi conticeas.
Responso dignare tuo de sede suprema

faciem. Quæ in hoc sæculo uideri non potest, A
dicente Apostolo: uidemus nunc per speculum
in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. SYde- 1. Cor.
ream. Serenam, qualis est facies cæli stellis ap- 13.
parentibus. SOlet. Auertere, ut sequitur. SE
penes. Prope se: est anastrophe figura, quæ fit
quando præpositio, quæ deberet accusatiuo præ-
poni, postponitur. PArentes mei. De quibus Ez.16.
supra; pater tuus Amnioreus, & mater tua Ce-
thça. Ex persona Ecclesiæ ex gentibus collectæ
hæc intelligenda sunt: cui alibi dicitur; Audi ps.44.
filia, obliuiscere populum tuum, & domum pa-
tris tui. &c. OMniparens. Tam Gentilium, quã
Iudæorum. NAtum. Sibi, suisq; malis operibus
abrenũciantẽ: quod fit in baptismo. PAter. Diabolus
MAter. Synagoga Iudæorũ, seu gẽtilitas. IMpius
ergo Pater. Quis dubitat? fugite fratres (clamat
Ambrosius) talẽ patrẽ; qui suos filios non amat,
sed odit. Sic amat diabolus filios suos, sicut glu-
to porcellum, ut mactet, & dilaniet. LEgem,
Euangelicam. FLuitante uia. Quæ sectatores
suos fluctuare non permittit. ARctior semita.
Consiliorum, qua pergunt ueri Religiosi; qui
uota castitatis, obedientiæ, atq; paupertatis B
profitentur, atq; adimplent. HInc inde. Citra,
vltraq; uiam, & semitam; quia intra ponere nõ
permittitur. Sibi ergo imputet, qui sua sponte a
uia uel à semita declinat. DEcipulas. Machinu-
las quasdam ad capiendas auiculas, aut etiam
mures. Hæ sunt fraudulentiæ diaboli, quibus
sub specie boni fatuos è religione trahit. PAulis-
per. Nam & quandoq; bonus dormitat Home-
rus: & rarus est uiator, qui uisis floribus, aut
fructibus, non declinet à uia ad carpendos illos.
Ilicet. Ilico, statim. Venator .n. Diabolus semp
est paratus ad capiendam prædam. MVscipulis.
Idem quod decipulis, vt supra. HOstibus. To-
tius generis humani. ET omne bonum. Quod
ante fecimus. Ecce quãta est iactura miseri pec-
catoris. Hinc Iacobus Apostolus ait: Defleat
peccator, quia offendens in uno, factus est om- Iac. 2
nium reus. & Dominus per Ezechielem prophe-
tam dicit: Si auerterit se iustus a iustitia sua, & Ezech.
fecerit iniquitatem; omnes iustitiæ eius, quas
ante fecerat, non recordabuntur amplius. PA-
tiaris. Neq. n. dæmon ullam habet potestatem
affligendi homines absq; Dei iussu, aut permissu.
FAlsidici testes. Sicut legitur in passione D. N.
I. Ch. quòd multi falsi testes dixerunt falsum C
testimonium contra eum, sed non erant con-
uenientia testimonia eorum. ERutus. Post mor- Mar 14
tem tertia die, quando suscitauit eum Deus.
PRoficiã. In conuersione hominum ad Catho-
licam fidem. CElsa petam. Quod factum est in
die Ascensionis eius. VIuentum in terra. In pa-
radiso, ubi omnes uiuunt; in inferno autem non
nisi mortui sunt: hic uerò in hac terra mediã
uiuunt, & moriuntur. BOna. Et uera bona, &
cuncta bona, ubi nulla sunt mala. QVæ bona.
Admirantis exclamatio est. PErennia .i. perpe-
tua, & nunquam defutura. TEnui susurro. In-
terioris inspirationis. FIxa polo. In cælestibus
regnis. MActe. Magis aucte. Hic est, qui am-
bulat de uirtute in uirtutem. MOrare. Expecta
expectantem te.

ANxius ex nimio &c. Et in hoc psalmo Pro-
pheta tam in persona sua, quã D.N.I.Ch.
clamat ad Dominum Deum, ut eruatur ab
angustia tribulationum, & passionis; ut & nos
inducamur ad clamandum, quando grauamus

D ab aliqua anxietate. CLamitat. Frequentatiuo utitur uerbo ad designandam clamoris frequentiam. FAmulum tuum in omne tempus. Aduersitatis, & prosperitatis. INdignus. Propter peccata mea, si ad personam Prophetæ referas: si ad Christum, peccata suorum; sicut & in ode 21. PAssus. Propter diuturnitatem anxietatis, & clamoris. SImilabor. Illis, quos ira iudicis iubet includi in atrum lacum .i. in obscurum carcerem, præcipuè Inferni. IN carceribus. Epexegis, est expositio superioris sententiæ: solent .n. poetæ, cum quid paulo obscurius dixerint, mentem suam aperire, ut intelligantur. finis.n. & intentio poetarum est delectare, & prodesse: quod si non intelligerentur, neutrum efficerēt: immò nec legerentur. Vnde diuus Augustinus proiecit Persium dicens: non uis intelligi? non intelligeris; sed neq; legeris. SCatent. Effluunt: sicut ex plagis Iob uermes scatebant. LOcuti. Absalon, Achitophel, & complices sui; si ad Dauiden hæc dicta referantur: si ad Christum, Scribæ & Pharisei; sicut habetur in Euangelio. AVitæ. Abrahæ, Isaac, & Iacob, qui erant sepulti in Ebron; quo finxit Absalon se uelle ire ad soluenda uota, quæ fecerat, dum esset causa Præcedis fratris: ut habetur in libris Regū. Ad Chri-

E stum autem relata; putabant Pontifices Iudæorum, obsequium se præstare Deo, occidendo Christum, quem dicebant suæ relligionis exterminatorem. COniurare parant. Absalon, & sui complices contra Dauiden; sic & collegerunt Pontifices & Pharisei concilium aduersus Iesum vt eum morti traderent. Lege Euangelium.

Mat.26 Congere. Accumula. FLagra. Flagella. ADauge. Non imprecantis, sed prædicentis hæc uerba sunt. ADinuentum. Adinuentionem, sub pretextu, quod me peccatorem deseruerit; & propterea iustè uideri illos me persequi. Sic & Iudæi sub prætextu Romanorum, ne propter D.N.Ch. tollerent locum, & gentem; constituerunt, illum occidere. NEphas. Cædis Da-

2.R.17. uidis, & Christi. EDucta in lucem. Manifestata, quæ prius latebat. INformi lætho. Suspendio, quo uterq; proditor periit, Achitophel & Iudas: Sed Absalon fugiens, crinibus est suspensus; deinde & quatuor lanceis est confossus: & cadauer eius proiectus est in foueam in solitu-

F dine. ALiis. Qui secuti sunt partes Absalonis: nam triginta millia in prælio sunt interfecta: similiter & Iudæorum, qui Christum interfecerunt; xi. centena millia perierunt, ut scribit Iosephus in lib. de Bello Iudaico. INtellexere.

Mat.15. Malitia eorum animos excæcante. PErdes. Iuxta illud: omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur. AEdificabis eos. Amplius, sicut alias sæpe fecerat. STirpem. Pedem arboris magnum. IMpete uasto. Exercitus Dauid, quo ad ipsum: & Romani exercitus, quo ad

Luc.1. Christum. INfima .I. humilia. QVatit. Insperata ruina. Sic & Beata Virgo Maria in cantico suo: Dispersit superbos mente cordis sui; deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. FVerit. Subaudi, qui fuerit noster adiutor. COntuderit. Confregerit, & conquassauerit. FAlsa. Decepta. SItu. Squallore. PRæ letitia. Reditus in regnum, quò ad Dauid: quò ad Christū, præ lætitia resurrectionis. CHristi. Regis, & Messiæ. HActenus. Vt patet ex libris Moysi,

indicum

Clamantem famulum, tempus in omne, tuum.
Ne si conticeas, videaris percitus ira;
Ac veluti indignas spernere velle preces.
Sim licet indignus: sed tu mitissimus esto:
Et tandem fessas suscipe quæso preces.
Nam si non exaudieris, similabor in atrum,
Quos iubet includi iudicis ira, lacum.
Ne me tradideris cum peccatoribus illis,
Quos in carceribus vincula dura ligant.
Ne me perdideris cum peccatoribus illis,
Quorum corda malis, lingua, manusq; scatent.
Ah quoties mecum, veluti cum fratre, locuti
Sunt pacem: sed erant pectora plena dolis.
In vultu species est relligionis auitæ:
Votaq; dissimulant soluere velle tibi.
Coniurare parant in me: sed mente dolosa;
Atq; improuisum perdere posse putant.
Tu iustus iudex opera, & non verba loquentum
Attendens potius, cordaq; plena dolo.
Tu pro demeritis super illos congere flagra:
Iuxta nequitiam cordis adauge mala.
Pessimum adinuentum meditati, audacter aperta
Id complcuerunt proditione nephas.
Tu maiestatis conuictos criminc damna,
Educta in lucem proditione, reos.
Proditor informi lætho sua viscera fundat,
Quæ conceperunt tam graue dira scelus.
Sic quoq; retribuas alijs, qui munere eodem
Sunt functi: reddas quæ tribuêre mihi.
Authores sceleris sic debita pœna sequatur:
Accipiant in se quæq; tulêre manus.
Namq; opera hi Domini haud intellexere superbi,
Quæq; timenda facit, quæq; pauenda reis.
Vnde opera illorum perdes: perdentur & ipsi:
Euelles, & non ædificabis eos.
Turbine ventorum vt trahitur radicitus arbor,
Stirpem cum ramis vna ruina trahit:
Sic cum progenie rapietur ab impete vasto
Roboris immensi perdita turba tui.
Hinc benedicetur Deus; & laudabitur vnus;
Infima qui exaltat; quiq; superba quatit.
Hunc ego laudabo; quod me prospexerit alto,
Quòd fœlix nostras audieritq; preces.
Noster & adiutor fuerit, protector & acer:
In nos hostiles contuderitq; manus.
Nam veluti mea mens semper sperauit in illo,
Sic iuuit: nec enim spes mea falsa fuit.
Hinc macie confecta caro, & mærore subacta,
Et rugosa cutis, ossaq; sicca situ;
Splendida facta nitent: renouata refloruit ætas,
Iam pre lætitia pectus & ossa vigent.
Sponte fatebor ei; diuino ex munere venit,
Quòd sum victor ouans: sponte fatebor ei.
Tu Deus armipotens populi protector Hebræi,
Saluator: Christi robur & ipse tui:
Vtq; tuum populum seruasti ex hoste maligno

Hactenus

Hactenus, ô hominum, spirituumq; pater:
Nunc quoq; perpetuam nobis prætende salutem
Et Benedic sorti tu pater alme tuæ.
Peruigil ô custos, summi & regnator olympi,
Custodi populum sæcula cuncta tuum.
O hominum Rector nostros tu dirige calles:
Fortiter áprensos deniq; ád astra leua.

ODE XXVIII. EX PSALMO XXVIII.
Affertе Domino.

PRincipis excelsi tentoria strata tapetis
Ingenti cura structa fuere diu.
Quippe tabernacli diuinitùs instar habebant
Expleti, magno Mose docente fabros.
Cumq; expleta forent, cunctorum condita plausu
Protinus est in eis fœderis archa Dei.
Tum Rex Isacides fidibus psalteria denis
Pangendo, cœpit talia verba loqui.
Ferte sacerdotes agnos, afferte bidentes:
Ferte Deo nati munera sacra patri.
Assumpti in natos homines afferte parenti
Sacra Deo excelso pectore, voce, manu.
Victima pacifica mactetur, & hostia, cæsis
Hostibus: accelerent ferre holocausta Deo.
Arida cum liquidis, plenæq; ferantur acerræ
E syluis Arabum, thuris odore graues.
Gloria, laus, & honos magno sit oblata parenti
Omnibus à vobis pectore, voce, manu.
Nomini & ipsius dignas expromite laudes,
Et meritas grates: pangite dulce melos.
Huc properate citi sua ad atria sancta frequentes;
Hic vt adoretis cætus adesto frequens.
Consona vox Domini cælo demissa sereno,
Ad Iordanis aquas vox ea lapsa ruit.
Vox Maiestatis descendit ab æthere summo;
Intonuitq; potens ecce repente Deus.
Est amplexus aquas subito sub lumine clarus,
Et vim gignendi contulit ignis aquis.
Vox ea virtutis, summæq; potentiæ ab alto
Audita est; vndæ contremuere maris.
Vox ea magnifici Regis superambulat vndas;
Demonstrat prolem patribus atq; suam.
Progeniemq; nouam mox indicat esse futuram,
Quam per aquas generet spiritus aura leuis.
Vox ea proceras confringet turbine cedros,
Vox super vndisonas altitonantis aquas.
Nec parcet cedris, Libanus quas sustinet altus:
Robora, dura licet, quassa fragore cadent.
Ah mentes hominum læuas per inane volantes
Vox ea terribilis, vox ea sternet humi.
Deijciet tumidos elata mente superbos:
Strataq; comminuet corda tremore graui.
Vt tenerum Libani vitulum læuita minister
Frustratim minuit, dum parat exta Deo:

Iudicum, & Regum. O hominum. Hic non fit collisio. PERpetuam salutem. Animarum, quæ facta est per Christi redemptionem. SOrti tuæ. Hæreditati tuæ; quæ est Ecclesia. POpulum. tunc temporis Hebræorum: modo Christianorum, ex Hebræis & gentibus collectum. CAlles. Iustitiæ semitas. APrensos. Manu gratiæ tuæ. AD astra leua. Extolle ad paradisum, ubi iusti fulgent, sicut stellæ. A

PRincipis excelsi, &c. Præparauerat Rex Dauides propè domum suam porticum spatiosam, auleis & tapetibus ornatam: sub qua translata est Arca fœderis Domini cum suo tabernaculo: & quasi in eius dedicatione hac ode inuitat populum, & sacerdotes ad offerẽdas Deo uictimas cum iubilatione cordis, & canticis uocalibus. Dicit ergo Vates; Principis excelsi, &c. Sciendum tamen est, tabernaculum illud figuram fuisse Ecclesiæ militantis, quæ per Baptismum Christi renouata est: de quo hic aperta est prophetia. TAbernacli. Cuius structura describitur in exodo, c. 25. & 26. cum sequentibus. CONdita. Reposita, quasi in abscondito loco, quo soli sacerdotes penetrabãt. FOederis. Quod pepigit cum Israelitis, ad montem Synai, ut eum Deum solum colerent; & ipse habitaret in eis, tamquam Ductor, ac protector eorum. Isacides. Dauid ab Isaco descendens: patronymicum est. FIdibus denis. Decem cordulis, quibus psalterium pulsabatur: & spiritualiter significant x. præcepta Dei. PAngendo. Canendo: nam inter psallendum canebat & uersus uoce sonora. FErte. Pro afferte; aphæresis est figura. BIdentes. Bimas oues, i. duorum annorum; quæ sic uocantur propter duos dentes cæteris eminentiores, quos potissimum in ea ætate præ se ferunt. NAti. i. Filii Dei; ii sunt Sacerdotes ministerio Dei applicati: quos & Deus filios, & Christus fratres dignatus est appellare. Vtinam dignitatem tantam moribus & studiis seruaremus: sed, proh dolor? argentum & aurum uersum est in scoriam, ut exclamat Esaias propheta. Assumpti in natos homines. Hæc adoptio fit in baptismo, de quo infra. PEctore, uoce, manu. i. corde, ore, & opere. Hæc est cythara tricordis bene sonans in auribus Domini. VIctima, & hostia. De quibus abundè in Leuitico. NUnc recesserunt ab usu; quia melioribus hostiis placari uult Deus. ACerræ. Nauiculæ incensi. MElos. Dulcẽ cantũ, atq; auribus suauẽ. MAris. i. Lacus Genesaret, qui in Euang sæpe dicitur mare, iuxta morem Hebræorum, qui omnẽ magnam aquarum congregationem appellant mare. VOx ea. De qua in Euangelio: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. PRolem suam. i. filium suum. NOuam. Christianorum, s. SPiritus sanctus. Hoc accidit in baptismo, ubi regeneramur ex aqua, & spiritu sancto; ac efficimur filii Dei, & sanctæ matris Ecclesiæ. PRoceras. Longas, & altas. CEdros i. altas ac superbas mentes Scribarum, Pharisæorum, nec non & Principum Sacerdotum, totiusq; populi Iudæorum; deinde & gentium, maxime philosophorum; de quibus subditur. Libanus altus. Mons est inter Phoeniciam, & Arabiam ad cuius radices, Iudæam uersus, fluuius Iordanis oritur, ex duobus fontibus in unũ concurrentibus; nomen uni, Ior; alteri, Dan: qui simul conuenientes Iordanis nomẽ efficiunt. FRa-

Margin: B; Ex. 14.; Mat. 18; C; Math. 3 7. 17.

D gore. Strepitu arborũ, quæ cadendo franguntur: per quẽ grauis ille tumultus significatur, qui excitatus est in Iudæorum, ac Idolorum occasu, ad ueræ fide promulgationem. MEntes hominũ. De quibus supra; & hic uates seipsum aperit, de quibus cedris locutus fuerit: quia nõ de lignis, sed de superbis hominibus. EXtra. Generaliter intellige pro cunctis carnibus Deo offerendis, quando imolabatur. Rhinocerontius .i. Rhinocerotis pullus: possesiuum pro genitiuo proprii. Est autem Rhinoceros animal cornu inter nares habens, quo ab Helephante hoste se tutatur. Mono fronte κερως .s. unicornis. Facta est figura thmesis .i. sectio unius dictionis, & alterius interpositio. Est .n. integra dictio, monocheros; sed Græca uox est pro Latina accepta, unicornis: quæ dictio non capitur ab hoc uersu. SYluester equinus .i. pullus unicornis; quia similatur equo albo, præter cornu, quod fronte gerit. Flammas uoraces. Concupiscentiarum malarum. ROre superposito. Gratiarum, ac donorum Spiritus sancti, quibus restinguntur illæ flammæ. Deserta. Gentilium corda. COncussa. Ad pænitentiam. Virescunt. Sanorum uerborum foliis, deinde & fructibus bonorum operum. NOuos ceruos. Hi sunt Apostoli, & prędicatores uerbi Dei; qui per totum orbem discurrentes, fidem Catholicã ubiq; propagauerunt. PLagæ concretæ. Septentrio-

E nalis est regio, ubi glaciale pelagus esse dicitur. Omne uirus exhaurire. Allusit ad naturam ceruorum, qui cornibus ramosis ex senio grauantur: hoc pacto depositis cornibus, & ueteri pelle renouantur. Hauriunt enim attractu narium uenenosa reptilia ex cauernis petrarum, quæ manducant, & ueneno inflammati siti ardent, & rapido cursu petunt gelidos fontes, quorũ epotæ aquę suo maiori frigore ad cutim uirus extrudunt; qua cum cornibus excidenter iuuenescunt. Sic Apostoli, & prædicatores spiritu suo eduxerunt omne malum uirus peccatorum ex conscientiis malorum hominum cauernosis, p confessionem: deinde aquis baptismi, & reli-

Esa. 12. quorum sacramentorum, (quæ Christi sunt fontes, de quibus Esaias ait: haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris) uetustã pellem exuerunt; & nouum hominem induerunt: & hoc pacto renouati sunt. Obscura condensa latebris. I. mysteria abscondita in scripturis ueteri testamenti. Diluuium. Baptismi, & gratiarum spiritus sancti, atq; inundantia prædicationis uerbi Dei: quæ omnia post Christi aduentum, totum orbẽ inundauerunt. Aquai. Pro aquæ, soluta diphton-

F go more Greco. Et benedicat ei. Supple, populus nouus fidelium Christianorum.

Sic mentes hominum, tenues delapsa per auras,
Dum tonat, extemplo vox ea comminuit.
Hic mihi dilectus ceu Rhinocerontius extat
Hinnulus, aut eius qui mono fronte κερως.
Hic mihi dilectus veluti siluester equinus,
Fronte gerens cornu; quo velut ense ferit.
Vox ea vox Domini, flammas ex igne voraces,
Quæ cessare facit rore superposito:
Vox Domini deserta quatit: concussa virescunt:
Et deserta cades floruit imbre nouo.
Quam celsæ virtutis erit vox inclyta ceruos
Ad cursum celeres visa parare nouos.
Hi rationales cerui, qui præpete cursu
Ortum, atq; occasum, meridiemq; petant.
Nec terrebit eos glaciali frigore pontus,
Concretæuẽ gelu, quas tenet vnda, plagæ.
Fælices cerui, qui naribus omne cauernis
Exhaurire virus insinuare queant.
Mox epotandas gelido de fonte fluentes
Saluatoris aquas ore inhiante peti.
Quæ fuerant obscura prius condensa latebris,
Clara reuelabit, ceu tuba, vox Domini.
Condita Diuinæ legis mysteria sacra
Eruet, vt tectis dulcia mella fauis.
Propterea in templo dicetur ab omnibus alta
Voce: sit inde Deo gloria laus, & honor.
Gloria, laus, & honor Domino reddatur vbiq;:
Condita qui reserat, mox & operta facit.
Diluuium dabit in terra: quo sicca rigentur
Pectora, vt inde sibi fructificare queant.
Diluuium dabit in terra cælestis aquai,
Vt sordes hominum rite lauentur ea.
Mentibus in puris quoniam Rex ipse sedebit,
Emundare omni pectora sorde decet.
Hic & in æternum sedeat regnator olympi;
Virtutem populo donet vt ipse suo.
Qui benedicat ei, per pulchra vt pace fruatur
Magnificet Dominum, glorificetq; Deum.

ODE XXIX. EX PSALMO. XXIX.
Exaltabo te Domine.

CVm Rex Dauides excelsam dederet ædem,
Vt fierent in ea sacra Deo patrio
Egregius Psaltes cecinit mirabile carmen:
Quo tegitur triplex sanctificata domus.
E quibus vna minor: diuinior altera: grandis
Tertia: diffusa est quæ per vtrumq; polum.

CVm Rex Dauides. Gratiæ redduntur Deo in hac ode a Propheta exultante pro sua liberatione ab inimicis; & pro dedicatione diuinæ domus. Item gratiæ redduntur a Domino Iesu Christo pro sua liberatione de manibus Iudæorum, & pro renouatione diuinæ domus per resurrectionem corporis sui. Vnde Ecclesia & unusquisq; seruorũ potest hac ode gratias agere Deo pro sua liberatione a persecutoribus, & a grauibus periculis, & dedicatione templi sui interioris, diuino cultui deputati. Dicit igitur: Cum Rex dauides &c. DEderet. I. dedicandam præuideret per filium Salomonem. EXcelsam ædem. Templum illud famosissimum in toto orbe. TRiplex domus. Materiale s. illud templum, & corporis Domini, de quo scriptum est: soluite templum hoc, & post triduũ excitabo illud: & spirituale Ecclesiæ; & uniuscuiusq; nostrum, de quo dicit Apostolus: templum Dei sanctum est; quod estis uos. MInor. Materialis s. DIuinior altera. S. corporis Christi. GRandis tertia. Hæc est sancta mater Ecclesia, quæ & ciuitas

Qui capit, in Domino exultet: qui non capit, oret,
 Hæc vt pandantur mystica sacra sibi.
Te pater omnipotens exaltabo, atq; canora
 Voce tibi laudes pectore & ore canam.
Me quoniam suscepisti de morte profunda;
 Nec delectasti corda inimica mihi.
Namq; licet permisseris insultare parumper,
 Vt perueria palam mens manifesta foret.
Tu tamen ipse meas voces super æthera missas
 Audisti: extemplo me tua dextra tulit.
Me fecit sanum læthali vulnere ab omni:
 Eduxitq; animam de inferiore lacu.
Eduxitq; simul mecum de carcere cæco
 Ingentes animas, quæ latuêre diu.
Propterea sancti Domino iam psallite nostro:
 Exultate Deo dulcisonante lyra.
Officij tanti memores estote canendo
 Ipsius laudes iugiter, atq; decus.
Dicite: ter sanctus: Dominum cognoscite vestrum:
 Quilibet & gratus confiteatur ei.
Glorificate Deum, qui vos saluabit ab ira
 Indignabundi, quam genus omne tulit.
Indignatus enim culpa anteriore parentum,
 Et quæ præterea nos sine fine damus.
Exilio mulctauit eos procul vrbe superna:
 Deportauit eos inferiora lacus.
Vnde modo eductos superas euexit ad auras:
 Sanctorum lætos addidit atq; choro.
Confiteamur ei; quoniam indignatio pœnam
 Intulit: at veniam pax sua sponte dabit.
Nos peccatores merita deuoluimur ira:
 Vult autem vitam muneris esse sui.
Confiteamur ei, quia nostra redemptio iuxta;
 Magnificemus eum, glorificemus eum.
Vespere fletus erit, noctemq; morabitur vnam;
 Tum gemitum & lachrymas tristia corda dabunt.
Mane nouo expansis surget victoria palmis;
 Lætitiæ causam, materiamq; dabit.
Tunc exultabunt, posito mærore priori;
 Tunc hilares socij carmina læta dabunt.
Ast ego iam dixi (pleno dum copia cornu
 Funderet immensas vndiq; subtus opes.)
Amplius à solito nequaquam tramite recti
 Desistam: stabilis perpetuabo via.
Viribus ipse meis male sisus fortis athleta
 Dum iactor; præceps in caput ante rui.
Nam nimis elato faciem tantisper ad horam
 Indignabundus vertere visus eras.
Protinus à claro desertus lumine, cæcus
 Et perturbatus nescio quò cecidi.
Non animaduertens quia pleno copia cornu,
 Te mandante Deo, fluxerat illa mihi.
Non animaduertens ex te procedere vires
 In bello nostras, magnanimumq; decus.
Virtutem e cælo magnam, magnumq; decorem

ciuitas Dei appellatur. QVi capit. i. Intellegit. A
PAndantur. Aperiantur per donum intellectus.
MOrte profunda. I. de inferno. Personę Christi
resurgentis à mortuis hæc optime conueniunt.
INsultar. Iudæos s. & maximè Phariseos & Scribas cum Principibus eorum, nec non & custodes sepulchri. PArumper. Triduo illo, quo passus est, mortuus atq; iacuit in sepulchro. TVlit. Pro extulit de tumulo rediuiuum. AB omni vulnere. Seruatis tamen cicatricibus, iustis ex caussis; quas uide in cathena aurea. C.XX. LACu. Io.20.
inferni s. INgentes animas. virtutum mole, v3. sanctorum patrum, ab Adam usq; ad Io. Baptistam. OFficii tanti. Redemptionis uestræ. TEr sanctus. Propter diuinarum trinitatē personarum; v3. sanctus Pater, sanctus Filius, sanctus Es.6.
Spiritus: unus tamen Dominus Deus sabbaoth. COnfiteatur ei. Confessione laudis. INdignabundi. i. similia indignantis Dei, ob primorum parentum præuaricationē. TVlit. Nunc pertulit, passus est. SIne fine. Propter innatum fomitem, i. pronitatem ad malum. EXilio. Expellendo à paradiso delitiarum, ubi primo eos collocauerat. VRbe superna. Cœlesti Hierusalē.
DEportauit eos. Legali utitur uerbo: nam & deportari dicebantur, qui relegabantur in insulas B
procul positas. INferiora lacus. Deest, in, præpositio, s. in sinum Abraæ, qui & lymbus dicitur. Est enim inferius a cælo, quàm simus nos
in hac ualle misetiæ constituti. SAnctorum. s. Luc. 2.
Angelorum. PAx. Christi; quam & nascendo attulit, & moriendo reliquit. SPonte. Quia
non ex humanis meritis. IRa. In pœna, quam ps.31.
per iram iusti iudicis incurrimus, propter nostra Ro.13.
peccata. VItam. Aeternam. MVneris esse sui. Et non ex meritis nostris, sed per gratiam suam salui facti sumus. COnfiteamur ei. confessione laudis; quia est & confessio peccatorum, iuxta illud; dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meam, &c. IVxta. Propè, unde Apostolus; propior est nunc nostra salus, quam cum credidimus. VEspere & mane. i. ante & post. Etenim sicut in passione Domini, ante fuit fletus eius, & discipulorum; & deinde post resurrectionem lætitia; sic & omnium sanctorum ante in præsenti sæculo fletus est, & deinde post exitum lętitia. Vnde alibi scriptum est, Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Venientes autem
uenient cum exultatione, portantes manipulos ps.125.
suos. NOctem unam i. breue tempus uitæ pre- C
sentia, nox enim præcedit (ut ait apostolus);
dies autem appropinquat: quæ est lux uitæ futu- Ro. 13.
ræ. ASt ego. Vates ipse Dauides; nam hæc in eius persona dicuntur. OPes. Terrenas, ac cœlestes. AMplius. In futurum. PErseuerabo. Vsq; in finem vitæ meę ita putabat, nimium proprię virtuti confidens. ATHleta. Pugil, seu luctator contra diabolum, mundum, & carnem; contra quos habemus occultam luctam, ut dicit Gregorius; nosq; quottidie experimur. IActor.
Gloria bundus. RVi. In grauia facinora, homi- 2.R.11.
cidii, & adulterii. VErtere. Pro auertere, aphæresis est. AD horam. Vt infirmitatem propriam agnosceret. INdignabundus. Similis indignanti. NEscio quo pacto cecidi. Raptim improuidus. EX te. Et non ex nobis: unde Dominus in Euangelio: quia sine me nihil potestis
facere; sed neq; aliquid boni cogitare: ut docet, Mar.10
apostolus. IN bello. De quo sic ait apostolus, non est nobis colluctatio aduersus carnem, san-

D guinem; ſed aduerſus ſpiritales nequitias contra poteſtates tenebrarum harum. copia. Abundantia gratiarum. ſponte tua. Non ex meritis, iuxta illos uerſiculos: Quicquid habes meriti præueuttrix gratia donat:

a.ſep.2 cecidi. In voraginem adulterii, ac homicidii. traxiq; ruinam. Gratiarum, quas amiſsi. te mihi dante manum. Homo.n. ſuapte cadit in peccatum, ſed non a ſe ipſo reſurgere poteſt. reſipiſcens. Errorem meum recognoſcens. quæ nam erit utilitas. Hic loquitur uates in perſona Chriſti, cuius erat figura. corrumpi. In ſepulchro à vermibus, & demum in puluerē redigi; ſicut ſolent aliorum corpora mortuorū: putris gleba. Caro corrupta, atq; in terram redacta. puluerulenta caro. Epexegis figura, .i. expoſitio ſententiæ præcedentis, quam ſæpe faciunt poetæ, quando quicquam paulo obſcurius loquuti ſunt. gnatiq; miſertus egeni. Vt potē, nudi in cruce pendentis. acer. Fortis, & audax. opem. Patientiæ, & fortitudinis; deinde reſuſcitando eum a mortuis. me. Caput & membra; Chriſtum, & Eccleſiam. de carcere cœco. Obſcuro inferni; uel etiam ſinus Abrahæ: unde cum patribus æductus eſt Chriſtus in die reſurrectionis ſuæ. Vincula. Inferni repagula, de Patribus intelligendo; ſeu etiam peccatorū, quæ per Chriſtum confracta ſunt. dabunt. Poſt Chriſti reſurrectionem. cilicem ſaccum. I. cilicium, qui in ſignum mœroris olim ferebatur: nunc eſt habitus pœnitentium peccatorū. trabea. Regia ueſte, pręcipue purpurea. Hæc eſt immenſa gloria; qua reſurgendo indutus eſt Dominus. stola. Candida ueſtis erat, & ſignificat innocentiam ſanctorum. vt non compungar. A remorſu peccatorum. Et hoc ex perſona Prophetæ, & totius Eccleſiæ intelligendum eſt; quæ poſt reſurrectionem à conſcientia peccatorum, non torquebitur amplius. Beati namq; quorum remiſſæ ſunt iniquitates; & quorum tecta ſunt peccata. per me. Chriſtum. Pangant. Cantent. carmina. Pſalmorum, uel forſitan hæc noſtra; ut ſit uaticinium futurorum. Amen.

Pſ.31.

IMmenſis opibus. In hoc pſalmo Propheta uidetur non ſolum loqui in perſona ſua, eo quod ereptus à multis periclis, ſperet etiam in futurum ſe ſe eripiendum à Domino Deo, quem fatetur eſſe ſpem ſuam: ſed magis vaticinatur de Domino Ieſu Chriſto: qui in anguſtia paſsionis poſitus alloquitur patrē, à quo ſperat ſe eſſe liberandum per reſurrectionem. Exorditur ergo ſic Vates. Sunt homines, qui ſperent in ſuis opibus: quidam uerò in principibus, & alii in ſua fortitudine: ego uerò in domino Deo meo ſpero. tuli. Pro eleuaui. ne patiare. Ad ipſum Dominum dirigit ſermonem ſuum, quem pro liberatione ſua precatur. confundi. Me liberando confunderetur.n.ſi non liberaretur. confractis laqueis. Inſidiarum, quas ſibi tetenderant, ut caperetur. inclina aurem. Ad exaudiendum, more Regum: qui quando uolunt ſupplices exaudire, inclinant aures ſuas. asylū. Tutus refugii locus, ad quem omnes poſſunt confugere. ab hoſte malo. Puta, diabolo, vel quouis homine malo. te propter &c. Figura eſt anaſtrophe; præpoſitionis auerſio: debuit n. dici, propter te nomēq; tuū non quia dignus. Dicendo ſe indignum; factus eſt dignus propter humilitatem; ſicut ille centurio, qui dixit: Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, &c. reges. Gubernabis, a uerbo, rego. mellifluus altor. Dulcis paſtor, ac enutritor, ab alo, lis, ambroſia. Secundum poetas ſæculares, delicatiſsimus deorum cibus eſt; & nectar potus: Hic pro dulci ponitur cibo. Fauo .i. melle; fauus enim fruſtulum eſt ceræ, melle plenū.

Munificus dederas tu mihi ſponte tua.
Viribus ergo meis fiſus cecidi, traxiq; ruinam:
Demum exſurrexi, te mihi dante manum.
Ad te nunc igitur reſipiſcens pectore toto
Clamabo: effundam concitus atq; preces.
Quæ nam erit vtilitas in noſtro ſanguine fuſo?
Corrumpi corpus ſi patiare meum?
Num quid enim putris te gleba fatebitur vſq;?
Nuncia vel veri puluerulenta caro?
Me Deus audiuit, gnatiq; miſertus egeni,
Adiutor factus, contulit acer opem.
Tunc eduxiſti mortis de carcere cæco;
Vincula rupiſti cunctipotente manu.
Tu conuertiſti noſtros in gaudia luctus:
Pro gemitu cantum pectora noſtra dabunt.
Tu cilicem ſaccum laceraſti a corpore noſtro:
Me trabea ornaſti, lætitiæq; ſtola.
Vt non compungar rurſus: ſed gloria tanta,
Qua me illuſtraſti, te canat orbe Deum.
Per me omnes populi tibi pangant carmina laudum.
Nunc & in æternum te colat omnis homo.
Amen.

ODE XXX. EX PSALMO. XXX.

In te Domine ſperaui.

IMmenſis opibus ſunt qui ſperare laborent,
Aut in principibus, robore ſiue ſuo.
Aſt ego terrenis diffiſus, ad æthera ſurſum,
In Domino ſperans, lumina mæſta tuli.
Nunc & in æternum ne me patiare relictum;
Abs te confundi, ne patiare precor.
Me tua iuſtitia eripiat de faucibus hoſtis:
Confractis laqueis liber abire ſinar.
Tu Deus inclina (velut es mitiſſimus) aurem:
Ad me; qui Dominum ſupplice voce rogo.
Mi Deus accelera, tantiſq; inuicte periclis
Eripe me miſerum cunctipotente manu.
Tu mihi diffugij domus eſto, leuamen, Aſylum:
Semper vbi fiam ſaluus ab hoſte malo.
Ex me namq; mihi nullæ ſunt pectore vires:
Tu mea vis fortis, diffugiumq; meum.
Te propter, nomenq; tuum dux præuius eſto;
Non quia dignus ego, ſed quia mitis ades.
Te propter, nomenq; tuum, quo cuncta reguntur,
Et me deduces, incolumenq; reges.
Me quoq; cunctorum nutries mellifluus altor,
Ambroſia atq; fauo dulcior, eſca tua.
Me ſimul educes laqueo, quem protinus hoſtes

PROTINUS

protinus. Statim, ut me nouerant aduentare. SEcus uiam. Bene propè uiam dicit, quia in ipsa uia, quæ Christus est; laqueos tentationum diabolus minime potest ponere; sed hinc inde iuxta uiam: nam in medio duorum vitiorum consistit uirtus; sicut liberalitas inter auaritiam ac prodigalitatem; patientia inter obstinationem A

Hinc atq; inde secus disposuêre viam.
Tu protector ades: tua per vestigia ductor:
Ne procul à recto tramite flexus eam.
Si quandoq; tamen crudum permisseris hostem
Exterius corpus dilacerare meum:
Interiorem animam, cum fessos liquerit artus,
Tu commendatam suscipe sancte pater.
Sponte tua tandem clarissime spiritus exi:
Namq; redemisti cuncta cruore tuo.
Verbisator veri verax Deus aspice quæso,
Mi Domine, hos seruos, qui tua iussa colunt.
Diuitias autem vel qui sectantur inanes;
Illecebras mundi, delitiasuè probant;
Odisti: nec non quicunq; inuenta sequuntur
Somnia Magorum vana superuacuè:
Quosq; superstitio pertentat inanis, abhorres,
Instabiles homines, & sine mente leues.
Ast ego speraui in Domino; qui ex æthere summo
Humanos actus respicit, atq; regit.
Exultabo foris, mecum lætabor & intus,
Clementi fœlix in bonitate tua.
Respexisti humilem quia dulci lumine mentem;
Cum lachrymis supplex te flagitaret opem.
Tunc animam duris obsessam mille periclis
Saluasti, turmas deijciendo graues.
Nec permisisti, vt me circumcluderet hostis:
Circumuallatum prenderet vnca manus.
Hoste sed eiecto, strictaq; ambage soluta,
Discurrêre pedes per spaciosa loca.
At quoniam vexamur adhuc, & tundimur intus,
Atq; foris; nostri tu miserere precor.
Tanta malignantum feralia pectora adurit
Nequitia; vt victi sistere nec valeant.
Vnde meus nimia est oculus turbatus in ira:
Turbata est anima, venter & ipse meus:
Diffecor intus enim, quoniam liuore maligno
Officijs nequeo vincere mitis eos.
Exercent preciosa odia ad mea munera surdi:
Inq; dies fiunt deteriore animo.
Anxia ab assiduis mea vita doloribus ecce
Iam propè defecit, mors properata ruit.
Extenuant æuum suspiria multiplicata:
Extenuant annos assidui gemitus.
Et quæ fortis erat, facta est mea languida virtus
Paupertate graui, deficiente cibo.
Dant victum misero baccæ, lapidosaq; corna,
Mora rubetorum, raraq; poma mihi.
Ex tenui victu vacuantur & ossa medullis:
Conturbata carent ossa vigore mea.

& pusilanimitatem: sic & fortitudo inter præsumptionem & præcipitationem. VEstigia. Quę sunt uirtutes omnes; & precipuè hæ tres: humilitas, obedientia, & patientia. REcto tramite. Obseruantiæ mandatorum Dei. FLexus. Extra uiam. PErmisseris. Bene dicit, permisseris; quia sine Dei iussu, uel permissu nullus homo uel dæmon iustis nocere potest. CORpus meum. Quod in passione Christi factum est à militibus Pilati ad instigationem Iudæorum. COmmendatam. In emissione spiritus Christi hoc factum esse nemo ambigit. Sponte tua. Hæc propheta loquitur ad Christum. EXi. De lacero corpore. CVncta. Superiora, & inferiora. VErbisator ueri. Deus pater. colunt. Obseruant. INanes diuitias. Et fallaces, quia nihil attendunt ex his, quæ promittunt. ILlecebras mundi. I. uoluptates mundanas, quæ deuiant hominem à seruitio Dei. SOmnia magorum. Qui post peracta quædam sacrificia pecudum uelleris nigri, nocte superueniente, innoluebantur in pellibus earum & dormiebāt; & in somno nescio quædam monstra dicebāt uidere, signa futurorum. SVperstitio. Superflua quedam religio, qua utebantur in colligendis herbis; aut in medicaminibus adhibendis uulneribus sauciatorum. REspicit atq; regit. Hoc contra eos, qui credunt, Deum non curare res humanas; sed omnia casu euenire. Exultabo. Quasi extra præ gaudio saltabo. Clementi bonitate tua .i. in misericordia: quam dictionem uersus iste non capit. Respexisti .i. approbbasti: sic & in cantico beatæ Virginis: quia respexit Deus humilitatem ancillæ suę, .i. approbauit. Dulci lumine. Gratie tuę. Flagitaret. Frequenter peteret. Opem. Auxilium. Turmas graues. Inimicorum uisibiliũ & inuisibilium. Circumuallatum. Agmine militari. Ambage. Circuitione. Aditus. Per discessum inimicorum, quos oportuit aliò ire. Discurrere. Preteritũ est, non infinitum. Per spaciosa loca. Per latitudinem camporum, quò uolebamus eundo. B VExamur adhuc. Reuerso Saule Rege post fugatos hostes alienigenas: si ad Dauid ista referantur: si ad Ecclesiam, post Ascensionem christi, circa motam persecutionem aduersus Apostolos, & alios christi discipulos. Intus. Apud Iudæos. Atq; foris. Apud Romanos, & alias gentes. Feralia pectora. crudelia Iudęorum, & Gentilium. Victi. Ratione, & miraculorum operatione. SIstere cessare à persecutione fidelium; sicuti neq; Saul à persecutione Dauid, & suorum. VNde. Ob tantam obstinationem. LIuore. Inuidia. OFficiis. Beneficiis. Quis poterit enarrare beneficia Dauidis in Saulem, & populum Hebreorum, quem penitus liberauit de manu Philisthinorum, & circum addiacentiũ hostium? Sic & christus erga Iudeos quam fuerit officiosus, lege Euangelia. PRęciosa odia. Quę magno illis constiterunt precio, ut poste, urbis, atq; totius gentis ruina. SVrdi. Nolentes audire uocem beneficiorum suapte clamantium. Inq; dies. Tmesis est figura, pro C

indies. Virtus. Vigoris, fortitudinis, & patientię in aduersis. Deficiente. causa dependet ex causa. BAccę. SYluestrium arborum fructus; quę extra mollia sunt, intra uero dura continent ossa. MOra rubetorum. Herbarum quarundam spinosarum. RAra poma. Quę & arbuta dicuntur. EX tenui uictu. Paupere, & modico. vigore. Robore, ac solito ualore. POndus iniquum .i. graue: sic & Virgilius; & iniquo pondere rastri: pro graui

DOnus. Hæc est contumella à domesticis; & à vilibus personis obiecta. VIles escas. Modici valoris. PRobra. Qualia tulit Dauides a Nabal de Carmelo; quando petit ab eo escas insolenni die tonsionis ouium, lib. Reg. p.c.

1.R.25. NOtis. Iis, qui de tribu, & cognatione sua: quibus imminebat periculum à Rege, nè propter Dauid male tractarentur, sicut Abimelec
1.R.22. & sacerdotes Nobe. Si ad Christum hæc referas, exponie, Notis, i. Apostolis, reliquisq; discipulis, & deinceps cunctis fidelibus, quibus ob nomen Christi grauissima instabant pericula rerum, ac uitæ. EI. Noti mei: casus nominatiui pluralis est. COmprendi mecum. De disci-
Mat.26 pulis Christi, certum est, quia capto Domino fugere omnes. CAstra. Ad vtrumq; referas nam militia est vita hominis super terrã. OMnes. Pro maiori parte: est enim hyperbole. NVLlis usibus. Neq; ut paruus igniculus inde ferri possit, ut scribit Esaias propheta. SCómata. Dicta irrisoria, qualia dicebantur a Iudæis Christo in cruce pendenti: uah qui destruis tem-
Mat.27 plum Dei, &c. Item: alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, &c. Item: si filius Dei est, descendat de cruce, & credimus ei: & alia multa similia, ut dixit Euangelista. COnspirauere maligni. Ad utrumq; referri possunt; Dauiden, & Christum; ut patet ex libris Regum,
E & ex Euangeliis. CAEde. Violenta occisione; Christum cruce & lapidibus: Dauiden lancea & gladio. COnsultores. Doec Idumæus, & alii amici Saul: deinceps uerò Achitophel & amici Absalon. Respectu uerò Christi, Principes Iudæorum, Scribæ & Pharisei, & seniores, qui videbantur regere populum. RAEtia. Verborum; sicuti quando dicebant christo: Magister, scimus quia uerax es, &c. item quando obseruabant eum, si sabbatis curaret, ut accusarent eum. PErenni. Perpetuo. DIxi. Intus mecum; quia corde creditur, ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. colo, lui, & amabo. Tria principalia tempora ponit, ad quæ omnia tempora redeunt. HVmanæ sortes. I. euentus humanarum rerum; quos a casu quidam, alii uerò à fatis, i. a syderum constellationibus, sine
Mat.10 ullo Dei iudicio putabant accidere. Nos uerò omnia ex Dei iudicio iusto, licet nobis occulto, credimus euenire: unde dicitur in Euangelio:
F neq; passerẽ, neq; arboris folium cadere super terram sine Dei patris nutu. MOderaris eas. Quam rem factã legimus in personã Matthię p sortem electi. Hinc dicitur in prouerb. c. 16. sor-
pro.16. tes mittuntur in sinum, & a Domino temperantur. Tempora vitæ. Quæ interdum extenduntur usq; ad 120. annos, & ultra non progrediuntur, de lege communi; citra verò dicitur in
Iob.14. libro Iob; posuisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Rafiget. Reuellet, nec amouebit. Integra. Vsq; ad præfinitum abste terminum; quem uoluit Dominus nos latere; ne tempus diuideremus, maioremq; partem uoluptatibus absumeremus. Incassum. Frustra. Stata. Statuta tempora uitæ nostrę. ME super. Anastrophe .i. auersio præpositionis. Respice me. Respicere Dei, misereri est. Hare. Domine patrone; nomen est, non uerbum. Confusio pessima. Si permitteres, me cadere in manus inimicorum. Custos. De quo Esaias; cu-
ps.120. stos, qui de nocte, &c. & alibi; Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Vigil. Qui numquam dormis. Vnà. Ego & omnes, qui mecum sunt. compescant. A maledictionibus, & irrisionibus. Trahantur. Prædicendo, non optando. Hæc dicuntur more prophetarum. Tartarus ater. Obscurior inferni locus; in quo damnati torquentur.

Additur his aliud dorso mihi pondus iniquum;
Non minus hostili mè grauat eius onus.
Nam si vicinis viles meus expetat escas
Nuncius; aut panes improba probra fero:
Et formido grauis mea fit presentia notis:
Ne pro me damnis afficiantur ei.
Et qui me vidêre, foras fugêre, timentes
Comprendi mecum, uel mea castra sequi.
Omnes obliti sunt me, ac si mortuus essem;
Iam non est, nostri qui memor esse velit.
Me nihili reputant, veluti vas fictile fractum,
Aptum quod nullis vsibus esse potest.
Audiui quoties probra circumquaq; morantum?
Et congesta in me scommata dira nimis?
Ah quoties in me conspirauêre maligni,
Quærentes animam tollere cæde meam.
Nunc etiam consultores vt semper iniqui
Aduersum me ineunt mutua consilia:
Vt valeant omnes vnà me perdere iuncti,
Ceu venatores ræria vbiq; parant.
Ast ego speraui in te protectore perenni,
O Domine armipotens; ferrea corda doma.
Corde meo dixi; clara quoq; voce fatebor,
Tu meus es Dominus: tu Deus esq; meus.
Te colo, te colui, peramo te, ac semper amabo:
Semper adorabo, & sacrificabo tibi.
Nonne tuis manibus toto voluuntur in orbe
Humanæ sortes? tu moderaris eas.
Nonne tuis manibus nostræ sunt tempora vitæ?
Quæ tu fixisti: nemo refiget ea.
Quæ decreuisti nostra de sorte futura,
Hostilis poterit nulla monere manus.
Integra si nostræ statuisti tempora vitæ:
Incassum quiuis nam rupe tentat ea?
Eripe nos igitur de viribus hostis iniqui
Nos insectantis, ne tua stata cadant.
Me super Illustra faciem, vultumq; serena:
Respice nos blando lumine dulcis Here.
Nempe decet Dominum seruos seruare fideles;
Tu Dominus: serui nos sumus ecce tui.
Nos igitur serua, seruos miseratus egenos:
Ne nos hostilis perdat auara manus.
Ne tibi confisum confusio pessima perdat;
Deprecor: o custos semper adesto vigil.
Te quoniam Dominum nos voce vocauimus vnà;
Ne confundamur, nos miserando iuua.
At confundantur, qui me insectantur iniqui;
Oraq; conpescant sparsa rubore graui.
Deniq; in infernum post tristia fata trahantur:
Excipiat sontes tartarus ater eos.

tur. Interea. Dum adhuc uiuunt. Applaudent. Falsò blandiuntur. Iustum. Dauidem, uel Christum, Antonomastice. Abusu. Diuinæ patientiæ. Profantur. Proloquuntur. Feruant. Antiquissimum est uerbum; quo & Maro usus A

Attamen interea mutescant labra dolosa:
Quæ coram applaudent, corde venena tegunt.
Aduersus iustum quæcunq; loquuntur iniqua
Iactanter, fiant muta dolosa labra.
Quæ tumido fastu, vel abusu vana loquuntur
Me super: hæc fiant muta loquendo labra.
Ast ego, qui patior tam longo tempore dura
Hostibus a rabidis; præmia quanta feram?
Quanta? quis enarret? quæ præmia digna dabuntur,
Dulcis erit merces, maxima, multa nimis.
Plurima dulcedo, nimis & iucunda voluptas
Condita seruatur, spiritualis ea.
Condita seruatur patienter agentibus alto
In cælo sursum, pulchrior inq; dies.
Pulchrior inq; dies, cumulatior illa paratur
Illis, qui Dominum te metuunt, & amant.
His perfecisti, qui te profitendo vocarunt
In conspectu hominum: nec timuêre mori.
His perfecisti, quorum spes viua fuisti;
Non homo: non mundi gloria inanis erat.
Abscondes illos faciei in nube latentis,
Insurgente hominum turbine, peste graui.
Inq; tabernaclo, quod Moses condidit olim;
Abscondes illos in medio nebulæ.
Dum contradicunt linguæ sine more procaces,
Murmure vel tacito dum simul arma parant.
Continuò benedictus ades: clementia cuius
Vrbe in munita mirificata mihi est.
Heu quia nam muros, vectésq;, serasq; tenebat
Vrbs ea, custodes perpetuosq; virûm:
Me miserum vt volucrē in caueam clausisse putarūt:
Sicq; mihi nullus exitus inde foret.
Continuò benedictus ades; protector vt acer,
Expandis portas; me procul ire facis.
Ante pauore tamen, nimioq; stupore prehensus,
Mentis in excessu penè relictus eram.
Est ubi (dicebam mecum) saluator? abiuit?
Me procul abiecit? meq; reliquit Herus?
Num Deus auertit faciem? lumenq; serenum
Reijcit à nobis? ergo necesse mori?
Tu Deus extemplo clamanti, & inane querenti
Exauditor ades: me rapis inde fuga.
Ergo meo exemplo Domino confidite mœsti
Sancti omnes, Dominum diligite, & colite.
Verus enim Dominus, veri quoq; semper amator,
Seruorum quærit vera ministeria.
Munificus Dominus cælo circunspicit alto:
Retribuit famulis præmia vera suis.
In sectatores verò superfluit imbres
Igniferos: duro & turbine voluit eos.
Desuper allidens elata mente superbos
Conterit: ast humiles subleuat astra super.
Magnanimes estote viri, sufferte labores,

est illo uersu; Tros, Rutulus uè fuat. Quanta
fueram? Magna ualde; quæ oculus non uidit, Es. 64.
nec auris audiuit; in cor hominis ascendit; quæ
præparauit Deus diligētibus se. Et Beatus Greg.
si consideremus (inquit) ea, quæ nobis præpa- Greg.37
rantur in cęlis; uilescunt animo omnia, quę ha-
bentur in terris. voluptas. Non carnalis, sed
spiritualis ea erit; de qua alibi; & torrente uo- Ps. 35.
luptatis tuæ potabis eos; & inebriabuntur ab
ubertate domus tuæ. Patienter. Patientia .n.
nobis est necessaria; ut dicit Dominus in Euan- Luc.21
gelio: etenim melior est patiens uiro forti, ac ex-
pugnatore urbium. Et sapiens Cato ait; Maxi- Prou.16
ma .n. morum est semper patientia uirtus. Pul-
chrior. Honestior, subaudi, efficitur, crescen-
tibus quotidie meritis per longam patientiam.
Pulchrior inq; dies. Anadiplosis est figura; la-
tinè uerborum congeminatio. Cumulatior.
Maior translatio sumpta ab aceruo tritici, qui
semper apponendo, & numquam diminuendo,
de die in diem maior crescit. Metuunt. Timore
filiali, non seruili, quem foras mittit charitas.
Profitendo. Ore.n. confessio fit ad salutem; etsi B
corde ad iustitiam. vocarunt. Pro inuocarunt
in adiutorem suum. IN conspectu hominum. Iu-
xta illud: Qui me confessus fuerit coram homi-
nibus &c. Mori. Vt fecerunt Martyres. In nu- Mar.8.
be. In obscuro. Latentis. In corde. Turbine.
peste graui. Appositio est. Sine more. Vel con
tra morem uel minime moratæ. Procaces.
Lasciuæ, & maledicæ. Ades. In Adiutorium
nostrum. In munita urbe .I. bene munita, atq; 1.R.23.
murata. Ea urbs. Ceilæ (ut puto) uocabatur.
Vrbs ea; cuius ciues ingratissimi à Dauide de-
fensi, tentarunt illum prodere inimico Regi:
sed monitus à Domino, cum suis elapsus est.
Virum. Pro uirorum, nota est syncopa. Puta-
runt. Ceilenses, & uiri exercitus Regis. Pro-
cul ire. In deserta loca. Penè relictus eram. Vt
sibi videbatur, ex immanitate periculi. Sic &
Christus in passione positus clamauit: Heloi
Heloi, lamazabathani; I. Deus Deus meus ut Mar.14.
quid dereliquisti me? Abiuit. Hæc omnia ex hu-
mana infirmitate dici existimate. Reliquit He-
rus. Ast ipse Herus dicit; Si potest mater desere- C
re infantulum suum, ut nō misereatur filio uteri
sui, sed etsi ipsa oblita fuerit; ego tamen non
obliuiscar tui. Inane querenti. Frustra lamen-
tanti. Fuga. Hoc ad Dauidem referas, non ad
Christum, qui per resurrectionem potenter eua-
sit de manibus omnium inimicorum suorum, &
non fugiendo; sed fortiter crucem, & probra
sufferendo uictor euasit; quem & sancti Marty-
res secuti sunt. Colite. Latriæ cultu. Veri. Pro
veritatis; quam dictionē uersus isti non capiūt,
ob syllabam breuem à longis circumclusam. Ve-
ra ministeria. Non simulata seruitia, qualia ex-
hibentur ab hyppocrytis. Circumspicit. Per
omnes orbis partes. PRæmia vera. Essentialia,
non umbratilia, vt. in hoc sæculo; interdum
temporalia, pro solatio; ut ipsi Dauidi grande
præstitit imperium, diuitias immensas, & gloriā.
sed in futuro reddidit multo maiora, ac æterna;
de quibus dictum est supra; immortalitatem,
incorruptionem, & gloriam ineffabilem. Astra
super. In cœlum empyreum, qui super sydera,
& super omnes cœlos est: qui & superæthere-
us dicitur paradisus. Magnanimes &c. Exho-
tatio

D tatio est perutilis ad eos, qui uariis opprimuntur angustiis. vedet eos. Certantes, & latenter adiuuat uires inspirando: sicut legimus in passionibus ss. Martyrum. spem totam in Domino. Non in uobis, nec in alio quouis homine; quia scriptum est: maledictus homo, qui
Hier. 17 confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. RObore cælesti. Intus inspirato. NVllus homo. Sic & Dominus in Euangelio; Nolite (in-
Mat. 5 & 10. quit) timere eos, qui occidunt corpus; animam autem nō possunt occidere; timete autem eum, qui animā & corpus potest mittere in geennā. Dvrare. Perseuerando. rebus secundis. Prosperis, ac fælicibus, quę erunt in æterna mansione; ubi nulla aduersitas poterit euenire: sed perpetua semper erit. vos manent. I. Expectāt. polo. Pro cœlo ponitur hic: aliàs polus habet multas significationes: poli rotarum, polus noster articus & antarticus; superior & inferior.

Expectate Deum: nam videt altus eos.
Magnanimes estote viri: spem ponite vestram
In Domino totam: fidite semper ei.
Robore cælesti sic confortentur ab alto
Corda Deo: vt nullus iam timeatur homo.
Durate: & vosmet rebus seruate secundis:
Vos æterna manent præmia digna polo. A
Amen.

ODE. XXXI. EX PSALMO. XXXI.

Beati quorum.

QVam mitis Deus est, quanta pietate refertus,
In miseros, quænam dicere musa potest?
Nam veluti iustos blandis amplectitur vlnis:
Quorum munda manus, totaq; vita proba est.
Non minus iniustos miseratur: & aduocat illos,
Vt capiant rectam regrediendo viam.
Et velut insontes, iustus Deus esse beatos
Constituens, illis præmia digna parat.
Sic etiam instituit, sontes fore posse beatos,
Si peccata velint linquere continuò.
Fælices, quibus impietas innata remissa est,
Sordibus ablutis, dum generantur aqua.
Fælices etiam, quorum peccata teguntur
Seu pietate Dei, seu charitate noua.
Hic vir, hic est fælix dubio procul, atq; beatus,
Peccatum cui non imputat ipse Deus.
Et quis hic est? nisi cui lachrymosus spiritus extat,
Qui non dissimulat, qui caret arte doli.
Qui sua cognoscit peccata, gemitq; doletq;,
Vt Deus ignoscat; quiq; fatetur ea.
Lumina quiq; solo figit, qui pectora tundit;
Qui lachrymas fundit, quiq; relinquit ea.
Ast ego peccator, quoniam peccata silebam,
Exterius quod eram dissimulando diu;
Ex animo virtus, à pectore robur abiuit:
Inueterauerunt mentis & ossa meæ.
Et si clamabam grandi per inania voce:
Iustitiam iactans nocte dieq; meam:
Et si clamabam, metuendo repente ruinam,
Dum me terreret iudicis ita grauis:
Heu scelerum clamor scandebat ad alta meorum;
Immensas voces meq; silente dabant.
Nec prius aduerti, quàm me vexatio torsit:
Quàm tua me pressit nocte dieq; manus.
Dumq; ærumnarum premerent me dura mearum
Pondera; tunc pupugit pectora spina mea.
Tunc intellexi; tunc sum conuersus ab æstu;
Tunc etiam expunxit me mea synderesis.

QVam mitis Deus est. &c. Nulli dubium est, hanc oden ex secundo psalmo pœnitentiali esse decerptam: in qua agi-
E tur de remissione peccatorum, per confessionē eorum, prius Deo; deinde & sacerdoti offerendam. Et quia in metro fuimus diffusi, in explanatione erimus breuiloqui. mitis & ipse Deus.
Math. 5 & 11. Christus dixit: discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: non enim veni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. blandis ulnis. In cuius rei signum amplectebatur paruulos, qui
Mat. 19 ei offerebantur, sontes. I. peccatores; quorum peccata iam foris sonant. continuò. Statim, nec differre de die in diem, propter incertitudinem mortis, & casuum humanorum: iuxta illud Sapientis: Ne differas conuerti ad Dominū, ignorans quid tibi paret superuentura dies.
Eccl. 17. Fœlices. Hic incipit doctrina psalmi; Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c. generantur. Pro regenerantur, aqua baptismi, s. tunc. n. uetustate obiecta, renouatur homo; & non solum
F originale peccatum, sed & omnia actualia, quotcumq; & qualiacunq; sint, remittuntur. peccata. Post baptismum perpetrata. teguntur. Vt in die iudicii non appareant ad uindictam. pietate Dei. Per magnam Dei misericordiam. charitate noua. I. magna; sicuti quando quis con-
Iac. 5 uerti fecerit peccatorem à uia sua mala; tunc saluat animam eius; & charitas illa operit multitudinem peccatorum suorum, ut ait Iacobus in Epistola sua. fœlix hic. In spe: & illic beatus in re. imputat. Sicut Abraæ, adulterium cum ancilla Agar; Et Iacob, Incæstus crimen cum
Gen. 29 duabus sororibus; & deinceps adulterium cum duobus ancillis earum: nec imputauit homici-
Ex. 2. dium Moysi, Sansoni, Ieptæ, & aliis quā pluribus. dissimulat. More Hippocrytarum sua
Luc. 18 celat peccata, dum uult bonus ipse uideri. ARte doli. I. Omni malitia. Lumina &c. more publicani, qui nolebat oculos ad cælū leuare, &c. ut in Euangelio. LAchrymas. Vt Dauides, Magdalena, atq; Petrus Apostolus. LInquit ea. Hoc est, quod magis refert; sine quo cætera nihil prosunt. EGo. De seipso loquitur vates, ut inde cæteri exemplum capiant uerè pœnitendi: & pateat litera usq; ibi. Dvmq; ærumnarum. i. miseriarum. PVpugit. Punxit. SPina. Doloris aculeus. synderesis. Remorsus conscientiæ; uermis ille, qui nunquam moritur. Metanœa. Pœnitentia: Græca dictio; quia metrum hoc non capit hanc dictionem, pœnitentiam. compunctus. Hæc est contritio prima pars pœnitentiæ: quam sequuntur aliæ duæ; oris confessio, & operis satisfactio. Tibi. Primum .n. Deo debemus confiteri; deinde sacerdoti proprio, qui habet potestatem soluendi, atq; ligandi, dicente Domino: Accipite spiritum sanctum: quorum

remiseritis

Tum me pœnituit, tum me methanæa mordit;
Compunctus feci crimina nota tibi.
Et scelus expandi resoluto pectore totum.
Duxi iniustitiam nec latitare meam.
Nam reputans mecum dixi: commissa fatebor,
Atq; iniustitiam pectore & ore meam.
Omnino statui aduersum me cuncta fateri:
Me me accusabo, meq; reum faciam.
Non ego reijciam in cælum, vel sydera cæli,
In Dominum culpam reijciamuè meam.
Non ego causabor fortunam, durauè fata.
Non tentatorem, quæ mea culpa fuit.
Nempe ego peccaui, excusatio vana fatiscat.
Me peccasse tibi simpliciter fateor.
Tuq; remisisti fasso peccata benignus:
Per te deleta est impietasq; mea.
Vt simul hac mecum culpa qu'cunq; grauetur
Obtineat veniam, te prece sanctus adit,
Vt culpa careat; quis enim tam sanctus adesto?
Qui non indigeat sæpe rogare deum?
Pro venia orabunt igitur quicunq; laborant,
Hoc pelago sancti soluere vela citi.
Orabunt veniam opportuno in tempore sancti,
Vt magis atq; magis iustificentur adhuc.
Tempus adest opportunum dum viuimus: ecce
Nunc opportunum (credite) tempus adest.
Iam conuertamur; dum spiritus hos regit artus;
Pro venia oremus, dum licet ore loqui.
Dum sumus incolumes, & adhuc peccare valemus,
Iam resipiscamus; segnis abesto mora:
Orabunt sancti multarum forsan aquarum,
Cum prætergrediens diluuium ingruerit.
Ne subito fluxu trahat illos; siue volutos
In gyrum rapidis vortice mergat aquis.
Est hoc diluuium vehemens tentatio carnis,
Et iuuenes secum protrahit, atq; senes.
Ah ne hoc diluuium refluens me absorbeat, oro,
Diffugium seruo tu Deus esto tuo.
Diluuium est aliud curarum, non minus illo:
Quæ corda exurunt vndiq; nostra diu.
Circumquaq; graui quoniam tribulatio ab hoste
Imminet, ille minax obsidet, atq; premit.
Erue me fortis dux, propugnator & acer
Hostibus a tantis, obsidione graui.
Erue me tandem de circumdantibus, oro,
Qui quærunt animam perdere morte meam.
Cum mox erueris nos, exultatio nostra
Tu fies: dabimus cantica læta tibi.
Quæ mihi pollicitus, memora: reminiscere quæso
Quæ promisisti dulcia ab ore tuo.
Esto forti animo (dixisti) operare, labora;
Sanum intellectum nam tibi mente dabo.
Neuè per anfractus, & deuia quæq; vageris,

remisseritis peccata, remittuntur eis, & quorum A
retinueritis, retenta sunt: scelus totum. Cum
conditionibus aggrauantibus ipsum. Latitare.
Sub uanis excusationibus; de quibus alibi dici-
tur; Ad excusandas excusationes in peccatis.
Pectore. Coram Deo, & ore coram sacerdote. Ps.140.
Aduersum me. In nullum alium reijciendo cul-
pam; quod sanè multi faciunt, de quibus sequi-
tur, sed non impune; quia grauior pœna infli-
gitur, quam si simpliciter peccatum suum con-
fiterentur. Exemplum utriusq; in Saule Rege, 1.Resp.
& Dauide propheta, quem nunc sequendum 15.
proponimus. IN cœlum, uel sydera cæli. Quod 2.Resp.
Gentiles faciebant, & præcipuè Græci, atq; Ro- 12.
mani. FAta. Et stellarum influxus causantes.
In Dominum. Quod fecit Adam dicens; Mu- Gen.3.
lier, quam dedisti mihi &c. Tentatorem. Dia- Gen.3.
bolum; quod fecit Eua dicens: serpens me de-
cepit. FAtiscat. Defluat, ex corde meo rece-
dendo; translatiu sumpta a uasis, de quibus per
rimulas liquores quandoq; effluunt; ac si eua-
nescant. Pelago. Huius seculi, quod sepe ma-
re dicitur, propter fluctuationem mundanarum B
persecutionum, quæ mouentur aduersus iustos.
Iustificentur adhuc. Sic & in Apocalypsi Ioan- Ap.22.
nis; qui in sordibus est, sordescat adhuc & qui
iustus est, iustificetur adhuc; patientia quippe
meritum iustis adauget. Nunc tempus. Sic & 2. Cor.
Apostolus clamat; Ecce nunc tempus accepta- 6.
bile, ecce nunc dies salutis &c. Ore loqui. Fru-
ctuosæ & utiliter. INcolumes. Sani mente, & 3.Eclef.
corpore. Sic & sapiens monet; conuertere ad
Dominum, & relinque peccata; precare ante
faciem Domini, & relinque offendicula. Et ite-
rum; confitere uiuus & sanus &c. Segnis abesto Ecl. 17.
mora. semper .n. nocuit differre paratis; & mo- C
ra sua cuilibet est nociua. Diluuium. Inundatio
multarum tentationum & tribulationum, quæ
plerumq; improuisos perturbant; & à recto fa-
ciunt declinare. Ingruerit, Impetuosè aduene-
rit. TRahat illos. Ad noxias uoluptates. In
gyrum. In circuitum, per uarias titillationes,
atq; illecebras; donec in cōsensum peccati men-
tem immergat ancipitem etiam, ut ait Iacobus Iac.1.
Apostolus, unusquisq. tentatur, à concupiscen-
tia sua abstractus, & illectus; Deinde concupi-
scentia cum conceperit, parit peccatum: pec-
catum uerò cum fuerit consumatum generat
mortem. vortice. Cogitationum reuolutione
perplexarum. SEnes. Exemplo sit Salomon, qui 3 Resp.
senex dicitur incuruasse genua sua mulieribus 11.
quæ illum a Deo apostatare fecerunt. Et senes Dan.13
Susannæ. Refluens. Quod paulo post expleta
libidine uehementius insurgit. Non minus illo.
De quo supra, carnis diluuio. Hoste. Diabolo;
mundo, & carne. Morte. Corporis, & animæ;
quam per peccatum incurrimus. Pollicitus. Da-
uidi longum per sæcula Imperium, & quòd de fru
ctu uentris eius poneret super sedem suam, hoc
est Christū de ipsius progenie nasciturum; quod
& adimpletum nos esse uidemus. Forti animo.
In aduersis. Operare. Opera Domini, & per con-
sequens, salutem tuam. Labora. Pro defensione
populi. Sanum intellectum. Vt fugienda fugias,
& quæ facienda sunt, perficias. Intellectus.n.
bonus omnibus facientibus eū. Et hoc est pro-
prium hominis donum, quo a belluis differat;
alioquin de eo dici poterit; Homo cum in hono-
re esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Anfractus. Difrupta &
tortuosa itinera, qualia per rupes montiū inueniuntur, per quæ superborum conatus significantur. Deuia. Lo-

D ea sunt inuia, per quæ pergunt viatores, cum a recta uia declinauerint; per quæ fallacias, & dolositates significat. VIA. Mandatorum Dei, quæ ducit ad uitam æternam. FIXO intuitu. Aspectu concomitantis gratiæ. est .n. triplex gratia; præueniens, concomitans, & subsequens. TRAMITE. perfectionis semita, quæ est obseruatio etiam consiliorum Christi; quale est illud; si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ueni, sequere me, & similia. FERINI .i. bestiales, quales sunt feræ siluestres. SEnsa ferina. Hæc est carnis nostræ sensualitas, quę sensuum appetitus sequitur, relicta ratione. PRæcipites. Subaudi, nolite fieri. VEnerem. Libidinem. INfreni. Absq; rationis freno .s. tales homines bestiales. PER nemora & saltus. Methaphoricè, per diuersa facinora. SPAC. uiæ. Quæ ducit ad perditionem; quæ est uoluptatum & uitiorum sequela. SAta culta. Vastantes illa intellige; quales sunt bonorum uiolatores. MAXILLAS. Edaces scilicet; inde .n. procedit luxuria: nam sine Cerere & Bacho frigescit venus. DVrisq; lupatis. Species chami est durissimi, ad similitudinem dentium luporum compositi. MEthanæa. Penitentia; Gręca dictio est; quia nostra Latina hoc metro non capitur. IN Domino. Non in suis diuitiis, non in quouis homine. IN Domino Lætamini. E Gaudio spirituali, quod non nisi iustis potest congruere: nec .n. gaudere impiorum est, ut ait alius Propheta. PArua loquentes. Humilium hoc est proprium, ad fugiendam iactantiam. Nam ut uermis nascitur in ligno, & corrodit illud: sic inanis gloria ex bonis operibus nascitur, & ea consumit. Ergo magnificemus Deum, & glorificemus eum: unde bona procedunt.

Mat. 13

IN Domino Iusti &c. Inuitantur omnes ad laudandum Deum cantu & sono, eo quod ipse sit creator omnium, rector, atq; redemptor, iudexq; cunctorum; quo fautore bene omnia fiunt; sed retrahente illo gratiam suam, nihil boni fieri potest. CAsto timore. Qui cum charitate manet: est .n. filialis, & reuerentialis: seruilis uerò atrahit charitatem, ut seta filum; sed foras mittitur a subeunte charitate. Mundanus autem timor malus est, quia inducit homines ad peccandum. F PRius. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris; dum perseuerat in eis. EI. Et si omnia sciat, placet illi tamen humilis confessio peccatoris. MEdicis suis .i. proprio sacerdoti; est .n. pluralis pro singulari. Nec tamen male faciunt, qui pluribus non ambiciosè cōfitentur; sed multiplicatis intercessoribus, ut fortius adiuuentur. DEmum. Iustificati a peccatis; scriptum est .n. uerte impios; & non erūt, scilicet amplius impii, sed iusti; & sic poterunt etiam ipsi digne laudare Deum. OBliquos. Vt serpentes tortuoso itinere per spinas peccatorum declinantes. MElos. Dulcem cantum, atq; auribus suauem; Græca dictio est, generis neutri, & indeclinabilis apud nos. TRicordi. Tres cordulas habente, vt olim. Et quamuis modo parua cythara, quę tangitur vngula, multum distet a lyra, quæ plectro pangitur; apud antiquos poetas pro eodem musico instrumento indifferenter capiebantur. Sic & apud nos vates Ecclesiast cos capiatur. PSalteria. Aliud instrumentum musicum. Est psalterium diuersum a lyra, & cythara, de quo uide Aug. in principio expositionis psalmorum. Ego nunquam tale Instrumentum potui uidere. Hoc instrumento usus est Dauides in compositione psalmorum: unde & psaltes dictus est uatum omnium egregius. FIdibus. Cordulis ex ner-

Te simul erudiam, qua gradiare via.
Te super obseruans firmabo lumina fixo
Intuitu; vt recto tramite semper eas.
O socij mecum fieri nolite ferini,
Ne vestros animos sensa ferina trahant.
Præcipites vt equi in venerem, muliuè feroces;
Absq; intellectu qui ratione carent.
Et quoniam infræni sine te rectore feruntur,
Quocunq; insanos impetus intus agit.
Per nemora, & saltus, per scrupea saxa feruntur;
Per spaciosa viæ, per sata culta vagi.
Maxillas constringe chamo, durisq́, lupatis;
Cumq; manu fræno dirige sessor eos.
Hactenus & quoniam per deuia quæq; vagati,
Numquam curarunt appropiare tibi.
Attrahe per frænum, & duris contunde flagellis:
Per latera, atq; armos, duraq; terga doma.
O peccatores quàm multa flagella parantur
Vobis, ni cito vos inde retraxeritis.
Si emendaueritis vitam, commissa fatentes;
Spem veniæ poterit tum methanæa dare.
Circum namq; dabit miseratio certa fideles
Illos; qui in Domino spem posuêre suam.
In Domino lætamini, & exultate canentes
Corde, viri iusti, carmina lætitiæ.
Corde viri recto de vobis parua loquentes,
Magnificate Deum; glorificate Deum.
Amen.

ODE XXXII. EX PSALMO. XXXII.
Exultate iusti.

IN Domino iusti casto exultate timore:
Namq; decet rectos magnificare Deum.
In Domino exultent iusti: quia iustior ipse est:
Iustitiaq; sua iustificauit eos.
In Domino exultent, non in mortalibus vllis;
Non in se: nec enim se amplificare decet.
Si peccatores fuerint, prius inde rubescant,
Et confundantur; pæniteatq; reos.
Confiteantur ei primum: velut inde leprosi
Expandant medicis vlcera quisq; suis.
Sic poterunt demum in Domino exultare decenter,
Et miseratorem magnificare Deum.
Obliquos nec enim, sed collaudatio rectos
Digna decet: recti glorificate Deum.
Pangite voce melos, cythara pulsate tricordi:
Diuinas laudes ora manusq; sonent.
Cordarumq; decem resonent psalteria vestra:
Hic demum sonus est dulcis in aure Dei.
Discite vos cytharam fidibus pulsare canoris

Qu'cunq; optatis rite rogare Deum.
Arida facta caro propter ieiunia crebra;
Dulcisonans cythara est: plectraq; sunt gemitus.
Tres bene concordes nerui, mediatio cordis;
Alter vox verbi, ternus opus manuum.
Cum bene conueniunt cordæ: cor, lingua, manusq;
Tunc cytharæ sonus est dulcis in aure Dei.
Qui præcepta Dei seruant, psalteria tangunt:
Vt denæ cordæ, sunt quoq; iussa Dei.
Pangite sic cythara: Domino sic psallite serui,
Vt sit mellifluus vester in aure sonus.
Abiecto à vobis vitiorum errore vetusto,
Iam noua vosq; noui cantica concinite.
Iubila psallentum bene vociferatio promat:
Gaudia concentus interiora notent,
Quàm rectum est verbũ Domini, atq; fidelia cuncta
Sunt opera illius, carmina vestra canant.
Quàm pius, & clemens, & quàm sermone fidelis:
Stat dictis verax, pollicitisq; manet.
Vt pius est Dominus, pietatem diligit, atque.
Commiserans miseros, & miseretur eis.
Nec minus astream vt iustus sectatur amore,
Virtutum extremam, cum super astra redit.
Iccirco miseros semper miseratur egenos;
Largiturq; libens supplicibus veniam.
Iustitiam vt iustus iudex exercet in illos,
De vitio in vitium qui sine more ruunt:.
Pronior ad veniam tamen est, dum viuimus: hinc est,
Quòd pietate Dei terra repleta viget,
Ecce Dei verbo firmati in cardine cæli,
Ne diuellantur turbine, vel tonitru.
Oris & illius Domini spiramine sancto
Illorum virtus omnis ab arce venit.
Fælices cæli verbi huius robore firmi,
Virtutes quorum spiritus intus alit.
Nonne maris lymphas verbo congessit eodem?
Congeritur vacuo secut in vtre merum?
Condidit immensos pelagi formator abyssos,
Thesauris veluti conditur omne pecu.
Hunc igitur solum timeant, venerentur, adorent:
Hunc habitatores totius orbis ament.
Omnia namq; Deus solum dicendo creauit.
Fiat (ait) cælum: fiat & orbis, ait,
Emicuit cælum, micuere & sydera cæli:
Emersit tellus, totus & orbis aquis.
Omnia mandato Domini sunt iussa creari:
Suntq; iubente Deo cuncta creata simul.
Nec minus in terris populos, ac regna gubernat:
De gente in gentem transigit imperia.
Ah quoties contra iustos turbantur iniqui;
Contra quos ineunt mutua concilia.
Prospicit ex alto Deus, & disperdit eorum
Consilia: instructos dissipat atq; dolos.
Incassum coëunt populi, gentesq; nefandæ,
Nos populum Domini perdere posse rati.
Quæ taciti meditantur inania, perdit inaurus:

no tracto factis. ARida facta caro. Moralis hic A
est sensus: Cythara .n. mortificatã carnem signi-
ficat: tres cordulæ bene sonantes, sunt uoces,
cordis, oris, & operis bene concordes. PLectra,
Suspiria, atq; gemitus. PSalteria tangunt. Et
hic sensus moralis est; nam dulcis psalterii so-
nus est obseruatio decem præceptorum Dei.
IVbila. Gaudia sunt ineffabilia, quæ uerbis ex-
primi non possunt. Quàm rectum. Ordo est.
carmina uestra canant, quàm rectum est
uerbum Domini, & cętera, quę sequuntur.
QVam pius & clemens. Subaudiendum est;
carmina uestra canant, quam pius & cle-
mens &c. STat dictis uerax .i. quæ dixit se factu-
rum, opere complet: non mutat propositum, ut
homines: neq; mentitur, ut homines; de qui-
bus alibi scribitur: Omnis homo mendax, Deus
autem uerax. POllicitisq; manet. Quæ sponte
promitt t, & re donat. Sicut pollicitus est, se ps. 115.
daturum Christum de sem'ne Dauid; & ita dedit
illum natum ex Maria V rgine, quę fu t de se-
mine Dauid. PIetatem .i. misericordiam, iuxta
illud; m ser cordiam uolo, & non sacr ficium. ps. 114.
Astream · Iustitiam. Allusio ad uersum illum: B
ultima uirtutum terras astræa reliquit. MIseros.
Peccatores intelligit, qui uerè miseri sunt: ser-
uorum .n. null us conditio miserior est: & ma-
ximè tyrannorum, qualis est Diabolus, cuius,
serui sunt peccatores, iuxta illud Dominicum:
qui facit peccatum seruus est peccati. EGenos.
Gratia Dei, & uirtutibus. Libens. Sicut ipse Io. 8.
dixit? non ueni uocare iustos, sed peccatores in Mat. 9
pænitentiam. In illos. Peccatores obstinatos,
de quibus dicitur: peccator cum in profundum
malorum uenerit, contemnit. DE uitio in uitiũ. pro. 13.
Tanta est enim grauitas peccati, ut nisi per ue-
ram pænitentiam fuerit cito sublatum, proti-
nus ad aliud grauius peccatum trahit miserum
peccatorem. DVm uiuimus. Bene dicit, dum
uiuimus; quia post mortem sera est pænitentia,
sed minime fructuosa. Quidam doctor solebat
dicere: Deo esse duo tribunalia, misericordiæ C
unum, alterum iustitiæ: in hac uita misericordia
audit causas, & iustitia facit ferias: post mortẽ,
in altera uita, Iustitia audit causas, & misericor-
dia facit ferias. PIetate Dei. Misericordia, ut
supra. CArdine. Pro cardinibus, i. super utroq;
polo, Artico & Antartico; superiori atq; in-
feriori. TVrbine. Impetu uentorum. TOnitru.
Nubium collisione. SPiramine. Spiritu sancto.
Hic locus est, ubi fit mentio Trinitatis personа-
rum, Patris, Filii, & Spiritus sancti. FAelices
cæli. Apostolos intelligit; qui & enarrant glo-
riam Dei, ut in alio psalmo dicitur. CONgessit.
In unum congregauit, v 3. oceanum: ABysso. ps. 18.
Profundas concauitates illas, in quibus aquæ
congestæ sunt. OMne pecu. Generale uocabu-
lum est ad pecora, & omnẽ substantiam; & ma-
xime pecuniã auri & argenti; pro qua ponitur
hic; quæ in thesauris recondi solet. TRansigit
imperia. propter iniustitias, calumnias, & igna-
uiam rectorum: ut olim ab Assyriis in Caldeos,
ab his in Medos & Persas; deinde in Græcos;
& demum in Romanos. CONcilia. Congrega-
tiones principum; quas nunc colligationes uo-
cant, ad oppressiones populorum, interdum
& iustorum. DIsperdit. Vt patet in lib. Iosue,
Iudicum, & Regum; & nouissimè in act. Apost.

Conatus reprobat, consilia atq; Ducum.
Consilium verò Domini perdurat in æuum
Æternum; & transit de genea in genean.
De genea in genean quæcunq; recogitat ipse,
Firma manent: proprio stant benefixa loco.
Quam fælix ea gens est, terq; quaterq; beata;
Omnipotens Dominus cui Deus eius adest.
Iustus adest iustis, iusteq; colentibus illum:
Nunc etiam præsens semper adhæret eis.
Vt crocitans pullos expansis colligit alis,
Aduersus milnum torua tuetur eos:
Vtq; parens rostro, vel quæritat vnguibus escam,
Quam capiant parui matris ab ore sui:
Sic Deus increpitans dispersos cogit in vnum
Exterius, blandis interiusq; vocat.
His panem vitæ prædulcem præparat escam:
Propinatq; merum dulcius ambrosia.
Quam fælix populus, tempusq; in vtrumq; beatus,
Quem Deus Hæredem scripserit ipse sibi.
De summo Dominus terras despexit olympo,
Vnde hominum prudens respicit omne genus.
Fulgenti è solio super omnes lumina voluit
Terræ habitatores, quos Deus ipse dedit.
Inde sigillatim qui pectora finxit eorum.
Vt placitum est, animas lustrat amore suo.
Inde sigillatim cordis rimator eorum,
Præmeditata videt, quodq; sequatur opus.
Expansis oculis opera omnia nostra tuetur:
Siue die pateant, seu tenebris lateant.
Ex quo fonte cadant prudens intelligit acta
Cuiuscunq; bono prodita, siue malo.
Est Deus omnipotens: & quem protexerit ipse,
Is protectus erit; deniq; saluus erit.
Non multa virtute sua saluabitur vllus
Rex, acie structa sit licet ille ferox.
Corporea nec mole sua saluabitur acer
Quisq; Gygas, vultu sit licet ille ferox.
Est fallax equiti sonipes præstare salutem,
Arduus, etsi sit calcibus ille ferox.
Nunquid saluauit Sæona exercitus ingens?
Corporis aut moles Ogin ab ense tulit?
Nunquid equus fortis Pharaona eduxit ab undis?
Aut equites currus? ne morerentur aquis?
Cur tanti cecidere uiri? quia lumina ab ipsis
Tu reiecisti: te sine quid poterant?
Respicis at iustos Domine: hinc gaudete fideles:
Vos super assiduè lumina fixa tenet;
Eruat ut uestras animas a morte Geennæ;
Vtq. intentata corpora cæde leuet.
Præbeat ut uobis annonam in tempore caro,
Ne uos dira lues perdat & ossa fame,
Lumina fixa tenet super ijs, qui semper in ipsum
Clementem sperant; suspiciuntq. Deum.

D COnsilium verò Domini. Vt de missione Chri-
sti, & illuminatione gentium ad suscipiendam
Christi fidem. DE genea in genean. De gene-
ratione in generationem. Positæ sunt Græcę di-
ctiones; quia Latinę in hoc metro minimè ca-
piuntur. Fixa. Translatio a clauis: quia leges
olim figebantur, atq; refigebantur: unde & Vir-
gilius dixit: Hic fixit leges precio, atq; refixit.
TErq; quaterq; .i. septies: qui numerus perfectio-
nē, atq; uniuersitatē significat, de quo multa in
Apocalypsi inueniuntur exempla. ADest. Fa-
uet. Præsentiam, atq; fauorem significat hoc
verbum. NVnc. In præsentis uitæ tempore.
ADhæret. Per custodiam, ne grauiter peccent.
Mat.23 CRocitans. Gallina feta: similitudo sumpta ex
Euangelio: quoties uolui congregare te, sicut
Gallina congregat pullos suos sub alas, & no-
luisti. TVetur. Defendit eo modo, quo potest.
INcrepitans externus. Sæpe redarguens per suos
prædicatores, atq; monitores. INterius blandis.
Inspirationibus, vt mihi ipsi sæpe fecit; & maxi-
me semel, dum esse cogitabundus, & quò non li-
cebat, ire pararem: dixit mihi: fili mi (quid dul-
cius) ne eas (quid utilius) te pænitebit. (quid
salubrius). PAnem uitæ. Corpus, & sanguinem
suum; illum in cibum, & hunc in potum: de quo
Io.6. in Euang. hic est panis de cœlo descendens, &
E dat uitam mundo &c. PRopinat. Porrigit ad
bibendum. MErum. Sanguinem suum sub spe-
cie uini. Potest etiam de uerbo sapientiæ, & præ-
dicationis hoc intelligi; quod puris mentibus
dulcissimū est: unde & hic Propheta alibi dixit:
ps.33. gustate, & uidete quàm suauis est Dominus. Et
ps.18. alibi: Dulciora sunt eloquia tua super mel & fa-
uum. AMbrosia. Dulcis quædam herba, cuius
succo apud Gentiles poetas dii utebantur: Græ-
ca dictio est. IN vtrunq; tempus. Præsens &
& futurum: item, prosperitatis, & aduersitatis.
HAeredem. Deus est hereditas nostra: & nos
Ga.4. sumus heredes Dei, ut ait Apostolus: Si filii, &
hæredes, heredes quidem Dei, cohæredes autē
Christi. DEspexit. Non contempsit, sed deor-
sum aspexit; sic & Virgilius: Despiciens mare
ueliuolum. VT placitum est. Secundum bene-
placitum suum. AMore suo. Gratia sua: diuidit
.n. singulis, prout uult, sicut docet Apostolus;
& omnia iusto iudicio suo disponit, licet nobis
incognito. TVetur. Aspicit. DIe fiant. Bona
Io.11. s. opera: SEu tenebris lateant. Mala, s. opera:
nam qui odit lucem, ambulat in tenebris. Om-
nis .n. qui male agit, odit lucem. VAnti uiri, Et
F uirtute belli, & numero nam multa erant millia;
& magni roboris, qui cum Pharaone summersi
sunt in mari Rubro; & cum Seone interempti
Ex.14. sunt in conflictu à filiis Israel, Duce Moise. QVid
Nu.21 poterant. Q. d. nihil. REspicis. Fauore prose-
deu.2. queris. FIdeles. Apostrophe, est sermonis con-
uersio ad Christianos; qui ab initio uocabantur
Mat.5 fideles. GEennæ. Aeternæ damnationis, uocabulū
nouū est in Euang. à D. N. I. Ch. primò prolatū.
Dicitur deriuari a Geennon; quę est uallis pro-
fundissima; in quam, conflictu facto cum ho-
stibus, multa millia interfectorū proiecta sunt:
Vnde & teterrimus odor ex corruptione cada-
uerum exhalabat. Hinc tractum est, ut Geenna
ponatur pro inferno. INtentata cæde. Ab ho-
stibus. ANnonam. Victualia, quæ ad uictum
humanum pertinent; & maxime granum. TEm-
pore caro. i. penuriæ, siue caristiæ; quando caro precio uenduntur omnia. LVes. Tabida cum sumptu. FAme.
Esuriæ, uel inedia. SVspiciunt. Sursum aspiciunt tanquam ad suum adiutorem. CLypeo suo. Protectione sua.

Sustinet ergo Deum patiens, & sperat ab illo
Continuè tristis spiritus auxilium.
Est adiutor enim nobis, protector & acer;
Excipiet clypeo tela inimica suo.
Eruti ab hoste malo lætabimur intus in ipso:
Cor nostrum capiet gaudia uera diu.
Nomine nam sancto ueluti sperauimus eius;
Sic sumus adiuti; spes rata nostra fuit.
Nos super, o clemens, tua missericordia fiat:
Spes tua nos aluit, spes tua semper alat.

ODE. XXXIII. EX PSALMO. XXXIII. Benedicam.

ERutus ex magno Vates discrimine uitæ,
Hoc cantu grates reddidit inde Deo.
Nos simul edocuit dignas persoluere grates,
Cum susceperimus munera digna Deo.
Pulsus agebatur patrijs è finibus exul;
Diuertit Vates hostis ad hospitium.
Abbimelec regnabat Achis procul urbe Gethæa;
Ad quam declinans cognitus ecce fuit.
Namq; viri virtus squallore latere nequibat;
Inter & ærumnas emicat ille nitor.
Ecce ferox (aiunt) hostis, qui cæde Goliæ
Exultans, spolia hinc uictor opima tulit.
Hic nostras acies strauit ductore perempto:
Cæsaq. sunt passim millia multa uirûm.
Nonne puellarum chorus huic cantare solebat:
Mille Saul, Dauid millia dena necat.
Nonne Hæbræorum Regem hunc eccinere futurum?
Qui sibi nos subigat, sceptraq. nostra ferat?
Nunc igitur tollamus eum: mora segnis abesto.
Opprobrij nostri fiat & ultor Achis.
His intellectis, faciem mutauit & ora
Dauid, ut insanus fit o furore ferox.
Labitur huc illuc, impingit & hostia fronte,
Saucius ut taurus, corniger aut aries,
Tuncq; ferebatur manibus, uelut arbor, in altum
Extensis pedibus, ceu pueri faciunt.
Vtq; aper Infrendens spumas ex ore uomebat;
Collabebantur sputa per ora viri.
Sic tamen aprensum vix brachia multa trahebant
Regis ad aspectus, vt moreretur ibi.
Quem cum vidisset furere; Increpuitq; ministros,
Iussit & expelli protinus vrbe procul.
Erutus à tanto Psaltes discrimine vitæ,
Diuinas laudes talibus insonuit.
Clementem Dominum benedicā tempore in omni;
Illius laudes semper in ore meo.
Siue micante die succedant prospera cuncta;
Siue sub obscura me mala nocte premant.
Corde tamen Dominum benedicam tēpore in omni:
Diuinas laudes oraq; nostra canent.
In Domino vires animæ extendentur in eius
Laudibus: atq; canent viscera nostra Deum.
Si quid adest in me forsan laudabile, totum

A De Deo loquitur, more humano. Duces.n. clypeo suo excipiunt hostilia tela in pedites suos coniecta. RAta. Firma, non uana. Missericordia. Duplici ss scribitur, propter metrum, sicut relligio, & repperio. Aluit. In præteritum. SEmper alat. Donec in hoc mundo uiuimus; nā post præsentem uitam, spes mutabitur in rem. Amen.

ERVtus ex magno &c. Ex principio huius ode apparet materia eius, & causa. Nam Dauides fugiens a facie Regis Saulis persecutoris; cum ueuisset in Geth, terram Phylistinorum, cognitus ab hostibus, & deprehensus, adductus est ad Regem Achis; qui & Abimelech ratione regni dicebatur: simulato furore periculum mortis euasit. Liber igitur à tam graui periculo, Deo gratias agit, cuius instinctu furorem simulauerat: & eum omni tempore se laudaturum promittit. Nos etiam tāti ducis exemplum secuti, cum eruimur a periculis, a Domino beneficium recognoscentes, illi gratias agamus; ac semper eum laudemus. Sic ergo incipit. ERutus. Ereptus, ac liberatus. Discrimine. Periculo. B VAtes. Dauid propheta. HOstis. Philistęi regis, nomine Achis: nam Abimelech est nomen generale regnantium ibi: sicut Pharao, & Ptolomæus Regnantis in AEgypto; & Cæsar Romanorum Imperator. GEthæa. In libro Regnum dicitur Geth; & in libro Geneseos, Gerare. Est una ex v. Satrapiis Phylistiim: SQuallore. Vultus, & tenui habitu, qualem potuit exul habere tunc temporis. AErumnas. Miserias. GOliæ. Gygantis, quem adhue adolescens, iacto e funda lapide, strauit; ereptoq; ipsius gladio, caput amputauit. OPima spolia. Quæ à duce belli interfecto eripiuntur. SAul. Diæresis figura: nam solusa est diphtongus in duas syllabas. Millia dena. Quia gygas ille ductor erat belli, & pro x. millibus computabatur. De hac cantilena uide in p. lib. Regū: fuit enim causa inuidiæ Saul, & persecutionis Dauid. CEcinere. Prophetæ illius temporis edocti a Samuele, qui illum adhuc puerum in Regem futurum peruinxerat, ex mandato Domini. INsanus. Stultus, & furibundus: nam stultitiam simulare loco prudentia summa est, ut ait sapiens. ARbor. Nec mirum, dicunt enim phylosophi, hominem esse arborem uersam. CEu pueri. Quorum cordibus alligatam esse stultitiam, dixit sapiens, sed uirga disciplinæ fugaudam. INfrendens. s. dentibus. VIdisset. Achis Rex. Increpuit. Dicens; An desunt nobis furiosi? quia introduxistis istum, ut fureret me præsente? dimittite illum hinc, bene ingrediatur domum meam. PSaltes. Dauid psalmista. BEnedicam. Hic incipit psalmi tenor. TEmpore in omni. Prosperitatis, & aduersitatis, contra illos, qui tunc solum benedicunt Dominum, cum benefecerit eis; in aduersitatibus positi, desperant, maledicunt, & blasphemant. Micante die. Lucente. In diuina scriptura sæpe dies significat prosperitatem; nox uerò aduersitatem. Vires animæ. Virtutes, quæ sedem suam habent in anima. CAnent. Laudabunt. Viscera. Misericordię sunt sedes, quę tunc laudant Dominum, cum mouentur ad compassionem super afflictione proximi. LAudabile. In omnibus nostris actionibus bonis Deus est laudandus, quia ipse est, qui omnia bona opera facit in nobis, & ex nobis, sicut ipse dixit; sine

1.R.21

1.R.17

1.R.18

C

1.R.21.

me

D me nihil potestis facere. Illum ergo laudare debemus, & glorificare; sicut modo ex insigni uictoria, quã Deo fauente obtinuit classis christianorum, perfracta penitus Turcarum classe, multo copiosiore & nauiũ ac militũ multitudine; laudandus est Deus & glorificandus; qui misertus est populi sui, & exaudiuit orationem serui sui Pii Quinti Summi Pontificis. Et hæc facta sunt dum hæc scriberem. M.D.LXXI. mense Octobris, die vii. Confirmet hoc Deus, quod operatus est in nobis, addendo victoriam super uictoriam. donec sancta mater Ecclesia recipiat dominium super omnes gentes in toto orbe terrarum: sicut habebat quattuor Doctorũ tempore magnorum. Sed iam redeamus ad nostram expositionem, quæ utinam relegatur toto orbe terrarum ad Catholicam fidem Christi redacto. Math.5 & 11. MITIS, & ipse fui. Sic & Christus in Euangelio: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et alibi: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Est autem mitis, qui nemini nocet; & E si nocetur ei, suffert, nec remurmurat. SACRO chrismate. Vnctione illa, qua ungebantur Reges. Et hoc factum fuit per Samuelem, ut dicitur in lib.1. Regum. Christus etiam fuit unctus oleo lætitiæ præ consortibus suis; ut attestatur Apo- 1.R. 17 stolus Petrus. TVLI. Sustuli, siue accepi. GOliath. Gygantem. Palestinorum Ducem, de quo supra. Tuli. Vici, & abstuli inde spolia. 1.R. 18 SOCERI. Saulis Regis, qui dederat ei filiam Michol in uxorẽ; ut esset ei in scandalum & ruinã: sed contrarium euenit; quia ualde dilexit eum: & ne occideretur persuasit ei fugam; & adiuuit in quo potuit. IN istis. Quæ supra dixi, mihi contigisse per Dei gratiam. NON nos. Nè simus F inanis gloriæ cupidi; & iactabundi inueniamur. NVNC etiam. Dum solus esset in hostili urbe Gethæa; ac deprehensum uellent occidere Gethæi. TRibulis acutis. Pro tribulationibus asperis. Primitiuum positum est pro deriuatiuo, quod uix hoc uersu capitur. EXemplar. Modo formula quædam, qua uiri sancti informarentur ad patientiam, imitando uatem. SPECIMEN. Speculum quoddam, in quo specularentur uiri iusti; & abstergerent à se maculas impatientiæ, & fastidii. QVa breuiore uia. Supple, id fieri potest. MENTIS. Non gressibus corporis, sed mentis affectu peruenitur ad Deum. CAECI. Propriè sunt ignorantes. CORDE. Vnde Dominus in Euangelio dixit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. SI respexeritis. Id æternum Math.5 lumen radiis lustr. orb. LVX eritis. Pro modulo uestro. Sic & de Apostolis dictum est; uos estis lux mundi, &c. quia luce doctrinæ illuminatur cæcitas ignorantiũ. TVRBINE nimborum. A persecutione impetuosa Paganorum. A TENEbris. Hæreticorum, qui malis doctrinis offuscant mentes instabiles fatuorum. RVBORE graui. Quem incutiunt mundi amatores seruis Dei; eo quod uideantur insipientes; qui relictis diuitiis paupertatem; & omissis deliciis, atq; uoluptatibus, quibus poterant perfrui; ærumnas, ac miserias amplectantur; & propterea sæpe erubescunt adhuc infirmi in religionibus asperis, nescientes adhuc respondere: quia oportet nos per multas tribulationes introire in regnũ, exemplo Dauid, & aliorum antecessorum nostrorum. DICITE. Improperantibus uobis quæ supra dicta sunt, uos dicite ea, quæ sequuntur. ACER herus. Fortis Dominus. ANGELUS permaximus. Christus est, qui, ut dicit Esaias, est magni consilii Angelus; quem aduocatum habemus apud Deum, ut docet Apostolus. Possumus etiam intelligere post Christum de Archangelo Michaele, militiæ cælestis exercitus principe, cui commendata est Ecclesia fidelium. CEleres suos. Angelos milites suos. AMbibunt. Armis protectionis suæ circundabunt.

Ascribatur ei, qui mihi cuncta dedit.
Si quid adest in me forsan laudabile; laudes
Non hominum tenues pectora nostra petunt.
A Domino potius laudari spiritus ardet:
Qui verè laudat, quiq; probanda probat.
Auscultate mihi, mansueti audite; videte,
Miti quanta mihi contulit ipse Deus.
Paruus eram parui custos gregis; inter & agnos
Versatus mites, mitis & ipse fui.
Me Deus elegit mitem; sacroq; perunxit
Chrismate: quo vires, robur & acre tuli.
Vrsis præualui magnis; molasq; leonum
Confregi: Goliath strauit & ista manus.
Ecce Palestinos quoties prostrauimus hostes!
Bellipotens Ductor castra inimica tuli.
Inuidiam soceri iam mansuetudine mira
Deuici: & vincam cuncta, fauente Deo.
Exultate viri mecum; & lætemur in istis:
Mansueti mecum magnificate Deum.
Exaltemus eum; non nos tollamus ad astra:
Solius Domini nomen in ore sonet.
Nunc etiam tanto positus discrimine vitæ,
Illum exquisiui pectore & ore gemens.
Audijt è summo, meq; exaudiuit olympo:
Me simul eripuit de anxietate graui.
Cunctarum e tribulis curatum eduxit acutis,
Vt fierem exemplar, vel specimen reliquis.
Vos etiam, o socij, iam tandem accedite mecum
Ad Dominum properi qua breuiore via.
Affectu mentis contendite passibus æquis;
Currite gaudentes iam per amoris iter.
Diuinam ad lucem cæci properate: propinqui
Illustrabamini; quo videatis eum.
Quo propiore Deum intuitu fælicior esto.
O quam iucundum corde videre Deum.
Si respexeritis, radijs lustrantibus orbem
Lumen id æternum; vos quoq; lux eritis.
Non confundentur facies a turbine vestræ
Nimborum; a tenebris; siue rubore graui.
Dicite vobiscum quicunq; fideliter ista
Perlegitis; quibus & carmina nostra placent,
Dicite: si pauper Dauid, fugitiuus, & exul,
Ad Dominum clamans repperit auxilium;
Si miser ad Dominum clamauit: & audijt illum,
Eripuitq; malis omnibus acer herus:
Ad se nos etiam clamantes audiet ipsos:
Eruet à nostris nos simul atq; malis.
Angelus & noster custos permaximus ille
Emittet celeres prorsus ab arce suos.
Qui nos ambibunt, Dominum & quoscunq; timẽtes

circundabunt. GVSTATE. Quia nisi gustaueritis, nescietis dulcedinem diuinæ bonitatis; ut sequitur infra; uini exemplo. GVstanda. per meditationem, & contemplationem diuini erga nos amoris: quem possumus conijcere ex humana creatione, redemptione, sustentatione, & spe glorificationis. MVndum inanem. Veris bonis, A

Qui nos defendent, eripientq; malis.
O serui Domini, gustate, videte, probate,
Quàm suauis Dominus, dulcis & eius amor.
Nam si vina probantur odore, colore, sapore,
Vt bonitas eius sit manifesta latens:
Sic gustanda Dei bonitas est, atq; probanda;
Vt quæ nos latuit sit manifesta modo.
Si gustaueritis, si ardebitis eius amore,
Quàm dulcis vobis, quàmq; suauis erit.
Ille beatus erit, qui mundum spernit inanem;
Sed magis in Domino sperat vbiq; suo.
Ergo timete Deum; & Dominum reuerenter amate
Omnes sancti eius, spes quibus vna Deus.
Non est paupertas turpis metuentibus illum:
Qui timeat Dominum nullus egenus, inops.
Nam locuples, & qui terrenis rebus abundat,
Esurit, & semper diues auarus eget.
Nec sibi parta satis: sitis insatiabilis eius:
Est venter vacuus, pallidaq; ora fame.
Ast inquirentes Dominum lætanter abundant:
Quæ dat eis Dominus, sunt sibi pauca satis.
Suppeditat victum seruis, atq; vnde tegantur:
Præterea omne bonum non minuetur eis.
Filij adeste mihi, Dominiq; docebo timorem
Vos omnes: patria qui mihi lege datus.
Nempe quis ex vobis æternam viuere vitam
Qui velit, atq; dies semper habere bonos?
Indomitum linguam monstrum cohibere memento
Et labia auertas perniciosa loqui:
In Dominum, & sanctos fuge, ne execrabilis, ira
Lingua redaxetur, vel maledicat eis.
Nec detestetur charos tua lingua parentes:
Deuoueat natos nec tua lingua caue.
Vllius famæ ne detrahat; obijciatuè:
Nec carnes hominum dentibus illa voret.
Mentiri caueat: mendaciauè vlla profari;
Et dedignetur falsa, dolosuè loqui.
Probra nec improperet: callumnia nulla struatur:
Non ea deieret: non vacet illa iocis.
Qui non est lapsus verbo, nec inutile quicquam
Protulit; hic fœlix, terq; beatus erit.
Cum moderatus eris linguam: moderator & acta
Effuge quæq; mala: perfice queq; bona.
Quæ vetuit Dominus fugito: quæ iussit habeto
In mentem; vt facias viribus ipse tuis.
Quodq; bonũ summũ est, propolle: exquirere pacem
Nitere, quęsitam prosequere: & retine:

quæ sperantur in futuro sæculo. VNA. Neq; .n. licet in alio sperare; quia non possumus ponere pedem in duobus calceis. TVRPIS. Sicut amatoribus huius mundi, iuxta illud mundani poetæ; Et turpis egestas. EGENUS inops. Quia de uictu, & uestitu prouidet illis DEUS, quibus contenti ultra non quærunt. EGET. Iuxta illud prouerbium; auaro tam deest, quod habet, quam qđ non habet: quia partis uti non audet. SITIS insatiabilis. Desiderium inexplebile rerum, & maxime pecunię. PAUCA satis. Natura quippe humana modicis est contenta. Et Apostolus ait; habentes uictum, & uestitum; his contenti sumus. OMNE bonum. Est ipse Deus, qui minui non potest. FILII. Vt pater, loquitur Vates, erudiens filios. DOMINIQ; timorem. Bene dicit Domini; quia multiplex est timor; v3. mundanus, seruilis, & filialis; qui est Domini. Mundanus enim malus est, quia inducit ad peccatum: seruilis utilis est, quia retrahit a peccato; & paulatim trahit charitatem, ut seta filum; sed foras mittitur a charitate; timor autem Domini, qui & filialis dicitur, est castus ille & sanctus, qui manet in æternum: quem docet nunc Vates. Et in summa, est abstinere a malo, & facere bonũ. LEGE patria. Maiorum, siue Moysi; uel quam docuerunt parentes eius, sicut legimus, Tobiã patrem docuisse filium suum. INDOMITUM linguam monstrum. Sic & Iacobus Apostolus dicit; omnia fera animalia domari possunt; linguã autem hominis nemo domare potest. COHIBERE memento. Sic & Cato sapiens dicit: uirtutem primam esse puto compescere linguam: proximus ille DEO est, qui scit ratione tacere. PERNICIOSA. Damnosa, mortifera; deriuatur à perneco, cas; quod est occido; quia talia uerba occidunt animam; & frequenter dant occasionem necis corporis. IRA. propter iram; ablatiui casus est. PARENTES. Quia lege cautum est: qui maledixerit patri, uel matri, morte moriatur, lapidibus obruatur. DEUOUEANT natos. Hanc pessimam consuetudinem, quam matres nostri temporis habent, præcipuè pauperes, & uiles; non possunt prædicatores suis clamoribus extirpare. Vnde non est mirum, si ex deuotis filiis exiguam, uel nullam consolationem assequuntur: quinimò in sua senecta, ut plurimum, deseruntur ab illis; & fame pereunt. CARNES hominum uoret. Hoc fit per uitium detractionis: vnde Augustinus in frontispitio refectorii ante mensam, hos duos uersiculos ascripserat: Qui cupit absentum fratrum corrodere uitam, Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. MEntiri. Differt, a mendacio; quia mentitur sciens, mendacia dicit oberrans: plerumq; tamen confunduntur hæc uocabula: nam triplex est mendacium, iocosum, officiosum, & perniciosum: de quibus uide Augustinum in libro de mendacio. FALSA. Vt calumniatores ac testes falsi; de quibus ter scriptum repperi in lib. sapientię: falsus testis non erit impunitus. DOLOS. Vt insidiantes, ac proditores. PRobra. Quę in faciem cuipiam obiiciuntur, in eius uituperium; ut sicophanta, facinorosus, adulter, fur, uel homicida; & similia. CAllumnia. Iniqua accusatio, nec uera. DEIERET. Falsum iurando, uel non faciendo quod se iurauerat antefacturum. VACET iocis. Inutilibus fabulis; quia de omni uerbo ocioso reddenda est ratio in die iudicii; ex his uersiculis: quanta peccata fiunt per linguam, que non coercetur. quam parua caruncula quantorum est causa malorum. VIribus tuis. Mediante tamen gratia diuina. ET retine. Quantum in te est: quia duræ ceruicis homines, difficilè ad pacem conciliandam adducuntur, & conseruandam

1. Tim. 6

B

Tob. 4.

Iac. 3.

C

Sanctus

Opprimere ignarum tanti discriminis ergo
Sperarunt: ita erant à charitate procul.
Sed neq; cumpuncti, aut sceleris grauitate retracti,
Officia immemores posthabuere mea.
Perdere tentarunt, contempto robore nostro,
Me subsannantes naribus, & labijs.
Syluestres vt apros sic frendere dentibus in me
Vidisses, spumas & rabido ore vomi.
Quo tamen vsq; Deus iudex patieris iniquos
Me subsannantes spernere? teq; simul?
Quando respicies oculis hęc, o pater, æquis?
In tuto vitam restituesq; meam?
Quando malignantum turbas procul esse iubebis?
Quæ me cinxerunt agmine multiplici.
Quæsiuère meam super omnia tollere vitam:
Salua sit a rabidis vnica vita mea.
Eripe iamtandem rapidorum ex ore leonum
Hanc animam, tibi quæ tam pretiosa fuit.
Cum per te fuero ereptus, liberq;, fatebor,
Et dicam psalmos nocte dieq; tibi.
Hinc mecum exultans Ecclesia magna per orbem,
Te canet; atq; tuum nomen ad astra feret,
Venturo in populo morum grauitate probato
Seruata incolumis te mea vita canet.
Me super exultans ne gaudeat hostis iniquus,
Te precor, insidias qui mihi mente parat.
Gratis enim oderunt me: oculorum nutibus asta
Sermonem inter se, vipereumq; serunt.
Pacificè quandoq; mihi sunt ore locuti;
Intus at irati continuère dolos.
Cumq; fuga lapsum cædentem protinus iræ
Me conspexissent: dissoluère choros.
Dilatauerunt exertaq; protinus ora,
Post me clamantes: effugit ecce reus.
Dantem terga reum viderunt lumina nostra:
Euge age diffugiunt; euge sequamur eos.
Clamorem audisti Deus, affectumq; notasti
Horum insultantum voce, manuq; mihi.
Tu Deus exurgas, oro, reprimasq; furentum
Instantem rabiem; subsidiumq; feras.
Esto mihi præsens iudex: discedere noli:
Ne sileas; tantum dissimulesuè scelus.
Exurge; vt iudex nostram iustissime causam
Discute: pro meritis iudiciumq; feras.
Iustitiæ me libra tuæ præponderet æqua:
Examen rectum iudicet inter eos.
Non super exultent, neq; tollant rursus in altum
Illos clamores, euge, tenemus eum.
Sed neq; iactentur; nunc ecce vorabimus illum,
Cordibus in tacitis hæc malesana cohors.
Frustrati potius contracta fronte rubescant;
Et verecundentur, quod male cessit eis.
Nec minus erubeant, qui gratabantur iniquis,
Cum mala perpeterer diffugiendo pauens.
Induat hostiles grauis hæc confusio turmas,
Quæ nec dum cessant ore maligna loqui.

siue inimicus. QVo tamen usq;. Thmesis figura, i. sectio dictionis, & alterius interpositio. Debet fieri hęc figura nisi in compositis, non in simplicibus, ut illud Ennij; saxo cere comminuit brum. SVbsannantes. Torto naso deridentes. LEonum. Ferocium, atq. superborum hominum: nulla .n. ferocior est bestia prauo, & furioso homine. TAm preciosa. Vt constitueris redimere eam filii tui sanguine. NOcte dieq; Statutis horis s. ECclesia magna. Christianorum, s. quia Iudæorum tantum, synagoga dicebatur. PEr orbem. S. uniuersum: & hoc uaticinium; quattuor Doctorum tempore fuit adimpletum; nunc uerò grandē eclypsim patitur luna; nam infideles Turci, ac Saraceni maiorem orbis partem tenent occupatam; in qua spurcus ille Mahumetus laudatur, non Christus. ME super exultans, &c. Ordo est precor te, o Domine, ne hostis iniquus, qui mihi mente paras insidias, exultans gaudeat super me. GRatis. I. pro eo, quod mihi deberent gratias agere ex acceptis beneficiis, oderunt me: quod proprium est ingratissimorum hominum. AStu. Per astutiam, ne intelligātur ab alijs, quæ malitiose inter se composuerunt. VIpereum. Mortiferum. SErunt. Spargunt: unde & sermo dictus est. PAcificè. Pacem fingentes uerbis blandis; sed corde dolos meditantes. Hæc etiam sæpe contigerunt. D. N. I. CH. Iccirco & de ipso dicimus uaticinata fuisse. FVga lapsum. Sic & D.N.I. CH. subtrahendo se, & cedens iræ, per medium illorum ibat inuisus. DIssoluere choros. Solutio unius syllabæ in duas. EXerta. Educta, more leonum, qui rictus hiantes, ac porrectos ostentant, vt terrorem incutiant. REus. Læsæ Maiestatis, ut ipsi putabant. EVge age. Aduerbia hortantis sunt: mutuo .n. se se cohortabantur ad persecutionem Dauid, & sociorum eius, fugientium non metu, ut existimabant; sed ne cogerentur cum suis congredi: Hebræi s. aduersus Hebræos pugnare nefariū ducebant. AFfectum. Pessimum desiderium interficiendi eos, fugienter gentis amicæ congressum. EXurgas. Velut e somno: uidetur enim dormire Deus, quando cito non succurrit: sed alibi dicitur: Ecce non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israel. SVbsidiumq; feras. Auxilium, quod obsessis: presidium, ante obsidionem. DIssimules. Sed ulciscatis. TAntum scelus. Ingratitudinis persecutorum. IVdicium. I. condemnationem, ac debitam penam. LIbra. Statera, quam in manu tenet iustitia. aXamen. Est lingula bilancis, quæ si medium rectum teneat, æqua est ponderatio; sin autem, iniqua. EXultent. Sed mereant oppressi a tuo recto iudicio. MAle sana. Intellectu. FRustrati. Suo desiderio malo perdendi me. GRatabantur. Congratulabantur: grator, taris, carmini conuenit; gratulor uerò, solutæ orationi. HAEc confusio. Quæ & ali-

Luc. 10.

E

F

A quando inducit hominem ad penitentiam; iuxta illud: imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

IMpius in iustum statuit, &c. Duo sunt genera impiorum, quæ frequenter in diuina scriptura redarguuntur, eo quòd mixti in populo Dei inueniuntur. Primum genus est eorum, qui non credunt Deum esse, ut in psalmo: Dixit impius in corde suo non est Deus: & horum, qui etsi credant Deum esse; non tamen putant, res hominum illi esse curæ: sed omnia incertis casibus uolui simul, atq; reuolui: & hi putant omnia sibi licere mala facere, modo non uideantur ab hominibus: de quibus in hac ode plenè ac dilucidè tractatur. IN iustum. Diuisum lege, i. contra iustum, pium, & bonum hominem. STatuit. Deliberauit. SEcum. In corde suo. NVllus homo. Quia de Deo nihil curat. VEretur. Non timet, nec reueretur. CAsibus. Fortuitis. Fuere etiam aliqui philosophi antiqui huius uanæ opinionis, quos refert commentator Virgilii, super illo uersu: Nec curare Deum credis mortalia quemquam.
B Hic autem error processit, quia inuisibilis est Deus; & in hoc sæculo uidentur omnia contingentia bonis & malis esse communia; quæ tamen à Deo uerè secundum suam sapientiam bene disponuntur, ac rectè: tametsi causis, & rationibus absconditis à nobis aliter uideatur. PRæponderat. Præualet in astutia, atq; malitia: sed hoc non est uerum, quia non est malitia, neq; prudentia contra Dominum. PRospicist. Caueat, atq; prouideat. ERgo dolum. A generali sententia transit ad specialem ostendens nobis, quid sibi euenerit à socero suo Saule, quem impium dicit; quia iusserat, occidi sacerdotes Dñi, eo quòd benignè se suscepissent in tabernaculum Domini. DOlum. Finxerat.n. Dauidem proditorem esse; mereriq; necem; sed potius occultè tollendum, quam publicè; ideoq; fecit illum tribunum i. millenarium. PErdere. Occidere: onde ut reum, læse maiestatis iure uidebatur persequi. NOluit. Intelligere ueritatem.
1. Resp. 19. MOnenti. Ionatæ filio bene sentienti, & innocentem Dauid asserenti; patremq; monenti, ne
C illum iniustè persequeretur: & primò quidem uisus est annuere, sed ab inuidia uexatus, cito mutauit propositum. CVm dolus. Sententia est uerissima. INteriore cubili suo. Hoc est in cor-
Math.6 de: sic & in Euangelio: cum oraueris, intra in cubiculum tuum; hoc est in secreto cordis tui. PRoposito suo. Malo. TRamiti & obliquo. Semitæ tortuosæ, quæ in precipitium uoraginis deducit ambulantem per eam. ARdet. Per concupiscentiam. FRiget. Torpore pigritiæ. LIuidus. Inuidia. QVare igitur uiuit. Quæstio frequens apud ignaros rerum huius mundi amatores: cui respondet Augustinus: omnis malus aut ideo uiuit, ut conuertatur; cuius conuersionis tempora nouit Deus; aut ideo uiuit, ut per eum exerceatur bonus ad meriti sui augumentum. LVcet in cælo. Premiando bonos supra condignum: plena uerò est terra misericordia Domini, sæpe remittendo peccata nostra. VErum tuum. I. ueritas tua. VSq; ad nubes. Vsq; ad prædicatores illustrandos; de quibus Esaias ait; quinam sunt isti? qui ut nubes uolant; pluunt enim doctrinis, tonant minis, & coruscant miraculis. MVlta abyssus. Nimis profunda, ut in mari. HVmano intuitu. Prospectu. QVis sapiẽs. Q.d. rarus.

Induat hostiles eadem reuerentia turbas,
  Quæ de me haud cessant improba verba loqui.
At foris exultent populi, lætentur & intus;
  A quibus optatur Iustitia ista mea.
Qui mecum laudant Dominum; qui carmine læto
  Magnificant semper, glorificantq; Deum.
Mi Deus omnipotens, Rector, custosq; salutis,
  Te mea laudabit lingua, manusq; frequens.
Iustitiamq; tuam meditabor pectore & ore:
  Diuinas laudes nocte, dieq; canam.

ODE. XXXV. EX PSALMO. XXXV.
Dixit iniustus.

IMpius in iustum statuit delinquere secum,
  Nouerit id facinus dummodo nullus homo:
Nam non is Dominum cernentem cuncta ueretur;
  Nec Dominum humanis rebus adesse putat.
Nec putat esse Deum, sed casibus omnia volui,
  Vt sors obtigerit pendula cuiq; sua.
Aut hominum potius, quo quis præponderat, astu,
  Prospiciat prudens quilibet ipse sibi.
Ergo dolum meditatus, eo insigniuit honore,
  Quo me belligerum perderet hostis atrox.
Hoc reputans pacto populi retinere fauorem,
  Si me bellando præriperet gladius.
Sed Domini nutu cum cæsis hostibus ipse
  Victor ouans redij; tunc patuere doli.
Inuidia, atq; odium fracto erupere camino;
  In me victorem præparat ense nephas.
Prosilit hostis atrox: belloq; patenter iniquo
  Persequitur generum qua licet vsq; socer.
In me verba dolosa retorquet iniquus amicus,
  Perdere se Regem me voluisse refert.
Noluit insipiens intelligere, atq; monenti
  Recta assentiri, præpediente dolo.
Cum dolus inuidia, aut odio causatus inhæsit
  Cordi, hominis frustra tunc monet vllus eum.
Vt bene agat, non vult intelligere: auribus audit
  Inuitis quicquid dixerit vllus ei.
Interiore suo meditatus iniqua cubili,
  Proposito perstat durus (ut ante) suo.
Tramiti & obliquo feruens superastitit omni:
  Ardet ad omne malum; friget ad omne bonum.
Odit iustitiam; bonitatem liuidus odit;
  Nequitiam horrori nescit habere suam.
Quare igitur talis diuturno tempore viuit?
  Vexando seruos semper, vt ante, tuos?
O Domine in cælo tua millericordia lucet:
  Et verum nubes scandit ad vsq; tuum.
Vtq; Dei montes grauitate feruntur in altum,
  Eminet a nostra sic tua iustitia.
Sunt tua iudicia, veluti si specter abyssus
  Humano intuitu, multa, profunda nimis.
Quæ nam acies oculi poterit penetrare profundum?
  Quis capiet sapiens hæc tua iudicia?

Per saluatorem; quem cito mittet eis.
Non in delictis permittet claudere vitam
Sperantes in se; quos charitate trahet.
Amen.

ODE XXXIIII. EX PSALMO. XXXIIII.
Iudica Domine.

CIrcumuallarunt me fortes vndique turmæ:
Stant acies rectæ, missaq; tela volant.
Aspice bellipotens ductor, qui desuper astas,
Impete me quanto, quouè furore petant.
Iudicio discerne tuo, quæ causa nocentes
Cuerit in me vrgens, arma mouere sua.
Tu me impugnantes expugna: frange cateruas
Tu Deus instantes, turbine rumpe tuo.
Belliger assumptis exurge coruscus in armis;
Et scuto læuam consere fortis eques.
Esto mihi auxilio; vagina protinus ensem
Eripe, cæde hostes; reple cruore vias.
Sterne acies, frameamq; effunde vibrando per illas,
Disperde & cuneos, signaq; velle manu.
Qui me insectantur, circuncludantur in arctum,
Me contra nequeant vnde redire, locum.
Dic mihi: ne paueas, adsum protector ab hoste.
Dic animæ nostrę: sum tua firma salus.
Sum tua firma salus ego; spem tu conijce certam
In me; te numquam deseret ista manus.
O mea sola salus, in te sperauimus inquam,
Ne confundamur, semper adesto fauens.
At confundantur potius qui perdere quærunt
Hanc animam, quam tu sponte redemptor amas.
Ast auertantur retrorsum plena rubore
Agmina, nos contra quæ modo prosiliunt.
Retrouertantur per te & confusa rubore
Pectora, consilijs pectora plena malis.
Consilia illorum spargantur vt aëre puluis,
Quem Narbonensis turbine ventus agit.
Insectetur eos tuus Angelus ense corusco,
Quem pauidi fugiant; & fugiendo cadant.
Insectetur eos tuus Angelus: inuia fiat
Lubrica, qua fugient, & tenebrosa via.
Hæc mala proueniant illis, quia gratis abusi
Sunt benefactoris, sicut & ante, sui.
Atq; apud immemores male gratia nostra locata est;
Proq; bonis reddunt en mihi tanta mala.
Pro mille officijs, emptaq; cruore salute,
Interitus laqueos dispoluêre mihi.
Probra superuacuè quoties finxere maligni
De me; quæ nosti uana fuisse Deus.
Vt me interficerent, quoties statuere nephandi
Insidias; per te quæ patuêre mihi.
Ecce superueniet laqueus necis obuius illis
Ex improuiso, qui liget intus eos.
Ecce superueniet deceptio condita nobis

sine fine torquebuntur. SAluatorem D. N. I. Ch. A
& fuit hoc uaticinium venturi, qui modo uenit.
VItam. Quia pœnitentiam agent. TRaet. Eos
ad se. Amen.

CIrcumuallarunt, &c. Passio D. N. I. Ch.
præmissa a Regio Vate, hac in ode decanta-
tur, sub figura persecutionum, quas pas-
sus est ipse Dauid à Saule, & à satellitibus eius.
Dicit ergo Vates in persona sua, & Christi: Cir-
cunuallarunt me, &c. Et quia satis plana est lite
ra, cursim trãscurret expositio. TVRMÆ. Satellitũ
Saulis regis, quò ad Dauid: & Iudæorum, quan-
do iuerunt ad comprehendendum D. I. Ch. QVÆ
causa. Inuidię s. cuerit. Concitauerit, a cieo,
cies. CORVSCVS. Splendidus in armis lucentibus.
Sæpè loquimur de Deo more humano. Læuam.
Sinistram manum. CONSERE. Adapta. FRAME-
AM. Ensem. CVNEOS. Manipulos militum, in
cunei figuram redactos. VELLE. Extrahe uiolen-
ter de manu vexilliferorum. IN arctum. s. locũ,
unde non posint effugere, uel contra me reuer
ti. DIC mihi. Vel tacita inspiratione. SVM tua
firma salus. Color rhetoricus, qui dicitur re-
petitio; ad spẽ magis ac magis excitandam. MA- B
NVS. Fortis potentia ad defendendum. SPERA-
uimus. Pro se; & suis. Hæc dicuntur à Vate
etiam in persona Christi, qui orat pro se, & suis
fidelibus. Sic omnia intelligenda sunt, quæ in
plurali ponuntur in hac ode. NE confundamur.
Confunderetur autem, si is, in quo sperauit, nõ
adesset fauens. PERDERE. Occidere gladio des-
perationis. HANC animam. Vitam, quæ per
animam conseruatur in corpore: uel propriè
animam quæ per desperationem quodammodo
occiditur, amittendo gratiam, quæ sola est ani-
mæ uita. SPONTE. Non. n. ex operibus, quæ feci-
mus nos, redemit nos Dominus de ueteri nostra
conuersatione; sed per suam misericordiam;
sicut docet Apostolus; nec quia priores amaue-
rimus illum; sed quia ipse prior dilexit nos, ut
docet Ioannes in epistola sua. RETRORSUM. Hoc
& adimpletum est ad literam: in passione D. N.
I. Ch. hoc uerificatum est. Interroganti Domi- Io. 18.
no; Quem quæritis; cum respondissent: Iesum
Nazarenum; rursum ipse dixit: Ego sum: sta-
tim omnes abierunt retrorsum, & ceciderunt in
terram. PECTORA. Color rhetoricus, qui dici- C
tur geminatio, & habet nescio quandam em-
phasim. Narbonensis uentus. Peculiaris eius
prouinciæ, similis circino; quo collectus in gy-
rum spargitur aere puluis. TVRBINE. Modo im-
petuositate. ANGELUS. Tuæ iustitiæ nuncius, &
minister. BENEFACTORIS. Dauidis, uel Dei, &
Christi; qui pertransiuit benefaciendo, & libe-
rando oppressos à Diabolo, ut dicitur in act.
Apost. EMPTA cruore. Conuenit Dauidi, sed ma- Act. 10.
gis Christo, qui suo sanguine nos redemit.
INSIDIAS. Sicut in urbe Ceila, & apud Ziphæos,
respectu Dauid. Contra Christum sæpè etiam
positæ sunt insidiæ; ut legitur in Euangelijs.
PROBRA. Vt quod esset proditor, erro, fugitiuus, &
similia: contra Christum; quod Samaritanus
esset; dæmonium haberet; uini potator, pec-
catorum, & publicanorum amicus; magus, atq;
seductor. LAQUEUS necis. Et hoc euenit Achi- 2. Resp.
tophel; qui laqueo se suspendit; & Absalon per 17.
crines est arbori suspensus: & ex discipulis Chri- 2. Resp.
sti Iudas proditor laqueo se suspendit, & crepuit 18.
medius; & diffusa sunt omnia uiscera eius. COn- Act. 10.

Blandus enim pater est, gnatis ea munera donat,
Queis delectentur, nec nocitura tamen.
Si terrenus homo panem, piscemuè petenti
Prætendit gnato; non lapidem, aut colubrum:
Cælestis genitor solatia parua negabit
Dilectis pueris quæ petiere diu?
Diuitiæ iusto partæ, longoq; labore
Sunt bona dona Dei, proficiuntq; bonis.
Quæ verò raptim accelerant, furtouè, dolisuè,
Iniustis dominis semper obesse solent.
Ne parcas igitur precibus pulsare parentis
Tam faciles aures, ne vereare, pete.
Tu desiderium, causamq; viamq; reuela,
Vt seruus Domino, filius vtq; patri.
Ne dubita cum dona petis, confide, nec hære,
Sed spera; faciet quæ cupis ipse tibi.
Insuper educet quæ condita forte latebant;
Iustitiamq; tuam, iudiciumq; suum.
Iustitia, vt lumen, multas fulgebit in oras;
Iudicij vt lampas meridiana nitet.
Vt sit in exemplum multis mortalibus ista
Lux tua; & expandat quòuè sequantur iter.
Interea Domino tu semper subditus esto:
Neuè recalcitres: mente precare Deum.
Ne tamen inuideas illi, cui cuncta repente
Prospera succedunt, diuitiæq; fluunt.
Etsi iniustitias, semperq; operetur iniqua
Ingratus Domino, qui bona tanta dedit:
Propterea in Dominum tu noli excandescere in ira;
Neuè furore graui tu moueare cito.
Ne dicas in corde tuo: ijs, qui operantur iniqua,
Prospera succedunt omnia, dante Deo.
Quomodo res hominum Deus æquo pondere librat?
Si bona tanta malis? dat mala tanta bonis?
Ne dicas in corde tuo: cur abundat iniquus?
Panis eget iustus; num viderit ista Deus?
Impius esse volo; iustumq; piumq; relinquam;
Vt sic succedant prospera cuncta mihi.
Ne sic inuideas prauis, qui rebus abundant:
Neuè malignaris impia facta sequi.
Namq; malignantes iudex exterminat æquus:
Pro meritis reddet præmia cuiq; sua.
Qui patienter agit, medicum qui sustinet æger,
Incolumis fiet, deniq; saluus erit.
Insuper & terræ fælicis habebitur hæres,
Viuentum tellus, quam pia corda colunt.
Sustineas igitur Dominum patienter agendo:
Quem mirabaris, decidet ille cito.
Concitus ex alto vastam trahet ille ruinam;
Nec poterit primum iam reparare locum.
Prædia quæ fuerant illi tam chara dabuntur
Mansuetis; tellus distribuetur eis.
Sed quia terræ huius nimis est possessio vilis,
Quam defuncturus deniq; calcat herus.
Etsi pacificè centum, vel eo amplius annos
Possideat, moriens deserit hanc alijs:

DIuitiæ. Bonis (ut ait Ambrosius) sunt additamenta bonorum; malis uero sunt irritamenta malorum. BOna. Non quæ te faciant bonum; sed unde tu facias bene, dicit Augustinus. VT seruus Domino. Cum timore, s. atq. tremore. FIlius utq. patri. Cum reuerentia, s. & amore: dixit o. per Prophetam: si ego Dominus, ubi est timor meus? si pater, ubi est amor meus? NEc hære. I. nec hæsita: unde Iac. Apost. dixit: postulet autem in fide, nihil hæsitans, alioquin nihil obtinebit. LVX tua. Sic & in Euang. luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra; & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est. SEMper. Nec. n. qui cœperit, sed qui perseuerauerit usq. in finem, hic saluus erit. REcalcitres. Durum est. n. contra stimulum recalcitrare, ut dixit Dominus Saulo persecutori. INuideas illi &c. Ita ut uelis relinquere innocentiam tuã, & imitari illum male operando. FLVunt. In domum, aliquo iusto Dei iuditio, sed occulto tibi: quia iustus est Dominus, & rectum iudicium suum. INgratus. Hinc & grauius iudicium subibit. EXcandescere. supra modum irasci: translatio sumpta est à candenti ferro, quod quando ex igne extrahitur flammeas circumquaq. scintillas emittit: sic & furibundus facit, ex naribus & oculis flammas euomit. DANte Deo. Vel potius permittente. QVOmodo &c. Verus, & uulgaris est querela seruientium Deo propter temporalia, quæ nimis diligunt, & non propter cœlestia, que non curant, uel fortasse non credunt. AEQVO pondere librat. Grandis est hæc blasphemia, dicere iniustum Deum: quia uerè reddit unicuiq. sua præmia, sed occulto Iudicio; quod demum apparebit in finali, & uniuersali iudicio. Debemus ergo sic respondere: Dominus est; de suo facit quod uult, & quomodo uult; & omnia iustè disponit, quia iustus est, & rectum est eius omne iudicium, licet nobis occultum. Dicamus & cum beato & patiente Iob: Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum: & si bona de manu Domini suscipimus, mala quare non sustineamus? Cætera plana sunt, ideo prætereunda sunt. CENtum. Num. finitus & certus ponitur pro infinito, & incerto; quia nihil certius morte, & nihil incertius hora. EO amplius. Vsq. ad centum uiginti, de communi cursu, gen. c. 6. SVRsum. Quæ cœlestis est, & sempiterna. VIuentum. Vbi omnes uiuunt, & nullus moritur. Hæc autem nostra, morientium est. quia omnes hic moriuntur. MItis. Iuxta illud Euang. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, illam utiq. uiuentium: quia de possessione huius sæpe à potentioribus expelluntur mites.

TORque-

Marginal references and section letters: D; Math. 1. (beside "si ego Dominus, ubi"); Math. 5. (beside "LVX tua"); Act. 9. (beside "INuideas illi"); E (beside "scintillas emittit"); Iob. 1. a. (beside "Dicamus & cum beato"); F (beside "mala quare non sustineamus"); Gen. 6. (beside "EO amplius"); Math. 5. (beside "Beati mites").

A TORquebitur. Quia inuidus inuidia læditur ipse sua. OBseruabit. Si quomodo possit ei nocere: unde & sibi eruit oculum, ut alii ambos possit eruere; licet aliquando frustetur effectu. E Medio tollat. Perimat. ASstus. I. malitias annihilabit. STAT. Fixa est, nec mutari potest. INtus. In anima cruciabitur à synderesi, remorsu conscientię, qui dicitur uermis immortalis; & in corpore à grauibus tormentis. FORtasse. Propter obstinatam malitiam, quæ sequitur eos etiam post mortem: nam (ut ait Gregorius) Qualis hinc quisq. egreditur, talis in iudicio apparebit. ABVNdet. sensu. s. ita ut contentus sorte sua uiuat in patientia. CVmulentur opes. Quæ nunquàm satiant, sed augent habendi cupiditatem; iuxta illud: Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquę, & illud: Nunquam thesauro tristis satiatur auarus: potibus hydropicus, ariditate focus. NAm peccatorum. Sic ordina litteram. Nam opes peccatorum, quæ sunt ex rapto; quę sunt sua brachia, i. robur, & fortitudo, dum glomeran-
B tur, i. coadunantur, sicut filum in glomo; contererentur. RObur enim &c. Ordo est: quicunq. habet robur suû, cui fidat, a quo defendatur, uel brachia fortia, subaudi, uel opes, ut supradicti peccatores, quibus diuitiæ male acquisitæ sunt pro robore. Sic & Gygantes olim existimabant se habere brachia fortia pro robore. Iusti uero non sic, quibus solus Dominus Deus est robur, & firmissima fiducia. Porrò is uersibus inest figura, quam dicunt hyperbaton, i. ordo confusus propter uerbi transpositionem. MAle parta. Vetus est prouerbium: ut fluit, ita refluit: & de rebus male acquisitis non gaudebit tertius
Hier. 18. hæres. FIducia. Vnde Hieremias: Beatus uir, qui confidit in Domino, & cui Dominus Deus est fiducia eius, erit. n. tamquàm arbor plantata secus decursus aquarum, quæ nunquàm desinet facere fructum, & non timebit ab æstu. DEficiente cibo. Bonorum opum non præmissorum. EPVlabuntur. Ne sis ita fatuus ò le-
C ctor, ue putes, corporalibus his delitiis iustos in regno cœlorum epulari, qui nec esurientneq. sitient amplius, sed spiritualiter hæc omnia intellige, quale & illud:
Lu. 22. dispositi uobis, ut sedeatis, edatis, & bibatis ad mensam meam, & alia similia. ET dederat. Est. n. dator omnium bonorum Deus, & largitur omnibus afluenter, nec improperat: sed donis eius abutuntur impii, pii uerò bene utuntur. PRæibunt. Citius morientur. Nam uiri sanguinum & dolosi non dimidiabunt suos. ATq. bonorum. s. inimicorum. Vnde in Euang. dicit
Io. 15. Christus: qui uos odit, me odit, & qui odit me, & patrem meum odit.

Mutua

Propterea est multo melior possessio sursum,
Viuentum tellus: mitis habebit eam.
Lætus in æternnm stabili telluere fruetur,
Pacificè semper, tutus, & absq; metu.
Peccator iustum, quem virtus inclyta tollit,
Obliquis oculis respicit, atq; gemit.
Perditus inuidia miser & torquebitur intus:
Obseruabit eum; dentibus atq; fremet.
Nititur è medio inuisum vel tollat vt illum;
Virtutis celso deijciatuè gradu.
Irridebit eum Deus; vel frustabitur astus,
Ne desiderium compleat ille suum.
Prospicit illius casum; stat namq; repente
Euentura dies, qua miser ille ruat.
Perditus ah quantas pœnas luet intus, & extra:
Vltio pro meritis digna sequetur eum.
Aduersus iustos & tunc fortasse pigebit,
Vaginis gladios eripuisse suos.
Atq; tetendisse arcus cun stridente sagitta,
Vt procul incautos deciperent inopes.
Ah quoties tendunt arcus, celeresq; sagittas;
Denudant enses, raptaq; tela vibrant:
Vt feriant humiles, & recto corde trucident,
Vt perdant iustos, & rapiant spolia.
At versi in furias proprio fodiantur ab ense,
Arcubus effractis, quæso iubeto Deus.
Quàm melius modicum iusto, si pauper abundet,
Quàm peccatori, si cumulentur opes.
Nam peccatorum sua brachia dura terentur,
Quæ sunt ex rapto dum glomerantur opes.
Robur enim quicunq; suum, vel brachia, credit,
Fortia, cui fidat, quo tueatur, habet.
Nam male parta, diu nequeunt possessa teneri:
Vt fluxere citò, sic refluuntq; citò.
At iustos Dominus, quibus est fiducia constans,
Protegit, & stabili robore firmat eos.
Præterea nouit iustorum tempora, & annos,
In quibus hic foueat, protegat, atq; regat.
Deniq; sublatos ex mundi valle profunda
Æternæ hæredes constituet patriæ.
Non confundentur postremo in tempore sæcli,
Et cum iudicij venerit illa dies.
Quàm tenebrosa dies horrendo turbine plena,
Plena ærumnarum, quàm tremebunda malis.
Qui tunc esurient operum sine fine bonorum
Non præmissorum, deficiente cibo.
Ast epulabuntur iusti sine fine paratis,
Præmissisq; bonis, quæ Deus & dederat.
Nec peccatorum horribilis præsentia fiet,
Nec metus illorum gaudia diminuet.
Nam peccatores multo procul ante præibunt,
Nec poterunt ad eos stando leuare manus.
Mox licet in sæclo positi qnandoq; resurgant,
Per fas atq; nefas in solio & sedeant.
Mox tamen vt fuerint ad nubes vsq; leuati,
Deficient: rapto mox & honore cadent.
Sic inimicorum Domini simul atq; bonorum

Nonne facis saluos homines, iumentaq́; bruta?
Quòdq́; salute tamen conueniente sibi.
Nempe creaturas tua missericordia in omnes
De cælo in terram multiplicata fluit.
Hinc volucres plumis, villis animalia quæq;
Induis; & cunctis das alimenta sua.
Hinc saluas illos, morbisq; mederis eorum:
Omne animal reples hac bonitate tua.
Si colubros, tigres, vrsos, sæuosq́; leones
Sustinet in terris, curat, alitq; diu:
Non tibi sit mirum, si crudos, atq; feroces,
Vipereosq́; homines fert aliquando diu.
Et si curat eos, nutrit, saluatq́; salute
Hac iumentorum, prætereunte cito.
Ast hominum gnatis, trucibus qui agitantur abillis,
Altera stat potior certa parata salus.
Tegmine in alarum sperabunt mente tuarum,
Vt condantur eis, vt foueantur eis:
Cùm sursum assumpti fuerint de valle profunda
Huius mundi, in quo sunt nebulæ, & tenebræ.
Hîc hominum gnati esuriunt, sitiuntq́;, laborant:
Ærumnas miseri nocte, dieq́; ferunt.
Ah quoties mortem, miseræ solatia vitæ,
Fessi infælices pectore, & ore vocant.
Corporeis vinclis sed cum dissolueris illos:
Diffugient volucres, te super astra petent.
Desuper expansis redeuntes colligis alis:
Grataris, reduces, protegis, atq; foues.
Sicq́; fatigatos æterno pane cibabis;
Et saturabit eos gloria magna tua.
Tunc ebriabuntur; prædulci nectare poti,
Vbertate tuæ, delitijsq́; domus.
Ac potabit eos tua sancta, & honesta voluptas;
Quæ vice torrentis semper abundat ibi.
Te penes, o vitæ fons, hinc scaturigine mira
Instar torrentis progrediuntur aquæ:
Per fora, perq́; domos, per apertaq; strata viatum,
Vnde bibant omnes, flumina plena fluunt.
Tu Deus es vitæ fons, & fons luminis idem:
Lux immensa Deus, lucis origo Deus.
Tunc in luce tua lucem cernemus eandem:
Inq; tuo fixi lumine, lumen idem.
Interea miseris tua missericordia nobis
Hîc prætendatur, lux mea chara Deus.
Hîc tua stilletur pietas, sitientibus; ora
Qui interiora sui cordis aperta tenent.
Iustitiamq́; tuam prætendas desuper oro:
His, qui permittunt se ratione regi.
Qui non obliquo, sed recto corde sequuntur
Te præceptorem; qui tua iussa colunt.
Aurea secunda leuis, tumidouè superbia fastu
Ad me non veniat; nec pede corda premat.
Nam si humilis fuero, contrito & pectore, quibit
Me peccatoris nulla mouere manus.
Nam veluti ferrum gelido magnete videmus,
Sic tumido fastu crimina cuncta, trahi.

D SAluos homines. Salute hominibus conueniẽte, animæ s. & corporis. IVmẽtaq; bruta. Salute illis congrua, ministrãdo pabula, ne fame pereant; & interdũ corporeos illorũ sanando lãgores. MIssericordia. Addita est littera ss. sicut in relliquiæ & relligio ll. ut caperet eas uersus exameter. Est o. necessaria dictio, & frequentiss. in psalmis, & ĩ tota diuina scriptura. ALimẽta sua. Cõgrua cuiq́. SI colubros &c. Hic respõdet quæstioni supra positę: quare patiaŕ malos diu uiuere? SI crudos &c. Nulla peior bestia, homine bestiali. ASt hominum natis. Fit differentia hoc in loco inter homines, & filios hominum; ut homines dicantuŕ sensuales, ac peccatores, primo homini persimiles; filii uero hominum intellectuales; & qui ratione reguntur; quasi ad filium hominis pertinentes, qui est Christus Iesus. SAlus. Maximè animarum, deinde & corporum post resurrectionem. TEgmine. Operimento. ALarum. Clementiæ, s. & misericordiæ. COndantur. Pro recondantur; aphæresis est. ASsumpti. Post mortem. VAlle profunda. Sub cælo. Fessi. Fatigati aduersitatibus, & maximæ inopiæ; quando nati petunt panem; nec habent parentes, unde sustentent illos. DIffugient. Hanc uallem miseriæ, tentationibus, & laqueis diaboli plenam. VOlucres. Celeres, instar uolucrum, quę laqueos aucupum, cum uiderint, celerrime effugiunt. SVper astra. super olympum, ubi sunt beatorum sedes. REduces. Animas, s. quæ in cælo creantur. FAtigatos. Laboribus, & ærumnis huius uitæ; ubi nemo plenè saturari potest: quia hic fames famem sequitur; & sitim sitis. EBriabuntur. Non, ut hic, uino; sed abundantiam significat; nam eadem gloria cibus illis est, & potus. NEctare. Suauissima potione diuina. His utimur uocabulis per quandam similitudinem, quia propria non habemus. DOmus tuæ. super cælestis. sancta & honesta uoluptas. Ad differentiam huius nostræ inhonestæ, atq; pollutæ uoluptatis. Quendam gustum huius honestæ & sanctæ uoluptatis præstat sapientibus sapientia, & precipuæ prædicatoribus uerbi Dei. SCaturigine. Ebullitione, & emanatione quadam. INstar. Ad similitudinem; dictio est indeclinabilis, genitiuo iungitur. Virgilius: Instar montis equum. LVce tua. Lux Dei filius eius est; ut in Euangelio Io. euangelistæ; erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, &c. Sic & lumen eius filius est. HIc. Dum sumus in hoc sæculo. STilletur. Irroretur, guttatim detur, ad gustum tantum; non ad saturitatem; quia non sumus capaces. Vnde & alibi dicit Psaltes: gustate, & uidete, quam suauis est dominus. Videmus .n. nunc tamquam per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. ORa. Subauditur eorum. PRętendas. Porrigas, & infundas. RAtione regi. Vt decet homines, non bestias, quæ intellectu & ratione carent. OBliquo. Ad uoluptates sęculi retorto. COlunt. Honorant, & exequuntur. AVra secunda leuis. Prosperitas, quę superbiam introducit, atq; iactantiam. VEniat. Ita ut apprehendat. PEde. Affectu. QVibit. Poterit. PEccatoris. Diaboli, qui est Rex superbię. MAnus. Potestas, iuxta illud: an nescis longas Regibus esse manus? Et in act. Apostolorum: Misit herodes Rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. MAgnete. Lapidè quodam, qui uulgò calamita dicitur; & subaudi, trahi,

E

cap. 1.

F

Act. 12.

Hostilis cœtus versus ad ima ruet.
At ueluti fumus cum rumpit in aëra teter,
Densa uelut nubes protinus alta petit:
Deficit utq. cito resolutus in aëre fumus,
Impius alta petens sic cadit inde cito.
Mutua quottidie peccator debita sumet:
Quadrantem minimum soluere nec poterit.
Et quia quod reddat, nihil est habiturus in æuum,
Æternas pænas tum miser ille luet.
At iustus miseris semper miserebitur ipse,
Dunq. alijs tribuit, retribuetur ei.
Adde, quòd ad cumulum benedicunt insuper ipsi,
Qui capiunt gratis munus ab ore, manu.
Nam benedicentes benedictio certa sequetur,
Terram ut possideant, & super astra solum.
At maledicentes ueluti malegrata peribunt
Turba, nec hæredes sortis erunt patriæ.
At memor & gratus cum pectora aperta pararit,
Susceptum hospitio ut possit habere Deum;
Protinus ingreditur, gressus & dirigit eius,
Vt recta incedat, qua uolet ire; uia.
Quòd si contigerit fortasse, ut cespitet usquam,
Sic ut in offenso mox pede lapsus humo;
Non collidetur, quia rector sustinet illum;
Suppositaq. manu mox releuabit eum.
Iunior ecce fui, & senui; nec tempore tanto
Vidi aliquem iustum, quem sinat ire Deus.
Iustus enim Dominus, nec iustos deserit unquàm:
Præcipitem nullum desinit ire Deus.
Tabentesuè fame iustos, nec semen eorum
Mendicans uidi; quos Deus intus alit.
Quem Deus intus alit, quid oportet quærere panem,
Qui potis est alijs frangere frusta manu?
Namq. die tota semper miseratur egenos;
Illis largiflua commodat atq. manu.
Hinc benedicetur longæuum semen eorum:
Atq. habitabit eos sæcula cuncta Deus.
Vos ò progenies superûm cælestis oportet
Declinare malo, perficere atq. bonum.
Sic animo læti iam nunc habitabitis illic,
Præstat ubi uisus gaudia plena Deus.
Iudicium iustus iudex quia diligit æquum,
Quos habitat iustos secum habitare facit.
Ipse suos sanctos sanctus non deserit unquam:
Præuius illustrat, protegit atq. sequens.
Æternum sancti conseruabuntur in æuum:
Protinus excindi nec patietur eos.
Iniusti uerò, qui spontè abiere retrorsum,
Æternas pœnas (ut meruêre) luent.
Viuentum terræ iusti, quam semper amarunt,
Hæredes fient; ac potientur ea.
O quàm fœlices, qui habitabunt semper in illa;
Sunt ubi nulla mala, sunt ubi cuncta bona.
Os iusti roseum sophiam meditabitur ergo;
In labijs eius iudicia alta sedent.
Corde quoq. ipsius cunctis uersabitur oris
Lex animas seruans, immaculata, pia.

MVtua debita. Quia non solum propria, sed etiam aliena peccata, quæ impiorum iussu aut persuasione fiunt, illis imputabuntur, super quibus deprecatur iustus, ne sibi imputentur, dicens: ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. ps. 18. NEC poterit. A se ipso, nec ex misericordia Dei, qua se fecit indignum per impœnitentiam. IN ære. i. in operibus misericordiæ, quas non fecit, neq. thesaurizauit sibi in cœlo. LVet. Iuxta illud prouerbium: qui non habet in ære, luat in corpore. REtribuetur ei. Per illum qui dixit: centuplum accipietis, & uitam æternam possidebitis. Mat. 19. IPSI. Pauperes. AB ore. Quando interceditur pro eis apud iudices, potentes, uel diuites, ut illorum misereantur, ac succurrant. A manu. Porrigendo illis eleemosinas, & gratiosa dona. SOlum. Stabilem in cœlo possessionem. MAledicentes. qui reddunt pro bono malum, ut Iudæi Christo. MAle grata turba. Vulgarium murmuratorum, qui sæpenumero maledicunt suis benefactoribus. INgreditur. Deus in mentem eius. REctam uiam. Mandatorum Dei. VT sit. I. ut solet fieri. LAPsus humo. Per terram; quia septies in die cadit iustus; & nemo sine crimine uiuit: fœlix qui minimis urgetur. prou. 24 REctor. Spiritus Dei, qui illum regit. SVstinet illum. Ne grauius cadat, uel ne in profundum malorum per contemptum proruat. SInat ire. In præceps. FAme. Non materialis panis, sed uerbi Dei. INtus. In aîa per tacitas ispirationes. FRVsta. Fragmenta, iuxta illud, frange esurienti panem tuum. Contra, de reprobis: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Sic queritur Hieremias tren. cap. 4. Quod dictum potest intelligi de utroq. pane, materiali & spirituali. COMmodat. Ne restitutionem eiusdem rei, sed multo maioris à Deo. SEmen. Spirituale magis quàm carnale, etenim omnes boni discipuli magistrorum, ac doctorum suorum semen sunt, & filii appellantur in diuina scriptura; quale est illud: uenite filii, audite me, timorem Domini docebo uos. ps. 33. Sic & Salomon in prouerbiis, auditores suos, quos edocebat, appellabat filios. MAlo. Hic est timor Domini; declinare a malo, & facere bonum. ANImo. Non corpore, iuxta illud Apostoli: conuersatio nostra in cœlis est. phil. 3. PRæuius. Per gratiam præuenientem, deinde, scriptum est enim, quia sine me nihil potestis facere. Io. 15. PROtinus. Hic significat omnino. VIuentum terræ Quę sursum est in cœlo: nam ista, quam corporeis pedibus calcamus, morientium est; mortuorum uerò infernus est, ubi soli cum diabolo habitant mortui. NVLla mala &c. Beatitudinis æterne breuis hæc est descriptio; de qua & Esaias dixit. c. 64. & repetiit Apost. secund. Cor. cap. 8. Quod oculus nô uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascêdit; quę preparauit Dominus diligentibus se. SOphiam. Sapientiam. Gręca dictio

Nullatenus vafro supplantabuntur ab hoste
Illius gressus : astus inanis erit.
Obseruat iustum peccator, & vndiq; tundit;
Omnibus atq; modis insidiatur ei.
Quæritat vt similem ad noxam vel pertrahat illum;
Nequitiæuè suæ participem vt faciat.
Aut bona diripiat, quibus incubet, eijciatuè
Præsenti è seclo, nè intueatur eum.
Eius enim aspectus grauis est, & vita molestas
Dissimiles mores odit iniquus homo.
Propterea conatur eum disperdere cœtu:
Nititur & quouis mortificare modo.
Hunc tamen omnipotens Deus haud concedet iniquum,
Vnguibus aut vncis dilacerare sinet.
Etsi iudicio meditata calumnia iniquo
Iudicis iniusti iusserit esse reum;
Non damnabit eum Dominus, magis eximet illum
Ex intentata morte per insidias.
Testis Iosephus vinclis exutus iniquis;
Seruatus Daniel horridiore lacu.
Sustineas igitur Dominum tu iuste, nec audi
Blanda syrenarum cantica serue Dei.
Nec vereare minas, tormentauè dira Tyranni;
Expecta Dominum; ne moueare loco.
Custodire viam quæ sunt mandata memento:
Non te dextra leuet, sed neq; læua premat.
Si fueris constans, expletis cursibus huius
Vitæ; exaltabit te super astra Deus.
Vt meliore solo viuentum sorte fruaris,
Hæres ascriptus liberiore polo.
Sub pedibusq; tuis cernes, pereuntibus illis,
Quàm nihili fuerint quæ rapuere tibi.
Iniustum multa vidi impietate furentem,
Tollentemq; caput sydera celsa super.
Vt cedros Libani super alto vertice montis
Suspicit elatos fortè viator hians;
Turbine deiectos, cinefactos fulgure demum
Miratur rediens, suspicit atq; polum:
Sic ego progrediens suspexi nuper, iniquum
Elatum celso forte sedere throno.
Vix dum transieram ceruice reflexus in illum,
Iuerat in præceps; ceciderat q; loco.
Illum quæsiui, sed non apparuit vsquam:
Vllibi quæsitus nec locus eius erat.
Tu verò nulli noceas, dicaris vt insons:
Æquum custodi mente, manuq; proba.
Pacis amatori, virides oleasq; ferenti
Relliquiæ hic remanent, dum petit ipse polum.
Iniusti pereunt vacuum per inane rotati;
Relliquię illorum tum simul intereunt.
Sola salus iustis à Saluatore profecta,
Vt sperauerunt, vt petiere diu.
Tempore in aduerso Deus est protector eorum,
Dum vexantur ab his, qui impietate valent.
Adiuuat insontes Dominus; defendit & illos:
Excutit hostili libera colla iugo.

D ctio est. VAfro. Doloso. AD noxā. Culpā, siue peccatū. INcubet. ut gallina ouis; sed nō ut foueat, sed potius ut deuoret, sicut accipiter nido alicuius auiculæ incubat, ut deuoret pullos eius. DISsimiles. Nā ueluti morū similitudo cōciliat; sic è cōtra dissimilitudo parit inimicos. COEtu. A societate, uel à congregatione. INIquo &c. Diabolo, & quouis eius membro, vz. superandum, sed bene tentandum sæpe concedit. FALsa. Accusatio. ESse reum I. reputari, atq. dānari pro reo, etsi innocens sit. Exem-

Dan. 13. plum in Sussanna pro adultera condemnata, tametsi non admisserat adulterium. Similiter & Ioseph coniectus est in carce-

Gen. 39. rem, ac si tentasset Dominam de stupro, quam non tentauerat, sed tentantem refugerat. Magis eximet. Liberabit eos à morte, ut predictos, Ioseph, atq· Sussannam, & alios multos. Sic & ipsum hunc Vatem a crimine læsæ maiestatis, pro quo habebatur reus, quasi tentasset occidere Regem; cum potius ipse Rex pluries tentauerit illum occidere: sed Dominus sem-

E per exemit eum de manibus eius. DAniel. Vide eius historiam, Dan. c. vi. TV iuste. Quiuis fidelis. SYrenarum cantica. Meretricum, blandientium parasitorum, uel Hyppocritarum. LOco. Persta in confessione fidei Christi. DExtra. Prosperitatis. LAEua. Aduersitatis. CONstans. In fide & ueritate. SOlo. Terra, quę solum dicitur, quia stabilis est ibi mansio beatorum. NIhili. Cœlestium comparatione bonorum. CAput. Per superbiam. HIans. Dilatans os. TVRbine. Impetuosa ui uentorum. Est etiam turbo trochus, quo pueri ludentes utuntur. DEiectos. s. cedros, de quibus supra. CInefactos. In cinerem redactos. FVLgure. Quo fuerant percussæ, & exustæ. REdiens. Illuc, ubi uiderat erectas. SVSpicit atq. polum. Sursum aspicit cœlum præ admiratione, considerans diuinam potentiam. PROgrediens. Huius uitæ uiam. INiquum. Vt Saulem, siue Dœchum potentem in domo Saul; uel quemuis alium Tyrannum, siue pauperum oppressorem. THro-

F no. Regali, uel superba quauis sede sæcularis potentiæ. APparuit usquam. Vt qui fuerat detractus in infernum. VSquàm. Nam talium memoria cito perit. LOcus eius. Quia statim ab altero successore est occupatus. NVLli noceas. Et hoc maximè sacerdotis est officium, nemini nocere, & omnibus hominibus uelle posse prodesse. INsons. Innocens, & inculpabilis apud Deum & homines. AEQuum. i. æquitatem; quæ quidem iustitia est, sed quadam misericordię dulcore lenita. MEnte, manuq. i. corde & opere. OLeas. Oliuæ ramos, in signum pacis: quod & erat caduceatoris. i. nuncii pacifici, siue mediatoris

Gen. 8. insigne: nam posteaquam columba ex arca demissa, ut uideret, an cessassent aquæ diluuii, uesperi rediens ramusculum oliuę uirentibus foliis retulit ad arcam; cognouit Noe, pacatum esse terris Dominum: deinceps oliua pacis signum semper extitit. RElliquiæ. Boni nominis eius memoria. PEtiere. Non solis precibus, sed & moribus, & uita. TEmpore in aduerso. Ne desperent, dando illis animi fortitudinem, sicut sanctis martyribus, quibus etiam dulcia uidebantur esse tormenta. VAlent. Ad modicum temporis, dum sustinentur pro iustorum exercitio, uel ut ipsi, si resipuerint, conuertantur.

Eruit in sontes à peccatoribus : escam
Dentibus optatam discutietq; potens.
Et quia sperarunt in eo : tutabitur illos;
Et saluabit eos cunctipotente manu.

ODE. XXXVII. EX PSALMO. XXXVII.
Domine ne in furore, ij.

Dulcis, amara quies : fueras tu dulcis habenti,
Perdita sed misero facta es amara mihi.
Dum requiem recolo, qua sanus mente fruebar,
Languidus amissa corde quiete gemo.
Deteriora timens, curis grauioribus angor,
Ne sicut merui plectar ab ore Dei.
Suspirans igitur feruore ardente gemisco;
Atq; mihi veniam deprecor ante dari.
Ne me castiges præduto fuste furoris,
O Domine, ò iudex iuste, quiesce precor.
Nec me corripias subita tu percitus ira;
Nam nimis ille furor, nam nimis ira grauis.
Tu pacata quidem, & nullo correpta furore,
Dum plectis sontes, viscera semper habes.
Sontibus ast ipsis, dum propelluntur in ignes
Æternos, iudex crederis esse ferox.
Et si pro meritis alij iactantur in ignes,
Non tamen æternos, dicitur ira grauis.
Nunc mihi sufficiat præsentis temporis illa
Virgula, qua natos corripis, atq; probas.
Nonne mihi infixę (quæ sunt tua tela) sagittæ,
Vt tegit Ericij plurima spina cutem?
Spicula acuta, fames, sitis, æstus, frigus & vrens,
Otia senta situ, reprobus atq; labor.
Lethæusq; sopor, vigilum custodia pernox;
Imminet ignis edax; gurgitis vnda vorax.
Quis numeret morbos, & causas mille dolorum,
Tortores animi gaudia, spesq;, metus.
Curarum insomnes ferialia monstra fatigant;
Diraq; sopitos somnia terrificant.
Insidiæ adduntur, fraudes, technæq; maligni;
Mille nocendi artes, mille habet ille dolos.
Ecce mihi infixę sunt, hæc tua tela, sagittæ:
Confirmata manus me super ipsa tua est.
Corpus an id sanum, cui tot sunt vulnera, dicam?
Saucius est animus semper & ęgra caro.
Tota hæc anxietas animi, & corruptio carnis
A facie Domini ceu grauis ira venit.
Heu peccatorum facies horrenda meorum
Pacem aufert neruis, ossibus atq; meis.
Sunt egressa super nostrum caput impia facta;
Atq; premunt illud pergraue sicut onus.
Hoc caput elatum fastu quingenta talenta
Debita presserunt. plumbea massa velut.
Vulneribus multis fuerat quæ obducta cicatrix,
Corrupta est iterum; putruit vlcus hians.
Me miserum, quanta est nostra insipientia? plagas
Nos facimus segnes sic refricando nouas.

connettantur. EXcutit libera. I. excutiendo facit libera. EScam optatam. Quia deuorant pauperes, ut cibum panis. POtens. S. quo nullus est potentior. A

DVlcis, amara quies. In præcedenti psalmo hortamur, ne peccemus ex malorum imitatione, quia dulcem conscientiæ perdemus quietem; nunc autem in præsenti ode inuitamur, si forte peccauerimus, ad salubrem pœnitentiam, exemplo Prophetæ; qua perditam adhuc poterimus recuperare quietem. Defleamus ergo cũ Propheta amissam quietem, canentes: Dulcis, amara quies. Duo contraria perturbatus animus implicare uidetur: nam si quies est dulcis, quomodo amara? & si est amara, quo pacto dulcis? distingue tempora, & concordabis scripturam. LANguidus. In anima ex contracta labe peccati, & ex longa peccandi consuetudine. DEteriora. Emeritæ pœnæ supplicia temporalia, uel potius æterna. ANgor. Excrucior. PLEctar. Puniar. AB ore Dei. Iusti iudicis sententia, quæ hæc est: peccata debita castigatione esse plectenda. ANte. Sententiam damnationis. FVroris. Infernalis pœnæ, quę à damnatis per furorem sibi uidetur inferri. IRA. Hæc est pæna purgatorii, quæ ab irato Deo uidetur inferri, cum sit acerbissima. FVror. B
Infernalis penæ. IRA grauis. Pœnæ purgatorii. FVrore. Qui non cadit in Deum, cum sit subita animi uehementior perturbatio. IN ignes. Temporarios, iuxta criminum mensuram. VIRgula. Leuiori pæna, cõparatione grauis baculi, quo post mortem plectuntur rei in inferno, siue in purgatorio. INfixæ. Subaudi, sunt. ERicii. Spinosi porculi. SPIcula acuta. Subaudi, hæc sunt fames, & cętera. que sequuntur. SENta situ. Squallida loca, quibus delectantur ociosi atq; inertes homunculi. LAEthæusq;. Letargo similis. MORbos. Quibus interdum affliguntur, & afficiuntur homines. TORtores animi. Qui sunt quattuor affectus animi vz. dolor & gaudium de præsenti bono uel malo; & spes ac timor de futuro malo uel bono. CVrarum. Molestæ sunt cogitationes quotidianarum rerum, quas interdum uellemus, & non possumus adipisci: sic & negotiorum occurrentium, quæ ita cito, & eo modo, quo cupimus, exequi non ualemus: & quod cor urant, curæ sunt appellatæ FEralia monstra. Appositio est; & dicuntur feralia, quasi mortem minitantia. MAligni. Dæmonis: antonomastycę. TOT vulnera. Quæ iam supra commemorata sunt. CARnis. Nostrę, C
semper infirmę, ut ait Dominus: Spiritus quidem Pet.6.
promptus est, caro autem infirma. PAcem. Tranquillitatem illam, quam habet sana conscientia. IMpia facta. Peccata, quæ nos faciunt impios. FAstu, Superbia, qua persæpe inflantur diuites, potentes, & scioli, qui sibi sapientes esse uidentur.
QVINgenta talenta. Quæ sunt plurima grauia Lu.7.
peccata. Est autem allusio ad parabolam Euangelicam feneratoris illius, qui habebat duos debitores, quorum unus ei debebat quingẽtos denarios, & alter quinquaginta: & non habentibus illis unde redderent, donauit utrisq;. Fænerator est Deus, duo debitores, duo genera peccatorum: quingentorum debitores sunt, qui multa grauia commiserũt, & cognoscunt, & se se admisisse confitentur, ut hic Propheta; quinquaginta uerò, qui non multa uel admiserunt, uel se admisisse minime recognoscũt. CIcatrix. curati uulneris est signum, peccatiq; remissi, iuxta illud: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

D MEthanæa. Pœnitentia, Græca dictio est. MAlagmate. Molli emplastro; translatio est: misericors ea est absolut
à peccatis. REpetita. Peccata, quæ facit ille immundus spiritus, qui exierat ab hom ne, ambulans per loca ari-
Mat. 12. da, & inaquosa; nec inueniens requiem, redit ad priorem domum uacantem: ingressus iterum habitat ibi, & fiunt
nouissima illius peiora prioribus. Sic & nobis sæpe euenit, ad uomitum redeuntibus. CVRuatus. Multorum &
grauium pondere peccatorum. INgrediebar humum. In terrenas cogitationes profluebam, saliendo de una in
aliam. PROgrediebar humo. De iis cogitationibus terrenis per compunctionem quandoq. resil bam. NEqueant.
Mala, & longa consuetudine prægrauati. REspi-
ciunt. Refluunt ad terrenarum rerum considera-
tionem. MEditâtur auari. Quod in genere dixit,
hic per species prosequitur: & responde sigillatim,
propter malum habitum, inueterauerunt in eis.
facti sunt similes coruis, qui cadaueribus mortuo-
rum pascuntur, nec possunt inde recedere. LVm-
bos, in quibus luxuriç sedes est, iuxta diuum Gre
gorium in hom. 13. super Euang. sint lumbi uestri
præcincti. VEneres nefandæ. Illiciti concubitus,
fornicationes, adulteria, incæstus, & sacrileg a, &
aliæ carnis spurcitiæ, quarum noxiæ uoluptates di
cuntur in renibus sedem habere. FEbribus. Car-
nis succensæ maximè ad uenereas uoluptates ex-
ercendas: quibus quendam Phylotimum nimis ac
cessum narrat beatus Ambrosius uisum perdidisse,
dixisseq. uale amicum lumen. Ipsum uide in com
mentariis Luc. cap. 7. DEgener. A maiorum uirtu
te degenerans, propter ociosas uoluptates, in qui
bus ego marcesco. SOcors. Stupidus, & sine in-
genio, ac penitus inutilis ad aliquid boni pera-
gendum. HInc. Ex accidia & socordia. DEsiderium.
E Excutiendi inertiam, & resipiscendi. GEmitus. Qui
ualde utiles sunt ad emendationem uitæ, nam di-
Math. 6. cit Dominus, in quacunq. hora ingemuerit pec-
catum suum peccator, ego dimittam ei. CON-
ditus. Pro absconditus; & responde: nō erit. COR-
da profunda. In corporis inmeditullio, intra ui-
scera, i. profundas cogitationes cordium, quæ à ne
mine, nisi à Deo, uideri possunt. PRistina uir-
tus. Animi & corporis fortitudo, quam prius ha-
bebam, nec ulli culpæ grauiori succumbebam.
Lumen. Rationis, & intellectus. PErnox. Peruigil,
ab effectu; quia me peruigilem, excusso torpore,
Psal. 3. ad bene operandum reddebat. MEcum. Quia fa-
ctus sum sicut equus & mulus, in quibus non est
ps. 100. 6. intellectus. LVmen. Tuæ gratiæ: etenim (ut alibi
dicitur) uanum est nobis ante lucem surgere, diui-
nam, s. hinc est, quòd aliquando peccator cona-
tur surgere, nec potest, antequàm Deus apponat
manum gratiæ suæ. QVin. Vltra prædicta mala,
quæ iudesinenter ab apertis patiar inimicis: hoc
F etiam additur ab his, qui uidebantur amici, sicuti
sodales, ac gnatones. PRotinus. Deficiente men
sa, pro qua adhęrebant mihi. AVersi. Viso perse-
cutionis turbine. OPposuere. Quia ficti, nec ue-
ri erant amici: iuxta illud disticon: Tempore fæ-
lici nulli numerantur amici: si fortuna perit, rarus
amicus erit. ET qui constiterant iuxta. Si de Chri
sto hunc locum intelligas, hi sui fuere discipuli,
qui tempore capturæ illius fugerūt omnes. Matt.
14. Si de Dauid, multi dereliquerunt eum tempo-
2. Re. 15. re persecutionis ab Absalon filio suo. ADuersan-
tes. Infernæ potestates, atq. sæculares. VAna lo-
cuti. Quò ad Christū, Scribæ, & Pharisei cum Prin
cipibus sacerdotum: quò ad Dauid, Semei cum si-
Mat. 26. milibus, Reg 2. c. 6. AST ego. Christus tempore
2. Re. 15. passionis suæ. Vide Euang. Dauid etiam tempore
fugæ. SVrdaster. Qui dissimulat audire, uel etiā
male audit. SIne uoce. Tamquàm agnus coram
tondente se, ut etiam prædixit Hieremias. VBI
Hier. xi. Auditus non est. Sapientis hæc est sententia: ubi non est auditus, ne proferas sermonem. ORE profari. Loqui
Eccl. 32. pleonasmos est figura. TOnabis. Magno tonitru fortè passionis suæ tempore, quando expirauit magna uoce, & fa-
ctus est terremotus magnus, Matth. 28. Vel etiam tempore uindictæ factæ à Romanis. EXaudiat. Resuscitando me

Vlcera curarat Methanæa malagmate molli;
Erumpunt grauius sed repetita diu.
Quàm miser effectus, quàm sum curuatus & vsq;
In finem: nequeo sydera suspicere.
Nocte dieq; simul tota mœrendo dolebam,
Ingrediebar humum, progrediebar humo.
Cum tolli sursum nequeant ad sydera cæli,
Tellurem solam respiciunt oculi.
Delicias & opes quarè meditantur auari?
Protinus & cupiunt noxia queq; vident?
Quanta subintrauit nostros illusio lumbos?
Dum speciosa vident, dum meditantur ea?
Renibus in nostris veneres sedere nefandæ:
Sola voluptatis noxia cura manet.
Hinc malesana caro iam multis febribus ardet,
Friget amore Dei, carnis amore calet.
Degener hinc factus, socors, & ad omnia vilis,
Anxius affligor, perditus excrucior.
Mœstitia hinc animi, lachrymę, suspiria feruent
Cordis, & hinc gemitus anxietate graui.
Tu desiderium omne meum pater optime nosti,
Tu qui cuncta vides, hos gemitusq; vide,
Numquid erit gemitus noster tibi conditus vsquam?
Cùm perscruteris corda profunda procul.
Detineat cor nostrum perturbatio quanta,
Tu melius nosti, & quàm grauis anxietas.
Pristina me tristem virtus mea tota reliquit;
Et mea deseruit pristinus ossa vigor.
Debilium pernox oculorum lumen & ipsum
Iam non est mecum; versor & in tenebris.
Intus & exterius mea mens caligine mersa
Quid spectare potest? dum mihi lumen abest,
Quin alij multi, qui credebantur amici,
Protinus auersi se opposuere mihi.
Et qui constiterant iuxta, fugêre timentes;
Me solum instanti deseruere neci.
Verum aduersantes vrgebant impete vasto,
Sperantes animam perdere posse meam.
Qui mala quęrebant, in me sunt vana locuti,
Et meditabantur nocte dieq; dolos.
Ast ego tam patiens surdus, mutusq; videbar,
Qui non audirem, verba nec ore darem.
Surdaster factus sine voce videbar adesse;
Posse nec instantes ore redarguere.
Sed quid vbi auditus non est, iuuat ore profari?
Namq; irriderent omnia verba mea.
Spes mea firma Deus, pro me tu voce tonabis
Prægrandi: ex alto terrificabis eos.

tertia

tertia die post mortem: quod & factum est, Luc. 24. & pro David, liberando me de manu Absalonis; quod & factum est: nam eo interfecto rediit in suum regnum, Reg. 2. cap. 18. & 19. & pro quolibet peccatore, liberando de manu diaboli, & membrorum eius. DEXpeteris. Quando uidet nos, despecto se, uelle peccare; auertit se se à nobis, & meritò, quia præponimus uoluptates transitorias summo & æterno bono, quod ipse est. PEdes mei. i. affectus. A

Me tua chare pater pietas exaudiat, oro:
Inte speraui, me tueare potens.
Me licet indignum ne si despexeris, vltra
Exultent hostes, diripiantq; sibi.
Namq; pedes aliquando mei reminiscor vt olim
Calle tuo lapsi, mox cecidere retro.
Me super extemplo quod sunt, & quanta locuti?
Et subsannantes me cecinere tuba.
Qui mihi debuerant contrito corde dolere,
Lapso adiutricem porrigere atq; manum;
Ecce ruit Babilon, clamabant; indice recto
Atq; ostentabant me, facinusq; meum.
Ast ego peccator iandudum terga paraui,
Sustineam vt patiens queq; flagella dabis.
Nam dolor offensæ mœsto grauioris in ore
Semper adest, oculis fixaq; culpa meis.
Ipse meum facinus tibi sæpe fatebor iniquum:
Expandam medico vulnera cuncta meo.
Vlceribusq; imposta meis cataplasmata nulla
Reijciam: ferrò quin resecanda dabo.
Vt valeam, patiar quouis exustleris igne:
Ardentem medici nec refutabo manum.
Cogitat assiduè peccati pondus iniquum
Mens mea; quo pacto libera discutiat.
At nostri viuunt inimici, epulantur, habentq;
Prædia opima, Boues, pluraq; mancipia.
Et confirmati sunt lectis vndiq; turmis;
Me super instantes impia bella mouent.
Et qui me oderunt (quia reprenduntur) iniquè,
Addita sunt illis agmina multa nimis.
Detractorum etiam sunt ausi more latrare,
Queis bona multa dedi, reddere plura mala.
Vt probus, vt simplex, bonitatem quippe sequebar;
Ast illi insidias nocte dieq; parant.
Peruigil adiutor meus esto: neuè relinquas
Me Deus: astiteris si mihi, saluus ero.
Si procul abfueris, rapiar; ne abscesseris, oro:
Esto præsidium, subsidiumq; mihi.
Auxiliare mihi Saluator; & ipse salutis
Autor, adesto mihi, tu mea sola salus.
Amen.

CAlle tuo. Stricta illa uia, quæ ducit ad uitam. CEcidere. In aliquod facinus; de quouis homine modo loquitur, cui non progredi in uia Dei, regredi est: uel etiam de ipso David, quãdo cecidit in facinus adulterii, & homicidii. LOcuti. Supple, aduersarii mei. CEcinere tuba. Diuulgauere facinus meum, pro quouis graui peccatore: pro David, ecce qui sustulit ouem, & occidit pastorem. Vide in nostra Dauidiade, lib. pr. ECce ruit Babilon. Prouerbiale dictum est, quando quispiam uir magnus, & qui extimabatur sanctus, labitur in aliquod facinus, & maximè turpitudinis; cum plausu aiunt: cecidit Babilon. INdice recto. Pro erecto, i. extenso digito, quo persona, aut res quæpiam solet ostẽdi: & hoc fit contra illud Prophetæ: si desieris digitũ tuum extẽdere, & loqui, quod nõ prodest. Esaie. c. 58. TErga. Vt serui ab heris baculo percutiendi. IN ore. Ad confitẽdũ: & in ore i. in facie pudore suffusa. FAtebor. Confessio peccati ueniã facile meretur. CAtaplasmata. Sunt emplastra, seu quæuis medicamenta, quæ ulceribus à chirurgis superponuntur; hic autem significat remedia illa, quæ Deus ulneribus peccatorum nostrorum superponit, ut curentur. QVouis igne. Etiã ferri candentis, i. quauis tribulatione, etiam asperrima. ARdentem manum. Flammis armatam. Perstat in methaphora chirurghi. COgitat assiduè. Quia talis cogitatio per compunctionem utilis est ad ueniam promerendam. LIbera discutiat. i. discutiendo fiat libera. VIuunt. Vita luxoriosa, quæ pecunia est, sed potius mors est. PRæd a opima. Pingues possesiones. MAncipia. Seruos, qui sic dicunt, eo quòd ab hostibus manu capiuntur; & quia non interficiuntur, sed seruantur, etiam serui appellãtur. CONfirmati sunt. Obstinatè ad me persequẽdum. LEctis. Pro electis, aphæresis est. IMpia bella. Contra fas, & pietatem sic: Iudęi in Christum; sic Absalon in David patrem suum. Quia reprenduntur. Male de his sperandum est, qui correctores suos oderunt. Hoc uniuersale uitium extitit Iudęorum, qui & Prophetas, & D. I. Chr. semper oderunt; quia reprehendebantur ab illis; sic & deinceps suos Apostolos. Vide. S. Stephani orationem in illos, act. cap. 7. QVeis. Pro quibus. REddere mala. Pessima generatio hæc est eorum, qui reddunt mala pro bonis: optima uerò eorum, qui reddunt bona pro malis: mediocris autem, qui bona pro bonis, & mala pro malis reddunt. SImplex. Vt columba, absq. doli plica, uel maliti æ. PRocul ab fueris. Dicit diuus Ambrosius, Deum longe fieri ab inertibus, & socordibus; propè autem, & præstò esse sollicitis, & uigilantibus. PRæsidium. Ante periculum; subsidium in ipso periculo, cum quis ab hostibus oppugnatur. 2.Re.xi. B C

ODE XXXVIII. EX PSALMO XXXVIII. Dixi custodiam.

SVnt qui terrenis inhiant; cælestia temnunt;
Possessis gaudent; quæq; aliena petunt.
Diuitijs, auro, & summo potiuntur honore,

SVnt qui terrenis inhiant &c. Quoniam uerè pœnitentes insequitur diabolus, ut uenator prædã, quę semel capta, ex ungubus euolauit, uel canum morsus euasit; ideo reo suo pœnitentes exemplo Regius Prophet hac ode admonet, ut omni custodia cum Dei adiutorio custodiant animam suam, ne mors iterum intret ad corda eorum per fenestras corporis sui; quæ quinq. sensus sunt; & quia periculosior est oris specula propter lubricum linguæ, de restrictione eius agit, ne impingat in amatores huius sæculi, qui transitoriis rebus delectati, insidiantur eis, qui cœlestia ambiunt, ut saltem in aliquo indisciplinato uerbo deprehendant. Qui autem sint isti bonorum insidiatores, indicat, ut caueantur. SVnt qui terrenis inhiant. Appetunt, ut aquam ore aperto inhiat sitiens uiator. SVmmo honore Per

D nore. Perexcelsę dignitatis. CArne. I. carneis uoluptatibus; de quibus ait Apostolus: manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, adulterium, luxuria, immunditia, & reliqua, quæ honestius tacentur; quàm impudicè exprimantur; ne simplicium aures offendantur. AST ego. Loquitur Propheta de se, & sui similibus, quibus etsi prædictis interdum abundent ex diuina uoluntate, non tamen implicantur in illis. TRansiliens. Quasi saltu transgrediens. ISTos. Mundanarum rerum amatores. SVb spinis. i. sub spinarum strato: hæ sunt diuitię, à Domino Iesu appellatæ spinæ, quæ diris cogitationibus tam in acquirendo, quàm in conseruando mentem lacerant humanam, multoquè magis dum perduntur. FVmo. Superbię, quem ambiti reddunt honores. COEno. Voluptatum carnis fætentium. PVngunt. Redde singula singulis: pungunt manus equidem spinę; oculis nocet fumus, & naribus cœnum tetro odore. OPposuere mihi. Delicias eorum redarguenti. VIarum. i. actionum nostrarum, ne carpantur ab insidiatoribus istis. DIgito silenti, Est. n. signum silentii iuxta illud: digito compesce labellum. DElinquat. Fælix est enim (ut ait sapiens) qui non est lapsus uerbo, propter lubricum linguę: unde & Cato dixit: uirtutem primam esse puto compescere linguam; &c. SOllicito. Anxio. COmpressi. Magnæ utilitatis est seruare silentium: unde & in Religionibus sunt horæ silentii constitutæ. TRansuersa. i. in sinistram partem. REdargutus. Intus à Dei spiritu, qui uo- Es.6. lebat, ut malos redarguerem. Sic & Esaias dice- E bat: ueh mihi, quia tacui. SYnderesi. Quæ uermiculus conscientiæ: & est ea pars animæ, quæ uitiis semper aduersatur; & antequàm perpetrantur, mordet, & post perpetrata remordet. ORE darent. Supple aduersarii quiduis dicerent, siue bonum, siue malum. CLauso igne. Zeli honoris diuini. ZElo Dei. Quo accensus Phinees pugio- Nu.c.15. ne interfecit Principem Zambri coeuntem cum cor.2.c.6. Madianite puella, contra uetitum Domini. CVr non. Hęc est interior Dei redargutio. IN uacuum. sic & Apostolus: uidete ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. LApsa. Non tamen perdita, sed iterum colligenda & suscipienda. SPeculatorem. sic & Ezecheli a Domino dictum fuit, Ezech. c. 33. EFfusi. Culpa tua, quia non clamasti. FOrtè. Propter liberum arbitrium dixit, fortè. VIAtor. Quiuis homo uiam huius uitæ agens. PErcitus. commotus. DIgito remoto. i. soluto silentio. EXpandi. Aperui. QVi. supple, ò Deus, qui moderaris, &c. MEnsura, num. & pódere. Tribus his omnia iustè dispensantur. PAnde. Manifesta. OLym- F piades. Græcè, latinè lustra, spacium quinq. annorum utrunque significat. NIhil. Nam quod modicum est, pro nihilo reputari solet. VAnus homo. Quia terrena, caduca, & transitoria meditatur; quę omnia uana sunt, sicut dixit Ecclesiastes: uanitas uanitatum, & omnia uanitas. VEr- cap.1. mis; Quia reptat super terram. PVluisculus. Iuxta illud; memento homo, quia puluis es & in puluerem reuerteris. Sic & Abraam humilians semetipsum dicebat: loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis. SVb imagine. Vz. somni: parum. n. ab eo differt, nisi quia restat memoria bonorum & malorum, quæ fecimus. FRustra. Qui deberet conformare uoluntatem suam diuinæ uoluntati, & dicere cum Iob: Deus dedit, Deus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum. VEl iniuria. Sistole sit figura; quia syllaba longa breuiatur: sic in eo uersu: Matri longa decem tulerunt fastidia men- Lu.12. ses, & in illo: Non eodem cursu respondent ultima primis. THesaurizat. congregat: talis erat ille, de quo in Euangelio dicitur; quòd congregauerat multos fructus ex ubertate agri, & animę suę dicebat: anima mea, habes multa bona congregata in annos plurimos, ede, bibe, & lude: & fuit ei dictum desuper: stulte, hac nocte repetent animam tuam à te; & quæ parasti, cuius erunt? MVlto cum sanguine. Quia propterea interficitur. Cognoui ego, quendam

Carne, iocis, somno, delitijsq; nouis.
Ast ego transiliens istos, super æthera fixi
Mentem animumq. meum præmeditando diu.
Quæ mihi sub spinis, fumo, cœnoq. uoluptas?
Quæ pungunt; oculis, naribus atq. nocent.
Carnis amatores arrectis auribus omnes
Protinus ardentes se opposuere mihi.
Dixi igitur mecum uigili custode uiarum:
Nunc opus est nobis, ne capiamur ab his.
Dixi: compescam digito mea labra silenti,
Vt non delinquat lubrica lingua loquens.
Sollicito posita est ori custodia firma;
Labraq. compressi, ne loquerentur eis.
Sistente aduersum me peccatore maligno,
Qui transuersa capit quicquid ab ore cadit.
Quę bona sunt etiam tacui, malaquęq. silendo;
Vnde redargutus protinus incalui.
Hinc dolor exarsit renouatus in ossibus ingens,
Synderesi morsus dante mihi assiduos.
Mutus & hinc factus, surdaster & ipse uidebar,
Non respondendo quicquid ab ore darent.
Interius clauso exarserunt igne medullæ:
Cordaq. præ zelo concaluere Dei.
Cur non exponis propè te deposta talenta?
Desuper in uacuum gratia lapsa tibi est.
Te speculatorem super alta turre locaui;
Cur non exclamas? en ferus hostis adest!
Sanguinis effusi meritas dabis improbe pœnas:
Vitasset monitus forte uiator iter.
Percitus his monitis digito mea labra remoto
Expandi tandem, & lingua locuta mea est.
Omnia qui certo moderaris fine per æuum,
Mensura, numero, pondere quæq. facis.
Tu mihi pande meum finem, & data tempora uitæ:
Et quot adhuc anni, quotuè dies remanent.
Vt quot olympiades, quot lustra peregerit ætas
Hæc mea; deinde sciam quid mihi desit adhuc.
Ecce dies nostros mensura colligis una;
Nempe breui palmo dinumetasq. dies.
Quæ mea te coram substantia pondus habebit?
Tam minimum, ut quasi sit te propè tota nihil.
Vanus homo exiguus uermis, puluisculus extat;
Omnis homo uiuens est quid inane tibi.
Præterit omnis homo seclum sub imagine quadam:
Pertransit uitam sicut & umbra fugax.
Perturbatur homo frustra, cum; deperit illi
Si quid habet partum iure, uel iniuria.
Thesaurizat opes multo sudore laborans;

A

quem ducem peditum per insidias nocturnas interfecisse patruum suum rarentem filiis, ut eius opibus ante tempus potiretur: sed neq. male partis diu gauisus est; nam cædis suspectus habitus, metu iustitiç uoluntarium petiit exilium, in quo eodem anno miserè mortuus est. HOstis atrox. Pone exemplum in Cyro Rege persarum incubante diuitiis Crœsi Lydorum Regis; quem bello uictum, & captum iusserat exuri: sed ante rogum clamantem: O Solon, Solon; cognita causa, dimisit abire uiuum. PRædonis prædo. Ordo est; prædo pauperum fit præda alterius prędonis, qui illum deprędatur. Exemplum pone in illo pessimo pyrata, quem deprehensum magnus Alexander iusserat crucifigi, quia multorum fuerat prædo; uerum obiiciente illo Alexandro, quòd ipse multo maior erat prædo, qui tantorum Regum regna deprædatus erat, & iccirco multo magis crucem mereri; dimissus est, & classi præfectus est Regiæ, ut honestius deprædaretur. THæsaurus. Inextimabilis. HIC nullas. Quibus detineretur: alioquin ditissimus erat Rex Dauid; sed illis non afficiebatur, ut a lege Dei moueretur. NVllas relinquam. Eo modo, quo alii: sed omnes dimisit, ut impenderentur in ædificationem magnifici templi Dei; quod à Rege Salomone filio eius statim conditum est. TE penes. Apud te: præpositio est, penes, seruiens accusatiuo. COncreta labe. Ex longa in eis mora. INiqua. i. iniquitatem. INsulso. Semei de Baurim insipienti, qui Regi militibus stipato solus, & imbellis ausus est maledicere: Egredere, egredere uir sanguinum &c. Vide in. 2. Regum. cap. 16. Scommata. Modo opprobria, atq. iniurias. PRomptus ultor. Abisai filius Saruiæ frater Ioab Principis militiæ, qui statim uoluit occidere illum; sed à Rege prohibitus est, Reg. 2. cap. 16. NImis illa grauis. Vt ei uidebatur; sicut etiam nobis uidetur, quando flagellamur, etsi mitiora sint flagella, quam peccata nostra demereantur. VT illis. Quia ex inde corrigimur, atq. emendamur; nè cum hoc mundo damnemur. COrripit. Nam quem diligit Deus, hunc & corripit; & quasi in filio sibi complacet, prouerb. cap. 3. PRocliuior. Magis inclinata: unde & in genesi dicitur: omnis ætas ab adolescentia sua in malum prona est. VT declinantem. Pulchra comparatione ostenditur causa, qua à Domino flagellamur. DVris lupatis. Morsibus, ad similitudinem dentium luporum factis, quibus ora equorum contunduntur, atq. domantur. TAbescere. Præ macie consumi, & putre fieri; & quasi ad nihilum redigi. FErreò. Synęresis est figura; coniunctio duarum syllabarum in unam. TVnde retunde. Anaxarchi philosophi dictum est, qui cum a Tyranno iuberetur tundi in scapulis; audacter ei dicebat: tunde retunde Anaxarchi sacculum, hoc est corpus; nam Anaxarcum nihil tundis, hoc est animum. Tales erant Martyres Christi, Laurentius, & Agatha uirgo: ille siquidem Decio dixit, dum super craticula exureretur; uersa, & manduca; nam facultates Ecclesię, quas requiris, in cœlestes thesauros manus pauperum deportauerunt. Agatha uerò dum tunderetur, dixit Quintiano Præsidi: sicut non potest triticum in horreo reponi, nisi eius theca fuerit conculcata & in palleis redacta; sic & anima mea non potest in paradisum cum palma intrare martyrii, nisi feceris corpus meum diligenter à carnificibus tuis attrectari, & consumi. Arachne. Dum texit telas pro captione muscharum. Hebet. Debilis factus est. POtio. Medicinalis. Quousq. Thmesis est, de qua aliàs. PEctore solo. Interius inspirando. INquilinus. Temporarius loci alicuius habitator est, aliunde ueniens, nec ibi ciuis diu permanens; sed habens animum redeundi ad propria. Tales debemus nos hic esse. PAtres mei. Abraam, Isaac, & Iacob., qui fuerunt peregrini in terra Canaam; & filii Israel

B

Gen. 6.

C

Ignorat cui nam parta relinquat homo.
Ah quoties multo cum sanguine parta relinquit;
Diuitijsq. eius incubat hostis atrox.
Cunctaq. diripitur sæpe à raptore rapina.
Prædonis prædo præda fit alterius.
At mihi thesaurus Deus est, substantiaq. omnis,
Is mihi sola quies, is mihi sola salus.
Diuitias habeo hic nullas, nullasq. relinquam;
In cælo stabiles nempe parantur opes.
In terris uerò quænam expectatio nostra est?
Nulla quidem: in cœlis te penes omnis ea est.
De peccatorum concreta labe meorum
Erue me; atq. lana fecis iniqua meæ.
Opprobrium insulso me uindex ipse dedisti,
Vt probrum obijceret, puluereosq. globos.
Nam nisi iussisses tu, nequaquàm ansus is esset
Insultare mihi, uel maledicta loqui.
Vnde uelut mutus tacui, atq; obsurduit auris:
Factus & elinguis scommata præterij.
Te fecisse sciens, cum promptus & ultor adesset,
Non uolui ulcisci, probra sed illa tuli.
Cum patienter agam, iamtandem discute plagas:
Cædentem assiduè contineasq. manum.
Namq. ego defeci, cædentis robore dextræ
Dum me corriperes, sed nimis illa grauis,
Sit licet illa grauis, quæ punit iniqua gerentes
Dextera nos homines; utilis illa tamen.
Tu Deus omniparens homines nos corripis omnes,
Vt genitor natos ad meliora trahens.
Fluxilis est hominum natura; procliuior æquo:
In uetitum semper pronior illa ruit.
Vt declinantem fræno durisué lupatis
Astrictum retrahit uimine sessor equum;
Sic me peccantem propulsas uerbere duro;
Nec dorso cessant dura flagella meo.
Ecce meam fecisti animam tabescere, ferrêo
Dum mandas pilo; tunde, retunde frequens.
Tabuit effœtus, tela ceu uermis Arachne,
Spiritus exhaustus sic meus intus hebet.
Sed quid ego hæc recolo? incassum perturbor & ipse,
Incassum querulus plectitur omnis homo.
Nouit enim medicus, quo fine paretur amara
Potio; quouè ægro debeat usq; dari.
Tu Deus orantem precor audi; oratio nostra
Inueniat facili mitis in aure locum.
Exaudire preces nostras, digneris ab alto,
Cum lachrymis fusas mitis & alme Deus.
Ne sileas, responde mihi uel pectore solo;
Dic animæ nostræ: sum tua firma salus.
Inquilinus apud te sum, peregrinus in orbe
Hoc, uelùti patres ante fuere mei.

in sera

D in terra Aegypti. ADueniens. E cœlo, quò ad animam. ALiena colo. Terram hanc, quæ ante nos fuit aliorum, uel ipsius Dei; Domini quippe est terra, & plenitudo eius, mare, & omnia, quę in eis sunt. Huius Domini nos sumus uillici, & coloni, ut dicitur in Euangelio, Matth. 21. & Lucę, 16. ABiturus ero. Ex hoc sęculo ad aliud. PArentes. De quibus supra, uel maiores nostri omnes. MOx. Post mortem, ad aliud sæculum. ANte. Quàm moriar, & tradar exactori, qui me trudet in carcerem, unde non exibo donec soluero usq. ad nouissimum quadrantem, Matth. 5. REfrigerium. Veniæ ante habitæ. SEruus inutilis. Qui si ueniam non ante receperit, iubetur mitti in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, Matth. 25. VIllicus. Qui nisi prouideat, antequàm remoueatur à uillicatione, mendicaturus ibit, cum fodere non ualeat, Lucæ, 16. NEc rediturus ero. Ex communi cursu naturæ; quia à priuatione ad habitum per naturam non datur regressus: sed quia miraculosè omnes resurgemus in resurrectione nouissimæ diei; repetit, ostendendo qualiter redibimus, non hic remansuri; sed immortales facti ad cœlestem patriam conuolabimus.

Adueniens aliena colo, camposq; peragro;
Expleto cultu mox abiturus ero;
Sic aliquando mei quondam aduenere parentes:
Expleto cultu mox abiere simul.
Debita compatiens precor ante remitte colono,
Dapsilis ô Domine, munifice atq. pater:
Vt refrigerium curarum liber ab æstu
Mox abscessurus spiritus inueniat.
Ante remitte precor, quàm seruus inutilis, æger,
Villicus hinc abeam; nec rediturus ero.
Nec rediturus ero peregrinus, & accola campi
Amplius; ast alibi ciuis iturus ero.

ODE XXXIX. EX PSALMO. XXXIX.

Expectans expectaui.

EXpectans Dominum expectaui tempora multa,
Et tandem adueniens astitit ecce mihi.
Exaudire preces nostras digneris; adhæsit;
Mœrentem excepit; sicq. spopondit opem.
Ac ueluti sponsus sponsam amplexatus in ulnis
Fouit, & hinc libans oscula ab ore dedit.
Cumq. lacu misero ac tenebroso immersa tenerer,
Fæcis & in luto sordida fixa forem.
Protinus eduxit me, mandauitq. lauari;
Lotaq. quàm primum tum speciosa fui.
Ac ne iterum impulsu uario demergerer intus,
Me supra firmam collocat ipse petram.
Defixitq. pedes; gressus direxit, & actus
Composuit: mores imbuit atq. bonos.
Dehinc super ætherea spirando leniter aura,
Misit in os nostrum cantica læta noua.
Carmina digna Deo totum cantanda per orbem
Ecce modo edidimus, quæ canat omnis homo.
Conspicient plures hoc admirabile donum,
Quod super ætherea fluxit ab arce nouum.
Inde uerebuntur Dominum, spem ponere certi
In uirtute Dei; non studiis hominum.
Ille uir est fœlix, Domini qui in nomine sperat;
Qui nomen Domini turris ad instar habet.
Non simulachra deûm suspexit inania monstra;
Fatidicis nec auet scire futura libris.
Nec pepulit dementem insania dira Magorum,
Nec uentura notat falsa Mathesis ei.
Vana quis enumerat mundi? sunt omnia uana,
Quæ mundanus homo semper habere sitit.

EXpectans Dominum. Sanctorum patrum expectatio aduentus Domini in hac ode decantatur. Moyses enim hanc expectãdo dicebat; Exod. 4. Mitte Domine quem missurus es: & Esaias: Es. 64. utinam disrumpes cælos, & descẽderes. Iterũ: rorate cœli desuper & nubes pluant iustum; aperiatur terra, & germinet Saluatorem: & hic Vates Es. 45. E alibi: ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. AStitit ecce mihi. IN persona Ecclesiæ loquitur hic propheta. OScula, &c. Quando uerbum caro factum est, hęc oscula casta data sunt, & adimpletum est quod habetur in cãnticis canticorum, cap. 1. osculetur (inquit sponsa) me osculo oris sui. LAcu misero ac tenebroso. In sinu Abraę, pro his qui erant ibi. ET in luto fecis. Dicitur pro his, qui tunc in hoc mundo erant in fęce idololatriæ, & peccatorũ. LAuari. In sacramento Baptismi. SPeciosa fui. sicut habetur in canticis: speciosa facta es, & suauis in deliciis. IMpulsu uario. Dæmonum, ac persecutorum. PEtram. Quæ Christus est (ut ait Apost.) & ipse Dominus in Euangelio: tu es Petrus, & super hãc Petram ædificabo Ecclesiam meam. DEfixitq. pedes. In compedibus mandatorum suorum. DIrrexit. Prædicando. COmposuit. Exemplo sui. IMbuit. Consiliis suis mirabilibus. AVra. Hæc fuit gratia Spiritus sancti, quam in die penthecostes super discipulos effudit in specie linguarum ignis, & deinceps inuisibiliter in reliquos fideles, in collatione sacramentorum infundit, quando uult, & prout uult. LAEta noua. Quæ in hymnis quotidie cantantur in Ecclesia Dei. EDidimus. In hac psalmodia nostra, in qua nouo genere metrorum renouata sunt cantica psalmorum. DOnum. Spiritussancti, nobis etiam collatum in hac compositione psalmodiæ, & eius expositione; nec enim paginam ullam scribimus, nisi præmissa diuini numinis inuocatione. FOElix. Nunc spe, demum, & re. TVRris instar. Ad quam confugiat in aduersitatis tempore. DEum. Mortuorum hominum, Iouis, Appollinis, Martis, & similium portentorum; quos pro Diis delusa gentilitas colebat, eo maximè, quòd in eorum simulachris ingressi Dæmones petentibus responsa dabant. FAtidicis libris. Mathematicorum, s. uel potius sybillinis illis libris, in quibus dicebantur esse conscripta fata Romanorum & aliarum gentium, quibus cum erant bella gesturi. MAgorum. Modo incantatorum, & omnium maleficorum, qui per malas artes se posse scire futura iactantur. Mathesis. Diuinatio, quæ fit per inspectionem astrolabii. Sitit. Desiderat. MVndi immundi. pleni immundiciis uitiorum, & est figura, quæ latinè dicitur inuersio: alioquin mundus ipse, quò ad sui substantiam mundus est, ac nitidus est, & à sui munditiè sic appellatus est. Græcè etiam dicitur cosmos, quòd munditiam significat. Apostolus etiam dicit omnia sunt munda,

Marginal references: Io. 1. (beside "tur in cãnticis"); cap. 2. (beside "tur in canticis"); 1. cor. x. (beside "PEtram"); Mat. 16 (beside "Dominus in Euangelio"); act. 2. (beside "gratia Spiritus sancti"); Ps 84. (beside "alibi: ostende"); F (beside "prout uult").

Quanta ſit immundi fallax inſania mundi?
Stultitias hominum quisue referre queat?
Quæ licet inſulſis interdum mira videntur,
Sunt tamen omnino vana, ſuperuacua.
At tu ſumme Deus miranda ſtupenda patraſti
Omnia, quæ nullus dinumerare poteſt.
Ex nihilo omnipotens tu mundi elementa creaſti;
Concretum mixtim quicquid & inde fuit.
Fundaſti cœlos, fixiſti ſydera cœlis;
Lucida quæque ſuo tempore in orbe micant.
Sole diem luſtras, & noctis Luna tenebras
Mitigat: alternas & ſubiere vices.
Hæc ſuper excelſum atq; immenſũ ſternis olympũ;
Sole carens radiis emicat ille tuis.
Spiritibus nitidis ea manſio clara repletur:
Hac etiam fœlix ſcandere ſperat homo.
Præmeditatus enim quecunque futura, paraſti
A dextris ſedem, quamq; teneret homo.
Factus homo Deus, hunc hoĩem ſuper aſtra leuaſti.
Feciſti à dextris huncq; ſedere tuis.
Hic genus humanum ſecum ſcandendo reduxit:
Expandit portas fratribus inde ſuis.
Tu ſolus Deus hæc verè admiranda patraſti:
In mirabilibus quis tibi erit ſimilis?

A mundis, coinquinatis autem & infidelibus omnia ſunt immũda, ad Tit. j. ¶ Stultitias hominum quę ſunt infinitæ; quibus vidi nuper librum plenum, qui dicitur Nauis ſtultorum; & rarus eſt homo, qui aliquando illam nauem non conſcendat. Dicit etiam ſapiens: ſtultorum infinitus eſt numerus, Eccleſiaſtis, c. j. Hæc autem ſtultitiæ breuis eſt regula: quiſquis temporalia præponit æternis, & terrena cœleſtibus ſtultus eſt. ¶ Inſulſis ſale ſapientiæ carentibus: Apoſtoli enim, atq; veri docto res dicti ſunt a Domino ſal terræ, Matth. ¶ Paraſti. In mundi creatione, & reſtauratione, atq; gubernatione. ¶ Creaſti. Ex nihilo feciſti: id enim creare eſt, Gen. c. j. ¶ Concretum mixtim. Ideſt quicquid fit ex mixtura elementorum, vt lapides, plantæ, herbæ, & cuncta animalia. ¶ Cœlos. Qui dicuntur eſſe decem, vij Planetarum Firmamenti, Chriſtallini, & Empyrei, ideſt olimpi, ſiue Paradiſi, vbi eſt ſedes beatorum. ¶ Olympum. Totum reſplendentem. Græca dictio eſt. ¶ Sole carens. Hoc materiali: ſic & Io. in Apoc. cap. 21. ¶ Homo. De quouis bono fideli, hoc intellige. ¶ Sedem. Excelſam ſuper omnes Angelorum choros. ¶ Homo. Chriſtus, qui eſt Deus, & homo. ¶ Factus homo Deus ſic & Io. Euang. [Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.] ¶ Leuaſti. In die Aſcenſſionis, Marc. vltimo. ¶ Genus humanum. De ſanctis Patribus qui erant in ſinu Abrae, hoc intellige. ¶ Fratribus Apoſtolis, & bonis alijs fidelibus, de quorum num. vtinam & nos ſimus gratia D. N. Ieſu Chriſti. Amen. B

Tit. 1. Eccl. 1. Matth. 5. Ge. ne. 1. Ap. 21. Ioan. 1.

ODE XL. EX PSALMO XL.
Beatus vir qui intelligit.

NVllus homo viuens Domino prædiuite cœli,
Et terræ Domino ditior eſſe poteſt:
Et quis pauperior qui maieſtate repreſſa
Pro nobis factus pauper, agentis, homo eſt?
Nullibi certa domus, ſubſtantia nulla ſupellex,
Argentum aut aurum, nec pecus vna quidem.
Nec tantum telluris erat, qua foſſa ſepulchri.
Poſſet ei fieri: pauper egenus homo.
Qui ſuper hunc inopem, atq; alios intendit egẽtes,
Omnino fœlix, atque beatus erit.
Cum præfixa dies ſeclo mala venerit illa,
Qua cœlum, & terram flamma vorabit atrox.
Liberum abire ſinet, cui curæ pauperis huius
Extiterit nomen; panderit atque manus.
Illæ ſum ſeruabit eum, & ſi cuſpide mortis
Percuſſus fuerit; viuificabit eum.
Felicem in terris dici, ſimul atq; beatum
In cœlo faciet ſydera celſa ſuper.
Sed neq; tradet eum crudelibus hoſtibus illis,
Qui laqueos condunt, vt rapiant animas.
Æger & in lecto ſi forte iacebit, ab alto
Mox inſperatam conferet intus opem.
Pellentur morbi, febres ſoluentur acutæ;
Diffugient curæ, corporis atq; dolor.
Tu Deus omnipotens verſabis ſtrata iacentis,
Surgat vt incolumis, pergat iterq; ſuum.

NVllus homo viuens. Inuitantur fideles ad compatiendum Chriſto olim egeno, in propria perſona, & maxime tempore paſſionis ſuæ: quia ſi cõpaſſi fuerimus, & conregnabimus. Item & compatiendum Chriſto in pauperibus mẽbris eius, vt beata illa benedictione condonemur in die iudicij, quando dicet Rex his, qui a dextris eius erunt: venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, quia miſericordes erga meos pauperes fuiſtis. Oſtenditur autẽ in primis, quod prædiues Chriſtus factus eſt pauper. ¶ Nullus homo, &c. ¶ Domino cœli, & terræ. Iuxta alium pſalmum, 23. Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terræ, & vniuerſi, qui habitant in eo: & alibi: cœlum cœli Dõmino. ¶ Eſſe poteſt? Q. d. nullus egenus homo? Q. d. nullus: vnde & Apoſtolus dixit, 2. Cor. c. 4. ſcitis gratiam D. N. Ieſu Chriſti quoniam cum eſſet diues propter vos egenus factus eſt, vt illius inopia vos diuites eſſetis. ¶ Dominus. De eo ſiquidem ſcriptum eſt in Euangelio Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. ¶ Sepulchri. De eo dicitur, quia natus eſt ſtabulo, & ſepultus eſt in alieno ſepulchro. ¶ Intendit. Affectu compatiendo, & effectum ſuccurrendo. ¶ Dies illa. Dies calamitatis, & miſeriæ: dies magna, & amara valde: de qua Sophon. i. & eſt dies Iudicij vniuerſalis. Notentur hic vi. opera miſericordiæ, pro quibus, vi. præmia reddenda ſunt ijs, qui ſeſe exercebunt in illis; quorum hoc eſt primum; quia liberabuntur in die iudicij. ¶ Panderit atq; manus. Adiutrices inopi. ¶ Seruabit. A peccatis grauioribus; & hoc ij præmium. ¶ Percuſſus. Læthali vulnere criminis alicuius; (quia nemo ſine crimine viuit toto tempore vitæ ſuæ.) ¶ Viuificabit eũ, Pœnitentiam, quæ donum Dei eſt: & hoc eſt iij. ¶ In terris, ſic de Thobia dicebatur: & hoc eſt iiij. C

Matt. 25. Luc. 9.

D ¶ Hostibus. Demonijs, quos patimur tentatores, derisores, accusatores, clema, & tortores, & hoc est v. ¶ Opere.
Quia sanabit eum, & hoc est vj. ¶ Morbi. Quos medici non poterant curare. ¶ Versabis strata. Modus est lo-
Mar. 2. quendi, quale, & illud: tolle grabatum tuum,& ambula,quod est signum sanitatis acceptæ. ¶ Sic ego. Prophe-
ta Dauid. Sic & ego,dico, Botta nouus vates ædunt Psalmodiæ. ¶ Seruus ego. Potest hoc intelligi de corpore
Christi mystico, in quo multi sunt peccatores; qualis ego, & multi similes mei. ¶ Multiplicata sunt, Maxime sæ
pius recidiuando. ¶ Medicamine. Veræ pœniten
tiæ. ¶ Vel solo verbo. Sicut Mariæ peccatrici,cui
dictum est: vade in pace; dimittuntur tibi peccata
Luc. 7. tua. ¶ In me, de Christo,& membris eius hæc pos
sunt intelligi: sed quæ nam dixerunt in ea,quæ se
quuntur. ¶ Hic Christus. ¶ Si quando. Verba sunt
Christi hæc, lamentantis de malo suo proditore.
¶ Hostis hic. Domesticus Iudas: nulla enim pe-
stis efficacior est ad nocendum, quæ familiaris ini
micus. Potest etiam hoc intelligi de quouis Pha-
risæo, vel Hypocrita. ¶ Pelle volutus ouis. sancti-
tatem simulans: vnde monemur ex Euangelio,
huiusmodi cauere: Attẽdite à falsis Prophetis, qui
Matt. 7. veniunt ad vos in vestimentis ouium; intrinsecus
autem sunt lupi rapaces. ¶ Nihil. In me: vnde le-
Ioan. 8. gimus, cum dixisse: quis ex vobis arguet me de
peccato? ¶ Eos. Discipulos meos, dicentes: qua-
re discipuli tui transgrediuntur traditiones senio-
rum? non enim lauant manus cum panem mandu
Matt. 15. cant, Matth. 15. ¶ Trabib. Idest grauioribus. Pec
Matth. 7. catis. ¶ Festucas, Leues defectus: sic & in euang.
Matth. vij. vt quid vides festucam, &c. ¶ Dabat vi
E tio. Ingressus domum Zachei,& Matthæi cum pu
Luc. 19. blicanis manducaret, ac biberet, quasi esset vini
potor, publicanorum amicus, ac peccatorum; cum
pro conuersione illorum id faceret: nec enim e-
gent medico sani, sed male habẽtes, Luc. 19. ¶ Ma
le sanus eram. Vide Marci, cap. iij. ¶ Dæmon ha-
Marc. 3. bet: Hoc sæpe illi obiiecerunt, sicut asserit Io. E-
uangelista, cap. vij. viij. & x. ¶ Erynni Infernali fu-
Ioa. 7. 8. ria. ¶ Vnde potens. In miraculis faciendis; qua-
& 9. si Deus indigeat Diabolo, quando vult facere si-
gna mirabilia: iis respondit, Matth. c. 12. & Lu-
ca. 11. ¶ Beelzebub. Thmesis fit figura: est enim di
ctio composita ex Beel, qui Deum significat, &
zebub muscham. quasi sit muscarum Deus. Hunc
colebant Acharonitæ, sed Beel tantummodo ap-
pellabãt. Nomen ab illo antiquo deductum Bello
primò Assyriorum Rege, quem Ninus filius eius,
conditor Niniue, fecit pro Deo coli, constituta ei
statua pro diffugio miserorum: & inde ortum ha
buit Idololatria. Verum Iudæi appellabant Beel-
zebub per derisionẽ, eo qui magna copia musca-
rum statuæ illius inhæreret propter immolatium
sanguinem, quo perfusa semper erat in cuius vir-
tute dicebant. D. Iesu Christũ dæmonia eijcere,
F Luce. 11. & Matth. 12. vtrobiq; respondit eis: ibi
vide. ¶ Cernebat idest cernere debebat. ¶ Egre-
diebatur, ad anunciandum aliis quæ viderat in-
tus, vel se vidisse fingebat. ¶ In idipsum. opus. s.
quod cœperat obseruandi, atq; diffamandi. ¶ Mor
dens. Pertinaciter: aduerbium est tractum à Ro-
manis, qui in bello morientes terram mordebant
pro obstinata rabie. Legi etiam quendam Roma
num in prælio nauali appræhendisse manu nauẽ
hostilem, qua abscisa apposuisse alteram manum,
qua etiam cæsa, mordicus superiecto corpore cõ-
pendisse,& tandiu tenuisse, donec à commilitoni
bus fuit occupata. ¶ Occidamus eum. De hoc con
silio vide etiam Hieremiam, c. xij. & Sap. ij. & Io. xj.
¶ Regressurus sic & in lib. sap. dicitur: non est qui
agnitus sit, reuersus ab Inferis. ¶ Quidue. s. mala
¶ Supra necem idest etiã vltra mortem, putantes,
me non esse resurrecturum. ¶ Obdormit. Mortis
somno, quò ad se Christum: vel etiã morte pecca-

Sic ego tunc etiam dixi; miserator eorum,
Esto mihi clemens; & miserere mei.
Seruus ego malegratus, & ad tua munera surdus
Peccaui, scelera & multiplicata mea.
Peccatricem animam apposito medicamine sana;
Vel solo verbo sit reparata salus.
Impiam mordaces hæc turba inimica bonorum
In me dixerunt, quæ voluere, mala.
Hîc grauis aspectu nobis: morietur an vnquàm?
Nomen vt illius, famaq; dispereat.
Si quando intrabat penetralia nostra repente
Hostis hic infestus pelle volutus ouis;
Vt nostros actus, gressus, pariterq; regressus
Exploratoris more notaret iners;
Cumq; nihil facto, dictoue offenderet vsquam,
Obseruabat eos, qui mihi erant lateri.
Siquid inexperti rerum fortasse cauendum
Tentarent, sinerent, quæ vel agenda forent;
Presti oculos trabibus festucas cernere prompti,
Clamore & magno visa redarguere.
Is quoq; vaniloquus peruertere corde doloso
Quæ bona sunt suetus, cuncta dabat vitio.
Egressusq; foras zizania dira serebat,
In populum de me, qui male sanus eram.
Quòd me Dæmon habet, qui sum vexatus Erynni;
Quòd studeam Magicis artibus, vnde potens.
Quodq; Beel cunctis Princeps zebub assidet oris;
Spiritibus nequàm quo Duce prædominet.
Quo magis opprobrijs me iustũ onerabat iniquis,
Pondere cernebat se grauiore premi.
Ingrediebatur, nostros seruaret vt actus;
Egrediebatur deinde repente foras.
Enitebatur in idipsum semper agendo,
Vt de me mordax obloqueretur homo.
Vnde susurrantes inimici mordicus omnes,
Præmeditabantur quæ mala multa darent.
Occidamus eum; nec enim defunctus abimis
Regressurus erit: mortuus hinc abeat.
Ecce inimica cohors, quod verbum fixit iniquum;
Quidue necem supra constituere mihi.
Qui semel obdormit, nunquid non surgere rursus
Addet? an æterna nocte sepultus erit?
Ecce aliud grauiusq; malum super additur istis;
Me supplantauit, qui mihi frater erat.
Qui mihi pacificus, de quo sperauimus olim;
Et qui pane meo factus obæsus erat.
Pane meo pinguis diros auersus ad hostes
Me supplantauit pestis iniqua viri.
Pestis iniqua viri: nec enim vlla nocentior extat,
Quia quem communis mensa domusq; tenet.

Tu verò miserere mei Deus, atq; peremptum
Suscitet ex imis me tua dextra potens.
Sic redituius ero, fulgenti gloria amictus,
Splendidior Phœnix ceu rediuiua micat.
Cumque mihi fuerit rerum concessa potestas,
Illis retribuam, quæ meruere, mala.
Nempe ego cognoui, te me voluisse probare,
Argentum veluti clarius igne micat.
Ne gaudere diu tamen hos permiseris hostes,
Exultent quamuis hac breuiore die.
Ignis vt in spinis flamma stridente resultat
Ad modicum; cinis est, qui fuit ante nitor:
Talis erit risus de me conceptus ab hoste:
In tristem luctum gaudia falsa cadent.
Me suscepisti, quia cunctis sordibus insons
Liber ab obiectis, criminibusq; fui.
Ne subito obruerer casu, aut ne impellerer vsquã,
Est firmata super me tua dextra potens.
Sic benedictus erit Dominus Deus qẽ per æuum.
A genere Isacidum, quod super astra leuat.
Dehinc benedicetur, toto & laudabitur orbe,
Per cuncta id fiat sæcula, fiat. Amen.

A

ti, quo ad prophetam Dauid; quia peccato adulterij, & homicidij surrexit: sic & quo ad nos peccatores, quibus Apostolus clamat: surge, qui dormis, & illuminabit te Christus. ¶ Aliud. De Iuda proditore hoc vaticinium est. ¶ Supplantauit. Sic & in Euang. Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum, Io. 13. ¶ Obæsus. Pinguis. ¶ Ad hostes, Scribas, & Phariseos, atq; Principes Sacerdotum, quibus dixit: quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam. ¶ Pestis. De qua supra. ¶ Phœnix, Auis orientalis, quæ sola post mortem dicitur renouari. vide Ambr. in Exameron. lib. v. c. 23. ¶ Potestas. De qua in Euang. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra; scilicet post resurrectionem suam. ¶ Argentum. Subaudi, probatum igne. ¶ Hac breuiore die. Vitæ huius quæ comparatione æternæ vitæ breuissima est. ¶ Talis. Tridui tantum, donec resurrexit. Matth. 2

B

¶ Cadent. Nunciata statim resurrectione per milites, qui custodierant sepulchrum. ¶ Me suscepisti. Resuscitandum, atque glorificandum. ¶ Insons. Innocens, atq; inculpabilis. quod de nemine potest dici, nisi de Christo, de aliis dictum est, Iob. 25. Nemo mundus à sorde, neq; infans, cuius est vnius diei vita super terram. ¶ Criminibus. Scilicet quòd subuerteret gentem eorum, & quòd prohiberet tributum dari Cæsari; & quòd temporale regnũ affectaret. Luc. 23. ¶ Obruerer. In foueam impatientiæ. ¶ A genere Isacidum, ab illis patribus sanctis, quos redemit, & eduxit de sinu Abrahæ, in die resurrectionis suæ. ¶ Leuat. Secum in cœlum in die ascensionis. ¶ Dehinc. Post euangelij publicationem. ¶ Toto orbe. Quod factum est conuersis ad fidem cunctis gentibus.

C

Psalmodiæ Liber primus Explicit.

ILL. AC CLARISS.^mo IVRISC.

D. MARCO ANTONIO
COMITI ROVESCALENSI
ET IVRIS CIVILIS ORDINARII
MATVTINI INTERPRETI.



Hieronymus Bartolus. S. D.



PRODEAT in lucem ſub nomine tuo hic Secundus liber Pſalmodiæ Reuer. presbyteri Bartolomæi Bottæ Roueſcalenſis poetæ celeberrimi: tibi enim maximè hæc debentur, ſiue communem patriam Roueſcalenſem, ſiue par ſtudium; ſiue clariſsimi nominis tui famam ſpectemus; qui non ſolùm in hac legali Philoſophia, ſed etiam in humanioribus literis tantã tibi apud omnes gratiam & authoritatem comparaſti, vt vnus omnium in ore verſeris. Teſtantur hæc maximè vera eſſe ea, quæ ad Salluſtium interpretandum pluribus annis exactis ſumma omnium admiratione, atq; lætitia edidiſti. Quantum verò & gentis tuæ nobilitate, & animi integritate refulgeas, teſtatur hæc Ticinenſis Reſpublica, in qua eos omnes dignitatum gradus es conſequutus, quos Patritij viri conſequi ex lege municipali ſolent. Sed cùm hæc nota ſint reticere cogor, quando interpretandi iuris ciuilis matutini ordinarij labor aſsiduus, & ſubtilitas, & facilitas te in dies clarum omnibus, acceptumq; reddant. Interim Bartolomæi Bottæ librum ſecundum Pſalmodiæ tuis auſpicijs in lucem editum, defende, ſuſcipe, & tuere. Vale. Ticini, calend. Iunij. M. D. LXXIX.

BARTHOLOMAEI BOTTAE PRESBYTERI, ET CANONICI PAPIENSIS PSALMODIA,

A

Liber Secundus.



ERVVS vt annosa &c. Prænunciatur in hac ode Liberatio Israelis à captiuitate Babiloniaca, per quam figurabatur Liberatio Ecclesiæ Christi à persecutione malorum, & præcipue Tyrannorum. Et in primis exponit magnum huius liberationis desiderium, vt libere possit Dei inhærere seruitio. Dicit igitur. ¶ Vt ceruus præssus annosa fronte ramosorum scilicet cornuum, quibus aggrauatur præ nimia senecta; cum hauserit, idest biberit venenum, absorptis anguibus, flatu extractis de cauernis petrarum, ambit, idest, desiderat, & desiderando quærit aquas, quibus æstum veneni per totum corpus diffusum refrigeret, hac expellat. Dicunt, n. expositores quòd cerui diutissimè viuunt, quia naturali instinctu labentem reparant ætatem haustis serpentibus, ex quorum veneno calefacti veterem pellem abiiciunt, & cornua: & sic ad nouam rursus ætatem reuocantur. ¶ Ex haustu veneni. Ab antiquo serpente per omne genus humanum diffusi propter inobedientiam primi parentis. ¶ Concreta. Simul adaucta, peccata peccatis semper addendo, vt omnes attestati sunt Prophetæ: necnon & ea, quæ nos Christiani addimus: quis est enim qui non peccet? ¶ Arenti ore idest ardenti desiderio: translatio assumpta est à viatoribus valde sitientibus, qui ore aperto æstuantes refrigerant fauces aura leui flante. ¶ Fontem, viuum. De quo in Euangelio qui sitit, veniat ad me, & bibat; nam qui biberit ex aqua, quam ego dabo non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: & Esaias: haurietis (inquit) aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. ¶ Quando erit. Desiderantis affectus exprimitur. ¶ De carcere. Corporis huius, quo ad nos: de captiuitate Babilonis, vel inferni, quo ad alios. ¶ Nocte idest tempore cœnæ. ¶ Dieq; idest tempore prandij; vel nocte, aduersitatis; die, prosperitatis. ¶ Lachrymæ. Doloris, præ tędio captiuitatis, & compassionis, præ aflictione proximorum: pœnitentiæ, dę peccatorum memoria, & nostrorum & populi: & demum deuotionis, pro dilatione huius incolatus, & aduentus regni Dei. ¶ Amara ora idest amarę lachrymæ fluentes per ora: hypalage est; salsæ namq; sunt lachrymæ, & ob id amaræ idest, quia ex amaritudine mentis proceduni ¶ Vice panis. Tristitia enim aufert appetitum comedendi aflictis: flentibus verò pro dilatione patriæ cœlestis, hic lacrymarum panis est melle dulcior, & suauior quibuscunq; dapibus delicatis, sed soli hoc norunt experri. ¶ Fatui. Vel Babilones captiuum populum tenentes, quia verum Deum ignorabant: vel mali fideles, qui temporalibus impliciti, & post suas abeuntes cupiditates, verbis fatentur aliquando se nosse Deum, factis autem negant. ¶ Insultando. Per derisum. ¶ Requirunt. Ab aliquo captiuo, Dei magnificentiam prædicante, vel à iusto fideli: sicut, & Pharisęo à Christo Domino, quando dixerunt ei: Vbi est pater tuus? ¶ Iactas. Quasi dicatur, inaniter, cum non possit vos de manibus nostris liberare: sicut, & Nabuchodonosor tribus pueris nolentibus suam statuam adorare, dixit: & quis est ille Deus, qui poterit vos de nostris manibus liberare. Hoc improperant & voluptuosi fidelibus, aliam non sperantes vitam: & hoc maximè, quando vident illos in aliqua positos aflictione; sicut vxor Iob, & illa Tobiæ: vna enim dicebat viro suo: adhuc tu manes in simplicitate tua, benedic Deo, idest maledic, & morere; idest per mortem tuos finies dol ores: altera vero, manifestè (inquit) vana facta est spes tua: & eleemosinæ tuæ modo apparuerunt: atque his (subiungitur) & alijs huiusmodi verbis exprobrabat ei. ¶ Hæc scilicet oprobria mihi dicta. ¶ Igne Spiritus sancti, ¶ Effudi per dilectionem, contemplando. ¶ Cor liquescens. Triplicia enim sunt hominum corda: quædam cerea, hominum ualde deuotorum; & hæc citò in lacrymas liquescunt, ut in canticis ait sponsa: anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est mihi: quædam ferrea, & hæc non nisi magno igne tribulationis, & angustiæ liquefieri pos

CEruus vt annosa cum prę̨ssus fronte, venenū
Anguibus absorptis hauserit, ambit aquas; B
Sic meus ex haustu, concreta & labe, veneni
Spiritus arenti te Deus ore sitit.
Ad Dominum fontem viuum mea vita sitiuit,
Præ desiderio languida facta diu. Gen. 3.
Quando erit vt veniā; de carcere quando solutus,
Sydera celsa petam, sistar & antę Deum?
Nocte dieq; mihi lachrymæ per amara fluentes
Ora famescentem me vice panis alunt.
Dum mihi quottidie fatui insultando requirunt;
Dic vbi quem iactas est Deus iste tuus? Ioan. 4.

Es. 12.

C

Hæc ego dum mecum reminiscerer; igne liquescens
Sicut aquam effudi cor animamq; meam.
Namq; tabernacli mira statione reperta
Transibo, & veniam Regis ad vsque domum.
Vox exultantum, laus & confessio, dulci
Personat aula sono; vox epulantis ibi.

sunt, Hic

D sunt, Hieremiæ vj. Aes, & ferrū sunt vniuersi &c. Quædam lapidea, & adamantina, quæ nunquàm liquescunt, vt ait Zach. Proph. cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem: his sanguis hircinus necessarius est, Christi, videlicet, qui in lege per hircum emissarium, peccatum populi, extra castra portantem, figurabatur. Sed vtinam illo. Essent liniti, ne illis contingat, sicut cuidā pessimo dicēti: grauius esse peccatum suū, quàm vt à Christi sanguine posset deleri: cui dominus in cruce pendens apparuit, & de proprio sanguine in faciem proiecit, passionem illi exprobrans suam, & continuò suffocatus est, & in infernum demersus.

O anima imbellis, cur moeres? languida quare
Me turbas? ex pes numquid es ista videns?
Spes Deus esto tibi: coram illo namq; fatebor.
Nonne salutaris? num Deus esq; meus?
Est anima (agnosco) me quòd spectaret ad ipsum,
Conturbata mihi: spes sua cuiq; mala.
Vnde tui (aduertens) terram iordanis & Hermon
Exigui montis factus adibo memor.

¶ Tabernacli idest Ecclesiæ militantis. ¶ Mira statione. Quæ Christus est, super quo est fondata. Mira verò per miracula ab eo facta, & propter sacramenta, quæ de latere eius iam mortui fluxerunt. ¶ Regis domum. Hæc est Ecclesia triūphans, de qua canit & Proph. lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in, domū Domini ibimus. Et in Euangelio in domo Patris mei mansiones multæ sunt. ¶ Transibo. Per mare huius mundi, murum carnis, spinas peccati & sientes deliniarum. ¶ Vox exultantum. De reditu ex captiuitate Babilonis, inferni, & peccatorū, & exitu carceris huius corporis, in introitum quadruplicis Hierusalem, terrestris, fidelis scientiæ, militantis, & supernæ, ¶ Vox epulantium. Olim de carnibus sacrificiorum, quorum potissima pars erat offerentium, qui ibidem epulabantur in conspectu domini: nunc verò in mensa Domini, vbi præciosissimum corpus eius sumimus in cibum, & sanguinem in potum. In superna verò Hierusalem ex sempiterna Dei fruitione, quæ omne desiderium transcēdit humanum; & vbi sunt, quæ oculus non vidit &c. ¶ O anima imbellis. Propriam alloquitur sensualitatem, quæ ex diutina fatigabatur expectatione, & tristabatur; nam spes, quæ differtur, affligit animam, & primo illam corripit, deinde consolatur. ¶ Expes idest sine spe, quasi extra spem posita. ¶ Videns per deuotam contemplationem, & proferarum lectionem; in quibus bonorum promissiones habentur supradictorum. ¶ Spes. Tuæ liberationis. ¶ Fatebor. Peccata mea, & iustitiam ac misericordiam suam; sicut habetur in oratione Da-
Dan. 9. nielis. ¶ Salutaris. De quo Iob, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, qui est Christus Dominus.

E ¶ Ad me ipsum. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem auxilium suum. ¶ Cuiq; mala. Vnde Greg: iustum est (inquit) vt in se semper doleat, qui relicto vero gaudio in se ipso gaudia querebat. ¶ Vnde aduertens scilicet errorem meum factus memor tui, supple, ò Christe Salutaris, potiusquàm mei ibo ad terram iordanis, scilicet circum adiacentem; & ad terram Hermōn exigui montis: adibo, inquàm hæc loca non passibus corporis, sed mentis, per deuotam contemplationem. Est obscurus hic passus, propter occultam mysteriorum profunditatem, quam continet. Sciendum est igitur, quòd magna mirabilia, & multa memoratu digna fuerunt a Domino facta tam in hoc paruo monte Hermonij, qui vicinus est Iordani, quam in ipso flumine, quæ non mo dicam præbent consolationem contemplantibus illa. In illo enim monte, qui alio nomine dicitur Hor, mortui sunt Aaron, & Moyses, per quos intelligitur sacerdotium, & lex vetus, quæ ad Christi baptismum in Iordane celebratum deficere debebant, saltem quo ad carnalem intelligentiam, & cerimoniarum vetustatem, sicut ait Apo-
Ios. 3. 24. stolus. Translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat. In eo loco Iosue, qui fuit figura saluatoris, & re, & nomine transduxit populum per profundum Iordanis alueum, siccis pedibus in terram promissionis, in cuius memoriam posuit xij. lapides eminentes in medio fluminis alueo. Iosue, vt diximus, Saluatorem nostrum significat: Iordanis, baptismum, per quem fidelis populus transit ad veram viuentium, & promissionis terram, quæ est cœlestis patria xij. lapides sunt xij. Apostoli Ecclesiæ fondamenta, vt dicitur Apoc. xxj. In eodem loco Helias di-
4. Reg. 5. uisit aquas Iordanis, pallio suo percussas, & siccis pedibus cum Heliseo transiuit ibidem Naamam Syrus, Helisei iussu septies aqua Iordanis est lotus, & a lepra mundatus; per quam designatur mundatio, quæ fit in baptismo ab omnibus peccatis. Ibidem Christo a Ioanne baptizato, & a ptis cœlis descendente Spiritu sancto in forma columbæ, & facta voce paterna: Hic est filius meus dil. &c. quod est maximum Trinitatis mysterium. Virtus regeneratiua est aquis concessa, & baptismi sacramentum institutum. ¶ Attendam. Et ad aliud mysterium absconditum, per quod non modicū consolabitur anima mea.

Inuocet (attendam) similem, quòd abyssus abyssū
Incataractarum terribili strepita,
Ecce tui fluctus horrendaq; celsa polorum.
Cuncta super nostrum præteriere caput.
Fulsit enim dudum miserans clementia luce;
Ast intempesta cantica nocte modo.
Iussa Deo offerri, prope me est oratio, dicam,
Susceptor meus es, tu mea vita Deus.
Cur igitur tristis pessundatus hoste per ignem
Incedo; oblitus, cerneris, esse mei.

F ¶ Quòd abyssus .i. ingens tribulatio inuocet abyssum idest aliam tribulationem ingentem: mala enim non singula, sed, vt plurimum, duplicata veniunt. Hoc iudæis, euenerat, qui incensa vrbe, & perditis omnibus per captiuitatem, in miserrimā inciderant seruitutem. Ista autem in figura contingebant illis; significabant & pressuras graues, quas Ecclesia ab initio à Iudæis ipsis, & a Romanis est perpessa. Notant & tribulationes, quæ aduersus quoscunque nouiter ad Dei seruitium accedentes à dœmone incitantur: vnde sapientia dicit: fili accedens ad seruitium Dei, præpara animam tuam tentationibus. Porrò abyssus sig. profunditatem immensam, quapropter aliqui intelligunt hæc de iudicijs Dei absconditis, iuxta illud: iuditia Dei abyssus multa, & Paulus: ò altitudo sapi. &c. Et hæc intelligentia non discrepat: ista enim mysteria fuerunt, & sunt multis abscondita. Alij intelligunt nouum & vetus testamentum, quia vnum inuocat alterum ad testimonium sui: & hæc congruit: nam lex noua adimplet vetus: & saluator, ait scrutamini scripturas, quia illæ testimoniū perhibent de me & alibi inquit si crederetis Moysi crederetis forsitā, & mihi: de me. n. ille scripsit: & alibi: bonus patris famil. ꝓfert de thesa. su. nou. & vetera. s. testimonia de lege, & Euangelio Beatus Greg. hic ait: abyssus abyssum inuocare, est de iuditio ad iuditium peruenire: de quo Apostolus: si nos ipsos (inquit) iudicaremus, non vtiq; à Domino iudicaremur. Cataracta idest afflictionum impetuose venientium, ad modum magni imbris, de ruptis nubibus descendentis, sicuti legitur fa-

ctum in tempore diluuij: apertæ sunt cataractæ Cœli &c. Propriè autem cataractæ sunt ea Nili hostia, per quę effundiiur ad irrigationem Aegypti; vnde cum magno impetu, & sonitu aquæ egrediuntur. ¶ Fluctus idest mundi tribulationes à Deo in peccatorum pœnam, vel ad virtutem patientiæ eliciendã ad maius meritum patientis: nam tribulatio, vt ait Apostolus patientiam operatur, &c. ¶ Horrendaq; celsa polorum. Metaphora est à nauigantibus, qui orta tempestante, & inferius maris fluctuationes, & sursum horridam patiuntur ab aere demissam tempestatem, micantibus crebris fulgoribus, & tonitru ex nubium collisione resonante. ¶ Cuncta. Scilicet hæc dura mala. ¶ Nostrum caput. Vel captiuorum in Babilona, vel fidelium tempore persecutionum, de quibus supra ab initio motas, ¶ Fulsit. Scilicet super nos dudum ante tribulationem istam. ¶ Lucem. Idest tempore prosperitatis, quæ per diem significatur, sicut aduersitas per noctem. ¶ Intempesta nocte. Idest in maiore feruore aduersitatis, & angustiæ. Tunc enim maxima sunt frequentanda cantica, iuxta consilium Apostoli: fratres omne gaudium existimate cum incideritis in varias tribulationes. Et iterum: ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij qu. dig. hab. per no. y. cont. pati. sicut & de B. Agatha legitur, quæ lętanter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata, canticis, & orationibus agonem suum Deo commendabat. Et in hoc discernuntur veri catholici à reprobis, de quibus scribitur; tunc benedicent tibi cum benefeceris eis. ¶ Prope me. Idest intra me: iuxta illud saluatoris: Tu autem cum orau. int. in cub. tu. & cl. host. or. pa. in secreto, &c. ¶ Susceptor meus. Hæc est confessio humanitatis: suscepit enim naturam nostram, & infirmitates nostras ipse portauit: nec tamen suam dereliquit naturam. Vnde subiungit. ¶ Tu mea vita deus. Ioan. 1. Quod factum est in ipso vita erat; & vita erat lux hominum. Et alibi de seipso loquitur: Ego sum via, veritas, & vita: via, non errans per mandatorum obseruantiam: veritas, nõ fallens in adimpletione promissorum: & vita, non moriens: Christo enim semel per peccatis nostris mortuo. Mors vltra non dominabitur. ¶ Igitur. Si meus es susceptor, & vita mea. ¶ Pessuodatus. Idest conculcatus. ¶ Per ignem. Tribulationis: & bene per ignem, nam in captiuitate Babilonica tres pueri in caminum ignis ardentis missi fuerunt: & in persecutione Ecclesiæ multi Martires in igne cruciati fuerunt, sicut Laurentius super craticula assatus. ¶ Incedo. Scilicet per obseruantiam mandatorum tuorum. ¶ Oblitus. Non cadit in Deum obliuio, nam & ipse dicit: si mater potest obliuisci infantem; si tamen illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui: sed diutina tribulatio, & grauitas facit nobis videri, quod Deus oblitus fuerit nostri, quando ad importunitatem nostram non ita cito succurrit, cum nescimus quid petamus, sicut ait Greg. magna misericordia est, in præsenti misericordiam non consequi: nam illis Deus ad tempus parcit, quos in æternum damnabit. ¶ Mea ossa. Idest animæ virtutes: vel etiam verè ossa; nam, & Martyribus ossa sæpe fuerunt fracta, sicut illi, qui crurifragio agonem suum compleuerunt. ¶ Tribulantes, Me persecutores. ¶ Exprobrauerunt. Et hoc est, quòd valde grauat afflictos, quia existimant ex demeritis tanta mala pati; cum tamen aliquando eorum passio cedat ad Dei gloriam, patientibus verò ad coronam, & spectantibus ad patientiæ, & fortitudinis exemplum. ¶ Tibi? Quasi dicant; ideo pateris, quia meruisti. ¶ Infesti. Babilonij captiuis Iudæis; deinde Tyranni sanctis Martiribus; sic & modo mali propinqui iustis in afflictione positis quotidie insultant. ¶ Deus tuus. Quare te non liberat de manu angustiæ? Versus sequentes expone, vt supra. Ideo enim replicantur, vt frequens hostium insultatio ostendatur: quamobrem frequens fit & querela, vt & consolatio diuina frequentetur, ne à Scylla erepti in Caribdim incideremus idest de vno liberati periculo, si muti taceremus, in aliud grauius immergeremur.

Dum mea franguntur (tribulantes) ossa repente
  Exprobrauerunt cur mala tanta mihi?
Quiq; die infesti simul insultando requirunt,
  Dic vbi quem iactas est Deus iste tuus?
O anima imbellis cur moeres? languida quarum,
  Me turbas? expes numquid es ista videns?
Spes deus esto tibi; coram illo namq; fatebor;
  Nonne salutaris? num Deus esq; meus?

A

Gen. 6.

B

IVdica iniusti, &c. De eadem materia loquitur iste psalmus de qua præcedens: nam secundum aliquos est tertia eius pars; quia fuit eodem modo, quo & aliæ duæ suprapositæ. Conqueritur enim Synagoga Iudæorum in captiuitate Babilonis posita, de iniusta oppressione ab iniquioribus se Babiloniis inflicta, petens a Domino liberari, & ab illa discerni. Lamentatur & Ecclesia Christi de tyrannorum, & Hæreticorum persecutione; & poscit à Domino separari, & de manibus eorum educi. Conuenit etiam Christo Domino, tunc cum à discipulo traditus, ante Iudæorum Pontificem, & Pilatũ iudicẽ iniustũ trahebatur. Conuenit, & cuicunq; fideli, in pressura positi, lamentantis, & postulantis ab eo liberari, vel de carcere corporis per mortem educi, & ad vitam æternam eleuari. Dicit igitur D. I. vel quiuis prædictorum. ¶ O Deus fons iustitiæ, &c. Littera satis plana est. ¶ Vafro. Idest doloso, & astuto. Dicitur autem vafer, quasi Afer, addito digammo, quia omnes Afri natura sunt versipelles. ¶ Videris. Scilicet à Babiloniis, à Tyrannis, & ab Hęreticis; vel à Iudæis, Pilato, ceterisq;, qui illum crucifixerunt, si in persona Domini intelligatur. Credebant enim illum à Deo repulsum, tanquàm seductorem, blasphemum, & impiũ. ¶ Si robur. Idest fortitudo mea. ¶ Clemens. Idest misericors, in omnibus quia vniuersæ viæ Domini misericordia. ¶ Inexorabilis. Sic videtur omnibus afflictis, quando agrauatur eorum passio, & differtur liberatio. Sunt autẽ hæc verba sensualitatem hominis exprimentia, non rectam rationem, quæ voluntatem suam cum Dei voluntate adaptat: nec disconueniunt Christo Domino, qui quo ad sensualitatem dixit: tristis est anima mea; & pat. transf. cal. ist. à me, &c. Secundum rationem verò dixit, non voluntas mea, sed tua fiat. ¶ Lux tua. Quæ illuminet Cytum

C

ODE XLII. EX PSALMO XLII.
Iudica me Deus.

IVdicis iniusti quia pertrahor ante tribunal,
  Te peto iustitiæ fons, & origo boni,
Tu causam descerne meam de gente maligna:
  Me rape de vafro iudicis ore trucis.
Anxius heu doleo, cur me repulisse videris,
  Si robur nostrum, si Deus esq; meus?
Cur pateris clemens, sed inexorabilis in me,
  Tristis vt incedam? dum me inimicus agit.
Lux tua iam tandem cœlo delapsa sereno.
  Eniteat, verum Iudiciumq; tuum.

Namq; ea causa fuit, quare demissus ab alto
  Sum deductus ad hæc, quæ mala tanta fero:
Hæc eadem iam nunc summi ad tentoria montis
  Causa tui adducat me, pater alme, precor.
Victima qui in terris, illuc intrabo Sacerdos;
  Officium summi Pontificisq; geram.
Ante altare Dei, per quem mea læta iuuentus
  Optima sacra ferens, tunc prothoflamen ero.
Sed tibi nunc cythara Deus, ò Deus alme fatebor:
  Atq; vt Olor moriens dulcius ore canam.
Quare igitur mæres, cur hæc memorando pauescis;
  Cur me conturbas ò animalis homo?
In Domino potius speret: illi namq; fatebor;
  Tu me saluasti persimilesq; mei.

D net Cyrum regẽ, ad cognoscendum te esse Deũ verum: nosq; populum sanctum tuum; & propterea nos de captiuitate liberet, & remittat ad reparandum templum nomini tuo dicatum, vt ibi in cultu tuo iugiter perseueremus. Quantũ ad Ecclesiam verò attinet. Lux eniteat tua, quę corda Regum Principum, & Hæreticorum illuminet, vt cognoscant, te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum; & sic à persecutione cessent. Quò ad Christum autem, est illa vox, quã paulo ante passionem dixit: pater clarifica nomen tuum vt. et. vox de cœlo di. & cla. & iterum clarificabo. ¶ Verum iudicium. Quę me propter eorum peccata tollenda crucifigi permisisti ad meę humanitatis exaltationẽ, vt ait Paulus factus obediens, &c. propter quod exaltauit, &c. ¶ Ea causa. Vt primi parentis, & totius generis sui peccata tollerentur. ¶ Mala pœnæ, non culpæ. Scilicet ad passionem. ¶ Summi montis tui Olympi. Hoc est cœli, per Ascensionem meam. ¶ In terris. Supple fui super ara crucis oblatus. ¶ Sacerdos. Secundum ordinem Melchisedech, de quo vide Paul. ad Hæbr. v. ¶ Altare Dei. Quod est in cœlo, vel ipse Deus. ¶ Iuuentus. Scilicet fidelium læta pro redemptione, & illuminatione sua, atq; ex concepta spe vitæ æternæ. Hi sunt Sacerdotes noui testamenti. ¶ Optima sacra. Corporis, scilicet & sanguinis Domini, quæ dignè manducantibus vitam præstant æternam. ¶ Prothoflamen. Idest primus, & summus Sacerdos: ipse est enim Sacerdos, & hostia. ¶ In cythara. In cruce, in qua artuum nerui extensi sunt sicut cordæ in cythara; & dulcissimum
E Domino Deo patri sonum reddiderunt. ¶ Fatebor. Quando dixit, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & Pater ignosce illis, &c. ¶ Olor idest. Cignus auis est fluuialis magnitudine anseris candida, & canora, quam naturales dicunt in morte vicina atracto vndiq; calore ad cor propter sanguinis dulcedinem in extrema spiritus exhalatione dulcissimos cantus emittere eam imitatus D. Iesus suauissimas vij. cantilenas emissit. quibus Deus pater cum Angelis, & hominibus summopere delectati sunt. sunt autem ea vij. verba in Cruce relata. Primum Eloy, Eloy, &c. Secundum Sitio. Tertium hodie mecum, &c. Quartum Mulier, ecce filius tuus, & discipulo. Ecce mater tua. Quintum Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Sextum Consumatum est. Septimum Pater in manus, &c. ¶ Quare igitur mæres. O Christi sensualitas cum per hanc obedientiam tuam meruerit exaltationem. ¶ O animalis homo. Hæc est sensualitas, qua cæteris cum animalibus participatus, quæ, & ipsa sentiunt in rationali verò differt ab eis. Si ad Ecclesiam Dei referas, hæc pro infirmis fratribus intelliges, qui talem non habent patientiæ virtutem, qualem habent fortes, ideoq; in tempore angustiæ illis obstrepunt, donec ab eis consolationem spei receperunt, & beatitudines æternæ. ¶ Tu. O Deus pater. ¶ Per similes. Idest valde similes in passione videlicet patienter tolleranda, in mansuetudine, & cordis humilitate; sicut is hortatur, vt a se discamus. Qui ergo fuerint passionis socij, & participes erunt consolationis, & æterni gaudij.

ADmirabilium &c. Præuidens Propheta populi tribulationẽ, quæ sub Antiocho facta est, qui vastauit vrbem, inquinauit templum, & nixus est anihilare cultũ Domini, cogendo homines Idolis immolare, & circoncisionem prohibendo, adeo quod nolentes crudelibus tormentis, & pœnis interficiebat. Vt habetur in libris Machabeorum. Composuit hunc psalmum, in quo deprecatur Dominum pro liberatione illius populi tunc existentis in iam graui præssura, per quam figurabatur Ecclesiæ D. N. I. persecutio tam à Iudæis malis, quàm à Principibus Romanis, & alijs Mundi tyrannis, qui nitebantur Catholicam Religionem funditus euertere; sed non potuerunt, nec in futurum Deo propitio præualebunt, quia Dominus orauit pro illa, & promissit, quod portæ Inferi non præualebunt aduersus eam. Dicunt igitur Hebrei in prædicta aflictione positi, dicebant, & Christiani in tempore primitiuæ Ecclesiæ quãdo tot millia crudeliter trucidabantur, & martyrio coronabãtur. ¶ Admirabilium, &c. Litera plana est, & facilis intellectu, ideo breuiter transcurrendo si quid paulo difficilius
F occurreret absq; alia applicatione, exponetur. ¶ His auribus. Figura est Pleonasmos. idest superflua vocis additio. Est tamen aduertendum in sacra scriptura non sine mysterio fieri talem adiectionem aurium, vel oculorum. Sed significant vlt[r]a exteriorem auditum, vel visum, etiam adhibitum esse, vel adhibendum interiorem mentis, & intellectus. ¶ Hausimus. Idest Audiuimus est, enim verbum plura significans. ¶ Maiores. Ab atauis supra oēs dicuntur maiores. Hic autem specialiter loquitur de his filiis Israel, quos eduxit Moyses de terra Aegipti, & Iosue in terram promissionis, quorum temporibus hæc mirabilia facta fuere. ¶ Quod opus scilicet admirabile. De terra Aegipti educendo per signa, & portenta, de quibus infra. ¶ Patrauit. Idest fecit. Sed non nisi de magnis rebus hoc vtimur verbo. Antiqui habebant quendam Patrem patratum idest Sacerdotem magnũ, qui Fecialibus præerat. Hic federis cęsa porca firmabat fœdera. ¶ Innumeras. Atqui vij. tantum fuerunt Acthei. Gergezei. Amorei, Chananei, Pherezei, Euei, & Iebusei. Deut. 7. Dic ergo idest gentes innumerabilium populorum. Gens enim quælibet istarum multas habebat ciuitates, in quibus erant populi, qui præ multitudine inhabitantium non poterant numerari. ¶ Eos. Scilicet populos Israel erant enim in xij. Tribus diuisi, sine Leuitis, qui erant per omnes tribus distributi, vt docerent eos de

ODE XLIIII. EX PSALMO XLIII.

ADmirabilium nos fortia facta tuorum
  Auribus his nostris hausimus alte Deus,
Hæc nobis olim nostri dixere parentes;
  Quę sibi maiores exposuere sui,
Quod tua tunc manus est operata diebus eorum,
  Quod tua in antiquis dextera patrauit opus,
Perdidit innumeras tua magna potentia gentes;
  Et plantauit eos qui placuere tibi:

eos de lege Domini, plantauit, Ideo dicit, propter illud Isaie. Vinea Domini exercituum domus Irael, est & ali A
bi in Psal. Vineam de Aegipto transtulisti, &c. ¶Diros crabrones. Idest timoris aculeos. multi enim audito eo-
rum aduentu præ timore recesserunt de terra illa. Vel propriè dicit crabrones, idest, vespas maiores, quæ ex Iaf. 5.
mulis & equis nascuntur occisis, sicut Apes ex bobus, & musæ, ex asinis, vide Plin. in tractatu de insectis. Ho-
rum autem omnium pessima est crabronum punctura, & tangit quòd habetur Sapien. 12. Misisti antecessores Sap.12.
exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent. ¶ Sequerentur. Idest persequerentur. ¶Eos. Scilicet terræ
promissionis habitatores. ¶ Tua dextra. Idest potentia. Tantam enim dedit Dominus fortitudinem Iosue duci,
& populo suo, vt vnum & 30. Reges cum exercitibus, & populis suis interficerent, & in maximo eorum conflictu Iof. 12.
mandante Iosue Sol & Luna steterunt à cursu suo spatio vnius diei, donec persequeretur fugientes. vide. Iosue
xj. & xij. ¶ Isacidæ. Idest filij Israel. Patroniniicum ab Isaco, qui est Isaac pater Israel; addendo enim vel detra-
hendo barbara nomina ad latinam formam, & græcam reducuntur: non enim habent Hebræi Patrönimica. ¶La
certis, suis. Diuinæ virtuti atribuuntur hæ victoriæ, & merito. Nam populus Israeliticus audita per exploratores

Nam præmisisti diros (noua fata) crabrones.
Horribili morsu qui sequerentur eos.
Inde diu tortos fortis tua dextra fugauit;
Eiiciens illos, vt locus esset eis.
Isacidę nec enim gladio, validis ve lacertis
Hostibus, aut armis præualuere suis.
Nec sua vis saluauit eos: nec ad vbera glebæ
Introduxit eos arcus, & hasta sua.
Sed tua dextra potens: fortisq; lacertus, & ardens
Lumen: in his quoniam sic tibi complacitum.
Tu quoq; rex meus es: Deus, & meus ipse, nec alter
Multiplici saluas quiq; salute Iacob.
Nos quoq; ventilabro nostros iactabimus hostes:
In virtute tua cornibus inq; datis.
Insurgens in nos spernemus & agmen eorum,
Et flocipendemus nomine quemq; tuo.
Sed nec ego nostra in pharetra sperabo, nec arcu:
Præstaturus opem; nec meus ensis erit.

inhabitantium multitudine, proceraq; eorum
statura expauit, voluitq; in Aegiptum reuerti;
nisi Iosue, & Caleph cũ Moyse murmur eorum Num.14
repressissent. ¶ Ad vbera glebæ. Idest ad terrã
fertilem, vt pote lacte, & melle manantem. ¶ Et
ardens lumen; quo intellectus eorum illumina-
batur ad omnia prudenter agenda, Frequenter
enim Angelus Domini Iosue apparens instrue-
bat eum qualiter hostes prosterneret, an aperto
Marte, an tectis insidijs inuadendo. ¶ Tu quo-
que meus es. Sicut & antiquorum patrum, qui-
bus hæc mirabilia præstiti. ¶ Deus meus. Si-
licet per specialem cultum. Nam alias Deus est
& omnium (velint nolint) populorum. ¶Nec al B
ter. Vnde Apostolus ipse D.N. Iesus Christus ho
die est, & heri nec enim Deus est recens. ¶ Mul-
tiplici salute. Secundum varietatem diuersorũ
temporum & morum varia adhibens medica-
menta. ¶ Iacob. Idest populum ab eo descen-
dentem. ¶ Ventilabro. Quo paleæ, & acus atri
tico excutiuntur methaphorice. Nam & per pa-
leas mali, per triticum boni, per aream locus Iu
dicij, & ventilabro verbum domini intelligitur.
Sicut & Ioannes Baptista dicebat. Cuius venti- Matth.3.
labrum in manu sua, & perm. ar. su. & congr. tri.
in hort. su. pal. au. quib. igni inextinguibili. ¶ Cornibus. Idest in fortitudine à te nobis data. Translatio ab ani-
malibus cornutis, quæ in cornibus vim habent suam, quibus, & sese defendunt, & alia impugnant. ¶ Agmen.
Idest impetuosam multitudinem. ¶ Flocipendemus. Idest pro nihilo extimabimus, à floco, & pendo. Est autem
flocus quædam tenuis, & nihil valens lana, quæ vel à tondentium manibus vento excutitur, vel de quibusdam
pilulis in robore nucibus quasi similibus, à calore apertis, & à ventis per Aera raptis, tametsi, hi lucernarum lu
minibus apti dicuntur, & sine oleo flagrare, tamen à nemine colliguntur, sed a ludentibus pueris flatu per au-
ras hinc, & illuc ventilantur. ¶ Heu quianam. Hic incipit conquæstio afflictorum. Quianam idest quare. ¶ No-
stra. Per Parentesim vsq; ad alterum quianam: Veniam autem petunt à domino ne lamentando videantur vt im-
probi malo iudicare de Dei iustitia, qui tamen omnia iniusto iudicio operatur, nam iustus est, & ipsius regula iu-
stitiæ. ¶Repulsi. Sic videbatur eis ex quo non succurrebat. ¶Confudisti. Propter immunditias, quæ in templum
Domini fiebant. Nam & abhominandum Idolum in sanctis sanctorum ab Antiocho fuerat erectum, spurcitieq;
Venereæ ibidem à gentiles exercebantur, nec nominandæ, per quæ omnia confundebantur Iudæi de violatio
ne diuini cultus, magisquàm de sua dolentes afflictione. ¶Egrederis. Nobiscum in castra de templo, vbi super
Archa fœderis videbatur quiescere. ¶Olim. Tempore Moysi, Iosue, aliorumq; iudicum. ¶ Suggestor. Idest au- C
tor, & donator, ne dicam ministrator. vt gentilis Poeta. Suggeretella mihi idest ministra, & porrige. ¶ Quid,
possir. Quasi dicat nihil. Nam & ipse dicit. Sine me nihil potestis facere, Sic & Paulus. Non quòd simus suffi-
cientes ex nobis quasi ex nobis sed sufficentia nostra ex Deo est. Debemus tamen cooperari, nam & Dei coope-
ratores sumus, & tamen omnia bona quæ fecerimus non nobis, sed illi sunt atribuenda quo inspirante, & virtu-
tem præstante sunt facta. ¶ Auerso. Ideo irato propter peccata nostra. ¶ Fugacia terga. vide hystoriam Macha-
beorum, vbi narrantur fugisse maxime tempore Mathathiæ patris Machabeorum. ¶ Insensos. Idest exosos scili-
cet nos. ¶ Diripuere. Supple gentiles ministri Antiochi. ¶ Secuere, vide historiam vij. fratrum Machabeorum

Tu populum toties ex affligentibus illum
Saluasti, & nobis maxima facta salus.
In domino laudabimur: inde fatebimur illi
Nomini, & æterno gloria, lausq; suo.
Heu quianam (nostro de te Dominoq; Deoq;
Cum venia liceat, pace tuaq; queri.)
Heu quia nam sumus à Domino te de patre repulsi?
Cur confudisti nos, populumq; tuum?

cum Matre diuersis cruciatibus a Rege consum
ptorum, sic & de quamplurîbus alijs Iudæis fa-
ctum fuit. ¶Macello. Idest loco vbi laniatæ ven
duntur carnes; dicto vel à mactando. vel à quo
dam nequam Marcello, cuius edes postquam
fuerat damnatus, ad tam vile exercitium fue-
runt deputatæ, dempta tamen r. litera, ad diffe
rentiam alterius Marcelli nobilissimi, & illustris
simi viri, & Senatoris Romani. ¶ Te Dante in
pœnam pro peccatis nostris. Vel permittente.
Sic &. ¶ Sparsisti. Idest spargere fecisti, vel per-
misisti. Non est enim malum in ciuitate quod

D (vt ait propheta) non faciat Dominus. Hæc autem dicuntur de his, qui capti fuerunt, & venditi, qui ab his, a quibus empti fuerant graui seruitio oprimebantur. ¶ Gratis. Hoc ideo dicit: quia tot erant Iudæi qui vendebantur, & tam modici emptores quod pro modico distrahebantur pretio, & hoc quasi nihil reputatur, & etiam aliqui gratis donabantur. ¶ Quantaque supple erat copia Iudæorum venalium, nõ erat tanta supple copia eorum equorum forte vel asinorum, vel earum rerum, puta mercium quarumcunq, vt commutarentur nobiscum, deficiente pecunia, qua nos emerent. Hæc omnia bene potuerunt contingere, nam & Machab. 5.

Cur non egrederis uostræ virtutis vt olim
Suggestor? quid enim te sine possit homo?
Te domine auerso dedimusq; fugatia terga
Hostibus: infensos dirripuere sibi.
Vtq; secantur oues in plurima frusta macello,
Id quoq; dante pari nos secuere modo.
Quos piguit laniare truces, quascumq; per orbem
Sparsisti in gentes: in populosq; graues:
Atq; adeo viles te coram ducimur: vt nos
Gratis, & absque vllo vendideris pretio.

dicitur. Erant autem in toto triduo. 80. millia interfectorum. vinctorum 40. millia, & non minus venditorum. ¶ Opprobrium. Idest in vilipendium. ¶ Subsannatio. Est ea irrisio quæ fit torto & rugato naso. ¶ Risus. Hæc ideo fiunt, quia miseri omnes, siue mali sint, siue boni, existimantur (vt ait Boetius) mala quæ patiuntur, merito sustinere, & propterea sicuti factis digna passi, ab omnibus sine vlla compassione irridentur, quod tamen fieri non deberet, nam & sancti multa passi sunt tormenta sine vllo demerito, sed tantum pro gloria Dei. Sic & D. Iesus Christus qui peccatum non fecit pro nostris peccatis consputus, illusus, & flagellatus, spinis coronatus, & demum Cruci est affixus. ¶ Exemplum. Quia dicebant caue ne tibi contingat vt Iudæis. Nam fęlix est quem aliena pericula reddunt cautum. ¶ Cor dolet. Pro nimia afflictione. ¶ Rubore. Idest verecundia, nam ingenui quando indigna patiuntur, nec possunt vlcisci, vel audiunt opprobria, quæ refellere non possunt, aut non audent, nimis verecundantur. ¶ Obloquitur. Τοὺ μετου In malam, & in bonam partem ponitur. hic in malam. Gentilis poeta vsus est in bonam, cum dixit. Obloquitur numeris, &c. ¶ Malus scilicet aduersarius.
Sap. 2. ¶ A facie dura hostis grauis visu. Idest ad videndum. Sic & in libro sapientiæ dixerunt impij Iudæi, est nobis gra-
E uis ad videndum idest nolemus eum videre, subauditur autem hic verbum supra positum. verecundamur à facie d.h.g. visu. ¶ Et eius, supple à facie. Hic erat Antiochus. ¶ Teq; sinente, quasi dicat non sua virtute, sed ex permissione tua. Malis enim hominibus vtitur Deus per ministris ad punitionem aliorũ malorum, & quandoq; ad exercitationem iustorum, vt docet Augustinus in expositione Psal. Exaudi, &c. qui legitur in tempore passionis. Vide super breuiario. ¶ Ingruerint. Idest oppresserint tanta mala, de quibus supra. ¶ obliti. Hic captat misericordiam à seruata fide etiam in aduersis, in quibus infideles desperant, & Deum blasphemant, tanquam iniuste illos punientem. ¶ Nihil. Cur ergo puniebantur? Responde. In populo magno inter multos peccatores semper sunt aliqui iusti in quorum persona nunc loquitur, qui ex aliorum passione affliguntur. Sicut Hieremias plorabat ciuium suorum miseriam. Sic & Ezechiel & Daniel captiuorum. preterea temporales pœnæ plerumq; bonos cum malis inuoluunt, nec illis obsunt ad salutem, sed ad maius meritum perficiunt. ¶ Corde. Quo creditur
Heb. 12. ad iustitiam. ¶ Ore. Quo confessio fit ad salutem.

¶ Super omnia, quia. Fides est æternæ salutis fundamentum, impossibile est enim sine Fide placere Deo, & nisi quis crediderit, &c. ¶ Retrocessit. Tanquam Apostatarum qui à Fide vel à religione retrocedunt, de quibus in Euangelio. Nemo mittens manum ad aratrum respiciens retro aptus est regno Dei. ¶ Semita nostra. Idest vitæ nostræ decursus. ¶ A tramite tuo. Idest ab obseruantia mandatorum, vt puta in Sabbati sanctificatione, quia coacti fuerunt contra hostes in sabbato dimicare nec cerimoniis tunc poterant vacare, & forte propter necessitatem transgrediebantur aliqua pręcepta, nam dicitur ibi, quòd manducabant fœnum veluti
F iumenta cum ad montes inter deserta confugissent, & in talibus angustiis male lex ad vnguem potest obseruari. ¶ Vmbra necis. Timentibus enim vbiq; necis horror ante oculos affertur. ¶ Deos. Gentilium vanos, qui non sunt Dij, sed Demonia, vt in Psal. Omnes Dij gentium Demonia. ¶ Expansis manibus. In horum inuocatione Deorum. Hoc est scelus idolatriæ non commissimus. ¶ ista scilicet idolatriæ scelera, & alia facinora si fecissemus ea. ¶ Requiret? Ad puniendum. Quasi dicat, sic. Nam & bonorum præmia, & malorum pœnas ipse constituit. ¶ Abdita. Idest abscondita secreta. Nam est Deus scrutans corda, & renes. Hæc autem dicuntur contra eorum errorem, qui diuinam prouidentiam circa humanos actus extendere se negabant. ¶ Et pro te domine. Idest propter obseruationem legis tuæ. nã iusserat Rex Antiochus omnes Iudæos interfici qui non dimisso iudais-

Quantaq; nobiscum vt commutarentur, eorum
Non erat ad numerum copia tanta satis.
Oprobrium miseri, vel subsannatio, risus.
Vicinis facti, finitimisq; sumus.
Nos & in exemplum posuisti in gentibus, vt nos
Cum videant populi, dimoueantq; caput.
His ego confundor: meq; est verecundia contra,
Oprobrij tanti depnduitq; nimis.
Cor dolet interius: sparguntur & ora rubore,
Exprobrat hæc nobis, obloquiturq; malus.
A facie dura visu grauis hostis, & eius
Qui nos insequitur teq; sinente vorat.
Nos super ingruerint licet hæc mala tanta, nec vnq̃
Te sumus obliti corde, vel ore Deus.
In Testamento fidei super omnia nostræ
Conmisso iniuste gessimus atq; nihil.
Nec retrocessit cor nostrum semita quanquàm.
Declinata parum tramite nostra tuo est.
Per loca præssuræ quia nos afflictio dura
Prostrauit: miseros traxit & vmbra necis.
Si fuimus quandoq; Dei memorabile nomen
Obliti tacita mente colendo Deos;
Siq; tui inmemores aliena poposcimus vnquàm
Expansis manibus sufragia vlla Deum:
Nonne Deus Iudex a nobis ista requiret?
Abdita quem cordis nulla latere queunt.

mo transirent ad ritum Gentilium. ¶ Oues cesæ. Vt suprà diximus multa millia Iudæorum fuerunt interfecta, intra quæ illa sancta Mater cum vii. filiis nolentibus acquiescere Regi post durissima tormenta martirio coronati sunt, vide eorum Historiam. ¶ Pecorum. Nam leuius ducebant Iudæum, quam pecudem interficere. ¶ Surge Deus. Hic implorat liberationem à tantis malis, & loquitur more humano dicimus enim quando volumus ab aliquo adiuuari, surge adiuua me. ¶ Dormire videris. Bene videris, non enim dormit Dominus. Vt in alio Psal. Ecce non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israel. Sed & hic afflictus more loquitur humano. Videtur enim Dominus dormire quando permittit malos dominari, & iustos ad tempus affligi. ¶ In finem. Totam gentem nostram permittendo destrui. ¶ Auertis, Videtur nolle exaudire, qui faciem suam auertit à deprecantis A a. Mach. c. 7.

At quia quottidie ad Morte prope cædimur omnes,
Et pro te Domine, & laudis amore tuæ.
Sicut oues cæsæ, sic nos flocipendimur, heu heu
Nostra velut pecorum spernitur atq; cato.
Surge Deus tandem: quare dormire videris?
Exurge: in finem pellere ne ve velis.
Cur faciem auertis: cur immemor esq; tuorum,
Quos male suada fames anxietasq; premit?
Nonne vides animas humiles: quia pulueri inhesit
Venter: & in terra nocte, dieq; iacet?
Te propter, nomenq; tuum iam surge: fer oro
Suppetias: redimas nos, & ab hoste graui.

aspectu. ¶ Tuorum. Scilicet Iudæorum, qui te colunt. ¶ Male suada fames. Ideo dicitur, quia propter famé furta, homicidia, adulteria, & infinita vitia committuntur. Vnde & legitur in obsidionibus longis matres proprios filios manducasse. ¶ Animas humiles. Per pœnitentiam de peccatis præteritis. ¶ Pulueri. Diu super capita asperso in signum pœnitentiæ, & humiliationis. Vel pulueri inhesit. Non enim in montibus profugi in speluncis, & cauernis habitantes, vel in siluis pernoctantes habebant palleas, vel lectulos, quos sibi substernerent, sed super nuda humo iacere oportebat. ¶ Te propter. Si non propter nos, qui indigni sumus. ¶ Nomen tuũ. Quod blasfematur tota die à gentilibus, qui dicebant Deum Iudæorum esse impotentem adliberandum populum suum de manibus eorum, B cum tamen in eius cultu permaneret, & plurima mala pro illius confessione paterentur, & ex consequenti arguebant illum non esse verum Deum. Igitur dicitur: Iam surge ad ostendendam veram virtutem, & fortem potentiam tuam. ¶ Fer suppetias. Idest da auxilium translatio ab obsessis, vt supra diximus. quibus suppetiæ. Idest clandestina mittuntur auxilia donec aperta via soluantur ab obsidione. ¶ Hoste graui. Idest Antiocho, quod & fecit Dominus. Nam per Iudam, & fratres eius liberauit eos, demum Regem Antiochum vlcere pessimo absumpsit. Vide hystoriam Machabeorum. Sic & Ecclesiam de manu tyrrannorum eam persequentium perditis partim persecutoribus, & partim ad fidem conuersis.

Ecce supergrediens, &c. Epithalamium idest carmen nuptiale canit hic Dauid sponsi, & sponsæ idest Christi, & Ecclesiæ. Dicit igitur Propheta tamquam pater sponsæ, Nam beata virgo Maria, de cuius sacris visceribus humanam sibi assumpsit naturam filius Dei ab eius stirpe descendit, Ecclesiamq; ipsam idest collectionem fidelium, ceu pater Spiritualis in superioribus Psalmis doctrinæ suæ lacte dulciter educauit. Ecce verbum mysteriorum Christi, & Ecclesiæ expressiuum. Ideoq; dulce gustantibus quam suauis est Dominus, cuius eloquia sunt dulciora super mel & fauum. ¶ Salubre. Quia per verbi Dei incarnationem mundo salus apparuit. ¶ Bonũ Quia de Deo, qui solus est vere bonus, & ex his reddit attentos auditores, & beneuolos. ¶ Supergrediens idest super exiliens, quasi non posset amplius in corde retineri: Conceptum enim sermonem quis potest retinere: & non possumus (vt aiunt) Apostoli quæ audiuimus, & vidimus non loqui. ¶ Ab imo. Idest profundo cordis secreto ex abundantia enim cordis os loquitur. Significat autem Prophetam super hoc mysterio diu meditatum fuisse, & tandem plenè a Spiritusancto edoctum non potuisse tanta gaudia de Christi sibi promissi incarnatione in sese continere; sed voluit & aliis participare, ideoq; erupit in supradicta verba admodum oratoris de magna

ODE XLIIII. EX PSALMO XLIIII.

Eructauit.

Ecce supergrediens arcano cordis ab imo
Emicuit verbum dulce, salubre, bonum.
Audiat omnis homo totum miranda per orbem.
Magnanimo Regi nam mea facta cano.

dicturi primum exordientis. Vnde & sequitur ¶ Audiat omnis homo. Nam quod omnes tangit ab omnibus debet audiri, & approbari, non enim Iudæorum iste est Dominus sed etiam omnium, nec per Iudæis saluandis tantum venit, sed vt plenitudo gentiũ saluaretur diues est quippe in omnibus, qui inuocant eum, qui vult omnes homines saluos fieri. ¶ Miranda. Deus factus est homo, vt homo fieret Deus. Aeternus fit temporalis, immortalis mortalis, impassibilis fit passibilis, & demum Dominus omnium, C omnium factus egenus formam serui accepit, vt seruum redimeret, ditaret, atq; sibi faceret in æterna gloria cohæredem. ¶ Magnanimo Regi. Hoc est Christo Domino Regum Regi & Domino dominantium vt in Apoc. dicitur. Apo. 19. ¶ Mea facta Idest quæ pro salute mea sunt facta, ponitur autem præteritum pro futuro propter maiorem Prophetæ certitudinem. ¶ Celeris. Idest velocis. ¶ Scribæ. Idest Spiritus sancti, qui in docendo non indiget interuallo temporis, quia tarda molimina nescit Spiritussancti gratia, sed eius tangere, docere est. Vide Greg. Homiliam in communi Apostolorum, vbi dicit. Nulla in discendo mora vbi magister adest Spiritus sanctus, & ibi de nostro Dauid inquit. Implet citharædam puerum, & Prophetam facit. ¶ Dictat. Quæ à Prophetis, vel ab alius, quibuscumq; seruis suis dicenda sunt absq; vlla eorum cogitatione: sicut in Euangelio dicitur. Cum steteritis ante Reg. & præs. nol. cog. quomodo aut quid loq. non enim vos estis, qui loqui. sed Spiritus Patris vestri, Mar. 13. qui loquitur in vobis. ¶ Scribit. Hoc patuit in pariete Balthasaris Regis Caldeorum, ubi manus apparens subito scripsit duram de Rege sententiam. Mane. Tethel. Phares. Quorum uerborum expositionem uide Dan. v. in fine. Dan. 5. ¶ Quàm speciosus ades. Hic incipit Propheta sponsum laudare. Tria enim sunt, quæ maximè decent principem, pulchritudo, eloquentia, & prudentia, quæ mirificè super omnes in D. N. Iesu Christo resplenduerunt, & quantum ad humanitatem & diuinitatem. De pulchritudine quidem patet, quia gratior est pulchro ueniens in corpore Virtus. Vnde & Homerus dixit erat Priami species imperio digna; sic & corpus Domini speciosissimum

Serui accipiens, factus obediens vsq; ad mortem, &c. Quæ sequuntur. ¶ Mitis in sustinendis sine perturbatione iniuriis. Sicut & ipse nos admonet. Beati mites quia possidebunt terram, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde. ¶ Verax in adimplendis promissis, & in doctrina: Quapropter dixit in Euangelio. Ego sum via veritas, & vita. ¶ Iustus. Benemeritis regnum, & impiis ignem æternum comminando. ¶ Ad regnum. Quod vt ipse ait, non est de hoc mundo, sed spirituale, & æternum. Habet tamen Dominus & potestatem super terrena imperia, sed illa principum ordinationi permittit: hinc Paulus ait: Qui potestati resistit. Dei ordinationi resistit. ¶ Dextera Idest diuinitas, sicut per sinistram, quæ infirmior est notatus eius humanitas. ¶ Cominus. Idest de prope cum adhuc esset inter discipulos, & prædicaret. Nonne facto funiculis flagello eiecit vendentes, & ementes de templo? & solo verbo strauit cohortem, & eos qui venerant ad capiendum eum ministros. ¶ Eminus. Idest a longe, hoc est de Cœlo. ¶ Spicula acuta. Idest verba corda hominum penetrantia, non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Dei, qui loquitur in vobis. ¶ Iacis. Pro iacularis per Discipulos prædicantes. ¶ Clypeus. Idest animi duricies. ¶ Thorax. Idest pertinatia. ¶ Lorica. Idest mala consuetudo. ¶ Transfigat. Vide ad Hæbreos 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ, ac Spiritus: compagum quoq; ac medularum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. ¶ Hinc. Ex descripta fortitudine. ¶ Deus, est enim Deus & homo D.N. Iesus Christus Deus filius de Deo patre, & homo de Virgine Matre. In eo, quod Deus est, sempiternum habet cum Deo patre imperium, sine principio, & sine fine; ex eo, quod homo post mortis humiliationem recepit imperij exaltationem, vt in authoritatibus supra adductis, oportuit namq; Christum pati, & ita intrare in gloriam regni sui. ¶ Inde. Ex sapientia, & aliis virtutibus supradictis. ¶ Thronus, Regia sedes, & hoc est insigne maiestatis diuinæ. ¶ Sæcula cuncta. Hoc est in æternum. Sciendum est authoritatem hanc ab Apostolo ad Hebre. 1. adduci ad probandam diuinitatem D.N.I. Christi, quam optimè probat & apertè. ¶ Astræa. Idest Iustitia, ab astris deductum nomen; quia sicut astra, idest stellæ in Cœlo lucent, & totum orbem illuminant; sic Iustitia in optimo principe præfulget, & totum illustrat imperium. Porrò quis iustus vt Dominus? ¶ Triumphos. De Carne, Mundo, & Demone. Triumphauit namq; de carne propria affligendo illam ieiuniis, Laboribus, & Cruce. De mundo, quando fugit ab eis, qui volebant eum Regem facere. De Demone, quando in temptationibus illum superauit, & post mortem Infernum spoliauit, hos autem ascendendo in cœlum duxit triumphos. ¶ Deduxisti. De cœlo in terram, Sic in alio Psalmo. Veritas de terra orta est, & Iustitia de cœlo prospexit. ¶ Tueris. Contra iniquos, sic magnos iudicans, ut paruos, nec in iudicio personam hominum accipiens. ¶ Amans. Sic & alibi. Iustus est Dominus, & iustitiam dilexit. ¶ Odisti iniqua. Non homines, quos fecit Dominus odit, sed iniquitatem, quam non fecit. ¶ Aequa. Hoc fiet in die Iudicij. De quo Matth. 25. ¶ Propterea. Quia iustus es, & alijs virtutibus es præditus. ¶ Deus. Scilicet pater. ¶ Deus filius. Est vocatiui casus. ¶ Populo tuo. Christiano.

Heb. 4.

A

B

Est etenim comitata tuos Astræa triumphos;
 Quam deduxisti, quamq; tueris amans.
Quæ simul odisti secum resecabis iniqua,
 Pro meritis reddens omnibus æqua suis.
Propterea q; Deus, Deus ò iustissime, Regem
 Aeternum populo te dedit esse suo.
Teq; super cunctos hylari pater vnxit oliuo.
 Heroas, regni participesq; tui.
Purpureus, Regemq; deceris fulgebit amictus,
 Auro inter texto squallida vestis erit.
Inde fluet myrrhe, guttæ, & redolentis amomi
 Nardus odor, casiæ cynnamensq; crocus.
Consita nobilibus Regum pigmenta puellis,
 Vt delectarent teq; in honore tuo.

¶ Hylari oliuo. Insignum sacerdotalis, & Regię dignitatis. Nam sacra vnctione Reges olim vngebantur, & Sacerdotes. Hæc autem vnctio de spirituali oleo, hoc est de Spiritussācti gratia est intelligenda, qua Christus ab instanti suę conceptionis fuit repletus. ¶ Heroas. 1. Apostolos. ¶ Participes. Reliquos fideles, & sanctos intelligit, quibus de plenitudine eius datum est, sibi vero non ad mensuram (vt dicebat Io. Baptista) dedit Deus spiritum. Sed cum pater diligat filium omnia dedit in manu eius. ¶ Purpureus amictus. Hic incipit laudare Dominum ab ornatum. Fuit enim Dominus in passione sua purpureo indutus vestimento, quod immensam illam charitatem sig. qua maiorem nemo habet, vt animam ponat quis pro amicis suis, imo & pro nobis cum adhuc inimici essemus illam posuit, & per sanguinem eius reconciliati sumus. Vt docet Paulus, porrò sicut purpura sanguine bis tingitur, sic Dominus duplicem in se habuit charitatem Dei patris, & proximi, quam verbo docuit, & exemplo. ¶ Sqoallida. Idest lucens του μεσου est. Sic & Maro. Per tonicam squallentem auro latus haurit apertum. & sordidum signat quod vtrunq; conuenit. per auri fulgorem, & ad reliqua metalla excellentiam intellige ardentissimū illius amorem, qui omniū hominum superauit amores; per sorditatem miserrimam passionis vilipensionem. Nam & concreti erant sanguine crines, & squallentem vituperijs barbam, ac faciem sputis, & alaphis dehonestatam gerebat. ¶ Mirrhæ odor. Mos antiquorum fuit principum, & maximè primogenitorum vestes suauissimis odoribus aspergere, sicut de Iacob filio Isaac factum legimus: vt sensit pater vestimentorum fragrantiam, &c. Per myrrham autem, quæ amara est, & qua mortuorum corpora contra putrefationem vngebantur, carnis Christi mortificatio significatur. Per guttam aromaticam, qua superflui desiccantor humores, & vulnerum tumores, & vlcerum inflaturæ deprimuntur, & molliunt, Domini humilitas, & mansuetudo. Per Amomum redolens bona eius fama, quæ spargebatur in omnem terram; sicut in multis Euangelij locis apparet, & beatus Paulus ait. Christi bonus odor sumus in omni loco. ¶ Nardus odor. Et aromaticus, atq; herba crassa, & fragili radice, paruoq; folio, & densoq; cuius cacumina in aristas se spargunt: & significat virtutum odorem, & bonorum operum crassitatem, atq; acutum, & sapientia plenum Domini intellectum. ¶ Casia. Herba odorifera similis costo, vnde fit optimi odoris vnguentum contra omnes fœtores corporis, & maximè dentium, per hanc significatur innocens vita Domini à cuius suauitate peccatorum omnium fœtores expelluntur, & maximè Gulæ, quæ per dentes notatur, ac ventris ingluiei, cui per dentes ministratur, vnde fętens exoritur Luxuria. Dentes enim Gulæ sunt ministri, ventris gula, & genitalibus ministrat vicinis venter; hinc sapiens monet. Cum te detineat Veneris damnosa voluptas Indulgete gulæ ooli, quę ventris amica est. ¶ Cynnameusq; scilicet odor. Est enim cynnamum breuis arbustula, sed miræ virtutis, & odoris,

Ioan. 3.

C

1. I. Nar.

cuius

D euius fructus ſtracte dicitur; quicquid ab eo tangitur illæſum ab omni putredine, & vermibus ſeruatur, quanto magis frangitur, & conteritur maiorem ſpirat odorem. Per hoc aroma ſignificatur patientia Domini, cuius exemplum conſeruat homines à putredine impatientiæ, & murmuris contra Deum, atq; à vermibus rancoris, & detractionum contra proximos, & quanto magis fatigatur quiſquam aduerſis patienter ferendo maiorem huius virtutis emittit odorem. ſicut D. I. à planta pedis vſq; ad caput contuſus in vniuerſum orbem patientiæ ſuæ ſpirauit odorem. ¶ Crocus. Ideſt crocceus odor. Porrò crocus à Corricio Ciliciæ oppido ſic dictus, vbi in magna naſcitur abundantia, & bonitate maiori quàm alibi; florem aurei habet coloris, & ſuaue olet. Aurea Domini obedientia per hunc denotatur, qua patri vſq; ad mortem crucis ſe ſubiecit, & præualet omni ſacrificio, ſicut aurum reliquis præcioſius eſt metallis. Per hæc odoramenta etiam ſignificantur ea vnguenta, quibus viuens adhuc Dominus à Magdalena bis fuit aſperſus. & tertio corpus eius ab Ioſeph ab Arimathia, & Nicodemo antequam in ſepulchro conderetur. Hæc non ea aromata quæ præparauerant mulieres vt mane vngerent Ieſum, quamuis non potuerint, quia iam reſſurexerat; vnde bene ſubdirut.

Ex ebore interius ſuffulta palatia, & auro;
Exterius pario marmore ſtructa coles.
A dextris Regina tuis pulchetrima forma,
Aſtitit: auratus cultus & eius erat.
Mille quidem varijs ornata coloribus extra,
Ex biſſo interius candida amicta ſtola.
Audi nata patris vocem: precor aſpice qualis
Sit ſpecies ſponſi gloria quanta, tui.

¶ Conſita. Ideſt compoſita. ¶ Figmenta, (Vnde & pigmentarius ex aromatibus vnguenta conficiens) ſic dicta ſunt, quia pilo, & in pila aguntur! ¶ Nobilibus puellis. Magdalena, & aliis de quibus ſupra. Vel quia mos erat vt in talibus vnguentis nobiliores pueliæ ſeſe exercerēt, vt ex aſſiduo odorum contractu carnes earum quandam redolentiam contraherent. ¶ Ex ebore. Hic laudatur Rex à pulcherrima habitatione. Hæc autem eſt Eccleſia Dei militans in qua habitat Chriſtus Dominus, quæ quidē eſt eburnea per candorem innocentiæ. Aurea per fulgorem charitatis, & exterius marmorea per fortē conſtantiam in aduerſis: ſicut cantat Eccleſia in Hymno Dedicationis, Tonſionibus, præſutis, expoliti lapides diſponuntur permanſuti ſacris ædificiis. ¶ A dextris Regina. Hic
E incipit ſponſæ laudes decantare. Hæc autem eſt Chriſtianorum fidelis collectio, quam primo per humanitatem aſſumptam ſibi Dominus deſponſauit, deinde in præcioſo ſanguine ſuo ſumma charitate deuinxit, atq; in cruce copulauit. Dicitur autem Synagogæ veteris filia, quia primi fideles ex Iudæis fuerunt, nec minus de Beatiſſima Dei ſponſa virgine Maria poſſumus hæc dicta intelligere. ¶ Pulcherrima. Quia pulchra vt Luna; immo pulchrior quàm Luna (vt dicit Hyeronimus) quia ſingulis Luna deficit menſibus, hæc nullum patitur defectum, vnde Salamon in Canticis ait. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. ¶ Forma. Tam interiori, quàm exteriori. ¶ Auratus cultus. Per quem intelligitur decor ſapientiæ, qui refulget in Eccleſia, & in Beata Virgine. ¶ Variis coloribus. Virtutum, & gratiarum. De quibus dicitur. ad Rom. xij. & 1. ad Cor. 12. Alii quidem per Spiritum datus ſermo ſapientiæ, alij ſcientiæ, alii Fides, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, aliis prophetia, aliis diſcretio ſpiritum, alij genera linguarum; alii interpretatio ſermonum, & infra eodem capitulo quoſdam dedit Apoſtolos 2. Prophetas 3. Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum, &c. Et quidem gratiæ per partes fidelibus dantur, & ad menſuram: in Maria verò tota ſeſe infudit plenitudo gratiarum, & propterea dixit ei Angelus. Gratia plena. Vt declarat Hyeronimus in ſermone Aſſumptionis. ¶ Biſſo. Genere lini candidiſſimo. ¶ Candida ſtola. Matronæ honeſtiſſimæ. Eſt indumentum vſq; ad pedes demiſſum Græcum eſt vocabulum. Hæc eſt innocentiæ puritas, de qua canitur. Non habens maculam neq; rugam; ſicut Eccleſia; multo magis & Virgo Maria fuit omni labe peccati puriſſima. ¶ Audi nata. Alloquitur Propheta ſponſam, ac ſi eſſet eius pater, vt qui fuerat Princeps Synagogæ, qui & verè fuit pater Beatæ Virginis ex genere. Iuxta illam Prophetiam. Egredietur virga de radice Ieſſæ, &c. Inuitat autem eam ad fidem Chriſti, quæ eſt ex auditu, vt dicit Paulus. Audi. ¶ Vocem patris. Ideſt Prophetiam meam, vel Dei patris, quo ad Beatam Virginem per Angelum delatam. ¶ Species. Ideſt pulchritudo ſponſi ſuperius expoſita. ¶ Aurem. Humiliter aſſentiendo per obedientiam. Hoc fecit Eccleſia primo in Apoſtolis, & diſcipulis, deinde in multitudine copioſa Chriſto per fidem adherendo. Hoc fecit & Beata Virgo quando conſentiens dixit. Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. ¶ Viro. A virtute dicto.
F ¶ Populum terræ. Scilicet Iudaicum, quo ad eorum cerimonias, & ritum, nec non & gentilem, quo ad Idolatriam. ¶ Domumq; patris. Ideſt Synagogam Iudæorum, qui ex patre Diabolo erant, vt dicit Dominus in Euangelio, & multo magis gentiles qui illum adorabant.

Inclina facilem monitisq; ſalubribus aurem;
Vt dignæ tanto mox potiare viro.
In primis igitur populum obliuiſcere terræ.
Vnde modo aſſumpta es nata, domumq; patris.
Induere, atq; nouos mores, exuta vetuſtos;
Vt placitus Regi ſit decor iſte tuus.
Non mortalis homo tantum, cui ſponſa dicaris;
Eſt etiam dominus ſed Deus iſte tuus.
Ipſum & adorabunt cœli, terreſtria, manes.
Ante tuum Regem procidet omne genu.

¶ Nouos mores. Sacramenta nouæ legis, & præcepta, atq; conſilia perfectionis Euangelicæ. ¶ Vetuſtos. Vt calicum, atq; vrceorum baptiſmata, quibus erant Iudæi multum intenti munditiæ exteriori tantū intendentes, & animæ interiorem non curantes, vt pote hypocritæ. ¶ Decor. Non ſimulatæ, ſed veræ virtutis. ¶ Homo. Quem vitia tua poſſint latere, & qui exteriori pulchritudine tantummodo delectetur. ¶ Dicaris. Et propria, & in perpetuum. ¶ Deus tuus. Qui corda ſcrutatur, & renes. ¶ Adorabūt. Iuxta illud Apoſtoli. In nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. ¶ Tyriæ. Ideſt gentilium ciuitates. Synecdoche: à parte totum. Fuit autem Tyrus vrbs Phœniciæ contermina finibus Iudęorum. ¶ Stratiq; potens. Ideſt humiliter genuflexi tuum vultum ò Eccleſia Dei. Hoc videmus quotidie fieri coram Papa, cui principes gentium, & reges humiliati pedes oſculantur. De Beata Virgine palam eſt. Quis eſt enim qui illam non humiliter deprecetur, & eius patrocinium non imploret. ¶ Ditia dona. Auri & argenti ad templorum conſtructionem, &

pro

pro diuino cultu, ministrorumq; Ecclesiæ victu,& vestitu. Hoc adimpletum esse per Constantinum Imperatorem aliosq; Reges videmus satis superq; satis. Quinimo nimis locupletata à nonnullis videt Ecclesia propter perfidiã dispensatorum, & auaritiam, qui res pauperum in proprios vsus conuertunt, & superflua malè consumunt. Verum est enim illud Pauli. Multi volunt diuites fieri, qui incidunt in laqueos Diaboli. Si tamen fideles essent dispensatores, qualis fuit Beatus Laurentius, thesaurum Ecclesiæ dispersit, & dedit pauperibus, ad Ecclesiæ decorem, & utilitatem essent hæc ditia dona, & non ad perniciem. ¶ Ab intus. Antipophora est. Idest responsio tacitæ obiectioni. Posset enim aliquis æmulus ei dicere. Quare adularis ei, quare excitas eam ad inanem gloriam? nonne scriptum est, Ne laudaueris hominem in vita sua? Ad hoc respondet. Gloriam omnem illius esse intus in pura conscientia, iuxta illud Apostoli. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Item, ab intus est gloria Ecclesiæ in interiori uirtutum, & charismatum ornatu, non in apparatu templorum exteriori, sicut uetus Synagoga gloriabatur in parietibus templi sui deauratis, & uasis aureis argenteis, & æneis, cæterisq; uestibus preciosis in ministerium templi deputatis. ¶ Licet. Idest quamuis. ¶ Induta. Sinus purpureos, per quos charitatis Dei, & proximi intelliguntur ornatus interiores, ut supra dictum fuit. ¶ Ora fulua. Idest fimbria aurea. ¶ Ambiat. Idest circundet. Per auream fimbriam notatur sapientiæ doctrina, quæ totam circundat, & exornat Ecclesiam. In Virgine Maria non est metuenda hæc inanis gloriæ iactantia, cum profundissimæ fuerit humilita- A

Teq; precabuntur domina Tyriæ, stratiq; petentes
Ante tuum vultum ditia dona ferent.
Regis erit natæ tamen omnis gloria ab intus.
Ne iactabundam forte puteris eam.
Purpureos induta sinus, variata colore.
Fulua licet vestes ambiat ora suas.
In populis quanquàm & sese super astra leuari,
Senserit, ipsa tamen gaudia corde premet.
Solaq; ne vacua dominari inhæreat aula
Regi adducentur qui comitentur eam.
Virginei nam mille chori, vestigia vbiq;
Seruabunt, secum proximæ & eius erunt.
Lætitia in magna tibi Rege iubente ferentur
Quantum exultabunt hæ tua iussa sequi.

tis: in sponsam, & matrem Dei eligitur, & illa ancillam se uocat. Vide & canticum eius. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. ¶ Variata colore. Charismatum, & uirtutum, quæ uariæ, & in uariis sunt personis. ¶ In populis. Figura huius fuit Hester, de qua dicitur. Quid habens Hester eleuata in populis. De Ecclesia patet, quæ Spirituale habet regimen super infinitos populos; quin & temporale super multos. ¶ Super astra. Idest iustos, qui stellis comparantur. Vel uerè super astra, in cœlum, quo ad magnam sui partem. Nam triumphans Ecclesia cœlestis Hyerusalem est potissima huius nostræ militantis adhuc pars, si de Virg. Maria intelligas clarum est: quia est exaltata sancta Dei genitrix super choros Angelorum ad cœlestia regna; quia nullum bonum est nisi communicabile, nec Reginam decet sine pedisequis esse: ideo hic laudatur a decenti comitatu uirginum ancillarum, & matronarum. ¶ Vacua aula. Idest ampla, & spaciosa. ¶ Regi Christo. Nam & ipse dicuntur eius sponsæ. Quælibet enim anima fidelis est Christi sponsa. ¶ Virginei chori. Hi sunt de quibus Io. in Apoc. cxliiij. millia signati stantes cum Agno super Syon, & sequentes eum quocunq; ierit, canticum soli cantantes quod nemo alius præter eos poterat cantare. Vt pote quia uirgines sunt, & cum mulieribus non sunt coinquinati. Sed ne quis crederet solas uirgines posse Reginam comitari Idest cœlum ascendere addit. ¶ Secum proximæ. Gradus sanctitatis. Tres quippe sunt sanctarum animarum status. Virgines. Continentes, & coniugati. Primi centesimum, Secundi sexagesimum Vltimi trigesimum referunt fructum. Si ad beatam Mariam hæc referas. Sunt hæc monasteria infinita Virginum, & Vidoarum, necnon & monachorum, aliarumq; deuotarum personarum, quæ die nocteq; in laudibus, & canticis illi ministrant. ¶ Tibi Ecclesiæ. ¶ Rege iubente. Deo. scilicet patre. Quia nemo ad me uenit dicit D. I. in Euangelio nisi pater meus traxerit eum. Trahit autem non inuitos sed uolentes, non ui, sed spe præmiorum, iuxta illud trahit sua quemq; uoluptas. Vt declarat Beatus Augustinus in Homelia ¶ Ferentur ab Angelis, uel si ad Beatam Virginem referas offerentur à parentibus, ut perpetuo uacent Reginæ seruitio, & demum in cœlum ab Angelis ferentur. ¶ Exultabunt. Non enim placent Deo coacta obsequia, sed hylarem dilligit datorem. ¶ Prouolui humilitate. Nam vt ait Ambrosius in Homelia super Euangelio. Exurgens Maria. Decet, vt quanto castior virgo tanto humilior sit, nouerit deferre senioribus, sit magistra humilitatis, in qua est perfectio chastitatis. ¶ Si patiare. Idest si permittes præ nimia humilitate tua. ¶ Pro patribus. Hic agitur de spirituali generatione Ecclesiæ, pro patribus scilicet carnalibus, & maximè Iudæis qui fuerunt Patriarchæ, Reges, & Prophetæ; Vnde primitiua descendit Ecclesia, nam & Christus secundum carnem inde processit; Vel loquitur de principibus Sacerdotum illius temporis, qui patres dicebantur spirituales, sicut & modo vocantur Episcopi, quos Ecclesia deseruit, & Christum sponsum est secuta. ¶ Homines. Humana tantum sapientes. ¶ Deos. Idest diuinitatem Christi confitentes. Qui enim (vt dicit Hyer.) de filio hominis loquuntur, hi homines sunt; qui vero diuinitatem illius intelligunt, non homines, sed Dij appellantur. Dij autem participatiuè, non natura. Iuxta illud Psal. Ego dixi vos Dij estis. Quod ipse Dominus in Euangelio declarat dicere. Si Deos appellat, ad quos sermo Dei factus est, &c. Hij autem Dij fuerunt Apostoli, & discipuli Domini, qui Patriarchis & Prophetis, illisq; Sacerdotibus antiquis in regimine Ecclesiæ successerunt, sicut in parabola vineæ à primis ablatæ agricolis, & alijs locatæ ostendit Dominus. ¶ Quos tu præficies. Nam Petrus Antiochiæ primum sedit deinde Romæ. Iacobus Hyerosolimis. Io. in Asia. Paulus in gentibus multis. Bartholomeus in Lycaonia, Armenia, & India, Matthæus in Ethiopia, Marcus in Alexandria, est præpositus. Reliquiq; in diuersis mundi partibus vt ex hystorijs patet, quæ in festiuitatibus eorum per anni cursum leguntur, in quorum loco modo successerunt Patriarchæ, Cardinales, Episcopi, & prælati. ¶ Dominentur eis. Spirituali dominio, quod ministerium potius voluit Dominus appellari. Increpantur enim a Beato Petro illi prælati, qui more secularium volunt in clero dominari. Hi videlicet qui temporale non habent in terris dominium. ¶ Suo in imperio. Idest in iurisditione sibi subiecta. ¶ Memores. Beneficiorum abs te acceptorum ¶ Altissime. Deus qui solus es altissimus. Altus enim est homo, altior Angelus, altissimus omnium Deus. ¶ Tuum nomen. Iesu Christi Saluatoris, per quem saluati, & liberati sumus. ¶ De genere in genus. Idest de progenie in progeniem, per prædicationes multas, & scripturas Euangelicas, quas nobis successoribus reliquerunt, vt & nos successoribus

B

Ioan. 3.

C

D cessoribus nostris idem faciamus vsq; ad finem mundi. ¶ Populi. Præsentes, & futuri. ¶ Fatebuntur. Confessione peccatorum, nunc dum sunt in hoc sæculo, & demum confessione laudis in futuro. ¶ Sæcula cuncta. Idest in sempiternum; cuius laudis & nos participes facere dignetur D. I. Christus, qui cum patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat.

Regis vt in templum adducantur, eruntq; paratæ
 Prouolui pedibus (si patiare) tuis.
Proq; tuis patribus, quos filia sustinuisti
 Deserere: hos ipsos ne recolendo gemas.
Coniugio Regis, thalamo dignata superno,
 Non homines, natos es genitura Deos.
Quos tu præficies magnum regina per orbem.
 Gentibus & populis, vt dominentur eis.
Hiq; suo imperio memores altissime habebunt.
 Corde tuum nomen, de genere inq; genus.
Hinc omnes populi maiorum iussa sequentes,
 Corde fatebuntur sæcula cuncta tibi.

Diffugium est timidis, &c. Manifestantur in hoc Psalmo archana Ecclesiæ Dei, & pro grauibus Iudæorum, & gentiliũ persecutionibus superatis ex diuino adiutorio gratiarum referuntur actiones. Sciendum est igitur quòd mota persecutione contra Ecclesiam Dei, aliqui fideles erant timidi, & aliqui magnanimi, & iuxta doctrinam Augustini meticulosi debent fugere, sicut & Dominus in Euãgelio hortatur dicens: si persecuti vos fuerint in hac ciuitate fugite in aliam; Sed ad quem melius confugient quàm ad D. N. I. C. qui est petra refugium herinaciis? Fortibus autem vnde veniet auxilium nisi à duce, qui vicit mundum, qui præliantibus adest exhortator, propugnatorq; & victoribus coronæ largitor. Canit igitur Propheta in persona Ecclesiæ dicens. ¶ Diffugium, &c. ¶ Emanuel. Quod interpretatur nobiscum Deus. Nam & ipse dixit; Ego vobiscum sum vsq; ad consumationem sæculi. ¶ Cum tribulamur à Iudæorum principibus, & gentilium potentibus. ¶ Quandoquidem. Idest siquidem, coniunctio est. ¶ Tribulatio multa. Hæc fuit facta ea die, qua
Act. 8. Stephanus est lapidatus; nam omnes dispersi sunt præter xij. Apostolos. ¶ Tellus. Iudeæ, vel etiam tota contra nos Christi fideles, turbabantur enim Reges terreni Rege adueniente superno: sicut de Herode legitur, quòd à
E Magis nunciata noui Regis natiuitate turbatus est, & omnis Hyerosolima cum illo metuebant enim terreni regni amissionem. Demones etiam metuentes suam culturam, quæ per Idola eis exhibebatur amittere ex veri Dei manifestatione per Euangelij prædicationem commouebant omnes reges terræ, & maximè principes Romanos aduersus Christi fideles, qui montes hic appellantur propter persecutionis grauitatem, quam concitabant in populis, qui mare vocant iuxta illud Ap. aquæ multæ sunt populi multi. ¶ Cor maris. Hic Romanum signat imperium, à quo cætera regna vel stabant, vel cadebant, sicut ab humano corde membra nostra vitam vel mortem suscipiunt. ¶ In pontum. Idest in barbaras nationes, quæ ponti nomine vocantur, quia eius maris accolę crudeles extiterunt. ¶ Præcipites. Idest sine vlla recti consideratione, sed a furore impulsi. ¶ Metuemus. Nam si Deus pro nobis quis cõtra nos? ¶ Sonitum. Idest populorum commotionem. ¶ Terribilemq; nimis, attentis videlicet viribus humanis, sed adiuuante Domino conuertitur in auram leuem. ¶ Noui fluctus. Qui tempore Apostolorum concitati fuerunt aduersus Ecclesiam Dei, quando fiebant conuentus, conueniebant principes sacerdotum, & magistratus populi, cæsis denunciabatur Apostolis ne prædicarent nomen Iesu, Saulus adhuc spirans cædis, & minarum acceptis epistolis in Damascum persequebatur fideles. ¶ Maria turbata. Idest gẽ
F tilitas commota tempore Neronis, Domitiani, & Diocletiani Imperatorum, à quibus edicebatur ne quis Christũ confiteretur sub pœna capitis, & confiscationis bonorum. ¶ Ad vocem Domini. De cœlo clamantis; Saule Saule quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare, & deinde ad Constantinum Augustum. In hoc signo vinces: tempore Beati Syluestri Papæ. ¶ Iste fragor. Idest persecutionis impetuosus tumultus: tunc enim baptizato Imperatore pax publicè reddita est Ecclesiæ Dei. ¶ Montes. Idest magni principes qui ex persecutoribus fiebant fautores. ¶ Conturbabuntur. Ad pœnitentiam per persecutionibus illatis Christi fidelibus: sicut in vita Syluestri legitur Constantinum valde flcuisse, quòd desæuisset in fideles. ¶ Valida voce. Hæc fuit primum Constantini edictum, quo iussit Idolorum templa claudi, & Christum per vniuersum orbem adorari. ¶ Tempestas. Idest tranquilitas. τσυμισυ. est. ¶ Terræ Iudæorum. ¶ Maris. Idest gentilitatis. ¶ Vrbs Dei. Duę sunt ciuitates principales, Vna Dei, quæ à primo Abel iusto cœpit inhabitari, & replebitur ciuibus vsq; ad vltimum electum. Altera est Diaboli, quæ à Cayn Fratricida vsq; ad vltimum reprobum pessimos peccatores suscipiet, per quos boni continuè fatigantur, & exercentur: vide Augustinum in libro de Ciuitate Dei, quæ est fidelium congregatio. ¶ Amator. Idest tribulationis amaritudo, quam maxima passi sunt Apostoli in passione magistri, & Domini sui propter quam scandalizati sunt omnes: relicto eo fugerunt omnes; sed & Petrus omnium audacissimus per dominum suum negauit. ¶ Fluminis. Idest inundationis aquarum Spiritussancti: Quæ sunt vij. Charismatum dona, & vij. sacramentorum hostia ingentia. ¶ Lætabitur in die Penthecostes in descensum Spiritussancti, & in proximis diebus quando visibiliter ad impo-

ODE XLV. EX PSALMO XLV.

Deus noster.

Diffugium est timidis: virtus certantibus: affert
 Emanuel nobis cum tribulamur opem.
Quandoquidem inuentos præstit tribulatio multa.
 Et nimij angores, auxiliator adest.
Turbetur tellus? montesq; ferantur in altum
 Cor maris? in pontum præcipitesq; ruant?
Non tamen icirco pauidi metuemus aquarum
 Tam grandem sonitum terribilemq; nimis.
Namq; noui fluctus, maria, & turbata quiescent
 Ad vocem Domini concidet iste fragor.
Quin etiam montes conturbabuntur eorum:
 Cum fuerit valida voce locutus eis.

Claraq; tempestas nobis orietur ab alto
 Desinet vt terræ, motus & iste maris.
Vrbsq; Dei sitiens, nimio & fatigata labore,
 Quàmq; exsicauit salsus amaror aquæ,

sitionem

Fluminis à Domino lætabitur impetu leni
Vnde bibant omnes, vnde lauentur habent.
Sanctificauit enim sedem hanc altissimus, vt sit
Molle tabernaclum, mansio grata sibi.
Namq; sedet medio Deus ipse, locoq; moueri
Haud sinet: adiutor semper & eius erit.
Mox erit auxilio, nec enim cessabit in ipsum
Dum Sol vrat eam: diluculo sed erit.
Turbatæ gentes, regna inclinataq; tellus
Quam dedit audita motaq; voce sua est.
Virtutum Dominus noster susceptor adhæsit
Emanuel nobis qui Deus estq; Iacob.

sitionem manuum Apostolorum descendebat super fideles Spiritus sanctus: vide actuum Apostolorum hystoriam. ¶ Impetu leni. Actuum ii. factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & repl. to. do. vbi erant sedentes, &c. ¶ Habent omnes, Christi fideles, supple aquas huius fluminis. ¶ Vnde bibant. Salubris aquam doctrinæ, quæ est verbum Dei. ¶ Vnde lauentur. Ab inquinamentis peccatorum videlicet in aquis baptismi, pœnitentiæ, & reliquorum sacramentorum. ¶ Sanctificauit. Idest præciosi sanguinis sui effusione roborauit, & sanctos fecit fideles suos. ¶ Sedem hanc. Idest ciuitatem sanctam, in cuius medio sedet ipse Deus. Anima enim iusti sedes est Dei. ¶ Tabernaclum. Hæc est Ecclesia millitans: Nã millitia est (vt inquit Iob) vita hominis super terram, pugnandum quippe est contra hostes inuisibiles scilicet mundum, & carnem nostram. ¶ Mansio. Idest statio. Stat enim Dominus (vt ait Stephanus à dextris virtutis Dei) vt suos adiuuet in passionis agone certantes. ¶ Sedet. Tamq; doctor, præses, & iudex. ¶ Medio Ecclesiæ. Hoc est quod dicit in Euangelio. Vbicunq; fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio illorum. ¶ Loco. Idest à firma fidei stabilitate (methaphora à decertantibus, quibus pudor est à loco procul ammoueri) orauit nãque Dominus pro Petri fide, ne deficiat. ¶ Mox. Statim in feruore tribulationis. ¶ In ipsum. Scilicet auxilium, quin det illud vsq; ad operis finem. ¶ Dum Sol vrat eam. Idest dum tribulationis ardor nimius consumatur eam per desperationem; Vnde in alio psalmo dicitur. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. ¶ Diluculo. Idest valde prompte, & cito in angustiæ initio per infusionem fortitudinis, quæ est donum Spiritussancti. ¶ Turbatæ. Bona, & salubri conturbatione tantam in fidelibus admirantes fortitudinem, & miraculorum magnitudinem. ¶ Inclinata. A pristina duricie, & ferocitate ad subijcienda iugo fidei colla sua iam mansuefacta. ¶ Tellus est mota. Audita voce sua, quam dedit Dominus per ora prædicantium Apostolorum, & Martyrum. Non enim vos (inquit) estis, qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. ¶ Noster. Idest humanitatis nostræ. ¶ Adhæsit nobis. Per carnis assumptionem, & per auxilij gratiæ suæ collationẽ. ¶ Emanuel. Idest Christus. ¶ Deus Iacob. Genitiui casus. Alludit ad id quod Moysi dictum est. Ego sum Deus Abraam, Deus Isaac, & Deus Iacob. Idest Deus credentium vt Abraam, offerentium se ipsos in sacrificium, vt Isaac, & supplantantium vitia atq; fortiter luctantium vt Iacob. ¶ Aduentu. Primò quando in humilitate venit iudicandus. ¶ Venite. Gressibus fidei non corporis. ¶ Videte. Idest intelligite interioribus oculis mentis. Inuitat omnes gentes propheta ad fidem, Christi per miraculorum considerationem, quæ in natiuitate Domini facta fuerunt. ¶ Horrida bella. Quàm Romanis in exteras gentes, deinde ciuilia in seipsos gesta fuerunt. ¶ Crassata. Per multorum cædem. ¶ Aurea pax. Idest delectabilis, & gratissima sicut aurum. Quid iucundius & gratius pace? & quid asperius atq; flebilius bello, vel alludit ad aureum sæculum, quod dicitur sub Augusto in Domini natiuitate renouatum: vndè & Angeli cecinerunt. Gloria in ex. Deo, & in terra pax hominib. ¶ Comburet. Quia eorum vsus in tanta pace non erit necessarius. ¶ Hæc (supple) verba, quæ sequuntur. ¶ Vox Domini est effata. Per ora præconum suorum. Et primo Prophetarum: Secundo Angelorum. Tertio Apostolorum. ¶ Vacate. Dilligenter attendite his, quæ vobis prædicantur. Nam & prius prædicta sunt & annunciata. ¶ Videte. Considerate sano lumine intellectus, hoc dicit Pharise is. & Scribis cæcis, qui oculos habentes non videbant à propria excæcati malitia: sed & gentes erant factæ similes Idolis suis cęcis, mutis, & surdis ad uerã Dei cognitionem. ¶ Dominus. Per humanitatẽ assumptam. ¶ Solus. In substantia; quamuis trinus in personis, vel hoc dicit, ad falsorum exclusionem Deorum, quos gentiles colebant, qui non erant Dij, sed Demonia, vt Iupiter, Phœbus, Mars, Neptunus, cæteraq; huiusmodi portenta. ¶ Deus. Αυτοπου θεοσ. Idest videns omnia, & vnicuiq; rettribuens pro suis meritis & demeritis. ¶ Exaltabor. Primò per humiliationem in cruce: deinde per gloriam in regni adeptione, de qua dicit ipse in Euangelio. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, & Paulus ait, propter quod exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quòd est super omne nomen, &c. ¶ In omnes gentes. Hoc adimpletum est tempore Syluestri Papæ, & Constantini Imperatoris, de quo supra. ¶ Leuabor. Idest in maximo habebor honore. ¶ In patria humo. Quæ est Iudea. De qua Ioannes ait. In propria venit, & sui eum non receperunt, sed mox cum plenitudo gentium intrauerit tunc reliquiæ Israel (vt dicit Paulus) saluæ fient. ¶ Virtutum oĩum. Theologalium, Cardinalium, & Moralium dator, vel virtutum. Idest exercituum cœlestium: reliqua expona vt supra.

A

B

Huius in aduentu, miranda venite, videte,
Signa: super terram prodigia ista dabit.
Horrida bella diu totum crassata per orbem
Sustulit: in terris aurea paxq; data est.
Conteret hic hastas; arcus confringet: & igni
Omnia comburet scutaq; & arma simul.
Hæc Domini vox est effata: venite, videte.
Ecce ego sum Dominus, solus & ipse Deus.
Sum Deus: & gentes iam iam exaltabor in omnes:
Cognitus in patria moxq; leuabor humo.
Virtutum Dominus, noster susceptor, adhæsit
Emanuel nobis, qui Deus estq; Iacob.

C

Heb. 4.

PLaudite vos gentes, &c. Inuitat in hoc psalmo Propheta in persona Ecclesiæ omnes gentes ad communem lætitiam ex ascensione Domini, & sede eius ad dexteram patris dilatationem regni sui, & xij. Apostolorum exaltatione, dicit igitur. ¶ Plaudite. Festiui, & iucundi pro gaudio. ¶ Vos gentes. Quæ fide accessistis prope, longe factis Iudæis per incredulitatem suam. ¶ Iubilate. Idest ineffabiliter gaudete. Est enim iubilus ineffabile gaudium, quod nec taceri potest, nec sufficienter exprimi. ¶ Mecum. Loquitur Propheta sub persona Ecclesiæ tan-

D fiæ tamquàm matris inuitantis filios ad lætandum de paterna prosperitate. ¶ Excelsus dominus Scilicet Iesus Christus: Est enim eleuatus super omnem creaturam tam Angelicam, quàm humanam. ¶ Vniuersum. Quia sibi data est omnis potestas vniuersæ terræ vt dictum est in proximis psalmis. ¶ Terribilis. Hostibus nostris, & hoc maxime
Math. 28 apparebit in secundo aduentu, cum venerit ad iudicandum in potestate magna, & virtute. ¶ Populos. Iudæorum quantum ad eos, qui crediderunt, nam ad duas Petri prædicationes conuersi sunt viij. millia. ¶ Superbas gentes. Barbarorum, & Romanorum, qui recalcitrabant prædicationi Euangelicæ. Sed tandem colla iugo Christi supposuerunt, vt in præcedenti psalmo visum est. ¶ Sub pedibus. Fidelium, in quorum persona nunc loquitur. ¶ Fortia. Scilicet potentum pectora tam Iudæorum, quam gentilium maxime scribarum, & phylosophorum, qui in propria confidentes prudentia stulti à Domino reputati sunt, & confusi. ¶ Nos. Scilicet Apostolos, & Christi Discipulos simplices, & idiotas vt porè piscatores. ¶ Legit. Pro elegit. Sicut dixit in Euangelio. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. ¶ Infima mundi. Idest infimæ & vilis conditionis quantum ad mundanorum æstimationem, qui virtutem, quæ vera est nobilitas negligentes in sola maiorum suorum gloriantur nobilitate, & generositate. ¶ Sortis suæ. Idest hæreditatis æternæ: Nam si filij & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Christi, qui dignatus est non seruos aut amicos tantum, sed & fratres appellare. ¶ Sic. Idest eo modo, quo præposuit Iacob Esau primogenito, sic & nunc Ecclesiam filiam & minorem sororem præposuit veteri Synagogæ Iudæorum, cui spretæ propter infidelitatem & auaritiam hypocrisim & crudelitatem in filium Domini sui, & vineæ hæredem, quem extra vineã eiicientes cru-
E cifixerunt, dedit libellum repudij. ¶ Prædilexerat. Tum propter bona opera illius præuisa, & tum ex gratia sua. ¶ Maiori fratri. Scilicet Esau. hoc est quod habetur Malach. iiij. Iacob dilexi Esau autem odio habui propter cruentam eius cogitationem de cæde fratris præscitam; nam cum vendidisset lentis edulio primogenituram suam, & benedictionem paternã Iacob obtinuisset, dicebat venient dies luctus patris mei, & interficiam Iacob, eiq; uenienti de Mesopotania occurrit cum 400. viris vt eum perderet, quamuis muneribus placatus, & à Deo cor eius fuerit immutatum; vnde & dimisit in pace. Hæc autem significabant populum populo præpositum iri sicut Rebecca matri gemellos in vtero adhuc gestanti cum inuicem collidere sentiret à Domino fuit hoc respõsum. ¶ Ipse Deus Christus Iesus tanquàm dux suis millitibus viam parefaciens. ¶ Scandit. Pro ascendit, simplex pro composito, hoc factum fuit in die Ascensionis Domini sicut narrat Marcus Euangelista, & Dominus quidẽ Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. ¶ Iubilo. Millitiæ cœlestis, & sanctorum patrum, quos eduxerat de Inferno, & in cœlum secum adduxit: captiuam enim (sicut ait paulus) adduxit captiuitatem. ¶ Classicaq. Idest aduocationem cœlestis exercitus ad sociandum & occurrendum Domino in cœlum ascendenti. ¶ Psal-
Heb. 2, lite. Idest psalmos cantate non vanas poetarum cantilenas, & quater repetit ad excitandas quattuor mundi partes ad laudem Domini; & vt toto corde, tota mente, & tota anima, & ex omnibus viribus nostris demonstremus commune gaudium de exaltatione capitis nostri. ¶ Rex. Constitutus à Deo patre. ¶ Sapienter. Non motibus incompositis corporis, vt prius Idolis vestris, sed alacribus animi motibus in Deum gradatim tendentibus. ¶ Ei. Domino Iesu, non Ioui, aut Neptuno. ¶ Deo Abrami. Idest Christo Iesu, sicut ostensum est in fine præcedentis psalmi. Hoc est quòd dicebat Io. Baptista Iudæis gloriantibus de genere Abraæ: nolite gloriari dicentes patrem ha-
F bemus Abraam, dico enim vobis quia de lapidibus istis, idest gentilibus, qui lapidea colebant Idola potens est Deus suscitare filios Abraæ, sicut & Dominus dicit in Euangelio. Multi ab Occidente & ab Oriente venient, & recumbent cũ Abraam, Isaac, & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: porro Abraam, declinatur tripliciter. Hic Abraam huius Abraæ, hic Abramus, mi, hic Abras, Abrantis, sicut Atlas, & Abas. ¶ Sceptra tenentes. Idest Reges & principes. ¶ Cõuenerũt. In catholica fide. ¶ Vt comitentur eum. Humilia illius vestigia imitantes sicut monet Petrus: Christus pro nobis passus est relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius. ¶ Dij fortes terræ. Idest de terra assumpti: vnde Dominus alibi dicit: Ego vos elegi de mundo; hi sunt Apostoli dicti Dij, quia Christi diuinitatem cognouerunt, confessi sunt, & prædicauerunt, vt in psalmo nuptiali supra ostensum est in illo versu: Non homines, natos es genitura Deos. ¶ In altum. Hic per gratiam, & in cœlum per gloriam. ¶ Emicuere. Doctrinæ lumine, miraculorum fulgore, & cœlestis gloriæ splendore; nam fulgent iusti sicut Sol in conspectu Dei. ¶ Sedent. Vt conindices, sicut illis promisit Dominus. Sedebitis, & uos super xij. sedes iudicantes xij. tribus Israel. ¶ Astra poli. Hi sunt sancti omnes, in quorum medio sedent Apostoli tamquam principales, nam vt ait Apostolus:

ODE XLVI. EX PSALMO XLVI.

Omnes gentes:

PLaudite vos gentes manibus, iubilateq; mecum,
  Vocis & exultans scandat ad alta sonus.
Excelsus quoniam dominus, magnusq; per orbem
  Est vniuersum: terribilisq; nimis.
Subiecit populos nobis: posuitq; superbas
  Sub pedibus gentes, vt dominemur eis.
Fortia confundens nos legit, & infima mundi,
  Sortis vt essemus participesq; suæ.
Sic Iacob erexit quem prædilexerat olim.
  Maiori esset fratri præpositusq; minor.
Sic prior ipse Deus celsum penetrauit Olympum.
  Aeterni solium scandit ad vsq; patris.
Ascendit Deus in iubilo, & clangore tubarum,
  Classicaq; Angelici concinuere chori.
Psallite scandenti: Domino bene psallite nostro:
  Psallite regnanti: psallite vbiq; Deo.
Namq; Deus noster terræ Rex præsidet omni.
  Psallite vos gentes & sapienter ei.
Nempe super gentes toto regnabit in orbe.
  Iam Deus in solio celsus & ipse seder.
Cumq; Deo Abrami populorum sceptra tenentes
  Iam conuenerunt, vt comitentur eum.
Dij quoniam terræ fortes vehementer in altum
  Emicuere: sedent inter & astra poli.

A

Apostolus: alia est claritas Solis, alia Lunæ, & Stellarum, & stella differt à stella in claritate, cuius participes nos faciat D. N. Iesus Christus.

QVam magnus Dominus, &c. Laudatur in hoc psalmo Ecclesia Dei spiritualis sub tipo Hyerusalem terrestris, à conditore primo laus eius describitur, & à dignitate habitatoris, deinde a situ, & ab amplitudine magnitudine edificiorum & mœuium aggerumq; robore, dicit igitur. Quoniam magnus Dominus. Vt pote qui intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, sed omnia pugillo continens, magnitudinis eius nō est finis, immensus est enim & incomprehensibilis. ¶ Laudabilis. Nam si in sanctis eius est laudandus quāto magis in semetipso est laudabilis? vnde canit Ecclesia. Quantum potes tantum aude, quia maior omni laude, nec laudare sufficis. ¶ Vniuersi opifex. Idest conditor orbis. ipse est enim qui creauit cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt. Gen. 1. ¶ Vrbis nouæ. Idest Spiritualis Hyerusalem, quæ est Christi Ecclesia. ¶ Origo. Idest principium, author & conditor eius. ¶ Vt repararet opus. Hic ponitur causa reparationis huius vrbis nouæ, quæ & vocatur ædificatio, nam cum aliquis vult ædes suas uetustate consumptas in nouam maiorem ac pulchriorem formam reparare, totas diruit & maiori ambitu illas ex integro reædificat. sic Dominus ueterem synagogam in nouam reformauit Ecclesiam. cuius reparationis causa principalis & potissima fuit lapsus generis humani in primi parentis persona, ad cuius redemptionem descendit Dei filius, & renouauit hanc urbem à ciuibus renouatis habitandam. (Luc. 10.) Porrò per ecbasim. Idest discursum poeticum sub parabola hominis illius, qui inciderat in latrones, & à samaritano extitit curatus describitur humani generis lapsus, & eius redemptio; deinde fit recursus ad urbis huius laudem: dicit igitur ut repareret opus Idest hominem. ¶ Sua dextra patrarat. Vide Gen. 2. formauit Deus hominē de limo terræ, & inspirauit in eum spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. (Gene. 1.) ¶ Lucida imago nitet. Homo enim cum ad imaginem, & similitudinem Dei factus sit, quemadmodum in Deo sunt cunctorum Ideæ, sic & quandam cunctarum rerum imaginem præse fert longè tamen diuerso modo, non enim tanta similitudo inter creatorem & creaturam potest notari, quin maior inter eos dissimilitudo sit notanda: vt dicit Innoc. in concilio Gen. de summa tri. & fid. cath. c. 1. parafo cum ergo, & quia homo in se rerum mundi similitudinem retinet ideo subiongit hæc microcosmos. Idest paruus mundus, græcum est vocabulum, & hominem significat ut subiungit. ¶ Latio. Idest latino adiectiuū est latius a. um. alias autem cū est substantiuū: hoc latium ij. quandā partem Italiç significat, in qua dicitur latuisse Saturnus filium Iouē fugiens. ¶ Exul hic. Adam primus parens noster, per quem totum genus humanum intellige qui ab eo descendit, & in lumbis eius tamquā in seminario latebat. ¶ Patria. Hæc est cœlestis Hyerusalē (vt ait Ambr. in Hom. huius Euang. currētē in xiii. Dominica post Pēth. ubi omnino uideas) unde eiectus est Adā. ¶ Lapsus pro elapsus (Apheresis est) nā ex aduentu Domini in paradisum destitere latrones. Idest Demones eum inquietare: uide hystoriā Gen. iij. ubi narrat Adæ præuaricatio, quæ hic parabolice decantatur, sicut à Domino in Euang. posita est Luc. x. ¶ Latronum. Hi sunt Angeli noctis, atq; tenebrarū. ¶ Mille uulneribus. Peccatorū; nam uirtutes oēs ex uno uitio capiunt detrimentū unde August.

B

ODE XLVII. EX PSALMO XLVII.

Magnus Dominus.

QVam magnus dominus, toto & laudabilis orbe:
Vniuersi opifex, vrbis origo nouæ.
Vt repararet opus quod iam sua dextra patrarat,
In quo cunctorum lucida imago nitet.
Hæc microcosmos erat graio de nomine dicta;
Sed latio paruus nomine mundus, homo.
Exul hic à patria vix lapsus cede latronum
Vulneribus fossus mille, iacebat humi.
Quàm miserandus homo nuda tellure quiescens
Nudus, & à spinis semisepultus erat.
Amplius haud orbis facies renidebat in illo
Denigrarat eam liuor, & vmbra loci.

in libro de pœn. inquit. Defleat peccator, quia offendens in uno factus est omnium reus. ¶ Iacebat humi. Homo enim suapte labitur, sed non ex sese potest resurgere nisi Deo manum porrigente, & illum eleuante. ¶ Quiescens. Si tamen læsa conscientia quietem vllam potest capere: per hanc quietem notat longam moram ante aduentum Domini ad hominis redemptionem. ¶ Nudus. Ab indumentis originalis iustitiæ, innocentiæ & gratiæ, quibus à Demonibus propter præuaricationem diuini mandati fuit expoliatus. (Gene. 3.) ¶ A spinis. Idest peccatorum puncturis: vel alludit ad maledictionem Adæ: maledicta terra in opere tuo; spinas & tribulos germinabit tibi. ¶ Renidebat. Idest relucebat: alludit ad speculum maculis oblitum quod intuentium facies vt prius non reddit. ¶ Liuor. Idest plagarum tumor alias ponitur pro inuidia, Significat autem turpes peccatorum maculas, quibus anima denigratur; hinc dicitur super carbones denigrata est facies tua. (Tre. 4.) ¶ Vmbra loci. Hic est Infernus quo descendit Adam cum genere suo vsq. ad Christum. ¶ Cum secus. Idest prope viam vitæ huius. ¶ Hæc facies viri veteris. Idest Adę, per quem mors in mundum introiuit & propter hoc dicitur imago mortis; appellatur autem Adam vetus homo ad differentiam Christi, qui est nouus homo, per quem vita reddita est, sicut docet Apostolus. expoliate vos veterem hominē qui est secundum Adam, & induite nouum qui est secundum Christum. ¶ Conciuis. Eiusdem vrbis incola. ¶ Leuita. Hic est Moyses minister legis. ¶ Sacerdos. Hic est Aaron cum tota progenie sua. ¶ Opem. Nam neq; lex Moysi, neq; sacerdotum antiquorum sacrificia potuerunt hominem ex Inferno liberare; vt late docet Paulus. ad Galathas. c. ii. & iii. vbi inter alia dicit: ex operibus legis non iustificatur homo, & ad Hebre. à vij. cap. vsq; ad x. vbi dicit inter alia: impossibile est sanguine hircorum aut vitulorum auferri peccata. ¶ Vigil custos. Hic est Samaritanus ille, qui tulit opem ægroto sed omisso nomine parabolico posuit eius significatum; Samaritanus quippe custos interpretatur & quis est iste custos? nisi de quo dicitur? Custos quid de nocte: & Nisi Dominus custodierit ciui. fr. vig. qui cust. eam. hic est D. N. Iesus Christus qui Samaritani nomen à Iudæis pro contumelia obiectum non recusauit. ¶ Ab arce Olympiaca. ¶ Miseratur. Quia serpentis dolo & vxoris allectus illecebris peccauerat. ¶ Fastu. Initiū enim omnis peccati est superbia, concupierat enim & ipse diuinum honorem dicente serpente eritis sicut Dij. ¶ Flocipenderat. Idest contempserat. (Gen. 2.) ¶ Dictum. Ne comederet de ligno quod

C

Cum secus atq; viam lacera & prostrata iaceret
Hæc veteris facies mortis imago viri.
Hac & iter concinis habens leuita, Sacerdos.
Præ stiterat misero non tamen vllus opem.

D erat in medio Paradisi. ¶ E castris suis. Idest de Paradiso terrestri, ubi tamq. milles imbellis ab hoste deuictus spoliatus est, & vulneratus, & ob
Gen. 5. id inde à Domino per Angelum fuit eiectus. ¶ Abstinuit ab auxilio redemptionis humani generis. ¶ Pellacis. Idest fallacis; per blandicias voluptatum terrenarum decipientur. ¶ Illecebrasq; malas. Idest blandimenta noxia, serpentis, & vxoris suæ. Quot viros per vxorum illecebras decipit hic serpens infernalis, qui sibi prius fortiter resistebant? cauete ò vxorij ne primo similetis parenti, Sansoni, & Solomoni, & quàm pluribus alijs, qui ab illecebris mulierum in retia Demonis fuerunt inuoluti. ¶ Pœna. Carceris infernalis carentiæ visionis Dei, quæ est pœnarum omnium maxima. ¶ Monstrante. Sicut vulgo dicitur. Fatuus in culpa sapiens fiet in pœna. ¶ Fateri. Hæc confessio fuit facta à Dauid in multis psalmis & à Daniel cæterisq; prophetis in orationibus suis; sic & preces assiduæ ab eisdem fiebant pro aduentu Messiæ. ¶ Poposcit. Supple genus humanum per sanctos prædictos. ¶ Samaritanus. Dominus Iesus Christus custos, de quo supra; est enim custodiens paruulos Dominus. ¶ Dictu mirabile. Quod creator sit factus creatura, inuisibilis visibilis, impalpabilis æternus & inmensus, palpandum, sub tempore, & metiendum se præbuerit, de inmortali factus mortalis, Deus homo. verbum caro factum est, nec tamen Deus esse desiit, nam & si nostram assumpserit naturam, propriam tamen nō abiecit, vel amisit, sed retinuit, & propterea est vna in duabus naturis persona Christus vnus, Deus & homo. ¶ Hoc iter. Humanæ vitæ. ¶ Peregrinus. Ad patriam tendens cœlestem sicut & nos · opportuit enim Christum pati & ita intrare in regnum suum. Lucæ vltimo. Sic & nos oportet per multas tribulationes intrare in regnum Dei actuum. xiiij. ¶ Præteriens. Idest transiens de hoc mundo ad patrem. ¶ Iuxta. Idest in cruce positus. ¶ Lachrymis.
E Vt ait Apostolus: cum clamore valido & lachrymis exauditus est per sua reuerentia. ¶ Compatiens. Seut in suscitatione defuncti filij viduæ, & Lazari, per quos peccatorum significabatur suscitatio: legimus eum misericordia
Luc. 7. motum fuisse, ac etiam fleuisse. ¶ Vulnera. Peccatorum. ¶ Ope medica. Hoc est effusione sanguinis sui; Quapro
Ioan. 11. pter dicebat Isaias: liuore eius sanati sumus. ¶ Leuasset humo. Carnem nostram in cruce extendendo, vide para-
Isa. 43. bolam ouis deperditæ, repertæ & à pastore inhumeris proprijs ad ouile adductæ. ¶ Ad hospita tecta. Ecclesiæ Pe
Luc. 15. tro & Apostolis commendatæ; vnde Apostolus. Fratres admoneo uos tāquàm hospites & peregrinos, &c. & alibi. Non habemus hic (air) ciuitatem permanentem sed futuram inquirimus. ¶ Vt curaretur. Baptismo & sacramentis nouæ legis. ¶ Aera duo. Idest denarios duos. Hæc sunt duo testamenta: nam dena legis præcepta unde dicitur denarius, ad duo legis nouæ mandata reducuntur, dilectionis videlicet Dei, & proximi. Hoc est quod monet Dominus in Euangelio Bonus paterfamilias profert de thesauro suo noua, & vetera. ¶ Commen-
Ioan. 21. dans. Petro, vt diximus; quando dixit ei ter. diligis me pasce oues meas. verbo scilicet, & exemplo. ¶ Ambit. In cœlum, vt in præcedenti psalmo demonstratum est. ¶ Sanum. Scilicet genus humanum à peccatorum vulneribus acceptis. ¶ In vrbem. Idest cœlestem Hyerusalem, hoc est Ecclesiam triumphantem. Nunc reddit poeta ad psalmi decantationem, in quo describitur vrbis nouæ pulchritudo. ¶ Cum suo semine. Idest cū fidelibus ab eo processuris. ¶ Ei scilicet. Adæ primo parenti. ¶ Diuinas laudes. Sic & alibi. Qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Qui igitur hic in millitante Ecclesia ceperit Dominū laudare corde, ore, & opere potest existimare se futurum ciuem huius triūphantis. Hyerusalem, econtra vero qui
F hic Deum blasphemat & sanctos inhonorat exulem ab illa, & incolā Inferni sese constituit, ubi
Isai. 2. iugiter nomen eius blasphematur. ¶ Monte suo. Qui est Christus de quo Isaias. erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini, & ele-
1. Cor. 3. uabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Sic & Apostolus fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. ¶ Architectorum. Hi sunt ædificiorum fabri principales, & qui construendis ædificijs præsunt ingenio, & manu pollentes; de quorum arte scripsit librum Vitruuius, quem appellauit de architectura. ¶ Excellentissimus. Hic est Dominus Deus, pater naturæ mundi architectus, dator ingeniorum. ¶ Dedalea. Idest ingeniosissima; scientifica, deriuatum à Dedalo architecto ingeniosissimo. ¶ Fundaret eam prædicatione sua, discipulorum aduocatione, & miraculorum narratione. ¶ Terræ. Idest Iudæorum primo, ubi docuit Dominus in propria persona, deinde aliarum regionum ad quas misit Apostolos, & fideles suos. ¶ Exultatio. Vide Euangelia in quibus narratur talis exultatio, & diuina magnificatio pro illius doctrina miraculis, & sua conuersione, sic & in actibus Apostolorum, & in historiis sanctorum de mundi conuersione. nec mi-
Act. 13. rum si homines lætantur: nam Angeli exultant de peccatorum conuersione. ¶ Fundamenta. Hæc sunt Apostoli,
Luc. 24. de quibus ait Paulus Fratres Iam non estis hospites, & aduenæ sed estis ciues sanctorum & domestici Dei super ædificati supra fundamentum Apostolorum, & prophetarum. ¶ Syon monte. Spirituali cui est Christus, de quo supra. Vel etiam ad literam nam super illo monte fecit Dominus cœnam, instituit Euchatistiæ Sacramentum, docuit,

Hunc vigil ætherea custos & fidus ab arce
Viderat, & dudum iam miseratus erat.
Sed quia præ fastu dictum flocipenderat eius;
E castris fuerat iussus abire suis.
Abstinuit sese, donec cognosceret hostis
Pellacis fraudes, Illecebrasq; malas.
Erroremq; suum pœna monstrante fateri
Disceret, & proprio funderet ore preces.
Pectore sic postquàm sibi cuncta elatio cessit.
Et supplex humili corde poposcit opem.

Tum Samaritanus (dictu mirabile) ab alto
Desilit hoc faciens ceu peregrinus iter.
Præteriens iuxta lachrimis vt vidit obortis.
Compatiens, medica vulnera fouit ope.
Cumq; leuasset humo portauit ad hospita tecta;
Vt curaretur protulit æra duo.
Commendansq; abijt, sanum ducturus in vrbem
Semine cumq; suo quam faciebat ei.
Non nisi diuinas resonant ea mœnia laudes
Quippe vrbs est domini condita monte suo.
Architectorum nam excellentissimus, arte,
Ingenio, pollens Dedaleaq; manu.
Dum fundaret eam, terræ exultatio oborta
Est vniuersæ: letitiaq; sonus.
Fundamenta Syon in celso monte locata.
Atq; super solida iacta fuere petra.

docuit, humilitatem instituit, missit Spiritumsanctum in discipulos ibi congregatos, quæ omnia sunt quidam fondamentorum iactus. ¶Solida petra. Quæ est Christus: sicut ipse dixit. Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Idest super me non super te, vt exponit Augustinus. Non enim petra super Petro, sed Petrus super petrã: petra autem erat Christus. Hoc est quod dicit Apostolus. In ipso summo angulari lapide Christo Iesu in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino in quo.& uos cobædificamini in habitaculum Dei in spiritusancto. ¶Expandit. Idest dilatat. Hic laus est vrbis ab amplitudine. ¶ Riphæa cacumina. Quæ in summo Aquilonis sunt ultra Scytiam ubi dicitur esse uertex cœli altissimus, qui Polus Artichus dicitur, per quem intelligit, & Antharticum sibi oppositum, qui descendit ad Austrum. Est ergo perinde ac si dixisset a summo vsq; deorsum per totum orbem latera huius urbis extenduntur, nam in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. ¶Nam regi magno Christo Domino. Antipophora est. Idest tacitæ obiectionis responsio. ¶Susceperit illam. In sponsam repudiata ueteri Synagoga. ¶ Agnoscetur. Non tantum à fidelibus ex Iudaismo conuersis, sed & à reliquis gẽtibus per Apostolorum prædicationem; unde cum prius diceretur notus in Iudea Deus: modo dicetur notus ubiq; Deus. ¶ Cernent. In præsenti oculis Fidei, sed tanquàm per speculum in ænigmate. Vel in futurum cum eam Ecclesiam in cęlum susceperit coronandam: tunc fiet quòd dicitur hic, quia uidebimus eum clarè sicuti est, & sunt verba Apostoli. ¶Notans. Idest cognitus & approbatus à Deo. ¶ Sciam. Idest cognoscam Deum. Verba Apostolis hæc sunt: tunc cognoscam sicut & cognitus sum: aliquantisper more poetico alterata. ¶ Millitat. Nam Ecclesia triumphans, & millitans vna & eadem est, sed pro parte est in cœlis respectu capitis ibi residentis, & qui cum eo sunt sancti; pro parte hic in terris vsq, ad diem iudicij respectu electorum modo existentium & futurorum: de quibus dicitur millitia est vita hominis super terram. Habemus enim continuam pugnam aduersus hostes, carnem, mundum, & demones ideo subiungit. ¶Altis indiget aggeribus. Qui sunt virtutum agregationes. ¶Mœnia firma. Quæ sunt Angelicæ custodiæ & diuinæ protectiones; de quibus in alio Psal. dicitur Montes. Idest Angelum circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. ¶Ecce hic ponitur persecutio Ecclesiæ Dei ab initio sui, sed ostenditur portas Inferi non præualuisse aduersus eam ex diuina protectione, & angelica custodia bene fulcitam & munitam. ¶Reges terræ. Tres uidelicet Herodes. ¶ Exercitus ingens. Romanorum ceterarumq; gentium exterarum, qui vno impetu in diuersis mundi partibus persecuti sunt Ecclesiam Dei prohibentes nomen Christi Iesu prædicari. ¶Horrida castra. Idest impetuosas & metuendas persecutiones propter omnium genera tormentorũ, que Christi millitibus inferrebantur. ¶Eductas. Eleuatas moles virtutum & maximè fortitudinis & sapientiæ. ¶Obstupuere, desperantes à recta fide illos posse deijcere: vnde bene dicebat Dominus in Euangelio. Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestri. ¶ Commoti. Partim ad pœnitentiam, & partim ad sæuitiam. ¶Turbata pectora. Aliquibus de peccatis præteritis, sicuti Paulus, qui dicebat non sum dignus uocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei: aliis de regiminis populi amissione sicut dicitur Herodem fuisse turbatum: & omnem Hyerosolimam cum illo; sic & turbata fuerunt pectora sacerdotum & principum populi audita ressurrectionis prædicatione per Apostolos post receptam Spiritus sancti gratiam, & visis miraculis quæ per manus eorum fiebant. ¶ Tremor. Pœnæ eternæ quo ad conuersos; iacturæ regni & regiminis quo ad malos, & propter hoc ante necem domini dixerunt. Venient Romani & tollent locum nostrum & gentem. post Ascensionem & dixerunt Apostolis adductis in concilio. Vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. ¶ Ira grauis. Herodis, vt in Ecclesiastica historia. ¶Inq; uicem. In conciliis supradictis conferentes quidnam essent acturi. ¶ Vrbem. Idest Ecclesiam, fidelium collectionem innumeram. vt Actuum.v. dicitur. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo uirorum ac mulierum. ¶ Prædicat omnis. Ad fidem Christi conuersus. ¶ Turribus excelsis Humilitatis & chastitatis. ¶ Quam magnum. Hic agit gratias Deo patri de missione filij primo in mortalitate suscepta, deinde immortalem facto in sacramento Eucharistiæ ¶ Pietatis opus. Christum, certissimum diuinæ opus misericordiæ. ¶Ex bonitate tua. non enim (vt ait Paulus) ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed ex sola misericordia saluos nos fecit. ¶Medio templi. Præsentatum à matre & susceptum a Symeone in vlnis, quando cecinit. Nunc dimittis seruum tuum in pace, &c. Sic & modo in Eucharistiæ Sacramento à Sacerdotibus in

A

Expanditq; latus Riphæa cacumina ad vsq;;
Nam regi magno magna paranda fuit.
Est Deus hac media vt dominus regnator in vrbe:
Septra tenens solio celsus in arce sedet.
Huius & in domibus tunc cum susceperit illam
Agnoscetur: erit notus vbiq; Deus.
Tunc inuisibilem cernent mea lumina: aprehendent
Incomprehensibilem: notus & ipse sciam.
Dum tamen in terris stat adhuc & millitat, altis
Indiget aggeribus, mœnia firma petit.
Ecce etenim terræ reges, exercitus ingens
Conuenere, locant horrida castra simul.
Nam miranda vrbis cum nuntia fama tulisset
Fundamenta iaci, mœniaq; alta dari.

B

Aduenere citi: sed sydera ad vsq; videntes
Eductas moles obstupuere nimis.
Tunc sunt commoti, turbataq; pectora eorum
Per grauis aprehendit cordaq; & ossa tremor.
Parturientis vti duros sensere dolores.
Contriuit naues tharsis vt ira grauis.
Inq; vicem dicunt: tulerat ceu nuntia fama
Vrbem in conspectu lumina nostra vident,
Hæc est vrbs Domini virtutum prædicat omnis.
Hæc sunt hæc nostri mœnia sancta Dei.
Hanc Deus æternum Deus hanc fundauit in æuum:
Turribus excelsis & stabiliuit eam.
Quàm magnum pietatis opus, cœlesteq; donum.
Misisti donum hoc ex bonitate tua.
Inq; tui templi medio suscepimus illud
Cuncta quod exuperat spirituale bonum.

Matth.2.
Act.3.24
Act.5.

C

D bus in manu corde, & ore suscepitur, populisq; ministratur. ¶Cuncta. Bona. ¶Exuperat. Nihil enim melius est Christo domino, sicuti de eo canit Ecclesia se nascens dedit socium: conuescens in edulium: se moriens in pretium: se regnans dat in præmium. ¶ Nec immerito. Cum nihil habeamus quod Domino per tantis beneficiis rependamus, saltem debemus illum laudare, non quòd is egeat nostra laude, sed vt gratos erga illum nos ostendamus. ¶ Laus tua. Quæ vbiq; in diuinis cantatur officiis. ¶ Latum nomen. Idest virtus nominis tui, quæ est salus mundi. Iesus quippe saluatorem significat neq; enim est aliud nomen (ait Apostolus) sub cœlo datum, in quo oporteat nos saluos fieri. ¶Munificum. Idest liberalem donans filium, quomodo cum illo non omnia nobis donauit? vt ait Paulus quin & seipsum, quo nullum maius donum esse potest. ¶Iustitia. Qua vocatos ad fidem licet impios iustificasti, & iustitia abundant plusquam scribarum & pharisæorum. ¶Syon. Vnde doctrina fluxit euangelica: vel Syon. Ecclesia contemplationi dedita diuinæ: siquidem Syon speculatio interpetratur. ¶ Natæ Iudæ. Idest actiuorum confitentium Deum Ecclesiæ: nam Iudas confessio interpretatur, dicitur autem mons Syon in singulari propter altitudinem circa illud vnum, quod dixit dominus Marthę esse necessarium, ideoq; vt optimum electum fuisse à Maria. Filiæ autem Iudæ in plurali propter multas actiuorum occupationes circa quas quamplurimum vt Martha sollicita perturbantur. ¶Hæc iudicia. De Iudæorum excecatione pro parte donec plenitudo gẽtium intraret. ¶Alta. Idest profunda, & abscondita nobis, tametsi iustissima: vnde Paulus exclamat. O altitudo diuitiarum, &c. ¶Populi. Ex gentibus conuersi, vt ab ea salutis æternę verbum audiatis euangelicum. ¶ Amplectimini. Mutua charitate temporalia bona vestra illis ministrantes, à quibus spiritualia recepistis. ¶In suis turribus. Idest publicè, Loquitur secundum morem illius regionis, in qua ex turribus altis præconizantur quæ publicè sunt annuncianda. ¶Acta Dei. Idest miracula in vostra conuersione facta, & maximè spiritussancti dona in uos sicut & in discipulos visibiliter inmissa, per quæ, & diuersa linguarum recepistis; sicut ex circuncisione fideles. ¶ Inclinatę ò vos Christifideles, aures cordis uestri monitis salu-

E bribus meis. ¶Vt pectora uestra. Dono fortitudinis. ¶ Plena imitentur virtute eius. Domini vestri, in euangelii prædicatione côstanter. & absq; metu alicuius. ¶ distribuant pauperibus domos. Idest bona. Tropus me omnia, continens per contento. Hæc autem fiebant in initio Ecclesię,

Act. 2. nam erant illis omnia communia vendites quippe substantias afferebant pretia ad pedes Apostolorum, qui per vii. Diaconos à se electos ministrabant vnicuiq; prout opus erat. ¶Vel distribuant domos idest Ecclesias diuersarum urbium propriis Episcopis, & Sacerdotibus assignent redendas. ¶ Altera progenies. A vobis successura per Baptismum generata. ¶Natis suis. Spiritualiter verbo, vel baptismo genitis, & sic fiat de generatione in generationem vsq; ad finem sæculi. Hoc est autem quod debent patres filiis, & deinceps prædicare quod ¶Hic Iesus Christus est Deus noster per specialem cultum, & quia se dedit nobis & pro nobis. ¶Omne tempus. Præsens, præteritum & futurum. ¶Ipse nos reget. In præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam, ad quam nos adducat ipse D. N. Iesus Christus, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum.

Vnde nec immerito terras diffusa per omnes
Laus tua ceu latum est nomen in orbe tuum.
Munificum tellus sic te commendat & omnis:
Iustitia namq; est dextera plena tua.
Mons lætare Syon: natæ lætentur Iudæ
Iudicia hæc propter magnaq; & alta Dei.
Circum ambire Syon populi amplectimini & illam:
Narrate inq; suis turribus acta Dei.
Inclinate precor, virturem imitentur vt eius
Pectora vestra: domos distribuantq; suas.
Altera progenies vobis narrantibus ista
Audiat & natis prædicet illa suis.
Noster in æternum Deus hic, Deus estq; per omne
Tempus: in æternum nos Deus ipse reget.

QVæ loquor o gentes, &c. Inuehitur psalmista contra potentes huius sæculi, & mundi amatores, ostendens quæ sit futura bonorum retributio, quos illi opprimunt; & quæ eorum pœna æterna ut à malo absterreat metu pœnæ: & exhortatur ad patientiam oppressos spe præmii: quoniam hæc est alta materia ideo exorditur ab auditorum attentione captata dicens. ¶O gentes. Idest gentili more viuentes. ¶ Salubria. Scilicet verba vel consilia si audieritis, & audita opere feceritis, Non enim (vt ait Iacobus) auditores legis sed factores iustificabuntur: similiter & saluator loquit, qui audit verba mea & facit ea, est similis ædificanti domum suam supra petram, quæ ab irruente vento flumine uel pluuia impelli non potest. ¶Spretus obesse. Namq; ignorans ignorabitur, quod maxime intelligitur de his qui potuerunt edoceri, & noluerunt intelligere vt bene agerent, de quibus Dominus conquęritur. Sapientes sunt vt faciant mala, bona uero facere nesciunt. ¶Habænas. Idest gubernacula, translatio ab equitibus. Signat autem Imperatores, Reges, Principes, cæterosq; mundi rectores, qui

F sicuti dignitate præeminent, ita & sapientia, iustitia, reliquisq; virtutibus cum timore Domini in vitæ suæ regimine populos sibi subditos antecellere debent, propter exemplum probitatis exhibendum: nam vt plurimum qualis rector, talis & populus. ¶ Percipite. Non tantum aure corporis, quam mentis. ¶Cordi figite. Vt in continua meditatione habeatis. ¶Terrigenæ. Non gigantes fabulosè ex terra genitos intelligit, sed terrenarum amatores rerum & terrena tantummodo sapientes, qui pro solis rebus terrenis, quibus inhiant credunt se genitos esse: qualis erat ille diues euangelicus qui dicebat: Anima mea habés multa bona, &c. & diues epulo, qui epulabatur quotidie splendide: nec non & Pharisæi Dominum irridentes, quia erant auari, dum contra diuitias disputaret. ¶Nariq; hominum. Idest ratione vtentes. Nam homo est animal rationale. ¶ Diues. Qui pauperem spernis confidens in incerto diuitiarum tuarum, quas tecum ad Inferos præcipitatus ferre non poteris. ¶ Inops. Qui ex diuitum contemptu & oppressione grauatur, ideoq; mœres præsentem illorum felicitatem intuens & tu uitam non considerans beatitudinem tuam. ¶Eloquiu. Elloquentes enim

ODE XLVIII. EX PSALMO XLVIII.
Magnus Dominus.

QVæ loquor ò gentes audite salubria vobis
Expediens sermo sprætus obesse solet.
Orbis & immensi quicunq; tenetis habænas:
Percipite: & cordi figite verba mea.

viri li-

Terrigenæ natiq; hominum paulisper adeste
Auribus attentis diues, inopsq; simul.
Elloquium sapiens nostro manabit ab ore.
Cordeq; prudenti iam meditata loquar.
Inclinata meas venientq; parabola in aures:
Psalterio pandam propositumq; meum.
Cur me seua dies, tetra & caligine mersa
Terreat? inq; mala cur trepidabo die?
Calcis iniqua mei totos tunc ambiet artus
Impietas; talos defluet vsque meos.

viri libenter audiuntur: vt Ciceronem Cęsar, qui regem quendam damnare disposuerat, tamen vt uidit Ciceronem pro illo oraturum dixit accusatoribus. Statuta est condemnatio, tamen Ciceronem audiamus. ¶Sapiens. Hoc est eloquentiæ neruus. Nam & si sapientia sine eloquentia parum prosit non tamen nocet: eloquentia uerò sine sapientia semper nocet, similatur enim gladio in manu furiosi. ¶Inclinata. Hypallage est. Hic enim est sensus: inclinatæ erunt aures meæ in parabolam ad intelligendum illam per humilitatem; paruulis namq; idest humilibus placet Deo reuelare ea, quæ à sapiētibus superbis & prudentibus clatis abscondit. Est autem Parabola (teste Hyeronimo) rerum natura discrepantium sub aliqua similitudine facta comparatio. Item parabola græcè occulta est, similitudo latinè. ¶Psalterio. Idest illo musico instrumento, uel in psalmis. ¶Propositum. Idest propositionem meam. Est autem propositio prima argumenti pars, per quam deinde venitur ad intentam conclusionem, vel ea oratio quam aliquis intendit probare respondendo his quę contra obiiciuntur, qualis est hæc. ¶Cur me seua dies scilicet iudicij extremi, quę malis ad infernum damnatis videbitur crudelis; sed tamen & iustis nihil boni de se præsumentibus videtur formidabilis, vnde & propheta dicit. Dies illa dies iræ, dies tribulationis & angustie, addit Ecclesia: dies magna & amara valde: & con iustus vix saluabitur, & ego vbi apparebo? ¶Tetra. Idest obscura dicitur propter illud Euang. Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit, dicitur tamen dies propter operum, & operantium manifestationem: Nam vt ait Paulus oportet omnes ante tribunal Christi manifestari vt recipiat vnusquisq; prout gessit, & alibi Tunc (ait) quale fuerit vniuscuiusq; opus apparebit. ¶Impietas iniqua calcis. Idest calcañei mei idest finalis vitæ meæ; quia qualis hinc quisq; egredietur, talis in iuditio apparebit vt infra: vel per calcem, quæ est infima pars hominis intelligitur carnis lapsus ex infirmitate proueniens, in quam omnis homo ab adolescentia sua pronus est. ¶Ambiet. Idest ad modum vestimenti circundabit, & defluet vsq; ad talos. Sensus est. Scis quare ego timeam diem iudicij? quia tunc peccata mea sicut vestimentum operient me; vnde & alibi dicit. Sicut diploide induantur confusione sua. ¶ Si mihi. Nunc arguit de minori ad maius, & planus est sensus. ¶Immemores. Propriæ infirmitatis, nam quid est homo nisi vermis, puluis, & cinis, mancipium mortis? sicut dixit Adæ Dominus. Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris. ¶Virtute. Idest potestate temporali in se, & amicis suis: hi sunt superbi contra quos clamat propheta. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit brachium carnis suæ auxilium suum. Et: nolite confidere in principibus, neq; in filiis hominum, in quibus non est salus. ¶Opum intactarum. Quibus propter nimiam affluentiam non indiguerunt. Vel præ nimio habendi amore tangere non ausi sunt; & sic duo genera tanguntur diuitum, primo illorum qui diuitiis abundant, & affluunt delitiis, qualis erat diues epulo; & illorum qui præ auaritia partis parcunt & carius, gratiusq; intuentur aurum, quàm solem; vel (& hæc est idolorum seruitus.) Hi pro Deo aurum colunt; illorum Deus venter est; neque enim credunt futuram bonorum præmiationem, aut pœnam malorum, sed mortuo corpore credunt & animam extingui, nullum inter pecus & hominem discrimen arbitrantes. At si qui sunt, qui futuram

Sophon. 1.

Si mihi terribilis memoriq; nouissima mente
Versanti? cur non horrida fiat eis?
Qui propria immemores fidunt virtute, vel illis
Quos intactarum gloria mulcet opum.
At si nec frater redimet: neq; proximus vllus
Quomodo opes redimentautem alienus homo?
Qualis enim quisq; egreditur de carcere cæco,
Tunc apparebit talis & ante Deum.
Munere quoue Deus placabitur illius ergo?
Omnia qui donat, munera nulla capit.
Quo fieri pretio poteritue redemptio digna?
Quem pretio flectas non Deus est, vt homo.
Dat prætium rebus: prætio neq; penditur vllo.
Est æquus iudex; recta statera sua.

credant vitam hi existimant ex diuitiis post se relictis ab hęredibus adiuuari, sed vt plurimum falluntur quia potius grauantur quam releuentur, ex materia deliquendi quàm illis relinquūt: vnde beata Lucia bene monebat matrem, vt viuens opes pauperibus dispensaret, non quando eas secum ferre non posset, ideoq; distribuendas mandaret. Adde quod omnes diuitum hæredes vt plurimum sunt infideles; nec pro releuatione defuncti quicquàm volunt errogare; sed dicunt: Durus de duro iaceat sub lapide duro: per se nō fecit: sed nec ego facere curo. Sint (finge) fideles, in opera misericordiæ distribuant opes relictas, adhuc illis non proderit nisi egredientes de hac vita tales esse meruerint, vt post mortem futura sibi essent proximorum bona profutura. ¶Frater redimet. Vel quia nollet pro illo benefacere. Hiere. 9. vnusquisq; à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo nō habeat fiduciā, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Vel quia non poterit etiam si vellet: nam in Inferno nulla est redemptio. vnde & Prouer. 6. dicitur. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquàm precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima; Tunc etiam fatuis virginibus oleum petentibus respondebunt sapientes. Ne forte nō sufficiat nobis & vobis, &c. ¶Vel frater. Idest D.N.I. Christus, qui primogenitus est in multis fratribus, & qui dicet illis in ea die. Amen dico vobis nescio vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, & ite maledicti in ignem æternum. ¶Proximus. Qui forsan dicet illi: amice recordare quia recepisti bona in vita tua, &c. ¶Alienus homo. Idest extraneus, qui nec illum cognoscet & propterea de eo minime curabit vel alienus. Idest pauper spiritu & virtuti deditus, quem diues dum in delitiis viueret alienum à se fecerat. ¶Qualis enim. Est dictum Grego. 25. dist. c. qualis. ¶ Illius ergo. Scilicet propter illum peccatorem redimendum. Ergo hic aduerbium est, & ponitur pro causa, vltimaq; illius syllaba circunflectitur: quandoq; est illatiua conjunctio, & aliquando inceptiua indignationi conueniens. vt Aug. Cæsar. Ergo ne supremis potuit vos improba uerbis, &c.

Nonnumquàm

Adde quòd immensosit qui præponderet orbi
Et super æthereus spiritualis homo.
Ergo laborabit sine fine reductus ad orcum,
Mortuus in finem viuet adhucq; labor.
Non etenim vidit sæclo dum viueret isto
Hanc pœnam fœlix, interitumq; suum.
Causa mali fuit errorum ignorantia mater
Cunctorum: sed nunc experiendo sciet.
Fallebatur adhuc viuens sed imagine falsa
Quod sapiens moritur sicut & insipiens.
Sed licet ex seclo par vtriq; sit exitus: ad quem?
Non tamen ambobus terminus vnus erit.

D Nonnunquàm hortatiua, vt ergo age chare pater, &c. vide Seruium grammaticum super illo verbo. Illius ergo venimus, &c. ¶Vt homo. Sicut auarus quispiam iudex, cui muneribus oculi sæpissime eruuntur. ¶Dat prætium. Color rethoricus, qui dicitur traductio: nam idem verbum crebrius positum est, nec animum lectoris offendit, sed concinniorem reddit orationem. ¶Statera. Est allusio ad Beati Michaelis picturam, quem canit Ecclesia constitutum esse à Deo iudicem super animabus suscipiendis. ¶Præponderet orbi. Nam magis vna valet anima quàm totus mundus: vnde Dominus in Euang. Quam commutationem dabit homo pro anima sua! & quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? ¶Spiritualis homo. Idest anima, quæ & spiritus est. ¶Super æthereus. Idest plusquam cœlestis: dignior est enim anima, pro qua mori voluit Christus, quàm æther, & omnes cœli. ¶Ergo. Illatiue, & conclusiue, quia si se dum viueret eleemosynis nō redemit, nec ab aliquo poterit redimi. ¶Laborabit. Sine fructu in sustinendis cruciatibus. ¶Mortuus. In peccatis, vel in Inferno sepultus, qui dicitur mors secunda. ¶Viuet adhuc. Scilicet post resurrectionem, vt anima simul cum corpore crucietur: sicut habetur in Euang. Ite maledicti in ignem æternum. ¶Non vidit. Idest præuidit tamquàm prudens, qui de futuris cogitat. ¶Dum viueret fœlix. Secundum suam extimationem, cum in veritate esset infœlicissimus. ¶Ignorantia. Hoc est dictum Tolle. Concilij. xxxviii. dist. c. 1. ¶Experiendo. Scilicet pœnam. Nam qui insipiens fuit in culpa sapiens erit in pœna. ¶Sicut & insipiens. Hæc est disputatio quam facit Ecclesiastes ij. c. vbi quærit si stulti,
E & sapientis vnus est interitus, quid prodest quòd maiorem sapientiæ dederit operam, & responde vt infra. quòd secundum carnem similis est interitus, non secundum spiritum. ¶Ad quem supple tendunt. Sicut de Lazaro dictum est qui portatus est ab angelis in sinu Abraæ; & diues sepultus est in inferno. ¶Non similis. Quantum ad animam vt dictum est. ¶Studiū. Est vehemens animi applicatio ad aliquid agendum. Stulti quidem voluptatibus student, sapientes vero virtutibus. ¶Mores του μεσου. Nam boni & mali sunt frequentes hominum actus, vnde mores constituuntur. ¶Vita. Idest vitæ cursus. Nam horum per delitias, illorum vero per calamitates & miserias. ¶Exitus. De hoc mundo; quia bonorum est alacer, malorum autem mæstissimus. Vnde hi Syrenæ morienti, illi Cygno comparantur. ¶Dispar iter. Vnius sursum, alterius deorsum. ¶Virtus. Scilicet patris æterni, qui est Christus. ¶Relictæ opes. Sic & Iob ait. Diues cum dormierit nihil afferet secum, & alibi. Nudus de ventre matris exiui, nu-
Iob. 27. dusq; reuertar illuc. sic & Apostolus. Nihil intulimus, in hunc mundum: haud dubium quia nihil inde auferre
c.1.Ti.6. possumus. Est enim Mundus quidam malus hospes, qui nos alacriter excipit & multa promittit, & tandem nudos expellit. ¶Externi, Ecclesiastes 6. Est aliud malum quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem vt comedat ex eo; sed homo extraneus vorabit illud. ¶Crediderant. Sic & in Euang. Stulte hac nocte morieris, & quæ parasti cuius erunt? ¶Fruentur. Vnde dicitur. Labores impiorum iusti edent. ¶Alta palatia. Econtra religiosus quidam in terra domum effoderat ad mensuram corpusculi sui dicens se iam etatem peregisse. Sic & Diogenes in dolio habitans ligneo quærentibus cur domum sibi non fabricaret, respondit se non esse uicturum nisi vsque ad centum annos; ideoq; pro tam modico vitæ spatio tantæ molis opus aggredi nolle. ¶Tabernacla. Dicit eorum palatia per contemptum, quasi in his militauerint, paululumq; hospitati fuerint. ¶Turbine. Belli, uel alterius uastitatis. ¶Extet honos. Idest duret etiam post mortem fama sicut. Herculis, Aeneæ, Achilis, Socratis, Aristotelis, Iulij Cæsatis, & Augusti, Alexandri Magni, cæterorumq; gentilium, & maximè Romanorum, qui adeo hac fama, seu potius inani gloria delectabantur, ut uitam ipsam libentissime pro ea acquirenda profunderent. ¶Suis terris. Non tam in toto mundo: unde ait Boetius. Nec fama Ciceronis peruenit vsq; ad Caucasum, nec Ouidij usq; ad Græcos, quamuis dixerit. Iamq; opus exegi quod nec Iouis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum: nec edax abolere
F uetustas. Sed multo sanius est muta laude humana in libro uitæ describi, & uniuerso cognitus esse cœlo, ubi iustorum nomina in perpetuum uiuent, & fulgebunt sicut Sol in conspectu Dei, quàm in terra descriptos esse ubi secundum pro-
Hyer.16. phetam soli recedentes à Deo scribentur. ¶Vestra. Vox est Chrisostomi tales huius inanis gloriæ cupidos reprehēdentis; is enim dicit. O stulti quid uobis prodest post mortem ista memoria, si ubi estis torquemini & ubi non estis laudamini. ¶Heu homo, &c. Hic poeta dolet & compatitur miseris peccatoribus, qui humana dignitate amissa, qua ad imaginem Dei, & similitudinem facti sunt, & ut præessent cæteris animantibus, & uita demum fruerentur æterna, propter uoluptates assequendas, & temporales delitias transformati sunt quodammodo in bestias, ut potè ratione postergata ferinis moribus utuntur, & in internum labuntur interitū. ¶Pulcher

Stultus in Infernum insipiensq; à morte trahentur,
Egressus sapiens euolat ante Deum.
O miseri cæciq; intellectuq; carentes.
Non similis vobis mors sapientis erit.
Dissimile vt studium, mores, & vita fuerunt.
Exitus est discors: fit quoq; dispar iter.
Ducit ad astra suos virtus post fata: relictæ
Ignotum per iter non comitantur opes.
Externi comedent illas: alijq, vorabunt:
Quos non crediderant, hiq; fruentur eis.
Corporibusq; illis quibus alta palatia condunt
Perpetuæ fient nonne sepulchra domus?
Quæq; tabernacla in longam fixere nepotum
Progeniem; subito turbine quassa ruent.

tima.

Magnificata suis sparserunt nomina terris
Læti post obitum quòd suus extet honos.
Vestra quid, o prodest quòd mundo nomina viuant?
Cum vos Inferni torqueat ignis edax.
Heu homo cunctarum effigies pulcherrima rerum O
Omnia quem propter qui ratione viget.

rima. Quia ad similitudinem Dei est factus, ut dictum est, & in quo relucent omnia creata, Qua propter Microcosmos est appellatus, ut in principio præcedentis psalmi. ¶Quem propter. Subaudi facta sunt. Nam domus propter habitatores fabricatur non econtra; mundus autem est hominum domus. Vnde & Gregorius contra Mathematicos ait. Non homo propter stellas, sed stellæ propter hominem factæ sunt. ¶Ratione. Qua distat à cæteris animantibus. ¶ Prope. Ideo dicit, quia omnium habere memoriam potius diuinum est quàm humanum. ¶Famularentur. Vt in Gen. Faciam (inquit Deus) hominem ad imaginem & similitudinem nostram, qui præsit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestiis uniuersæ terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra, & uere quandiu homo humilis, & obediens fuit Deo subiectus, tandiu subiecta sibi fuere cuncta; hinc est quòd singula quibus ad se uenientibus nomina à primo fuerunt imposita parente. Iustis etiam uiris sæpe legimus feras belluas obtemperauisse: sicut Ant. & Hier. Leones. Cum autem homo per peccatum à Dei defecit obedientia, sic & ab eo rebellauerunt animantia: hinc rectores aliorum attendant: tandiu sibi subditos obedientes fore, quandiu ipsi Dei mandatis paruerint: psalmistæ Dauidis, nec non & aliorum regnum exemplo. ¶ Non intellexit. Ad quem finem fuerat creatus, & quare tot tantaque bona sibi fuerint à cœlesti largitate concessa. ¶Per cuncta. Scilicet opera sua quæ bestialia sunt. ¶Iumentis. Generaliter hic intellige pro quibuscunq; bestiis: alias significat tantum maiora pecora, & ea quibus homines iuuantur in oneribus deferendis trahendisue, & in terræ cultu; sicut sunt equi, muli, asini, cameli, boues, & alia similia: à iuuando dicitur iumentum quasi iuuamentum; quamobrem prima breuiatur, tametsi ab aliquibus per syncopam uel synæresim contracta syllaba non irrationabiliter producatur. ¶ Turpis. Modo. ¶Et excellens. Priusquam rationem à se fugasset: singulis redde, singula. ¶Bellua. Sic & beatus Bernardus ait. Heu quomodo de grege facta est egregia creatura: puto dicerent iumenta si loqui possent. Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. ¶Vrget ad hæc. Vt in mores transferantur ferinos. ¶ Terrenus honos. Qui per ambitionem captatur non uia uirtutis. ¶ Infula sacra. Hæc est Mitra episcopalis ab indignis usurpata. Vnde quidam solitarius cum eam spreuisset post mortem apparuit magistro suo cui dixit, si de numero fuissem Episcoporum, de num. essem damnatorum. Nam ut ait Grego. quid est potestas culminis nisi tempestas mentis? & alibi. Omne quod hic eminet ingentis periculo subiacet ruinæ: hæc uera in his, qui sibi assumunt honorem ut præsint, non ut prosint, hi uero, qui à Deo uocantur tanquàm Aaron exemplo & uerbo in uinea Dei operantes duplici honore terreno, & cœlesti digni habentur. ¶Apex. Idest supræma celsitudo, & de his loquitur, qui tyrannice Imperia sibi usurpant, iustitiam pedibus conculcantes, & de apice iniquitatis imperij apicem occupantes ad apicem iotæ deducunt subditos: quare ad apicem Inferni detrudentur. ¶Leo rugiens. Per audacem superbiam. ¶Equus emissarius. Per luxuriam: sicut ait Hieremias. In domo meretricis luxuriabantur, equi amatores in fœminas emissarii facti sunt. ¶Lupus. Per auariciam. ¶ Asellus iners. Per accidiam seu pigritiam. ¶Canunt. Hi sunt delatores. ¶Magnatum. Idest principum. ¶ Inuida Vulpes. Tangit fabulam Vulpis & Lupi, cuius necem per inuidiã procurauit. vide Aesopum. ¶Sus male lota. Alludit ad saluatoris prouerbium. Sus lota in uolutabro luti, per quã designantur uoluptuosi, & qui per recidiuum in uoluptatum fimo quas reliquerant per pœnitentiam iterum reuoluuntur. ¶Offendiculum. Idest occasio peccati: quia facit eos ruere de peccato in peccatum post posito Dei per contemptum, & hominum; timore propter suam potentiam. ¶Sani mores. Vt qui fuerant humiles, modo fiant superbi unde uulgo dicitur. Honores mutant mores; siquidem malos in bonos laudabile est, sin autem econtra uituperabile est. ¶Vnde bonum. Impinguati enim & incrassati quandoq; recalcitrant. ¶Loquuti sunt. Non pœnitentiæ verba, uel gratiarum actionis. ¶Sed placitura. Quod pessimum est signum suo sibi complacere delicto. ¶Pecudes. Quæ hic pascebantur in pratis deliciarum. ¶Fatuæ. Non attendentes latentum insidias Luporum. ¶Barathrum. Idest profundum, tanquàm de una in aliam pascuam. ¶ Mors pascet. Idest uorabit more uulturis Prometheij inmortale iecur tundentis; nam miseri in Inferno sepulti semper torquentur nec consumuntur, sed ad perpetuas reseruantur pœnas. Vnde quidam ante Inferni picturam hoc distichon annotauit. Hic quæ vita? mori. quæ spes? superesse dolori. Quæ lex? flere licet. quæ causa? superbia licet. ¶ Sub luce maligna. Huius seculi: nã totus hic mundus (vt ait Apostolis) in maligno positus est. ¶In matutino. Diei iudicij post huius vitæ noctem quando in iudiciis aduentu reuelabuntur abscondita tenebrarum & manifestabuntur cordium secreta. ¶Colla præmient. Hoc est quod etiam sapientie 3. dicitur. Iudicabunt sancti nationes, & dominabuntur populis, & in Euan-

Gene. 1.

A

Qui prope diuina complectitur omnia mente
Quiq; Deo similis, viuaq; imago Dei.
Præditus heu tanto cum præfulgeret honore
Et famularentur cuncta creata sibi.
Perditus heu nimium deperditus insipiensq;
Non intellexit: menteq; captus homo est.
Est similis factus stolidis per cuncta iumentis.
Turpis & excellens bellua factus homo.
Vrget ad hæc terrenus honos: regnum, infula sacra.
Atq; magistratus, imperij vel apex.
Hicq; leo rugiens, equus emissarius ille,
Fit lupus iste rapax, hic & asellus iners.
Occ canunt rabido magnatum personat aula.
Inuida ibi vulpes: sus male lota fimo.

B

Hincq; fit vt terrenus honos super additus illi
Quem natura dedit nil sibi proficiat.
Quin obsit potius, nanq; hic progressus honorum
Est offendiculum, materiesq; mali.
Sæpe nouo sani mores mutantur honore:
Tendit & ad noxam, debuit vnde bonum.
Nec post errorem proprium nouere: locuti
Sunt adulatores, sed placitura sibi.

C

Ergo velut pecudes fatuæ ponentur in imum
 Inferni baratrum, mors ubi pascet eos.
Quos pessundederant iustos sub luce maligna
 In matutino sub pede colla prement.
Omnis in inferno spes & ueterascet eorum
 Quamq; spopundit opem gloria honorq; suus.
Non tamen id iustis mecumq; timentibus ista
 Eueniet, sæuam iudiciiq; diem.
Nam cum me Dñs susceperit, inde misertus
 Nos redimet, secum nos & ad astra vehet.

D & in Euang. sedebitis & vos super sedes xij. Iudicantes xij. tribus Israel. ¶ Spes eorum. Quam in temporalibus diuitiis, & honoribus posuerant. ¶ Veterascet. Idest anihilabitur. Nam qđ antiquatur (vt ait Paulus) senescit & prope interitum est. ¶ quanquam opem. Idest illa ops (si dici licet) quam opem. Est autem pulcher loquendi modus, (vt & supra quos pessundederāt iustos) quo antiqui vtebantur, maxime Sulpicius in epistola consolatoria ad Cicer. & in Euangelio: sermonem quem audistis non est meus. Idest sermo quem sermonem, &c. decentius estimant antecedens relatiuo quam verbo congruere. ¶ Non tamen id. Scilicet mali damnationis eternæ. ¶ Timentibus. Quia Deum timentibus omnia cooperantur in bonum. ¶ Ista. Scilicet mala, quæ impiis desripsimus euenturam. ¶ Sæuam diē. Repente timentibus. Timore tamen amorem Domini trahente. Nam sicut seta filum, sic timor introducit charitatem. ¶ Me suscepit. Idest humanam naturam per carnis assumptionem, & hoc primo deinde per gratiam in seruum suum, vltimo per gloriam in ressurrectionem, sicut & promissit. volo pater vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. ¶ Misertus. Vt supra de eo qui incidit in latrones dictum est. ¶ Redimet. Per sanguinis sui effusionem de manu Diaboli. ¶ Astra uehet. In ascensione Domini hoc in sanctis patribus adimpletum est. quando captiuam duxit captiuitatem. adimpletur quottidie in animabus iustorum plenius: adimplebitur in generali omnium ressurrectione, quando corpora sanctorum sicut aquilæ volabunt, & non deficient, & vbicunq; fuerit corpus Domini, illic congregabuntur & aquilæ. Idest animæ sanctorum. ¶ Ne timeas. Hic con-

Ioo.21. solatur infirmos, qui cum beato Iob aliquando conqueruntur de malorum prosperitate dicentes, Quare ergo im-
Hier, 12. pij viuunt, sublimati sunt, confortatiq; diuitiis? & cum Hieremia. Quare uia impiorum prosperatur. Sic & Do-
E minus in Euangelio suos consolatur dicens: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare uobis regnum. ¶ Et inde. Ex oppressione tua. ¶ Magis sit, Supple factus diues enim pascua leonum sunt onagri, uituli marini balenarum; sic & pauperes diuitum: ad hoc enim permittit Dominus pauperum substantiam a potentioribus diripi; quo minor sit eis occasio delinquendi, cum diuitiæ sint spinæ & laquei Diabolici, & quibus maior adsit facultas acquirendi regnum cœlorum, quod pauperibus, & per persecutionem patientibus (domino teste) dandum
Matth. 5. est. ¶ Dilatatus. Prædiorum latifundiis. ¶ Pinguis. Ex direpta pauperum substantia. ¶ Gloria magna. Ex hono-
Lucæ. 6. ribus per ambitionem acquisitis. ¶ Cadet. Per mortem in profundum Inferni. Vnde sapientia dicit: Iudicium durissimum fiet in his, qui præsunt, & alibi. Potentes, potenter tormenta sustinebunt. ¶ Gloria. Quæ in ignominiam commutabitur, sicut dicit Dominus per

Ne timeas igitur Domino quicunq; sub acri
 Nunc premeris, diues quod sit & inde magis.
Cum dilatatus, cum pinguis, gloria magna
 Cumq; domus fuerit multiplicata suæ:
Tunc cadet vt fœnum, nec eum comitabitur ingens
 Gloria; nec secum culmen abibit opum.
Spiritus eius enim fœlices dum reget artus
 Tum benedicetur, tum venerandus erit.
Qui tibi ceu domino, donec benefeceris illi
 Confessurus erit: tunc tibi carus eris.
Si quandoq; manum parcam subtraxeris illi.
 Et malediceris: deinde reiectus eris.
Non tamen iccirco paueas: cito namq; videbis
 Quod suus emoriens spiritus ima petet.
Progenies & ad vsq; cadens penetrabit auitas,
 Nec potis æternum cernere lumen erit.
Cum præfulgeret grandi dotatus honore
 Non intellexit, menteq; captus homo est.
Æquiparatus enim stolidis per cuncta iumentis
 Creditus est similis moribus esse feræ.

Osea. 4. Oseam. Gloriam eorum in ignominiam commutabo, & Ezech. quo pulchrior es descende & dor-
Ezec. 32. mi cum incircuncisis in medio interfectorum. ¶ Fœlices artus. Sua scilicet existimatione non in rei veritate. Nam plerunq; fœlicitas huius sæculi est arrha Inferni iuxta illud Abraę ad epulonē. Fili recordare quia recipisti bona ī vita tua, &c. ¶ Benedicetur. A gnatonibus, & parasitis. ¶ Venerandus. Hominum iudicio, qui ea, quæ foris sunt spectant, non autem Dei, qui corda conscientias scrutatur, hinc primo sæpe contingit, vt id quod altum est apud homines, abhominatio sit coram Deo. ¶ Domino. Tales enim non laudant Dominum nisi in temporalium receptione bonorum, vt Zachari. 11. dicitur. Benedictus dominus diuites facti sumus. ¶ Benefeceris. Pro illo laborando, munera lata
F porrigendo: sic Ecclesiast. Ditiori te ne socius fueris: quid communicabit cacabus ad ol-
Eccle. 4. lam si collliserint confringetur: si largitus fueris assumet te: si necessarius illi fueris spem dabit. nar. ti. bo. & di. quid opus est tibi & cons. te in ej. su. donec exin. te, postea der. te. & ca. su. mo. ad te. ¶ Et cad. pen. vs. ad pro. aui. Nam quos secutus est in culpa sequetur & in pœna. ¶ Aeternum. per in æternum. ¶ Lumen. Scilicet gloriæ diuinæ. Quia illic sunt tenebræ exteriores, & stridor dentium, vt dicit Dominus. ¶ Potis erit. Idest non poterit. Hic & hæc potis & hoc pote decl. Seru. Alij dicunt esse genitiuum huius nominis pos, quod minimè inuenitur nisi in compositione, compos, & impos cætera patent per supradicta est enim repetitio quorundam antedictorum ad maiorem cautellam insinuandam.

NOn vatum vt quondam, &c. Nunciatur in hoc psalmo duplex Christi aduentus. In primo uenit iudicari, in secundo veniet iudicaturus: in primo ueritatem legis euangelicæ sub umbra ueteris latitantem uenit omnibus manifestare, & quæ in figuris sacrificiorum promittebantur, adimplere, vnico & extremo corporis, & sanguinis sui sacramento pro multiplici, uetusta, & umbratili cerimonialium legis Mosaicæ sacramentorum institutione. In secundo præuaricatores euangelicæ legis, & sacrosancti sacrificij sui prophanos ueniet condemnaturus; dicit igitur. ¶ Non uatum. Idest Prophetarum. Sic ordina literam. Deus Deorum, & Dominus non ut condam ore

A

dam ore natum, sed ore proprio, &c. Sciendum est in sacra scriptura Deos in plurali quandoq; sanctos prophetas appellari; vt ostendit ipse Saluator in Euangelio Io. Eos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est: Cum ait egò dixi Dij estis,& filij excelsi omnes. Aliquando iudices populi: sicut in Exodo. Si latet fur applicabitur Dominus domus ad Deos. Idest ad iudices & iurabit. Item in eodem. Ad Deos vtriusq; causa perueniet. Item in eodem. Dijs non detrahes,& his duobus modis intelligitur hic ille terminus Deorum. Aliquando pro Demoniis, & Idolis,qui dicebantur Dij gentium,falso. Scilicet & nuncupatiue tantum, secundum erroneam illorum opinionem; superiores verò participatiue; & quia Dei vices gerunt in iudicando, & futura nunciando, solus tamen per essentiam est vnus verus Deus, & Dominus N. I.Christus qui modo (vt in Math. legitur) aperiens os suum,sicut prius aperuerat ora prophetarum, euangelicam legem promulgauit. ¶Blanda. Non terrificas mortis,& maledictionū comminationes sicut in veteri lege. Nam regnū cœlorum nunciauit,beatitudinesq; partitus est. & meritò, illa namq; fuit lex terroris; hæc autem amoris. ¶Appropiat regnum. Sic cœpit D. Iesus prædicare. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum, quod clausum fuerat hominibus vsq; ad illud tempus, & nota quanto sit excellentior lex Euangeli,quā Moysi: Illa terrenum, hæc cœleste regnum suis obseruatoribus promittit. ¶De medio terræ. Idest de Hierusalem, quam asserunt doctores esse in medio terræ habitabilis super Euang. Lucæ. Exut edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vn. or.quæ descr. primo fa. à Cirino Syriæ præside, cuius pars est Iudæa, vt inde circunquaq; per orbem Imperiale diffunderetur edictum. ¶Ad ortum solis. ¶De Borea. Idest Septentrione. ¶Vsq. mare. Scilicet Australe,seu meridionale. Hanc latissimam legis nouæ prædicationem fecit Dominus per Apostolos suos, eorumq; successores quando mandauit eis. Ite,& annunciate Euangelium om.cre.qui.cre.& bap.su.saluus erit: quod & fecerunt (vt refert Marcus)sicut,& prophetatum fuerat. In omnem terram ex.so.e.

Ioan.10.
Exo. 22.
Matth.5.
Matth.4.
Luc. 2.

ODE XLIX. EX PSALMO XLIX.

Audite.

NOn vatum vt condā; proprio Deus ore, Deorū
Et dominus blanda voce locutus adest.
Voce sua terram præconis more vocauit.
Appropiat regnum (clamat) adeste Dei.
De medio terræ vocem protendit ad ortum
Solis, & occasum de borea vsq; mare.
Deq; Syon eius species perpulchra decoris
Exiliit, toto fulsit & orbe nitor.
Ecce iterum Deus adueniet manifestior orbi.
Fulgure, quo misso fulget vterq; polus.
Ecce Deus noster veniet: nec vt ante silebit.
Quando obmutescens mitis vt agnus, erat.
Eius in aspectu grauis exardescet & ignis
Circum circa illum turbo, procella furens.

B

& in fi.or.ter.ver.eorum, & hic. ¶ Deq; Syon. Sic & Isaias proph. vaticinatus erat De Syon exibit lex & verbum Domini de Hierusalem. Hoc adimpletum fuisse à D. N. I. Christo tam euangelica,quam Apostolicorum Actuū lectio manifestat: & maxime per multas Domini prædicationes factas in templo & Sacramenti Eucharistiæ institutionem in cænaculo, & post ressurrectionem apparitiones in eodem loco, missionemq; Spiritus sancti. quo recepto publicè ad Euangelij prædicationem egressi sunt discipuli, Indeq; per totum orbem dispersi. ¶Eius decoris. Vel D.I. de cuius specie dictum fuit supra in Epithalamio. Vel eius legis euang. de qua in psal. lex domini immaculata conuertens animas,&c. ¶Ecce iterum. Hic de secundo loquitur aduentu ad iudicium. Vide Euang. Matthæi. Tunc plangent omnes tribus terræ,& videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum uirtute multa, & maiestate. &c. Et in cap. sequenti. Cum venerit filius hominis in maiestatem sua; & omnes Angeli cum eo,&c. Ibi vide. ¶Manifestior. Quàm in primo aduentu, quando deitatem sub carne mortali tegebat,& tanquàm agnus ducebatur ad occisionem,& vt ait Petrus; cum pateretur non comminabatur, & cum malediceretur non maledicebat; tradebat autem iudicanti se iniustè. ¶Adueniet. Sic & Angeli discipulis dixerunt. Viri Galilei. qui statis aspicientes in cœlum, &c. Sic veniet quemad.vid. eum euntem in cœlum. ¶ Fulgure. Tangit, quòd dixit Dominus. Sicut exit fulgur ab oriente & apparet vsq; in occidentem ita erit aduentus filij hominis. ¶ Vterq; polus. Articus, & Antarticus, & per consequens Oriens, & Occidens. Nam si in illis apparebit,vnde, & quo non laculabitur: multo magis vnde exiit, & quo mittetor. ¶Deus Omnium per creationem, & gubernationem. ¶ Noster. Per redemptionem, & cultum. ¶Silebit. Coram principibus sacerdotum vinctus,& ante præsidem. Lege dominicam pasionem. ¶ Mittis ut agnus. Sicut & ab Isaia prædictum fuerat. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. ¶ Ignis. Conflagrationis vniuersæ terræ, qui iustos illuminabit, & si quid in eis erit purgandum velut argentum, vel aurum collabontur; malos vero in Infernum comitabitor, & torquebit. ¶ Turbo procella forens. Epexegesis est figura. Nam quid est turbo nisi furens procella? Sic dicta quoniam omnia procellat,& prosternat præcedent autem hæc signa iudicij aduentum: & illa quæ dixit Dominus. Erunt signa in Sole,& Luna,&c. ¶Cœlum. Idest sanctos,qui in cœlo sunt. Quorum Apostoli sedebunt super. xij. sedes iudicantes xij. tribus Israel. Alij verò vt recipiant alteram pro corpore beatitudinis stolam. Vel cœlum. In testimoniū. vt in Deutor: est prædictum. Aduocabo cœlum, & terram in testimonium contra vos. ¶Clangore. Idest sono tubarum. Hoc fiet Angelorum ministerio vt prædixit. D. I. Et mittet Angelos suos cum voce magna, & tuba, & congregabūt

Mat. 24.
Act. 1.
Mat. 24.
Isa. 53.

C

Progrediens iudex cœlum ad seseq; vocabit.
Desursum, & quot quot pulcher Olympus habet.
Horribili terram citat & clangore tubarum.
Omnes restituat quos vt auara tenet.
Surgite defuncti, vos omnes ante tribunal.
Iudicis æterni sistere oportet, ait.
Euomat Infernus quosq; impia tartara claudunt.
Lucifer anteuolet præuius ante Deum.
Discreturus enim populos Deus ipse sedebit,
Separat vt fœtas de grege pastor oues;
Sacrificos illi sanctos adducite: rite
Qui testamentum disposuere suum.

Mat. 24.
Mat. 24.

electos eius à quattuor ventis, &c. ¶Auara. Dicitur tellus per similitudinem, quia corpora defunctorum quæ su

D scepit vsq; ad illud tempus non restituet: sicut auari pecuniam quam semel reposuerunt non expendunt. ¶ Tribunal. Sedes est iudicantis, & sunt verba Pauli: Oportet nos omnes præsentari ante tribunal Christi, vt recipiat

2.C.5.ad Rom.14. vnusquisq; propria vt gessit, & alibi: Omnes astabimus ante tribunal Christi. ¶ Sistere. Idest præsentari. Est verbum iuris. de iudicio sisti. ¶ Ait. Scilicet uox tubæ, vel Angeli ad iudicium vocantis. ¶ Infernus. Sic & in Apoc.

Apo. 20. & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & Mors & Infernus dederunt mortuos suos; & Iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. ¶ Lucifer. Demon principalis, per Antiphrasim. ¶ Sacrificos sanctos. Hi sunt sacerdotes veteris, & noui testamenti. Vnicum namq; & uerum sacrificium corporis, & sanguinis Domini succedit loco uariarum legis antiquæ umbratilium & figuratiuarum hostiarum. ¶ Rite. Id dicitur fieri quod rectum est, & ratum apud Deum; raroq; inuenies hoc aduerbium, nisi in his, quæ circa sacrificia uersantur. ¶ Testamentum suū uetus & nouum: illud à Moyse, hoc ab Apostolis dispositum est: primum sanguine uitulorum & hircorum, secūdum & nouissimum præcioso D. N. I. Christi consecratum est sanguine, & ipsius est morte confirmatum. ¶ Alios prophanos. Idest irreligiosos, & infideles, qui in Christum non credidere uenturum, nec posteaquàm in propria venit eum fide receperunt, & per consequens corporis & sanguinis illius sacramento non participauerunt. ¶ Cum Zabulo. Idest Demone. Interpretatur hæc hæbraica dictio Zabulon. fluxus noctis; de quo in Psal. 90. Qui habitat. A negotio perambulante in tenebris. Est autem dux eorum, qui crassa & affectata ignorantia obtenebrati noluerunt intelligere, ut bene agerent: de quibus dicitur ignorans ignorabitur. & hi sunt sapientes, ut faciant mala, bona autem facere nesciunt. ¶ Ignis æternus. Sic dicit Dominus in Euang. Ite maledicti in ignem æternum. ¶ Cœlis ipsis. Vel materiabus, quia ut dicit propheta. Fient signa in cœlo sursum, & in terra deorsum antequam ueniat dies ille Domini magnus & in Euang. Nam & virtutes cœlorum mouebuntur, & erunt signa in Sole Luna, & stellis &c. Vel de spiritualibus cœlis intellige. Idest sanctis, qui in prædicationibus suis annunciauerunt. D. N. I. constitutū esse à Deo iudicem uiuorum, & mortuorum, & iudicaturum sæculum per ignem. ¶ Audi. Hæc sunt uerba, quæ in principio dixerat Dauid Dominum ore proprio locuturum esse. ¶ Mi. Blandientis

E est, ut captet beneuolentiam. ¶ Populus. Et popule facit in uocatiuo, ut in illis increpationibus canit Ecclesia: Popule meus quid feci tibi, &c. ¶ Aperte. Non per figuras, aut ænigmata ut in ueteri lege & prophetis. ¶ Ipse. In propria persona, & loquitur de utroq; aduentu, non per Moysen, Aaron, uel sacerdotes, aut Scribas antiquos, quorum erat officium contestari populo de Domino, & mādatorum illius obseruatione. ¶ Testificabor. Verbis, & factis. Vt patet in toto ferè contextu Euangelij Ioannis; maxime dicentibus Iudęis. Quousq; animas nostras tollis: si tu es Christus dic nobis palam. Respondit eis Iesus loquor uobis, & non creditis, opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, & si mihi nō vultis credere, operibus credite, &c. ¶ Non fuit, est vel erit. Hic ostendit suam deitatem æternā. Non quòd præteritum tempus, aut futurum sit apud Deum, cui sunt omnia præsentia, & ipse Solis, Lunæ, ac syderum creator, per quæ tempora designantur. ¶ Deus vnus. Sic & Moyses ait. Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est. & Apostolus. Vnus Deus, vna Fides, vnum Baptisma; nam vt in Symbolo Athanasij, quamquàm sit Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritussanctus; non tamen tres sunt Dei, sed vnus est Deus; sicut & in anima nostra quæ ad imaginem Dei est creata, habetur intellectus, memoria, & voluntas, non tamen tres sunt animæ, sed vna est anima. Sic & in lumine, splendor illuminans, adurens ignis, calefaciens & calor, hæ

F tamen similitudines non sunt omnimodæ cum Trinitate, quæ est ineffabilis & incomprehensibilis, quia teste Innoc. 3. ex. de sum. tri. & fi. ca. c. damnamus. Inter creatorem, & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. ¶ Ipse. Et non alius. Non enim est Deus recens D. N. I. Christus sed heri. hodie, & ante secula ut docet Apostolus. ¶ In sacrificis. Concise pro sacrificiis vitulorum scilicet uel hircorum, de quibus in lege ueteri. Cum D. I. se ostenderit vèrum Deum, hic agit de exinanitione ueterum sacrificiorum, & veri sacrificij institutione, cuius illa erant vmbra, & figura. ¶ Semper. Indignatiue intellige, quasi dicat. Tædiosa mihi sunt hæc vestra holocausta. Iudæi enim misericordiam & Iudicium, & quæ grauiora sunt legis relinquentes, solis sacrificiis intendebant, quibus & corpora eorum impinguebantur, & loculi auarorum replebantur; cum tamen scirent ea sacrificia non aliis Deo grata esse, quàm ex offerentum puritate & deuotione, sicut & in Genesi scriptum est. Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius; ad Caym verò non respexit, nec ad eius munera. ¶ Holocausta. Differunt à sacrificiis. Nam hæc trifariam diuidebantur. Adeps enim, & cœtera pinguia Deo cremabantur; pars cedebat sacerdotibus; reliquum erat offerentis, qui ibi in conspectu Domini cum domo sua epulabatur. Sicut de patre Samuelis dicitur in primo Reg. Holocausta vero tota Domino incendebantur; unde & nomen habuit. Dicitur enim holocaustum, totum combustum. ¶ Prophana. Idest prophanata & uiolata per sanguinem innocentum & prophetarum illic effusum, iuxta id, quòd à Saluatore improperatur. Hyerusalem Hyer. quæ lap. pro. & oc. eos qui ad te. mis. sunt, & alibi, donec veniat super vos omnis sanguis iust. qui ef. super ter. a san. Abel iu. vsque ad san. Zachariæ, quem occidistis inter altare & ædem. Profanata etiam per sacerdotum Luxuriam, qui dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad hostium tabernaculi: sicut legitur de duobus filiis Heli primo Reg, & per rapinas quæ ibi tamquàm latrones committebant; vnde Hyer. eos redarguebat dicens. Nunquid domus mea spelunca facta est latronum; sic & D. I. in Euang. Scriptum est. Domus mea

Ast alios procul ò procul esse iubete prophanos?
Cum Zabulo æternus deuoret ignis eos:
Hæc sua iustitia à cœlis narrabitur ipsis,
Nam Deus est iudex nec latet vllus eum.
Hunc tamen ante diem propria nos voce monebit,
Ergo attendamus dultia verba sua.
Audi mi populus, tecumq; effabor aperte.
Israel ipse tibi testificabor ait,
Non fuit, est, vel erit sine me Deus vllus in orbe,
Sum Deus vnus ego, sum Deus ipse tuus.
Non in sacrificis mea te vox arguet vltra,
Ante oculos semper sunt holocausta meos.
Iam non accipiam vitulos ex æde prophana.
Æde mea quondam, nunc tua facta domus.
Deq; tuis gregibus pingues quos offeret hircos,
Non erit vlterius victima grata mihi.
Nempe meæ quæcunq; ferę conduntur in atris
Syluarum lustris: quæq; per antra latent.

mus mea

mus mea do. or. vo.uos au.fe.c sp. latronum. Vnde subdit. ¶Tua facta domus. Hoc est tuæ deseruiens auaritiæ. ¶ Deq; tuis gregibus. Ordo est. victima sumpta de tuis gregibus hircorum, quos hircos quispiam offeret non e. vl. gra.mihi. Hic loquitur de voluntaria sacrificij oblatione. Supra de eo quod ex Leuitici præcepto tenebantur offerre. ¶ Nempe meæ, Supple sunt, Hic ostendit se nolle eorum victimas, quia non indiget. sicut & alibi hoc fatetur propheta. Domine bonorum meorum non indiges; nec mirum: nam Domini est terra, & vniuersi qui habitant in ea. Vide sup. in Psal. Omnipotens tellus. ¶Lustris. Idest lutosis, & tenebrosis habitaculis: alias lustra sunt propinæ & lupanaria, quasi luparum, hoc est meretricum auararum habitacula. Dictum est etiam lustrum quinquennalis purgatio vrbis, Nunc ut plurimum pro quinquennij spatio accipitur. ¶Sunt mea. Est Mesozeugma. ¶Volantes, Idest volucres cœli, quæ per aera volitant. ¶ Species. Idest pulchritudo. ¶ Fertilitas. Idest fructuum abundantia. ¶Nunquid ego uescar. Qua si dicat, Naturæ meæ hoc repugnat. Deus enim spiritus est, ideoq; corporalibus nō indiget escis. ¶ Potus erit. Quasi dicat: Non legant hanc infideles Iudęi apertissimam de sacrificiorum mutatione prophetiam. ¶Sacrificato, Hic ponitur nouæ legis institutio Sacramenti, quod immolatur cum laudibus diuinis. Nam hoc uerbum Immola positum à psalmista quod est hostiarū proprium metrum non capit; propter breuem syllabam intra duas inclusam productas. Dicitur autem in Imperatiuo modo, quia D. I. in Institutione huius sacramenti præcepit ut in suā fieret commemorationem. ¶Pacifica. D. I. qui est pax nostra, quiq; nascens pacem tulit, pacificauit & ea, quæ sursum sunt, & quæ deorsum. ¶Hostia grata. Pro nobis in ara crucis Deo patri oblata. sicut ait, Paulus. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, & paulo supra. Cœlestia (inquit) melioribus hostiis, quàm istis antiquæ legis sunt mundanda: de quarum oblatione meliorum nunc agimus. ¶Ne tardes, Quia mora in talibus est nociua. Nam qui non est hodie, cras minus aptus erit, & melius est non uouere, quàm post vota non reddere. ¶Munere. Adoptionis in filium Dei. quæ fit in Baptismo & hoc quo ad omnes Christi fideles: uel munere susceptionis sacrorum ordinum, quo ad clericos; uel professionis quantū ad religiosos. ¶Optaras. Non enim nisi uolentibus, & per se aut per alios desiderium manifestantibus prædicta munera conferuntur. ¶ Vota tua. Renuntiationis Diaboli, & pomparum eius; In Baptismo. Castitatis; In ordinis sacri susceptione. Paupertatis, obedientiæ & castitatis; In professione religionis. ¶Tunc. Si prædicta vota compleueris, in nouæ legis sacrificio. ¶Implorabis me &c. Implorabis ideo dicit, quia oratio Deum tangit, & lachryma pungit, eleemosina vero perungit, & ad exaudiendum perurget. ¶Ingruerit. Idest cum impetu venerit. ¶Eripiam. Hoc sacrificij præmium, & fructus. ¶Meritas grates, Pro liberatione tua. ¶Munia. Idest officia & obsequia, Monoptoton: est nomen; vndè immunis, qui ad nulla publica obsequia uel onera tenetur. ¶Ora. Optima est concordia cordis, manus, & vocis. Si quod bonum corde creditur, autem concipitur, ore profertur, simul & manu operatur. ¶At peccatori. Præuidens D. I. malos sacerdotes futuros in Ecclesia sua qui pollutis labijs, & turpi vita, manibusq; impuris non verituri essent Sanctum verbum suum, sacrosanctumq; Eucharistiæ nouiter instructæ sacramentum tractare increpat, & comminatur eis acerrimam pœnam si in malo perseuerauerint; nec immerito, nam si impuri sacerdotes veteris legis irrationabilium pecudum sacrificia indignè tractantes reprobati sunt, quanto magis reprobandi & acerbissimè puniendi erimus nos, si indignè corpus, sanguinemq; Domini tractauerimus, quæ rationabilis diuinaq; est hostia, & beneplacendo. ¶ Nec facis. Tales erant Scribæ & Pharisei; de quibus dicit Dominus: super cathedram Moysi sederunt scr. & pha. om. er. quæ, dix. scr. & fa. quæ autem fac. nol. fac. dicūt enim & non faciunt: tales reprehendit etiā Apostolus dicens. Qui alios doces te ipsum non doces. ¶Iustitiam meam. Euangelicam scilicet: nā Euangelium prædicatur & in Missa quandoque à malis legitur sacerdotibus. ¶Testamentum, vetus & nouum, Nam tametsi duo videantur, vnum tamen est recte intelligentibus; quia nouum in veteri continetur, & qui vetus in nouo clarius exponitur. Nam quid est vetus testamentum nisi figura noui? & quid est nouum nisi sana ueteris explicatio? quæ res figurata est ab Ezechielis visione de rota in medio rotæ, quæ à sanctis trahebatur animalibus: vnde & D. I. in Euangelio inquit: Bonus pater familias idest prælatus, vel prædicator, profert de thesauro suo noua & vetera; de thesauro ait, non de thesauris, vnus enim est totius sacræ scripturæ thesaurus. ¶Sanctificaui. Sanguine meo. ¶Polluto ore. Hoc metuens Isaias dicebat, ve mihi, quia vir pollutus labiis ego sum. Non enim est preciosa laus in ore peccatoris. ¶Disciplinam. Idest meā, & superio-

A

Quiq; boues errant, iumentaq; montibus altis:
Sunt mea quæ campis, quæq; mouentur aquis.
Cognoui esse meas liquidum per inane uolantes.
Est species mecum fructus, & omnis agri
Si tamen esuriam (quod non est fabile dictu)
Pauper homo dicam num tibi, pasce Deum?
Orbis enim meus est, quæq; inueniuntur in illo
Sunt mea: concessi nonne ego cuncta tibi?
Numquid ego uescar taurorum pinguibus extis?
Hircorum ue cruor num mihi potus erit?

Luc. 22.
Heb. 9.

B

Sacrificato mihi deuoto pectore laudes;
Hæc sunt pacifica hæc hostia grata mihi.
Reddere ne tardes altissimo (abunde recepto
Quod prius optaras munere) uota tua.
Tunc implorabis me, cum tribulatio dura
Te super ingruerit: te eripiamq; libens.
Tunc reddes meritas grates; tunc munia laudis
Sic ut honorifices glorificesq; Deum.
Sic tamen hæ laudes gratæ: si uita labellis
Nec disconueniant moribus ora piis.
At peccatori dixit Deus. Vt quid ad istos
Iustitiam enarras, nec facis ipse, meam?
Et testamentum quod ego mihi sanctificaui,
Cur tu polluto sumis in ore tuo?
Tu disciplinam odisti, moresq; probatos.
Tu postergasti cunctaq; uerba mea.
Fure statim uiso currebas, furtaq; secum
Disponens prædæ portio prima tua.
Ah quotiens mœchas nocturno tempore adulter
Cum mœchis aliis uisere promptus eras.

Rom. 2.
C
Isa. 6.
Eccl. 15.
Prox. 15.
Heb. 12.

D

& superiorum tuorum correctionem. Qui autem despicit disciplinam odit animam suam. Quare ad eam nos hortatur Apostolus dicens. Noli negligere disciplinam; neq; fatigeris cum ab ea argueris; quem enim diligit castigat, & iosra. In disciplina perseuerate filij: quem enim filium non corripit pater? ¶ Odisti per superbiam. Nam peccator cum in profundum malorum venerit contemnit. Super his est conminatio Domini. si nolueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi; ego quoq; contra vos incedam, & percutiam vos septies. ¶ Verba mea. Ad faciendum ea. Vel omittis ea, vt tua Aristotelis, ceterorumq; gentilium verba prædices. ¶ Currebas. Sic & Paulus increpat. Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum mœcharis: qui abominaris Idola, sacrilegium facis. ¶ Currebas. Nouem modis currirur cum furibus, qui versibus his indicantur: Iussio, consilium, consensus, palpo, receptans, participans, motus, non obstans, non manifestans, & hi omnes ad restitutionem tenentur, nisi fecerint sibi incumbentia. vij. autem sunt genera furum, de quibus omnino vide psalterij commentum. Mali videlicet Prælati, qui animas furant, de his Io. Qui non intrat per hostium, &c. Quotquot ven. fures sunt & latr. Scholares inuicem libros sublegentes. Hyerem. 23. Ecce ego ad prophetas, qui furantur verba mea vnus quisquàm à proximo suo. Principes, qui subditos excoriant; quos arguit Isaias. Principes tui infideles socij furum: vnde quidam latro interrogatus quam artem exerceret; principum inqnit, sed paulò modestius; quia ego paucorum & clam furor: illi vero multorum, & palàm substantias exhauriunt. Reliquos propter prolixitatem vitandam non appono: vide commentum. ¶ Mœchas. Idest adulteras. Græcum est vocabulum. ¶ Adulter. Is est, qui ad alterius thorum accedit. Est autem furto multo grauius hoc crimen teste augustino qui ait: quid in omnibus adulterio grauius? vnde & Salomon ait. Non est grande peccatum si quis fuerit furatus; furatur enim vt esurientem impleat animam, restituet quadruplum & redimet animam suam: Adulteri verò opprobrium non delebitur. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ: non acquiescet cuiusquam præcibus: nec suscipiet pro eius redemptione dona plurima. Ex lege veteri lapidabantur. Iure Cæsareo capite plectebantur. Sed heu heu nunc lex Iulia dormit. ¶ Hypocrita. Plumbum est deauratum, sanctitatis simulator. Lupus ouina pelle suffultus, est omnium pessimus peccatorom, quia simulata sanctitas (vt inqnit Hieronymus.) duplex est iniquitas: contra hunc dominica vox ex Euangelio frequenter clamat. Rarissimè talis ad veram conuertitur pœnitentiam; est enim Antichristi præcursor. ¶ Susurro, onis. Factitium est vocabulum, nam susurrus summissum est

Leu. 26. Rom. 2. Ioan. 10. Isai. 1.

E

murmur. Est autem susurro is, qui occulte maledicendo odium in aliquem aut dissessionem molitur: de hoc & Apostolus meminit susurrones detractores Deo odibiles. ¶ Vafer. Calidus & malitiosus; dictus quasi valde afer. versipelles nanq. Afri esse dicuntur. ¶ Scandala. Idest offendicula, materiam vel occasionem peccandi, de quibus D. I. veh mundo à scandalis nec, est, vt ven. scan. veh autem ho. il. per quem scan. venit. Dicitur autem scandalum esse dictum omne vel factum minus rectum præbens alicui occasionē ruinæ. Est autem duplex. Veritatis, & iustitiæ. Hæc aliquando propter scandalum relinquitur, quia, qui nimis emungit elicit sanguinem. Illa vero nunquàm dicente. Greg. utilius scandalum

Rom. 1.

Os tamen ecce tuum exhuperabat hypocrita false
  Nequitia, finxit quos tua lingua dolos?
Aduersus fratremq; tuum si forte sedebas
  Quanta loquebaris probra susurro vafer?
Scandala quotq; tuæ pia contra pignora matris
  Ponebas, pedibus decipulasq; suis?
Hæc mala fecisti, multo & grauiora relatis;
  Ast ego eram patiens, conticuiq; diu.
Vnde tui similem fore me peruerse putasti,
  Quod te impunitum sustinuisse velim?

nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. Vnde & saluator Petro dicenti. Pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt, respondit: sinite illos cæci sunt, & duces cæcorum. ¶ Decipulas. Idest laqueos; à decipiendo. Est autem quoddam laquei genus ad decipiendas aues, & capiendas maximè accomodatum. Methaphoricè hic ponitur pro ficta deuotione, & longa sacerdotum malorum oratione, qua simplices animas tamquam auiculas decipiunt, & maximè uiduas earum domos exhaurientes, ut & olim faciebant pharisei. ¶ Grauiora, Ideo enim mala multiplicantur in terra, quia non profertur citò contra malos sententia. ¶ Patiens, Vnde & Apostolus. Existimas ò homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & tu facis ea quia tu effugies iudicium Dei, an diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras qui benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autē duritiam, & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddit unicuiq. secundum opera eius. ¶ Grauior. Sic Valerius Max. tarda Dei currit uindicta, sed tarditatem supplicij grauitate compensat. ¶ Quare intelligite. Hæc est conclusio: ut mali corrigantur, & pœniteat ante mortem; unde facti digni reconciliatione sacramentum Eucharistiæ (quod uiaticum dicitur) suscipiant, & eo muniri ad patriā pergant æternam. ¶ Immemores. Ordo est. Quicunq; imme. timo. diui. curr. in mala. Idest peccata absque iugo Idest sine ulla rectè rationis retentione. Translatio est sumpta à iuuencis, qui abiecto iugo passim huc illucque uagantur. ¶ Nequando. Antequam existimatis. Quia viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos, sed

Eccles. 8. Rom. 2.

F

ut plurimum cadunt ante diem. ¶ Rapiat. A præsenti uita. Nam dies mortis est tanquàm fur. Vel rapiat. Idest rapi à Demone permittat. ¶ Tartara. Carcer est infernalis: in singulari masculini rus. in plur. neutri. ra. Dicitur ἀπὸ τοῦ ταράττω, quòd est turbo; quia ibi omnia perturbata sunt & tumultu plena uel. ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν. Idest à frigoris tremore. Illic enim erit fletus & stridor dentium, & sicut ait Iob: ab aquis niuium transferentur ad calorem nimiū. Sed hoc tartarum ri. uini fecem significat. ¶ Tradat, idest cum uiolentia quadam trahi permittat: proprium est lictorum, uel satellitum uerbum, cum aliquem conijciunt in carcerem, quo

Non ita corripiam te: quo pœna & tardior æquo
  Ibit; eò grauior constituenda venit.
Quare intelligite immemores, quicunq; timoris
  In mala diuini curritis absq; iugo.
Nequando rapiat vos, atq; in tartara trudat.
  Quis redimet vos hinc? eripiet ue potens?
Sacrificate mihi laudes: oblatio laudum
  Grata est: inde mihi gloria, honorq; venit.
Hac iter ad superos, hæc est via prima salutis
  Qua sese facies diua videnda dabit.

nemo libenter intrat, sed violenter intropellitur. ¶Redimet hinc. Certe nullus, Quia in inferno nulla est redemptio. Hoc nota contra Origenis dogma, qui credebat damnatorum animas, sicut & demones post longum tempus de Inferno eximendos ex magna Dei misericordia, quod est contra Catholicam fidem, & Euangelicam irreuocabilemq; Domini sententiam. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius non aduertit Origenes pœnam iusti iudicis non operi delinquentis transitorio, sed voluntati peccantis perpetuæ, & æternæ si datum ei fuisset commensurandam esse. Vnde Gregorius, Voluissent impij si potuissent sine fine viuere, vt possent sine fine peccare: ostendunt autem quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iudicantis iustitiam pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. de pœn. dist. j. c. voluissent. ¶Potens. Sic Iob ait: Cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere. ¶Sacrificate. Per pœnitentiam tum prius emundati, qui aliquandiu in iniquitate vixistis. ¶Laudes. In Eucharistiæ scilicet sacrificio, quod cum laudibus offertur. ¶Mihi. Non tibi o sacrificans. Gloriam meam (dicit Dominus,) alteri non dabo. ¶Hac. Per laudabilis Eucharistiæ sacrificium, quod est pignus, & arrha æternæ beatitudinis. ¶Primi. Idest potissima non respectu ordinis, sed sacramenti magnitudinis: est enim quædam beatitudinis inchoatio Domini sui corpus in cibum, & sanguinis in potum perceptio, gratiæq; diuinitatis eius protectio. Alias enim prima via est mandatorum Dei obseruatio: Iuxta illud. Si vis ad vitam ingr. ser. mād.

HEu miserere mei Deus &c. Quoniam exempla magis mouent quam verba propheta, qui in præcedenti psalmo increpauit fures dolosos, & adulteros ad pœnitentiā eos prouocans, in hoc 50. psalmo qui remissionis Iubilei, & indulgentiæ præsagus est, qualis erat & annus 50. exēplo suo ad pœnitentiam adducit, vt pote qui in his omnibus peccauit in quibus alios reprehendit. Fur enim fuit, qui vnicam tenellam & dilectam vicini ouiculam, suis cum pluribus parcens, sublatam aduenienti apposuit hospiti epulandam. Dolosus, & adulter qui conceptum ex se partum accito molitus est ascribi marito, vt adulterium suum cum Bersabee uxore Vriæ celaretur; quod ubi non potuit efficere, militem fortissimum & fidelissimum literis ad principem militiæ directis, & à misero mortis suæ nuntio allatis hostili gladio exponi fecit occidendum, adulteramq; duxit in uxorem. Demens, & hypocrita factus credidit tot & tanta scelera sub specie sanctitatis præteritæ tegi posse, quæ per annum tacita tergiuersatione, & conniuentibus oculis subtexuit. Tandem à Domino per Nathan duriter correptus resipuit, peccata confitendo recognouit, & humi prostratus magnam Dei misericordiam hoc flebili cantico exorsus est postulare dicens. Heu miserere mei. O fures, ò dolosi, ò Adulteri, ò homicidæ, ò hypocritæ, o peccatores omnes, quicunq; ad huius psalmi lecturam accessistis, si quādo peccantem secuti estis Regem sed hominem, mecum imitamini & pœnitentem; totoq; corpore prostrati & lachrymis obortis iam tandem ingemiscite mecum dicentes. Heu miserere mei Deus. ¶Heu miserere. Duplicauit gemitum propter duplicem Dei, & proximi offensam. ¶Pergrandis. Bene per grandis misericordia per grandi miseriæ peccatoris est necessaria. Hoc est contra id, quod dixit Caym: maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Fallerit ò pessime. Attende si maior est Dei benignitas tua iniquitate.

ODE L. EX PSALMO L.

Miserere mei Deus:

HEu miserere mei Deus, heu miserere secundum
Quod tibi pergrandis fons pietatis inest
Multiplicīq; fluens in nos miseratio tractu
Chirographum admissi deleat oro mei.
Amplius & viui me fluminis ablue in vndas
Accelere emundet me tua sancta manus.
Nempe mei agnosco sceleris graue pondus iniqui:
Semper & impugnat me mea synderesis.
Rex ego suppositus nulli, quo vindice pœnas
Exoluam: soli debeo cuncta tibi.
Heu tibi peccaui Domine: te iudice coram
Admissi facinus, quæso remitte mihi.

Magna Dei misericordia, fecit ut firmam Domino mundi imposuit: fecit ut qui est vitæ panis de cœlo descendens, esuriret in terra, ut fons indeficiens aquæ salientis in vitam æternam, sitiret. Virtus infirmaretur, redemptor vt venderetur, & demum vt vita moreretur. Noli ergo peccator tum Caym vel Iuda scelerato desperare: sed mecum, & cum propheta magnam Dei misericordiam pœnitens confitere. ¶Pietatis. Idest misericordiæ, & sic ubiq; expone: quia versus non capit hāc dictionem, misericordia, propter primas tres breues syllabas, & multominus in obliquis propter breuem inter productas inclusam. ¶Multiplici. Quia & multiplex fuerat iniquitas ut supradictum est. Nam pondus à montis culmine deiectum per multa ruit precipitia, sic peccatum nisi cita fuerit pœnitentia sublatum, mox ad alia, & grauiora trahit peccatorē, dicitur aut multiplex Dei miseratio primo quia patienter sustinet peccatorem, & ad pœnitentiā expectat. Secundo & exterius per alicuius prædicationem, & interius per cœlestem admonet, ut pœniteat, inspirationem. Tertio dat gratiam pœnitendi, vitium excludit, virtutem infundit, culpam remittit, ueniam donat, pœnam tollit æternam, & minuit temporalem. Quid plura? ubi abundauit delictum, facit & gratiam super abundare multiplex miseratio Dei. ¶Chirographum. Idest obligationis scriptum in magno Dæmonis libro notatum. Nam q facit peccatum seruus fit peccati, filius Diaboli, & mancipium geennæ: pretium huius venditionis est modica uolupias. Hoc autem chirographum Christi Iesu cruci affixum, nonnisi in sanguine suo deleri potest sicut ad Colos. Scribit Paulus: Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti: de peccati scriptura memorat Hieremias, peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo vngue adamantino. ¶Deleat. De anima maculam: de libro memoriam: de conscientia vermem: de affectu appetitum. ¶Amplius. Quam possit mundari per hostias legales; vnde Paulus: impossibile est sanguine hircorum aut taurorum auferri peccata. ¶Fluminis. Quòd de latere Christi emanaturum erat. ¶Emundet. Quatuor inculcat verba: miserere, dele, ablue, & emunda, vt ostendat cordis sui maculas ex multiplici iniquitate adeo coaluisse, & ex diuturnitate increuisse, vt sordium tantarum depositio per simplicem non posset fieri lotionem, sed (veluti vestes inquinatæ vltra aquam, & lixiuium, acrimoniam saponis, & olei mollicieru requirunt) indigere multiplici ablutione. ¶Nempe. Hucusq; petijt misericordiam & veniam, & quia non dantur nisi vere pœnitenti, hic incipit ostendere se esse talem per agnitionem sui peccati, per cordis contritionem, & doloris, oris confessionem & satisfactionem: dicit ergo. ¶Agnosco graue pondus. Colos. 2. hier. 17.

D dus: A cœlo vsq; in infernum deprimens.¶ Sceleris iniqui. Furti, adulterij, homicidij & hypocrisis.¶ Synderesis. i. remorsus conscientiæ, per quem intellige cordis contritionem. ¶ Rex ego. Hic incipit oris confessionem nō solum peccatum aperiens; sed & circunstantiam manifestans: Nam quanto maior est hominis dignitas; tanto grauior est eius iniquitas, tum propter ingratitudinem, & tum propter exempli perniciem.¶ Coram te iudice. Per anastrophen, & hic notat contemptus iudicis, in cuius præsentia est commissum delictum, ideoque grauius. ¶ Admisi. Perpetraui. Amitto perdo sine d. recipit quoque cum d. peccat, & admittit. ¶ Sermonibus illis. Primo per Moysē dictis / Exod. 34. Sed postea clarius par Ezechiel. 18. Quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius nō recordabor amplius: & si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, vita viuet & non morietur: & vide totum illud capitulum. ¶ Sermonibus illis. Quos iussit Dominus per Nathan nūciari Dauid de regni successoribus, & de Christo de semine eius nasciturо: quæ vide in libro primo cap. 17. & in psalmo. Memento domine Dauid clj. vbi dicitur: De fructu ventris tui ponam super sedem tuā si custodierint filij tui test. meū, & test. mea, hec quæ docebo eos. Et filij eorum vsque in seculum sedebunt super sedem tuam. ¶ Dei verbum. Permansurum. s. vt in Euāgelio. Cœlum & terra transibunt verba autem mea non præteribunt; E & alibi. Iota vnum, aut apex vnus nō præteribit à lege, donec omnia fiant. ¶ Quis. Pro quib. ¶ Salutari. Idest Christo Iesu, qui obbis omnib; salutem tulit. ¶ Cadat. In terram tanquam res vana et, nullius momenti. Prouerbium à caducis fructibus, vt potè putridis translatum, hoc est oro ne frustretur promissio tua de Christo mihi facta, vt supra notatum est.¶ Vt cum discuteris. A curiosis hominibus, qui plus sapere volunt quam oporteat, & qui Deo appropinquare volunt tanquam gens, quæ iustitiam fecerit nec vnquam à recta declinauerit via, secreta illius iudicia perscrutantes. Dicebant Deum vt potè iustum non posse sustinere regē iniquum, & rapacem vt lupus, qui rapuerat ouem, & pastorem occiderat obturantes temerè viscera misericordię Dei, qui tametsi iustus erga pertinaces in malo, & indomita corda gerentes; est tñ erga humiliter pœnitentes, misericors, & miserator, patiens, & benignus, & pręstabilis super multa nequitia. ¶ Vincas. De peccatis illos arguendo, qui vel grauiora me commiserunt, vel tua deficiente custodia committere potuerunt. Nam vt dicit Beatus Augustinus: Nō est peccatum quod faciat homo, quod non faceret alter homo, nisi custodiretur ab eo, per quem factus est homo: simul & humanam fragilitatem allegando, & tuam misericordiam verè pœnitentibus usque ab antiquo promissam; nec & uerificationem verbi tui omnino necessariā.¶ Horū. Scilicet temerè iūdicantium.¶ Pietate tua. Quam uegam erga me futuram. ¶ Ecce ego. Hic allegat fragilitatem suam ex fomite peccati originalis procedentem, nam & si per circuncisionem tunc tollebatur, sicut & modo per Baptismum, remanet tamen quædā pronitas ad malum, de qua dicit Omnis ætas ab adolescentia sua ad malum prona est. ¶ Origine iniqua. Idest ab iniquitate originalis peccati. Endiadis est.¶ Crimen. s. originale, quod anima contrahit ex contagione corpusculi ex massa generis humani fœdata procedentis eo tempore, quo in illud infunditur, & illi unitur.¶ In peccatis. Tautologia est sermonis eiusdem repititio sub aliis uerbis ad maiorem excitandam commiserationem: dicit autem

1.Co. 7. in peccatis pluraliter, uel quia quandoq; coniuges potius fornicationis causa, quam prolis desiderio iunguntur; quod & si malum sit, uemale tamen est, & indulgentiam meretur propter Matrimonij bonum sicut dicit Apostol. Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam, & acontra, hoc autem dico secundum indulgentiam. F xxxij. q. ij. parapho. bis ita. Vel dicitur propter fomitem, concupiscentiam, corruptionem, & ad malum pronitatem inde procedentem. ¶ Fomite. Idest nutrimento. Dicitur enim fomes à fouendo. Idest nutriendo ignem carnalis. s. concupiscentiæ: Dicitur & fomes quicquid suapte nos accendit ad aliquid agendum. ¶ Labilis. Idest in peccatum pronus.

Vt te iustifices Deus in sermonibus illis;
Correcto quibus es pollicitus veniam.
Iustificeris vt ô Domine in sermonibus illis,
Regna mihi, & proli quis diuturna paras.
Deq; salutari exoriundo e semine nostro
Verbum hoc in terram ne cadat, oro, tuum.
Esse Dei decet vt verbum promissio fiat
Hæc rata: quæ dudum venit ab ore tuo.
Vt cum discuteris uincas, appareat horum
Iudicium fallax de pietate tua.
Ecce ego ceu reliqui fœdatus origine iniqua,
Ex vtero matris crimen & inde tuli.
Ecce in peccatis & me genuêre parentes:
Fomite quo mecum labilis omnis homo.

¶ Omnis homo. Ex humano semine conceptos. Vnde & Apostolus ingemiscebat. Inuenio aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius, R. vij. gratia Dei per I. C. D. N.¶ Verus tu. Sic Apostol. Est autem Deus uerax; uerum omnis homo mēdax.¶ Verificentur. Mihi parcendo, deinde opera complendo.¶ Ea. Quę supra diximus de regni stabilitate, de posterorum suorum successione ī eo, & de Christi incarnatione de semine suo. ¶ Condiderat. Aphæresis, pro absconderat. ¶ Incerta. Futura enim contingentia, de quibus modo diximus, nonnisi sub inuolucro uerborum & ænigmatibus figuratis uel raris admodum ante Dauid nunciata fuerunt, quæ pro nihilo reputantur: A Dauid autem clarè in spiritu sancto demonstrata sunt, unde per excellentiam, propheta, & eximius dicit prophetarū.¶ Sanguine. s. Christi, quo solo peccata delētur.¶ Meliori, s. quā agni uel hircorū sicut fiebat in super leminati aspersione. Tunc sanguinis agni paschalis, in emundatione leprosi, & contami

Ecce etenim verus tu, veraq; semper amasti:
Quæ mihi pandisti verificentur ea.
Intima condiderat tua quæ sapientia cunctis
Incerta, hæc per te nota fuere mihi.
Quem mihi monstrasti meliori sanguine tinctus
Hysopus aspergat me precor ille tuus.
Sic ego mundabor, sic me tua dextra lauabit.
Sic fiam pura candidiorq; niue.
Tunc erit auditus gaudens: parcfiet & auris
Læta tibi, vt solito more locutus eris.
Exaltabuntur humiq; iacentia membra:
Tunc exultabunt ossaq; strata solo.
Peccatis auerte meis faciem: omnia dele;
Pœnitet heu misurum quotquot iniqua tuli.

A

nati extractu morticinij. ¶Hysopus tuus. I. lignū crucis, q per similitudinē mondationis, aut uilipendii poterat Hysopus appellari, est n. Hysopus herba uilissima, quæ parietib. solet adhærere, & in eis quādoq; radices infigere, sicut habetur in libro Regū de sapientia Salomonis, qui disputauit super lignis à cedro Libaniusq; ad hysopū, qui egreditur de pariete. Aesopus uerò phrigius fuit phylosophus, in fabulis hominum mores describens. ¶ Sic. In uirtute sanguinis filij tui tunc spargendi, nunc autem sparsi pro peccatis. ¶Candidior. Quo ad spiritualem animæ mundiciam. ¶Auditus. De remissione peccatorum, sicut auditus illius adulteræ, de qua in Euangelio. Vade in pace, & iā amplius noli peccare; sicut & Mariæ peccatrici dictum est, Remittuntur tibi peccata tua; sic & ipsi Dauid Nathā dixit: Dominus transtulit à te peccatum tuum. ¶Auris. Interior. ¶Solito more. Tuæ misericordiæ. ¶Humi iacētia. Per humilitatem pœnitentiæ, quæ peccando mollibus in stratis iacuerant. ¶Ossa strata. Τὸ αὐτοῦ. Bis idem: Vel ossa, idest animæ uirtutes, quę propter peccatum fuerant prostratæ. ¶Auerte faciem. Id- est ne mihi ad pœnam imputes æternam. ¶Tuli. Idest gessi, uel intuli contra proximum: uel tuli propriè, idest portaui, est enim graue pondus iniquitatis, quam secum ubicunque portat iniquus. ¶Cor mundum. Quo tuæ uisionis consequar beatitudinem; nam vt ait Dominus. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. ¶Recrea. Quia primū fuerat per peccatum anihilatum; vnde Hieremias ad populum peccatorem ait. Audi popule stulte, qui non habes cor. ¶ Nouetur. Idest de nouo infundatur, qui me in malis inueteratum renouabit: vnde alibi in psalm. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, scilicet virtutes in me, & renouabis faciem terræ, scilicet meæ lutulentæ per peccati inquinationem; hæc facies est imago Dei, quæ relucet in animabus nostris quandiu peccatum abest, sed eo adueniante fœdatur, & quodammodo tollitur. ¶Spiritus. Sanctus. ¶ Electus. Epiteton ab effectu, idest qui me de numero electorum faciet. ¶Visceribus. Idest animæ interioribus. ¶Neue feras. Pro auferas. ¶Sacrati pneumatis. Idest spiritus. Græcum est vocabulum, à pneumone, quod latine pulmo dicitur, cuius geminæ alæ continue circa cor aspirant, vt eius temperent caliditatem, Vel dicitur ἀπὸ τοῦ πνέω quod est spiro: intelligio autem prophetiæ donum, quo metuebat carere etiam post remissionem peccatorum in eorū pœnam; ex quo se reddiderat illo indignum; verum vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. ¶Ne me proiicias, Sed potius peccata mea. ¶Facie tua. Idest à gratia tua ne regnem, sicut Saul antecessorem meum proiecisti. ¶Flamine præcipuo. Idest Spiritu principali, hoc est dono Spiritussancti primo, quod est timor Domini, per Hier. 5.

B

In me cor mundum recrea Deus: ille nouetur
Spiritus ellectus visceribusq; meis.
Neue feras numen sacrati pneumatis à me.
Ne me proiicias à facieq; tua.
Flamine perpetuo pectus ceu robore firma.
Redde salutaris lætitiamq; tui.
Mille meo exemplo ad te conuertentur iniqui.
Namq; tuas prauos ipse docebo vias.
Vincula solue meæ Deus ò Deus alme salutis.
Et de sanguinibus liberum abire sine.
Iustitiamq; tuam exultans mea lingua sonabit.
Quæ dudum tacuit pressa dolore graui.
Clausaq; labra diu vocis velut hostia pandes.
Oraq; aperta tuæ nuntia laudis erunt.

quem peccata vitantur. ¶Firma. Ne iterum recidiuem. ¶Salutaris tui. Ex semine meo venturi. ¶Iniqui. Generaliter intellige, alias propriè, impii in Deum, iniqui in proximum, peccatores in seipsos, dicuntur. ¶Exemplo meo. Quia regū facta facile trahuntur in exemplum; vnde Beatus Ambrosius, Theodosio Imperatori, à se excommunicato ex crimine vrbis per iram euersæ, dum se Dauid exemplo peccantis excusaret legitur respondisse: Si peccantem es secutus, correctum etiam, & pœnitentem imitare. ¶Docebo. Ecce de peccatore fit prædicator. Sic Matheus de publicano fit Euangelista, Paulus de persecutore doctor gentium, & Cyprianus de mago & castitatis corruptore, Episcopus veritatis, & totius sanctitatis exhortator. ¶Vias tuas: Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas: illa ne desperent, hac vt timeant, ne velint iterū ad vomitum redire, quibus multo grauior pœna tanquam ingratis est constituta. ¶ Vincula. Peccatorum scilicet, quibus teneor astrict⁹. ¶ Deus. Scilicet pater. ¶ Deus alme salutis scilicet auctor, & operator. Dominus Noster Iesus Christus operatus est salutem in medio terræ. Filium, & patrem hic inuocat, paulo supra Spiritum Sanctum inuocauit, vt totius Trinitatis verus inueniatur confessor. ¶Sanguinibus. Vriæ, & militum illius causa occisis. Vel sanguinibus idest de peccatis ex sanguinis alteratione descendentibus; quæ res in homicidiis, odiis, & libidinibus euenit: porro sanguis vel sanguen (nam vtroq; modo declinatur) in propria significatione in plurali vix inuenir; nam & illud psal. viri sanguinum & dolosi declinate à me, intelligitur vt hic: puto tamen illud, quod in libro Regum legitur. Non ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es, propriè intelligi debere, de multi sanguinis effusore. ¶Iustitiam. At potius misericordiam debuit dicere: sicut alibi dicit. Misericordias Domini in æternum cantabo, sed subdudi misericordiam temperatā; punitus enim fuit in morte trium filiorum: paruuli ex Bersabea geniti; Amon omnium primogeniti; & Absolon rebellis, à quo de regno penè fuit eiectus. Vel propriè iustitiam intellige; nam iustum est vt Deus pœnitentibus veniam concedat sicut promisit. ¶Exultans sonabit. Idest con exultatione cantabit. ¶Dolore graui. De peccatis perpetratis, & formidata pro eis pœna; nam carmina proueniunt animo deducta sereno. ¶Clausa. Propter peccata. Non enim est præciosa laus in ore peccatoris. ¶Diu. Per annum, vel circa. ¶Pandes. Idest aperies. Sapientia namq; est ea; quæ aperit os murorum, & linguas infantium facit esse disertas idest peccatorum, & ignorantum. ¶ Apta. Per gratiam iustificantem. ¶Laudis Qua iter est ad superos, vt in fine præcedentis psal. ¶ Quandoquidem. Coniunctio est causalis, pro siquidem, vel quoniam. ¶ Grata fuissent. Hic reddit rationem quare potius sacrificium laudis, & cordis contriti (vt infra) se obtulerit pro peccatis Deo porrecturum, quàm victimas. Sciendum est igitur vt alias diximus, sacrificia veteris legis ex se nunquàm Deo fuisse grata, sed tantum ex bonitate, & offerentum deuotione. Ideoq; iussisse, vt potius sibi, quàm Demonibus offerrentur: & quia figurabant verum Eucharistiæ sacrificium. ¶Millia. Quia ditissimus erat. ¶Haud delectaberis. Quinimo ægre ferebat cum à peccatoribus offerrentur; vnde Mich. proph. Nunquid placari potest Deus in millibus arietum? & Isaias. Qui imolat bouem, quasi qui interficit virum; & qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem: & merito sicut dicit noster Cato. Cum sis ipse nocens moritur cur victima

C

Sap. 12.
Mich. 6.
Isai. 66.

Quandoquidem mactatas prius si grata fuissent
Sacra tibi, hircorum millia cæsa forent:
Sed quia tu sacris haud delectaberis istis,
Tota incensa tibi non holocausta placent.
Spiritus at mœrens; gemitus, suspiria, luctus,
Pectoris & tunsi sunt sacra grata Deo.
Et contrita graui, compunctaq; corda dolore,
Quæ se despiciunt respiciesq; Deus.
Tu viden, vtq; meum cor mœreat, vtq; liquescat
Ictibus & crebris vt gemat, vtq; fleat?
Fac mecum, & Syon mitissime cuncta benigne
Nota, voluntatis sit bonitasq; tuæ.

D pro te? ¶ Tota incensa. Exponit quid sint holocausta. ¶ Spiritus mœrens. Qui prius in vana lætatus fuerat oblectatione; vt contraria côtrariis curentur, & bene mœrens Isaia dicente. Ad quē respiciam nisi ad pauperculum, & spiritu côtritum, & trementem sermones meos, sic & orauit Daniel. In animo contrito, & Spiritu humili suscipiamur à te. ¶ Gemitus. Pro cachinis. ¶ Suspiria. Pro suspiriis stulti amatoris. ¶ Luctus. Pro risu: sic Dominus. Veh vobis, qui ridetis, quoniā flebitis. ¶ Tunsi. Idest percussi. iuxta illud prouerbium: Tunde, retunde Anaxarchi sacculum, nam Anaxarcum nihil tundis. Tonsu autē pectoris deriuatur à tōdeo, quod est rado vel seco; hęc autē pectoris tunsio est oratio publicani à Deo exauditi, qui percutiens pectus suum dicebar, Deus propitius esto mihi peccatori, &c. Fit autem vt culpam suam sibi quisq; & suæ praue cogitationi, & non Deo ascribat. Ex corde enim vt in Euang. exeūt cogitationes malæ, adul. homi. &c. ¶ Se despiciunt. Qui prius per superbiam Deum despexerant, quia initium est omnis peccati superbia. ¶ Respiciesq; Deus. Quia humilia respicis, & alta à longe cognoscis, sed non ignoscis, vt dicit Augustinus. ¶ Video, Idest nonne vides? qui scrutaris corda, & renes Deus. ¶ Mœreat. Hic est ordo pœnitentis primo mœrere de diuina offensa: liquescere; accepta Spiritus sancti flamma: percutere pectus se accusando: gemere de bonis amissis; postremo flere pro sceleribus perpetratis, quæ, vbi facta fuerint, benignum cum propheta innocet, & sentiet Dominum. ¶ Et Syon. Repete & cum Syon. Pro cuius dicti intelligentia, est aduertendum, quod Deus non diligit homines propter loca, sed loca propter homines: sicut patet in responsione Domini

E ad Salomonem post dedicationem templi: metuebat autem Dauid ne propter peccatorum suorum grauitatem, impediretur Syon vrbis suæ status, fœlicitas & templi ædificatio, munitioq; vtriusq; per Salomonem filium suū fienda, cum iam impensas ipse præparasset, Ideo amoto per pœnitentiam peccatorum impedimento, orat etiam vrbis fœlicitatem à Domino promissam opere compleri. ¶ Cuncta. Deest, ad. ¶ Benignè. Aduerbialiter. Benignus est autem Dominus, & misericors, & patiens, & præstabilis super malitia, vt ait, Ioel 2. cap. ¶ Nota. Et opere completa; alioquin seruus, qui nouit voluntatem domini, & non fecit plagis vapulabit multis: qui verò non nouit, paucis. ¶ Tuæ. Non suæ, quæ mala est. sic & à Domino Iesu docemur orare. Fiat voluntas tua: & in passione sua. Non mea sed tua voluntas fiat. ¶ Triplici muro. Hoc factum fuit per Salomonem, qui in ea parte, vbi est mons Syon templum ædificauit, & urbem triplici muro circundedit, vt habetur in libro

Vt circundetur triplici Hierosolyma muro,
Vrbs tua ut accipiat mœniæ digna sibi.
Iustitiæ sacrum, tunc fiet oblatio cara,
Grataq; tunc fient nostra holocausta tibi.
Et tua tunc vitulis melioribus ara premetur:
Optima sacra tibi cantica laudis erunt,

3.Reg.3. Reg. ¶ Hierosolyma. A hiero, quod græce templum significat, & solyma (vt Egesippo) vel à Salomone (ut placet Eusebio) dicta est. Hierusalem habuit multa nomina, quæ his uersiculis Nic. Ly. enumerat. Solyma, Luza, Bethel, Hierosolyma, Iebus, Helia, urbs sacra, Hierusalem dicitur, atq; Salem, tripliciter declinatur, Hæc Hierosolyma: mæ. & io plur. hæc Hierosolyma, morum, & Hierosolymæ marum. Hierusalem uerò interpretatur uisio pacis, quia tempore Melchisedech, qui conditor eius dicitur, & plus mille annis uixit, ut pote à Noe, cuius dicitur filius fuisse, Sem alio uocabulo nuncupatus, usq; ad Abraam nunquam fuit à bellorum tumultu uexata. Significat & patriam cœlestem, quæ ex uiuis lapidibus, hoc est sanctis est ædificata: ut docet Io. in Apoc. de qua forsitan prædicebat hic propheta: est enim illa supernæ uisio pacis magis optanda, quàm huius terrenæ. ¶ Iustitiæ sacrum. Idest peccatoris iustificati sacrificium. ¶ Tunc. Post misericordiam consecutam: uel ad magnificentissimam uictimarum oblationem referas, quam fecit Salomon iustus Rex in solemni dedicatione templi, in qua boues imolauit, & oues absq; æstimatione & numero; & hoc sacrificium Deus indicauit igne cęlitus misso ad eius consumptionem, se acceptasse: &

F gloria Domini impleuit domum suam. Vel potius tunc cum erimus in illa cęlesti Hierusalem. Iustitiæ sacrū. Quia soli iustificati illuc intrabunt. ¶ Oblatio. Filii tui primo in ara crucis, deinde in quotidiana Missa. ¶ Nostra holocausta Idest corda, & corpora igne charitatis accensa. ¶ Vitulis melioribus. Hi possunt esse sancti martyres. Vel

Oseę vlt. de quibus dicit Osee, proph. Reddemus vitulos labiorum nostrorum; unde subdit. ¶ Cantica laudis. Nam ut alibi dicit, Qui habitant in domo tua Domine in secula seculorum laudabunt te: de quorum numero nos quoq; indignos peccatores facere dignetur D.N.I.Christus, qui est laud. in sęcula sęculorum.

VT quid iniquipotens, &c. Inuehitur in hoc psalmo Dauid contra Doech Idumeum, quo deferente Achimelech cum reliquis Nobe sacerdotibus tanquam rebellis, quia Dauid à facie Saulis fugienti panes, & gladiū

1.Ro.22. Goliæ reddiderat, crudeliter iussus est interfici, & sacerdotum urbs igne comburi, reformidantibus omnibus Regis ministris tam iniquum & nefarium exequi Regis Imperium in sui Deum Sacerdotibus uenerantes, hic solus pessimi Regis impiissimus minister sacerdotes cum liberis, & uxoribus interfecit, orbe illorum succensa: porro Doech iste Christi præfigurabat accusatores Iudæos suos sacerdotes, & interfectores. Saul autem Pilatum iudicem iniquum, Moraliter & per Doech potest intelligi quilibet iniquus iustorum delator, persecutor, & oppressor: dicit igitur Dauid uel Ecclesia, aut etiam quilibet iustus. Vt quid. Idest ad quam utilitatem uel salutem tuam. ¶ Iniquipotens. Idest qui non solum iniqua uis, sed potes, & facis. ¶ Vafro astu, Idest callida malitia. ¶ Iactaris. Idest inaniter gloriaris. Hoc est pessimum genus hominum qui lætantur cum malè fecerint & exultant in rebus pessimis, quos redarguit propheta dicens: peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. ¶ Inanis, Quia citò tu cum illa peribis, Nam gloria iniquorum uapor & fumus: sicut in alio psalmo dicitur. Vidi impium exaltatum, & eleuatum sicut cedrus Libani, transiui & ecce non erat. ¶ Iniustitiam. Contra me, contra Christum, & contra

quemlibet

ODE LI. EX PSALMO LI.

Quid gloriaris.

VT quid iniquipotens vafro iactatis inastu?
Gloria inanis erit nequitia ista tua.
Nempe iniusti tiam quæ versabatur in imo
Pectore: quottidie est lingua locuta tua.
Pro bonitate Dei, quam naturaliter omnes
Semper amant, & homo quisq; benignus auet,
Nequitiam econtra tu bellua semper amasti.
Quæ sunt æqua siles, faris iniqua magis;
Præcipiti stimulos acuentia verba furori
Tu dilexisti lingua dolosa; canis.
Propterea Deus in finem te destruet: & te
Eradicabit, stirpis vt ima solent.
Teq; tabernaculo faciet per deuia queq;
Emigrare tuo; donec in ima ruas.
Radicemq; tuam supernm tellure negata,
Excipiet tetro dira gehenna sinu.
Omnia, quæ iustus cum viderit, ante timebit.
Admitans quantus, quàmq; repente ruit
Non modicos risus super illum deinde citabit.
Sic homo (sic dicens) impius ecce perit.

quemlibet iustum, & sic deinceps facilè verba possunt adaptari, quod ne sim prolixus omittã. ¶Locuta. Hic est mos delatorum, vt quæ in corde cogitaruot captato tempore oimium credulis priocipum auribus insinuent, qui tum illis maximc credunt, quando in malitia illis sunt similes & placita loquuntur: nam vousquisq; libenter audit mala eius delata, quæ odit, & de quo malesentit facillimè credit. ¶Bonitate Dei. Idest charitate, qua vult proximum diligi sicut seipsum. ¶Naturaliter. Natura quippe cogit omne animal ad sibi similis dilectionem: vode legislator, ait: Cum inter oos cognationẽ quandã naturam constituit, consequens est hominẽ homini insidiari nefas esse. ff. de iust. & iu. l. vt vim. ¶Auet. Idest desiderat. Aueo verbum est defectiuum raro in vsu, & significat concupisco; vnde. Aue, verbum salutatorium deriuare videtur: nam illos salutamus, quibus bene desideramus, vel fingimus bona optare. ¶Bellua. Et bene; nã qui humanitatem, vnde homioes dicuntur lexuunt, ferinam assumant naturam necesse est. ¶Siles. Hoc detractoris est, vt beoe facta sileat, quæ mala sunt aut esse putat, eloquatur. ¶Præcipiti furori. Furor, & ira mentẽ præcipitant iudicantis: vnde Cato. Iratus de re incerta contendere noli. Impedit ira animum ne possit cernere verum, & Clemens. v. nouercam iustitiæ appellat voluntariam, & furibuodam iudicantis præcipitationem. in cl. 2. de sen. & re iud. ¶Verba. Quæ, detulit multoties regi contra Dauid, & Achimelech sacerdotem, quibus inflãmatus iussit eos occidi, & Dauid est persecutus. ¶Canis. Quod est animal rabidum, & plerunq; latrat contra amicos sicut & inimicos maximè cum à rabie vexatur. ¶Destruet. Hoc factum est in monte Gelboe, vbi proprio imbutus est gladio, vbi persequentibus Philisteis Saulem suum Regem vidit ensi procubuisse, ne in manus incircuncisorum deueniret, à quibus illuderetur. ¶Eradicabit. Extincto hærede, quem fecit interfici Dauid, cum ad se detulisset regium diadema, & armillam: dicens se Saulem interfecisse. 1. Reg. & 2. R. 1.
¶Stirpis. Arboris cuiuspiam. Stirps cum pro genere ponitur, est tantum fœm. cum de arbore mas. & fœm. ¶Tabernaculo. Quod habebat in castris Saul Regis. ¶Deuia. Montis Gelboe, in quo fusus est exercitus Saulis. ¶Emigrare. Huc, & illuc fugiendo sicut moris est pallantum militum præ cædis timore. ¶In ima. Inferni. ¶Ruas. Per mortem præcipitem. ¶Radicem tuam. Hoc est filium tuum vt supra dictum est. ¶Gehenna. Idest damnatio æterna. Erat autem quædam vallis olim interfectorum cadaueribus repleta, & quia Infernus mortuis quottidie repletur ideo plerunq; pro eo ponitur. ¶Viderit. Nam pœna vnius metus est alterius. Quandoq; enim Deus manifesta malos afficit pœna, vt à malis absterreantur: vnde dicitur. Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum, & vt in booo confirmentur, contemnantq; caducam malorum prosperitatem, & diuinæ congaudeant iustitiæ. sicut alibi dicitur in psal. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, & lauabit manus suas in sanguine peccatoris. ¶Timebit. Diuinã offensionem. ¶Quantus. Idest quàm magnus in sæculi gloria, potestatu & opibus. ¶Deum. Qui tamen est protector omnium in se sperantium. ¶Innitens. Idest confidens. Translatio à debili sene, qui baculo innititur. ¶Auro. Contra illud prou. Qui confidit in diuitiis corruit. & Sopho. Argentum, & aurum non potuerunt eos liberare in die furoris Domini: ab auro fit auarus, qui aurum auet, idest concupiscit. ¶Vanus homo. Qui stabilitatẽ in rebus transitoriis sperat, & volubilibus. ¶Ast ego. Danid, uel quiuis ex supradictis. ¶In æde Militantis Ecclesiæ. ¶Oliua fructifera. Et semper

Qui sibi confidens propriis & viribus vsus
Auxiliatorem spreuit habere Deum.
Qui multis opibus per fasq; nefasq; paratis
Innitens: auro spes mea dixit, eris.
Admodicum tempus quia præualuisset in illis
Credidit æternum se fore, vanus homo.
Ast ego sacrata Domini plantatus in æde
Fructifera & tanquàm semper oliua virens.
In sola pietate Dei per sæcula cuncta
Speraui, & Dominus spes mea semper erit.
Hæc quia fecisti toto tibi corde fatebor.
Nomen & opperiar tempus in omne tuum.
Opperiar nomen sanctorum aspectibus illud,
Quod fuit, est, & erit dulce, salubre, pium.

A

B

C Prou. 11. Soph. 1.

uirens hæc dicantur ad hypocrytarũ discrimen, qui sunt uirẽtes foliis sed pungentes, & amari factis, sicut oleastri. ¶Pietate Dei. Idest misericordia: nam & si assiduè bonis operibus instantes debemus esse quantum possumus; omnia tamen hæc bona Deo tanquam autori sunt referenda, à quo processerunt: unde quidam canit. Quicquid habes meriti præcedens gratia donat. Nil Deus in oobis præter sua dona coronat: sic & Isaias ait. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine, & uelle & perficere. ¶Fecisti. Supple Deus uindictam ruinæ aduersus iniqui; & mecum misericordiam. ¶Opperiar. Idest expectabo. Verum operior simpliei. p. est idem quòd tegor: unde & opercula sectoria uasis cuiusq;. ¶Illud nomen. Scilicet Iesu tunc uenturi, quod est super oẽ nomen, nã eadem fides est nostra, & antiquorum mutato tempore futuro in præteritum; nam que illi sperabant saluatorem & Isai. 26.

D uenturum credebant; nos & in illum speramus & uenisse credimus D. N. I. C. saluatorem nostrum, qui uiuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

CVique voluptati &c. Redarguuntur in hoc psalmo insipientes Iudei, qui Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigeñtum verum Deum de Deo vero, & summi patris verbũ, quod erat in principio apud Deum, purum hominem, ac seductorem prædicauerunt, & malitia excæcati diuinitatem eius negantes quã ab initio admirati fuerant, occiderunt tanquam malefactorem, suppendentes in ligno iudicante Pilato dimittti debere, & iustum esse, & nihil mali fecisse. Reprehenduntur & gentiles, qui ex eo, quod passus fuerat se croci affigi pro nostra redemptione, & salute, negabant Deum esse, & fatuos ei credentes tanquam magos atque irreligiosos persequebantur, diuersisque cruciatibus examinatos trucidabant: corripiuntur & Apostatæ christiani, qui à recta fide, quam susceperãt retrocedentes voluptatis amplectendæ gratia facti Epicurei Deum esse non credunt, & si est, mortalia non curare, animamque simul mori cum corpore sicut & bestiarum, ideoque ferino more imbuti dicunt: Edamus & bibamus cras enim moriemur, nullus ab inferis est reuersus, qui renunciauerit nobis quid illic agatur. ¶ Habenas Translatio ab equis. Hic ponitur pro fræno rationis, quod & initium præstat sapientiæ, & arcet hominem à peccatis, vbi non est, insipientia regnat, & in omne ruitur peccatum. ¶ Insipiẽs. Iudęus, gentilis

Rom.r. & apostata christianus, quorum insipientia corda obscurata sunt vt ait Apostolus. ¶ Non est Deus. Hic Christus Iesus sicut & in Euangelio volentes eum lapidare obiecerunt, Tu homo cum sis facis te ipsum Deum, sic & Aegeas procunsul Andreæ Apostolo dixit. Miror te virum prudentem Deum dicere, & velle sectari hominem illum, quem seu sponte siue inuitum cruci tamen confiteris affixum; contra quos resonat Apost. tuba. Nos prædicamus Christum Iesum crucifixum. Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. ipsis verò credentibus Iudęis & gentibus Dei virtutem & Dei sapientiam. ¶ Pręcipites, Absque rationis freno quilibet ex sopradictis. ¶ Rebelles, Deo patri, & Filio, pariterq; spiritui sancto, & max. perfidi Christiani. ¶ Nausea. idest abominatio Methaphora à stomacho cum sentit cibũ, quem abhorret, vel grauem dolorem, & max. maris in nõ assueto: est enim nausea stomachi perturbatio à naui tractum nomen, quod ex nauis sentina vel primo nauem intrantes ad vomitum prouocentur. ¶ Nemo. Ex supradictis, vel etiam ex nobis omnibus. Quis enim potest gloriari se castum habere cor, & in multis offendimus omnes, & Apostolus omnes peccauerunt, & indigent gloria Dei. ¶ Qui

E Deest, &. Figura dialyton. ¶ Iter rectum. Mandatorum Dei. Si vis ad vitam ingredi serua mãdata. ¶ Ipse D. C. I. ¶ Ab alto Cœlo, in quem post crucẽ & ressurectionem ascendit. ¶ Conditor mundi. Nã verbo Domini cœli firmati fuerunt. Vt idem psal. canit. ¶ Rector. Sicut ipse dixit. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & alibi. Data est mihi omnis potestas ĩ cœlo, & in terra, & Io. in Apoc. Dignus est agnus, qui occisus est accipere imperium &c. ¶ Videns. Hinc Deus dicitur ἀπὸ τοῦ θεῶμαι quod est video, vel specto. ¶ Cernat vt. Anastrophe ex metri necessitate. Idest vt cernat. Idest examinet. Nihil enim Deũ latet, ita quòd oporteat eũ cernere, sed humana more loquitur, qui caput leuant vt videant, & deinde iudicent. ¶ Iustitiæ. De qua dicit Dominus. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam pharisęorum & scribarum nõ intrabitis in regnum cęlorum, & rursus Attendite ne iustitiam vestrã faciatis coram hominibus, vt vid. ab eis. ¶ Callem. Idest viam strictam, de qua in Euang. Arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui vadunt per eam: vel de semita perfectionis loquitur, de qua dicitur. Si vis perfectus es. va. &

F ven. vn. quæ ha. & da. pau. & qui non tol. cr. su. & se. me non potest me es. disci. & qui vult ve. post me ab. se. & tol. cr. su. & se. me. ¶ Salutis iter. Hoc est fides, & obseruatio mandatorum Dei. ¶ Declina. A recta via, quã edocti fuit per legem, per prophetas, & ab ipsa natura, & nouissimè ab Euangelio. ¶ Omnes. Intellige vt supra in verbo nemo. ¶ Inane. Voluptatum, opum, & mundanæ gloriæ, quæ æternis gaudiis comparatæ sunt quid inane. Tempus .n. cito transiens aufert hæc omnia. ¶ Scient. Hic aliquando in sęculo: semper autem in exitu à sęcolo & perfectissime in die iudicii, in qua vnusquisque recipiet prout gessit. Deus enim aliquos hic punit, vt mundi Dominum sese ostendat, nec omnes hoc in sæculo castigat, vt alium pœnarum locum se habere demonstret: sic econtra aliquibus iustis pręmia donat temporalia ad eorum solatium, vt indicet se esse virtutis ęstimatorem, & remuneratorem; & rursu. non omnes iustos cumulatis hic remunerat pręmiis, ut in futura beatitudine sibi sperent cumulatissime satisfactum iri. ¶ Emendans. Electos si quid peccauerint ¶ Vorãtes. Hi sunt lupi, qui ut ait Aesopus regnãt in qualibet urbe: specialiter tamen omnes Christianorum persecutores Iudęos. & gentiles intellige. ¶ Vt esca. Idest

Rom.x. taliter delectantur innocentũ exinanitione spoliis & cęde, qualiter cum esuriunt, panis cibo. ¶ Timuere Deum. Cuius timor retrahit à malo. ¶ Vocare. Per inuocare. Sed quòmodo inuocabunt, in quem non crediderunt? ¶ Vbi non erat horror. Idest formido. Timuerunt enim Iudęi locũ, & gentem perdere ex Romanorum ira, si omnes in Iesum crederent, que res haud erat formidanda cum terrenum regnum Dominus non captaret; quinimo facere eum uolentes regem turbas aufugit: gentiles uerò, ne Idolorum religione sublata, uoluptates, & imperia timuerunt

ODE LII. EX PSALMO LII.

Dixit insipiens.

CVique voluptati totas vt laxet habenas,
Non est (insipiens dixit) in orbe Deus.
Pręcipites ad iniqua ruunt, factiq; rebelles
Iam sunt corrupti, & nausea facta Deo.
Qui faciat dicat ve bonum, iam nemo videtur
Tendat iter rectum qui ratione duce.
Ipse super natos hominum prospexit ab alto
Conditor & mundi rector vbiq; videns.
Cernat vt, an quærat hominum, aut intelligat vllus
Iustitiæ callem, quodue salutis iter:
Declinauerunt omnes ad inane retorti:
Quiq; bonum faciat nemo, nec vnus adest.
Nonne scient omnes pœna monstrante, qui orbis
Est Deus, emendans, corripiensq; malos.
Illos precipuè, qui operantur iniqua, vorantes
Ore auido plebem, panis vt esca foret.
Non timuere Deum, nec eum volnere vocare
Sed trepidauerunt non erat horror vbi.
Vt sibi complaceant, hominum mandata tenentes
Horrent: pro nihilo penditur ipse Deus.

runt auferi,max. fui Iouis perdita tutela. Sed pro terrenis delitijs cœlestes erat daturus multoq; firmius imperij præsidium in uero Deo,quàm in falsi dęmonis illusione fuissent habituri. Sic & hypocritæ,& falsi Christiaoi temporalia metuunt perdere,si prædicantibus cęlesria acquiescant,& generaliter omnes impij sunt incontinuo timore sicut in Prouerbijs habetur. Fugit impius nemine persequente.& in Leuitico:terrebit eos sonitus folij uolāris. & Iob:sonitus terroris semper in auribus eius: & hoc propter mala,quæ fecerunt ut refert Boetius de Dionysio tyranno: unde Seneca de auari timore. Pauperem (inquit) uidet, & furem suspicatur; diuitem uidet,& æstimat prędonem. ¶ Hominum mandata. Hoc est quod in Euangelio Dominus aduersos pharisęos inducit eum de trāsgressione traditionis seniorum redarguentes, quare & uos transgre,mani Dei propter trad.uostram & usque ibi hypocritæ Bene proph.Esaias dixit. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me sine causa colunt me docentes doctrinas hominum & mandata.¶ Penditur.Idest æstimatur tractū ab æstimatione pecuniæ, quæ pendi.i.ponderari solet,unde & pensa dicunt,quæ certo danť pondere.¶ Eorum ossa.Idest uirtutes.Isti sunt illi, de quibus. Io. Euangelio. Veruntamen ex principibus,multi credi, in eū, sed propter pha. non confi.ut de syn.non eij. Dilex.en. gl. hom. ma. quàm gloriam Dei, sic & multi gentilium quamuis cognoscerent ueram esse D. N. I.Christi fidem, quæ à sanctis prædicabatur, ne tamē Imperatoribus Romanis displicerent aut tacebant,vel eos odisse simulabant, & nihilominus persequebantur sicut de Plinio legimus. ¶ Homini placuisse. At inquit Paulus. Placete omnibus sicut ego omnibus per omnia placeo, & alibi. Prouidentes bo. n.s.c.d.s.etiam coram hominibus solutio adulatores inanis glorię gratia hominibus placentes redarguuntur, & Deo displicere non curantes. Vnde idem Paulus. Si Hominibus (inquit) placerem, Christi seruus non essem. Ceterum vbi Deus non offendit, non est malum hominibus. ¶Eum. Christum Iesum. ¶ Nuntia verba. Scilicet Euangelij. ¶Iacob. Idest qui erunt electi ex progenie Iacob,vel imitatores fidei, voti,& bonorum eius operum. ¶Israel. Et Iacob idem est;sed Iacob supplantor vitiorum interpretatur; Israel autem Deum videns per fidem. ¶Gentes. Ad Christum conuersæ. ¶Magnificate Deum.Supple decet, super misericordia illius sperantes: vt dicit Apostolus. Exultauit autem Iacob idest Ecclesia fidelium quando punitis per Rom. Imperatores Iudæis nouam Hierusalem ab Elio Adriano accepit habitandam. Lætatus est Israel ex Constantini Imperatoris conuersione pace per orbem vniuersum fidelibus donata. Plenissimè magnificabimus omnes Deum, quando detrusis in tartara reprobis in cęlum cum Christo ascendentes regnabimus. quod præstare dignetur ipse D.N.I. Christus.

A

Prou.25. Leu. 26. Iob.15. Matt.15. Esaias.29 Ioa.12.

At norint quoniam Dominus disperdet eorum
Ossa, homini potius quos placuisse iuuat.
Hi sempiternum tunc confundentur in æuum.
Vt Deus est spretus, sic quoq; spernet eos.
Præter eum quis dat de Syone ad Israel illa
Mira salutatis nuntia verba Dei.
Tunc etenim mundi cum venerit ille redemptor,
Per quem pandetur mite salutis iter.
Tunc exultabit Iacob, & lætabitur omnis
Israel: hinc gentes magnificate Deum.

B

ME precor altitonans, &c. Cum Dauid profugus à facie Saulis Regis apud Zipheos generis,& tribus suæ in proximo deserto in colle Achille lateret, detulerunt Ziphei latebras eius ad Regem. Nonne Dauid latet apud nos ad dexteram deserti, veni ô Rex, & trademus eum in manus tuas,cumq; descendisset Rex,& desertum circundedisset, ita quòd nullum euadendi Dauid patebat iter, orauit ad Dominum vt in nomine suo de manu persecutoris eriperetur: quod & factum est; nam cum Sauli nunciatum fuisset Phylisteos terram Israel ingressos esse, soluta obsidione recessit ad hostes reprimendos, ac de finibus eiiciendos, tuncq; Dauid liberatus est in nomine Domini. In hoc igitur psalmo deuota temporis illius oratio trahitur ad memoriam, simulq; agitur de Ecclesiæ liberatione de Iudæis proditoribus, & à gentilium persecutione,nec non & de iustorum precibus aduersus oppressores suos, & calumniatores: verum ne simus prolixi vnius tantum personæ præces prosequemur. Dicit Ecclesia à persecutionum fluctibus obsessa. ¶ Me præcor altitonans. Idest qui ab alto cœlo tonans terrefacis gentes,potentiam tuam insinuans. Hoc sæpe factum est in Martyrum passionibus & maximè beatæ Agnetis & Emerentianæ vbi dicitur, cœlo existente sereno tantas coruscationes esse factas, tantaq; fulgura, & tonitrua, vt maxima pars insani populi moreretur? Possumus etiam intelligere de illo tonitru, qui factus est in descensu Spiritussancti, quo audito Dei Ecclesia, quæ fuerat Iudæorū metu perculsa nec de cœnaculo montis Syon audebat egredi, tanquàm esset obsessa, protinus excussa timoris obsidione ad Christi prædicationem prosiliit. ¶Nomine in illo. Aliqui volunt intelligi nomen illud Dei Magnum Adonai, quod Deus Moysi & non, his qui fuerunt ante illum patribus indicauit. Alij Tetragammaton intelligunt: mihi placet quòd intelligamus de nomine Iesu, quod est super omne nomen vt ait Paulus; neq; enim est aliud nomen de cœlo datum (vt idem refert) in quo oporteat nos saluos fieri. ¶Fallax oculus. Quia iudicat ea tantum quæ foris. Dominus autem intuetur corda, & renes. ¶ Virtus maxime. Hic est filius Dei D.Iesus. Est enim virtus, & sapientia patris. ¶Iusta. Vnde Hier.Hoc est nomen, quod vocabunt illum Dominus iustus noster. ¶Pia. Idest misericors. Nam misericordia illius plena est terra. ¶Exaudire. Notanda sunt quinq; impedimenta ne preces exaudiantur videlicet sensualitas:indiscretio, indignitas petentis, & eius pro quo petitur, & vtilitas futuri melioris boni. Hic nullum horum aderat; idcoq; exauditæ sunt preces. ¶Præces. Scilicet mentales; nam infra loquitur de vocalibus. Hoc enim, quod in ore profertur,

C

Exo. 28. Ph.a. Hie.23.

ODE LIII. EX PSALMO LIII.

Deus in nomine.

ME precor altitonans vt salues nomine in illo,
Quod super excellit nomina cuncta tuo.
Non hominum fallax oculus diiudicet, oro;
Sed tua me virtus maxima, iusta, pia.
Exaudire preces tandem digneris ab alto,
Oris & aure tua percipe verba mei
Ipsi etenim alarum, qui me cęlare suarum
Vt pote cognati,tegmine debuerant.
Sunt alienigenæ mihi facti: nec minus in me
Insurrexerunt, ac paricida forem.

D fertur, debet & in corde versari: vnde Apostolus. Orabo spiritu, orabo & mente. ¶ Aure tua. Auris Domini, qua electos audit, est misericordia. ¶ Ipsi. Scilicet Ziphei, qui erant de tribu Iuda, & quantum ad Ecclesiam attinetur, ipsi Iudæi, qui erant eiusdem gentis cum Christo capite Ecclesiæ, & cum Apostolis, primisq; discipulis. Vel etiam mali eius prælati, qui lacis & lanæ commoda tantummodo quærunt, nec pertinet ad eos de ouibus: quos Dominus mercenarios appellat, qui vident Lupum venientem, & fugiunt. ¶ Alarum suarum. Idest suæ doctrinæ, & vitæ bonæ protectione. Vel proprie, quo ad Iudæos, quibus erat Christus promissus, eumq; & Ecclesiam ab impetu barbarorum deffendere debuerant. ¶ Tegmine. Idest operimento. Translatio ab aue crocitante, quæ pullos sub alis protegit ab impetu milui. ¶ Alienigenæ. Idest aliunde geniti. Vt qui à Deo patre recesserant, & moribus sibi similes Dæmon mala genuerat persuasione. ¶ In me. De capite Christo patet, sed et in Ecclesiam insurrexerunt cum cæsis Apostolis denuntiauerunt ne in nomine Domini prædicarent: & in lapidatione Stephani omnis Ecclesia quæ Hierosolymis erat, dispersa fuit. ¶ Paricida. Idest pessimi criminis reus, à parente & cædo componitur paricida quasi parenticida, sed propter euphoniam sycopata est dictio. ¶ Duris hostibus. Qui nulla mouentur misericordia, quales fuere tyranni Ecclesiæ persecutores. ¶ Oculos. Mentales. ¶ Acer. Idest fortis, præstando mihi fortitudinem in his aduersitatibus. Porro acer, per arbore; vnde acernus corripit primam. ¶ Animæ meæ. In persona cuiustibet iusti loquitur Ecclesia: iustorum

Sap.3. enim animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. ¶ Hostibus. Deest super. Vel datiuus pro Accusatiuo cũ ad. ¶ Auerte. Scilicet à me ad illos, sicuti dicit. Qui fodit foueam, cadat in illam, & alibi. Redde mala vicinis nostris septuplum in sinum eorũ. ¶ In insidiis. Sic & prouerbiorum. 2. in insidiis suis

E capientur iniqui. ¶ Disperdentur. Hoc de Iudęis. factum est à Romanis, qui decies centena millia (vt scribit Iosephus) disperdiderunt; partim gladio, & partim misera captiuitate. Hoc & de gentilibus factum est in tempore Constantini, quo superatis idolorum cultoribus regnare cœpit Ecclesia. Hoc & factum est in morte persecutorum, quando anima à Dæmonibus corpus à vermibus, & eorum facultates diripiebantur ab iniquis successoribus. Fiet autem vniuersaliter in die iudicii, quando disperdet eos simul Infernus, & variis torquebit pœnis. ¶ Tua dicta. Videlicet ea, quæ Petro vicario Ecclesiæ dixit. Petre oraui ne deficiat fides tua: & tues Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduersus eam. ¶ Tunc. Cum liberata fuero de Iudæorum, & tyrrannorum manibus. ¶ Sacra feram. Idest offeram maxime Eucharistiæ in memoriam passionis Domini, per quem a dæmonis captiuitate liberati sumus. ¶ Sponte. Quia non placent Deo coacta seruitia. ¶ Almificum. Idest sanctificum, per quod sanctum fiunt & sancti. ¶ Nomen. Iesu, de quo supra. ¶ Dulce. Ad recolendum. Suaue, dum gustatur interiori gustu, sicut dicitur. Gustate, & videte quã suauis est Dominus. ¶ Bonum. Quo ad vtilitatem. ¶ Per te. Non ex mea virtute. ¶ Tribulatio dura. Iudæorum & gentilium, qui persequebantur Ecclesiã Dei. ¶ Recessit. A conuersione magni Constantini citra. ¶ Despexi. Idest deorsum me positos ex alto dignitatis meæ gradu aspexi, & contempsi. Sicuti suspicere est ad aliquem supra nos positum suspirare.

Me quæsiuerunt cum duris hostibus vnà
  Ante suos oculos nec posuere Deum.
Ecce mihi auxilio Deus est, protector, & acer.
  Susceptorq; animæ fit Deus ipse meæ.
Hostibus ista meis mala quæso auerte, pararunt
  Quæ mihi: in insidiis quas posuere, cadant.
Et disperdentur rapido ceu turbine puluis:
  Verificabuntur sic tua dicta mihi.
Tunc ego sacra feram tibi sponte, fatebor & illud
  Almificum nomen dulce, suaue, bonum.
Omnis enim per te tribulatio dura recessit,
  Hostes despexi luminibusq; meis.

EXaudi Deus orantem, &c. Recolit in hoc psalmo angustiam aflictionis animæ suæ Dauid, quando liberata Ceyla de manibus Philistinorum audiuit aduentum Saulis, in cuius manibus erat tradendus ab ingratis ciuibus. Orauit ad Dominũ, & sic euasit ab hostili manu Regis, & proditorum, & hæc fuerunt figura aflictionis Christi, quam passus est ab ingratis ciuibus Hierusalem, quos ab hostibus infernalibus eripuerat sua sancta prædicatione, & sanitatum donatione, mortuorumq; suscitatione. & tamen Pilato in damnationem mortis tradiderunt, sed liberatus est à Deo patre per resurrectionem. ¶ Exaudi. Satagentis (inquit Augustinus) solliciti in tribulatione positi verba sunt hæc. Multa patiens, precum multiplicitatem inculcat, & crebrò pulsat vt aperiatur. ¶ Corde. Tunc enim exaudibiles sunt preces cum cordis suspiria eas comitantur. ¶ Omnibus. Vt in psalmo 21. visum fuit, clamauerunt ad te patres nostri, & exaudisti eos. ¶ Exercitio meo. Malorum fatigationem,

F & persecutionem, exercitium suum vocat, Ne putemus igitur homines malos gratis esse in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Nam omnis malus aut ideo viuit vt corrigatur; aut ideo viuit vt per eum bonus exerceatur. vtinam qui modo nos exercent conuertantur, & nobiscum exerceantur. Nonne Longinus lateris Christi exercitor, & ipse pro Christo postea conuersus exercitus est in Cæsarea Capadociæ sub Octauiano præside, qui dentes eius extundi, & linguam iussit amputari, cumq; adhuc quæ Christi sunt prædicaret capitis animaduersione plexus exercitium, & agonem suum consumauit. & Saulus qui Stephanum lapidibus exercuit. adhuc spirans minas & cædes in Ecclesiæ Dei exercitio, factus de Saulo Paulus, de lupo agnus, edoctus est à Domino quot & quanta oportebat eum pro nomine Iesu pati. vide si exercens est exercitus in cathalogo passionum suarum ad Cor. 2. cap. 11. ¶ Vox inimicorum. Pharisæorum, & sacerdotum. ¶ Tribulatio dura. Imminentis passionis. ¶ Maligni. Vel Iudę malo igne auaritię repleti. Vel summi pontificis Iudæorum, qui per inuidiam dedit consilium vt D.I. occideretur. ¶ Exciret. Vt homo sciens passionem, non vt Deus loquitur. ¶ Pauidum cor. Vide Euangelium. Cępit pauere, & tædere. & rursus. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. ¶ Declinauerunt. Absolute potest legi idest retorta sunt in me. Idest super me vt sit figura Prothesεos, pallalage. ¶ Sua iniqua. Idest iniquitates suæ. ¶ Plector. Idest ex

Esa.53. crucior & punior ego iuxta vaticinium Esaiæ. Disciplina pacis nostræ super eũ omnes nos er-

ODE LIIII. EX PSALMO LIIII.
Exaudi Deus orationem.

EXaudi Deus orantem: ne spreueris ortas
  Imo ex corde preces ò pater alme meas.

rauimus

A

Omnibus intendens multa ex bonitate, mihiq;
Intende: exaudi pro pietate tua.
Contristatus enim quo exerceor, atq; fatigor
Hoc exercitio nocte dieq; meo.
Vox inimicorum tribulatio dura maligni
Exterret pauidum cor, & amara premit.
Declinauerunt in me sua iniqua reflexo
Vindice; proq; suo crimine plector ego.
Irati quoties fremuerunt dentibus in me
Visus vt in prædam ceu rugiensq; leo,
Cor mihi turbatum est: tremuerunt viscera mortis
Horror, & vmbra necis me cecidere super.
Lumina caligo, timor & tremor occupat artus,
Corpore & in toto dirrignere pili.

sauimus & posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrorum. Vel declinauerunt scilicet Iudæi. ¶ Sua iniqua. Idest iniquitates suas in eum retorquentes, appellando illum seductorem, habentem diabolum, & prohibentem tributa dari Cæsari, cum magis ipsi in omnibus his peccarent, vt patet Euangelium intuenti. ¶ Reflexo vindice. Scilicet Pilato, vel Deo secundum primã expositionẽ, qui reflexus à seueritate iustitiæ ad misericordiam generis humani seruorum iniquitates soluit filium suum. ¶ Fremuerunt, vt vel cum præcipitarent de montis supercilio, super quo ciuitas eorum fundata erat; vel vt lapidarent. ¶ Cor mihi turbatum est. Ex humana fragilitate intellige hæc omnia, cogitans N. D. I. quàm acerba esset passurus à Iudæis, & referente Lazaro, quem suscitauerat vltimum terribilium esse mortem, quo ad sensualitatem, quæ scribuntur hic, patiebatur. ¶ Caligo, &c. Hæc omnia sunt signa sensualitatis mortem horrentis. ¶ Quis det pennas. Scilicet potentiæ, & diuinitatis vt ex mortuis resurgens. ¶ Ad alta. Cœlum volando in die Ascensionis. ¶ Quiescam. In sinu tuo. Hæc de gloria sua meditabatur vt sensualitati ex imminentis horrore necis perturbatæ, consolationem afferret. Sic & Paulus: Existimo enim nõ esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vnde & Beatus Greg. Delectet mentem magnitudo præmiorum, vt non absterreat certamen laborum: vel planè intellige hæc dicta à D. Iesu tanquam ab homine dum esset in medio volentium eum præcipitare aut lapidare. ¶ Quis mihi det pennas. Vt fugiam de medio circundantium me. ¶ In petra. Idest in petræ foramine super alta turris. ¶ Mœsta columba. Viso accipitre, vel terrefacta à quocunq; strepitu dum pasceretur. ¶ Procul fugiens. Sicut in Euangelio legitur. Iesus autem transiens per medium illorum ibat. & alibi, Cum quæsissent eum prehendere, abiit in Galilæã & alibi. Iesus iam in palam non ambulabat apud Iudæos, quia volebant eum occidere. ¶ Deserta. Sicut in multis locis Euangelii habetur, & maxime quando abiit in desertum iuxtà ciuitatem, quæ dicitur Efrem. ¶ Lustris. Speluncis ferarum cubilibus. ¶ Solus. Sicut in Euangelio dicitur, & solus per noctauit in oratione; & quoniam aliquando loquitur in persona sua, & quandoq; in persona Ecclesiæ suæ cuius est caput, hi versiculi frequenter in sanctis adimpletos legimus; sicut in vita Chrysantis & Dariæ, de Beato Carpophoro in quadam montis spelunca collocato, seuiente persecutionis atrocitate, vbi vix poterat à paucissimis fidelibus visitari; sed & Vrbanus Papa in sepulchris Et Syluester latuit in monte Syrapti, Paulusq; primus Heremita in vasta heremo, & cum plures alii diuersis in locis latuerunt in feruore persecutionum. ¶ Opperiebar. Idest expectabam. ¶ Eum. Deum patrem. ¶ Saluauit. A mortuis suscitando. ¶ Ira. Iudæorum. ¶ Tempestas. Passionis meæ, & meorum. ¶ Sine more. Idest terribilior solito, plusquàm solerent sæuire tyranni. Nunquàm enim leguntur ita crudeliter illos, sicut Christi fideles diuersis examinauisse tormentis & tantum in cruciatibus studium adhibuisse. Vide Laurentii, Ignatii, Blasii, Catherinæ, Luciæ, Agathæ, & Agnetis, Teclæ, Barbaræ, Christinæ, & mille martyrum agones.

B

Quis mihi det pennas, vt ad alta volando quiescam
In petra, veluti mœsta columba facit.
Ecce procul fugiens petij deserta ferarum
In lustris latitans solus ibiq; steti.
Opperiebar eum, qui me saluauit ab ira,
Tamquàm tempestas, quæ sine more furit.
Et ne deficerem nimio sub ponderis æstu
Ceu pusillanimis vimq; animumq; dedit.
Deiice præcipites, & eorum diuide linguas.
Namq; vt ego vidi, semper iniqua gerunt.
Inter & aduersos est contradictio ciues,
Vrbs sua turbatur seditione graui.
Mœnia circundat ceu vallum quicquid iniqui
Esse potest vsq; nocte dieq; sua.
Vrbis & in medio turpis per compita quæstus.
Est iniustitiæ crudus vbiq; labor.

¶ Ponderis æstu. Idest grauissime impetu passionis meæ, & meorum. ¶ Pusillanimis. Quod Petro contigit ter Dominum neganti, & reliquis discipulis, qui omnes relicto eo, fuga sibi consuluerunt. Accidit, & Marcelino pontifici, qui metu tormentorum pauca factus paucula thuris grana Idolis imolauit; licet omnes iterum resumptis animis pro Christo ad martyrii gloriam peruenerunt, sed permisit eos titubare, ne quisquàm viribus confidat humanis, sed ad Dominum semper confugiat; nam & si spiritus promptus sit, caro tamen est infirma. ¶ Deiice. Ab alto regimine populi, à superba sede pontificia, à celso fictæ sanctitatis culmine, quo ad Iudæos; quo ad gentiles ab imperii celsitudine. Hic prædicitur persecutorum capitis, & membrorum Ecclesiæ pœna. ¶ Præcipites. Primo in repentinam gladii vel captiuitatis ruinam, deinde in infernum. ¶ Diuide linguas. Idest diuisa esse eorum studia à cultu tuo ostende per eorum verba; nam ficta sanctitas cordis iniquitates diu tegere non põt, quia nihil occultum, quod non veniat in palam. ¶ Vidi. Et increpaui, Pharisei hypocritæ, qui tuba præcedente facitis eleemosynas, exterminatis in ieiunio facies vestras, qui longis orationibus comeditis domos uiduarum, qui aurum libentius intuemini, quàm Solem, qui estis similes dealbatis sepulchris, pharisæi cæci qui propter hominum traditiones relinquitis mandata Dei, qui decimatis mentham, & anethum, & quæ grauiora sunt legis misericordiam & iudicium non curatis, qui tulistis clauem scientiæ, nec introistis neq; uolentes intrare permisistis, qui occiditis prophetas, & lapidatis eos qui ad uos mittuntur, implete implete mensuras patrum nostrorum, interficite hæredem, & uestra erit hæreditas. hæc & similia uidit Dominus Iesus & increpauit. ¶ Contradictio. Saduceorum, & phariseorum, dicentium debere dari tributum Cæsari & negantium. Hæc autem contradictio, & sedi-

C

D. tio, de qua infra post ascensionem Domini max. viguit in Hierusalem, vt refert Iosephus de bello iudaico: insurrexerunt enim quidam sicarij, qui sine metu iustitiæ furtis, cædibus, & latrocinijs vrbem deformauerunt. ¶ Mœnia sua. Quod est infra: ¶ Quicquid iniqui. Idest omnis iniquitas. ¶ Vsquam. Alicubi, i quacunque alia ciuitate, puta Samaria, Babilonia, Sodoma, vel Gomorra, in quibus diuersæ repertæ sunt iniquitates, & acerbæ punitæ. ¶ Nocte dieque. Idest continue, sine intermissione. ¶ Turpis quæstus. Idest illicitum lucrum, quale est scortatoriū. ¶ Compita. Idest triuia vel quadriuia, à coeundo, idest conueniendo, vel cōpetēdo, unde & cōpetitores: vel à cōpotādo dicta, significat autē tabernas, aut luparū fornices. in quibus hæc omnia fiunt. ¶ Iniustitiæ. Contra quā prophetas Dominum, & discipulos eius crudeliter necauerunt: ideo dicit. ¶ Crudus. Idest crudelis. ¶ Vbiq, labor. Laborabant enim, vt volentibus & nolentibus iudicibus iusti damnarentur: sicut in Pilato patuit, qui tametsi lauit manus super innocentia Domini, & eum iustum pronunciauerit, nihilq; mali fecisse, coactus tamen est ab importunis clamoribus laborantium iudæorum iniustam ferre sentētiam. ¶ In plateis. Idest publicè posthabita lege Domini, quæ dicit vt supra in psalmo Domine quis habitabit: nec pecuniam suam dedit ad vsuram. ¶ Vsura. Dicitur quasi æris vsus, idest denariorum. ¶ Vorax Quia per eam deuorant pauperum substantiæ. ¶ Liguritur. Idest paulatim consumitur, tanquam si esset edulium suaue. ἀπὸ τοῦ λιστροῦ quòd est suaue, vel à lingendo catinum suauis ferculi, quod faciunt lurcones. ¶ Raptor. Apertè violentus, vt de illis sicarijs supradiximus. Vel Pontificem Caipham intellige, qui necem Christi inhiabat, sicut agnum lupus. ¶ Cœtera. Idest omnes personarum qualitates, vel ordines: Vt aduocati, procuratores, notarij, mercatores, & reliqui mechanici; nec mirum, nam quales sunt

E. principes, tales solent esse & reliqui ciues, qui maiorum exempla facilius ad malum, quàm ad bonum sequuntur. ¶ Hoc est quo doleo magis. Cum nulla pestis efficatior sit ad nocendū, quā familiaris inimicus, nec vllum vulnus maiorem dat dolorem, quàm quod à domestico, de quo fidebamus, venit, vt pote non præuisum D. I. more hominis à domestico proditi de Iuda traditore discipulo suo conquæritur; non quòd ipse ignorauerit eum proditorem futurum, cum hanc prophetiam per os Dauid enunciauerit adimplendam, ipsumq; in cœna dilecto ostenderit discipulo: Sed alijs exemplum patientiæ ex sese volens præbere, cum à talibus produuntur, sustinuit à proditore tradi, simulque cunctis futuris proditoribus ex pœna Iudæ comminata terrorem incutit, vt à tam graui scelere absterrerentur, & coercerentur. ¶ Ab illo. Scilicet Iuda uno xij. Apost. ¶ Puer meus. Idest seruus meus fidelis, & beneficijs à me receptis: tali nomine serui solent appellari dilecti, vt Euang. ait Centurio. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus. ¶ Veteri hoste. Qualis erat pharisæorū cœtus. Nam tales solent caueri iuxta prouerbium. De veteri inimico non confidas in æternum, & quando nocet minus dolendum, quia videtur officium suum executum esse. ¶ Infensum sibi. Idest inimicum, noxium, odiosum, grauem ad videndum. ¶ Finxere. Bene finxere. Non.n. oderat eos Dominus, quorum salutem procurabat animarum; sed est moris omnium malorum bonos fingere sibi infensos, quò nocendi eis nanciscantur occasionem: per similes Aesopiano lupo, cui agnus aquam perturbauerat defluentem, quasi retrolaberetur vnda fluens. ¶ Cessisse. Pro recessisse: sicut aliquoties profugit dans exemplum seruis suis, aliquando fugiendi vtilitate salutis animarum pensata, & subtrahendo malis occasionem peccandi, nam malæ voluntatis leuior est pœnitentia, quàm facti, quod ex voluntatis mutatione infectum haberi non potest, sicut & Apostolus hortatur dare locum iræ. ¶ Iuuasset. Per iuuauisset secundum analogiam: alias facit iuuisset primā producta. ¶ Delituisse. Vt alias fecit; quando voluerūt eum Nazareni præcipitare. Ostenditur adhuc rupes ab incolis, in qua remanserunt vestiū liniamēta, & totius cor-

Ioan. 12. poris vestigia, quasi petræ se se retrahentis, & latenti cauum locum præbentis. ¶ Specu. Idest latibulo alicuius speluncæ. Specus trium generum fuisse apud maiores ostendit Seruius, quartæque, & secundæ declinationis: nonnulli etiam dicunt declinari, hoc specus, coris, hæc speca, cæ, cuius diminutiuum videtur esse specula, sed recedit à si-

F gnificatione, similiter & hoc specū. ci. quod nusquam memini me legisse. ¶ Vnanimis. Antequam concepisset animum prodendi ex argenti cupiditate, quod æstimauerat se furto lucraturum, si vnguentum illud, quod effusum est, trecentis venisset denarijs: Loculos enim habens decimam semper furabatur eorum, quæ sibi portanda committebantur. ¶ Procerū. Idest Apostolorum. Proceres ciuitatum dicuntur principes, quasi republica emineant, sicut trabium capita in ædificijs, & proceres vocantur & mutili. ¶ Duxq;. Fortè quando iudas præcedebat, vt dispēsator ad cibaria preparanda. ¶ Epulis. Solemnibus, quæ in Hierusalem fiebant in magnis festiuitatibus, quales erāt agni pascalis. ¶ Conuiuas. Apostolos max. in vltima cœna, in qua etiam corpori, & sanguini Domini communicauit; vt nobis daretur exemplum non prohibendi pingues terræ & peccatores occultos ad mensam Domini accedere, sed tantum monere seuum exactorem timendum esse: nam qui indignè accedit, vltra quod iudicium sibi manducat, & bibit, peior quàm cum venerat, indè recedit; sicut iudas, in quem post panem acceptum intrauit Sathanas: & hæc quam plurimi sacerdotes & alij male aduerrunt, qui animo inquinato altare frequentant. ¶ Atria. Sūt illæ porticus, quæ erant ante ianuam templi: nam intro nemini licebat intrare, nisi solis sacerdotibus. ¶ Si quando. Idest quotiescunque: non enim vnquam veniebat D. I. in Hierusalem, quin semper priusquā aliquid aliud ageret, ad templum tanquam ad domum patris sui, accederet. ¶ Oraturus. Nam domus Domini domus est orationis: nec alia de causa quisquam debet adire templum nisi ora-

In plateis vsura vorax, liguritur egenus
Prædæ raptor hiat, cœtera plena dolo.
Hoc est quo doleo magis, & magis angor, ab illo,
Qui puer esse meus debuit, ista pati.
Nanquam ego si veteri maledictus ab hoste fuissem,
Hoc minus extiterat sustinuisse graue.
Et si qui infensum sibi me finxere, fuissent
Me super effati grandia verba, minas.
Forsitan hinc profugum cessisse iuuasset ab illis
Aut aliquo potius delituisse specu.
Tu verò vnanimis, procerum dilectus, & vnus
Notus vbiq; meæ duxque, comesq; viæ.
Commensalis eras, epulisq; assuetus eisdem
Inter conuiuas præcipuusq; mihi.

Atria si quando templi oraturus adibam,
Tu genua ante Deum flectere primus eras.
Vltimus e socijs sacro de limine surgens,
Esse videbaris sanctior inter eos.

A

At me nunc animo nimium promotus auaro
Prodis?& insidias tendis, vt ante cadam?
Hostibus atque meis me furtim prodere captas
Me præceptorem me Dominumq; tuum.
De super atque illos veniat properata repente
Mors; & in Infernum corpora vestra cadant.
Ex quo nequitias, quæ dudum corde latebant
In conuenticulis exposuere suis.
In medio populi deinc effudere venenum,
Atq; palam cædem constituere meam.

turus. Nā domus Dom. domus est orationis, nec alia de causa quisquā dēt adire templū nisi oraturus, aut verbi diuini audiendi gratia. ¶ Primus. Quasi deuotionem ostensurus maiorem. ¶ Videbaris. Hic est mos hypocritarum longas orationes orant, vt appareant sanctiores ceteris. ¶ Auaro. Auaritia, quæ est idolorum seruitus, ē radix omnium malorum. ¶ Prodis. Prodis principibus sacerdotum, quibus dixit: Quid vultis mihi dare, & eum vobis tradam. ¶ Insidias. Sicut dicitur in Euangelio: quærebat oportunitatem, vt eum traderet sine turbis, quia timebat plebē: nam sicuti prophetam eum habebant. ¶ Ante. Scilicet hostes meos. ¶ Furtim. Idest clanculū, & nocte, ne tumultus fieret in populo. ¶ Præceptorū dominū. Auxesis est: auget facinorosū scelus: dicit igit. Me Emphaticos talē & tantū virū, sed quod plus est, præceptorē, qui loco parentis est, vnde illud, Parentib. & magist. pares gratias refferre non possumus, sed φ adhuc plus est, Me Dominum, & Deum tuum. ¶ Super. O Iuda, atque illos cōplices tuos, quibus cum proditionis retia texuisti. ¶ Mors properata. Hoc adimpletum est: nam abiens Iudas laqueo se suspendit: sic & Iudęi crucifixores Christi repente à Romano exercitu ad decies centena millia (vt scribit Iosephus) fuerunt partim occisi, & partim ducti in captiuitatem, quæ mors est ciuilis, & miserior ipsa morte. In infernum. Hoc fortitan fuit factum de principalibus crucis Christi autoribus, sicut olim legimus de Chore & cōplicibus suis, quos Moysi rebellantes terra viuos absorbuit. Iudæi vero D. N. I. C. fuere rebelles, qui plusquam Moysen extitit, nam culpæ similitudo, supplicij quoque paritatem exposcit: proculdubio fiet in die iudicij, quando maledicti uidebunt, in quem pupugerunt, & ibunt in ignem æternum in anima, & in corpore. ¶ In conuenticulis. Idest synagogis, uel in atrio principis sacerdotum, quo omnes conuenerant ad tractandam necem Christi. ¶ In medio populi. Hoc fuit, quando ad interrogationem Pilati, quem uellent de duobus dimitti, persuaserunt turbis ut magis Barraban peterent, Iesum uerò crucifigerent. ¶ Quid facerem. More loquitur humano. ¶ Gemebūba uoce. Cum dixit, heloi, heloi, lamazabathani, & quando pro crucifixoribus ipsis orauit, & spiritū Deo patri commendauit, & cum lachrymis, & clamore magno (ut ait Paulus) & exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Audijt. Me suscitando & glorificando. ¶ Vespere. Captiuitatis meæ, primo coram discipulis in illo sermone longo, quem habitū post cenam Ioannes ostendit. Secundo coram captoribus: Quem quæritis? & tanquam ad latronem, &c. Tertio coram Anna: ego palam locutus sū &c. Quarto ante Caypham, & principes sacerdotum uidebitis Iesum stantē à dex. uir. D. & uen. in nu. cœli, & alia quæ recitantur ab Euangelistis: uide passionem. ¶ Meridie. In cruce. ¶ Mane. Coram Pilato. Regnum meum non est de hoc mundo &c. Ego in hoc ue. ut test. perhi. uer. ¶ Hinc. Ex aperta iustitiæ, & laudum suarum annuntiatione. ¶ Velut ante. In miraculorū patratione, sicut etiam dixit in suscitatione Lazari. Scio pater, quia semper me audis. ¶ Inanis. Qui alios in se sperantes exaudit, cur seipsum non exaudiat. ¶ Vngulbus. Idest ex sepulchri custodibus. ¶ Redimetur. Per resurrectionem. ¶ Denique post acerbissimā passionem, consumatis omnibus, quæ de eo scripta erant: nam oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. ¶ Sint licet. Hic reducit ad memoriam quasdam insidias ante mortem, & captiuitatem à Iudęis passas. ¶ Multi. In multitudine veniebant ad eum tentandum, vt quem ratione non poterant superare, ex multitudine absterrerent. ¶ Sub melle. Idest verborum dulcedine: vt Magister scimus q. v. e. & vi. d. i. v. doces &c. ¶ Verbis. Et nō corde. ¶ Sæcula. Idest tempora, & mundum, & luminaria magna quæ facta sunt in tempora, & signa, dies & annos. Gen. primo. ¶ Eripietq;. De potestate eorū: Christus enim semel mortuus est mors illi vltra non dominabitur. ¶ Leuabit humo. Sepulchri per resurrectionem, vel ab ignominia passionis vt ait Paul. Exaltauit eum Deus, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, &c. ¶ Deprimet. In infernum, vt ait B. Virgo in cantico. Dispersit super. m. c. s. deposuit pot. de. sed. & ex. hum. ¶ Sub ped. Hoc videmus iamdudum adimpletum: nam posuit inimicos scabellum pedum suorum, & Ecclesiæ suæ: nam Summo Pontifici obediunt omnes tam Iudæi, quàm qui erant gentiles. ¶ Pessundabit. Deijciet, & supponet: à do, & pessum aduerbium quod significat, retrorsum, deorsū, vel sub pedib. pono. ¶ Conculcabuntur. Ab hostibus Romanis, sicut factum est in vrbis suæ captiuitate, & deinceps. ¶ Nec releuabit eos. Scilicet qui voluerint ī pertinacia infidelitatis remanere. Multi namq; Iudæi ad finem Christi conuersi, fuerunt ad Episcopatus & vsq; ad Summi Pontificatus apicem exaltati. ¶ Met⁹. Idest spes, Acyrologia est. ¶ Illos.

B

Ast ego quid facerem, gemebunda voce vocaui
Tunc Dominum: nostras audijt ille preces.
Vesperè meridieq; suam ceu mane loquetur
Iustitiam, & laudes nuntia facta sua.
Hinc exaudiri voces velut ante præcantis
Spero mei, nec spes hæc mea inanis erit.
Spiritus ecce meus duris redimetur eorum
Vnguibus, & pulchra deniq; pace fruar.
Sint licet hi multi vanas sub melle tegentes
Insidias: verbis appropientq; mihi.
Me tamen æternus, qui sæcula condidit olim
Conditus à nullo, qui fuit, est, & erit.
Me tamen ipse potens exaudiet, eripietque,
Meq; leuabit humo, deprimet altus eos.

C

Sub pedibusq; meis cunctos pessundabit hostes,
Conculcabuntur nec releuabit eos.
Non etenim metus est, mutatio vertat vt illos
Quandoque immensi pœniteat ve mali.
Non timuere Deum: petiere profunda malorum
Duræ ceruicis cor Pharaonis habent.
Altitonans igitur nimirum extendet ad illos
Pro meritis duram in retribuendo manum.

D Pertinaces intellige.¶Quandoque. Pœniteat;nam in illis xl. annis à passione Domini ad vrbis excidium, qui fuerant eis indulti ad expectationem pœnitentiæ,pauci admodum respectu eorum,qui perierunt, egere pœnitentiā; & hi modici per Angelum moniti paulo ante obsidionem, ad Galileam confugientes,ab vrbis saluati sunt ruina. ¶Immensi mali.Occisionis Christi.& discipulorum eius,nec non & cædis prophetarum.¶Profunda malorum. Iuxta illud sapientis. Peccator cum in profundum malorum venerit,contemnit.¶Duræ ceruiics. Hoc est,quod Dominus dixit Moysi.Cerno quòd iste populus duræ ceruicis est.¶Pharaonis. Qui inter flagella magis,magisq; indurabatur.¶Nimirum. Idest non est mirandum si extendit.¶Pro meritis. Idest demeritis. του̃ μεσου est. ¶Duram manum. Totalis exterminij iudaicæ gentis.¶Contaminauerunt. Falsis interpretationibus, & iniquis patrum traditionibus.¶Testamentum. Domini,in quo Christum sibi promissum venisse negant, cum tamē videant prophetias de illo adimpletas esse:& hoc modo reddunt Deum mendacem,qui tamen verax est,& ipsa veritas.¶Prostituere. Ac si essent ludibrio,& ad peruersas retorquentes intelligentias,suisque, & veterum traditionibus nepharijs subijcientes;sicut de illo corbam patri matriue dicendo contra præceptum Domini, Honora patrē & matrem &c.

Contaminauerunt testamentum illius:atque
Diuinas leges prostituere sibi.
Ira grauis,zelusq; malus seiunxit eorum
Ne responderent cordibus ora malis.
Ore loquebantur mihi lactea verba dolosi,
Mollis erat sermo,mel, oleumq; super.
Sed iaculabantur,quæ pectore dira tegebant
Spicula,cum verbis spicula mixta malis.
Ne timeas inquam,trepidanti talia mœsto
Spiritui; ast oculos mentis ad alta leua.

¶ Ira grauis. Propter redargutiones:malus enim quando corripitur irascitur; bonus verò correctus emendatur.¶Zelus malus. Idest inuidia gestorum Christi, quem populus magis quàm illos attendens magnificabat : est etiam zelus bonus,de quo dicitur.Zelus domus tuæ comedit me.¶Ora. In quibus blanda resonabunt.¶Cordib. Quæ erant plena dolis. ¶ Lactea. Idest dulcia, & suauia, quale est illud. Magister bone, quid boni faciendo & illud. Quousq; animas nostras tollis,si tu es Christus dic nobis palam, nonne videntur sponsæ languētis verba ad expectatum diu sponsum:& illā. Magister scim' quia verax es &c. ¶Spicula. Idest maledicta eorum tentamenta. ¶Iaculabantur. Credebant se

E posse iaculari.¶Inquam. Idest dico ego per interiorem inspirationem consolando:porrò verbum est defectiuum, inquam,& ad primam,tertiamq; refertur personam.¶Spiritui mœsto. Iuxta sensualitem intellige,sicut illud. Tristis est ánima mea vsque ad mortem.¶Ad alta. Tibi à Deo promissa vnde Gregorius. Si cōsideramus fratres carissimi quæ & quanta sunt,quæ nobis promittuntur in cęlis vilescunt animo omnia,quæ habentur in terris, & beatus Vincentius tortori suo dicebat.In sublimi agor,ideo non timeo tormenta tua. ¶ Vrentes curas. Et omolygia est curarum.Nam idcirco dictæ sunt curæ,quia cor urunt.¶Iniice. Idest iacta: vnde August. ait. Iacta te in Domi-

Petr. 5. no,non est ita crudelis vt reijciat:se subtrahat,& te cadere permittat. Hoc & admonet Petrus. Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in Deum,quoniam ipsi est cura de vobis.¶Nutriet. Sic alibi. Nunquam vidi iustum derelictum,nec semen eius quærens panem.¶Fluitare. Idest summergi. Vel ad libitum vndarum,& ventorum circūuolui,hoc est: à persecutionum incursionibus superari.¶Carinam. Hic ponitur methaphorice pro Ecclesia Christi qui Anthonomastice iustus est.¶Vnda maris. Idest persecutio Iudæorum & gentilium quæ cessabat & insurgebat ad beneplacitum domini. Figura huius fuit nauincula Petri quę dormiente Domino iactabatur fluctibus surrexit & imperauit mari & facta est tranquilitas magna: hoc maximè patuit tempore beati Syluestri.¶Ast illos. Christi persecutores & Ecclesiæ.¶Turbine. Idest impetuositate mentis ex intellectus amissione,per subtractionem gratiæ diuinæ¶In puteum interitus. Idest in profundum malorum,vel in desperationem.¶Abyssus infernalis.¶Pellaces.

In dominoq; tuas vrentes inijce curas,
Spem prope consumptam nutriet ipse tibi.
Non permittit enim iusti fluitare carinam
Sed nec vt æternum fluctuet vnda maris.
Ast illos rapido correptos turbine voluet
In puteum interitus,merget abyssus eos.
Dulcis enim vitæ mediam pertingere metam
Pellaces nequeunt sanguineiq; viri.
Verùm ego iustorum spes ò fidissima deinceps
In te sperabo sicut & ante, Deus.

Idest dolo fallentes, à pellicco quòd est blandis verbis decipere, quod faciunt adulatores & hypocritæ.¶Sanguinei uiri. Idest sanguinis effusores,hoc:est homicidæ volunrarij,& hoc ꝑ maiori parte;alioquin contra quod habetur Ecclesiastes vii. Iustus in iustitia sua perit & Impius multo viuit tempore:hoc enim raro contingit & occulto sed iusto Dei iudicio forte ex subsecuta pœnitentia ut nostro prophetæ Dauid euenit,uel ex præmio temporali aliquorum bono-

F rum ab eo factorū,uel alicuius deuotionis diu obseruatę, ut de illo castellano beati Bernardi expoliatore,qui ex deuotióne ad beatam Virginem defensus fuit ne à domestico dęmonio suffocaretur, cui libera in enm facultas à Deo fuerat permissa quacunq; die non salutasset Virginem Mariam. Idem temporibus meis contigit cuidam latroni montano & sanguineo uiro quē Bartoreum dicebant : hic quia nunquam manducabat nisi prius dicta corona, uixit usque ad senectutem:an pœnituerit compertum non habeo. Verum hæc rara sunt:nam ex centum uiris sanguinum uix tres,aut quattuor ad mediam dulcis uitæ metam perueniunt, Vidi ego xx. duces exercitus in quodam horto Papiensis nobilis de negocijs exercitus consulentes inde ad annos x. periere omnes cum tribus exercitibus florentissimis : quorum nec unus credo superstit.¶Verum ego. Christus caput Ecclesiæ cum corpore mystico meorum fidelium.¶O Deus spes fid.iust.dein.in te sperabo sicut & ante hac speraui.¶Deinceps persynęresim,due uocales in unam contrahuntur syllabam; ex hoc dictio trissillaba fit dissillaba,sic deinde cui aureo,& similes dictiones.

HEu miserere mei. Ecclesia Dei sub persona prophete capti a Phylisteis in Geth & ad regē Achis deducti orat Deum pro liberatione sua a Iudæorum & gentilium persecutione. sed & quilibet iustus à peccatorum pressura detentus potest pro salute sua cum Dauid ingemiscere & dicere: heu Miserere mei Deus. Hanc hystoriam posuimus supra in Psalmo 33. qui super eadem materia est factus, & habeē Reg. 1. 21. ¶Pater Deus est. Angelorum hominumq; sator. ¶Aspice. Solus Dei aspectus à malo quocunq; nos liberat. Nam ipsum aspicere

A

est misereri. ¶ Impugnans homo. Saul si ad prophetam referas; sin ad Ecclesiam Dei. Homo carnaliter uiuens qualis erat Iudæus vel quilibet persecutor. ¶ Hostes. Phylistei, vel fautores mali regis. ¶ Vallant. Idest circundant: translatio à militantium castris quæ vndiq; fossa & agere muniuntur sic urbes obsesse ab armis oppugnantium vallantur. ¶ Quottidie. Hoc melius ad ecclesiam referas, quæ ab initio passa est insurgentes Iudæos, mox gentiles romanos. Deinde hæreticos: postea hypocritas falsos fratres, & demum Antichristum cum precursoribus & sequacibus. qui ex tribus prædictis malam sunt quandam mixturam facturi. ¶ Agmina. Multorum prædictorum persecutorum. ¶ Direx. Alludit Poeta ad pugnantium morem. ¶ Signa. Idest vexilla Barbarorum pugnantium aduersus Christianos sicut factum est tempore Eradii Imperatoris, & Cosdroe Regis Persarum. vide Hystoriam exaltationis sanctæ Crucis, & anterioribus, & posterioribus multis temporibus: sed & modo in Vngaria, & in Africa, Græcia quoq; eleuantur quottidie signa Turcarum aduersus Ecclesiam Dei. Sub Carolo Imperatore qui fauente sibi D. N. I. Christo Iam duas insignes victorias reportauit, speramus etiam terram cum sanctam recuperatarum. ¶ In medio orbe. Idest in persecutionis feruore. ¶ Numero. Malorum. ¶ Obrutus. Veluti mole quadam. ¶ Spes t. v. Quia portæ Inferi non præualebunt aduersus Ecclesiam Dei sed neque iusti a domino derelinquuntur nam & fidelis est Deus qui supra vires non permittit tentari quin & faciet cum tentatione prouentum vt ait Paulus. ¶ Fessum. Laboribus & pressuris. ¶ Ecquid. Idest ecce quid. Dictio composita ex corrupto, & integro. ¶ Homo. Idest Diabolus agnomen est ab euentu quia vicit Hominem. Sicut Africanus & Asiaticus dicitur Scipio, vnde & in euangelio inimicus Homo hoc fecit. Idest Diabolus. ¶ Putrida caro. Idest corruptibilis & vilissimus homo carnalis de multiplice Significa carnis vide super hoc vers. commentatus innominatum. ex hoc argue potentes non esse timendos qui, & si ad modicum maximis exercitibus vallati terribiles appareant, mox tamen in puluerem conuertendi, & esca uermium futuri sunt. Pharaonem attende Nabuchodonosorem, Sennacherib, tot Cæsares & gentium reges, ubi sunt nunc in puluerem redacti. vnde & quidam eorũ Poeta. ubi nunc pius Aeneas? ubi diues Tullus, & Ancus, &c. tandem concludit. Nos cũ decidimus puluis & umbra sumus. ¶ Subsanant. Idest derident. ¶ Verissima uerba. Correctionis scilicet, Euangelij & Ecclesiasticorum sacramentorum. ¶ Execrantur. Idest male dicunt & odio habent, quia ueritas aliquando odium parit. ¶ Venenato corde. Idest odij & inuidiæ ueneno perfuso. ¶ Volutant. Idest frequenter cogitant. ¶ Exitium. Idest mortem, ab exitu animæ de corpore deductum uocabulum. ¶ Perniciem. Idest damnum, uel etiam necem, a perneco uerbo. ¶ Impingere. Idest a loco mouere.

ODE LV. EX PSALMO LV.

Miserere mei.

Heu miserere mei Deus, heu pater aspice clemens
  Quottidie impugnans me tribulauit homo.
Vt me conculcent hostes, simul vndiq; vallant
  Quottidie insurgunt agmina multa nimis
Direxere acies, in me iam signa leuarunt.
  Spicula conijciunt, fit prope pugna ferox
Cum sol in medio radijs effulserit orbe:
  Est metus ab numero ne obrutus ante cadam.
Spes tamen vna fouet: tua quòd fortissima virtus
  Proteget: & fessum dextra leuabit humo
Speranti in domino, qui condidit, & regit orbem
  Ecquid homo poterit? putrida quidue caro?
Ast hæc subsannant illi verissima verba
  Verba execrantur nocte dieq; mea.
Cuncta venenato taciti quæ corde volutant,
  Sunt & in exitium perniciemq; meam.
Vt soli terras habitent me impingere nixi:
  Vt vel sic patria tolleret exul humo.

¶ Nixi. Idest conati, participium a Nitor teris. ¶ Soli. Vnde in Euangelio hic est hæres, uen. occi. eum, & nostra erit hæreditas. ¶ Exul. Ad Dauid hoc referas. Si ad Christum quando clamabant Iudæi tolle, Tolle crue. eum: si ad Ecclesiam. uide in actibus Aposto. illam dispersionem quæ facta fuit in lapidatione Stephani. ¶ Vestigia. Vt perderent me, uel ut traderent me in manibus inimicorum. ¶ Pedicas. Idest laqueos quibus pedes auium uel ferarũ solent inuolui, hic autem pro insidijs ponitur: quæ & uerbis blandis; & aliquando factis ab hostibus Dauid ei tendebantur, uel si ad Christum referas pro his adulationibus quas Pharisæi legunt Domino fecisse, si ad Ecclesiam pro introductis falsis fratribus uide Historiam S. Tiburtij Marty. ¶ Ergone. Particula indignationi optime deseruiens. Sic & Augustus Imperator in rescisione testamenti Vergilij, exorsus est. Ergone supremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas? &c. ¶ Sustinuere. Idest expectauere. ¶ In insidiis latrunculorum more. ¶ Vitam meam. Vt illam auferrent. ¶ Pro nihilo. Idest pro nullo bono quod fecerunt, quinimo pro multis malis quæ mihi & sanctis tuis intulerunt, ut sit liptote figura, quãdo minus dicitur & plus significatur. ¶ Saluabis eos? Interrogatiue legatur q. d. non, & hoc aduersus pertinaces in malo: potest etiam plane legi pro pœnitentibus quos Dominus gratis saluat: sicuti de se dicit Apostolus. Gratia Dei sum quod sum, nec merui esse Apostolus quoniã persecutus sui Ecclesiã Dei. ¶ Franges. Idest cõtringes, & cõquassabis. ¶ Hos populos, aut Phylisteos intellige respectu Dauid, vel Iudæos, & Gentiles Christi, & Ecclesiæ persequutores. ¶ Viden. Idest vides ne. ¶ Nuntia. Zeugma a medio. debuit autem potius dicere nuntij vt concordaret cum immediate sequenti. sed versus non stetisset. ¶ Sine more. Idest indesinenter. ¶ Lachrymas. Quæ si pro peccatorũ punctione effundantur vel pro ingenti tribulatione cogunt dominum exaudire. vt de Magdalena, Petro, & Ezechia, legitur. ¶ Pollicitatio. Idest promissio a te sponte facta. ¶ Iustis viris.

B

Seruauere pedum vestigia vbiq; meorum:
  Tendebant pedicas gressibus atq; meis.
Ergone captantes incautum perdere, vitam
  Sicut in insidiis sustinuere meam.
Pro nihilo saluabis eos? quin iustus in ira
  Hos franges populos, atq; furore graui.
Tu Deus afflictæ viden vt suspiria vitæ
  Nuntia sint, gemitus & sine fine mei.
Ecce meas, oculi vigiles, sine more fluentes
  Conspectu lachrymas apposuere tuo.

C

Nunquid inanis erit tua pollicitatio dudum
Iustis facta viris & renouata mihi,
Vt præstollentur modicum patienter agentes
Mox cernent dextræ fortia facta tuæ.
Tunc cum securi lęta se ftare, putabunt
Pace retrouersi turba inimica cadent,
In quacunq; die Dominum mea lingua vocabit,
Exaudita Deum te sciet esse suum.
Verbum igitur Domini tempus laudabo per omne,
Sermonemq; Dei vox mea prompta canet.
Speraui in Domino mihi præstollabor adesse
Nec metuam quid homo possit obesse mihi.
Debita nunc restant diuinæ munia laudis,
Et tua vota Deus persoluenda mihi.
Me necis à diræ morsu rapuisse fatebor
Te Deus à lapsu sustinuisse pedes,
Vt modo complaceam tu deinceps dirige gressus.
Lumine viuentum: sic tibi gratus ero.

D qui fuerunt ante me. Leuitici. xvi.c. persequen-
tur quinq; vestrum, centum alienos, & centum
Leui. 16. ex vobis decem millia,& Deuteronomij 28. per
vnam viam venient contra te, & per septem fu-
gient à facie tua. ¶Et renouata mihi. Vt habe-
tur in Regum.¶ Vt præstollentur. Idest expectet,
si ad Ecclesiam Dei referas, hoc habetur in Apo
cal. vbi sanctis conquerentibus, quousq; vindi-
cabis sanguinem nostrum ab his qui sunt super
terram?& acceperunt diuinum responsum vt ex-
pectarent modicum tempus donec impleretur
numerus fratrum suorum, &c. ¶ Dextræ tuæ.
Idest potentiæ tuæ, quod patuit in Phylisteorũ
debellatione, qui audientes Dauid assumptum
in Regem venerant ad destructionẽ regni eius:
idem contigit Iudæis post mortem Christi à Ro
mano exercitu deletis. ¶ Læta pace. Quæ facit
homines lætos, de mundana pace hic loquitur
quæ inimica est Deo. In qua homines per secu-
ritatem in grauissima declinant facinora, vti le-
gitur de Sodoma, simul tangitur quod ait Do-
minus. Cum dixerint pax pax, tunc repentinus
eis superueniet interitus. ¶ Retrouersi. De ma-
lis hoc dicitur, qui semper retro cadunt. ¶Qua-
cunq; die. Siue aduersitatis siue prosperitatis. ¶Vocabit. Idest inuocabit, aphæresis est. ¶Exaudita. Tunc enim
maiorem recipiunt de Deo cognitionem cum nouerint se ab illo exaudiri. ¶ Igitur. Hæc est gratiarum actio.
E quam & nos imitari debemus cum à Domino exauditi fuerimus, ne sicut ingrati benefactoris nostri obliuiscamur. ¶ Verbum Domini. Idest promissionem eius quam per verbum suum fecit: aut verbum, idest doctrinam
eius, quæ inducit homines ad laudandum Deum, vel certe verbum, idest Dei Filium. ¶ Sermonem. Idest prædi-
cationem Christi,& Dei. ¶ Munia. Idest officia. ¶ Persoluenda. Quinque syllabarum est dictio fit enim solutio v.
consonantis in vocalem. ¶ Fatebor. Vt sim gratus. ¶A lapsu. In peccatum.

HEu miserere, &c. In hoc psalmo Dauid liberationis suæ beneficium de manu Saulis à Deo acceptum redo
cit ad memoriam quando latuit in spelunca (vt habetur I. Reg. 24.) in quam Rex Saul secreta naturæ factu-
rus intrauit; cuius clamydis oram Dauid tantum abscidit cum tamen eum si voluisset occidere potuisset. In isti
cò vero D. N. I. Christi passio, resurrectio, nec non & martyrũ totiusq; Ecclesiæ liberatio de manu persecutorum
commemoratur: & primò periculi,& passionis exponitur angustia dum dicitur. Heu miserere mei,&c. Ingeminat
miserere ad maiorem angustiæ expressionem. ¶In te. Scilicet est. ¶Confidit. Subaudi in te. ¶Spiritus. Idest anima.
¶ Caro. Corpus: ex his enim duobus constat omnis homo, & quandoq; in carne aliquando in animo, & sæpe in
vtroq; nos angunt curarum & passionis dolores. ¶ Tegmine. Idest cooperimento, veluti sub clypeo. ¶ Alarum.
Clementiæ & pietatis tuæ. ¶ Vt pullus. Ex milui rapacis timore sub alis matris tegitur crocitans. ¶ Præteriens.
Ex hoc mundo. ¶ Iniquus. Saul & qui cum eo sunt: vel Iudaici furor populi & gentilium Ecclesiæ persecutorum.
¶ Eat. Ad vmbræ fugacis, similitudinem. ¶ Clamabo. Non tantum voce sed & corde: quod autem Christus cla-
mauerit in cruce testatur Euangelista dicens. Voce magna clamans emisit spiritum. Sic & Paulus ait. Cum clamo
Ma.27. re ualido & lachrymis offerens se ipsum exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Vt prius. In præteritis tribulationibus.
Heb.5. Nam præcedens exauditio spes est futuræ. ¶ Eo. Idest uado, uel recurro: est enim uerbum non pronomen. ¶ Misit.
Auxilium angeli, si ad Dauid referas, sin ad D. N. I. Christũ primo angelum de Cœlo confortans eum. Deinde su
scitando à mortuis, & eum glorificando. ¶ Con-
culcantes me: Saulis ministros,& Phylisteos. Vel
Iudæos quo ad Christum, & tyrannos quo ad
Ecclesiam. ¶ Opprobrio. Idest uilipendio popu
lorum omnium, ut factum uidemus de his, qui
crucifixerunt Dominum. ¶ Pietatem. Idest mi-
F sericordiam suã. ¶ Fortia ueri. De ueritatis for-
titudine, uide Esdrã ubi Azorobabel illius præ-
conia efferuntur, per ueritatem uerò hic poteris
intelligi iustitia, quæ semper comitatur miseri-
cordiam; & est triplex ueritas; uitæ, doctrinæ,
& iustitiæ. ¶ Quicquid. Vnde dixit Zorobabel.
Forte oinũ, fortis Rex, fortiores sunt mulieres,
sed his omnibus præualet ueritas. ¶ Leonum.
Idest Saul, & satellitum eius respectu Dauid, si
referas ad Dominum idest Iudæorum qui pro-
pter cordis ferocitatem, & oris rugitum appel-
lantur Leones: per catulos uero minores eius
populi intellige. ¶ Mollas. Idest dentes molares.
¶ Contudit. Præteritum à contundo, idest confre-
git. ¶ Discrimine. Idest periculo unde ueteres
ferè tria discrimen; distantia glabra periculum.
¶ Secura quies. Quis enim in medio leonum po
situs secure dormiret, si ad D. Iesum referatur si-

ODE LVI. EX PSALMO LVI.

Miserere mei.

HEu miserere mei Deus, heu miserere, quòd in te
Spes mea confidit, spiritus, atq; caro:
Tegmineq; alarum, vt pullus, sperabo tuarum
Præteriens, omnis donec iniquus eat.
Clamabo supplex, altissimum adibo tonantem.
Vt prius ad Dominum, qui benefecit, eo.
Erueret qui me clamantem misit ab alto
Me conculcantes opprobrioq; dedit.
Misit enim clemens pietatem & fortia veri
Brachia, quæ superant quicquid in orbe potest?
Iam circundederant hæc agmina sæua leonum,
Illorum catulis esca futurus eram.
Confregit mollas, & eorum contudit ora,
Me citus eripuit cuncti potente manu.

gnificat

Mens turbata diu stetit ex discrimine tanto.
Nec secura quies, nec sopor altus erat.
Sunt detractores rabidi fera turba leonum
Viperei dentes spicula, & arma sibi.

gnificat nec eum in sepulchro positum securè adhibitis custodibus potuisse quiescere vt in Euangelio dicit Domine recor. su. q seduct.&c. ¶ Detractores. Qui bonam proximi famam diminuunt, & declarat qui nam sint leones,& catuli de quibus supra. Sic & in prouerbiis. Iaculũ gladius acutus & sagitta, qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. ¶ Pellaces. Idest per blanditias & adulationes Dominos decipientes vt ventrem impleant, dorsum tegant. ¶ Duplex. Simplici p. à duobus,& plica: communem habet primam syllabam propter mutam & liquidam. ¶ Exaltare Deus. Si ad Dauid referas est quædam gratiarum actio de auxilio Domini obtento, tunc enim quodammodo dicitur exaltari Deus quando humiles suos de manibus superborum potenter eripit. Si ad D. I. plana est litera. Inuitatur enim vt à mortuis resurgens exaltetur ad dexteram patris. ¶ Gloria luxq; tua. Supple illucescat & manifestetur per Euangelii prædicationem, & est Ecclipsis figura idest verbi defectus. ¶ Laqueum. Idest insidias, aut falsa testimonia. ¶ Decipulãq;. Idest intricatas,& captiosas quæstiones qualis erat ea. Licet censum dari Cęsari an non:& de muliere in adulterio deprehensa,& saduceorũ de septemuira muliere, & aliis similibus: porrò decipula est laqueus absconditus quo decipiuntur aues improuidæ. ¶ Incuruauerunt animam meam. Idest vitam in mortem scilicet, vel incuruauerunt idest incuruare conati sunt a rectitudine Iustitiæ in distorta iniquitatis & malitiæ suæ. vt similis eorum fierem. ¶ Metu. Idest præ timore & horrore mortis acerbissimæ. Hoc de humanitate Christi intelligas si ad illum velis hunc referre sermonem,& est simili illi: tristis est anima mea vsq; ad mortem,&c. ¶ Foueam fodere. Idest mortem parauerunt, sanè mala est vocum connexio, faciem fou, fod, iuxta illud: machina multa mina minatur maxima muris. quandoq; autem ita incidunt, vt sine sensus peruersitate vitari non possint. ¶ Impegere in ea. Idest per lapsum cespitantes deciderunt. Impingo, gis, pegi significat per offendiculum aliquod lapsum facere. Saul autem in eam speluncæ foueam in qua Dauid cum suis latitabat incidit, vt dicitur in libro Regum. Iudęi verò in illam exinanitionẽ & gloriæ Dominiq; amissionem inciderunt quam putauerant se Domino per mortem intulisse. ¶ Pessundatus. Idest prostratus,& abiectus. ¶ Amore. Nouo propter nouum resurrectionis munus. ¶ Parata. Ad te laudandam,& replicat ad maiorem affectus sui demonstrationem. ¶ Laxa. Idest dilatata vt immẽsam laudum iubilationem effundant. ¶ Surge age. Vox est patris filium vt resurgat inuitantis. ¶ Mea gloria. Nam filius sapiens est gloria patris. ¶ Psalterium. Quod iam deposuerant patres antiqui longa nimis expectatione fatigati. ¶ Cytharam. Idest noui testamenti cantilenam, quam discipuli præ mœrore dominicæ deposuerant passionis. alii per psalterium aiam Christi intelligũt, quia psalmos in passione cum decantasset eam in patris manus commendauerat per cytharam vero carnem in cruce extensam & demum in sepulchro reconditam. ¶ Aurea plectra. Apostoli sunt. ¶ Mane. Hic ponitur hora resurrectionis Christi. ¶ Diluculo. Statim circa finem auroræ illucescente die ea enim hora resurrexit Dominus. ¶ Præuia lux. Transcursus est poeticus alludens ad id quod à Dauid fieri consueuerat in psalmorum compositione dicunt.n. eum vesperi solicitũ appendere psalterium, & diluculo à tenui quadã aura percussas codulas dulcem sonum emittere quo excitabaur propheta ad concinendos psalmos. ¶ Perlustrauerit. Idest illuminauerit, vel purgauerit: nocturnæ enim tenebræ dicuntur quodammodo orbem maculare. ¶ Suffusum. Idest respersum. ¶ Aura leuis. Cœlitus demissa; sed & matutino tempore leuis esse aurarum flatus solet: est & altior sensus latens: cum Sol iustitiæ Christus resurrectionis suæ radiis fulgentibus effugauerit insidelitatis tenebras à cordibus discipulorum,& flauerit aura spiritus sancti, tunc ora fidelium prius clausa aperientur in laudes sui creatoris. ¶ In populis. Vrbium Iudæorum. ¶ Fatebor. Idest confiteri faciam per discipulos, & cæteros christifideles, vt in actibus Apostolorum dicit: Reddebant Apostoli testimonium Iesu Christi,& cum fiducia verbum Dei enunciabant. ¶ Gentibus. Diuersarum nationum, sicut hodieq; videmus fieri in ecclesiis. ¶ In nobis. Loquitur propheta in persona omnium expectantium Christi resurrectionem pro sua redemptione. ¶ Pietas. Idest misericordia sepe dicta ratione carminis. ¶ Mitissime. Qui dixit: discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & qui mansuetus tanquam agnus ad occisionem ductus est. ¶ Vsque ad cœlos. Quod factum est in fine

Prou.25

Serui pellaces, catuli, scelerumq; ministri,
Subdola lingua duplex ensis acutus eis.
Exaltare super cœlos Deus, æthera pandens
Omnibus in terris gloria luxq; tua.
Soluisti laqueum quem falsa tetenderat hostis
Dextera, ceu pedibus decipulamq; meis.
Incuruauerunt animam sub pondere duro
Spe mihi paulatim deficiente metu.
Ante meam faciem foueam fodere: sed ipsis
Impegere in ea subruit agger eos.
Nunc igitur iaceat pessundatus hostis, amore
Sint accensa nouo, corda parata Deus
Corda parata Deus tibi sunt & pectora laxa
Iam psallam & modulis dulcibus ore canam.

Prou.10.

Surge age præcellens mea gloria, psalteriumq;
Iam cytharam quatiant aurea plectra meam.
Dic tu psalterium, dic gloria, mane resurgam.
Dic cythara exurgam, diluculoq; canam.
Præuia lux Solis cum perlustrauerit orbem,
Suffusum tenebris, flarit & aura leuis.
Tunc quoq; psalterium tenui perflabitur euro,
Exibit solito dulcior inde sonus.
Sicq; tibi in populis alacer Deus alme, fatebar
In cunctis psalmos gentibus atq; canam.
In nobis etenim pietas mitissime princeps
Est vsq; ad cœlos magnificata tua.
Nec minus ad densas pendentes aere nubes
Ascendit veri gratia facta tuli.
Exaltare super cœlos Deus: te super omnem
Gloria tellurem mirificata tua.

D in fine Marci Euangelij legitur,& in actibus Apostolorum. ¶Nubes. Quæ & susceperunt eum ab oculis eorum. ¶Veri. Idest veritatis tuæ, hoc est Christi: ipse est namque via, veritas, & vita: vel veri. Idest promissi tui nunc verificati. ¶Gratia. Quia, vt ait Apostolus lex per Moysen data est, sed gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est. ¶Exaltare. Vox prophetæ inuitantis D. I. ad ascensionem; nam & ipse secum sperabat se esse ascensurum, quod & factum est, nam Dauid fuit unus ex his, de quibus dicitur. Multa corpora sanctorum surrexerunt, qui post resurrectionem eius uen. in san. ciu. & ap. multis, qui oẽs ascenderunt in cœlū cum eo, ut in alio psal. Ascendens Chr. in altum captiuā duxit captiuitatem: nec solum ascẽderunt in anima, sed etiam cum suis corporibus; alioquin non essent ueri testes resurrectionis eius. ¶Super cælos. Vsque ad dexterā patris. ¶Super omnem tell. Hoc dicit, quia data est sibi oĩs potestas in cælo, & in terra. ¶Mirificata. i. apparuit admirabilis per Euangelij prædicationē, & miraculorum ostensionē, sicut ait Euang. illi aũt profecti prædicauerunt ubiq; Domino cooperante sequentibus signis.

PEctore iustitiā &c. Inuehitur Dauid in hoc psalmo contra detractores suos Saulis regis consiliarios, & consequenter contra iniquos scribas, & phariseos iniquè persequuturos, & reum mortis iniustè iudicaturos D. I. Chr. cuius figura fuit ipse Dauid ut sæpe dictum est. Sed nos omissa prima expositione ut nimis litterali, & g consequens iudaica prosequemur, fidelium spiritui magis conuenientem. Exprobrat igitur Dauid in persona D. N. I. C. iudæorū iniustitiam dicens. ¶O semen Adæ nequam. Idest similes Adæ iniqui, postquam Domini præceptum est præuaricatus: quasi dicat & non Dei, licet enim natura simus oẽs filij Dei, dicimur tamẽ eorum & filij, Ioan.8. quorum mores imitamur, sicut & dominus in Euangelio dixit eis. Vos ex patre diabolo estis: similis etiam obiurgatio fuit facta à sancto Daniele malis præsbyteris Susanæ accusatoribus, & falsis testibus. Semen Canaam, & non Iuda concupiscentia decepit te &c. porrò, nequam est indeclinabile, quasi nequicquam ualens, nullius precij: inualuit tamen usus ut pro maligno, & lasciuo homine ponatur; hinc tractum, quod hi, qui nihil agunt peruersa semper cogitant, & max. in libidinibus torpentes marcescunt: unde Cato dicebat nihil agendo homines malè agere discunt; econtra uerò otia si tollas periere cupidinis arcus. ¶Ora sonant. Hic mos est hypochritarum quales erant pharisei, vt patet ex Euangelio. ¶Rectum iudicium. Deprę-E dicatione & operibus meis, hoc est, quod in Euangelio improperat eis dominus. Vos secundum carmen iudicatis. ¶Sententiam iusta. De innocentia mea. ¶Fij. Mei scilicet. ¶Munda manus. Hoc uolebat Pilatus primum, cum dixit. Mundus ego sum à sanguine iusti huius, & accepta aqua lauit manus. ¶Cur iniustitias &c. Hoc est, quòd in Euangelio improperat Dominus Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas & lapidas eos, qui ad te missi sunt &c. usque ibi & uos implete mensuram patrū uestrorum me, scilicet interficiendo, & meos; ut impleatis, qđ illi minus fecerunt. ¶Tegmine. Idest palliatione iustitiæ: dicentes me esse blasfemū, seductorem, & sabbata minime custodientem. ¶Matris ab aluo. Lex, est Euangelij mater, quæ quodammodo Christo grauida dicebatur, quem futurum promittebat: dicuntur igitur cecidisse ab aluo, quia perdiderunt legis intelligentiam; malitia quippe illorum mentes excæcauit: dicuntur etiam ab aluo cecidisse, quia deuiarunt à Progenie patris sui Abraæ, per infidelitatē, & nequitia malorum operum, unde beatus Ioannes exprobrat eis dicens progenies uiperarum &c. ¶Sensibus. Peruertendo uerum legis intellectum. ¶Hincq; mali. Nam ex cæcitate intellectus oĩa mala sequũtur. ¶Ab aluo. Idest à lege male intellecta, ut supra, sicut exponit beatus Aug. in sermone qui legitur in Nat. S. Io. Bapt. Porrò aluus est propriè sordium in corpore receptaculum, sed pro uicinitate, quā habet ad uterū in quo nondum editus latet infans, pro eo ponitur. ¶Ammodo. Idest deinceps: postquā à propria fuerunt excæcati malitia. ¶Falsa. De D. I. Chr. quale est illud ad sepulchri custodes, dicite, quia dormientibus uobis uenerunt noctu discipuli & abstulerunt corpus eius, quod si auditum fuerit à præside, nos faciemus uos securos. ¶Vipereo. Hoc est insanabili propter obstinationē quæ est peccatum in spiritum sanctum: nam F nec dimittitur in hoc sæculo neq; in futuro. Vipera. Ideo dicitur, quia per vim parit: nam, vt ait Constantius in lib. de natura animalium adueniente partus tempore, cum primogenitus ex catulis egreditur, à subsequentibus necatur; quo mortuo parturientis vulua clauditur & obturatur: vnde necesse habent morsu, vnde exeant, per uterum maternum viam sibi patefacere. Itaq; perempta matre nascuntur vlti quodammodo patrem, quem in coeundo mater interfecerat. Hæc ab Hyspano commentario diffusius referuntur & Iudæis adaptantur; nam mater Synagoga Moysen patrem remurmuratione & contradictione ac seditionibus assiduis in legis datione, quantum in ea fuit, interfecit. Iudæi verò, tanquam catuli in vtero vipereo existentes, matrem Synagogam peremerunt, Christo prius occiso, vti primogenito, volentem recta via ex vtero legis exire, & exeundi viam docere ad euangelicam gratiam. ¶Aspis surda. Paruus est serpens astutissimus, in locis calidissimis habitans, cuius carnes, amoto veneno, fortem vim habent medicaminis; Ideoq; assiduè ab incantatoribus quæritur, iuxta illud poetæ: frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Verum si ante viderit cantatorem, aurem terræ figit, alteram cauda obturat, ne audiat carminis verba. Cumq; Iudæi hoc pacto terrenorum amorem aurem vnam clauserint, alteram falsa Phariseorum, & Scribarum doctrina, nè Christum sapientem audirent cantatorem, meritò aspidi surdæ comparantur. Qui Es.9. autem loquentes mendatia, appellentur cauda, Esaias docet: propheta loquens mendacium ipse est cauda. ¶Magi. Idest cantatoris, olim magus sapientem significabat & Regem; vnde & tres illi Magi, qui venerunt ad Dominum adorandū, sic dicti sunt. Nunc autem in uitium sonat, à magicā arte de-

ODE LVII. EX PSALMO LVII.

Si vere.

PEctore iustitiam si veræ conditis æquo,
  Semen Adæ nequam, sicut & ora sonant.
Rectum iuditium, sententia iusta feratur
  Abstineatq; pij sanguine munda manus.
Cur iniustitias? & cur operamini iniqua?
  Hæc & obumbratis tegmine iustitiæ.
Heu peccatores ceciderunt matris ab aluo
  Sunt alienati sensibus: hincq; mali.
Errauere, graui processit hic error ab aluo.
  Ammodo nouerunt non nisi falsa loqui.
Vipereo grauior morsu furor intus eorum.
  Nequitia & surdis par erit aspidibus.

Auris enim pului obturatur, etiam altera cauda,
  Carmina cantantis ne audiat vlla magi.

ductum

Verba, licet ſapiens, cantator inania fundit,
Si non auditur vocis ab aure ſonus.
Contereret illorum dentes, mollasq; leonum
Effringet dominus, conminuetq; caput.
Ad nihilum venient torrentis vt vnda per æſtum
Imbre repentino, quæ horrida viſa fuit.
Spicula bellipotens, arcumq; tetendit in illos,
Donec langueſcant corpora ſtrata ſolo.
Vtq; ſuperpoſito mox cæra liqueſcit ab igne,
Fluxerunt, nec opus ſol radiaret eos.
Viuentes illos ſubitaq; abſorbet in ira,
Ne fieret ramus ſpina adhuc herba virens.

A

ductum nomen. ¶Dentes. Ideſt detractiones eorum. ¶Mollas. Ideſt violentiam, & oppreſſiones in pauperes Chriſti fideles. ¶Caput. Hoc eſt principem Synagogæ, puta Caypham vel quecunq; alium Pontificem ſummum. ¶Ad nihilum. Sub Tito, & Veſpaſiano Imperatoribus Romanis, qui gentem Iudæorum annihilauerunt, vt ſæpè dictum eſt. ¶ Torrentis. Per hoc ſubitam, & ingentem eorum intendit deuaſtationem. ¶Spicula. Tribulationum ſcilicet & plagarum, tam per ſeditioſos ciues quàm per hoſtes Romanos inflictarum. ¶ Bellipotens. Deus. ¶Arcum. Vltionis mortis Chriſti & ſanctorum eius. ¶ Langueſcant. Peſte, fame & bello debilitati. ¶Strata. Per mortem. ¶Fluxerunt. In omne vitium, & per conſequens in omne malum, & in omnẽ pœnam. ¶Nec opus. Supple fuit ad eorum conſumptionem. ¶Sol. Ideſt feruentiſſimus tribulationis æſtus: quia ante ex inteſtinis ſeditionibus iam erant in defluxu, vel aliter: nec opus fuit, quód ſol iuſtitiæ Chriſtus illuminaret eos nimis pertinaces in malo; ideoq; nec conuertendos. ¶Viuentes. Vt qui miſſi ſunt in captiuitatem, vel etiam qui in vrbis captura ſunt interfecti. ¶Ramus, mi. Genus ſentium aculeis aſperrimum, & flore gratiſſimũ, uulgò barbonagiã uocant. Eſt & rhamnus: rhamnus is cum H. Atticæ regionis pagus, vnde Rhamnuſia indignationis Dea dicta eſt. De primo hic intelligit. Eſt autem hic ſenſus: gens iudæorum ad ſpinæ uirentis ſimilitudinem, dum adhuc parum pungit, ideſt modicum damnum in Chriſti Eccleſiam poteſt facere; tolletur de medio per urbis ruinam antequam fiat ramnus, ideſt duriſſimè pungat: hoc eſt ne ad totalem Eccleſiæ Chriſti internitionem armetur. ¶Iuſtus. Sanctorum cœtus. ¶Lætabitur. Dei iuſtitiæ ſe conformans, & congaudens: unde & Sapientia: ego quoq; ait, in interitu ueſtro ridebo. Nõ tamen propterea gaudendum eſt de ruina peccatorum, ſed potius cõdolendum de humana fragilitate, iuxta illud Apoſtoli: quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror? & Prouerb. cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius exultet cor tuum. Sic & Cato: morte repentina noli gaudere malorum. ¶Abluet manus. Ideſt corriget ſe ipſum, & non conſentiet operibus eorum, ne ſimili pœna inuoluatur, iuxta illud prouerbium: peſtilente caſtigato iuſtus ſapientior erit; nam pœna unius ſolet eſſe metus alterius: & fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Hoc etiam modo Pilatus cum nollet conſentire neci. D. N. I. Chriſti, accepta aqua lauit manus. ¶Si. Non eſt dubitationis nota, ſed ponitur pro quia, ut ibi: Si Deus eſt animus, ¶In terris. Aliquando ut uideatur Dominus, non tamen ſemper & omnia uindicat hic; ut noſcamus alium eſſe locum, in quo exacta fiet omnium punitio, quæ quis per pœnitentiam dum hic à Deo patienter eſt expectatus, non curauit emendare.

Vindicta iuſtus viſa lætabitur iſta,
Vt ſic complaceat iuſtitiæq; Dei
Abluet atq; manus peccantum in ſanguine, ſpectans
Si quid habet, pectus diſcutietq; ſuum.
Dicet homo: in cœlis ſi ſunt ſua præmia iuſto,
Impiaq; in terris vindicat acta Deus.

B

HOſtibus a tantis, &c. Cum Dauid uix euaſiſſet à lancea Saulis, & in domum apud uxorem ſeſe recepiſſet, nocte ab apparitoribus à rege miſſis circumquaq; eſt obſeſſus, ut mane interficeretur: ſed ab uxore per feneſtram ſummiſſus in ſporta euaſit. Hæc autem in figura contigerunt illi, ſignificabant autem D. N. I. Chriſti poſt lanceæ percuſſionem in cruce, intra ſepulchrum cuſtodiendum fore ab immiſſis Iudæorum miniſtris, ut nomen & fama eius pœnitus euaneſceret: ſed manè reſurgens Dominus cuſtodes eluſit, & à perſequentium manibus euaſit. Dicit igitur Dauid, & in ſua & in D. N. I. Chriſti perſona tò Deus, oro ut tua dex. me. lib. obſe. a tan. hoſt. circ. ius urgentibus. ¶Feſſum. A tot ærumnis & anguſtiis. ¶Non æqua. Liptote figura, ideſt iniquiſſima; nam iniuſtiſſime Saul Dauid, & Synagoga Dominum Saluatorem ſuum perſequuti ſunt, uel de non operantibus æqua ideſt de colaphizantibus me & flagellantibus. ¶Nequam. De nequiſſimis uiris clamantibus; crucifige crucifige. ¶ Sanguineis. Ideſt de crucifixoribus meis actu; nam ex quinq; uulneribus eius ſanguinem effuderunt, ultra cruorem in flagellatione, & ſpinea coronatione ellicitum. ¶ Propè. Hoc ideo dicit, quia non uerè ceperunt eius animam, ut credebant per illatam necem: etenim in manus patris commendatam infra triduum ſurgens à mortuis reſumpſit. ¶Impete. Pro impetu. ¶ Ante fores. Horti, ubi captus eſt, uel ſepulchri cauſa cuſtodiæ. ¶Agmen acre. Cohors acerba militum. ¶Virum. Pro uirorum, ſyncopa eſt, quæ in genitiuis pluralibus ſecundæ inflexionis frequens eſt. ¶ Peccatum. Graue. ¶ Crimen. Grauiſſimum & enorme, accuſatione & damnatione digniſſimum. ¶Admiſi. Ideſt commiſi cum d. enim admitto, ſignificat peccare & recipere; ſine d. uerò perdere. ¶ Vt reus iſta feram. Nam, ut ait Eſaias, & Petrus Apoſtolus refert in epiſtola ſua; qui peccatum non fecit nec dolus eſt inuentus in ore eius. Qua propter ſecurius hæc uerba ad D. N. I. Chriſtũ referuntur, quàm ad Dauid, qui omnino aliqua fecerat peccata: nam nemo ſine crimine uiuit: & ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, niſi dicamus quod de cæco nato dixit Dominus, quód non habebat Dauid tale peccatum, propter quod Saulis perſecutio meritò eſſet ſibi inflictæ, licet aliqua haberet, ſicut, & nos omnes profitemur habere. Solus enim bonus & uerax eſt Deus; omnis autem homo ex ſe malus & mendax. ¶ Per iniqua. Ideſt retorta à

C

ODE LVIII. EX PSALMO LVIII.
Eripe me.

HOſtibus à tantis circum inſurgentibus oro,
Liberet obſeſſum me tua dextra Deus.
Eripe me feſſum de non operantibus æqua;
Erue de nequam ſanguineiſq; viris.
Iam propè cœperunt animam, ſimul impete facto
Irruit ante fores agmen & acre virum.

D via mandatorum Dei, quæ ad vitam ducit æternam. ¶Multorum. Duodecim Apostolorū, lxxij. discipulorum, & fidelium in se credentiū. ¶Obuius exurgens. Idest mihi exurgenti: hyppallage est. ¶Et opē laturus. Vt Deus homini, in quo minor est patre. ¶Virtutum Dominus. Q.d. hoc potes efficere, quia virtutum es Dominus: porrò virtutes angeli sunt, quorum est miracula, & signa magna in mundo ostendere, maximè circa cœlestia; de quibus in Euangelio: nam & virtutes cœlorum mouebuntur. ¶Iacob. Cui scalam, per quam ad cœlum esset ascensus, ostendisti; quæ est crux mea. ¶Ad gentes. Iudæis pertinacibus derelictis: nā vt ait Paulus; cęcitas ex parte cōtigit in Israel, vt plenitudo gentiū intraret. ¶Visendas. Illuminandas in fide Christi & euangelica doctrina. ¶Perge. Apostolorū & discipulorū pedibus. ¶Nec vllis abstineas. Iudæis scilicet puniēdis. ¶Parces. Quia per impœnitentiā suam, & duritiam cordis mitem Dominum exacerbauerūt. ¶Fallaces. Supple, sunt Iudæi. ¶Duplici corde. Idest vnū ore prætendentes, alterū corde abscondentes: mel sub lingua, venenum in pectore gerentes. ¶Præcipites. Absq; consideratione boni uel mali, data opportunitate malè faciendi Christo, & eius ministris. ¶Selus omne. Nā peccator cum in profundum malorum venerit, nullū quamuis facinorosum scelus exhorescit. ¶Vespere conuersos. Idest tarde ad cor redeuntes cognoscant pœnā illis per Rom. illatam in vltionē mortis Christi, & sanctorū eius: sed tamen obstinatos, & impœnitentes. ¶Teneat procul. Nè ad fidē veniant. ¶Ambitus vrbis. Idest latitudo ciuitatis Dei, quæ est charitas, qua per inuidiam carent Iudæi: ideoq; impediuntur ab ingressu Ecclesiæ Dei. ¶Dira fames. Quam ad literam passi sunt in obsidione Hierusalem, ita quòd mater tostum comedit

E filium, vt refert Iosephus in libro de bello Iudaico: vel potius fames, non panis materialis, sed verbi Dei, & intelligentiæ scripturarum, quam esuriunt & mendicant nunc vsque Iudæi, nec inueniunt vnde saturentur: quia velamen, vt ait Apostolus, est impositum super faciem Moysi; nec auferri potest, nisi ad Christum conuertantur, in cuius morte scisum est velum à summo vsq; deorsum: vnde fidelibus expansa sunt sanctorum, idest sacra mysteria nouæ legis, in veteri abscondita. ¶Canes rabidos. Qui præ rabie nec Dominis à morsu parcunt: sic Iudæi inuidiæ & furoris rabie accensi, non cessant maledictis lacerare D. N. I. Christum omnium Dominū, velint & nolint, etiam suum.

Sed neque peccatum feci, neq; crimen iniquus
  Admissi, ex meritis vt reus ista feram.
Non equidem vitæ spatium per iniqua cucurri,
  Multorum potius vox mea rexit iter.
Obuius exurgens & opem laturus adesto,
  Virtutum Dominus, qui Deus esq; Iacob.
Tu Deus ad gentes visendas perge; nec vllis
  Abstineas parcens vel miseratus eos.
Fallaces, duplici corde, & meditantur iniqua;
  Corpore præcipites in scelus omne ruunt.
Vespere conuersos teneat procul ambitus vrbis;
  Dira fames rabidos vrgeat vtq; canes.

¶Ore loquebātur. Videlicet, à principio prædicationis Apostolorum, quando Latrantes vt canes nouella adhuc passa est eos Ecclesia, dum haberent principatum & potestatē: deinceps vero his amissis nuncusq;. ¶Fixis in aure labellis. Idest clandestinè maledicunt capiti, & Ecclesiæ in conuenticulis & Synagogis suis. ¶Enses. Idest maledicta. ¶Quis videtur? Interrogatiuè legēndū; q. d. nullus: eorum enim existimatione credunt latere. ¶Altus. Idest Deus videt eos. ¶Ridebis. Et non exaudies maledictas eorum præces; nec enim oncatus asellorū exaudiri meretur. ¶Gentes cunctas. Tales scilicet, quæ palàm benedicunt, & in secreto verba maledictionis congerunt. ¶Ista. Quæ aduersum me machinantur. ¶Præueniet. Nemo enim potest Deo placere, nisi præueniat illum diuina gratia, & misericordia: vel præueniet actiones eorum malas, nè noceant, nec ad effectum deducantur. ¶Tu mihi. Dauid hæc verba videntur conueni-

F re, qui cum haberet Saul intra speluncam, facillime potuisset eum occidere, sed noluit ponere manus in Christum Domini: possunt tamen & Christo conuenire, qui cum posset captores suos, & mox crucifixores futuros vno verbo perdere, nec tamen voluit, sed orauit pro eis. Conueniunt etiam Ecclesiæ, quæ de mandato Domini permittit illos viuere, tametsi omnes posset perdere: primò quia in finem sunt conuertendi secundò, vt sint in signum, ostensionem, & memoriam passionis Christi; demum vt imitemur Dominum, qui bona pro malis reddit, & reddi iussit. ¶Obliuio. Passionis Christi, per quam fuimus redempti. ¶Nocere queunt. Iuxta illud: vincere posse sat est, si quem iuuat ipsa potestas. ¶Te decet vlcisci. Vnde & ipse ait: mihi vindictam, & ego retribuam,

Ore loquebantur fixis & in aure labellis;
  Ore tenent enses quis videt? altus eos.
Tu ridebis eos, quem possunt nulla latere:
  Tu gentes cunctas ad nihilum rediges.
Vim tibi seruo meam; nec enim pugnando resistam;
  Roboris atq; mei tu moderator eris.
Tu Deus ista videns meus es susceptor ab hoste;
  Proueniet clemens me pietasq; tua.
Tu mihi iussisti gladio ne vindice fungar,
  Quamuis in nostras incidat ille manus.
Ne quando veniæ populis obliuio detur:
  Quin potius parcant quando nocere valent.
Debita vindictæ tibi seruo tempora nostræ.
  Te decet vlcisci, tu meus vltor eris.

¶Disperge, Per diuersas orbis partes hoc adimpletum videmus: nulla est, enim prouincia, in qua non sint aliqui Iudæi dispersi. ¶Depone. Et hoc factum cernimus: neq; enim magistratum alicubi, vel principatum gerunt; sed neq; possunt gerere, legibus hoc prohibentibus. ¶Superbos, Iuxta vaticinium beatæ Virginis: dispersit superbos mente cordis sui. ¶Fastu. Idest superbia. ¶Turgidus. Idest tumidus ex gutturis inflatione. ¶Boatus. Est sermo confusus bouum mugitui per similis. ¶Comprendat. Et confun-

Ergo pro meritis illos disperge potenti
  In virtute tua, viribus inq; tuis.
Atq; Magistratu celso depone superbos,
  Qui mihi protector, qui Deus esq; meus.
Præ nimio fastu delictum est oris eorum;
  Turgidus ex labiis sermo boatus erat.
Fac comprendat eos sua magna superbia; in imum,
  Deprimat; & proprius uiscera mucro uoret.

dat,

Tunc execrantum fient mendacia nota,
Si tua consumens sorbeat ira grauis.
Tunc pœna monstrante scient dominarier orbi
Te, Deus, & cunctis gentibus, atq; Iacob.
Vix conuertentur sero sub vespere tandem;
Vtq; canes pandent guttura & ora fame.
Ambibunt totam magnis latratibus vrbem.
Mœnibus ex altis detur vt esca sibi.
Ad manducandum de hinc circunquaq; ferentur
Dispersi: quisquàm nec satiabit eos.

dant, sicut euenire solet furibus, qui tunc demũ confunduntur, cum in furto vident se esse deprehensos. ¶In imum deprimat. Idest humiliet. ¶Proprius mucro. Idest ensis prouerbium est: heu patior telis vulnera facta meis: tūc proprius mucro confodit Iudæos, qoando ex propriis cō uincuntur scripturis. Et quando illis euenit illud, occiso domino, quod ex viuo metuebant, Romanorũ scilicet aduentus, loci & gentis sublatio, & demum vrbis uastitas. ¶Execrantum. Iudæorum, ut quando dicebant: nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmoniũ habes: ita & pendenti in cruce execrabantur dicentes: oab qui destruis templũ Dei. &c. Alios saluos fecit, &c. ¶Mendacia nota. Quæ obiiciebant illi coram Pilato: si non esset hic malefactor, &c. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. ¶Consumens. Vsq; ad internitionem, quod & factum est ut supra diximus. ¶Sorbeat. Translatio sumpta ab hiatu terræ, quandoq; domos deuorante; sicuti in Datham & Abiron olim est factum. Vel à uorticibus maris naues absorbentibus. Sic exercitus Romanorũ Iudæos penitus absorpsit, qui dicitur hic. ¶Ira grauis. Nam licet, Deus non irascatur, sed cum summa puniat tranquillitate; nobis tamen hominibus irasci uidetur, ex more nostro illum iudicantes, qoi non nisi grauiter irati peccatores punimus. ¶Pœna monstr. Nam insipiens in culpa, sapiens fit in pœna; & uexati dat intellectum. ¶Dominarier. Paragoge est, pro dominari. ¶Te. Scilicet Dominum Iesum Christum, quē negauerunt coram Pilato. ¶Gentibus. Sicut ipse in Euangelio de se dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: & Apostolus: ipse est constitutus a Deo iudex uiuorum, & mortuorum. ¶Atq; Iacob. Idest populo Israelitico, ut bonis in eum credentibus regnum & gloriam, reliquis uerò in malo pertinacibus det opprobrium & gehennam. ¶Vix conuertentur. Hec est prophetia de Iudæorum conuersione, quę fiet post Antichristi, cui adhærebunt, interitum: nam cum uiderint sese ab eo delusos, tunc cognoscent D. N. I. Christum fuisse uerum Messiam: ideoq; in eum credent. ¶Sero sub uespere. Huius scilicet extremæ mundi ætatis, in qua nunc sumus; quòd erit Antichristi aduentus. ¶Tandem. Post longum errorem, quo sunt & erunt usq; ad illud tempus inuoluti: & post longam Domini patientiam atq; expectationem. ¶Vtq. canes. Se se uilificantes, huiusmodi uocabulo Gentiles olim appellabant: & bene nam ut canes latrantes usq. tunc ab initio passa est & patietur Ecclesia. ¶Fame. Non panis sed uerbi Dei ¶Ambibunt. Idest circundabunt more illorum, qui ambiunt principes pro honoribus habendis. ¶Totam urbem. Idest Ecclesiam, de qua Io. in Apoc. uidi Ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo, &c. De hac ciuitate S. Augustinus Librum composuit aduersus ciuitatem Diaboli, quæ est prauorum generatio, de qua Dominus in Euangelio: generatio mala & adultera, &c. ¶Latratibus. Non iam maledictionis aut detractionis, sed clamoribus deuotis misericordiam exposcendo, & pertinaciam ac ceruicis duritiem incusando. ¶Ex altis manibus. Quæ sunt angelorum custodiæ, doctorum eminentium doctrinæ, sanctorum, exempla Pastorum. ¶Esca. Spiritualis, quæ est verbum fidei & sacramenta Ecclesiæ. ¶Ad manducandũ. Prædictam escam. ¶Circunquaq. Idest vbicunq; prædicabitur verbum Dei. ¶Dispersi. Apud diuersos doctores; quia non omnia possumus omnes. ¶Satiabit. Pro nimio audiendi desiderio: spiritualia enim quanto magis gustantur, tanto maius accendunt desiderium; temporalia vero fastidium: unde & sapientia dicit: qui me edunt, adhuc esuriunt: nec enim hic in via potest esse saturitas, quæ seruatur in patria. Vel aliter, ad manducandum, Idest ad prædicandum aliis, & eos Ecclesiæ incorporandum; sicuti dictum est Petro, Act. 11. macta, & manduca. Etsi non potuerint tot ad fidem Christi conuertere, quot desiderabunt, non satiabit eos quisquam; ideoq, subditur. ¶Vnde. Idest propter causas iam dictas. A B

Vnde famescentes sub murmure cuncta replebunt,
Insatiabilibus detur vt esca lupis.
Ast ego mane tuum cantabo robur, & acrem
Vim, qua me tantis eruis ipse malis.
Laudibus & pietas tua mane feretur ad astra,
Qui dextram extendis, & miserando leuas.
Cum tribularer enim pressus discrimine tanto,
Tu susceptor eras, diffugiumq; meum.
Tu meus adiutor; tibi psallam tempore in omni;
Susceptor clemens tu, pietasq; mea.

¶Famescentes. Præ desiderio verbi Dei, vel conuersionis plurimorum. ¶Submurmure. Idest latenti querela. ¶Cuncta. Interiora, scilicet pectoris sui, vel etiam aures Prælatorum, ad quos pertinet spiritualiter esurientes pascere verbo doctrinæ, & vitæ exemplo: & hoc secundum primũ sensum: iuxta secundum vero cuncta cœlestia, & terrestria, dicentes. vt Esaias: Domine quis credidit auditui nostro. & cum ipso Domino: tota die expandi manus meas ad popolũ non credentem mihi, &c. ¶Lupis. Quorum mos est nō vna uel duabus ouibus contentari, sed totum gregem præ nimia auiditate, cum possunt, interficiunt. Sic & isti Iudæi de nouo conuersi, non erunt contenti aliquos ad Christum conuertere, sed omnes uellent posse Ecclesiæ secum incorporare, vt priorem perfidiam solicitudine compensent. ¶Ast ego. Tanquam pater eorum. ¶Mane. Idest in ortu tantæ gratiæ generi meorum Iudæorum collatæ: nam licet vespera sit, mundi respectu, sicut supra ostensum est, erit tamen & matutinum tempus Iudæis tunc conuersis; quia orietur in illis sol iustitiæ Christus Deus noster. ¶Robur. Fortitudinem tuam. ¶Acrem vim. Idest violentiam dæmonibus illatam, antiquissimis Iudæorum possessoribus; nam & maius opus est (ut ait Augustinus) impium iustificare, ubi contrarium uoluntatis humanæ plerunque reperitur, quàm cœlum & terram creare, ubi nihil diuinæ resistit uoluntati: hinc & dicitur omnis uiolenta prædatio cum tumultu. ¶Me. Idest prolem meam a me descendentem. ¶Tantis malis. Infidelitatis scilicet. ¶Dextram extendis. Ad iustam pœnam, pertinacibus inferendam. C

¶Leuas. Rursus illis gratiam conferendo. Amen.

D NObilis Isacidum gens &c. In hoc psalmo exhortantur fideles,vt non deficiant in tribulationibus,sed sperēt auxilium; max. quia illis erudiuntur,& à malo retrahuntur ad bonum,exemplo Iudęorum,quibus Dominus multas immisit tribulationes,& tandem post recognitionem erroris ad se conuersos, liberauit, max. tempore Dauid,qui subegit omnes per circuitum nationes,à quibus varijs temporibus Israel fuerat afflictus. Dicit igitur.¶Isacidum,Idest ab Isaac descendētiū:est forma patronymica proprie stans,non abusinè :nam ab eo,vti nepotes,descenderunt omnes.Est autem sciendum,nomina quæcunque barbara & posse declinari,& formare patronymica,si propria fuerint,modo ad nostrarum aliquam declinationem trahantur aut per adiectionem aut ab scisionē,sicuti Isac,Isacus,Isaci,Isacides. ¶Nobilis.Quia à Patriarchis, Sacerdotibus, & Regibus Ducibusq; ducebant originem;tametsi in virtute,potiusquam in antiquorum imaginibus vera nobilitas consistat. ¶Ameris.Speciali dilectione super alios populos;vnde & Dominus,Israel dilectus meus:& alibi: Israel dilexi, Esaū autem odio habui:& alibi:qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, ¶More paterno,Pater,enim omnem filium, quem diligit, corrigit.¶Pia verba, Vt reuertemini ad me, & ego reuertar ad vos:& alibi:fornicata es cum amatoribus plurimis, & tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Dominus in Euangelio:pœnitentiam agite:& alibi non ueni propter iustos,sed peccatores,vt conuertantur.Vide parabolam filij prodigi,ouis errantis, & margaritæ deperditæ,quæ omnes hoc fine claudunt maius esse gaudium in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quā super nonaginta nouem,qui non indigent penitentia.¶Minas.Vt ad Niniuitas:adhuc xl. dies, & Niniue subuertetur:& nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, &c. Et in Euangelio, Ioannes Baptista clamat:progenies uiperarum, &c. Et Dominus Hierusalem (inquit) Hierusalem, quę lapidas Prophetas,& occidis eos,q. ad te missi sunt, &c. Veh uobis Scribæ & Pharisei, hypocritæ: & in quamplurib9 alijs locis veteris & noui testamēti,max. in Prophetis.¶Flagella.Captiuitates,cœdes, vrbium uastationes, pestem, & alia multa, ut patet legentibus vetus testamentum ab Exodo usque ad tempora Dauid,qui hic loquitur.

E ¶Cœderet.Idest percuteret gentilium manu: sicut dicit:de inimicis meis uindicabo me.¶ Totali excidio.Idest ruinæ;sicut fuit tempore,Chusan rasathaim regis Mesopotaniæ, cui seruierūt viij. annis; & regi Moabitarum xviij. & Sysaran ducem regis Iabin Cananei, à quo vehementer fuerunt oppressi: & Madianitarum, Phylisteorū quoque, qui nec dimiserant fabrum ferrarium in Israel,nè possent arma facere.¶Misertus.Mittendo saluatores,qui eos liberabant ab afflictionibus,vt.Othoniel,Arioth.Barach sub Belbora Gedeon,& Sanson,aliosq; cōplures.¶ Mota est tellus.Non omnis,sed Hæbreorum,hoc est habitantes in terra moti sunt ab impetu tribulationum,de quibus supra,vt sit methonymia.¶Attritam.Idest contritam:nam multum interest inter vtranq; dictionem.¶Amica manus.Quinimo patria,quæ vinum mordificatiuum primo, deinde olei leniiiuum vulneribus infundit sauciati.¶Hactenus.Hic incipit Dominum depræcari pro liberatione populi.¶Accinta.More humano loquitur.¶Dura.Ita videtur patientibus;sed tamen meliora sunt verbera corripientis amici, quam insidiantis hostis blandimēta.¶Calix iræ. Idest tribulatio magna.¶Compunctio. Nam vexatio dat intellectum, & facit de peccatis compungere,hoc est penitere & dolere.¶Haud dulci mero.Idest amaritudine ex peccatorum memoria uel ex angustiæ dolore & mœrore, hinc ex malorum castigatione.¶Salubre signum. Scilicet vt à peccatis abstineant:nā pœna vnius, metus est alterius;& pestilente correcto,iustus cautior erit:nam fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.¶Visus arcus.Idest diuinę iustitiæ imminens flagellum.¶Telorum.Idest flagellorum & tribulationum. Est autem hic pulchra translatio ab arcigero ad Dominum.¶Vibrauit. Idest iniecit.¶Mox.Cito pœnitendo,ne cum pertinacibus in pęnam inuoluerent.¶Fuga.Idest uelox dimissio peccatorum; vel etiam fuga à loco flagellando,uti Loth de Sodomis:sic & consulit Dominus in Euangelio:Cum uidebitis ciuitatē circundari, tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes,&c. ¶ Dilecti.Deū timentes,& præoculis semper habentes. ¶ Medio igne. Scilicet tribulationis & angustiæ;sicut&tres pueros de camino ignis ardentis.¶Me.Loquitur & pro se & pro populo suo.¶Magna.Quæ sequuntur de stabililate & prosperitate regni mei, de Christi missione: quæ omnia reuelata fuerant Samueli, & ab ipso Dauid:nec non & sibi ipsi multa magna Deus reuelauit,quæ in diuersis psalmis posita sunt. ¶ Adyto. Idest sacrario tabernaculi:vnde interdum Deus dabat responsa,ut legimus puero Samueli factum fuisse. ¶Partiri. Inter milites victorum more.¶Sychimam.Idest terram Sychem,quæ erat de regno Israel, sed ab adiacentibus fuerat hostibus occupata.Declinabilis facta est dictio,vt supra diximus,adiecta.à,& mutata e,in i,literā.¶ Metiri. A victorib9 nobis,

ODE LIX. EX PSALMO LIX.

Deus repulisti,

NObilis Isacidum gens q̃ vehementer ameris
A Domino discas,me referente tuo.
Vt delinquentes arceret more paterno,
Post pia verba,minas, deinde flagella tulit.
Nonne videbaris dum cœderet esse repulsus?
Totali excidio suppositusq; fore?
Nam licet iratus percusserit,inde misertus,
Vt pater,est populo mox tamen ipse suo:
Mota tibi est tellus duro & turbata flagello;
Leniat attritam nunc & amica manus.
Hactenus heu toties rapidis accincta flagellis
Ostensa est populo dextera dura tuo.

E potusq; calix iræ cum punctio nostra,
Heu grauis haud dulci potio mixta mero.
Hincq; salubre sibi signum assumpsere timentes
Te,Domine,vt visus terreat arcus eos.
Telorum ad sonitum,quę in nos tua dextra vibrauit,
Fœlices quibus est mox properata fuga.
Hi sunt dilecti,medio quos eripis igne:
Me quoq; nunc saluet sic tua dextra precor.
Ma Deus exaudi precor,& quæ magna locutus
Ex adyto nobis verificentur ea.
Partiri Sichimam dabitur, vallęmq; metiri,
Quam dixère Sochoth,gratia tanta mihi.
Iam meus est Galaad,meus est fortisq; Manasses;
Effraimus capitis robur adestq; mihi.

nobis,& distribui.¶Sochot. Idest. Tabernaculorum:est enim locus propè Iordanem,vbi Iacob reuertens de Mesopotamia,timens fratrem suum,quem audierat obuium venientem; fixit tentoria, & appellauit oomen loci illius Sochoth,i. tabernaculorum hic locus : sicut & Sychima fuerat ab hostibus vsurpatus,& a Dauid est recuperatus. ¶Galaad.Quæ est ultra terram bassam, & Seone vnde fuerunt homines bellicosi,Iair,& Iepte. ¶Fortisq; Manasses. Idest Tribus a Manasse filio Ioseph descendens : hæc autem dicitur fortis propter Gedeonem, cui dixit Angelus Domini: Dominus tecum virorum fortissime:& paulo post,uade in hac fortitudine tua liberabis Israel de manu Madian. Hic est ille Gedeon,qui destruxit aram Baal,cui pluuia in vellus descendit: qui formidolosos milites domum remisit,qui lingua lambentes aquas à cœteris flexo poplite bibentibus separauit,& in aciem secum duxit: qui somnio audito,de subcineritio pane intraute castra Madian,atque eius interpretatiooe,cum trecentis oiris lagenas cum lampadibus accensis, & tubas manu tenentibus in hostium castra descendit; & personantibus tubis in diuersas partes exercitus,subitoq; confractis lagenis,& fulgentibus lampadibus, inter clamandum, gladio domini & Gedeonis innumera hostium multitudo exterrita,mutua sese cœde prostrauit. Effraimus. Et hæc erat Trib. admodum populosa,ab Effraim filio Ioseph descendens.¶Robur. Idest fortitudo regni mei, in qua caput, s. principales sunt heroes: etenim cum essent bellicosiores in extremitate regni Aquilonem versus pro tuitione sunt locati,sicut & tribus Iuda in Australi. ¶Rex meus est Iudas. De quo prophetauit Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, &c. Ab hac Tribu Iuda, tanquam à principaliori iudæi sunt denominati. Ex hac Tribu Dauid extitit primus rex;post illum quamplurimi, vsque ad trãsmigrationem Babilonis · inde duces usque ad Hærodem Aschalonitam, quo regnante natus est Dominus noster Iesus Christus; gentium expectatio,& qui mittendus erat. ¶ Moab. Idest terra Moabitarum, à Moab filio Loth descendentium, quem ex maiore filia ebrius genuerat. ¶Olla spei meæ. Idest refectio vel ministerium. Sensus est:spero qui Moabitæ à me bello subacti seruient in ministerium mihi, & populo meo;sicut olla,qua calefiunt aquæ ad lauandas carnes,vel ad pedum ablutionem. ¶ Soleæ, Idest calciamenta pedum meorum.¶ Palmosam. Idest palmis abundantem. ¶Idumen. Deest,usque ad:& est eclipsis. Idumea est terra montis Seyr,ab Esaù,qui & Edom dicebatur, sic appellata. Sensus est:calcabo Idumeã sub dominio meo redactam.¶Alienigenum. Pro alienigenarum,i. Allophylorum uel Phylisteorum,à quib' ante Dauid Israelite opprimebatur populus sub dura seruitute: verum à Dauid uiceuersa subiugati sunt. Porrò hi soli dicuntur alienigenæ,quia ex reliquis cananeorum fuerant à Iosuæ dimissis,à quibus populus exerceretur. Supradicti verò quodammodo erant cognati iudæorũ, vt pote ex Loth nepote Abraam & Esaù fratre Israel descendentes.¶Quis dabit. Vtitur quodam colore, qui uocatur interrogatio,ad ostendendum,quàm prædicta regni dilatatio à solo Deo prius infenso,nunc autem placato, processit,& non a vi humana:quia verò futuri temporis vtitur verbo,cum tamen hæc iam adimpleta essent, ostendit Ecclesiæ Christi absconditum in esse mysterium. Significat ab initio fidelium Christi oppressiones tam à Iudæis, quàm à gentilibus perpessas:demum post futuras Christi victorias ac Imperij sui dilatatione, quæ tempore Constantini subsecuta est.¶Munita vrbe. Altis mœnibus,armis victricibus,& bellatoribus:hæc est gentilitas:nam Idumea,interpretatur terrena,sanguinea,& rubea:Gentiles enim populi terrenis erant immersi, & martyrum sanguine rubricati:eorum ciuitas infidelitatis muro contra Dominum erat vallata.¶Idumeam. Regionis & vrbis est nomen, in qua fortes erant bellatores ab Esaù procedentes:qui ueluti Iacob est persecutus, sic & ij populum Israeliticum. ¶Ad vsq;. Anastrophe est.¶Nonne eadem dextra tua ò Deus faciet hæc. Scilicet,quæ sopra diximus, miranda de regni ampliatione,alienigenum subiectione,& in Idumeam deductione;quæ olim exosa.i.odio habens nos immeritos scilicet gratiæ tuæ auxilio propter peccata nostra,eiecerat de protectionis suæ cura, & permiserat nos cadere in hostium manus. Hiperbaton est,i. ordo consusus de industria sic positus,ad denotandam confusionem quam incurrunt à Deo recedentes.¶ Auspex. Dux est belli gerendi,more Romano loquitur, qui sub Imperatoris alicuius auspicio militare solebant. Dicitur autem ab auibus inspicendis; nam antequam ad bellum progrederetur Imperator aues inspiciebat,si bonum futuræ victoriæ augurium præberent.¶ Virtutibus. Idest exercitibus,virtus enim in singulari generale nomen est,vel speciale fortitudinis, anthonomasticum;in plurali uero ponitur pro quodam ordine angelorum,vel pro exercitu vt hic. Non tamen hæc subtilis distinctio est perpetua.¶Egrediebatis. Interrogatiuè legatur,& sub inferatur responsio:certè sic:alioquin ex nostris viribus non potuissemus tot gentes nobis populosiores ac multo fortiores debellare.¶Vt ante. Videlicet, tempore Moysi aduersus Aegiptios & Amalechitas, & Iosue contra vii. gentes, quorum reges vnum supra triginta debellauit ac interemit, sicut & in tempore multorum, de quibus supra diximus. Iudicum.¶Iam tandem. Post diutinas tribulationes. ¶ Post terga. Idest non imputes amplius ad pœnam.¶Auxilioq; veni. Tu scilicet,non homo,cuius vana est salus,ut sequitur.

Rex meus est Iudas,sceptro & diademate fœlix,
Exoptata spei Moab & olla meæ.
Palmosamq; pedum soleæ extendentur Idumen;
Gens alienigenum subiacet atq; mihi.
Quis me munita fortis dabit vrbe potiri;
Me quis Idumeam ducet ad vsque potens?
Nonne eadem faciet,quæ nos eiecerat olim
Exosa immeritos hæc tua dextra,Deus.
Non etenim ad bellum nostris virtutibus auspex
Egrediebaris ductor, vt ante, potens.
Proiice iam tandem nostros post terga reatus;
Iam nobis fœlix auxilioq; veni.

Vana salus hominis,per te nox atra recedet,
Clara dies aderit, teq; iubente Deus.
Te duce virtutes bello faciemus auitas.
Ad nihilum infestos tu Deus ipse trahes.

¶Nox atra. Idest obscura tribulatio: loquitur more nauigantium,qui à tempestatibus oppressi,et in medio die noctem esse credunt, vt refert Lucas in actibus Apostolorum cap. xxvii. neq; sole neq; syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua iminente, sublata erat spes omnis salutis nostræ.¶Clara dies. Idest pax tranquilla,requies ab angustijs: nam veluti ex pressuris mens obnobilatur,ita à subleuatione serenatur,vel iuxta mysterium supradictum, per atram noctem significatur sæculi ignorantia, & peccatorum obumbratio : per claram diem, mundi illustrationem ex aduentu

A

Iud.8.

B

C

D D.N. I. C. qui est lux uera; & dies clara cuius xij. sunt horę, quæ sunt xij. Apostoli, de quibus in Euangelio Ioannis: nõne xij. sunt horæ diei, & alibi ait: quàm diu sum in mundo lux sum mundi: hinc & Apostolus inquit: Nox præcessit, dies autem appropinquabit. abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. ¶ Virtutes aultas. Sicut Abraam cœde iiij. regum, Moyses in exercitus Pharaonis internitione, Iosue, & alij de quibus supra; qui parua manu innumeras sæpe strauerunt hostium copias.

ME Deus exaudi &c. Cum euasisset Dauid de manu Saulis, qui eum in deserto Maon cinxerat ad modum coronæ, & refugisset in loca tutissima Engaddi, recolens gratiæ diuinæ beneficium; in hoc psalmo renouata deprecatione, quam positus in periculo fecerat, gratias agit Deo: sed orando super se eleuatus in spiritu, mysteria quædam de D. N. I. Christ. super persona sua tangit, vt ibi, D eo fauente, aperiemus. Dicit igitur. ¶ Me Deus exaudi. Suple ad te clamantem. ¶ Minantia. Idest imminentia necis suæ & sociorum, si à rege dephẽsus esset. ¶ Verte. Pro auerte: & est aphæresis. ¶ Intende oranti. Idest vide qualiter non solum ore, sed & opere deprecor: non enim omnis, qui dicit Domine Domine, meretur exaudiri, sed is, à cuius voce actio non discordat: nam oculis intendit Deus bene operantẽ, magis quàm auribus audiat voce deprecantem. ¶ Cœlitus. Aduerbium est, i. ex cœlo. ¶ Adde bona. Explicuit poeta differentiam inter deprecationem & orationem, quæ duo verba in versiculo psalmi habentur; nam deprecari est à malo velle liberari: iuxta versum poetæ: Sæpe precor mortem; mortẽ quoque deprecor idem: orare autem, aliquam gratiam exposcere sibi dari. ¶ Ab omnibus finibus. Hic incipit excedere personam prophetæ, & ingreditur in Ecclesiæ mysterium: nam Dauid ab vnico fine terræ promissionis montiũ Engaddi, qui sunt iuxta mare salsum; ad quos confugerat, potuit ad Dominum clamare: Ecclesia verò Domini, per totum orbem diffusa, rectè à cunctis finibus ad Dominum potest clamare, vt à persecutorum rabie, quæ viguit martyrum tempore; & nunc ab hæreticorum vesania, qua infestatur, valeat liberari. ¶ Immensæ telluris. Licet enim aliqui phylosophi conati fuerint terram metiri, non tamen id consequi

E potuerũt: nam plura sunt loca inhabitabilia, & quædam inaccessibilia, quæ dimensionem non capiunt. Adde quòd sæpe subsequentibus temporibus nouæ insulæ, nouæ regiones sunt à nauigantibus repertæ, quæ Ptolomeum & Pliniũ, reliquosque antecessores suos latuerunt. ¶ Altas preces. Possunt esse quæ in Apocalypsi legũtur. Quousq; domine vindicabis sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est ab his, qui habitant super terram? ¶ Anxia. De captiuitate & nece mea ac sociorum, si ad Dauid referas; sin ad Ecclesia de martyrum tormentis & hæreticorum pressuris. ¶ Exaltasti. Per liberationem. ¶ Super alta petræ. Idest super petrosa montium Engaddi, quæ dicebant loca tutissima. Per Ecclesiã uero, super alta petræ illius, videlicet, qui dixit tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. ¶ Deduxisti. Ad prædictum tutiorem locum, quo ad Dauid: respectu verò Ecclesiæ, de tyrannorum & hæreticorum pressuris primo deinde de virtute in virtutem: quia iustum deduxit Dominus per vias rectas: & alibi: dux itineris fuisti in conspectu eius. ¶ Fortissima turris. Hæc est humilitas, quæ contra omnes tuetur incursus, maxima dæmonum, qui cum sint superbissimi, nihil magis fugiunt, quàm sanctorum humilitatem: sicuti cuidam legimus dixisse dæmonem ipsum: nulla re, præterquam vna, me excedis: tu enim quottidie ieiunas, ego nunquam soluo ieiunium: tu quasdam noctis vigilias custodis, ego nunquam dormio: tu tota die fatigaris, ego die noctuque nunquam requiesco, circuendo quærens quem deuorem: sola me superbum superas, humilitate. Vel turris fortissima, est nomen Domini, vt dicitur prou. 18. nam quicunq; inuocauerit nomen Domini saluus erit. ¶ Hostis. Saulis regis, vel dæmonis. ¶ Vis. Idest robur: sufficiẽtia enim nostra ex Deo est. Vnde beatus Chrysantus legitur dixisse, cum esset in pugna: quis poterit hanc pugnam à diabolo incitatam superare? nisi fuerit pro eo tua dextera dimicata. ¶ Iuxta te. Per gratiam hic, in futuro per gloriam. ¶ Functus. Idest liberatus: hoc de Dauid intelligi non potest, per id temporis, cum cecinit hunc psalmum: nam & si illo eductus est periculo, in alia

ODE LX. EX PSALMO LX:

Exaudi Deus.

ME Deus exaudi, mala quæq; minantia[1] verte;
Intende oranti, cœlitus adde bona.
Finibus immensæ telluris ab omnibus, altas
Emisi, clamans, sydera ad vsque preces.
Anxia dum grauibus premerentur pectora curis
Tunc exaltasti me super alta petræ.
Me deduxisti mea tu fortissima turris
Hostis ab ore truci, spes mea vsq; Deus.

Sic modo te iuxta functus residebo periclis,
Inq; tabernaclo sœcula stabo tuo.
Sub velamento securus ibiq; tuarum
Protegar alarum, sole, & ab imbre graui.
Exaudita tibi namq; est oratio nostra,
Inuenere locum mitis in aure preces.
Pristina quippe tuum nomen coluere timentes
Sortis, vt hæredes participesq; tuæ.

F quàm plurima toto viræ suæ tempore incidit: ideoque melius mysticè de Christo intelligi potest, qui semel mortuus pro peccatis nostris, & in sepulchro cinctus à custodientibus Iudæorum ac Pilati ministris, nè deuicto morte resurgeret, illis euasit inuitis; & resurgens ad æthera victor ascendit, verè functus periculis omnibus; iam. n. non moritur (vt ait Apostolus) mors illi vltra non dominabitur, residet autem iuxta patrem ad dexteram. ¶ Tabernaclo. Quod pro arca Domini iam ex tunc facere Dauid intendebat. Vel melius ad Christum referas, qui in tabernaculo, i. Ecclesia militanti per sœcula multa, & vsque ad finem sœculi stabit, sicut discipulis promisit dicens: ego vobiscum sum vsque ad finem sœculi. ¶ Sub velamento ab. tu. Idest sub protectione misericordiæ & potentiæ tuæ, quæ duæ sunt alæ Domini: vel caput Christus pro corpore suo mystico, quod est Ecclesia sic loquitur. Hæ autem sunt alæ illius auis, quæ dixit, quoties volui congregare pullos tuos, vt gallina sub alas, & noluisti. Vel illius prægrandis aquilæ, de qua Moyses in deuteronomio: sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. ¶ Sole. Idest ab æstu concupiscentiarum, quæ in die. i. prosperitatis tempore feruent. ¶ Ab imbre graui. Tribulationum, quæ in aduersitatis tempestate nos præmunt: vt & alibi: per diem sol non vret te, neq; luna per noctem. Stemus ergo & nos, non domi, ociosi, sed in tabernaculo ducis nostri militaturi: nam & militia est vita hominis super terram; & in sœcula, i. in perpetuũ; non

Sap. 10.

Deu. 23.

non ad horam.vt mercenarius aut seruus,qui non manet in domo in ęternum : nec in nobis ipsis fidentes simus, vt Pellagiani,sed in velamēto alarum Domini.¶Tibi.Pro à te.¶Mitis. Scilicet Domini.¶Pristina fortis. Idest pristinam hæreditatem,quam sorte patribus olim Iosue diuiserat:hanc amissam Dauid rex recuperauit, vt vidimus in prox. psalmo.¶Vt.Idest tanquam hæredes fidei & morum antiquorum patrum,& participes in bonis operibus & fructibus eorum:vel de hęreditate superna intellige,de qua beatus Petrus ait:hæreditatem incorruptibilem, & contaminatam, & immarcessibilē & conseruatam in cœlis.¶Regis,Dauid,vel D. N. I. Chr. qui est rex regum, & Dominus dominantium.¶Longum æuum. Vsque ad 70. annum tamdiu enim vixit Dauid,ita quòd bene potuit videre filios filiorum, vsq; ad tertiam generationem. Si ad Christum referas, longum ęuum est æternitas.¶Præteritis. Vitę huius angustijs, in qua iij. & xxx. annis nostras tulit infirmitates absq; peccato vsq;ad mortem. ¶Alios dies. Post resurrectionem: & bene alios, quia isti sunt gaudij,illi fuerunt mæroris: illi tenebrarū,isti lucis.¶Genea in genean. Græca est declinatio (vnde est genealogia, & uerbum genealogeo) idest de generatione in generationē: de presenti,quę finietur in consumatione huius sœculi,in futuram,quæ nnnquam finem est habitura.¶Sœcula longa.Quæ erunt ęternitatis.¶Semper ante Deū. Pro nobis interpellans,vt ait Apostolus,aduocatum habemus apud Deum, &c. Ex his manifestus patet excessus prophetæ;quia cum de se cepisset sermonem,eleuatus est mente super se ad uaticinandum de Domino N. I. Chr. cuius typum ipse gerebat.¶Quis tamen.Quasi dicat,rarus,& is cęlesti lumine illustratus.¶Hanc pietatem.Idest ,profunditatem,altitudinem,& latitudinem misericordiæ huius Domini N. I. Chr. Extendit enim se usque ad inferni profunda,unde sanctos patres eduxit : altitudinem cęlorum conscendit,angelorum ruinas reparando: latè diffundit per totum orbem,ad inimicos usque brachia in cruce expansa porrigendo.¶Vera.Idest triplicem uitæ suę, doctrinæ,& iustitiæ ueritatem.¶Requiratur.Idest inuestiget:uel pro salute sua exposcat:omnes enim indigent misericordia Domini pro delendis peccatis,& à prædicta triplici ueritate dirigi,ut recto itinere ad patriam possint peruenire supernam. ¶Clemens. Is est qui libenter etiam infensis hostibus parcit, sicut Dominus suis crucifixorib. ¶Verax.Vnde & alibi omnis homo mendax; Deus autem uerax. Hinc & ipse ait : ego sum uia, ueritas, & uita. ¶Iustus. In retributione unicuique,prout gessit.¶Pius.Ignoscendo pœnitentibus.¶Vnde. Pro tot ac tantis beneficijs abs te acceptis:namque hæc est gratiarum actio,uotorumque promissio.¶Lętus.Quia liberatus de periculo, si ad Dauid referas:si ad D. N. I. Chr. lœtus,pro completa redemptione humana,pro qua tot est acerba passus: deinde cunctis defunctus malis lętus resurrexit, tanquam uictor post congressum,& de spolijs hostium triumphans hilaris ad cœlum ascēdit,captiuam duxit captiuitatem.¶Sub tuo nomine.De quo dicit Apostol. neq; ,n. est aliud nomen sub cœlo datum,in quo oporteat nos saluos fieri.¶In sœclum.Pro sœculum,i. in perpetuum semper enim cantabuntur psalmi Dauid ab Ecclesia Dei,quæ quodammodo est eius filia:unde & in psalmo,Eructauit,dixit ei: Audi filia,& uide,&c. Vt ibi est expositum:porrò patris & filiorum censetur etiam de iure una esse & eadem persona.¶Inque dies.Thmesis est figura,pro in dies,i. de die in diem; hoc est quottidie : nam qui habitant in domo Domini,in sęcula sęculorum laudabunt te.¶Reddam.Contra eos, qui faciles sunt ad uouendum ; ad reddendum uerò difficiles:melius quippe esset non uouere,quàm post uota nō reddere:unde Ecclesiastes:si quid uouisti Deo, nè tardes reddere:displicet enim ei infidelis & stulta promissio.¶Vota.Quænam sint hæc, scire non possumus, forte erant sacrificia aliqua temporis illius,uel de tabernaculo Domini faciendo,&de disponendis.Leuitis ad ministerium Domini,ut per uices suas offerrent sacrificia, & laudes Domini decantarent pro diuini cultus augumento ; quę omnia per soluit. Ita Dominus gratiam nobis concederet persoluendi uota nostra, quę in baptismi & sacrorum ordinum uel religionis uouimus assumptione.

A

Apoc. 1.

2-Reg.5.

Regis & ætati longum extendatur in æuum,
 Præteritis alios adijciesq; dies.
De genea in genean per sœcula longa trahetur,
 Ante Deum pietas semper & eius erit.
Quis tamen hanc Domini pietatē,aut vera requirat
 Tu clemens,verax,iustus es atq; pius.
Vnde tuo in sœclum psallam sub nomine lætus;
 Inq; dies reddam sic tibi vota mea.

B

Ecclesʃ.4.

Mens mea nonne Deo,&c. Dum esset adhuc Dauid in persecutione Saulis positus, & ab aliquibus malis induceretur ad exeundum de terra Israel ad alienigenarum consortia, quasi nulla Deo esset de eo cura; ex quo exponi illum tot ac tam grauibus periculis sinebat: cumq; per inuidorum obtrectationē frequentas regis insidias & apertas persęcutiones pateretur : in hoc psalmo aduersus illos & istos inuehitur, seipsum ad diuinam inuitans subiectionem; spem suæ salutis in Deo repositam esse insinuans : nec minus mysterij Ecclesiæ Dei in isto. quàm in præcedenti latet, quæ per Dauid figuratur : nam & ea inter tyrannorum persecutionē & hæreticorum latratus vndiq; contusa ab hipocritis, hortatur ad gentilium ritus, Christo relicto, transire:sed per humilitatis turtim & fidei scutum munita, sese ad Dei subiectionem perpetuam inuitat: vnde salus est sibi promissa. Dicit igitur Dauid & Ecclesia Dei secum. ¶Mens mea,&c. Ponitur autem mens,quæ est superior animæ pars pro ipsa anima, synecdoches : vti si caput ponatur pro toto corpore. ¶ Magna salus. Quæ est necessaria in magno existenti periculo siue regis hostis, siue Romanorum principis,in cæde martyrum anhelantis. ¶Salutare meum. Idest salutem & à periculis liberationem. quod & factum est paulo post per Saulis,obtrectatorumq; eius subitam cladem in monte Gelboe. Sed melius ad Ecclesiam Dei hæc verba referuntur: salutare enim proprie D. Iesum Saluatorem significat, qui à cœlesti patre ex alto ad Ecclesiæ salutem missus est.¶Me suscipiet. In sponsam, cuius nuptiæ in vtero verginali factę sunt. ¶Qui. Sponsus est etiam Deus meus: non enim deposuit diuinitatem filius Dei, nostrām suscipiens infirmitatem.¶Rege Deo.Idest regente me,quo ad Dauid:propriè verò quò ad Ecclesiam: vnde & illi canit:Regi sęculorum immortali,&c.& supra in Psal. Ego constitutus sū rex ab eo super montem Syon. ¶Vlterius. Ab eius cultu, sicut olim mota est vetus Synagoga ido-

C

ODE LXI. EX PSALMO LXI.

Nonne Deo.

Mens mea nonne Deo semper subiecta manebit,
 Pendeat ex ipso cum mea magna salus.
Namq; salutare ex alto mihi mittet olympo,
 Qui me suscipiet, qui Deus estq; meus.
Non ego rege Deo, vel susceptore, mouebor;

Vlterius cædet fractane uita loco.
In me quo ruitis? laqueos quo tenditis vsq;
In carnem vestram, liuida, dura cohors.

D idolatrando, & ipsum Dominum cum ministris eius interficiendo: quamobrem datus est illi iure merito libellus repudij. ¶ Cædet. Nullis tentationibus. ¶ Fracta. Ab impetu persecutionum. ¶ Loco. Iudeæ terræ, in qno sese locauerat de mandato Domini Dauid: vel loco, idest fide, non pedum gressibus, sed affectuum passibus. ¶ In me. Fac vim in pronomine nam: magnam habet emphasim, qnasi dicat Dauid: ruitis in me, qui abstuli opprobrium ex Israel interficiendo Goliath; in me cui cantabatis: Saul mille, & Dauid x. millia: in me, per quem toties saluati estis de manu Phylisteorum: in me, qui fueram vester fortis ductor: in me qui fueram minister regis fidelis & gener. &c. multa, quæ adduci possent. At si ad Ecclesiam referas, dicito: in me, quæ sponsum meum sustinui pro vobis crucifigi: in me, quæ tantorum filiorum solatio iam sum destituta pro vestra exhortatione, & conuersione: in me, quæ diu noctuq; emorior pro vestra procuranda salute: in me nunc matre vestra, quæ etiam pro uobis infensis orare non cesso: post hac autem, uelitis nolitis, domina uestra. ¶ Quo usq; Themesis est. ¶ Laqueos. Insidiarum & deceptionis: boc maximè tangit hæreticorum fallacias, qui animarum laqueos tendunt innumerabilibus mortibus expauescendos. ¶ In carnem uestram. Hoc maxime contra Ziphæos dictum est, qui cum essent de Tribu Iuda cognati Dauid, tamen prodere conabantur eum in manum regis. Hoc & in falsos Christi fideles est dictum, qui cognatos eiusdem fidei & etiam carnis in mortem tradunt; sicut Iudas Dominum; pater Chrysanthum; Torquatus Tiburtium; multiq; alios quamplurimos, ut legentibus martyrum hystorias patet. ¶ Liuida. Propter innidiam. ¶ Dura propter crudelitatem. ¶ Vos ipsos. Idest animas uestras per peccatum mortale odij uel inuidiæ, quæ sunt contraria charitati, quæ est uita animæ; nam sicuti corpus sine anima non uiuit, ita nec anima sine Deo: porrò Deus est charitas, ut scribit beatus Ioannes. & qui odit fratrem suum bomicida est; homicida uerò non habet uitam æternam in se manentē.

Nonne interficitis vos ipsos? nonne redibunt
Perniciem in vestram consilia ista mala?
Tanquàm inclinato durus sub pariete miles
Ictus ingeminat quo ruat ipse simul.
Ac si maceriem depulsam qnominus aptet
Vinitor, obstatis, vos premet illa cadens.
Perdere mercedem nostri pretiumq; laboris
Fallaci techna constituere simul.
Cumq; meas cursu premeret sitis arida fauces.
Cum flueret salsus sudor ab ore meo:
Composito sermone mihi benedicere coram,
Egrediebatur gratulabunda manus.

E ¶ Perniciem. In damnum siuè necem, à pernero, quòd est interficio. ¶ Consilia. Nam in insidiis suis capientur iniqui: & qui parauerunt foueā inciderunt in eam. ¶ Inclinato. Ex multiplicatis ictibus. ¶ Durus. Qui nullis laboribus nec propriæ parcit uitæ, ut malefaciat. ¶ Pariete. Proceleumaticus est pes loco dactyli, ex quartuor syllabis breuibus constans: qui tamen ita locandus est, ut in dactylum facile possit conuerti ex mutatione uocalis in consonantem. ¶ Ruat ipse simul. Nam predæ cupido excæcat eum, ne mortis suæ periculum cernat: tales sunt omnes inuidi & odio proximum habentes, ut animæ suæ mortem non uideant. ¶ Ac si. Idem concludit per aliam similitudinem. ¶ Maceriem. Idest murum ex solis lateribus sine cæmento, qualia solent esse bortorum & uinearum septa. ¶ Vinitor. Qui custodit uuas in uinea maturas. ¶ Mercedem. Hæc fuit duarum filiarum regis in coniugium promissio facta Dauid: quarum primam bellicis sudoribus meritam alteri rex dedit, secundam Michel, & si fraudulenter, ei ut esset in scandalum desponsauerit; effugato tamen Dauid filio, Lays eam locauit. ¶ Prætiumq; laboris. Bellicis & centum præputiis Phylistinorum emit eam. ¶ Techna. Idest astutia. ¶ Simul. Rex & consiliarii eius inimici Dauid: mystice autem, hæc merces est regni cœlorum beatitudo, prætium uero est sanguis Christi, & iustorum opera bona, per sanguinis Christi uirtutem iustificata: utrunq; dæmones & mali uiri nituntur, ut fideles perdant. ¶ Cursu. In prælium aduersus hostes; quo ad fideles quosq; de uirtute in uirtutem. Vnde, & Paulus monet; omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium; sic currite ut comprehendatis: & de se ipso, cursum (inquit) consumaui, fidem seruaui. ¶ Sitis arida. Tropus metonymia est, quæ aridas efficit fauces ex cursu & fatigatione laboris causatur. Mysticè significat ingens Ecclesiæ desyderium de hominum salute, etiam inimicorum: vnde, & ipse Dominus in cruce dixit sitio scilicet vestram & totius mundi salutem. ¶ Salsus. Perpetuum est sudoris epitheton acerbior fuit Christi sudor, qui sanguineus extitit. ¶ Benedicere. Quòd fierem gener regis. ¶ Gratulabunda. De victoria obtenta, & de Phylystinorum relatis præputiis: isti sunt adulatores persecutoribus tyrannis peiores.
F Vnde in vita Beati Sebastiani & S. Agnetis: quales fuerunt & illi, qui Domino dixerunt: magister scimus quia verax es, & viam Dei in ueritate doces, &c. ¶ Interiit. Ad hunc finem: namq; Saul mandauerat, vt centum preputiis fieret gener regis, vt hostili manu occumberet: dicebat enim non sit manus mea in illum, sed ab hostibus interficiatur. Hac de causa inuidi fratres mittunt bonos in diuersa vitæ discrimina, vt à malis fatigati, eorum cedant improbitati, vel saltem de medio tollantur; quæ cum animaduerterint iusti, debent seipsos exhortari cum propheta ad humilitatem & patientiam.

At maledicebant tacito sub corde maligni;
Cur non interiit pressus ab hoste graui.
Tu tamen ò anima inuicto subiecta tonanti,
Officio insistens ne moueare tuo:
Maxima namq; tibi veniet patientia ab ipso,
Qui fessum excipiat, qui foueatq; sinu.
Nam Deus adiutor meus est, saluator, & acer
Defensorq; quis me coget abire procul?

¶ Inuicto. Qui & tibi præstabit gratiam; ne vincaris. ¶ Tonanti, Super eos: nam ignis & sulphur pars calicis eorum. ¶ Officio tuo. Idest bonis operibus: id enim est fidelis officium, vt benefaciendo obmutescere faciat hominum imprudentium linguam, sicut & monet beatus Petrus. ¶ Ne moueare.
1. Pet. 2. Quia qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. ¶ Patientia. Quæ morum est maxima virtus: dicit Dominus: in patientia vestra possidebitis animas vestras: & est propria & peculiaris virtus Domini nostri Iesu Christi, sicut humilitas beatæ virginis. ¶ Excipiat. Sicut pro-

missis

Non emigrabo patriæ de finibus vltra,
 Externam repetens iactus vt exul humum.

misit in Euangelio : uenite ad me omnes,qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.¶Sinu. Spei, dum sumus in uia, in regno cœlorum in patria, qui est sinus Dei, in quo suscipiuntur A
sancti ab ascensione Christi citra,ante enim in sinu Abraæ recipiebantur, qui erãt apud inferos:vel foucat blandis
verbis, quæ in illis viij. beatitudinibus continent. quæ habentur Matthæi v. & illis verbis : nolite timere, pusil- Iacob. 1.
lus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vnde & beatus Iacobus ait. Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes uarias incideritis, scientes quod probatio fidei uestræ patientiam operatur : patientia autem opus perfectum habet. ¶Adiutor. Nè deficiam in tribulationibus. Vnde & Beatus Stephanus ait. Ecce video cœlos apertos,& Iesum stantem à dextris Dei. stantem dixit, quod adiuuantis est,non sedentem.quod regnantis est mercedem tribuentis. Sine me (inquit) nihil potestis facere. ¶Saluator. Vt nomen sit consequens rei : Iesus enim vocatur; quia uenit saluum facere populum a peccatis eorum. ¶Defensor. Ab insultibus hostiũ. ¶Retro. A fide, uel ab obseruatione mandatorum Dei, quod faciunt multi apostatæ, a religione & a fide recedentes; quod est pessimum genus hominum. ¶Emigrabo. Quasi non reuersuros: illi enim dicuntur emigrare, qui de vno habitationis loco ad alium sese transferunt, animo non redeundi : quòd faciunt transfugæ desperati ad dæmonis castra migrantes. ¶Externam humum. Vt Moabitarum, Ammonitarum uel Allophylorum. ¶ Vnde salus. Vtitur eo colore, qui dicitur Interrogatio, subiecta responsione, ut uitet fastidium. ¶Deus. Supple,est,à quo ventura est salus : & sic cæteris interrogationibus sigillatim respondeas. Ter. replicatur Deus ad Trinitatem personarum declarandum : sed Deus in singulari semper dicit, ad vnitatem diuinitatis ostendendam, ut in symbolo Athanasij dicitur : Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus : & tamen non tres dij, sed unus est Deus. ¶Vos quoq;. Sicut ego. ¶Populi. Iam meo exemplo fideles effecti. ¶Vobis. Supple, ueniet: nam ipse est fons, & origo boni, unde cæteri bonitatis riuuli emanant. ¶ Nulla aliunde salus. Frustra ergo gloriantur quicunque alieni à fide Christi; nam qui non intrat per hostium in ouile ouium, fur est & latro : nam nisi quis baptizatus fuerit ex aqua & spiritusancto non intrabit in regnum cœlorum. ¶ Preces. Pro remissione peccatorum & gratiarum impetratione. ¶Voces. Confitendo peccata uestra: unde Beatus Ioannes ait; si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, ut remittat nobis peccata nostra. ¶ Ante Deum. Et sacerdotem, qui Deum in eo casu repræsentat : sic & beatus B

Vnde salus ventura mihi? Deus; vnde futura
 Gloria spesq;? Deus; auxiliumq;? Deus.
Vos quoq; & in Dominũ populi sperate per ipsum
 Omne bonum vobis, nulla aliunde salus.
Corde preces toto vestrasq; effundite voces
 Ante Deum; penitus pandite corda sibi.
Noster in æternum Deus est adiutor, vt olim
 Auxilio nobis credite fiet adhuc
Ast hominum gnati sectantur inania; vani
 Credentes potius quæq; spopondit homo.
Inq; vicem falsi; quos fraudat iniqua statera
 Mendaces omnes, quos generauit homo.

Iacobus : confitemini alterutrum peccata uestra : quorum enim sacerdotes Dei remiserint 1. Pet.
peccata,remittuntur eis,& quorum retinuerint retenta sunt, ipsis enim Dominus dedit claues ligandi & soluendi. Pàlam autem est, quòd nemini remittunt nisi confitentibus : nolentes autem confiteri, non absoluunt sed magis peccato ligatos altero excommunicationis constringunt uinculo. Obmutescant ergo, qui uana spe seducti,asserunt nõ esse confitendum, ut effreni homines effecti,nullatenus peccare uel in confessione erubescant. ¶ Pandite. Nihil penitus abscondentes.¶Corda. Vnde cogitationes peruersæ & omnia mala oriuntur. ¶Sibi.Sed ad quid, cùm nouerit omnia etiam antequàm fiant? cũ scrutator est cordium & renum, sed hoc ad puniendum, tamquã iudex infallibilis, uult autem ut aperiantur sibi tanquàm medico ad curandum; iuxta illud, uisa medens curat uulnera,tecta nocent, neque enim officium suũ medico impartitur,nisi à languente requiratur, uel sibi,idest Sacerdoti., qui Dei uices in eo loco tenet. Vnde & regula iuris, qui per alium facit per se,fecisse uidetur. Nil sibi, quia Sacerdos est auris, idest in hoc membrum mystici corporis Christi. ¶In æternum. Quotiescunq; illius indigebimus auxilio. ¶ Olim. Tempore Moysi,Iosue & iudicum. ¶Adhuc. Subaudi, modo uelimus ut patres nostri ad eum confugere. ¶Ast hominum. Idest carnalium. ¶ Gnati. Qui parentibus in carnalium desideriis sunt similis, de quibus ordine retrogado dici posset id, quod ait Ioannes in Euangelio qui non ex Deo, sed ex uoluntate uiri, sed ex uoluntate carnis nati sont. ¶Inania,
Temporalia omnia ac terrena, transitoria & uana sunt. Vnde in epistola Ioannes, nolite diligere mundum, nec Ioan. 1.
quæ in mundo sunt. Transit enim mundus & concupiscentia eius. Ecclesiastes clamat, uanitas uanitatum, & omnia uanitas. Hoc autem ideo dicit Propheta; quia rex & proceres eius terrenis adeo rebus & honoribus erant inhiantes quòd hic in æternum se illis posse frui sperabant; ideoq; pertinaciter persequebantur Dauid, quia ab illo hæc sibi auferri metuebant, si fieret rex,sicuti audierant a Samuele de mandato Domini illum fuisse in regem
unctum. Redarguit igitur eos de hac auara & uana terrenorum cupiditate;& de spe,quam in seipsis potius,quàm C
in Deo ponebant. ¶ Homo. Qui fallax est ex se : quin & si uelit attendere quæ promisit, multoties non potest, à morte uel ab aliquo casu præuentus. ¶ Falsi. Nam propter diuitias uel honores alter alterum sæpe defraudat. ¶Iniqua statera. Vel peruersa est sui ipsius æstimatio dum alter altero se credit digniorem opibus aut honore,uel ad litteram. Sunt enim aliqui utentes in uenditione una statera, super qua etiam res leuis ponderis uidetur esse grauis; & altera in emendo contraria, unde sapiens tales reprehendit dicens; pondus & pondus utrunq; abbomi-
nabile coram Deo, & Amos in talium persona, imminuamus (inquit) mensuram & augeamus siclum, & subii- Am. 8.
ciamus stateram dolosam, ut possideamus in argente ægenos. ¶Mendaces omnes. Quando à seipsis loquuntur, non ex Deo, ueritas enim à quocunq; dicatur ex Deo est, à quo inspiratur, qui & semen ueritatis (ut ait Boetius) in mentes hominum inseuit. Sed quis est, qui non mentiatur aliquando? cum septies in die cadat iustus,& tamen tã in baptismo quàm post,multoties unusquisq; promisit se mandata Dei custodire. Vnde & clerici quottidie peierant,cum in officio quottidie dicant cum psalmista:iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ: & tamen peccant aliquando,quia si dixerimus peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, cum nemo sine crimine uiuat.Ergo peccantes non solum mentiuntur,sed & peierant,quòd grauius.Sed omnes & seipsos quottidie maledicunt,cauen

D tes in eodem officio; Maledicti qui declinant a mandatis tuis. ¶ Homo. Et non quos generauit Deus; hi enim filii Dei cum sint, veraces ut pater eorum, per gratiam, efficiuntur. ¶ Vt tu. O rex, vel o Doecidumee. ¶ Amico. Mihi, scilicet, qui toties pro salute tua, & regni conseruatione animam posui; vt aduersus Goliath & exercitum Phylistinorum. ¶ Iniquus amor. Tui ipsius, qui putas contra Deum posse regnare, cum te abiecerit propter peccata tua, ne regnes super Israel; vt denunciatum tibi fuit a Samuele. ¶ In Domino. Qui verus est omnium finis. ¶ Rebus iniquis. Idest diuitiis, quæ ideo dicuntur iniquæ, quia aut male acquiruntur, aut cũ male possidentur aut expenduntur, faciunt iniquos: vnde quidam dicebat omnis diues aut iniquus aut hæres iniqui. Sic & Saluator ait: facite vobis amicos de mammona iniquitatis. ¶ Falsa. Idest diuitiæ per falsitatẽ acquisitæ: uel ideo falsæ, quia non præstant fœlicitatem, quam promittunt: sed corporis mortem maturant propter continuas insidias, quæ tyranni aduersus diuites moliuntur, vnde aliqui arbitrantur se obsequium pręstare Deo, si quemquã pecuniosum spoliauerint auarum; & animæ damnationem æternam plerunq; ministrant, Vnde in Euangelio mortuus est diues, & sepultus est in inferno: & alibi quàm difficilè diuites intrabunt in regnum cœlorum. ¶ Iniqua. Idest per iniquitatem acquisita, ut furto, rapina, hæreditatis cuiuspiam expilatione concussione, aut tyrannide. ¶ Vnde versus. Non habet euentus sordida præda bonos; & facta domus furto durabit tempore curto; & de rebus male acquisitis non gaudebit tertius hæres. ¶ Cupido rapinæ. Hanc maximè habent milites nostri temporis, quos non reipublicæ charitas, vel iustitiæ defensio, aut amor patriæ, vt olim romanos, ad bellum trahit, sed sola prędæ cupido. ¶ Sed neque diuitiis. Sed ne aliquis excusetur dicens, aliena non rapio, sed meis licite fruor. ¶ Cor apponatis. Nam vbi est thesaurus ibi est & cor, sunt enim diuitiæ spinæ, quæ in acquirendo verum laborem, in cõseruando magnam anxietatem; si verò perdantur, immensum afferunt dolorem, & plerunq; desperationem, unde & beatus Paulus. Diuitibus (inquit) huius sæculi pręcipe, sublime non sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Vnde bene sequitur. ¶ Labile. i. Fluxibile munus opum, sed quia diuitiæ bonis sunt additamenta bonorum,
E malis verò irritamenta malorum, non vsus prohibetur, sed abusus. Vnde beatus August. ait: bonæ sunt diuitiæ bonum est aurum, bonum argentum, non quia te bonũ faciant, sed vnde tu bonum possis facere, si eis bene vsus fueris vt cunque tamen, siue bene siue malè vtatis, sollicitudinem semper secum trahunt: ideoque qui libero, vult animo, à curis, & ab anxietatibus huius sœculi, Deo seruire, diuitias à se procul faciat, fœlicemq; amplectatur paupertatem, & Domini consilio vtatur: si uis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & habebis thesaurum in cœlo vnde beati pauperes quoniam ipsorum est regnum cœlorum nusquam dixit beati diuites: sed potius veh uobis diuitibus, qui habetis consolationẽ uestram nunc, propterea recipietis amplius iudicium. ¶ Semel. Quia vnicum est verbum Dei. ¶ Stabilis. Vnde & Boetius canit, stabilisque manens dat cuncta moueri, & per prophetam ait; ego Deus & non mutor. ¶ Tacitus. Non enim decet murmurare aduersus verbum domini, tametsi durum videatur; unde & Heli ad Samuelẽ domus suæ ruinã prędicenti, dominus est, ait, faciat, quod bonum in oculis suis videtur. ¶ Verba duo. Non duos intelligas Dei filios: sed quæ sequuntur; de misericordia, & potestate sua, polisemus est enim sermo, verbum multa significans, ut apud grecos. Hic pietas pro misericordia, qua pœnitentibus neniam, mediante filii sui passione, & iustis redemptionẽ. ¶ Potestas. Est .n. omnipotens: unde & Apostolus; dicis mihi, potestati eius quis resistit? ¶ Punis supple. Iniquos in hoc sœculo, uel in purgationis igne si pœniteat: de quo uide, Greg. in c. qualis xxv. distin. in decretum & ibidem. S. August. & hæc contra luteranos à quibus purgatorium negatur, qui si non pœniteat, æterna punit eos pęna vt in Euang. Ite maledicti in ignem æternum. ¶ Aequæ lances. More loquitur humano qui bilance utuntur in æquandis ponderibus vnde & beatus Michael Archangelus, quem constituit dominus super animas suscipiendas, cum bilance in manu pingitur, ad demonstrandam, diuini æquitatẽ, iudicij. ¶ Retribuetur. Bonis regnum cœlorum, malis autem gehenna,

Nonne vides vt tu fraudes innectis amico?
Multoties & te fallit iniquus amor?
Sperate in Domino, sed non in rebus iniquis:
Interitum properant falsa & iniqua citum.
Sit procul à nobis & auara cupido rapinæ,
Nam proprias secum res aliena vorat.
Sed neq; diuitijs, vt forte fluentibus vltro
Cor apponatis labile munus opum.

Quæ semel est, stabilis, fixo, Deus ore, locutus,
Audiui tacitus, grandia verba duo.
Est immensa tibi pietas, simul estq; potestas
Maxima; & hinc punis; parcis & inde reis.
Sunt æquæ lances: mensuraq; iusta tonanti;
Cuiq; suum iuxta retribuetur opus.

F Optima lux cœli, &c. Cum diutius angeretur Dauid à persecutionibus Saul, & de mandato domini, de terra Moab reuersus in terram Iudæ, moraretur in desertis: vbi non solum annonæ, sed & aquæ, ac rerum omnium inopiam patiebatur; summo mane vigil, ac si in tabernaculo Domini esset, exurgens Dominum orabat, laudabat, & diuinis consolationibus recreabatur, sacrisq; mysteriis Christi & Ecclesiæ, quod sibi summè delectabile erat imbuebatur: quæ omnia, dum esset in regno pacificus, recolens versibus componebat, in psalterio decantabat, & in Ecclesia canendos psalmos demandabat per leuiticos ministros, & quia regis ad Deum vigilia in hoc psalmo recolitur, & nobis Christianis suo exemplo ad vigilandum excitandis, quibus de mandato domini summopere vigilandum est: Hac de causa hic psalmus post matutinas laudes in aurora decantandus proponitur. cuius intellectus triplex est literalis primus compositori Dauid conueniens: mysticus Christo, & Ecclesiæ: moralis qui vnicuiq; nostrũ applicatur, dicit igitur Dauid, Ecclesia, & vir fidelis. ¶ Optima Lux cœli. Non Solem hunc gentili ritu credas inuocari, cuius lux non est optima, sed Eclipsim patiens, verum est ea lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hũc mundum. ¶ Cœli empirei. Quod per excellentiam cœ-

ODE LXII. EX PSALMO LXII.
Deus Deus meus ad te de luce vigilo.

Optima lux cœli, lucisq; creator & orbis,
Mi Deus; effulget lumen & vnde meum,

Ad te cum nitida lustras præcordia luce,
Matutinus agor peruigil astra super.
Te sitit hæc anima,& quanto magis æstuat in te,
Flantibus à ventis arida facta caro.
Inuia me tellus,deserta,in aquosa perurget,
Defessum rebus: dura per antra quies.
Non minus ac sancta residerem sede quietus,
Apparere humili me tibi corde iuuat.

A

tiam cœlum cœlorum vocatur, vbi hac diuina luce beati perfruuntur:rursus cœli, idest præsentis status Ecclesiæ,qui in Euang. frequenter regnum cœlorum dicitur,& ab hac luce per diuinas scripturas illuminatur:cœli tertio, idest animæ iusti,quæ cum sit sedes Dei à quo per fidem inhabitatur, iure merito cœli appellatione digna existimatur,unde & Apostoli dicti sunt cœli in eo psalmo qui incipit. Cœli enarrant gloriam Dei, quam rē optimè declarat beatus Gregorius in sermone,qui legitur in cōmuni Apostolorum, declarans illud psalmi dictum. Verbo domini cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis uirtus eorum: porrò interius ab hac luce quælibet anima fidelis illustratur.¶Lucis.Huius uisibilis solis,lunæ,ac stellarum:unde&Ecclesia canit in hymno.Lucis creator optime.¶Creator.Vt in primo Genesos,ubi dicitur Deum creasse cœlum & terram;dixisseq; fiat lux,& facta est lux. ¶Mi Deus Bandientis est ex amantis animę affectu.¶Vnde.Idest à quo: aduerbium pro nomine:seu lumen meum quod est Christus,qui est lumen de lumine,Deus de Deo,ut canit Ecclesia in symbolo Niceno.¶Ad te agor.Quòd est infra: cętera per parem thesim dicta sunt. ¶ Lustras.Clarificas,purgas & illuminas à tenebris, à peccatis ad mysteriorum intelligentiam, præcordia animæ scilicet, quæ sunt, intellectus, memoria & voluntas. ¶ Nitida luce. Super cœlesti & inuisibili gratia tua. ¶ Matutinus. A matura gentilium Dea quæ aurora est, deducitur. ¶Peruigil. Mente & corpore. ¶ Agor. Reducor in spiritu super astra, idest in paradisum. Sed vnde procedit hæc tanta vigilantia & mentis eleuatio? respondet. ¶ Te sitit, Idest desiderat hæc anima, vt in alio psalmo.Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum &c. ¶Quantò magis.Quia in tempus magis diuturnum differtur eius immutatio & glorificatio,per quam sitis sua satiabitur.¶Flantib. à ventis.Concupiscentię huius sęculi, tribulationum & angustiarum. ¶Arida facta caro. Quo ad Dauid in deserto habitatem: sensus est planus: nam & beatus Hieronymus cum esset in vasta heremo,quæ horridum monachis præbebat habitaculū, de se dicit:deformis & squallida cutis,exusta solis ardoribus æthiopissæ carnis situm contraxerat: quo ad ecclesiā verò vel fidelem animam, ipsa in canticis hoc declarat; nolite considerare filiæ Syon ꝙ fusca sim,quia decolorauit me sol,i.angustiarum feruor præ martyrum persecutione:sed nonne de capitis nostri persona hoc dictum accipere possumus?nonne in cruce extensus redimendorum salutē eius anima sitiuit?& nonne arida facta caro eius præ acerbitate pęnarum,& ex totius sanguinis effusione? sitiuit & ob id dixit,sitio. ¶Inuia me tellus.Est hæc vallis miseriarum, mundi huius in qua pauci uadunt per viam arctam, quæ ducit ad vitam,vel sequuntur modici, Christum, qui est via,veritas,& vita.¶Deserta.A bonorum consortio,& angelorum frequentia,quam veluti ante Christi aduentum Iudæi propter sua peccata, & maxima prophetarum neces amiserant; sic & modo propter auaritiam superbiam, & fętentem luxuriam nostram ferè perdidimus, vnde possunt angeli de nobis dicere cum propheta: non est qui faciat bonum,non est vsq.ad unū.¶Inaquosa. Idest spiritualis gratiæ aqua minimè irrigata, de qua:dicitur ad Samaritanam euangelicam, siquis biberit ex hac aqua, quam ego dabo,non sitiet in æternum,& alibi, siquis sitit ueniat ad me & bibat &c.¶Defessum rebus. Hoc est charismatum & donorum spiritus sancti. ¶Dura quięs. Epitheton à contrario: nam mollis est quies. ¶Antra.Sunt ferarū lustra & habitationes;sunt autem magnatum domus.in quibus plerunque homines ferino more viuentes, pauperum sanguinem lambunt: talis fuit Annæ & Caiphæ pōtificum domus:nec non Hærodum & Pilati palatia:talis & tota Iudæorum synagoga, Romanorumque Imperatorum curiæ,in quibus quàm durissimè quieuerint prophetæ,innocentes, Ioannes Baptista,Christus Dominus,Stephanus,Iacobus,princeps Apostolorum Petrus,& Paulus,& denique innumerabiliū martyrū chori:nouit Ecclesia,quæ passiones eorū quottidie recolit & celebrat.¶Non minus.Me iuuat humili corde apparere tibi in oratione in hoc deserto,ac si essē quietus ab omni perturbatione in Ecclesia tua sancta: quæ proprie domus orationis est; licet aliquando à malis fiat spelunca latronū:& de illis antris de quibus supra:in his ostenditur deuotionis huius viri feruor & ꝑ eum totius Ecclesiæ ac fidelis cuiusq;qui quanto grauioribus urgentur locorum & pęnarum angustijs,tanto magis orationi deuotę instant; vnde & in passione Agnetis turpissimum postribuli lustrum factus est sanctæ orationis locus,Angeli & spiritus sancti habitatio:non enim homines loca sācta faciunt sanctos,sed sancti loca:tamen & D.N.I. Chr. in montibus & desertis sæpe legitur orasse prædicasse,miracula fecisse,& gloriam suam discipulis ostendisse:sic & sancti anachoritæ,vide Antonii,Pauli, hylarionis & cæterorum patrum hystorias,à Hieronymo in uitis patrum descriptas,inuenies loca quanto squallidiora,tanto orationi sanctorū aptiora. ¶Vt tua me virtus.Idest potentia & gloria,quæ ex potenti liberatione iusti de manu pessimi regis procedit, facta candida per lętitiam ex victoria obortam,candida enim stola decet victores & lęta nuntiantes, sicut in resurrectionem domini legimus, angelos in albis, totaq; Ecclesia propter resurgentis alacrem uictoriam, candidis ornatur vestibus. ¶ Duceret. Idest faceret vel æstimaret dignum me prostratum idest uiribus humanis destitutum, vel prostratum in oratione. ¶ Aspectu suo. Id est ab inimicorū liberatione: Deus solo aspectu suos & tuetur & liberat, vel secretius hos versiculos ita intellige: tua virtus & gloria qui est Christus mihi promissi me dignum aspectu suo iudicet:& huic expositioni conuenit illud quod ait dominus in Euangelio ad discipulos. Beati oculi, qui vident quæ vos videtis, nam multi reges, & prophetæ desiderarunt hæc videre & cætera, & forte in spiritu tunc dominus, ostendit ei filij sui incarnationem

B

C

Vt tua me virtus prostratum,& gloria dignum
Duceret;aspectu candida facta suo.
Est etenim melior pietas tua,desuper omnem
Vitæ dulcorem: si tamen vllus inest.
Pectore ab exusto laudes aflata sonabunt
Labra tuas;euenit dulcis ab aure sonus.
Nocte dieq; tibi benedicam tempore in omni,
Extollamq; tuo nomine ad astra manus,
Repleat interius rore & pinguedine cœli,
Et me saginet spiritualis adeps.

D nem, & promisit ei quòd de fructu ventris sui poneret super sedem suam; vt in alio psalmo Dauid refert. hæc etiã ad Ecclesiam, & virum fidelẽ facillimæ possunt aptari: quibus tunc maxime solent apparere consolationes diuinæ, quando in pressuris prostrati iacent. Sic Stephanus vidit gloriã Dei. Sic martyribus facta est vox. Venite benedicti patris mei, &c. Vide in uita sancti Saturnini marty. ¶ Melior est pietas. Idest misericordia tua, qua me dignum spirituali consolatione fecisti, vel qua me cum genere humano, per filij tui incarnationem es redẽpturus, vt modo mihi in spiritu ostendisti. ¶ Vitæ dulcorem. Idest ciborum dulcedinem; quia vt dicit Greg. profecto maior est refectio mentis quàm ventris, & multo suauior: illa enim societatem & demum nauseam inducit: hæc autem ipso gusto semper fit delectabilior, & desiderabilior, vel largiter intellige pro quacunq; uitæ huius dulcedine. nam sub infertur. ¶ Si tamen ullus inest. Quia omnis, uitæ huius, dulcedo tanta est amaritudine resperfã, ut de quacunq; dicatur, uoluptatem plus aloes, quàm mellis habet, de diuitiis enim quę adeo videntur dulces, dictũ est satis in præcedenti psalmo, quòd de voluptatibus carnalibus patet, quia fętorem & pęnitentiam semper secum trahũt: vnde & Demosthenes cuidam scorto nimis grande prætium exposcenti, legitur respondisse. Tanti pœnitere non emo. ¶ Benedicam. Pro gratiarum actione; cum nihil habeamus quid domino retribuamus pro immensis & innumerabilibus suis beneficiis, nisi benedicere, & laudare nomen eius. ¶ Omni tempore. Prosperitatis, ut simus grati, & orantes vt perseueret, & aduersitatis vt expellatur, uel patienter feratur. ¶ Manus. Ad bona opera peragenda, nam hæ sunt preces vt diximus in alio psalmo, quas dominus libentius intendit, quàm uocales audiat. ¶ Interius. In anima. ¶ Rore. Idest spirituali intelligentia incarnationis & mysteriorum Christi, de quo rore dictum est. Rorate cęli desuper & nubes pluant iustum: aperiatur terra & germinet saluatorẽ, hic est ille ros, qui datus est Gedeon in vellus in signum futuræ victoriæ, vnde canit Ecclesia: quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ sunt scripturæ: sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanum, te laudamus Deus noster. Sic & benedixit Isaac filio suo Iacob, Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam, &c. itidem fecit Esau: in pinguedine terræ & in rore cœli desuper erit benedictio tua, per quos duo populi eadem benedictione significabantur benedicendi, populus scilicet gentilis, & Iudæorum, qui in vnam fidem mediatoris Christi concurrunt. ¶ Spiritualis adeps. Hæc est Spiritussancti gratia, qua fidelis anima uelut altilis saginatur. vnde: & in cœna supremi Regis dicitur in Euangelio Tauri mei & altilia occisa sunt, per tauros enim antiquos intellige patres, & prophetas, quibus licitum erat hostes cornibus suæ potentiæ ferire, vt Abraam Reges. Moyses Egipti. Iosue vij. gentes cananeos etheos, &c. Helias duos quinquagenarios, & sacerdotes Baal, multiq; alij alios multos,
E per altilia uero patres noui testamenti, quibus abundantiori gratia impinguatis. Prohibitum est sese defendere, sed dicitur date locum iræ, & percutientibus in maxilla alteram porrigere. ¶ Altilis. Ab alendo dicta sunt altilia animalia, quę domi aluntur, & impinguantur; vt docet Gregorius in homilia dicti Euangelij. Tales sunt, aut esse deberent viri religiosi in claustris, veluti in domo domini, & de peculiaribus bonis eius educati licet interdum de aliquo eorum dicat dominus. Incrassatus est dilectus meus impinguatus & dilatatus recalcitrauit. ¶ Labia. Quia ex abundantia cordis os loquitur. Vnde ante omnia canunt ipsi. Domine labia mea aperies, &c. ¶ Qualis & albus olor. Idest Cignus auis candida & canora, quæ morti vicina dulcius canit. Econtra Syrena miserum stridet in morte, quæ in vita dulci cantu transeuntes nautas soporauerat: tales sunt animæ malorum, quæ in bonis ducunt dies suos, in dulcedine voluptatum suarum quamplurimos alicientes, & in puncto cum ingenti stridore ad inferna descendunt. Econtra iustorum animæ flebili cantu vt columbæ gementes. Heu mihi quia incolatus meus prolungatus est, &c. Viuunt quidem sed vitam per extrema omnia ducunt, in morte vero ex præmiorum uicinitate vt cigni dulcius canunt, Lætatus sum, &c. Vnde & alibi, de his inquit propheta. Euntes ibant, &c. ¶ Volucres. Species pro genere, nam de philomela intelligit, de qua elegiam facit Ouidius, quæ incipit Dulcis amica veni noctis sollatia præstans: vbi præfert eam cunctis volucribus, nocturno pariter atq; diurno cantu. ¶ Memor. Et proterea gratus dignus nouis beneficiis. Nam gratiarum actio alterius est beneficij petitio. ¶ Quiete. Somni scilicet de qua in alio psalmo. In pace in idipsum dormiam & requiescam: malorum enim mentes nec in somno requiescunt, sed variis terroribus in somniis exagitantur. ¶ Stratis. Asternendis paleis,
F vel frondibus, super quibus olim dormiebant antequàm inueniretur luxuriæ fomentum, plu-
Aen. 8. marum mollicies, sic Euander Aeneam (vt ait Vergilius) stratisq; locauit effultum foliis. De multiplici strato vide hic pulchra & digna relatu commentatorem innominatum. ¶ Psallo. Et vos o delicati super plumeis puluinaribus ostro atq; auro substratis quid canitis; amasiarum vt credo cantilenas. ¶ In te. Non in diuitijs per fas & nefas cumulandis, non in viduarũ vel pupillorum rapinis, non in fratrũ odiis, non in proximorum sanguine fundendo, non in proditionibus, non in vrbium excidiis, non deniq; in inimicorum vltione suscipienda, non in turpium ac execrandarum voluptatum cupiditatis multifariam explendis: sed in domino de nocte meditandum est. ¶ Ales lu. præu. Periphrasis est Galli, de quo canit Ecclesia: gallo canente spes redit Gallus iacentes excitat, & somnolentos increpat, Gallus negantes arguit, quæ omnia ad Domini prædicatorem qui est Gallus spiritualis domus Domini, aptissime conueniunt. ¶ Ante lucanus. Idest ante lucem vigil. Ab ante luco, vel ante lucor antiquo uerbo nunc abolero, quod pen. prod. proferebatur quare. Hic systole figura acta est, necessitate metri. Idest longæ syllabæ breuiatio, ut non eodem cursu, &c. Tulerunt fastidia menses, ¶ Conditus. Pro absconditus, & est aphæresis. ¶ Alarum tuarum, Quæ misericordia & potentia, vt alias diximus

Altilis vt factus labia exultando relaxem,
 In superum laudes, qualis & albus olor.
Vtq; quiescentes inter frondeta volucres;
 Dulcius aurora iam veniente canunt.

Sic memor ipse tui nocturna abeunte quiete,
 Multa super stratis, carmina psallo meis.
In matutinis in te meditabor: & ales
 Lucem præueniens ante lucanus ero.
Conditus alarum Deus exultabo tuarum.
 Sub velamento: lætus ibiq; canam.
Te mea ponè sequens anima incessanter adhæsit,
 Iam læto excepis me tua dextra sinu.
Ast illi gressus animam per deuia quæq;,
 Frustra lustrantes expetiere meam.

diximus: alæ etiam domini dicuotur prælati boni, qui pullos a miluo & à vulpe sub sua protectiooe defendunt, A idest animas fideles, à dęmooe, & hæretico, vel ascensionem Domini N. Iesu Christi vaticinatur, cuius sperabat se comitem fore: de qua ascen. dicit Michæas propheta. Ascendet iter pandens ante eos. Mich. 2. ¶ Sub velamento. Idest protectione. ¶ Canam. Deus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, & multa talia cantica, quæ sunt in boc libro psalmorum, vel si ad ascensionem referas: canam. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona bominibus, & similia. ¶ Te sequens. Pone idest à tergo per bumiliationem, vt seruus dominum, vt discipulus magistrum, vt filius patrem. ¶ Anima. Noo corpore tantum, vt Iudas proditor, volgus instabile, & inconstaotes, & nonnulli inconstantes discipuli, qui audita eius doctrina de spirituali refectione abierunt retrorsum dicentes: durus est hic sermo, &c. ¶ Incessanter. Nam qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Nota hæc contra Apostatas & instabiles religiosos. ¶ Adhæsit. Per morum imitationem, iuxta quòd dixit Dominus. Qui vult venire post me tollat Crucem suam, & sequatur me, & Petrus ait. Ecce reliquimus omnia & secuti sumus te, & alibi in epistola ait. Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, vel melius ad ascendentem cum Christo hi duo versiculi sunt referendi, & patet sensus. ¶ Læto sinu. In quiete spiritualis doctrinæ: vel in Paradisum, si ascendentem intellexeris. ¶ Ast illi. Idest aduersarij mei de quibus in principio psalmi dictum est. Nam hic prædicitur eorum pœna futura, & idem intellige de persecutoribus Christi & Ecclesiæ ac vniuscuiusq; iusti. ¶ Gressus meos lustrantes. Nam & in loca solis ibicibus per via Saul rex cum suis complicibus exquisiuit, modo in hunc desertum, modo in illum: vnde & bene dicit per deuia queq; Sed. ¶ Frustra. Nam Deo protegente semper euasit. ¶ Animam meam. Idest vitam, à parte digniori totum intelligens: nam (vt ait dominus) oolite timere eos qui occidunt corpus, post autem non habent quid faciant, sed potius eum timete, qui animam & corpus potest perdere in gehennam. Sic & persecutores Ecclesiæ Christianos in speluncis, & desertis latitantes exquirebant ad tormenta, vt vel animas per fidei abnegationem, vel saltem vitam auferrent. ¶ Sed frustra. Nam animæ per patientiam coronabantur, & vita in melius commutabatur. ¶ Expetiere. Idest cum magno nocendi desiderio exquisiuere. ¶ Inferiora. Si ad persecutores Dauid & Ecclesiæ referas, planos est sensus quia descenderunt in infernum, qui à sua nequicia per pœnitentiam non fuerunt conuersi. Verum si ad Iudæos necis Christi procuratores. Trifariam puniti sunt ab exercitu Romanorum in suæ vrbis excidio. Nam aliqui in profundissimis cauernis, ad quas confugerant obturati sunt & ibi extincti fame, & fumo, vel proprio consossi gladio, vt de 400. sociis suis refert Iosephus hystoricus.

Inferiora petent telluris, ad ima baratri
Descendent: rapiet teter abyssus eos.
Ante diem lapsi gladijs tradentur acutis,
Esca relinquentur vulpibus, atq; feris.
At rex in domino lætabitur hoste sepulto,
Suscipiet regni debita sceptra sui.

B

¶ Baratri. Idest profundæ voraginis. Græcum est vocabulum. ¶ Teter. Idest obscurus & fetens. ¶ Ante diem. Mortis naturalis, quia oon dimidiabunt viri sanguinum dies suos. ¶ Gladijs. Phylistinorum, vel propriis, sicut de Saol legitur, & armigero eius, qui in fuga politi ne hostibus fierent, ludibrio si viui ad eorum manus peruenissent; vel Romaoorum, si ad Iudæos Christi intersactores, referas, & hæc est secunda pœna: tertia fuit captiuitas, & dispersio de qua subiungit. ¶ Esca relinquentur uulpibus. Idest defraudatoribus eos mercantibus. ¶ Atque feris. Idest crudelibus ferino more in eos dominantibus sine misericordia: at si ad interfectos referas, planior est sensus; qoia cadauera eorum à feris sunt dilaniata, quod si de cuiusq. iusti persecutoribus intellexeris, per gladios bonorum linguas intellige, qui tales condemnant, & pœnam eis æternam minantur; & quandoq; temporalem, & maximè prædicatorum linguæ hoc faciunt: per vulpes verò fallaces hæreticos, qui tales facile decipiunt: per feras demones, à quibus deuorantur. ¶ At rex. Dauid; nam de se, tanquam de alio dicit. ¶ In Domino. Qui de manibus hostium eripuit eum, & de multis periculis eum liberauit. ¶ Hoste sepulto. Rege Saul, nam licet capot illius ab hostibus abscisum, & conto circum latum deinde cadauer suspenderunt in moro Bethsanes, viri tamen R.1.c.31 fortissimi Iabes, Galaad, nocte tulerunt, atq; comburentes igni, sepelierunt in nemore Iabes; propter qoòd à Dauid commendati fuerunt. ¶ Debita. Ex quo de mandato domini per Samuelem abiecto Saul adhuc paroulus fuerat unctus in regem. Si ad D. N. I. Christũ hæc referas, sic exponas: hoste sepulto, idest dæmone in inferno religato: Christus suscepit regnandam Ecclesiam. Vnde & ipse dixit: data est mihi omnis potestas, in cœlo & in terra. Sic & Ecclesia sepultis tyrannis eius persecutoribus tempore Constantini Magni Imperatoris, læta cathedræ lætitiam, & spiritualis regni sceptra suscepit, nec minus quilibet fidelis sepulto dęmone persecutore suo, per uirtutis adeptionem accipit sceptrum conscientiæ suæ, rationi regnandos appetitus præbens. ¶ Illi. Qui Dauid, Dominum I. Christũ uel eius Ecclesiam sequunrur, serui fidelis cuiuspiam exempla sequuntur. ¶ In Domino iurant. Idest in veritate Domini, & per Dominum iurant, nam ut ait Augustinus: non est peccatum uerum iurare. C Sed quia frequens iuratio, per humanam fragilitatem, nimis uicina est periurio, cum homo etiam facile mentiatur, iuxta illud omnis homo mendax, & in multiloquio non deerit peccatum, ideo dominus in Euangelio dixit, non iurare omnino, idest per omnem causam; sed tuoc tantum; quando nosti pro certo te uerum dicere, & a malo oon credentis impelleris ad iurandum. ¶ Inaoia portenta. Vt Aegiptiorum: quia uarias colebant feras, pro diis, & eorum nomina ad iuramentorum confirmationem, adhibebantur. ¶ Idolis. Notum est quid significet. ¶ Numen inesse negant. Iuxta illud Apostoli. Scimus quoniam Deus onus est. ¶ Fraudabuntur. Hucusq; suspenditur constructio supra positorum uersuum, & est contra morem elegiaci, ut ultra secundum uersum suspendatur constructio.

Illi qui in Domino iurant: nec inania poscunt
Portenta: idolis uumen inesse negant;
Non fraudabuntur merita sibi (tempore in illo)
Laude: super solio rege sedente nouo.
Os etenim imprudens, ꝙ iniqua vel alta locutum est,
Tunc erit obstructum; factaq; muta labra.

¶ Rege nouo. Daoid Christo Domino uel fideli cuicunq; reddendo singula singulis. nam unusquisq; istorum fidelibus, & imitatoribus suis præmia merita reddiderunt. ¶ Os imprudens. Saul, uel quorumlibet detractorum de Dauid maledicentium apud regem, vt aulicorum moris est: qui vt plurimum adulationis morbo laborant,

D borant.¶Iniqua.Quod Dauid quæreret necem regis & filiorũ eius:vt regnum ſibi vſurparet,ex ea fictione, quòd Samuel,qui tunc erat mortuus ſeſe vnxerat in regem:quæ omnia dicebant à Dauid eſſe conficta.¶Alta. Vt per ſu perbum Saul,qui dicebat non eſſe Deum,nec poſſe de manu potentiæ ſuæ liberare, vt oſtenſum eſt in pſal. Dixit inſipiens non eſt Deus.¶Obſtructum.Per mortem ſi ad Dominum velis referre,imprudens eſt populus Iudæorũ, & multitudo gentilium;qui iniqua de Chriſto latrabant,ſeductorem & magum eum reputantes, ſamaritanum, habentem dæmonium.Alta vero;quando regnum eius iactabant ſe poſſe euacuere:& anihilare fidem Chriſti:tũc obſtructa ſunt eorum ora,& labra facta muta,quando excluſis Iudæorum cerimonijs,per templi deſtructionem, & clauſis templorum gentilitatis foribus,de mandato Conſtantini Imperatoris, D. N. I. Chr. aperta voce declaratus eſt per legem Imperialem verus eſſe Deus,&ſolus colendus,qui cum patre & ſpiritu ſancto regnat in ſæcula.

MItis & alme Deus &c. Poſitus in aliqua ingenti tribulatione Dauid,uel aliter in ſpiritum prœuidit acerbitatem paſſionis D. N. I. Chr. quamobrem partim in perſona propria, partim in tertia in hoc pſalmo cã deplorat incipiens ab oratione,quam in horto erat facturus Dominus Ieſus dicit igitur. Mitis & alme pater.Nec mirum ſi vt homo patri ſe ſubijcit filius:quia in hoc eo minor eſt,in diuinitate tamẽ eſt ei æqualis,& qui ſeipſum poterat exaudire:rogo igitur & ego quemcunque lectorem,vt aſſiduæ in huius pſalmi lectione meminerit vnam in duabus naturis Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe perſonam, in diuina quidem eſſe patri coæqualem in humana minorem: in illa immortalem & impaſſibilem, in iſta verò mortalem fuiſſe & paſſibilem in qua nunc huius pſalmi expoſitio verſatur. ¶ Mei. Filij tui, ¶ Supplicis ideſt. Supplicantis,nomen pro participio:nã genibus flexis orauit vt prçberet nobis in preſſura poſitis humilitatis exemplum, & orandi formam: nam ſæpe humiliantis oratio penetrat nubes.¶Hoſtili timore. Quid mirum ſi nos homunculi mortem, & corporeas horrem' paſſiones? cum caput noſtrum qui dixerat nolite timere eos qui occidunt corpus, & tamen dicit propheta, narrat & euangeliſta, cœpit Ieſus pauere & tçdere, & dicere:triſtis eſt anima uſq;

E ad mortem,vnde hoc ſi dux pauet quomodo miles audebit? audi ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Infirmitatem noſtræ carnis hic oſtendit,quia dixerat Eſaias propheta;verè infirmitates noſtras ipſe portauit & langores noſtros tulit:paulo poſt,ſpiritus ſui promptitudinem auditurus es.¶Virtutem.Fortitudinis.¶Feram.Patienter, ſic & nos in anguſtia poſiti oremus,ut uel tranſeat à nobis calix,vel ut patienter feratur non enim nobis malus eſt,licet amarus videatur: ſed quo vel purgemur,vel coronemur.¶Perfecto agone.Ideſt,completa paſſionis lucta qua dimicauit aduerſus dæmonem,qui in Iudam intrauerat ad procurandum faciliorem exitum mortis eius contra mundum ideſt mundi amatores phariſeos cuius honorem metuentes perdere & potentiam, necem illius extorſerunt contra carnem propriam,infirmitates eius ſuperando porrò ἀγων grecæ latinæ certamen,uel locus certaminis iuxta quod Paulus ait:omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.¶Victor.A morte reſurgens.¶Repetam te.In die aſcenſionis, hoc eſt ꝙ in Euang. ait, à Deo exiui & ad Deum vado.

ODE LXIII. EX PSALMO LXIII: Exaudi Domine.

MItis & alme Deus,cœlo digneris ab alto
Exaudire preces,ſupplicis oro tui.
Quo premor hoſtili,releues me,quæſo,timore,
Virtutem dones,qua mala tanta feram.
Vt cum perfecto,repetam te victor,agone
Has referam grates,carminaq; iſta canam.

¶Malignantum.Iudæorum conuentu, nam (ut ait Math.) congregati ſunt principes ſacerdotũ & ſeniores populi aduerſus Ieſum,vt cum morti traderent &c. ¶Vmbone. Ideſt ſub defenſione: translatio eſt ſumpta à forti duce dilectum ſibi militem in congreſſu prælij ſub clipeo protegẽtem,ſed quomodo protexit eum;cum permiſſerit eum tradi uoluntati eorum & crucifigi? reſpundit beatus Auguſt.qui optime hunc pſalmũ exponit. Eo modo quo & ipſe cum patrę protexit ſanctos martyres,vt animam non occiderẽt,

Math. 26

F patienter ferendo tormenta corpus uerò occiderent pro gloriæ ſuæ corona, iuxta quòd ait ipſe Dominus: nonne oportuit pati Chriſtum & ita intrare in regnum ſuum?unde & Apoſtolus ait: humiliauit ſeipſum uſque ad mortem crucis,

Nonne malignantum conuentum vmbone ſub alto
Protexit timidum,me tua leua potens?
Ictibus & caſſis in me qui operantur iniqua,
Spicula iecerunt, virus & omne ſuum.
Et quia tela manu tua dextra extorſerat illis,
Vt gladium linguas exacuere ſuas.
Atque tetenderunt arcus;meditantur amara,
Vt non vitentur ſpicula miſſa procul.
Ex improuiſo taciti miſſere ſagittas,
Ne præuiſa minus lædere tela queant.
Vt ſimul innocui tecto videantur ab ictu,
Intereat quamuis immaculatus eo.

propter quòd exaltauit eum Deus, & dedit illi no.quòd eſt ſu.o.nomen &c. ¶Leua. Domini dicitur eius potentia dextera verò miſericordia.¶Ictibus caſſis. Ideſt,fruſtratorijs à propoſito ſuo:nam credebant nomen eius cum corpore ſe poſſe extinguere:econtrario euenit,quia granum frumenti cadens in terram & mortificatum in Iudæorũ infidelitate paucorum,reſurrexit multiplicandum in eunctorum multitudine populorum.¶Operantur iniqua. Mortẽ meam addentes neci ſanctorum prophetarum in hoc implentes menſuram patrum ſuorum.¶Virus. Ideſt uenenum inuidiæ & odij quod conceperunt contra me nam propter bona opera quæ illi populo fecerat retribuentes mala pro nobis tradiderunt crucifigendum. ¶Tela. Ideſt potentiam interficiendi,ſeu ius gladij in delinquentes,quod Iuris doctores appellant merum & mixtum imperium iuxta quod ipſi dixerunt,non licet nobis interficere quenquam: dicuntur autem tela Domini, quia non eſt vlla poteſtas niſi à Deo dante uel permittente. ¶Tua dextera ideſt.Romanus populus quo pro dextera;tunc temporis utebatur Dominus ad contritionem ſuperborum & rebellum populorum.¶Extorſerat.Violenter de manu.Romani enim uolẽte Domino,ut Iudçorum ſuperbiam contunderent,poteſtatem gladij illis dempſerant,modicã coertionẽ tantummodo relinquentes ad corũ ſolatium.¶Linguas ſuas.Dicentes eum blaſphemum,ſeductorẽ,prohibentem tributa dari Cæſari,dicentẽ ſe Chriſtum

ſtum regem eſſe, commouentē populum à Galilęa illucuſque reum eſſe mortis, & alia permulta quę in Euangelijs poſſunt videri. ¶ Exacuere. Mutuis adhortationibus vt potius Barrabam peterent dimittendum, Chriſtum verò clamarent crucifigendum. Inualeſcebant clamores eorum vſque ad tumultum faciendum. ¶ Tetenderunt arc? Ideſt diſpoſuerunt inſidias, vt me dolo tenerent, & occiderent, propter turbam quam timebant. ¶ Meditantur amara. Ideſt paſſionis meæ amaritudinem: in cuius ſignum felle potatus eſt: dicitur autem amara: non tantum propter eius acerbitatem, ſed ēt propter eorum ingratitudinem, & diſcipuli proditionem: nam valde amarum eſt pati ab his, à quibus propter benemerita quis eſſet diligendus. ¶ Vt non vitent. Tanquam ab incauto ſecundum eorum exiſtimationem, ipſe verò ſciebat omnia quæ ventura erant ſuper eo. ¶ Spicula. Malorum conſiliorum, turba armatorum, falſa teſtimonia, malignæ accuſationes, & cætera quæ dudū machinati fuerant in necem eius. ¶ Procul. Tanquam ab adulatoribus. ¶ Improuiſo. Secundum falſam eorum opinionem. ¶ Miſſere ſagittas. Per diſcipulos ſuos cum herodianis. ¶ Ne præuiſa. Ratio, quare potius per alios eum tentabant deprehendere: verebantur .n. eorum maliuolentiam ſibi eſſe cognitam, non ſic autem diſcipulorum ſuorum. ¶ Innocui. Quaſi Pilatus eum occiderit, non ipſi teneantur obſtricti ſanguine innocentis, ad eorum ſuggeſtionem & importunum clamorem effuſo. ¶ Ictu tecto. Ideſt latenti malicia, ſed hoc nequaquam profuit, nam & Pilatus male fecit, & maius peccatum habet qui tradidit me tibi. ¶ Nec timuere Deū. Innocentem filium eius neci tradendo. ¶ Simulato corde. Fingentes zelo legis Dei & pro populi vtilitate ſe moueri contra Ieſum; cum in veritate ex ſola mouerentur inuidia, quia plures eius doctrinam quàm phariſaicam amplectebantur, & ſequebantur eum. ¶ Iudicio eorum. Falſo, q̃a Dominus cor & non manum potius intuetur ex corde enim exeunt cogitationes malæ homicidia, adulteria &c. & ex propoſito maleficia diſtinguntur non quid agatur, ſed qua intentione indicat Deus, vnde eſt in prouerbio, quicquid agunt homines intentio iudicat omnes, & nō nominum ſed aduerbiorum extimator eſt Dominus: ideſt non attendit quid agatur, ſed an bene, an male. ¶ Manus. Et nō intentio cōtra hoc dicit

Nec timuere Deum ſimulato corde nocentes
 Iudicio ipſorum noxia ſola manus.
Noxia tunc tantum cum vulgi apparet in ora
 Admiſſum facinus ſi lateat? nec erit.
Fallere ſi poſſent oculos & cuncta videntis
 Quid facerent? nequam conſuluere ſimul.
Et firmauerunt concordi voce doloſi,
 Vt laqueos tegerent: quis modo cernet eos?
Sunt quoque peruerſo ſcrutati pectore iniqua,
 An ſancta poſſet lege licere nefas.

A

B

Dominus in Euangelio: audiſtis quia dictum eſt antiquis non occides: ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio &c. & beatus Ioannes: omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, ſed & in lege veteri dicitur: ne oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue illum, ne habeas ſuper eo peccatum. ¶ In ora. Ideſt in cōſpectu· hos reprehendit Dominus hypocritas appellans, qui laudes ab hominibus quærunt, occultātes vitia ad ſimilitudinem ſepulchrorum foris dealbatorum, intus verò plenorum oſſibus, & omni ſpurcitia ſic ipſi iniquitate erant pleni. ¶ Si lateat nec erit. Iuxta illud malorum & maximè hypocritarum prouerbium, crimen abſconditum eſt ſemiremiſſum: latentia enim peccata & ſi non habeant ab hominibus vindictam iuſtum Dei iudicium non euadent. ¶ Fallere. Ecbaſis ideſt excurſus poeticus; non tamen multum extra propoſitum inuehitur: nanq: in tales qui in ſua ſimulatione confidentes à peccatis nequaquam deſiſtunt, ſed diutiſſime in eis perdurantes conſuetudinem faciunt. ¶ Oculos. Dei: ſicut fallunt humanos, ſed nunquid qui fecit oculos nō videbit? Cuncta vident à Deo. ¶ Nequam. Ideſt peſſimi viri ¶ Conſuluere. Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit? & ſi dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem. ¶ Quis modo cernet eos? Q. d. ſecundum eorum iudicium, nullus, ſed tu dicas, quòd Deus, quis eſt Deus? Dominus noſter Ieſ. Chr. contra quem conſuluere, laqueos & tetenderunt: non enim eſt conſilium, non eſt prudentia contra Dominum, illi quidem (vt ait Dominus per prophetam) ordierunt telam, & non ex me, ſed ipſe volens, & prudens in laqueos eorum ſe ſe obtulit capiendum propter ſcripturarum adimpletionem & humani generis redemptionem. Verumtamen ipſi inuidi, nimi mè conſecuti ſunt ex morte eius, quod ſperauerant; ſed potius euenit, quod eo ſtante viuo metuebant: tulerunt quippe eis Romani locum & gentem. ¶ Scrutati ſunt. Ideſt diligenter exquiſierunt, ſupple in ſcripturis ſacris & prophetarum, iuxta illud ſaluatoris, ſcrutamini ſcripturas, quia ille teſtimonium perhibent de me, & alibi, ſi crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi de me enim ille ſcripſit, ſed quia. ¶ Peruerſo corde. Non veram intelligentiā de Chriſto ſcd. ¶ Iniqua. Inuenerunt: hęc videlicet. ¶ An ſancta. poſ. le. lic. nefas. Ideſt an nefaria Chriſti interfectio à lege approbaretur, & inuenerunt quòd ſic, quia ſabbati violator, ſanitates in ſabbato operando, quia traditionum tranſgreſſor ſeniorum ex quo eius diſcipuli illotis manibus panem manducabant quia vini potor & publicanorum amicus ad eos conuertendos ad pœnitentiam quandoque diuertebat, & quod maius erat & inexpiabile quia blaſphemabat ſe filium Dei dicens & æqualem ſe Deo faciens, cum tamen eſſet homo. ¶ Sed defecerunt. Nam noluerunt intelligere vt bene agerent. cap. vi. vij. & ix. Iſaiæ prophetæ vbi expreſſe probatur diuinitas D. N. I. Chr. in vi. ſi quidem trinitas perſonarum & una diuinarum eſſentia in illis uerbis ſanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth, quæ perinde ſonant ac ſi dicerent: ſanctus Deus pater ſanctus Deus filius, ſanctus Deus ſpiritus ſanctus, & hi tres vnus Deus & Dominus Sabbaoth, in vij. Ecce virgo concipiet &c. vſq; ibi vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus: & vna in duabus naturis perſona quę eſt Chriſtus Dominus in ix. dicitur. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis & factus eſt pricipatus ſuper humerum huius, videlicet cruce ſibi baiulando hucuſque humana Emanuelis natura ſequitur, & uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſęculi, princeps pacis: ecce clara Emanuelis deitas eſt deſcripta: ecce nō blaſphemauit quem pater ſanctificauit, & miſſit in mundum, ſi dixit quia filius Dei ſum de cuius generatione æterna dixit Dauid in pſal. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te, & dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis. Ecce non blaſphemauit, q̃ dixit ſe filium Dei, quem ipſe Deus pater dixit filium ſuum eſſe, & rex veſter Dominum ſuum appellauit æqualem eum Domino patri faciens: nonne & Io. Baptiſta, qui venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine, teſtificatus eſt ſe audiuiſſe vocem patris, dicentis: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & hic eſt (inquit) agnus Dei, qui tollit peccata mūdi. Ecce non blaſphemauit cum dixit: remittuntur tibi peccata tua, hæc & multa ſimilia ſcrutati. ¶ Lumine cœco.

Math. 5.

C

C. 6.

Quod

D Quod & prophetauerat idem Esaias dicens. Exceca cor populi huius & aures eius aggraua & oculos claude, ne uideant oculis & auribus audiant & corde intelligant &c. ibi uide. ¶Scrutinium. Idest inuestigatio seu inquisitio. ¶Liuor edax. Inuidia enim consumit inuidos ut rubigo ferrum, unde uersus: inuidia carpitur ipse sua. ¶Cor altum. Cor secretum, cor abditum, non ostendens quid nosset, non indicans quid esset hoc est ad profundum & inuestigabile diuini consilij, secretum de generis humani redemptione uidelicet, ut Deus factus homo occideretur in eo quod est homo ut redimeretur homo per Deum qui factus est homo. ¶Homo. Christus. ¶ Exaltabitur. Per resurrectionem iuxta dictum Apostoli. Propter quod exaltauit eum Deus & d.il.n.quòd est sup omne nomen, &c. ¶Ingens. Scilicet Deus: quis enim magnus vt dominus terribilis, & laudabilis super omnem terram? ¶ Casurus. In Iudæorum laqueos, in gentilium manus, in mortem crucis, & dæmum in sepulchrum. ¶Homo. Idest Christus inquantum homo. ¶ Surgat vt ipse Deus. Idest Christus inquantum est Deus non quod diuinitas humanitati semel iuncta separata sit, sed per effectus separatim vni & non alteri conuenientes utraque natura, in vna eademq; demonstratur, persona. Nam neq; mortem pati solus Deus, neq; mortem uincere, & resurgere solus homo poterat. ¶ Cor altum. Hic alter intellectus applicatur eisdem uerbis, & planior, vt per cor altum intelligamus secretum Iudæorum consilium, quod ceperant cum Caipha pontifice suo, vt D. Iesu morti

Io.11. traderent, sub specie quod expediret mori vnum pro populo, ne tota gens deperiret, reuera tamen inuidia, & odio, quod aduersus eum conceperant, mortem illius consulebant, & tamen istud consilium palliatum & speciem boni approbauit dominus tanquàm vaticinium de se dictum: ut pro populi redemptione, & gentium congreganda dispersione moreretur, ut ibidem Euangelista hoc idem exponit. Litera ex his plana est usq; ibi. ¶Sicut arundineæ sagittæ. Ex canitiis uel paleis faciunt sibi arcus, & sagittas infantes, (ut ait Augustinus) ego quoq; cum essem paruulus, & sapiebam ut paruulus, cum meis coequalibus memini tales me sagittas & arcus ex calamis auene multoties fecisse, cuius pellis pro corda erat, summitas festucæ erat sagitta. sed vt ait Augustinus quid feriebamus? aut vnde? quæ manus? quod telum? qualia arma talia, & vulnera. ¶ Sic quas sagittas. Idest sagittæ quas, & est antiptosis, vt & ibi, sermonem quem audistis non est meus, fuerunt autem Iudæorum sagittæ maledicta, obrobria, sputa, derisiones, alapæ, flagella, clamores horrendi ut crucifigeretur, claui, lancea potio felle & aceto per mixta, & si qua alia aduersus illum in passione fecerunt. ¶ Imbelles. Idest impotentes non enim consecuti sunt quæ sperauerant. Sed contrarium vt supra diximus eod. psal. in ver. quis modo, &c. ¶Noxia uulnera. Sed nonne foderunt manus, & pedes & saturatum oprobriis interfecerunt? equidem: sed non nocuerunt, ut credebant, quin potius glorificationem corporis mei nescientes procurauerunt, oportuit enim Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, & humano generi profuerunt, cuius redemptionem ut ministri patrauerunt: at si bona tanta fecerunt, cur ergo tam acerba mulctantur pœna? uiuq; Deo patri eorum actio propter malam intentionem displicuit, passio grata fuit. ¶ Aduersus eos. Scilicet ipsos Iudæos. ¶Tam uana. De quibus supra, ut uah qui destruis templum Dei, &c. & alios saluos fecit, & non potest se ipsum saluum facere: & descendat nunc de cruce si filius Dei est & credemus ei. ¶ Infirmatæ. Nam qui de cruce noluit descendere ut mysterium passionis quod cæperat expleret, de sepulchro resurrexit clauso, signato & militum custodia obstructo. ¶ Clausaq; labra. Quando nunciauerunt eis milites eum surrexisse, & signa ingentia quæ in eius resurrexione facta sunt. ¶Metu. Pœnæ emeritæ & ultionis debitæ, quam sese luituros timere cæperunt, quoniam non habebant ultra quid facerent ei, quem in morte illata nec in clauso potuerant retinere sepulcro, conturbabatur bona conturbatione ad pœnitentiam, nam hic domini cæ passionis fructus incipit ostendi. ¶Quisquis. De populo, qui magis per ignorantiam à principibus suis per suasi, quàm per maliciam in expetenda nece Saluatoris peccauerant. ¶Ad illos. Principes Sacerdotum, & Pharisæorum confusos audita domini resurrectione, & signis ingentibus post subsecutis, & maxime in die Penthecostes, quando facto repente de cœlo

E

At defecerunt scrutantes lumine cæco,
Scrutinium fallax, est vbi liuor edax.
Cor altum penetrabit homo: exaltabitur ingens,
Est casurus homo, surgat ut ipse Deus.
Cor altum penetrabit homo simul & Deus illud
Cor inimicorum, quodq; latere putant.
Quem vos ò cæci, & fatui secreta putatis
Vestra latere hominem, qui Deus estq; videt.
Sicut arundineæ puerorum tella sagittæ
Non faciunt ictus, vulnera nulla gerunt.
Sic quas imbelles in me iecere sagittas:
Noxia fecerunt vulnera nulla mihi.
Quin aduersus eos linguæ tam vana loquentes
Sunt infirmatæ, clausaq; labra metu.
Conturbabatur quisquis spectabat ad illos,
Horruit, arrectis crinibus, omnis homo.

F sono spiritussanctus in discipulos descendit, inflammauit, uariarum genera linguarum edocuit, roborauit, in publicum prodire fecit, conuenit multitudo & mente confusa est tam repentinum & insolitum stupentes miraculũ. ¶ Horruit. Præ nimio pauore pœnæ peccati & ingenti stupore miraculi. ¶ Arrectis crinibus. Quod fieri solet in formidine rei uisu horribis. ¶Omnis homo. Qui tunc aderat. Vel pro singulorum generibus non pro generum singulis intellige, idest diues, pauper, nobilis, ignobilis, Iudæus, & Gentilis, sic intelligitur & illud Apostoli. Deus uult omnes homines saluos fieri. ¶Cognita fecerunt. Supple Apostoli & alij discipuli Domini Euangelium ubique prædicando. ¶Miranda. Verba & opera domini Iesũ. ¶Intellexerunt. Tam prædicatores uerbi Dei quàm conuersi ad eorum prædicationem, unusquisq; pro modulo suo. ¶Istud opus. Redemptionis humanæ per mysterium Crucis Christi peractum, quod nescierunt impij Iudæi, inuidia illos excecante. ¶Hinc. Idest redemptione sua cognita. ¶Exultabit. Etiam lætitia exteriori præ gaudio salutis animæ suæ, & spe resurrectionis etiam corporis, ac utriusq; glorificationis. ¶Collaudabuntur, Simul omnes iuncti in charitate licet uarietate locorum separati. ¶ Recta corda. Recta, idest rectorum

Cognita fecerunt Domini miranda per orbem,
Intellexerunt istud & eius opus:
Hinc exultabit iustus: sperabit in illo.
Collaudabuntur rectaq; corda simul.

corda fidelium ad differentiam hypocritarum qualis fuerat Simon Magus, & similes. ¶ Simul. Nam multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, quod & in nos facere dignetur Dominus noster Iesus Christus. Amen. A

TE decet in sacra, &c. Litera huius psalmi ab aliquibus exponitur de reditu populi à Babylonica captiuitate, quam præuiderant Dauid in spiritu: sed quia ponuntur quædam multum excedentia statum illius populi, urbis, & templi reædificationem, ideo simul cum dicta expositione literali, & figuratiua reditum generis humani à demoniaca captiuitate ad cœlestem Hierusalem interpretabimur figura & rem figuratam: dicit igitur populus Dei rediens de Babylonia. i. peccatorum confusione, & dęmoniaca seruitute. ¶ Te decet dominarier. Pro dominari. ¶ Syon. Materiali pro illo tempore, vel spirituali militante ac triumphante ecclesia, quæ rectè Syon, i. specula dicitur: nam in ea dum viuimus speculamur tanquam per speculum in ęnigmate magnitudinem bonitatem & potentiam Dei, in mundi impletione, vt ipse dicit Deus. Cęlum, nedum terram ego compleo dicit dominus, & in hac triumphante speculabimur faciem Dei clara sui ipsius uisione, & perfruitione. Tunc. n. ita cognoscā sicut, & cognit⁹ sum. ¶ Hymnus. Est laus Dei cum cantico. Nam & qui redierant Hymnidicos Psalmos in illo materiali templo, quod est in Syon decantabant, nos quia fideles à peccati seruitute redempti hic septies in die laudem dicimus domino, & in cœlis in sæcula sæculorum laudabimus dominum Deum nostrum. ¶ Hierosolymis. ἀπὸ τοῦ ἱερῶν καὶ σολομῶνος Idest à templo Salomonis sic vocata, quæ ciuitas sacra dicebatur propter templum in ea toto orbe celeberrimum, & visio pacis interpretatur, quæ omnia figuræ, & rei figuratæ conueniunt: de primo patet ad literam: de secundo certum est quod congregatio fidelium christianorum à seculi, & diaboli captiuitate redempta ecclesia Dei vocanť, & pacifici esse iubentur à domino dicente. Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur: porro in cœlis pax summa est. ¶ Promisserunt. Dum in Babylonia adhuc essent captiui, vel in baptismo, renunciare diabolo, & sæculi pompis. ¶ Debita. Propter obtentam, quam postulauerāt redditus, gratiā à Babylonia, à dęmone, ab hac valle miserię, singula singulis reddendo. ¶ Preces nostras. De noui templi reædificatione, materiali, spirituali in nos ipsos, iuxta quòd dicit Apostolus: an nescitis, quia templum Dei estis vos. & in celesti in paradiso viuis ex lapidibus cōstructo, de quo in Apocal. ¶ Ad te adorandum. Scandendo fiat tantum temporalis collisio. Vt in Virg. Te Coridon ô Alexi· & alibi insulæ Ionio in magno. ¶ Confluat. Idest abundanter concurrat, ad supradictum triplex templum, materiale, spirituale, & cœleste; quod quia facilè intelligetur, deinceps non replicabimus, nisi aliquid durius occurrerit. ¶ Omnis homo. Expone, vt in præcedenti Psalmo de generibus singulorum, & quantum ad cęlestem pertinet Hierusalem, est prophetica vox de mortuorum resurrectione, cui bene couenit, quod ait Esaias, videbit omnis caro salutare Dei: & Paulus: omnes inquit, resurgemus, & alibi: oportet nos omnes præsentari ante tribunal Dei. ¶ Opprimeret. Vbiq; in supradicta triplici Babylonia, Nam neque infans vnius diei (vt ait August.) sine graui culpa est saltem originalis peccati, multa quoq; viuendo nos addimus. ¶ Graue pondus. A cœlo, vsq; in infernum miseros demergens peccatores. ¶ Verba iniquorum, Babyloniorum, vel dęmonum nos accusantium, & ad pœnam exposcentium. ¶ Præualuere. Impetrando, quod postulauerunt, vt executores fierent diuinæ vltionis. heu miseri nos, quos habemus ad male agendum suggestores, eosdem aduersum nos habemus accusatores, & super nos punitores. ¶ Impietatibus illis. Propter quæ in miseram hanc detrusi sumus, seruitutem. ¶ Propitius fies. Per effusionem sanguinis filij tui, qui propitiatio nostra est, & est propitiator. vnde Paulus, quem proposuit Deus propitiatorem. ¶ Humo. Idest à terra triplicis seruitutis. ¶ Optasti. Idest elegisti: opto. n. significat eligere ab eo quod præcedit: nam rem quam quis optat eam, & eligit. Vnde, & Iureconsulti habent titulum De optione legata. ¶ Leuasti. Parum enim esser eligi vt Iudas, nisi, & leuaretur quis per iustificationem. ¶ Ter felix. Quia, electus, santificatus, & glorificatus. ¶ Colet. Idest habitabit. ¶ Atriæ sanctæ. Triplicis Hierusalem. ¶ Nosq;. Redeuntes. ¶ Bonis. A populo oblatis, de his. n. & decimis viuebant sacerdotes antiqui, & hostijs pacificis quarum portio, illis dabatur: altera in honorem Dei cremata: reliqua erat offerentis, quam ibi in atrijs latanter in conspectu Dei manducabant. ¶ Nos quoq; moderni Sacerdotes de benificeiorum fructibus viuimus. in cœlis verò diuinis bonis sine fine fruemur. ¶ Morantes. Perseuerantes, non enim dicitur venisse qui non stetit. ¶ Sanctus. Ideoq; stabiles in sanctitate nos etiam esse oportet, ut alibi præcipit dominus: sancti estote quia ego sanctus sum. ¶ Templum. Illud triplex de quo supra. ¶ Mirabile. Propter mirabilia D. N. I. Christi miracula, quæ in eo sunt facta lege Euangelium; & quò ad materiale, mirabilius est spirituale, in quo frequenter dominus innouat miracula, de cęcorum illuminatione: mutorum loquella: surdorum auditu; claudorum gressu; leprosorum mundatione: infirmorum cura: & demum triplici mortuo-

B

Es. 40.

Rom. 3.

C

ODE LXIV. EX PSALMO LXIV.
Te decet Hymnus.

TE decet in sacra Syon dominarier vrbe,
 O Deus omnipotens, te decet Hymnus ibi.
Inq; Hierosolymis, tunc soluent sponte fideles,
 Quæ promisserunt debita vota tibi;
Exaudire preces nostras digneris ab alto.
 Ad te adorandum confluet omnis homo.
Cum nos opprimeret culpæ graue pondus: iniqua
 Verba inimicorum præualuére super.
Tu tamen, vt clemens pater impietatibus illis
 Propitius fies, nosq; leuabis humo,
Quem Deus optasti quemq; à tellure leuasti,
 Hic tua ter fęlix atria sancta colet.

Nosq; bonis sancta replebimur æde morantes,
 Sanctus enim Deus est, & sua sancta domus.
Est sanctum Domini templum mirabile, & æquus
 Est habitans in eo maximus atq; pius.
Nos Deus exaudi mitissime: respice iudex,
 Quiq; salutaris noster es atq; Deus.
Viuida cunctorum spes totum effusa per orbem,
 Siue prope in terris æquore siue procul.
In virtute sua montes qui præparat orbi,
 Viribus accinctus, robore cuncta potens.

D mortuorum suscitatione, quæ miracula quo pa cto fiant in nobis, q ut supra dixim⁹ sumus templum Dei spirituale, docet beatus Ambrosius in sermone de communi confessorum ibi omnino uide, & plene instrueris, quo ad celeste uero, quia est mirabilissimum; ideoq; ineffabile. Vnde, & beatus Paulus in paradisum raptus refert se uidisse arcana quæ non licet homini loqui. ¶ Aequus. In reddendo unicuiq; propria,

Fortiter exaltat maris æstus: ima profundi
Perturbat: pelagi stagna reusa quatit.
Mox turbabuntur gentes, quæ solis, & ortum;
Occiduumq; colunt, quæ uel vtrunq; polum.
Et formidabunt tua tot prodigia magna,
Quæ Cœlo terra, quæ facielq; mari.

prout gessit. ¶ Maximus. In potentia, ut nemo possit uoluntati eius resistere. ¶ Pius. In misericordia pœnitentibus parcendo. ¶ Exaudi. Per prædictã templi reparationẽ. ¶ Mitissime. D. I. Chr. qui dixit: discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Nam hic orationem suam conuertit ad filium Dei, quem pro ista reedificatione spiritualis templi præuidit incarnandum. ¶ Iudex, Constitutus à Deo patre uiuorum, & mortuorum. Nam ut in Euãgello dicit: pater omne iudicium dedit filio, ut quemadmodum honorificant patrem, honorificent & filium.
Io.11. ¶ Salutaris. Idest seruator noster D. I. Chr. Vbiq; in libro Psalmorum, salutaris, uel salutare Dei, pro D. I. Chr. ponitur, ut ostendit senex Simeon in Cantico suo. Nunc dimittis domine ser. tu. in pa, &c. ¶ Atq, Deus, Non enim est homo tantum Christus, sed; & Deus, alioquin seruare nos minime potuisset. Paris periculi res est, hominem in Christo negare, uel Deum. ¶ Viuida spes. Quæ nunquam moritur, ut ea quæ in mortali homine quandoq; ponitur. ¶ Totum ef. per orbem. Hic explanatur uaticinium Iacob ad Iudam. Non auferetur, &c. Vsque ibi, & ipse erit expectatio gentium. Sic, & Isaias ait: in ipsum gentes sperabunt. Nam à solis ortu usq. ad occasum, laudabile nomen domini. ¶ Prope. Ad ciuitatem Hierusalem. ¶ Procul. Vt in insulis circumcirca Britanum, quæ à poetis extra mundum esse dicitur. Et penitus toto diuisos orbe Britanos; quantum attinet ad spirituale templum; prope dicuntur esse iusti: procul uerò peccatores in huius sæculi ęquore dispersi, spes quorum conuersionis Christus est. qui uenit uocare, non iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. ¶ In virtute sua. Idest in Spiritu sancto, quẽ pater in nomine eius misit, quem virtutem, ut ait Lucas in fine sui Euangelij, appellauit dicens. Manete in ciuitate donec induamini uirtute ex alto; dicitur autem Spiritus sanctus uirtus: quia præstitit uirtutem .i. fortitudinem discipulis audacter in publicum prodire ad prædicandum qui prius in cęnaculum latebant præ timore Iu-
E dęorum. ¶ Montes. Idest Apostolos: nam hic non de materiali, sed de spirituali tantummodo templo uaticinatur Propheta. ¶ Orbi, Conuertendo ad fidem Christi. ¶ Viribus. Contra dęmones tenebrarum mundi huius Principes, ut in parabola Euangelica de forti armato atrium custodiente, & fortiore superueniente clare demonstratur. ¶ Robore. Ad destruendas eius munitiones. ¶ Exaltat. Idest exaltari permittit ad ostendendam ingentem discipulorum virtutem, ad merita eorum exaugenda usq; ad coronam gloriæ. ¶ Maris æstus. Idest huius sæculi perturbationes aduersus Christi fideles, mare.n. in sacris literis pro mondo sæpe ponitur, ut in Apoca. aque multæ populi multi dicuutur. ¶ Ima profundi. Corda Principum max. Romanorum. ¶ Stagna refusa. Sunt illæ aquæ in fundo maris positæ, quæ à uentis nequaquam soleant commoueri; hic puto pro senatoribus quietis populi Romani, qui nequaquam à furore iracundiæ, ut aliquando principes sui, nesciebantur excitari pro maturitate sensus: & grauitate dignitatis suæ ad aliquid iniustè decernendum, & tamen aduersus nomen Christi, quia solus prædicabatur adorandus: quasi pro zelo deorum suorum sunt inflammati. ¶ Quatit. Idest quati, & commoueri permittit. ¶ Mox. Ad Romanorum perturbationem, & incohatam persecutionem fidelium. ¶ Turbabuntur. Quædam ad concitandam persecutionem; & quædam ad pœnitentiam, ut in actibus Apostolorum frequenter fuisse factum legimus in Hirosolymis, & in diuersis mundi partibus. ¶ Solis ortum. Ad quos iuit Thomas hi uocantur Indi, quorum regi spirituale templum in cęlis ędificauit: & Ętiopes ad quos Mattheus perexit conuertendos. ¶ Occiduum. Hæc est Hispania aliàs Hesperia dicta ab Hespero stella, ad quam nonnulli Apostolum Paulum aiunt iuisse, quia in Epistola sua ad Romanos, dixit circa finem: proficiscar per vos in Hispaniam, aliqui dicunt Petrum: nonnulli Iacobum minorem. ¶ Vtrunq; polum. Arcticum Aquilonarem ultra Scytiam; & Antarcticum australem. ¶ Formidabunt. Pœnas inferni pro multitudine peccatorum, quæ prædicantibus Apostolis recognoscunt se aliàs perpetrasse. ¶ Prodigia. Miracula ingentia cursum naturæ omnino transcendentia, ut mortuorum suscitatio: legimus enim Philippum Apostolum una vice tres mortuos suscitasse, & complures languidos ex fętido flatu draconis curauisse in Scytia regione. ¶ Cœlo. Vt tonitrua, & coruscationes, quas in passionibus martyrum Viti Crescẽtiæ, & Modestinæ, & Agathæ, Catherinę, aliorumq; multorum legimus factas esse, à domino ad sanctorum suorum preces. ¶ Terra. Vt terremotus sicut in passione, & resurrectione domini. ¶ Mari. Hic stat propriè, ut tempestatibus subitis, sicut habetur in passione sanctorum Nazarij, & Celsi. ¶ Vt matutinus. Exitus tuus de sepulchro .i. memoria re-

Vt matutinus fiet delectabilis illis,
Exitus iste tuus, vespere talis erit.
Visisti terram, cœlesti desuper imbre
Potasti donec ebria lęta foret:
Multiplici locuples fœtu, fœcundaq; rerum,
Expanso effudit cornua tota sinu.

F surrectionis tuæ, quæ fuit in matutino tempore, ut in Psalmo. Exurgant diluculo, ¶ Talis exitus tuus vesperis. Vespertinus mortis .s. & sepulturæ tuæ, hoc est passionis tuæ memoria, per quam recolunt se esse redemptos, & resurrectionis tuæ gloria, per quam se separant, fore suscitandos, & conglorificandos fiet delectabilis; & quotannis celebris festiuitas illis. s. ad fidem cõuersis. uel per matutinum exitum natiuitatem possumus intelligere, & per vespertinam mortẽ eius, de utroq; exitu ipse dicit in Euangelio. Exiui à patre, & ueni in mundũ, & rursus relinquo mundum, & ad patrem uado. Aliqui tamen exponunt, exitum matutinum .i. populum Orientis, vnde sol matutinus ægreditur, & per vespertinum occiduos populos; quibus omnibus ad fidem conuersis factus est Christus delectabilis. ¶ Visisti. Pro uisitasti hic agitur de fertilitate subsecuta post templi reædificationem, & quo ad materiale patet litera: nam ex pluuiis tempestiuis, & serotinis fęcundatur terra; pro spirituali uerò: uisitauit D. I. Chr. Ecclesiam suam, ut ait Zach. Visitauit nos oriens ex alto. ¶ Cœlesti imbre. Gratiarum spiritualium. ¶ Potasti. In maxima abundantia donorum sancti spiritus præcipuè Apostolos. ¶ Ebria. Charismaton donis, & maxima linguarum omnium scientia,

A

ſcientia,quapropter inſipientibus Iudæis niſi ſunt ebrij in die Penthecoſtes. ¶Lęta. Ideſt ſecunda fœtuum ſpiritualium,quos eodem tempore Eccleſia producebat:nam in prima prædicatione Petri tria millia conuerſi ſunt & deinceps quàm plurimi. ¶Multiplici. Fœtu Apoſtolorum,prophetarum,doctorum Euangeliſtarum, virtutum operantium,linguis loquentium ſermones interpretantium,& donantium ſanitates. ¶Locuples.Deus & D. N. I.C. qui eſt diues vt ait Apoſtolus:in omnibus inuocantibus eum in veritate.¶Expanſo. Ideſt dilatato.¶Tota cornua. 1.Co.13
Hoc ad materialem referas abundantiam : nam ferunt fabulæ quandam bonam Deã , cornua Acheloi fluminis ab Hercule deuicti,floribus omnium generum impleuiſſe,& quotieſcunque ſe ſe lętam adiacentibus regionibus oſtẽdebat,cornua illa effundebat,quam effuſionem ſequebatur magna fructuum omnium fertilitas,nec ideo minus hanc bonam deam Chriſti Eccleſiam poſſumus interpretari: quæ ex duobus brachijs Chriſti in cruce expanſis cornua omnium ſibi fecit gratiarum plena & ſacramentorum, quæ in primitiuo tempore tota effudit,vnde ſecura eſt fertilitas maxima meſſis ſpiritualis,hoc eſt gentium ad fidem conuerſarum.¶Flumen. Iordanis vel baptiſmi ſpiritualis.¶Aquis pleuũ. Ideſt vij. donis ſpiritus ſancti quæ in baptiſmo in corda fidelium infunduntur ſicut ipſe dicit : qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autẽ dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum,& beatus Petrus,effundam inquit de ſpiritu meo ſuper omnem carnem &c. & paulo infra : ſuper ſeruos meos & ancillas meas effundã in diebus illis de ſpiritu meo, & prophetabunt , & dabo prodigia &c. ¶Fœlici. Ideſt quo fœlicia Io.7. Actu.2.

Flumen aquis plenum domini ſuperfluit aruis ,
Fœliciſſimo fit quoque pingue ſolum.
Fertilitas hinc magna hinc copia magna ciborum ,
A domino ſeruis eſt reparata ſuis.
Nempe quis vt dominus talem qui præparat eſcam
Guſtandam,famulis pectore,& ore ſuis

ſiue pinguia fiunt arua: quod ad hominum pertinet temporalem fœlicitatem & æternam:ſi inde bene fuerint vſi, vt in alio pſalmo late diſputauimus:ſpiritualiter fœlix limus eſt continua præteritorum memoria peccatorum ad compunctionem non ad delectationem , quæ veram operatur humilitatem ,& omnem à nobis effugat ſuperbię tumorem ex bonis operibus inſurgentem,vnde & ille agricola cui mandauerat paterfamilias, vt infructuoſam ficum exciderer,reſpondit:ſine & hoc anno donec effodiam circa eam & mittam ſtercora , ſi quidem deinceps nõ fructificabit ſuccidis eam quod Greg.in homilia exponens ait:ex ſtercore ad fructum reuiuiſcit arbor,quia de cõſideratione peccati,ad bona ſe opera reſuſcitat animus. ¶Fertilitas magna. Ideſt bonorum operum abundantia , qui enim meminerunt ſe fuiſſe peccatores,nullis parcunt laboribus,& vigilijs,vt ſubſequenti iuſtitia præterita deleant peccata.& temporis amiſſi iactura præſentis ſollicitudine reſarciant exemplum in beato Paulo Apoſtolo aſſumatur,qui ſe plus cæteris aſſerit laboraſſe,& tamẽ minimum omnium,nec dignum eſſe vt vocaretur Apoſtol[9] , quòd perſecutus fuerit Eccleſiam Dei.¶Ciborum. Spiritualium ſcilicet, quia non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei,ſunt autem cibi ſpirituales verbum Dei,Eccleſiaſtica ſacramenta & maximè euchariſtia,quibus anima nutritur & impinguatur vt altilis facta Deo offeratur in odorem ſuauitatis ſicut ait in Euangelio:tauri mei & altilia occiſa ſunt.¶Reparata. Per crucem Chriſti , in cuius ſanguine nouæ legis ſacramenta ſuum ſortiuntur effectum.¶Quis vt dominus?Certe nullus : nam licet domini temporales ſeruis ſuis multa præparent cibaria & varia largiantur dona,nullus tamen corpus ſuum in cibum & ſanguinem in potum miniſtrat,quod facit D.N.I.C.qui & ait:caro mea vere eſt cibus,& ſanguis meu[9] vere ẽ potus. ¶Eſcã.De qua idem ait , qui manducat meã carnẽ & bibit meũ ſanguinẽ hẽt uitã æternã,& alibi,niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinẽ non habebitis vitam in vobis.¶Pectore. Ideſt corde & animo nam ſpiritus eſt qui uiuificat,caro non prodeſt quicquam:verba enim quæ locutus eſt dominus de corpore ſuo & ſanguine ſummendo ſpiritus & vita ſunt,quid enim prodeſſet panis & vini ſpecies dente terere,& veritatem ſacramenti corde non credere? vnde beatus Auguſtinus ait: quid præparas dentem & ventrem ? crede & manducaſti . ¶Flumine ab hoc. Ex latere Chriſti manante, vel à ſpiritu ſancto, de quo dicitur: fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. ¶Ebrij. Ideſt pleni muſto ſpiritualis gratiæ. ¶Dulcedini. Profecto (vt ait Gregorius) maior & dulcior eſt animæ refectio,quàm corporis:illa deſyderium auget , iſta & appetitum leuat , & nauſeam inducit:guſtate ergo & videte quàm ſuauis eſt Dominus. ¶Riui. Hi ſunt Apoſtoli,à Chriſti & ſpiritus ſancti flumine deducti & edocti. ¶Nocte dieq; Ideſt continue per ſeipſos per diſcipulos & ſcripturas Io.6. Io.6.

B

Flumine ab hoc,ebrij,mira dulcedine,riui
Qui deducentur,nocte dieq; fluunt.
Hinc irroratæ virtutum germina plantæ,
Multiplicantur: & hinc pullulat omnis ager.
Rore nouo tellus ſtillantibus vndique guttis
Læta fit:aſſiduo germine fitq; grauis.
Inde corona noui meſſis benedicitur anni,
Quam mitis domini quamque benigna manus.

C

quas nobis reliquerunt humana corda irrigantes,vel nocte & die ideſt proſpero & aduerſo tempore nõ ceſſantes à verbi Dei prædicatione.¶Hinc.Scilicet à prædictis riuis abundantis doctrinæ.¶Irroratæ. Ideſt irrigatæ hoc eſt edoctæ.¶Plantæ fideles nuper conuerſi methaphorice loquitur,vt ait Apoſtolus:ego plantaui,Apollo rigauit,De[9] autem incrementum dedit.¶Pullulat. Ideſt largas emittit meſſes ex fidei ſemine ſuſcepto & verbo Dei , ſicut in Euang. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum vſq; in finem,vnũ centeſimum,aliud ſexageſimum,aliud verò reddit trigeſimũ. ¶Omnis ager. Ideſt oẽs mundi partes:nam ager in quo ſeminatur verbum Dei eſt mundus,vt in eadem parabola dominus exponit.¶Rore nouo. Ideſt ſpiritus ſancti gratia , ſiue prędicationis verbo. ¶ Stillantibus vndique. Ideſt affatim prædicantibus vbiq; Apoſtolis,& eorum diſcipulis.¶Lęta. Ideſt fertilis vt ſupra. ¶Grauis. Ideſt nouę prolis,parens fœcunda,vnde & Apoſtolus ait:filioli quos iterum parturio.¶Inde.Ex parentum ſpiritualium fœcunditate.¶Corona. Ideſt fidelium multitudo appoſitiue.¶Meſſis noui anni. Ideſt temporis remiſſionis & gratiæ in quo D. I. noua fecit omnia,nouus homo veniens in mundum à veteri ritu noua lege innouandum . ¶Quàm mitis. Exclamatio quia non ex operibus iuſtitiæ quas fecerimus , ſed ex ſua magna miſericordia filios nos fecit.¶Benigna. Ideſt charitate plena non enim priores eum nos dileximus ſed ipſe prior & cum adhuc inimici eſſemus & dilexit,& per filium ſuum ſibi reconciliauit.¶Vbertate. Prolis nouæ fidelium ad Chriſtum accedentium,vnde orat Eccleſia, Deus qui Eccleſiam tuam nouæ prolis fœtu ſemper amplificas &c.¶Arua referta . Ideſt

D diuersæ regiones fidelibus nouis repleræ. ¶Quotannis. Idest in omnibus annis. ¶Vbertate noua. Per anadiplosim exprimit lætitiam prophetæ de multiplicatione fidelis populi. ¶Horrida. Prius ante Christi prædicationem. ¶Deserti. Scilicet gentilis populi à Dei gratia destituti, & in suis desiderijs derelicti. ¶Fiet speciosa. Nouarum ex decore virtutum, postquam prior nigredo idolatriæ & turpes peccatorum maculę per baptismum fuerint ablutæ.

Vbertate noua, sic arua referta quotannis,
Vbertate noua, sicque replentur agri.
Horrida deserti facies speciosaq; fiet;
Lætitia colles exilientq; noua.
Velleribus niueis aries indutus: ouesq;
Pinguibus ex pratis vbera plena ferent.
Omnes abundauit frumento vallis: & hymnum
Læta Deo ex tanta fertilitate, canet.

¶Colles. Hi sunt sancti martyres, qui noua exultant lætitia ex persecutorum suorum victoria & ex infidelium conuersione ad martyrij sui spectaculum. nam vnde curabant tyranni per martyrum tormenta absterrere populos à fide Christi: inde patientiam eorum spectantes & virtutes signorum, quæ dominus in illis operabatur, intuentes accensi ad fidem conuertebantur. ¶Velleribus niueis. Idest innocentię puritatis & reliquis virtutum indumentis atque conuersationis munditia. ¶Aries. Idest arietes: singularis pro plurali, hi sunt pastores, doctores & prædicatores, qui castę conuersationis exemplo domini cum gregem conseruant, & à morsibus luporum, & vulpium insidijs, hoc est tyrannorum persecutione & hæreticorum fallacia, oues tuiantur cornibus uirtutis & prudentiæ à Deo sibi prestitis. ¶Oues dom. De quibus ipse dicit, oues meę uocē meā audiunt: & cognosco oues meas & cognoscunt me meæ, hę sunt animę fidelium. ¶Pinguibus ex pratis. Ex uberrimis sanctorum doctrinis. ¶Vbera plena. Idest abundantiam bonorum operum dulcedine charitatis asperforum. ¶Omnis uallis. Idest humilis. ¶Frumento. Idest Euangelicæ fructu iustitiæ: nam & ipse Dominus auctor Euangelij sese frumentum appellauit dicens: nisi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit, ipsū solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, i. multorum conuersionem populorum, de quo nunc hic loquitur psalmus hymnum laudem Dei cum cantico pro gratiarum actione. ¶Tanta fertilitate. Tam abundanti populorum conuersione; neque enim, qui rectis oculis hanc fertilitatem in presenti psalmo præuisam ad

E illam sterilem & montuosam Palestinorum terram, quę dicebatur promissionis, considerauerit, etiā post reditū à Babilonia poterit referre, sed ad D. N. I. Chr. Ecclesiam ut superius est expositum de necessitate habet referre, ut etiam docet beatus Hieronymus ad Dardanium, ubi refert longitudinem illius terrę solummodo esse clxx. latitudinem lx. milliaria.

CONgaudete Deo, &c. Præuidens in spiritu Propheta, admirabilem Christi resurrectionem, & suam cum eo, nam ipse creditur à multis extitisse vnus ex illis, de quibus dicitur, multorum corpora resurrexerunt, qui post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem & apparuerunt multis: & Beatus Petrus in actibus Apostolorum ait, quoniam sepulchrum eius apud nōs est, quasi non sit ausus dicere (vt refert Hieronymus in sermone: assumptus) quòd ipse aut corpus eius apud nos est, sed tantum sepulchrum quo conditus fuerat, inuitat omnes gentes ad communem lætitiam, quoniā Christi resurrectio spes est, & artha nostræ resurrectionis, dicit igitur. ¶Congaudete. Idest congratulamini, ideoq; addita est præpositio, quia proprie loquendo, gaudemus nobis gratulamur amicis. ¶Deo. Domino nostro I. Christo, à mortuis resurgenti. ¶Vbiq; locorum. Idest non solum in Iudæa existens apud Hæbreos, pro quibus dicebatur olim. Notus in Iudæa Deus. Nunc autem apud oēs gentes: à solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen Domini, aduertendum est quod quamuis, vbiq; per se plenum sit aduerbium, eleganter tamen additur ei, locorum, vt hic. ¶Cœlum. Quod in eius morte signa tristitiæ monstrauerat, per Solis, & Lunæ, ac Stellarum Eclipsim: in resurrectione clariora solito ostendat luminaria sua. ¶Terra. Quæ in morte eius mota petras præ dolore sciderat, præ gaudio nunc resultans malos terreat motu suo, bonos consoletur, reddendo corpus creatori suo quod iniustæ depositum intra viscera tenebat absconditum, reddat & illos, qui fuerant ordinati vt essent testes veri non solum resurrectionis domini (qui est primitia dormientium) sed etiam nostræ, vel per cœlum spiritus intellige cœlestes, qui in signum lætitiæ in veste candida mortalibus apparuerunt, dominicā annunciantes resurrectionem: & per terram, Sanctos Domini discipulos, qui adhuc in terreno metu erant positi, de quibus scriptum est: gauisi sunt discipuli viso Domino. ¶Iubilantes. Idest intus & extra lætitiæ signa ineffabilis ostendentes. Nam iubilū

ODE LXV. EX PSALMO LXV.

Iubilate Deo omnis terra.

CONgaudete Deo qui habitatis vbiq; locorum;
Lætetur cœlum; terra resultet ei,
Nomini & illius, iubilantes, dicite psalmos;
Gloria sit domino: lausq; decusq; Deo.
Dicite præ iubilo: quàm magna tremendaq; nostri
Sunt opera hæc Domini; terribilisq; nimis.
In multa virtute tua, Deus, inuida fingat
Ementita tibi lingua inimica dolos.
Quid faciet? subito mendacia tecta patescent,
Exoriens tenebras lux ea vera fugat.

F est illud gaudium, quod neq; intra se quis potest continere, neq; satis exterioribus signis ostendere. ¶Psalmos. De resurrectione compositos: quorum hic vnus est; alios quære in officio dominicæ resurrectionis. ¶Quam magna. Quia & magnus est dominus, qui operatus conuenientia magnitudini suæ. ¶Tremenda. Malis, vt Iudæis persecutoribus, gentilibus crucifixoribus, & militibus mortuum in sepulchro custodientibus. ¶Opera hæc. Quæ in morte, & resurrectione eius sunt facta, vt solis obscuratio, tenebrarum super vniuersam terram obumbratio, terremotus, quo uelum scisum est, petrarū confractio, sepulchrorum upertura, multorum sanctorum resurrectio, qui apparuerunt multis, Inferni expoliatio, Demonis vincula, à clauso exitus eius sepulchro, Angelorum apparitio, terræ motus, sepulchri ipsius reuolutus lapis, custodum consternatio, & complures anni apparitiones, etiam ianuis clausis ad Discipulos introitus & reliqua miracula, quæ in Euangelio leguntur ea die facta fuisse. ¶Terribilis. Maximè improbis, de quibus supra. ¶In mul. vir. Supple hæc fecisse miranda. ¶Ementita tibi. Idest contra honorem tuum. ¶Inimica. Iudęo

rum

rum qui dixerunt cuſtodibus reſurrectionem eius nunciantibus: dicite quia diſcipuli eius noctu venerunt & furati ſunt. eum uobis dormientibus, & ſi auditum hoc fuerit a præſide nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. dederunt quæ eis pecuniam copioſam, at illi accepta pecunia fecerunt ſicut fuerant edocti: diuulgatumq; eſt hoc apud Iudæos vſq; in hodiernum diem. ¶ Dolos. Quos retuli nunc. ¶ Quid faciet. Supple lingua mendax Iudæorum q. d. nihil nam. ¶ Subito, &c. ¶ Exoriens. Ideſt de ſepulchro reſurgens. ¶ Tenebras. Mendaciorum abſconditorum. ¶ Lux ea. Ideſt veritas reſurrectionis, quæ ita manifeſtis approbata eſt argumentis, vt negari iam A Matth. vltim. cap.

Edictum eſt ſummi genitoris: vt omnis adoret
 Terra, reſurgentem te dominumq; colat,
Quæ ſub vtroq; polo iacet obruta; & vndiq; tellus
 Eſt opus, vt Domino pſallat & ipſa ſuo.
Eſtq; neceſſe tuo, (vt patris) ſub nomine magno
 Pſalmidici, reſonent hymnidiciq; chori,
Vos opera alta Dei miranda, venite videre,
 Non Deus eſt vt homo; ſtant ſua conſilia,
Conſilia alta Dei remanent immota: potentum
 Terrificant animos: ferrea corda terunt.
Aſpice ad indomitum Pharaona ſub æquora merſu;
 Dum putat elatus vincere poſſe Deum.

non poſſit. ¶ Edictum. Inuiolabile. ¶ Omnis terra. Ideſt vniuerſi habitatores terræ. ¶ Vtroq; polo. Arctico, aut Antarctico, hoc eſt boreali, & auſtrali ſuperiori, & inferiori. ¶ Vndiq; Ab oriente vſq; in occidentem. ¶ Obruta tellus. Ab vndis maris, vt ſunt inſulæ per mare diſperſæ. ¶ Pſallant. Ideſt Pſalmos decantent. ¶ Domino. ſuo Ieſu Chriſto à mortuis reſurgenti. ¶ Vt. Pro ſicut & patris nomine pſallit, ſic etiã & ſub tuo. ¶ Pſalmidici. Canentes pſalmos. ¶ Hymnidici. Ideſt canentes hymnos. ¶ Vos opera alta Dei. Quoniam ea quæ ſupradicta ſunt: de reſurrectione, mirabilia videntur, & aliquibus incredibilia, ideo quædam alia miranda eius opera refert: vt per ea quæ iam nouit animus facta, fuiſſe diſcat Deũ, cui omnia poſſibilia ſunt hæc etiam facere potuiſſe. ¶ Venite. Paſſibus mentis, non corporis. ¶ Videte. Oculis interioribus. ¶ Vt homo. Ad multa impotens, & inſtabilis. ¶ Conſilia. Quæ de redemptione generis humani fieri diſpoſuerat. ¶ Conſilia alta Dei. Idem dicit, ut aliquid addat. ¶ Potentum animos. Quorum conſilia diſſipant. ¶ Ferrea corda. Ideſt crudeles eorum cogitationes diſſipant. ¶ Aſpice ad indomitum. ¶ Pharaona. Accuſatiuus eſt græcus. ſenſus horum uerſuum, hic eſt, ſicut Dominus per Moyſen eduxit populum ſuum in mirabilibus ſignis de ſeruitute Aegipti per mare rubrum inuito Pharaone; ſic modo per filium ſuum eduxit genus humanum de tyrannide diaboli per baptiſmi Sacramentum, inuito tenebrarum principe cum ſuis ſequacibus mundi amatoribus, Item animas ſanctorum de carcere eduxit infernali per mortem & reſurrectionem filij ſui, qui eas ſecum in terram promiſſionis tellurem ſupernam viuentum habitationem produxit. ¶ Indomitum. Ideſt multis plagis adeo per Moyſen contra eum, & Aegiptum illatis, nec tamen potuit corrigi, vt Dei voluntati cor ſuum ſubiiceret, & ſi ad horam vrgentibus plagis illud ſæpe promiſiſſet. ¶ Elatus. Per ſuperbiam. ¶ Patefecit. Ideſt aperuit. ¶ Mediis vndis. Maris rubri. ¶ Traiecit. Proprium eſt verbum, quando exercitus tranſducitur per mare de loco ad locum. ¶ Sicco pede. Stantibus aquis pro muro à dextris, & à ſiniſtris: vide hanc hyſtoriam Exod. 15. ¶ Ad Aeueos. Species pro genere, pro tota gente in terra promiſſionis habitante. Nam erant vij. generationes, Euei, Erbei, Cananei, Pherezei, Gergeſei, Amnorei, & Iebuſei. ¶ Obiice. Ideſt obſtaculo. ¶ Fractos. Ideſt confiſos. ¶ Cuncta vada. Ideſt loca illa, per quæ alias fieri tranſitus. ¶ Flumine. Ideſt fluxu aquarum grauiori impetu fluente, quam ſoleret. ¶ Prætexerat. Ideſt cooperuerat. ¶ Vnda maris. Supple videretur: ecclipſis eſt, verbi defectus. ¶ Caſtra Dei. Ideſt Iſraelitici populi exercitum, qui ideo caſtra Dei dicebatur, quia duce Angelo Dei, & incedebant, & morabantur, qui per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis populum antecedebat. ¶ Fugiens, &c. Hic deſcribit poeta latè quod habetur in libro Ioſue. Ingreſſis Sacerdotibus, qui portabant arcam fœderis in Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis: Iordanis autem ripas aluei ſui meſſis tempore impleuerat, ſteterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom uſq; ad locum Sartham, quæ autem inferiores erant deſcenderunt in mare ſolitudinis, quod nunc vocatur mortuum vſq; omnino deficerent: ſtabant autem ſacerdotes portantes archam fœderis ſuper ſiccam humum in B Exo. 14. & 15.

Nonne viam mediis populo patefecit, in vndis?
 Traiecit ſicco nonne profunda pede?
Aſpice ad Eueos Iordanis, & obiice fractos,
 Qui vada compleraт flumine cuncta graui.
Effuſus ripis latos prætexerat agros,
 Vt iam non fluuij, ſed magis vnda maris.
Caſtra Dei vt ſenſit, fugiens ſeſe vnda recepit,
 Ceſſit agris: fluuio continuitq; ſuo:
Vtq; Sacerdotum magna comitante corona,
 In fluuij ripis aſtitit arca Dei:
Mox veritus ſacras amnis contingere plantas,
 Deſtitit à fluxu protinus ecce ſuo.
Quæq; fuit retro moles ſuccreuit aquarum,
 Aerei montis nec procul inſtar erat.
Quæ fuit ante, cito defluxit in æquora curſu,
 Alueus, & ſiccum præſtitit altus iter.

medio Iordanis accincti, omniſq; populus per arentem alueum tranſiuit. ¶ Ceſſit. Pro Receſſit ab agris. ¶ Fluuio. Ideſt alueo, quo fluere ſolebat. ¶ Corona. Ideſt cœtu in modum coronæ circa arcam diſpoſito. ¶ Sacras plantas. Pedum Sacerdotum. ¶ Deſtitit à fluxu. Ideſt aquæ ſuperiores ceſſauerunt fluere. ¶ Ecce. Aduerbiũ, quid repentinum & contra naturam rerum oſtendens. ¶ Quæq;. Eadem aqua, de qua ſupra: quæ ceſſauit fluere. ¶ Moles. Ideſt maximus aquarum cumulus. ¶ Aerei. Ideſt alti. ¶ Inſtar. Plenum eſt per ſe, ſine adiectione præpoſitionis, ad quam tamen multi addunt, & ſignificat ad exemplum vel ſimilitudinem. ¶ Cito. Ideſt pro pero curſu, non enim eſt aduerbium ſed nomẽ. ¶ In æquora. Ideſt in mare mortuum, per quod tranſit Iordanis. ¶ Altus. Ideſt profundus, inuicem enim hæc duo nomina confunduntur. ¶ Iſacidum. Patronimicũ eſt, & proprie ſtare poteſt, quia omnis ille populus ab eo deſcenderat. ¶ Exercitus ingens. Duodecim tribuum, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta armatorum qui poterant ad bella procedere, omnes à C

Transiit Isacidum donec exercitus omnis,
  Ad nanciscendam quam sibi pactus humum.
Atq; ibi nos memores in eo lætabimur ipso,
  Talia sperantes quando necesse foret.

D xx. Annis supra: vltra læuitas, & reliquum vulgus, & mulieres, & paruulos: nec vlli erant ex his, qui fuerant numerati in exercitu ab Aegypto, quia omnes in illis quadraginta annis, quibus steterunt in deserto prostrati sunt à Domino propter murmurationem contra Dominum, Moysen, & Aaron, præter Caleb, & Iosue, qui in tempo Saluatoris nostri introduxit populum in terram promissionis quam xij. tribubus sorte partitus est; sic Dominus Iesus in regnum cœlorum sanctos patres post resurrectionem suam introduxit vbi vnicuiq; congruas pro meritis sedes distribuit, & toti humano generi in eum credenti aditum regni cœlestis (quæ est vera terræ viuentium promissio) deuicta morte reserauit. ¶Ad nanciscendam. Idest armis acquirendam & possidendam. ¶Pactus. Supple fuerat, Abraæ primò deinde Moysi & toti populo in exitu ab Aegypto. ¶ Atque ibi. In prædicta promissionis terra existentes, si ad tempora prophetæ hæc referras, vel in Ecclesia Domino: per eam figurata etiã temporibus nostris, & vsq; ad futurum sæculum. ¶ Memores. Prædictorum mirabilium. ¶In eo. Ipso Domino N. I. Christus qui est causa lætitiæ nostræ. ¶Talia. Scilicet signa qualia supra narrauimus, & certe quottidie in peccatorum conuersione talia fieri possumus aduertere, nam & mare peccatorum per pœnitentiam, & ab Aegipti tenebris exeuntes, de manu Pharaonis, idest Dæmonis erepti transeunt, & in terram promissionis, idest in Ecclesiam per Iosue, Idest Saluatorem nostrum D. I. Christum transito Iordane, per quem baptismi Sacramentum quo ad infideles conuersos: vel lauacrum pœnitentiæ quo ad iam baptizatos intelligitur, introducuntur. ¶ Eius. Scilicet Domini Dei. ¶Reclusa. Idest præclusa præpositio pro præpositione, necessitate metri posita. ¶ Ditione. Idest potestate, vnde componitur iurisdictio, idest iuris dicendi potestas. ¶Non minus ac olim. Immo magis per lyptoten figuram, minus dicit & plus intelligit: vt munera nec sperno: nam olim luminis tantummodo naturalis influxu gentes respiciebat, nunc autem ex speciali gratia etiam lumen fidei misericorditer in eas influxit mittendo ad eas prædicatores, & doctores, à quibus viam veritatis docerentur, & ad
E agnitionem atque veri Dei cultum relicta vana Idolorum superstitione, peruenirent: & demum perseuerantes cœlestis lumine gloriæ cum Iudæis credentibus in Christũ fierent participes. ¶Procul. Vt Scytarum, Gallorum, Hispanorum, & Britannorum, Indorum, Aethiopum, & similium. ¶Qui populum. Fidelem in Christo credentem: huc usq; de regis nostri misericordia egit, atq; clementia, qua vtitur in pœnitentes, in eos, qui conuertuntur ad cor. Sed quia iustitia roboratur thronus eius, de illa nunc agit, qua in peruersos vtitur & pertinaces. ¶Exacuunt. Idest exacerbant molestando, & bene exacuunt. Nam quod præstant cotes ferro, id persecutores fidelibus, & hæretici catholicis doctoribus videlicet nocere volentes magis prosunt, & faciunt suis tonsionibus, & pressuris, vt in eis gladius verbi Dei magis splendeat, & penetrabilior efficiatur. ¶In ipsis. Idest in seipsis per superbiam quasi id possint à se, & non potius ex Deo permittente pro maiori fidelium vtilitate & gloria. Sic Pilatus exaltabatur, cum dicebat? mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? cui Dominus hanc gloriationem exclusit dicens; non haberes aduersum me potestatem vllam; nisi tibi datum esset desuper. ¶Nunc quoq;. Sicut & alias multoties fecit. ¶Altus. Deus super omnem creatorem. ¶Vos etiam gentes. Quas Dominus visitauit dando illis pœnitentiam ad vitam, & effundendo in eas spiritum sanctum: sicut, & in Iudæos credentes: vnde beatus Petrus legitur dixisse: nunquid aquam quis prohibere potest? vt non baptizen-
Act. 11. tur hi, qui receperunt spiritum sanctum sicut & nos? quoniam obstupuerant ex circoncisione fideles, qui venerant cum Petro ad domum Cornelij gentilis; quia & in nationes gratia spiritussancti effusa esset. ¶Benedicite. Sicut & nos, quia non habemus aliud, quod possimus retribuere Domino per immensis erga nos, beneficijs: nisi laudare, & benedicere atq; prædicare ingentem illius misericordiam. ¶Vestraq;. Sicut & nostra. ¶ Veniet tem-
F pus. Vaticinatur Christi aduentum, & gentium conuersionem, quod tunc futurum erat; modo autem adimpletum iam diu nos esse cernimus. ¶Quo mitis. Et misericors Deus, Nominatiui est casus, & non genitiui. ¶Olim. Modo in futurum, aliàs in præteritum & in præsens: trium enim temporum est significatiuum, vt quondam. ¶Necis Aeternæ scilicet: nam statutum est omnibus hominibus semel mori: nam triplex est mors corporis, de qua nunc dixi, animæ per peccatum mortale: corporis, & animæ simul, quæ est æterna damnatio, ab hac duplici morte eruit nos dominus, à prima neq; se ipsum voluit eruere. ¶ Clemens. Pater. ¶ Vitam. Quæ est Christus: sicut ipse ait: ego sum via veritas, & vita. ¶Vita nec est. Scilicet vera & æterna, præsens est quædam vmbra mortis: vnde sapiens ait, Quocunq; ingrederis sequitur mors corporis vmbram: hinc; & Zacharias ait venit Christus illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. ¶Apponet. Ad illam cœlestem vitam. ¶Nos vna. Supple vobiscum, quia ex diuersis gregibus factum est vnum ouile, sicut & vnus est pastor, quod ouile est Ecclesia Dei, quam ipse custodit, vnde dictus est Samaritanus, qui custos interpretatur, nam nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. ¶ Motio dura. Tribulationis alicuius. ¶Pedes nostros. A fide quæ est fundamentum omnium virtutum, caueant pedes tumidi superborum, & infixi spinam diuitiarum, quia facilis est eorum lapsus. ¶Nos. Fi-

Eius enim virtus æterna, reclusa nec vllo
  Tempore; cuncta tenet sub ditione sua.
Nec minus ac olim cœlo prospectat ab alto.
  Quasq; super gentes, lataq; regna procul.
Qui populum exacuunt, non exaltentur in ipsis.
  Nunc quoq; contundet, si volet altus, eos.
Vos etiam gentes dominum benedicite nostrum,
  Vocem eius laudis, vestraq; terra sonet.
Nam veniet tempus, quo vestras eruat olim,
  Vt nostras animas, mitis ab ore necis.
Vtq; meam clemens animam defixit ad illam,
  Cœlestem vitam: qua sine vita nec est.

Sic vos apponet; sic nos custodiet vna;
  Ne quatiat nostros motio dura pedes:
Nos etenim dominus noster quandoq; probauit,
  Si stabile rectum prosequeremur iter.
Igneq; vt argentum fabro examinatur, & aurum;
  Nos erumnarum coxit & ignis edax.

deles.

In laqueum inducti fuimus: tribulatio dura,
Atq; ingens nostris imposita est humeris.
Impositiq; super nostris ceruicibus alti,
Sunt homines verbis, corde manuq; graues.
At domini auxilio, medios transiuimus, ignes;
Aequoraq; imbrifero, turbida facta, noto.

deles. ¶ Quandoq;. In tribulationum, & persecutionum tempore. ¶ Si stabiles. In fide, hæc maximè possunt dicere sancti martyres & illi fratres Machabei legis antiq;, qui ab Antiocho variis sunt lacerati tormentis pro obseruatione legis domini, & infiniti martyres Christi, à Stephano vsq; ad tempora Constantini, qui reddidit pacem Ecclesiæ, quos fortes in confessione fidei diuersa tormentorũ supplicia probauerũt, & dignos gloriæ corona fecerunt. ¶ Rectum iter. Fidei, & obseruationis mandatorum Dei. ¶ Fabro. Argentario vel aurario, qui appellatur Aurifaber. ¶ Examinatur. Idest probatur cuius sit bonitatis, & puritatis, & si quid in eo est scoriæ, sic enim vocatur eius spuma vel rubigo, igne consumitur & metallum mundificatur: vnde & in prouerbio est, argentum probat fornax, virum iustum tentationis caminus. ¶ Erumnarum. Miseriarum, & laborum: vnde & erumnæ Herculis sunt dictæ, quia miserum putabant, aduersarii, illum per eas futurum. Sed ediuerso labores illi cedebat in gloriam, idem eueniebat martyribus Christi. ¶ In laqueum. Tentationis & probationis, non deceptionis aut mortis æternæ. ¶ Tribulatio dura. Declarat qui sit ignis edax, de quo supra non enim omnes martyres vt beatus Laurentius incraticula igne sunt consumpti, sed variis tormentis. ¶ Humeris. Ve Crux Christo domino, qui ait. Qui vult venire post me tollat crucem suam & sequatur me, est autem vnicuique propria crux tribulatio, & angustia, quam pro amore Christi quis patienter subit, & tolerat. ¶ Alti homines, Idest superbi tyranni, & persecutores fidei Christi vel iustitiæ oppugnatores. ¶ Verbis. Minacibus, & quandoq; dolosis. ¶ Corde. Excogitando varia tormentorum genera, quibus sanctos martyres diutissime torquerent, uel quos tormentis non poterant delitiis mollibus delinirent, ut de patre Chrysanti legimus, qui speciosissimis puellis afluentibus delitiarum conuiuiis mandauit, ut animum iuuenis à fide Christi suis blanditiis amouerent, refert beatus Hieronymus in vita Pauli primi Heremitæ, quendã Christi fortissimum athletam post eculeum, ungularũ, & lampadarum ad latera tormenta, nudum melle, & oleo per unctum ad ardentissimum solem in feruore meridiei muscis expositum, ut quem ferrei cruciatus non vicerant, crebri muscarum morsus aut superarent aut consumerent, durum ac in exquisitum mortis genus. Alterum in ipso iuuentutis flore, in amenissimo prato nudum floreis sertis religatum fuisse iuxta riuulum lene murmurantis aquæ, ad eumq; speciosissimam meretricem intromissam, quæ uel inuitum cum moueri non posset ad uoluptatem traheret, cuius tamen amplexus Deo inspirante abscissa dentibus lingua & in faciem eius consputa legimus innoxios fuisse, nam dolor abscissæ linguæ naturalem insurgentis uoluptatis motum extinxit, & effusi sanguinis horror qui faciem impudicæ mulieris deturpauerat perturbatam effugauit meretricem. ¶ Medios ignes. Vt tres pueri, Sidrach, Misach, & Abdenago; & Tiburtius, qui nudis plantis super prunas, ac si roscos super flores incessit. ¶ Aequora. Vt in beatis Nazario, & Celso dominis meis colendissimis legimus factum fuisse, qui de mandato Neronis in mare proiecti sunt, & ab Angelo Dei ne mergerentur fuere protecti, unde nos hanc antiphonam pro quotidiana, quam de illis facimus memoriã composuimus, & decantamus. Angelus autem domini descendit ad Nazarium, & Celsum in mari, ostensoq; eis testamento Dei liberauit eos de profundo pelagi, uel per ignem tribulationis uehementiam possumus intelligere, per aquas uerò prosperitatis dissolutionem, quæ interdum Dei obliuionem inducit, & magis nocet cultui diuino quam aduersitas, quæ plerunq; nolentes, & inuitos ad Deum compellit. ¶ Noto. Idest australi uento. Hic autem pro uehementi uoluptatum impetu ponitur, qui prospero tempore etiam sanctos quandoq; ad peccatum impellit, ut de hoc ipso Rege, & Propheta Dauid legimus, qui in persecutione Saul positus nunq; à uia Dei reflexus est: in regno autem constitutus dum mollitet quiesceret, multipliciter deliquit, ut in expositione 50. Psalmi supra retulimus. ¶ Incolumes. Quo ad fidem seruatam, ut ait apostolus; bonum certamen certaui: cursum consummaui; fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona gloriæ, quam reddit mihi iustus iudex, & his qui diligunt aduentum eius, quã coronam hic uates refrigerium appellat. ¶ Læta. Quia est secura de præmio, & laborum suorum mercede. ¶ Ingressi. Redditæ pacis tempore. ¶ Noua templa. A Constantino fabricata; nam ante habebat Ecclesia Christi oratoria tantum, in quibus conueniebant fideles ad orandum, & ad suscipiendum corporis dominici sacramentum. Syluester primò conuerso ad fidem Imperatore, Ecclesiam sancti Saluatoris & sancti Io. Baptistæ Lateranens. alteram à prædicto Cæsare fabricataa dedicauit. ¶ Mille. Enim us finitus per infinito. ¶ Pinguia holocausta. Idest multas cantabimus missas, in quibus offertur agnus Dei filius humilitate tenerrimus, & charitate pinguissimus, qui totus vt holocaustum est in ara crucis incensum, possumus & à homines ipsos hec verba referre, quorum conscientiæ mundæ sunt noua domini templa cara est bona uoluntas. Holocaustum est cor contritum & humiliatum charitatis igne concrematum. ¶ Dum vexabamur. A tribulatione: nam tali tempore solent homines vota facere. ¶ Distincta. Idest ordinatè & discretè emissa, non vt Iepte qui filiam sacrificare est cõpulsus ob indiscretum votum, vouerat enim se sacrificaturum domino quicquid reuertenti cum victoria primũ occurisset: in talibus seruanda est regula iuris extra reg. iur. in vi. In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. ¶ Nostris labellis: Non quæ alij pro nobis: ad illa enim non tenemur si nobis inscijs fuerunt facta, nisi de quadam honestate. ¶ Modo. Data opportunitate pacis optatæ non differendo de anno in annũ, quod pleriqoe faciunt contra illud: non differas de die in diem reddere vota tua. ¶ Reddemus. Com effectu. ¶ Plenis medullis, Idest deuotione, & amore: nam sicuti medulla est pinguedo in osse, sic deuotio & amor in forti opere. ¶ Hircorum. Idest peccatorum pœnitentium: nam & in vetus lege offerebatur hircus pro peccatis, & est animal fœtens, A

Nos Deus incolumes eduxit, ad alta volando
In refrigerium; mens vbi læta manet.
Pinguiaq; ingressi noua templa feremus ad aram:
Cum votis alijs, mille holocausta tibi.
Dum vexabamur nostris distincta labellis,
Quæ modo reddemus debita vota tibi.

Quæq; oblata Deo plenis hulocausta medullis,
Hircorum atque bouum, thure superposito.

B

C

sed ha-

Vos igitur dominum quicunque timetis adeste,
Intentas aures atque adhibete mihi.
Namq; recensebo vobis, magnalia quanta
Admiranda animæ fecerit ipse meæ.
Nempe grauis, cũ me premeret, tribulatio, ad ipsum
Clamaui afflictus, cordeq; & ore Deum.

D sed babet illia pinguia, sic peccatores ad memoriam fetorem peccatorum trahentes, valde humiliantur coram Deo, cui deuotionis suæ pinguedinem offerunt, habent & cornua idest opera fortia: nam vt plurimum in vinea domini tales plus iustis laborant. ¶ Boum. Pro bouũ per Syncopam idest prædicatorum agrum cordis humani cum vomere prædicationis colentium. ¶ Thure. Ad literam sicut in Missis & in sacrificio vespertino fieri videmus: vel per thus significatur Oratio, sicut alibi dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, & in Apoc. Ascendit fumus aromatum in conspectum domini, quæ sunt orationes sanctorum. ¶ Vos igitur. Peroraturus attentionem renouat. ¶ Timetis. Alijs enim horrida videntur & inculta sacræ scripturæ verba, magis pruriunt auribus Virgilij carmina, aut facundi Ciceronis eloquentia. ¶ Adest. Mentis affectu non tantum corporis gressu. ¶ Aures. Interioris auditus, qui est intellectus. ¶ Mihi. Vt vati & tali ac tanto Regi. ¶ Recensebo. Idest enarabo. ¶ Magnalia. Idest opera grandia. ¶ Animæ. De qua multomagis est curandum, quàm de corpore. ¶ Nempe. Hic incipit enarare quænam sibi fecerit Deus, & primo dicit se orantem exauditum fuisse, quod est maximum omnium. ¶ Tribulatio. Etsi semper orandum sit dicente domino: quia oportet semper orare, præcipuè tamen tentationis tempore, ne nos absorbeat impetus eius, vnde & dominus Iesus passionis suæ tempore genuflexus ter orauit & vsque ad sanguineum sudorem præ agonia. ¶ Ad ipsum Deum. Non ad principes huius sæculi, quia vana salus hominis, non ad idola surda & muta, non ad dæmonia in desperationem perurgentia. ¶ Cordeq; & ore. Si cor non orat in vanum lingua laborat.

Mox de subsidij spe certus, lingua susurro
Exultans tenui sensit adesse Deum.
Quod si aspexissem, quæ corde geruntur iniqua
Non exaudisset me, velut ante Deus.
Sed quoniam puro funduntur pectore voces,
Audijt iccirco vota, precesq; meas.
Hinc benedictus erit, cui non oratio nostra
Displicuit: pietas nec sua mota mihi est.

¶ Mox. Idest confestim: aduerbium est temporis significat & paulopost. ¶ Subsidij. Idest auxilij vocabulum ab obsessis tractum, quibus auxilia missa dicuntur subsidia. ¶ Certus. Per interiorem inspirationem adiuncta quadam spirituali lætitia, nec nisi experto hæc possunt percipi. ¶ Susurro. E Ab eo quòd est hic susurrus, ri. i. murmur tenui, & est in bonam partem, alias enim hic susurro, onis, significat detractorem, vt in alio psalmo declarauimus. ¶ Adesse. Idest auxilio presto esse. ¶ Quod si. Hic ostendit quorum orationes non exaudiantur, qui iniquitatẽ retinent in corde idest malam peccandi voluntatem habent in interiori affectu: tametsi adhoram à peccato desistant, & ad Deum semiconuersi ore clament, tales non merentur exaudiri: tum quia peccatores nisi conuersos Deus non exaudit, tum quia opus imperfectionis non nouit, nec vnquam legitur Dominus aliquem sanasse, quin totum interius & exterius sanauerit. ¶ Aspexissem. Idest affectum habuissem. ¶ Ad ea iniqua. Quæ geruntur corde: nemo extimet ista minima, quia ex corde exeunt (vt ait Seruator) cogitationes malæ, adulteria, furta, & breuiter omnia mala, quæ coinquinant hominem specialiter autem in corde nidificant cupiditates, inuidiæ, inimicitiæ, simultates, odia & noxiæ cogitationes atque concupiscentiæ, quæ omnia excæcant hominis intellectum, & impediunt orationis vocalis effectum. ¶ Ante. Quanto puro corde eum deprecabar. ¶ Vota precesque. Hæc duo simul iuncta optimè faciunt ad velociorem exauditionem, non quia donis, aut promissis Deus vt homo aliquatenus moueatur, sed quoniam (vt supra in alio diximus psalmo) libentius intuetur Deus oculo deprecationem, quàm audiat aure: nam quæ manu fit deprecatio, proximum leuat: & ad orandum pro te inducit nullus ego vim huius manualis orationis sum expertus: nec vnquam ab honesta petitione sum defraudatus, hoc vnum moneo preque omnibus vnum, vt vota vestra fiant potius exigua & maxima in eleemosinis consistentia, moxque impleantur, quàm grandia & nimis in longum protrahantur. ¶ Ben. erit. Deus scilicet. ¶ Displicuit. Leptote est. ¶ Mihi. Pro à me antiptosis est.

IAm tandem &c. In spiritu contemplans propheta altitudinem mysterij incarnationis D. N. I. Christ. per quem munds salus & celsissima totius trinitatis notitia olim figuris & vmbris sermonibusque sub obscuris patefacta est, inuitat omnes gentes ad benedicendum Deum pro gratiarum actione tam maximi beneficij nobis omnibus tunc conferendi, nunc autem vt nouimus collati: quod enim omnes tangit ab omnibus debet approbari. F Post diutina igitur meditationem vates certior factus de aduentu Messiæ, quem summopere exoptabat, rupit in hanc vocem. ¶ Iam tandem. Scilicet post longam sanctorum patrum expectationem, qua diu fatigati iamdudum clamoribus & suis precibus silentium imposuerant, vnde canit Ecclesia. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter peragerent, omnipotens sermo tuus domine à regalibus sedibus venit. (Sap. 18.) ¶ Dominus. Pater. ¶ Benedicat. Per Mariam sicuti per Euam maledixerat, vnde & Angelus in salutatione dixit ei. Benedicta tu inter mulieres. ¶ Ab alto. Troni sui mittendo filium ad induendam carnem humanam, pro nostra redemptione. ¶ Et penitus. Idest valde. ¶ Fessis. Idest fatigatis à longa expectatione, vel fessis pro defessis idest destitutis omni auxilio. ¶ Miseratus. Non enim ex operibus iustitiæ quæ, fecimus nos, sed ex sola misericordia sua saluos nos fecit. ¶ Opem. Idest auxilium liberando nos ab ergastulo carceris inferni, & mundum à tyrannide diaboli. ¶ Aspiciens. Idest miserans. ¶ Vultu. Hylari, more humano: nam quem volumus exaudire, alacri facie solemus intueri, vel melius: vultu idest filio suo, per quem plena de patre habita est cognitio sicut ipse D. I. dicit: nemo nouit patrem nisi filius & cui voluerit filius reuelare, sicut enim per vultum vnumquemque cognoscimus, ita congruè filius Dei dicitur vultus eius, quia per illũ patrem cognoscimus, veluti dictum est Philippo: qui videt me, videt & patrem meum. (Io. 14.) ¶ Cuncta. Cælestia per sedium repletionem ex homi-

ODE LXVI. EX PSALMO LXVI.

Deus misereatur.

IAm tandem dominus nobis benedicat ab alto,
Et penitus fessis, det miseratus opem.

nibus

Desuper aspiciens vultu, quo cuncta serenat,
Se placidum & mitem, monstret & esse pium.
Vt miseris, terra donec peragramus in ista,
Qua petitur cœlum sit via nota sua.
Vtq; salutarem populos videamus in omnes,
Mittendum & toto mox procul orbe coli.
Iamq; expectantes populi tibi confiteantur:
O Deus, ecce Deus, confiteantur, adest.

nibus assumptis: terrestria, per hominum exaltationem: infernalia per sanctorum patrum liberationem. ¶ Serenat. Idest lætificat, quemadmodum aer abeuntibus nubibus dicitur serenari; sic corda nostra abeunte mæstitia. ¶ Se placidum. Idest pacatum ab antiqua ira & indignatione quam conceperat ex inobedientia primi parentis. ¶ Mitem. Idest mansuetum & exorabilem. ¶ Pium. Idest misericordem donando ueniam. ¶ Vt miseris. Mortalibus fragilitatis miseria circundatis. ¶ Ista terra. Quam pedibus calcamus; quæ & vocatur vallis miseriæ. A

¶ Via nota. Idest filius suus, qui est via, ueritas & uita, qui & aperuit nobis cælum; uel obseruatio mandatorum, quæ prius erat difficillima, & per misericordiam D. N. I. Chr. qui in corpore suo peccatorum nostrorum pœnam luit, est facta facilis, nã quotiescunq; peccauerimus mox ad cor redeuntes, culpas nostras in sanguine suo lauans: viam ad cœlum iterum nobis aperit, quæ per iniquitates anteriores fuerat operta, & spinis, ac sepib⁹ obstructa. ¶ Salutarem. Idest Christum, per quem nobis salus facta est. ¶ In omnes populos. Tam Gentilium quàm Iudæorum. ¶ Coli ut Deum. Quod nos uidemus adimpletum, ubique enim colitur D. N. I. Chr. ¶ Expectantes. Salutem suam. ¶ Confiteantur. Tuam deitatem. ¶ O Deus. De Deo fili Dei. ¶ Ecce Deus, & Dominus N. I. Chr. qui est uerus Emanuel, Idest nobiscum Deus, ¶ Confiteantur. Non solum ore; sed etiam Io. 5.

Exultent gentes: populi lætentur: & æquo
Iudice te in terra, qui regis altus eos.
Vnica cunctorum confessio sit populorum,
Ecce Deus noster, confiteantur, adest.
Inclita nostra suum, quo non preciosior alter
Terra, dedit fructum: Parthenopea Deum.
Nos Deus, ecce Deus, qui nos benedicat ab alto
Adueniens: Deus, en, qui benedicat adest.
Iudæa hunc dominum non sola verebitur ora;
Est opus vt metuat totus & orbis eum,

opere te adorando. ¶ Exultent. De uocatione sua ad fidem. ¶ Lætentur. Interius in corde, sicut exterius in apparentia. ¶ Aequo iudice. Dei filio, cui pater dedit omne iudicium. ¶ In terra. Vt homo. ¶ Altus. In cœlo ut Deus. Eph.4.
¶ Vnica. Quia una fides, unus Deus, unum baptisma, unum ouile, unus pastor. ¶ Cunctorum. Tam Gentilium ad fidem conuersorum, quàm Iudæorum in Christum credentium; confiteantur ad inuitationem aliorum: uel ideo triplicat confiteantur, quia corde, ore, & opere est confessio facienda. ¶ Inclita terra. Idest gloriosa uirgo Maria, de qua Esaias: aperiatur terra & germinet saluatorem, quibus ex causis beata Virgo dicatur terra, uide hic per commentatorem B Es.45.

innominatum. ¶ Fructum suum. Idest filium suum Dominum nostrum Iesum Christ. qui dicitur Fructus quia eo fruuntur sancti. Preciosior. Pro redimentis captiuis. ¶ Parthenopea. Expositio est superioris dicti. Parthenopea idest Virgo beata, Deum & Dei filium: unde & theotocon dicta est idest Dei mater, & quia uocandi ad fidem non solum incarnationis mysterium, sed & trinitatis personarum unitatisque essentiæ erant edocendi & baptizandi in nomine patris & filii & spiritus sancti, amen dicente domino in Euang. Math. Euntes in uniuersum mundũ docete omnes gentes baptizantes eas in nomine patr. & fil. spir. &c. quoniam supra mentionem fecerat de patre mittente & filio mittendo ne quis crederet spiritum sanctum non esse per quem conceptus est filius, ideo hic in fine à trino & vno Deo benedictionem exposcit dicens. ¶ Nos Deus. Scilicet pater. ¶ Ecce Deus. Scilicet filius ¶ Ab alto. De sinu patris nec patrem deserens. ¶ Adueniens ad nos. Scilicet ad infirmitatem nostram suscipiendam, nam tametsi tota Trinitas (cuius opera sunt indiuisibilia) mysterium incarnationis sit operata, solus tamen filius est incarnatus patre & spiritu sancto cooperante. ¶ Deus. Spiritussanctus, quo superueniente & obumbrãte concepit Maria Virgo Dei filium. ¶ En. Latina dictio, quasi dicat una res, una substantia, una diuinitas sicut in Euangelio dicitur. Ego & pater unum sumus. ¶ Non sola Iudæa ora. Idest regio ut olim dicebatur: Notus in iudęa Deus, & alibi? quæ nam est illa natio quæ, habeat Deum appropinquantem sibi sicut adest nobis Deus noster. ¶ Hunc dominum. Trinum & vnum. ¶ Verebitur. Idest timebit filiali. s. timore & colet. ¶ Est opus. Necesse est diuina dispositione, nam quæ Deus disposuit fieri indubitanter fient. ¶ Totus orbis. Tropus est methonimia continens pro contento, i. homines qui in orbe sunt. Mat. ult. Io.50. a. Cor. 15.

IAm Deus exurgat, &c. Quoniam parum nobis profuisset Christum incarnari, nasci, & mori nisi etiam resurrexisset, & nobis spem resurgendi dedisset: dicente Apostolo, si Christus non resurrexit, nec mortui resurrecturi sunt, inanis est fides nostra. Ideoq; & Christus resurrexit, primitiæ dormientium, & nos cũ illo ressurgemus; postquàm propheta in præcedenti psalmo vaticinatus est incarnationem Christi, in hoc psalmo prædicit eius resurrectionem, Ascensionem, Spiritussancti missionem, & Euangelij in gentes prædicationem. Inuitat igitur dominum ad præuisam in spiritu, & exoptatam resurrectionem, dicens, ¶ Iam Deus resurgat. Qui in eo quòd erat homo, fuerat mortuus. ¶ E tenebris. Inferni, & sepulchri. ¶ Deuicta. Vnde canit Ecclesia, qui mortem nostram moriendo destruxit, & uitam resurgendo reparauit. ¶ Hostibus. Dæmonijs, Iudæis, & Gentilibus sepulcri custodibus, qui Angelo descendente, facti sunt uelut mortui. ¶ Bina trophæa. Animæ, quæ descenderat in Infernum, & corporis quod iacuerat in sepulchro, de Morte, & Lucifero triumphando. ¶ Leuet. Pro eleuet in altum. ¶ Iam. Tertia die promissa illucescente. ¶ Exurgat. More canentium repetit, ad exprimendam affectionem, & C

ODE LXVII. EX PSALMO LXVII.
Exurgat Deus.

IAm Deus e tenebris, deuicta morte, resurgat,
Hostibus & stratis, bina trophæa leuet,

deuotionem suam, & ad releuandum mærorem discipulorum, ne desperarent magistri resurrectionem, si paulo plus tardasset, nam mæstitiæ vicina solet esse desperatio, ni præsto adsit consolatio. ¶ Sæui hostes. Pharisæi atque Sacerdotum principes, & reliqui Iudæi pertinaces in malo. ¶ Perdantur. Quo ad animum nescientes

D scientes amplius quid agere aduersus Christum, qui non amplius iudicãdus, sed iudicaturus eos surrexerat. ¶ Vel perdantur. Idest occidantur partim ab exercitibus romanorum, in vrbis suæ excidio, quod in ultionem necis Christi, & sanguinis Prophetarum, ac sanctorum martyrum post secundum, & quadragesimum annum à Christi nece, sub Tito & Vespasiano Imperatoribus illatum est eis, & partim. ¶Diffugiant. In cauernas petrarum, dicentes speluncis: cadite super nos, & montibus: operite nos. ¶Odio: graui. Neq; exaturabili per mortem, vel ad Dæmones prædicta potes referre, qui à Gentilibus, & Idolis, in quibus colebantur dispersi sunt, & effugati per resurrectionem Christi. ¶ Et sic deficiant. Iudæi à potentatu, & honore, in quo erant prius, & a statu regni sui, vel Dæmones à præstina existimatione, qua à gentilibus pro Diis colebantur. ¶Fumus. Qui quanto magis ascenditur, tanto magis anihilatur, sic superbia Iudæorum, & cultus Dæmonum. ¶Ad prunas. Inferni, si ad Dæmonia hæc referas, vel prunas vrbis incensæ, & templi, quod cum Sacerdotibus iussit Imperator comburi, vel tertio primas charitate succensas quantum ad conuersos ad pœnitentiam ex beneficiis, etiam post passionem Domini. Ab apostolis illi populo impensis, iuxta Pauli monita dicentis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitiuerit potum da illi: hoc faciẽs carbones ignis congeres super caput eius, idest coges eum vel inuitum te
Rom.12. amare & de inimico facies amicum: hoc ego sæpe expertus sum: ad hoc agendum te lectorem moneo, neque enim vt mihi videtur vlla potest esse gloriosior aut generosior vindicta, quã ni esurienti inimico, & suffragia tua mendicanti succurrere, ac manum liberalem porrigere. ¶ Malorum. Idest dæmonum, anthonomastice, qui per se facti sunt mali: & vt malos faciant homines nunquam à peruersis suggestionibus cessant. ¶ Notum. Idest ventum Australem species pro genere, vel latenter. Dæmonis borealem sedem, per meridionalem ventum idest Christum, qui in meridie ascendit dissipandam prænunciat. ¶ At iusti. Qui de morte sui domini mœruerant, nunc
Io.20. eo resurgente exultent: quod & factum est, vt habetur in Euang. Gauisi sunt discipuli viso domino. ¶ Dapibus
E opimis. Idest communicent corpori & sanguini domini, quæ dapes sunt delicatissimæ, vnde canit Ecclesia: panis Angelorum factus est cibus viatorum: verè panis filiorum non mittendus canibus, vel loquitur de illis reliquiis quas postquam comederat coram omnibus, vt se se verè demonstraret surrexisse, dedit eis & in illa piscatione Petri vltima, quando manducauerunt & biberunt cũ illo vsque in diem Ascensionis, in qua etiam conuescens idest simul cum eis manducans præcepit &c. ¶ Exhilarare. Quod & factum esse actuum secondo refert Lucas dicens
Act.1. frangentes erant circa domos panes, vt sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes Deum. ¶Cantantes laudate Deum. Supple ô Angeli qui D. N. I. Ch. ascendenti minysterium vestrum exhibetis, nam hucusq; resurrectionem modo ascensionem præuidens vertit ad Angelos sermonem suum scandentem comitantes. ¶ In hymnis. Idest canticis spiritualibus, vnde & Ecclesia in solemnitate Ascensionis hymnos decantat. ¶ Nomini. Quod Seruator Ies. Chr. Dom. Deus noster. ¶ Psallite. Hunc psalmum & alios similes cantando. ¶ Voce: Canora, & deuota. ¶ Manu. Idest opere: quæ est optima cantilena, quando corde, voce,
C. 19. & opere quis Deo canit: hæc tamen potius ad nos quam ad Angelos sunt referenda, nisi intellexerimus Angelos tunc operari cum precibus ad Deum pro nobis, nos admouendo, contra diabolum pugnando, & obsequia sua ad nostram salutem libenter præstando, sollicitam pro fidelibus curam gerunt. ¶ Quis. Idest Domin. Ies. ¶ Super occasum. Idest locum adorationis humanæ, quia & tabernaculum Moysi, & Salomonis templum ad occasum solis spectabant, & sic in cœlum significatur vel super occasum mortis, quam (vt supra dictum est) morte sua deuicit, ad meliorem vitam resurgendo, sic & beatus Gregorius exponit, super occasum Deus ascendit, quia mortem quam pertulit, resurgendo calcauit. ¶Pernicibus. Idest velocibus pennis idest virtutum omnium alis, qui
F bus dixit etiã Plato animas nostras fieri uolucres, ut ad cœlum ascendant. ¶Pandite iter. O vos Angeli, non quod Christus indigeret eorũ ministerio, sed ad magnificentiã eius ostendendã: more Imper. triumphantiũ, qui premittunt lictores suos ad expandendũ eis iter, præ nimia concurrente turba. ¶Dominus. Dominantiũ, & rex regũ, ut in Apoc. legitur. ¶Aspectu. Delectabili, in quo consistit oĩum beatitudo, unde & alibi dicitur in quẽ delectantur Angeli prospicere. ¶Simul. Cũ Angelis uos homines. ¶Qui fremuere. Dæmones, Iudæi & Gentiles, de quibus in principio & huius psalmi, & totius psalterij ubi dicit, quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania, &c. ¶Terribili ore. Idest horrẽdo in aspectu, quod fiet particulari exitu suo ab hoc sæculo, & in generali oium iudicio, ut in
Sap.5. sapientia dicitur: uidentes turbabuntur timore horribili &c. ¶Viduarum iudicis. Ad literã uindicando eas à calũniatoribus, qui frequenter eas molestant, tũ quia mulieres, tũ quia uiro defensore carent. ¶ Pupillorum. Idest r patre carentiũ, quorũ uitæ & patrimonio cõplures insidiantur, uel spiritualiter intellige uiduas animas, quib9 maritus mundus, & sponsus error est mortuus, sicut de Samaritana legitur: quinq; uiros habuisti, q
Io.4. fuerunt v. corporei sensus, & hunc quẽ habes (q est appetitus) nõ est tuus uir, supple legitim9. nã uerus animę sponsus est Christus, ut in canticis canticorũ habetur pupilli uero sunt, qui patrẽ diabolũ, & matrem concupiscentiã, ac domum patris mundũ obliti: Christi crucẽ secuti sunt, ut in-

Iam Deus exurgat, sæui perdantur & hostes;
Diffugiant odio quiq; habuere graui.
Et sic deficiant, vt sparsus in aere fumus:
Cæra quoq; ad prunas vt liquefacta fluit.
Ante resurgentis faciem, sic iniqua malorum
Agmina dispereant, puluis vt ante notum.
At iusti exultent, dapibusq; epulentur opimis,
Ante Deum mentes exhilarare decet.
Cantantes laudate Deum: benedicite in hymnis:
Nomini & illius psallite, voce, manu.

Qui super occasum, pernicibus æthera pennis
Scandit iter dominus pandite, nomen ei.
Eius in aspectu simul exultate scientes,
Quod turbabuntur, qui fremuere diu.
Terribili horrebunt uiduarum iudicis ore,
Cuiq; pupillorum patrius extat amor.

Pectora nimirum sunt talia, quæ colit ipse.
Cordaque sanctorum sunt loca grata sibi.
Quare habitans illos, vnius efficit omnes
Moris, concordes, vnanimesq; simul.
Robore, qui excelso vinctos educit ad astra,
Hos quoq; quis fuerat passus acerba diu.

psalmo

A

Psal. Eructauit, audi filia, & vi. inc. au. tu. obliui. pop. tu, & domum patris tui, &c. Rex. dec. tuum. ¶ Pectora. Viduarum, & Orphanorum maximè secundo modo intelligendo. ¶ Talia. A diabolo, & mundana concupiscentia destituta, vel etiã humano auxilio, iuxta primã expositionẽ. ¶ Colit. Idest habitat, nam (vt ait Apostolus) Christus per fidẽ habitat in cordibus nostris. ¶ Cordaq; sanctorũ. Vnde & Paulus: an nescitis qa templũ Dei estis uos, & spũs Dei habitat in vobis. ¶ Loca grata. Vt & ipse ait in Euangelio vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio illorum. vel per corda sanctorum intellige totam Ecclesiã: cui ipse dixit, non relinquam vos orphanos, iterum veniã ad vos, & gaudebit cor vestrũ; & post resurrectionẽ consolatus est eos dicens, ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consumationẽ sæculi. ¶ Illos. Quia habito est frequentatiuũ de habeo, potest iungi actiuo, vt Virg. atq; humiles habitare casas. ¶ Vnius moris. Tangitur hic quod habetur, actuũ iiij. Multitudinis aut credentiũ erat cor vnum, & aia vna. ¶ Robore excelso. Ingenti fortitudine. ¶ Vinctos. In carcere infernali, sanctos patres in sinu Abrae existentes. Ad astra. Idest ad cœlum. ¶ Hos quoq;. Vt latronẽ, & similes. ¶ Quis. Pro à quibus. ¶ Acerba. Verba, & persecutiones in sanctis prophetis, de supradicta eductione. Zacharias propheta dicit, tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo nõ est aqua, idest sensibilis pœna. uel aliter intellige, de cõuersione multorũ ad fidẽ Christi, hoc modo: in excelso robore educis vinctos, idest ligatos peccatores, uinculis male consuetudinis, nam ut ait August. super Io. maius est opus iustificare impiũ, quàm creare cœlum, & terrã, propter obicẽ contrariæ quandoq; voluntatis humanæ, vt de se ait Paulus, optabã esse anathema Christo pp fratres meos; item educit etiã hos à quibus est passus acerba in se, vel in membris suis, quales fuerunt aliqui Iudæorum clamantes, crucifige, crucifige; vt Longinũ militẽ qui lancea latus eius comperuit, & Centurionẽ, quos oẽs ex persecutoribus fecit fideles, ut in prima Petri prædicatione, tria millia sunt cõuersi; sed, & Paulũ Apost. acerbissimũ hostẽ Ecclesiæ suæ, Stephani lapidatorẽ, & multorũ sanctorũ persecutorẽ, vt ipse refert, qm supra modũ persequebar Ecclesiã Dei, & expugnabã, &c. Similiter, & Gentiles multos, & Constantinũ ipsum, ex atrocissimis persecutoribus fideles fecit; & acerrimos Ecclesiæ suæ defensores. ¶ Corpora. Hæc sunt de quibus in Euang. & supra in alio diximus psalmo; multa corpora sanctorũ surrexerunt, quę post resurrectionẽ eius uenerunt in sanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis, quos secum ascendens in cœlum adduxit. uel de mortuis in peccatis dicit, unde subiungit in fœdis sepulchris, vt legitur de sancto Ioan. Euang. qui suscitauit quendã iuuenẽ infidelẽ, & B. Martinus suscitauit quendam qui se ipsum desperatus suspenderat, & Philipp. Apost. duos tribunos, qui illũ dæmoniis immolare compellebant suscitauit, & ad fidem Christi conuertit, tales de sepulchris fœdis dicuntur ad I. Chr. suscitari. ¶ Rediuiua. Idest iterũ ad vitam corporalẽ, uel ad ueram uitã qui est Christus redeuntia. ¶ Cũ Deus. Hic exponit propheta quasdam figuras ueteris testamenti, quæ in nouo post ascensionẽ domini fuerunt mirabiliter impletæ. ¶ Ante tuũ populũ. Per Angelũ, nũc aũt in propria persona ascendens præcedebat populũ suum, quẽ de carcere infernali eduxerat, & per mare rubrũ passionis suæ transire fecerat: & ad ima deserti mundi huius illis, xl. diebus, quibus cum Apostolis est cõmoratus secum traxit, sicut illum populũ de Egyptiaca seruitute traiecto, mari xl. annis per desertum eduxit donec in terrã promissionis introduceret. ¶ Locos. Et loca, in plurali iuueniuntur. ¶ Mota fuit tellus. In datione legis, sic & modo in morte Christi, resurrectione, & Spiritussancti missione, in quibus cõsistit nouæ, idest Euangelicæ legis datio, non in lapideis tabulis, sed in tabulis cordis carnalibus. ¶ Fulguribus crebris. Ad incutiendum timorẽ illi populo duræ ceruicis, quia erat lex timoris; modo aũt in promulgatione Euang. facta sunt fulgura spiritualia ad inflammanda corda charitate, quia est lex amoris ista sunt miracula crebra quæ fiebant per manus Apostolorum. ¶ Distillauerunt. Manna, nunc uero sacramenta, & maximè Eucharistiæ, qui est panis qui de cœlo descendit, qui manducauerunt manna mortui sunt: hic aũt est panis uitæ qui cum manducant non moriuntur in æternũ. ¶ Ab ore. Idest à facie, unde alibi faciem cœli diiudicare nostis, modo aũt ab ore Dei. Nam uerba quibus tale ac tm conficiẽ Sacramentum ueteris mannæ impletiuã ab ore domini N. I. C. processerunt. ¶ Irrorauerunt. Quia matutino tẽpore simul cum rore manna defluebat. ¶ Iacob. Genitiui est casus. ¶ Dei Iacob. Idest Christi supplantatoris Diaboli qui mortẽ Christi procurando credebat se magnũ lucrum aiarum fecisse per consensum in necem eius, & regnum suum apud gentiles roborasse. Metuebat enim ne uiuens D. I. ad Gentiles conuertendos se transferret, sed maximam fecit iacturã, nam & quos captiuos tenebat perdidit, & ab idolatriæ regno est effugatus, per Euangelij prædicationẽ. ¶ Spontaneam. Quia non ex operibus quæ fecimus nos, sed secundũ suam magnã misericordiã saluos nos fecit, ut dicit Apostolus. ¶ Electæ. Sorti, idest catholicæ Ecclesiæ in hæreditatem domini electæ, & uocatæ: quos. n. uoluit, hos elegit, & quos elegit, hos & iustificauit, &c. Et in Euang. non uos me elegistis, sed ego elegi uos de mundo, ut eatis, & afferatis fructum, & fructus uester maneat; loquitur autem maxime de Apostolis, & Domini Discipulis quibus hanc. ¶ Pluuiã. Spiritualium gratiarũ, & ante resurrectionẽ, & post in diebus Penthecostes insudit. ¶ Secernere. Idest seorsum ab aliis impartiri, ut habet in actibus Apost. c. 2. ibi effundã de spiritu meo, &c. ¶ A reliquis. Iudæis pertinacibus. uel in bonã partẽ accipe, à reliquis prophetis, quibus non ita abundanter sicut discipulis, Spiritussancti, & gratiarũ pluuiã effudit. ¶ Segregabis. Fide, & habitatione. ¶ Eam. Sortem, idest Ecclesiã; fuit enim à Iudæorum Synagoga segregata. ¶ Nouo. Idest magno. ¶ Infirmada. Propter fragilitatẽ humani timoris. ¶ Tumultu. Qui post Stephani necem secutus est. Act. viij. facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia Dei. ¶ Robore. Idest dono fortitudinis, ut in actibus eisdẽ dicitur: cum orassent motus est locus & repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt cum fiducia loqui verbum Dei. ¶ Animalia. Idest fideles Christiani qui sunt, & oues Domini, vt

1. Cor. 3.
Matt. 18.
Zach. 9.
Gal. 1.
Matt. 27.

Corpora, quæ dudum fœdis iacuere sepulchris,
Excitat, vt superos iam rediuiua petant.
Cum Deus ante tuum populum egredereris ad ima
Deserti, incultos præuius inq; locos.
Mota fuit tellus, synaiq; cacumina montis,
Fulguribus crebris contremuere diu.
Distillauerunt cœli venientis ab ore,
Irrorauerunt ab Iacob ore Dei.

B

C

Rom. 8.
Io. 15.

Spontaneam electæ pluuiam secernere sorti,
Te video à reliquis, & segregabis eam.
Cumq; nouo & trepido foret infirmanda tumultu,
Robore perficies, & solidabis eam.
Hic tua tunc poterunt animalia læta videri,
Pinguia carpentes pascua vere nouo.
Dulcis enim pastor tua dulcis cura parauit,
Mox inopi campos, prata, uireta, gregi.

Act. 2.
Act. 8.
Act. 4.

D mini, ut ex Euang. patet, & boues, iuxta illud Apostoli: ne claudas os bouis triturãtis, & aselli, super quibus insedit Dominus; hinc & Euangelistæ in animali um specie figurati prophetæ ostenduntur. hinc etiam beatus Grego. in hom: super illud Euang. Tauri mei, & altilia occisa sunt. per tauros, patres ueteris testamenti intelligit; per altilia noui. ibi uide. ¶ Pinguia pascua. Idest doctrinas salutares, atq; uirtutum, gratiarumq; dona quibus animæ fidelium spiritu aliter impinguantur. Sicut alibi Dauid ait, sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. ¶ Carpentes. Translatio color rhetorum ab ouibus capellis, quæ dum pascuntur carpunt salices, & uireta. ¶ Vere nouo. Idest tempore primitiuæ Ecclesiæ quæ anni instar uer & æstatem habuit, & forte iam totus annus pertransijt, uidetur enim refrigescere charitas in multis. ¶ Dulcis. Quis dulcis, ut Dominus, qui se in cibum & potũ suis exhibet fidelibus? est autem apostrophæ ad D. N. I. Christũ & est casus uocat. ¶ Campos. Idest sacræ scripturæ locos in quibus exercentur disputando aduersus Infideles, maximè Hæreticos, & Iudæos; in hos campos optimi palestritæ luctati sunt quattuor Ecclesiæ Doct. ¶ Prata. Sunt spirituales intelligentiæ, quibus maximè cõtẽplatiui pascuntur & morales, quibus actiui reficiuntur. ¶ Vireta. Anagogici sensus, uel potius exempla sanctorum quibus hoĩes refrigerantur ab æstu temtationum, uel per campos latos ueteris testamenti: hystoriã intellige, per prata uirentia doctrinam Euangelicam, per uireta actus Apost. Epistolas quæ sanctorum Apost. & Apocalipsin. ¶ Virtute. Iuxta id Actuũ 4. reddebant Apostoli uirtute magna testimonium D. N. I. Chr. Idest præconibus tubicibus uerbi Dei, Apostolis, & prædicatoribus. ¶ Aera. Idest tubas æreas, hoc est quod dicit Dominus in Euang. dabo uobis os, & sapientiam cui non poterunt resistere aduersarii uestri. ¶ Clangor. Idest sonus prædicationis, alludit ad id ꝙ habet propheta, quasi tuba exalta uocem tuã, unde & Paulus Apost. tuba Spiritu Sancti appellatur. ¶ Exerc. reg. Imagni Imperatores, qualis fuit Philippus, qui thesaurũ suum Ecclesiæ reliquit, quẽ Laurentius Marty. dispersit dedit pauperibus, ne à Decio interciperetur: uide hystoriam S. Sixti Papæ, & Laurentij, item Constantinus qui Romam, & Ciciliæ regnum donauit Ecclesiæ, & alij. Imperatores ac Reges post illos. ¶ Aera. Idest uoces pr[e]dicatorũ. ¶ Mouebunt. Ad fidem. ¶ Virtu. Regi. Christo Domino de quo in alio Psal. Dominus uirtutũ ipse est rex gloriæ. Nam siue Angelicarum uirtutum, siue exercituum, seu bonarum artium quæ uirtutes appellantur, harum omnium ipse est rex, & Dominus atq; dator. ¶ Ferent. Pro offerent, est apheresis. ¶ Dilecti. Scilicet hi Reges, à Deo dilecti. ¶ Dilecti. Anadiplosis, geminatio eiusdẽ dictionis ad maiorem expræssionem dilectionis, vel est Amphibolon, sicut & in litera psalmi quæ valde obscura est; dicit enim Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia cuius vers. tot habentur sensus, quot interpretes, clarior tamen is est, quem Poeta expressit per anadiplosim. ¶ Ducent. Idest existimabunt tẽpla, tu. do. dig. decore, & honore. Sicut Constantinus qui duas fabricauit Ecclesias, & multis decorauit donis, suoq; exẽplo alios incitauit. ¶ Domus. Idest Ecclesia spiritualis, vel materialis. ¶ Tropheis. Idest insignibus victoriæ Christi, & martyrũ, vt in omnibus templis est cernere, uel etiam tropheis ab infidelibus per catholicos principes in bello raptis, & postibus ac muris templorum affixis uel etiam tholo appensis. ¶ Spolia. Iambus loco spondei. ¶ Præpositis. Idest Ecclẽsiarum prælatis: quibus datum est ut prædam ab infidelibus abreptã distribuant inter Christianos. ¶ Inter medios cleros. Idest inter clericos seculares in sortem, hoc est hæreditatem Domini vocatos ad regimen populi, vel inter religiosos, contemplationi supernæ sortis, idest hæreditatis immarcessibilis, & incontaminatæ deditos, cleros. n. Græce latinæ sors dicitur. ¶ Dormire. Ab anfractibus negociorum secularium quiescere, alias. n. seruis Dei vigilandum est, sicuti præcipit dominus, vigilate, & orate, &c. ¶ Pennas. Virtutum theologaliũ, moraliũ, & quarumcũq; his alijs ornati clerici, & religiosi volant ad cœlum, vel pennas assiduarũ meditationum in lege Domini. ¶ Qualis. Occasione pennarum, & volatus de quo supra, hic per ecbasin propheticam, idest discursum, non tamen longe à præposito describitur color Columbæ cui in canticis canticorum, sæpe spõsa Dei Ecclesia assimilatur, propter quasdã proprietates utriq; conuenientes, quas in ode saphica ad ven. d. præs. Barth. Bergameum expressimus, cũ geminas nobis dono dedisset: nec putauimus ab re hic interserere, quia declarant hos versus. Neminem simplex, veluti Columba, Fallito: purus ueluti Columba, Viuito; atq; acri veluti Columba Felle careto. Esto secundus veluti Columba. Osculo dulcis veluti Colũba, Hostis aduentum veluti Columba Cernito ad vmbrã. Plenus existens charitatis igne, Nil tibi soli velu ti Columba, Pascere in cætu, solidaq; nidũ Congere petra. Petra sit Christus, latus & foramen; Atq; clauorum loca: proq; dulci. Edito cantu gemitus salubres. Pectore ab imo. ex his patet explanatio ad hos versus de Colũba, excepto hoc, ꝙ quia Columbarum quædam sunt albæ totæ de quibus erant illæ quas mihi dictus præsbiter largitus fuit, aliæ super dorso versus caput habent pennas argentei palloris, & in posteriori parte dorsi, caudam versus aurei coloris, qualis est ea quæ describitur hic, per argentum intelligitur tenor uitæ proficientium in lege Dei & ambulantium de uirtute in uirtutem; per aurum uero optima consumatio perfectorum. ¶ Quos. Scilicet Prælatos. ¶ Hanc. Scilicet Columbã spiritualem quę est Ecclesia Dei ut dictum est supra. ¶ Arce. Idest in summo principatu qualis est Episcoporũ, Patriarcharũ, & Papę. ¶ Cernit. Pro discernit. idest eligit non. n. passim quilibet ad tm̃ apicem sunt euchendi:

In multa virtute dabis præconibus æra,
Verbi euangelici, clangor vt altus eat.
Hinc exercituum reges, quos æra mouebunt,
Virtutum regi ditia dona ferent:
Dilectiq; vt erunt, dilecti digna decore,
Templa tuæ ducent dignaq; honore domus,
Quàm speciosa domus fiet, decorata tropheis,
Partiri spolia, præpositisq; datum.

Si medios inter cleros dormire velitis,
Assumat pennas mens, & ad alta volet;
Qualis enim nitidis micat hæc argentea plumis
Cunctarum specimen vestra columba parens.
Aureus vt pallor niueo candore sub alas
Asperso dorsi posteriora tenet.
Fulgeat & vestri color hic argenteus æui
Finiat extremas aurea meta vias;
Quos super hanc statuat, quos ponat in arce colũbæ
Dum cernit reges maximus ipse pater.
Tunc albabuntur ceu Selmon vertice adusto
Qui fuerant: libani non minus atq; niue.
Selmon mons sterilis, densaq; nigerrimus vmbra
Mons niueus domini, mons modo pinguis erit.

Marginal notes: 1. Cor. 9. — Act. 4. — Luc. 21. — E — F — 1. Tim. 3. — Thi. 1.

euchendi:sed tales duntaxat.quorũ comparatione cęteri grex dicantur uide xilj.c.apoſtilicę regulę.Oportet Eṗum A
eſſe ſine crimine, unius vxoris uirum, non uinolentum, prudentem, ornatu m,hoſpitalem,pudicum, doctorem,
non percuſſorem,non litigioſum,non cupidum,domui ſuę bene præpoſitum,nec neophitũ,ideſt de nouo conuer
ſum,quæ examinantur in decretis à xxv. diſt. vſq; ad xij. cauſam. ¶ Tunc. Tempore prædicationis Euangelicæ.
¶Alba. Per munditiam baptiſmi,pœnitentiæ,& aliorum ſacramentorum.¶Qui fuerant.Supple,Gentiles mali Iu-
dæi,& reliqui peccatores,qui fuerant ante gratiā Dei illis donatam. ¶Selmon. Ideſt ille mons niger; & obſcurus; Iud.6.
de quo habetur Iud.9. qui & umbra vel umbroſus interpretatur. ¶Vertice aduſto. A ſolis ardore. ¶ Non minus
atq; niue libani, Vnde & candorem ſeu niueum illum appellant,ſenſus eſt, quemadmodum mons Selmon niger
& obſcurus aliquando perfuſus niue fit albus ſicut eſt mons libani, ſic gentiles, Iudæi ad fidem, & peccatores ad
pœnitentiam cōuerſi, quiq; prius erant infidelitate ac peccatorum ardore denigrati, modo dealbabuntur per gra
tiam Dei in baptiſmi fonte,uel pœnitentiæ fluuio loti,acceptaq; candida veſtæ innocentiæ erunt ita albi,& mun-
di quales erant antiqui patres Deo per mundiciem vitæ placentes. ¶Selmon mons ſterilis. Ideſt Infidelis quicunq;
vel peccator, qui prius erat ſterilis,& infructuoſus à bonis operibus. ¶Vmbra. Peccatorum umbra,& infidelita
tis, quę luce ueritatis, & gratię caret. ¶Niueus, Mundus per uitę innouationē.¶Modo. Tempore conuerſionis.

Iam niue perfuſus domini mons pinguis abundans,
  Mons vbi depręſſi copia lactis erit.
Vt quid terrenos vel preſſo lacte tumentes
  Suſpicitis colles? corda leuatę graues,
Mons hic excelſus ſuperanſq; cacumine cœlos,
  Mons in quo domino mox habitare placet.
Optimus æternum Deus hos habitabit in æuum
  Se iuxta tales atq; habitare facit.
Curribus euehitur bisquinis millibus: aſtant
  Lætantum circa millia multa nimis.
Sedit in his dominus cum deſcendiſſet olympo
  Synain in ſanctum quo ſua iura daret;
Pluribus at multo comitatus, & agmina ducens
  Captiua ætherei ſcandis ad alta poli.
Hoſte triumphato, patriaq; in ſede receptus
  Dona accepiſti diſtribuenda tuis.

¶Pinguis. Propter opera bona. ¶Copia lactis.
Abundantia dulcedinis verbi Dei, tales enim
poſtquàm ſunt conuerſi magis laborant, & fru-
ctificant, quàm hi qui ab infantia ſunt. Chriſtia
ni: & quàm hi qui meminerunt ſe Deum graui-
ter non offendiſſe, vt in alio pſalmo ſupra dixi-
mus. ¶Vt quid. Apoſtrophe vtitur ad Iudæos
de ſolo literæ ſenſu curioſos, & ad quoſcunq;
legentes,vt non credant eum ad literam de mon
te Selmon, & libani loqui, vel de montibus in
caſeatis,vt dicit beatus Auguſtinus: ſed ſpiritua
liter de fidelibus, vt ſupra expoſitum eſt. ¶Pręſ
ſo lacte. Ideſt Caſeo per quem denotatur bono-
rum operum fertilitas. ¶Suſpicitis. Ideſt ſuſpi- B
camini. ¶ Corda leuate. Ad altiorē ſenſum de
quo ſupra. ¶Graues. Corde,& intellectu. ¶Mōs
hic. Declarat de quo monte uelit intelligi,eſt.n.
Eccleſia Dei ex Iudæis, & gentilibus conuerſis
cōgregata cuius caput Chriſtus,& ſuperior pars
iam eſt in cœlis triumphans, reliqua uerò mili-
tat, adhuc in terris. Eſt enim ille mons de quo
Daniel ait lapis à mōte ſolutus abſq; manu cre-
uit in montem magnum,&c. Et Eſaias c. 2. ait; Dan. 2.
Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Dei in uertice montium, & ad eum confluent omnes gentes. Eſ. 2.
¶Cœlos. Intuitu beatorum. ¶Mox. Repulſa ueteri Synagoga. ¶ Habitare. Vnde ipſe in Euangelio dicit, ubi
fue.d.v.tr.congr.in no.meo ſum in medio illorum, & alibi. Ego uobiſcum,ſumusq; ad conſum. ſæculi. ¶Hos. Matt.18.
Scilicet fideles; nam per fidem ut ait Apoſtolus habitat Deus in cordibus noſtris. ¶ In æuum. Hic per gratiam Mat. ult.
& in futurum per gloriam.¶Curribus. Hic docet Profeta qualiter idem dominus,qui dederat legē antiquis patri-
bus candidatis per libanum deſignatis,nunc aũt infidelibus denigratis qui per Selmon deſignabantur, legē dede-
rit Euangelicam,& gratiarum multa contulerit dona.dicit igitur ſicut dominus deſcendens in montem Synai ad
dandā legem habuit ſecum multa Angelorũ millia,qui ideo currus appellanē,quia dominus ſuper his ſedet,ut in
alio Pſal. qui ſedes ſuper Cherubin,& quia eius exercitus ad ſimilitudinē militiæ terreſtris ſolet deſcribi,ut ab ho xcviij.
minibus poſſit percipi terrenis,nam antiqui in curribus pugnabant:ut eſt uidere in lib.Reg.& hyſtoriis principũ,
& par.14.de Aza Aethiope qui habuit ccc. currus ſed & Regum vj dicitur de Angelis qui venerant in adiutorium
Heliſei aduerſus exercitũ Regis Syriæ qui nocte ſuperueniens obſederat ciuitatē aperuit dominus oculos pueri,&
ait. Ecce mons plenus æquorũ,& curruũ igneorũ in circuitu Heliſei ergo quãto magis in circuitu domini deſcē
dentis. Sic quoq, multo plura millia fuerunt cũ domino Ieſu aſcendente in cœlum,ex his patet ſenſus horum uer
ſuum qui & hic & multo magis In ipſa litera pſalmi videtur obſcurus.¶Curribus ergo uel Angelis; uel exercitus
Angelorũ intellige. ¶Euehitur.Non ꝙ his indigeat ſed famulatũ attende. ¶Bisquinis.Numerus finitus ꝑ infinito.
Nam (vt ait Daniel) millia milliũ aſſiſtũt ei,& decies centena millia miniſtrabant ei. ¶Lætantium. Ideo dicit, quia C
domino ſeruire regnare eſt. ¶Olimpo. Ideſt ex paradiſo. ¶ Synaim. Sic & in Deutoro nomio:dominus de Synai
uenit,& cum eo ſanctorũ millia. ¶Sua iura.Legem intelligit Moſaycam quā per Moyſen dedit populo ſuo.¶Pluri
bus. Ideo qa per manus Angeli in perſona Dei deſcendentis ut docet Apoſtolus,lex illa data eſt,hic uero aſcendēs
eſt ipſe filius Dei æqualis patri,nimirum ergo ſi plures ſunt cum domino,quàm cum ſeruo licet dominũ repreſen
tante. ¶Agmina captiua. Scilicet Sanctorũ patrũ quos per originale peccatum primi parentis clauſos tenuerat,&
captiuos in Limbo quæ eſt pars ſuperior Inferni;nã licet circuncifio tolleret peccatum originale in his quo ad rea
tum non tamen quo ad oēm pœnam,quia nec cœlum illis poterat aperire quod modo facit baptiſmus.¶Scandis.
Vide actuum hyſtoriam quæ legitur in aſcenſione domini. ¶Hoſte. Triplici uidelicet Mundo,Carne,& Diabolo.
¶Triumphato. Participium ſine verbo,neq; enim inuenitur triumphor. phariſ. licet ſit triumpho phas. ¶ Patria.
Vt in ſymbolo dicitur,& Marci vltimo ſedet ad dexteram patris. ¶Dona. Scilicet gratiarũ,& Spiritusſancti atq; ſa
cramentorũ.¶Diſtribuenda.Quia non oībus omnia dedit ut docet Apoſtolus, & Beatus Hierony. in ſermone de
aſſumptione Virginis aliјs (ait) per partes datur gratia, in te uero Maria tota gratiarum plenitudo ſeſe infudit,

Ecce habitare Deum cœlos incredula turba
  Dura vel iſta videns confiteare modo.

& ob id dixit Angelus, gratia plena. ¶ Ecce.
Hic inuehitur aduerſus pertinaces Iudæos qui
neque poſt tanta uiſa miracula in dominum
credere uoluerunt. ¶ Deum. Quem ut ho-

At nos edocti æternum fateamur in æuum,
Tu Deus & Dominus, tu benedictus ades.
Sis fœlix, nostros dextro pede dirrige gressus,
Inq; dies nobis pande salutis iter.
Qui salui fiunt, Deus est, Deus autor eorum,
Exitus à Domino mortis & autor erit.
Ast inimicorum frangentur & ora suorum;
Iustitiæ niteat candor vt inde suæ.
Verticis & duri collidet in ossa cerebri
Perseuerantum crimine quemq; suo,

D minem crucifixisti. ¶ Increduli. Idest difficilis ad credendum. ¶ Dura. Idest obstinata. ¶ Vel. Pro saltem. ¶ Ista miracula. Quæ facta sunt per discipulos, quibus gratiæ fuerunt post ascensionem distributæ. ¶ Nos. Fideles Christiani. ¶ Fœlix. Actiuè intellige, idest propicius. ¶ Inq; dies. Thmesis. ¶ Salu. iter. Quod est obseruatio mandatorum Dei, quòd tamen sine ipso facere non possumus, vnde bene sequatur. ¶ Deus. Deus est au. eo. qui sal. fiunt. ¶ Exitus à do. Idest quicúq; recedit à Domino erit autor mortis, scilicet (1.Timo. cap.a.) suæ; nam Deus pro parte sua uult omnes saluos fieri, sed ideo omnes non saluantur, quia nolunt eius monitis salubribus obtemperare: uel aliter, exitus à Domino supple de hoc mundo, erit au. mor. obstinatorum Iudæorum: uel tertio, exitus mortis qui factus est à Domino, erit causa & autor nostræ salutis; nam mors domini est salus nostra amphibolon facit ipsa litera psalmi, domini domini est exitus mortis, quam obscuritatem poeta potius uoluit referre quàm interpretari, & hoc facit in omnibus locis vbi multiplicem inuenit sensum ab expositoribus dari. ¶ Ast. Aduersatur superioribus in hunc modum: quamuis domini mors fuerit uita & salus credentium in eum, tamen erit etiam occasio mortis obstinatorum. ¶ Verticis duri. Idest Hierosolymæ obstinatæ quæ est caput & uertex totius Iudeæ. ¶ Crimine suo. Infidelitatis & pertinaciæ. ¶ Vertentur. Scilicet Romani ultores necis Christi. ¶ Ab oris Pharijs. idest ægyptiacis; ut supra in alio psalmo declaratum est, Aegyptus dicitur ora Pharia à Pharo insula, quæ erat ante Alexandriam. ¶ Ex Basan. Terra est contermina Iudeæ ad fluuium Iordanem: sciendum igitur est, quòd Vespesianus ad rebellionē Iudæorum compescendam missus à Nerone, duplicē sibi aggregauit exercitum, terra mariq;: terrestrem quidem (ut ait Iosephus) ab Aegypto per terram Basan adduxit: maritimum ad Iopem portum Galileæ, destructis urbibus multis in circuitu, tandem obsedit ipsam Hierusalem, quam & cæpit, interfectiq; fuerunt decies centena millia hominum, unde bene subiungit, pedes eorum in proprio lapsari sangui ne, & canes eundem linxisse. ¶ Rostra. Non solum auiū: sed & nauium; quin & canum Gallicorum sunt, qui & leporarij dicuntur. ¶ His. Scilicet Iudæis ita perditis, concessum fuerat. ¶ Spectare gressus tu, sine nube. Idest clarè videre humanitatem tuam inter eos conuersantem, & eius diuinitatem ex operibus cognoscere, est autem antipophora, quasi alicui quærenti: vnde tantam stragem permisisti in populo tuo Domine, respondet ob ingratitudinem eorum, non enim habent excusationem sicut ipse D. I. Christus dicit, si non venissem, & locutus eis non fuissem peccatum non haberent, nunc autem excusationem peccati sui, &c. Si opera in eis non fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc aūt, & viderunt, & oderunt me & patrem meum. ¶ Nempe. τὸ αὐτόν Idem dicit, vel se ipsum declarat. ¶ Dei, regisq; mei. Hæc est confessio diuinitatis, & humanitatis Christi. ¶ Sancta. Supple sanctorum. ¶ Ingressus. In hunc mundum, ut Matthæi a. cap. ¶ Miraq; gesta. Vt per totum Euang. discursum patet. ¶ Præuenere. Hic Propheta

E

Dixit enim Dominus: Pharijs vertentur ab oris,
Conuertam ex Basan perq; profunda maris
Vt pes in proprio labatur sanguine tinctus.
Vtq; suo mergant rostra cruore canes.
His sine nube tuos gressus spectare nefandis
Quippe datum est oculis, teq; videre, Deus.
Nempe Dei, regisq; mei, qui in sancta moratur,
Videre ingressus, miraq; gesta sua.

Præuenére duces iuncti psallentibus vna,
Excessére procul, flamma nec vssit eos.
Dumq; vorarentur catuli cum matre relicti,
Cantibus intererant virgineisq; choris.
Timpana psalteriumq; sonent: benedicat in hymnis
Conuentus Dominum, qui procul egit eos.
Collaudate Deum, qui ex fontibus Israel estis;
Qui vos eduxit pectore, voce, manu.
Est ibi Benniamin adolescens feruidus æuo,
Mentis in excessu raptus ad alta poli.
Sunt ibi ductores magni de principe Iuda,
Egressi Zabulon, Neptalin atq; simul.

vaticinatur euasionem stragis Iudæorum per fideles Christianos, hi enim (ut Ecclesiastica tradit hystoria) ante urbis obsidionem ab Angelo moniti, egressi confugerunt ad Agrippæ regnū qui tunc erat sub Imperio Romano, ubi salui permanserunt. ¶ Præuenere. Igitur urbis ruinā. nam melius est præuenire quàm præueniri.

F ¶ Duces. Scilicet fidelium qui erant Apostoli, & alij præpositi. ¶ Psallentibus. Idest cum cæteris catholicis D. N. I. Christ. in psalmis, & hymnis confitentibus atq; laudantibus. ¶ Excessere. Ab Hierusalem. ¶ Procul. Vsq; ad regnum Agryppæ. ¶ Flamma belli, uel incensæ urbis. ¶ Vorarentur. Ab ore gladij ultoris. ¶ Catuli. Idest Iudæi efferati in bonos more catulorum Leonum, qui ante rugiunt quàm possint capere prædam, sic & beatus Io. Baptista appellabat eos progenies uiperarum. ¶ Cum matre. Synagoga, & urbe. ¶ Relicti. A diuino auxilio, & ab angelorum custodia: ut refert Iosephus de Bello Iudaico: auditas fuisse uoces ex sanctuario dicentium exeamus hinc. ¶ Cantibus. Scilicet spiritualibus, gratias agentes Deo de sua liberatione, & de uindicta ab impiis sumpta per zelo iustitiæ. ¶ Virgi. choris. Non lasciuis: sed quales decet sacras uirgines in Ecclesia; ubi conuenerunt ad laudandum in horis canonicis, appellatur chorus, sic & Angelorum nouem dicuntur esse chori. ¶ Collaudate. Hic uertit sermonem suum ad ipsos fideles inuitans eos ad laudes diuinas. ¶ Ex fontibus. Idest ex tribubus, nam xij. filij Iacob capita fuerunt tribuum, & more fontium emisserunt ex se xij. populos tanquàm xij. ingentia flumina: aquæ enim multæ populi sunt multi, ut dicitur in Apoca. ¶ Israel. Hoc ideo; quia primitiæ Ecclesiæ erant ex Iudæis ad fidem conuersis, uel melius intellige, spirituali ex

A

tuali ex Iſrael, ideſt Deum per fidem videntes, nam ideo ſiſtole, ideſt correptio ſyllabæ fin. quæ apud græcos ſcribitur per H. fit in hac dictione Iſrael, ne dictio tam neceſſaria, & tantæ ſignificationis à carmine penitus excluderetur, ſi debita quantitas ſyllabæ ſeruaretur, nec ob id poeta debet argui imperitiæ tam in hac dictione, quàm in aliis quibusdam hæbraicis dictionibus, vbi potius ſignificationem attendit earum, quàm metricam temporum rationem, quod ſæpe Verg. & Home. aliiq; poetæ tam græci quàm latini factitarunt. ¶ Pectore, voce, manu. Hic optimus lyræ ſpiritualis concentus. ¶ Pſalterium. Eadem ratione, qua Iſrael corripitur ſyllaba media, te græcè enim ſcribitur per H. ſed aliter à verſu non capitur. ¶ Conuentus Sanctorum. ¶ Beniamin. Per hunc intelligit Paulum tunc Saulum appellatum, qui fuit de tribu Beniamin, & ideo de hoc facit ſpecialem mentionem, vt oſtenderet in eo implendam eſſe prophetiam Iacob, qui dum benediceret filiis, cum ad Beniamin ventum eſſet, dixit Beniamin lupus rapax, mane feretur ad prædam, & veſpere diuidet eſcas. De quo vide hiſtoriam actuũ Apoſt. & epiſtolam eius ij. ad Corin. ¶ Adoleſcens. Vnde in actibus Apoſt. legitur teſtes depoſuerunt ueſtes ſecus pedes adoleſcentis qui dicebatur Saulus. ¶ Feruidus. Sic & vbi ſupra. Saulus adhuc ſpirans minarum, & cedis, &c. ¶ Raptus. Vt ipſe in epiſt. dicit raptus eſt vſq; ad tertium cœlum, deinde in Paradiſum, vbi vidit arcana quæ non licet homini loqui. ¶ Ductores magni. Hi ſunt Apoſtoli. ¶ Principe Iuda. Ideſt de tribu Iuda, quæ diutiſſimè tenuit principatum ſuper aliis tribubus, hi autem fuerunt v. Iacobus, & Ioannes, Simon, & Thadeus, & alter Iacobus, & ſi qui alij extiterunt cognati domini ſecundum carnem. ¶ Zabulon. De hac tribu fuit Petrus & Andreas, & Philippus aliiq; Galilæi. ¶ Neptalim. Bartholomeus, Mattheus, Thomas, & Matthias ſecundum

Gen. 49.
Act. 7.
2. Cor. 12

Summe Deus mandata tuæ, ne deſerat iſtos
Virtuti iniungas: ſed iuuet atq; regat.
Quod Deus in nobis operatus es annue quæſo;
Firmius, vt duret conſolidetq; vagos.
Quod prius à ſancta Solymorum ſede ſuperna
Cepiſti in nobis, perfice quæſo, Deus;
Nam mirabilibus reges virtutibus horum,
Ad te conuerſi munera magna ferent.
Aſt alias foliis, tenui vel arundine fretas,
Quæ fremuere diu corripe fuſte feras.
Pinguia taurorum, nec non armenta reprende:
Quippe iuuencarum ſunt ſtabulata gregi.

quoſdam. ¶ Summe Deus. Hic propheta quia viderat in ſpiritu perſecutionem mouẽdam per Iudæos, & reges gentium aduerſus ductores prædictos conuertit ſermonem ad ipſum dominum per modum orationis, vt uirtute Spiritusſancti, & cuſtodia angelica taliter eos roboret atque muniat, vt propter eorum terrorem à publicatione Euangelii non deſiſtant. ¶ In nobis. Seſe connumerat propheta, non quia tunc eſſet futurus inter illos, ſed quia multos de ſua progenie præuidebat cœtui fidelium annumerandos. B ¶ Firmius. Non enim ſufficit gratia gratis data, niſi adſit continuo gratia gratum faciens opera noſtra, quia ſine illo nihil boni poſſumus facere. ¶ Vagos. Propter fragilitatem humanæ carnis; nam & ſi Spiritus ſit promptus, caro tamen eſt infirma. Matt. 26. ¶ Sede ſuperna. Dupliciter intelligitur: vel de Cælo Empyreo, quod appellatur cæleſtis Hieruſalem, quia ibi eſt perpetua pacis viſio, & inde miſit ſpiritum ſanctum in diſcipulos; vel Syon, quæ vti arum urbi ſuper imminebat, & in cœnaculo ibi iacta fuerunt maxima fidei catholicæ fundamenta, & principium conuerſionis Iudæorum poſt acceptam Spiritusſancti gratiam, inde exeuntes apoſtoli cœleſti virtute repleri totum orbem fide Chriſti impleuerunt. ¶ Mirabilibus. Vt eſt ſuſcitatio mortuorum, illuminatio cæcorum, ſubita languentium valitudo, vide actus Apoſt. & martyrum hyſtorias, & inuenies hæc mirabilia ſubſecuta fuiſſe. ¶ Reges. Conſtantinus Imperator, & ſucceſſores ſui. ¶ Magna. Munera pro fabricandis Eccleſiis, & pro victu clericorum atq; religioſorum. ¶ Aſt aliàs feras. Ideſt infideles principes more ferarum in Chriſtianos deſæuientes. ¶ Foliis fretas. Ideſt ceremoniis exterioribus confiſas, cum tamen eorum interior conſcientia eſſet plena iniquitate & dolo, & hypocriſi, ſunt enim Iudæi ficus illa foliis abundans, & fructu carens, cui dominus maledixit. ¶ Vel arundine. Ideſt vana poteſtate temporali tumentes, hi ſunt gentiles Romani, vnde, & Pilatus dixit domino. neſcis quia poteſtatẽ habeo crucifigere te. ¶ Quæ fremuere diu. Scilicet aduerſus ſanctos uſq; ad tempora Conſtantini. ¶ Corripe. Scilicet quoſdam in ſalutem, vt ipſum Conſtantinum lepra percuſſum, alios pertinaces, ut Pharao. ¶ Fuſte ferreo. Hoc eſt ſubita morte temporali demum, & æterna ut ſup. eod. Pſal. uiſum eſt de Iudæis. Sicuti etiam legitur de impio Nerone: qui coactus eſt à ſeditione populi ſeipſum interficere. Diocletianus etiam à Senatu eſt interfectus, ut habetur in hyſtoria Ioan. Apoſt. Sic & de cæteris perſecutoribus Eccleſiæ factum eſt. ¶ Taurorum. Ideſt principum ferocium qui cornibus ſuæ poteſtatis abutentes uentilabant Eccleſiam Dei: dicuntur pinguia armenta quia tauri non niſi pingues laſciuiunt. Sic & potentes ex opulentia fiunt ſuperbiores, atque ferociores. ¶ Gregi iuuencarum. Hæ ſunt gentes, & plebes diuerſæ, quæ uoluntati ſuorum principum adhærentes offerebant eis fideles torquendos & necandos, uel per iuuencas intelligit blandientes Iudices, qui lenociniis C

Blanditiis tentant alios excludere: quorum
Argenti vt bonitas, igne probata fides.
Tu gentes, quæ bella volunt diſperde: futuros
Nuntio legatos pacis ab vrbe Pharo.
Aethiopum tamen ante manus ventura: feretq;
Pellem nigra Deo pectus & alba fide.
Regna ſimul terræ domino cantate redempta
Vnde ſalus vobis pſallite regna Deo.
Pſallite regna Deo ſcandenti ſolis ad ortum,
Qui cœlum cœli ſcandit & aſtra ſuper.
Vnde ſuæ voci vocem virtutis habendam
Creditis? e cœlis mox Deus ipſe dabit.

vanarum promiſſionum, nec nõ interuentu meretricularum nitebantur ſanctos à recto auertere propoſito, ut refert Hier. in uita patrum, circa principium uitæ Pauli primi Hæremitæ, & legimus in paſſione Beati Chriſanti, unde ſubdit. ¶ Blandiciis, &c. ¶ Argenti cuius bonitas igne probatur. Sic fides ſanctorum igne tribulationis. ¶ Bella uolunt. Iſti ſunt Romani. ¶ Pharo. Principale pro deriuato, ideſt ab Alexandria urbe Pharia; unde multi prædicatores miſſi ſunt à Beato Marco Euangeliſta conuerſi & edocti ad diuerſas mundi partes conuertendas, dicuntur autem nuntij pacis prædicatores Euangelij, quia nuntiant pacem factam inter Deum, & homines: nos etiam Papienſes inde habuimus legatum pacis Syrum patronũ noſtrum

D Marci discipulum.¶ Aethiop.manus.Ideſt gens à Matheo Apoſtolo ad fidem conuerſa ſuſcitato regis filio.¶ Ante ventura.Ideſt præuentura Aegiptum. thmeſis;nam ante quàm Aegiptij crederent Aethiopes erant in Chriſto credentes.¶ Feret.Pro offeret.¶ Pellem.Ideſt exteriora bona ſua.& pectus ideſt interiora cordis; & hoc modo euitatur ſynecdoche duplicata.¶ Regna.Hic inuitantur omnes gentes ad laudandum D. N. I. Chr. pro eius aſcenſione,ſpiritusſancti miſſione,& pro omnium redemptione,atq; Euāgelij publicatione.¶ Ad ortum ſolis. Vel ad literam intellige,ex monte Oliueti qui ſpectat Orientem;vnde aſcendit Chriſtus,vel ſpiritualiter ad patrem Deum, á quo ortus eſt ipſe ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. ¶ Cœlum cœli. Ideſt ad empyreum cœlum qđ eſt ſuper omnes cœlos.¶ Suæ voci.Ideſt Apoſtolicæ prædicationi.¶ Vocem virtutis.Ideſt fortitudinis.¶ E cœlis. Nam inde deſcendit virtus fortitudinis per ſpiritusſancti miſſionem, in diſcipulos,& in omnes prædicatores.¶ Admiranda.Scilicet facta.¶ Nouo populo. Chriſtiano ſcilicet.¶ Nubibus.Ideſt Apoſtolis,vnde Iſaias;q
Iſ.16. ſunt hi qui vt nubes volant;pluunt enim doctrinis,tonant minis;& coruſcant miraculis.¶ Ingeritur.Quaſi latenter ingreditur,ſicut ipſe dominus ait in Euang. Cum ſteteritis ante reg. &c.
Matt.10. ¶ Pluant.Imbrem doctrinæ ſalutatis.¶ Mirabilis; Eſt enim Deus in eis manens,qui facit opera, ut
Actuū.x. dicebat Petrus Apoſtolus iudæis; poſtquam cū Ioanne erexerat claudum,qui manebat ad ſpecioſam portum mendicans.¶ Virtutem.Prædicandi & robur ſuſtinendi aduerſa.ſicut habetur Marci vltimo;illi autem profecti prædicauerunt ubique domino cooperante ſequentibus ſignis.¶ Ergo.Hic ponitur conclusio,qua inuitatur omnes ad gratiarum actionem propter beneficia ſupradic.humano generi collata.¶ Gratanter.Quaſi gratulabundæ,ſeu cū gratiarū actione.¶ Sic ben.erit. Hæc eſt prophetia quàm videmus quotidie adimpleri d..m in Eccleſijs die noctuq; benedictus Deus,qui eſt bene dictus in ſæcula ſæculorum.amen.
Mar.ult.

Admiranda nouo populo,dominumq; videnti
  Hæc propter cuncti glorificate Deum.
Eius enim virtus, & magnificentia celſis
  Nubibus ingeritur:præcipit vtque pluant.
Vtq; ſuis Deus in ſanctis mirabilis extet;
  Virtutem plebi robur & ipſe dabit.
Ergo Deus toto veluti gratanter in orbe
  Eſt benedicendus;ſic benedictus erit.

E Cce rapax animam &c. Vaticinatur propheta in hoc pſalmo paſſionem D. N. I. Chr.tam clarè,ut uideatur potius Euangelium texere,quàm prophetiam.poteſt nihilominus intelligi de perſecutione corporis myſtici, quod eſt Eccleſia:ſed ego priorem ſenſum proſequar,in quo & Aug.& Caſſiodorus cœteriq; ut plurimum illum intelligūt:ſed & ipſe Dom.hunc eundem de ſe allegauit ut ſuo loco oſtendemus;Apoſtoli quoq;allegauerūt, hunc eundem pſalmum de Chriſto. Propheta igitur in perſona Chriſti imminente iam paſſione ſua ſub querula lamentatione exponit anxietatem ſuam dicens.¶ Ecce rapax moles aquarum.Ideſt impetuoſus torrens,per quem intelligit ſubitum populi iudaici furorem clamantis, tolle,tolle,crucifige eum, & non hunc volumus ſed Barrabam,& alia multa quæ in paſſione illius leguntur.¶ Animam. Hocideo dicit, quia Pilatus propter hunc populi tumultum motus tradidit eum crucifigendum volens populo ſatisfacere.¶ Saluum facito. Non à morte eruendo, ſed uirtutem patienter ferendi ſuggerendo, & in his loquitur ut infirmus homo; quòd autem per aquas intelligantur perſecutiones teſtatur Iſaias dicēs:adducet dominus ſuper eos aquas fortes & multas ſup regē Aſſiriorū. ¶ Cænoſi lacus.I.inuidiæ,& odij phariſeorum,ſcribarum,atq.ſacerdotum,qui erant pleni auaritia, dolo, & omni iniquitate,ut lacus cæno.¶ Maris.Mundi huius.

ODE LXVIII. EX PSALMO LXVIII.

Saluum me fac.

E Cce rapax animam moles penetrauit aquarum
  Me ſaluum facito te precor alme Deus.
Cænoſiq; lacus miſer heu ſum fixus in imo,
  Nec firmare pedes,vt leuer inde queo.
Cumq; fatigatus nando maris alta petiſſem;
  Horrida me raptum fluctibus hauſit hyems:
Ore laboraui clamoribus æthera complens,
  Faucibus & ſiccis vox mea rauca ſtetit.
Tunc defecerunt oculi caligine oborta,
  Attamen in domino ſic quoq. ſpero meo.
Multiplices, capitiſq. ſuper creuere capillos
  Qui nos oderunt gratis ob inuidiam.
Me ſuper inualuit tum confortatus & hoſtis
  Iniuſtè qui me quaq. ſecutus erat.
Heu quę non rapui ſum pendere cuncta coactus
  Quin aliæ, exolui quæ rapuere manus:

¶ Horrida hyems.I.tempeſtas, per quam intelligitur iudiciaria poteſtas Pilati,& Herodis, quorum alter illuſum remiſſit,alter non ſolum illuſit, ſed flagellis cæſum crucifigi mādauit.¶ Clamoribus. Nam ſecundum aliquos dixit totum pſalmum Deus meus ut quid dereliquiſti me, & alios uſque ad illum uerſic.in manus tuas cōmendo ſpiritum,ſequitur, & clamans uoce magna expirauit.¶ Fau.ſiccis. Pro laſſitudine paſſionis,& ſitis ardore.¶ Defecerunt. In morte.¶ Oculi.Et uerè corporales,& etiam ſpirituales, qui erant oculi ſui,ſancti videlicet diſcipuli,quibus lumen fidei defecit:nam relicto eo omnes fugerunt & ſcandalum paſſi ſunt.¶ Caligine. S. mor-
F tis.¶ Sic quoque.Crucifixus & mortuus.¶ Spero in domino meo.¶ Patre qui ſuſcitabit me.¶ Multiplices.Nam & gentiles & omnes populi ſectæ. ¶ Super capillos capitis. Modus eſt loquēdi quādo numerum multum uolumus exprimere.¶ Oderūt me gratis. Ideſt pro bonis operibus meis, pro quibus gratia erat mihi referenda,illi econtrario me oderunt, magnum enim beneficium maxima ingratitudine ab iniquis compenſatur hæc ſunt uerba quę diximus ſupra adducta fuiſſe ab ipſo domino Io.15. ¶ Hoſtis. Singulare ꝑ plurali.inimici de quibus ſupra, qui ex Herodis fauore & Pylati iniuſta ſententia confortati ſunt.¶ Quaque.Die noctuq; in vrbe & extra,inſidians.¶ Rapui. Mos eſt lamentantium:quando iniuſte plectuntur dicere,alij peccauerunt,& ego pro his pendo pœnas;in veritate tamē dominus Ieſus quę non rapuit exoluit; nam pro culpa primi parentis,cuius manus rapuerunt pomum vetitum, voluit rapere diuinitatem. Item & propter iniquitates noſtras tollendas eſt aflictus vt etiam dixit Eſaias iniquitatē nō fecit nec eſt inuentus dolus in ore eius,ſed omnium noſtrūm iniquitates dominus impoſuit ſuper eum, & alia

multa

A

Omnia qui nosti Deus, insipientia nostra
Nota tibi; nec te crimina nostra latent.
Optime virtutum, qui te Deus vsq; morantur,
Non confundantur me pereunte super.
Non confundantur nec me pereunte rubescant,
Qui te perquirunt Israel alme Deus.
Sustinui opprobrium quoniam te propter, & ora
Confusa & grauibus sunt saturata notis.
Hæc probra te propter, quia nam perpessus & ora
Confusibilibus sunt adoperta notis;
Fratribus atq; meis sum factus vt extera proles,
Queis eadem genitrix ceu peregrinus eram.
Zelus enim templi, quod erat spelunca latronum
Fœda domusq; tuæ nempe momordit honos.
Exarsere in me tibi quæq; opprobria quondam,
Dira exprobantum me cecidere super,

multa ad hoc propositum ibi vide. ¶ Insipientia nostra. Quomodo summa patris virtus, & sapientia, dicit insipientiam suam esse notam patri, hoc dicit in membrorum suorum persona, tanq; caput eorum; nam sicuti peccata eorum dixit & fecit esse sua ad pœnam pro eis luendam: sic & insipientiam, infirmitatemq; nostram suam esse dicit. ¶ Vsque. In diem presentem. ¶ Morantur. Vt per meum descensum ad inferos, inde eruas illos, loquitur enim de sanctis patribus in limbo redemptionem expectantibus. ¶ Non confundantur. De eorum quasi vana expectatione. ¶ Super me pereunte. Si ad illos nō irem, & mecum eos nō inde suscitatos extraheres. ¶ Non confundantur. Hic orat pro Apostolis ne crux Christi prædicanda vertatur eis in ignominiā & confusionem; q factum fuisset nisi crucifixus dominus postmodo & ressurrexisset. ¶ Israel. Genitiuus casus idest populi fidelis Deum per fidei lumen videntis. ¶ Alme Deus. Ipse enim nos alit exteriori & interiori cibo. ¶ Sustinui. Hic saluator exponit pœnas, quas est perpessus, & primo in verbis opprobriosis, & contumeliosis; nam appellabant eum samaritanum, dæmoniacum blasphemum, seductorem, subuersionem gentis, & falsum prophetā, ac regem. ¶ Te propter. Anastrophe, idest vt tibi obedirem, disce ò christiane te debere pati opprobria, & mortem, vt obedias Deo patri & creatori tuo; nec te pigeat, habes Christi exemplū, qui factus est obediens patri vsque ad mortem (vt ait Apostolus) mortem autem crucis. ¶ Ora confusa. Sputis & alapis atque cruore è capite descendente. ¶ Confusibilibus. Idest plenis verecundia & confusione. ¶ Adoperta. Idest tota plena, & fœdata. ¶ Quia nam. Aduerbium est interrogandi lamentatur enim tanquam homo iustus & tamen afflictus querens qua de causa tali ac tanta pœna excrucietur. ¶ Fratribus meis. Idest iudęis de quorum tribu & cognatione erat. ¶ Extera proles. Idest extraneus, & quasi essem ethnicus aut publicanus. ¶ Queis. Pro quibus. ¶ Genitrix synagoga. Nam quemadmodum ca holicorum nunc Ecclesia dicitur mater: sic tunc iudęorum synagoga. ¶ Zelus. Hic exponit causam odij iudæorum aduersum se concepti, quia scilicet zelus idest honoris tui vehemens amor, momordit me: nam cū eiecisset vendentes & emētes de tēplo dicēs, Domus patris mei domus orationis est & vos fecistis eam speluncam latronum. sacerdotes & pharisei scribęque accensi sunt ira in eum, quia detexerat eorum auaritiam & impediuerat lucrum quæstumq; quotidianum; hunc versum Io. Euangelista dicit ab Apostolis fuisse intellectum de magistro suo, post missionem spiritussancti. ¶ Exprobātum tibi. Quando dicebant eum in Beelzebub eijcere Dæmonia, ita quod virtutem spiritussancti attribuebant Dæmonio, vel aliter, quia opprobria tua de violatione templi nolui sufferre; ideo eorum ira, atque indignatio tota est conuersa super me, ut occiderēt quem reprensorem & honoris tui viderant zelatorem.

Io.5.
Mat.26.
Ph.2.
B
Io.2.12.
Io.12.

Ast ego ieiunans animam, carnemq. repressi,
Cessit in opprobrium res tamen ista mihi.
Dura camellorum teneros sæta induit artus
Sum paradigma tuis fabula factus eis.
Quiq. sedent portis, in me sunt vana locuti;
In me psallebant, quiq. merace bibunt:
At mihi pro scuto supplex oratio sola,
Nam bene adest placiti temporis hora Deus.
Multiplici pietate sua miseratus acerbas
Me dantem pœnas audiat oro pater
Vt promissa salus per me celebretur in orbe
Carni vera salus sic quoq. danda meæ.

¶ Ieiunans. Nam vltra illos 40. dies & 40. nocte[s] de quibus Matthei 4. probabiliter creditur, & ex hac littera maximè, quòd in illis diob[us], in quib. toti populo erāt indicta ieiunia quotānis D.N.I.C. ieiunasse, & tamen hoc cædebat in opprobrium sibi; nam quia nō ieiunabant eius discipuli alia ieiunia pharisaica, & ea quæ discipuli Io. Bap. appellabant voracem illum, vinipotorem, publicanorum & peccatorum amicum. Sed & illa 40. dierum ieiunia cessere in opprobrium sibi quia inde cæpit occasionem Diabolus tentandi eum exprobrando illi famem. ¶ Dura sæta cam. Periphrasis est vestis cilicinæ. est attendendum quòd omnibus modis D. I. in corpore suo fecit peccatorum nostrorum pœnitentiam dans exemplum peccatoribus nobis qualiter pœnitere debeamus; non. n. (vt ait Hieronymus) sanat oculum, quod sanat calcaneum: tria sunt genera peccatorum, omne enim quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, vel superbia vitæ, pro tollenda carnis concupiscentia afflixit D.I. ieiunijs, vigilijs, veste dura & demum flagellorum maceratione, aduersus concupiscentiam oculorum quæ est cupiditas radix omnium malorum, durissimam sibi ipsi indixit paupertatem, ita vt neque haberet vbi caput reclinaret; contra superbiam vitæ & ambitionem fugit eos qui volebant eum regem facere, & demum voluit vt vanus rex illudi opprobrijs saturari, ac demum eum ea nota crucifigi pro rege Iudæorū; discamus itaq; & nos peccatorum nostrorum maculas triplices hoc triplici delere remedio. ¶ Paradigma. Greca est dictio, latinè exemplum significat & aptissimè congruit his quæ modo diximus: nam ista triplex Christi afflictio nostræ est pœnitentiæ instructio. ¶ Tuis, Scilicet fidelibus. ¶ Fabula. Idest derisoria res, sicut enim fabulas ridere solem[us]; sic isti & vitam & mortem Christi & multomagis talem corporis afflictionem deridebāt. ¶ Quiq; sed. por. Tāquam iudices, iuxta antiquam consuetudinem, qua etiam tunc Hyerosolimis vtebantur, nō enim Romani abstulerant ab eis causas ciuiles, sed tantummodo criminales; item quia sedebant in portis templi ad docendum populum. ¶ Vana locu. Vt fuit illud vah qui destruis templum Dei & in tribus diebus excitas illud; item alios saluos fecit se ipsum non potest sal. fac. item. Filius Dei est descem. nunc de c. & cre, ei. aliaque permulta similia. ¶ Psallebāt. Cātantes cantilenas quas de opprobriosa eius morte composuerant, vt ista: Iesu nazarene, fuisti rex serene, spinis

C

D coronatus,virgis flagellatus & reliqua. ¶ Meraca. Ideſt vinum purum ebriatiuum,hoc eſt per tabernas impii miniſtri debachantes talia decantabant in D. I. vituperium. ¶ Pro ſcuto. Diſcite ò clerici quòd ait Ambroſius : arma clericorum ſunt lachrymæ & orationes. ¶ Beneplaciti temporis hora. Erat maximè in die ſuæ paſſionis in qua beneplacuit patri ſuſcipere eius ſacrificium in odorem ſuauitatis pro reconciliatione generis humani : vnde & ipſe pater dixerat;hic filius meus dilectus in quo bene complacitum eſt mihi. ¶ Acerbas. Et tanto acriores, quanto iuſtior erat & innocentior,qui patiebatur;nam quæ venit indigno pœna,dolenda venit. ¶ Audiat. Scilicet Quidem & exaudiuit filium pater pro ſe orantem & pro membris ſuis. ¶ Per me. Ideſt media paſſione mea. ¶ Carni. Ideſt corpori meo. ¶ Vera ſalus. Per reſuſcitationẽ ſubſequentem. ¶ Eripe de luto. Hæc orationis verba conueniunt querelę ſuperius expoſitæ,& primo petit vt eripiatur à luto,in quo queſtus fuerat ſe infixum. ¶ Ne figar. Diutius ſcilicet quàm triduum,quo ſtetit in luto terrenorum iudæorum ſub eorum poteſtate dum crucifixerunt & cuſtodierunt in ſepulchro poſitum ; de cuius infixione præcipuè petit hic à patre liberari. ¶ Ex his iudæis. Scilicet,qui vt ſupra dictum eſt odio habuerunt eum gratis. ¶ Ex imo æquoris. De poteſtate Romanorũ. ¶ Fundo. Ideſt de poteſtate mortis & tenebrarum inferni. ¶ Ad littus. Id eſt ad portum ſalutis per reſurrectionem celerẽ: eſt autem metonymia optimè quadrans;nã maris tribulatio, ratis eſt corpus eius, littus ſalutis refugium. hinc eſt ꝙ poſt reſurrectionem ſuam apparens diſcipulis, non amplius ambulauit ſupra mare,neque aſcendit in nauiculam: ſed ſtetit in littore;quia Christus (vt ait Paulus) ſemel mortuus amplius non moritur,mors illi ultra nõ dominabitur. ¶ Tempeſtatis hyems. Ideſt impetus dęmoniacæ poteſtatis. ¶ Aut vortex. Ideſt inſidiarum eius perplexio. ¶ In profunda. Inferni .ſ.vbi trahit quos illecebris ſuis inuoluit. ¶ Præcipitem: Per deſperationem,quæ procedit ex impacientia dolorum & pœnarum. ¶ Teter. Ideſt obſcurus puteus abyſſi, ideſt lymbi uel inferni. ¶ Vrgeat. Ideſt claudat,quominus prohibeat reſurgere,& inde ſanctos patres educere. ſciendum autem eſt D. N. I. Chr. non ſolum pro ſe oraſſe: ſed etiam pro nobis peccatoribus; nam aquæ tempeſtas eſt ſubitæ tentationis impetus qui demergit peccatorem ſi ex conſenſu proponit peccare, tunc autem abſorbetur à vortice,quando malum propoſitum ad effectum perducit. infigitur aũt in luto profundi,quando per prauam conſuetudinem diu retinetur in frequentibus actibus peccati, & demum puteus claudit ſuper eum os ſuum quando per impœnitentiam deſperatus moritur;vnde dicebat Augſtinus ne claudas tu os tuum in confeſſione peccati, ſi non vis quòd puteus inferni claudat ſuper te os ſuum,ab his ergo omnibus orauit dominus,ut nos miſeri peccatores eriperemur. ¶ Exaudi. Hic repetit cauſam quare Deus exaudiat, quia eſt benignus miſericors & multus ad ignoſcendum. ¶ A puero ſuo. Quaſi dicat à filio,& ſeruo valde obedienti;& hęc cauſa potiſſima ad exorãdum, dominum,cui magis placet obedientia,quàm victimæ. Ocior. Comparatiuum pro poſitiuo,quod apud nos minimè eſt in vſu ὠκὺς enim gręcum eſt. ¶ Rape. Pro eripe. ¶ Mox. Ideſt ſtatim infra triduum;vt ꝓmiſiſti. ¶ Animæ meæ. Vt ab inferno non detineatur: ſed reſuſcitetur. ¶ Hoſtibus à tantis. A dęmonibus volẽtibus in limbo inferorum partem eam detinere,& iudæis,gentiliumq; militib' cuſtodientibus ſepulchrum,vt impedirent reſurrectionem. ¶ Euolet. Ex inferno ad ſuperos. ¶ Improperant mihi. De quibus ſup. diximus. ¶ Quis & autor. Generis ſunt communis: auctor verò ꝑ c.t. eſt verbale ab augeo. & generis tantum maſculini. ¶ At ſilui. Hic ponitur obiectio,& reſponſio: ſi ſunt falſa,quæ improperauerunt,quare ſiluiſti? nam is qui tacet, uidetur confiteri; reſpondet ut etiam hanc confuſionem patienter ſuſtinerem,& docerem meos: vt patienter ferant opprobria etiam falſa. ¶ Quam grauis. Ideſt quãtum infeſta. ¶ Iſta man'. Ideſt caterua aduerſantium. ¶ Ades. Nam vbiq; eſt Deus quanto magis in paſſione aderat filij ſui,aduerſus quem nõ habuiſſent vllam poteſtatem inimici, niſi ipſe deſuper dediſſet. ¶ Pateriſq;. Vt adimplerentur vaticinia prophetarum. ¶ Refelli. Per purgationem oppoſitam. ¶ Quærens. Ideſt ita volens omnino ¶ Tuli. Deeſt igitur. ¶ Suſtinui. Ideſt expectaui conſolatorem,& non inueni;ideo tu adiuua me qui es conſolatio mea. ¶ Preſſo. Ideſt oppreſſo à miſeriis. ¶ Contriſtarier. Pro contriſtari, paragoge, eſt. ¶ Millibus tantis. Populi ſcilicet clamantis crucifige,crucifige,qui paucis ante diebus cantauerant ei. Oſanna filio Dauid,benedictus,qui venit in nomine domini,Oſanna in excelſis,vnde ſequitur. ¶ Quàm leuis aura. Vulgi ſcilicet,quòd eſt inſtabile valde. ¶ Conſolatorem. Supra compaſſionem quęſiuit modo conſolationem: ſed nec tũ inuenit.

E (margin)

Me rape de luto turpi,ne figar in illo,
Ex his qui oderunt eripe me domine.
Æquoris ex imo de fundo emergar aquarum
Enatet ad littus iam mea quaſſa ratis.
Tempeſtatis hyems non me demergat aquarum
Sorbeat aut vortex, in que profunda trahat.
Non me precipitem demerſum teter abyſſus
Includat,puteus vrgeat oſuẽ ſuum.
Me Deus exaudi multa ex charitate benignus
Reſpice multiplici me pietate tua.
A puero ne verte tuo faciem ocior audi;
Quo nimium vexor me citus hoſte rape.

Mox animæq; intende meæ: mox libera per te
Hoſtibus à tantis euolet alta petens.
Scis ea,quæ improperant mihi falſa;quis autor eorũ?
Inuida detratrix nempe maligna cohors:
At ſilui;foret vt confuſio:nanque tacere
Conſcia męns ſceleris victa pudore ſolet.
Tu qui cuncta vides;qui noſti cuncta,priuſquam
Fiant: tu noſti quàm grauis iſta manus.
Nam dum me tribulant,& ades;pateriſque;refelli
Nulla finis;quærens vt patienter agam.
Corde tuli tacito grauia improperantis ab ore,
Creditus à cunctis vt reus vtq; miſer.
Suſtinui,tantò quærens ex agmine;ſi vllus,
Qui mihi ſic preſſo compateretur,erat.
Millibus in tantis heu contriſtarier vllus
Non eſt inuentus,quàm leuis aura fugit.
Conſolatorem quæſiuit pondere preſſa
Mens mea triſtitiæ feſſa dolore graui.
Heu qui vel verbis mœſto ſolatia cordi
Insereret ſolus non fuit inter eos.

F (margin)

inuenit, amici enim fugerant. Petrus ter negauerat; mater, & pauculæ mulieres procul à militibus arcebantur ab eo. ¶ Inter eos. Crucifixores, & Iudæos necem procurantes. ¶ Fel, & acetum. Vt amaritudinem cordis, & acerbitatem doloris amaro potu magis, ac magis exacerbarent; est autem sciendum, quòd ex eo, quòd dixerat Salomon: date uinum mœsto, & syceram his qui amaro sunt animo, Iudææ mulieres consueuerant dare vinum dulce reis ultimo afficiendis supplicio, quo leuius mortem ferrent: sed milites Pylati hoc accipientes biberunt, & D. N. I. Christum acetum felle mixtum porrexerunt; hoc aũt factum est, ut amarus gustus dulcedini pomi gustati à primo parente contraponeretur; & simul ad demonstrandã Iudæorum amaritudinem animi aduersus Iesum per inuidiam commoti. ¶ Tantus amaror. Duplicat per anadiplosim, ex hac tanta amaritudine significatur quàm grauis sit ingratitudinis labes, & maximè peccatorum recidiuantium, quibus culpæ ex merito passionis Christi fuerant dimissæ, iterum peccantes uident, quodammodo potare D. N. I. felle, & aceto; ac iterum (ut ait Paulus) crucifigere, & ostentui habere. ¶ Famem. Hoc ideo dicit, quia fel de sui natura coagulatur, & uidetur esse aptior ad escam, quàm ad potum

A Matt. 27. Ioan. 9.

Quin grauiter fesso, ac sitienti fel, & acetum
Porrexere mihi; tantus amaror erat.
Tantus amaror erat duris in cordibus illis:
Vt fel acre famem, leniat acre sitim.
Sic Deus in laqueos, in scandala fiat eorum
Mensa; de hinc iustæ retribuetur eis.
Ne uideant oculi, tenebrisq; premantur opacis,
Ne recta incedant, struma recuruet eos.
Tu Deus ex alto super hos effunde furorem,
Iusta sed hæc præceps ira reuoluat eos.
Sit deserta viris habitatio; nullus eorum
Inq; tabernaclis sit statione vigil.
Iuste salutifero quem cædi permisisti,
Sunt insectati pectore, & ore graues.

¶ Sic Deus. Hic consequenter prædicitur Iudæorum pœna. nam sicuti in festiuitate paschali apprehenderunt Dominum, sic ipsi post xl. annos in tali tempore, à Romanis improuisis fuerunt in vrbe illaqueati, circunclusi, & obsessi. ¶ Mensa. Scilicet paschalis conuiuij. ¶ De hinc. Dissillaba est dictio. ¶ Iustè. Nam sicuti me afflixerunt, sic & ipsi afflicti sũt à Romanis, à quibus rebellauerant. ¶ Ne videant oculi. Mentis. ¶ Tenebris opacis. Idest obscuris per ignorantiam; non enim per obstinationem possunt habere rectum sensum, & verum in scripturis sacris intellectum; & hoc iustè euenit eis quia velauerant oculos Domini; dicentes: prophetiza quis est, qui te percussit, sic velum ignorantiæ est positum super corda eorum, vt videntes non uideant, & audientes non intelligant, quæ faciunt ad eorum salutem. ¶ Ne recta. Scilicet via mandatorum Dei. ¶ Struma. Idest gibbus in dorso; nam quamuis struma propriè sit in pectore, vel in gutture superfluus humorum; tamen & pro gibbo dorsi quandoq; ponitur, uide Cornelium Celsum, qui scribit strumam extantia quadam in tergo. ¶ Recuruet. Vt semper sint sub iugo seruitutis gentium, quo ad corpus, & sub seruitute Diaboli, quo ad animam: nam per obstinationem ambulant de peccato in peccatum. ¶ Effunde furorem. Idest rigorem tuæ iustitiæ; sicut econtra ipsi effuderunt super furorem suæ iniusti iræ. ¶ Præceps. Idest festina, & improuisa. ¶ Reuoluat. Ita quòd se inde euoluere non possint. ¶ Viris Iudæis. Scilicet non enim licet eis habitare in reædificatam vrbem postmodum ab Adriano. ¶ Taber. Morem expressit militantium. ¶ Statione. Astando dicitur. Statio, est locus ille, vbi stat miles vigil ad custodiendam aliquam vrbis partem, hæc venerunt super Iudæos à Romanis partim interfectos, & partim captiuatos; vt sæpe dictum est supra. ¶ Fuste salutifero. Idest morte nobis salutem afferente. ¶ Quem. D. I. de se loquitur in tertia persona. ¶ Permisisti. Nec enim habuissent aduersus eum potestatem ullam, nisi desuper ipse permisisset; vt etiam supra dictum est, est autem hic versus spondaicus, sensui quadrans. ¶ Insectati. Frequentiam denotat. ¶ Pectore. Idest odio, & mala voluntate, quam diu tulerunt absconditam in pectore. ¶ Ore. Vocibus iniuriosis, & clamorosis. ¶ Dolorem. De eorum impœnitentia erat enim maximè dolor Dom. N. I. quando propter peccatores patiebatur; & videbat multos eorum in obstinatione sua perduraturos, vel potest etiam intelligi de dolore, quem capiebat ex præuisa persecutione Ecclesiæ suæ; non enim eis suffecit Christum occidere, nisi etiã & Apostolos suos crudeliter persequerentur vt eius nomen totaliter delerent. ¶ Super plagas. Manuum, & pedum. ¶ Plaga noua. Lateris lancea perfossi; vnde exiuit sanguis, & aqua: vt atestatur Ioan. Euangelista, vel de plaga Ecclesiæ suæ intellige, quam addiderunt in flagellatione Apostolorum, Stephani lapidatione, Iacobi nece, & Petri incarceratione, & deniq; aliis compluribus malis in discipulos perpetratis. vide actus Aposto. ¶ Tu quoq;. Sicut illi mihi. ¶ Super pondus. Pœnæ meritæ propter iniustam cædem meam. ¶ Graue pondus iniquitatis. Permittendo eos ruere de peccato persecutionis meæ, & meorum, in peccatum impœnitentiæ & indurationis, quod est graue pondus super dorsum peccatoris; nam demergit eum in profundum Inferni. possumus etiam de pondere seruitutis intelligere, quam super stragem ciuium, ac vrbis ruinam vsque nunc portare coacti sunt. ¶ Acum penetrent. Tangitur iuxta primum sensum; quod dicit Dominus in Euangelio. Facilius est camellum per foramen acus transire quàm diuitem intrare in regnum Cœlorum; porrò acus si erat porta parua templi, oportebat camellum onustum per quem diues opuletur, intelligere, sarcina exonerari, ut posset ingredi: sic in hoc loco oporteret Iudæos sarcina peccatorum onustos per pœnitentiam exonerari: at illi econtra dura ceruice quotidie addunt peccata peccatis. si uerò per camellum intelligitur corda magna, & naualis, ad hoc ut intret per foramen acus, est in filo minutulo reducenda: sic diues facultates suas ingentes pauperibus erogandas distribuere debet, iuxta illud psalmi,

Mar. 14. B

Ioan. 19. C

Luc. 16.

Vulneribusq; meis simul adiunxere dolorem,
Atq; super plagas addita plaga noua est.
Pone super pondus quoq; tu graue pondus iniqui;
Ne uel acum penetrent, iustitiamue tuam.
Viuentum libro tua dextera deleat illos;
Ac iustos inter non notet vllus eos.
Paupertatis ego plenus, plenusq; dolorum;
Hinc Deus accepit me tua magna salus.

D dispersit, dedit pauperibus : sic & Iudæi funem peccatorum qua grandi tenent alligati, minutatim per humilem confessionem & satisfactionem disrumpere deberent, illi econtrario quotidie grossiorem faciunt per duram eorum proteruiam. ¶ Iustitiamue tuam. Quæ debet abundare super illa Pharisæorum, & Scribarum, ad hoc vt quis ingrediatur in regnum cœlorum, vt ipse dominus dicit in Euangelio. ¶ Viuentum libro. Qui est in conscientia vniuscuiusq; nostrum, & modo deletur per nouam culpam, modo rescribitur per gratiam, subsequente pœnitentia. ¶ Deleat. Per reprobationem, & æternam damnationem. ¶ Iustos inter.
M. De. Anastrophæ, vllus neque angelus bonus. Hæc autem omnia non tantum in petitionis modo : sed potius vaticinij sunt intelligenda prolata fuisse a propheta in persona Domini nostri Iesu, idest non in humanæ sapientiæ verbis. ¶ Pauper ego plen. Nam pauper in natiuitate, in tota vitæ conuersatione, in doctrina, in morte, & in sepulchro. ¶ Dolorum. In passione iuxta illud alterius prophete, ò vos qui transitis, attendite, & videte
Tren. 1. si est dolo similis dolori meo. ¶ Hinc. Ex doloribus, & paupertate. ¶ Accepit me. Suscitando à mortuis ad immarcessibiles diuitias, & ad cœlestia gaudia, æternamq; gloriam. ¶ Prosequar, &c. Hic ponuntur gratiarum actiones à tota Ecclesia Deo patri referendæ per Christi suscitationem, sicuti videmus quotidie fieri. ¶ Grataq;. Laudis hostia. ¶ Super vitu.pin. Idest plusq; vitulus pinguis, qui olim sacrificabatur, sacrificia enim ueteris legis, ut sæpe dictum est, ex se non erant grata Deo, sed tantummodo ex offerentium deuotione. Item illa figurabant Christum uenturum, & passurum, seseq; in sacrificium Deo gratissimum in ara Crucis oblaturum, quod vbi factum est, uetustatem fugat nouitas, & vmbram pellit ueritas. ¶ Cornua. Tunc enim erat aptus ad sacrificiũ. ¶ Discat. Exemplo meo. ¶ Inops, spiritu. Scilicet de quo dicitur. Beati pauperes spiritu. Hic est populus Christianus, qui à principio erat
E valde pauper, de Apostolis namq; & discipulis Domini patet, quia nihil habebant, alij vero, qui conuertebantur, vendebant omnia, & prædiũ ponebant ante pedes Apostolorum, vt dicitur actuum; nunc per liberalitatem principũ cre-

Prosequar ore Dei laudes, nomenq; decusq;
Carmine dulcisono magnificando canam.
Grataq; laudis erit vitulum super hostia pinguem,
Cornua cui fronti, plantula fissa pedum.
Discat inops, hylariq; exultet voce videndo.
Se quoq; posse Deo grata holocausta dare,
Quærite voce Deum; poterunt vitaq; potiri
Sic animæ; æterna sicq; quiete frui.
Nanq; suos genitor pius exaudiuit egenos
Et miseros patrius semper amauit amor.
Hunc igitur cœlum, tellus, mare, quæq; sub illis
Reptant, collaudent, voce manuq; canant.
Is saluam faciet Syon; condentur Iudæ :
Quas vrbes muris ambiet atq; mari.

Act.4. uit decus Ecclesiæ, & facultates; quæ tamen etiam nunc sunt pauperum licet interdum male administrentur per infideles, & auaros dispensatores. ¶ Se quoq;. Quemadmodum, & diuites vnde in Euangelio pauperculæ viduæ
Mar. 12. oblatio duorum obolorũ prælata est diuitũ magnis oblationibus. ¶ Grata holocausta. Cordis contriti, igne charitatis incensi, & laudum ex mundo corde, & puris labiis procedentium. ¶ Quærite. Sic in Euangelio quærite, & inuenietis. ¶ Voce. Adest enim omnibus inuocantibus se in veritate, & alibi illic iter quo ostendam illi salutare meum. ¶ Vita æterna, quòd est infra; seruit.n. duobus substantiuis adiectiuum in medio positum. ¶ Genitor. Pius Deus est. ¶ Egenos. Pauperes Christianos, vt supra. ¶ Miseros. Vel sanctos patres intelligit, qui ante mortem Do-
Act.5. mini tenebantur captiui, vel apostolos, qui à Sacerdotibus fuerant in vincula detrusi, verum Angelos aperto car-
Act.12. cere illos eduxit, & mandauit; vt absq; metu constanter prædicarent, sicut deinde etiam Petrum de manu Hero-
Rom. 10 dis, aliosq; fideles multoties de uinculis tyrannorum liberauit, vide actuum hystoriam. ¶ Hunc. Dominum. Inuitantur hic omnes ad laudem Dei pro tanto beneficio nobis exhibito, nam proprio filio Deus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. ¶ Cœlum. Idest Angeli ciues cęli, quia eorũ sunt reparatæ ruinæ per Christi passionem. ¶ Tellus. Idest homines quorum terrena sunt habitacula, vt potè, qui domos habitant luteas; sunt.n. ex terra facti; & hi laudent, quia sunt redempti, & ascripti noui ciues in cœlo. ¶ Mare. Idest insulani ab vndis maris circundati, quia ad continentem uiuentem terram, quæ in cœlo est, sunt translati. ¶ Quæq; reptant. Idest animãtia quæq; uolucres, quadrupedes, & pisces; non quòd hæc irrationabilia possint Deũ laudare (ut dicit Alcoranus lib. Maumethi) sed quia hominibus præstant materiã laudandi creatorẽ in creaturis suis. ¶ Is. Dominus Deus. ¶ Syon. Idest Ecclesiam Christi toto orbe diffusam, dicitur autẽ Syon quia ibi cœpit quo ad Christi prędicationẽ in templo factam, & sacramenti Eucharistiæ institutionem, spiritusſanctiq; missionem. ¶ Condentur. Idest ædificabuntur. ¶ Iudæ. Idest Iudeæ vrbes, hoc est multæ particulares Ecclesiæ in diuersis locis instituentur; in quibus confitebuntur, & laudabunt nomen Domini non enim de materiali intendit hic urbium ædificatione, sed de spirituali Ecclesiarũ fundatione, ut Antiochena, Alexandrina, Romana, Constãtinopolitana, & cæteris penè innumerabilibus. ¶ Quas urbes. Antyptosis, nam eleganter quandoq; antecedens potius concordat cum relatiuo quàm cum uerbo. ¶ Muris. Diuinæ custodiæ, & Angelorum. ¶ Atq; mari. Sacramentorũ. ¶ Habitatores. Stabiles hi sunt ab Aposto-
F lis ad fidem conuersi, & maximè S. Martyres, qui plantatã in sanguine Christi Ecclesiã ipsi et quodammodo stabilierunt proprio sanguine. ¶ Colant. Idest habitent. ¶ Hæredes sui. Idest successores in fide, & moribus. ¶ Eis. Scilicet Ecclesijs. ¶ Septimus usq; nepos. Idest usq; in sempiternas generationes, nam septenario numero uniuersum tempus concludit, ut docet B. Gregorius super homelia mulieris peccatricis, de qua Dominus vij. dæmonia eiecit; ibi uideas, hę septem generationes colliguntur hoc modo. Doctor, puta Petrus, uel Paulus, dicitur pater; Discipuli eorum, sunt filij Imitatores, Nepotes; Scriptores uitæ, doctrinæ, atq; miraculorũ sunt, pronepotes, lectores, abnepotes prædicatores eorum, atnepotes auditores iterũ vij. est generatio, & sic deinceps usq; in finẽ sæculi, hæ spiritua

Atq; habitatores cunctis ex partibus orbis
Suscipiet stabiles; qui sua tecta colant.
Hæredesq; sui post se longo ordine nati,
Inscribentur eis septimus usq; nepos.
Et possessor erit quicunq; ex semine eorum;
Quos olim seruos scripserit ipse sibi :
Semine cumq; suo qui nomen amauerit ejus,
Æternas sedes hic habiturus erit.

les pro-

tes procedent generationes. ¶ Possessor. Ecclesiæ. ¶ Ex semine. Spūali intellige,non.n.in Ecclesia Dei succeditur p stirpes, & capita carnalia. ¶ Eorum. Apost. uel discipulorum,& deinceps. ¶ Olim. Potest significare tēpus præteritū, quia ab initio in libro prædestinationis ascriptos habet Deus, quos unli hæredes fieri, & cohæredes Christi: sed & futurum tempus respicere potest. ¶ Semine. Spirituali, vt supra. ¶ Eius. D. N. I. Christi. ¶ Aeternas. Sedes, in Ecclesia triumphante nam de tabernaculo Ecclesiæ militantis, sub quo in hac vita temporali degimus in continua pugna, transibimus in æternas mansiones Ecclesiæ triumphantis in cœlo: vbi semper cum Domino erimus, quod ipse Dom. N. I. Christus per meritum passionis suæ in hoc psalmo decantatæ concedere nobis dignetur. Amen. A

MAxime, & omnipotens, &c. Principium huius Psalmi, quod est ad literam. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina transumptum est ab Ecclesia Dei, & collocatum est ante omnes horas canonicas,quare credendum est hunc psalmum non solum à propheta pro liberatione sua à facie Absalon filii sui factum esse, sed etiam pro liberatione D. N. I. Chr. à persecutione populi Iudæorum,quem in primogenitum sibi, & carissimum delegerat ex cunctis populis, vt habetur Exodi 4. Item & decantatur frequentissimè ab Ecclesia pro liberatione sua à persecutione pessimorum filiorum suorum, qui in hæresim, uel in peccatum obstinationis lapsi sunt; isti enim familiares inimici grauius, & atrocius persequuntur Ecclesiam matrem suam, quàm tyranni fuerint olim persecuti maximè, quia prætenta gentium persecutio erat aperta & procedebat ex ignorantia veri: hæc autem est tecta dolis & hypocrisi, proceditq; ex pura malitia nolentium peccata sua tegere sub velamento falsæ sanctitatis, & simulatæ iustitiæ vnde & Cicero gentilium prudentissimus philosophus dixit illud hominum genus esse pessimum, qui tum maximè cum male agunt volunt uideri boni & est uerissima hæc sententia, iuxta quam dicit Hieronymus: simulata sanctitas duplex est iniquitas,potest etiam huius psalmi litera facile adaptari particulariter cuicunq; fideli oppresso ab aliqua repentina persecutione inimicorum, vel etiam domesticorum,vnde non metuebat sibi periculum imminere, quia nulla pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Ne tamen sim nimis prolixus capiam sensum à propheta intentum de Christi liberatione, de cuius passione in præterito psalmo uidimus. Dicit igitur D.N.I.Chr. in passione positus per modū orationis. ¶ Maxime. Et omni,esto,ad.mihi mis. precanti. Erat autem dominus Iesus in magna miseria positus, quo ad humanitatem suam, quando ab omni destitutus subsidio sese exposuit miseriis omnibus pro nobis sustinendis. ¶ Presto. Secundum aliquos est nomen gen. om.& indecli. alii putant potius esse aduerbium, vt cito mihi sanè uidetur nomen ex quo semper obtinet uicem appositi. ¶ Auxilio. Quod dupliciter ei præstitum est, & B in data virtute, ac roboris constantia ad ferendā patienter passionem pro nostra redemptione, & in accelerata resurrectione. ¶ Hoste infen. Sing. per plur. ¶ Cito. Ad me resuscitandum. ¶ Confundantur. Bona confusione ad pœnitentiam: quod & factum est (vt narrat Euangelista) multi enim qui vt viderunt signa in morte eius facta reuertebantur percutientes pectora sua. ¶ Vereantur. Pœnam sibi debitam pro grauitate peccati. ¶ Cæde. Et turpissima (vt dixit) sapientia condemnemus eum. ¶ Animam. Idest uitam à parte totum uel etiam animam intendebant perdere in infernum, quod opus maximè solet spectare ad tentatorem hostem. ¶ Auer. retror. Idest post me, in his qui pœnitentiam erant acturi, vel retror, & regiminis, & Sacerdotis dignitate in obstinatis. ¶ Rubescant. Bona, & mala erubescentia reddendo singula singulis: tametsi dicatur de malo pertinaci, frons meretricis est tibi, noluisti erubescere. ¶ Rubescentes. Hoc maximè de bona erubescentia, quæ procedit ex quodam uirtutis igniculo. ¶ Auertantur. A peccatis. ¶ Euge euge. Hic deridentis est, aliqn audo applaudentis; ne dicant in cordibus suis, euge euge animæ nostræ, alibi admiratiuè, ut in Esaia: Euge confractæ sunt portæ populorum, in Euangelio commendatoriæ: Euge serue bone, & fidelis, &c. Stat & adulatoriæ, ut in psal. C ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi euge, euge diuersimodè igitur pro locis accipiendum est. ¶ Viden. Pro videsne, deest dicunt alter ad alterum. Christo in cruce pendenti, hoc dixerunt Iudæi, sub illis uerbis, Vah qui destruis,&c. ¶ Exultent. Econtra de mea resurrectione, qui querunt te, &c. ¶ Domini honos. Gloriam enim patris D. I. querebat. quod & nos facere debemus, non nostram; cui rei contrarium fieri dolet Apostolus dicens, omnes quæ sua sunt quærunt nō quæ Iesu Christi. ¶ Morantur. Incognitum adhuc, ut manifestetur eis, uel morantur, idest expectant iudicem uenturum. ¶ Quem iam lap. arg. syd. colunt. Idest uenerantur, diligunt, & adorant. ¶ Ast ego. Christus filius tuus, in patibulo positus, uel in sepulchro conditus alieno. ¶ Pauper. Qui parum, uel nihil habeo, egens etiam modicæ aquæ ad sitim refrigerandam. ¶ Cunctis. Relictus etiam à discipulis, & Petro qui promiserat se mecum in carcerem, & mortem ire. ¶ Da pater. Dulcissimum nomen. ¶ Auxilium. Quo patienter acerba feram. ¶ Opem. Qua resurgens inualescam. ¶ Iam tandem. Post mortem crucis descensum ad inferos, & iam triduanam in sepulchro dormitionem. ¶ Quidue mor. Admirantis est, non increpantis. ¶ Ades. Ad me suscitandum, & educendum de sepulchro, et de Morte, Diabolo, & Mundo superatis triumphem. Amen.

Phil. 2.

ODE LXIX. EX PSALMO LXIX.

Deus in adiutorium.

MAximè, & oīpotens misero Deus esto precāti
Adiutor; pietas sit tua præsto mihi.
Auxilioq; intende meo iam iam premor hoste
Infenso, properet ni tua dextra potens.
Vt confundantur, facito vereantur, & illi;
Qui quærunt animam perdere cæde meam:
Fac auertantur retrorsum; facitoq; rubescant
Omnes, qui poscunt hæc mala tanta mihi;
Atq; rubescentes mox auertantur; & in me
Qui geminant plausus: Euge, uel euge viden.
Exultent qui te quærunt; lætentur & omnes
Qui dicunt Domini magnificetur honos.
Quiq; salutiferum deuoto corde morantur,
Syderea lapsum cœlitus arce colunt:
Ast ego pauper egens, cunctisq; relictus adoro.
Da pater auxilium da miseratus opem.
Tu meus adiutor; nec enim qui liberet vllus,
Te sine: iam tandem, quidue moraris? ades.

D IN te ſperaui Deus,&c. In hoc pſalmo petit genus humanum a perditorum filiorum multiplici perſecutione liberari, ſub figura Dauid prophetæ,& Regis poſiti in perſecutione filij ſui Abſalon; & quamuis etiam cuilibet fideli in anguſtia poſito conueniat litera, nos tamen priorē ſenſum tanquam vniuerſalem perſequemur, docentē, vnumquemq; cum opus fuerit anguſtiā ſuā dicit igitur humanum genus in hac valle miſeriæ poſt lapſum primi parentis relegatum. ¶In te ſperaui. Non in me, non in homine quopiam vel principe. ¶In æuum. Ideſt in æternum, vel in æuum ipſius generis humani quod durabit uſq; ad mundi finem. ¶Interitu. Animæ ſcilicet quē incurri propter peccatum cum morte corporis. ¶Tua. (Non mea) iuſtitia, quæ ſemper habet comitem miſericordiam. ¶Inclinare. More hominum, qui inclinantur, quando volunt miſereri alicuius. ¶Hic. Dum ſumus peregrini, & viatores; vbi locus eſt merendi, & demerendi. ¶Fige. Illuſtratione gratiæ tuæ, greſſus meos, Ideſt cogitatus, locutiones, & opera. ¶Vbi ſit iter ſal. Quod eſt, in obſeruatione mandatorum tuorum. ¶Protector. Contra

Eph. 6. tela ignea Diaboli obiecto fidei ſcuto, vt ait Apoſtolus. ¶Firma arce. Quæ eſt Eccleſia ſanguine Chriſti de manu fortis uiolenter arrepta, & munita ſanctorum Angelorum cuſtodia; torrente gratiarum circundata. ¶Caſtra. Hi ſunt Angeli qui duce Michaele, uallant Eccleſiam Dei ne leo ille rugiens qui ſemper quærit, quem deuoret, inueniat aditus vacuos; & irrtans diſpergat, & rapiat oues Chriſti. ¶Tu. S. Deus pater. ¶Parabis. In tempore oportuno: Dum mediū ſilentiū

Sap. 18. tenebunt omnia; & nox in ſuo curſu mediū iter peraget. ¶Firmam. Ideſt firmum fidei fundamē

1. Cor. 3. tum, quod eſt Chriſtus Ieſus, præter quod nemo aliud poteſt ponere, ut docet Apoſtolus. ¶Forte aſylum. Ideſt tutiſſimum refugii locum, qui eſt petra illa timidis refugium ericiis; petra autē erat Chriſtus, Paſſio enim Chriſti, & crux eius eſt maximè tutiſſimū peccatoribus refugium. ¶Tutus. A mundo, quem calcaſti; à carne, quā maceraſti, à Diabolo, quem ò domine Ieſu tu ſuperaſti: & ſignum in quo uincatur nobis dediſti. ¶Ineſſe. Ideſt intus in corpore tuo habita-

E re. Vnde Auguſtinus, ò homo, ſi tibi fert animus congredi cū his hoſtibus. Chriſtus eſt dux, & ſignifer fortiter præliantium, crucis eius uexillum ſequere; quòd ſi timidus es, ut lepus ad petram confuge, in uulneribus eius abſcondere; inde nulli dabitur te extrahere. ¶Triplici hoſte. Diabolo, Mundo, & Carne; uel de quibus infra in uerſibus proximis. ¶Aux. trip. Vt paulo ſupra dixi. ¶Auara. Phariſeorum qui (ut habetur in Euang.) erant auari, quales & nunc ſunt mali religioſi; qui ſub ſpecie paupertatis monaſterij auariciam palliant ſuam, hoc exinde apparet, quia aurum in archis propriis recundunt, ut prælationes emant, etiam ſeculares. ¶Iniqui.

Matt. 13. Iudicatorum, & prælatorum noſtri temporis cœtus (de malis loquor) qui grauia, & inſupportabilia populo onera imponunt; digito autem ſuo ſarcinulas non tangunt, & prælaturarum bona, quæ pauperum ſunt, & inter egenos eſſent diuidenda ſibi appropiant. inde nepotulos & proximos locupletant; inde ſuæ nutriunt fomenta Luxuriæ.

Luc. 11. ¶Contra leg. operan. Scribæ, & Sacerdotis, ac doctoris tam antiqui, quàm moderni, de illis dicitur in Euang. uæ uobis iuriſperiti, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, uos non introiſtis, nec uolentes intrare permiſiſtis; hi ſunt qui mandata hominum docentes legem Dei præuaricantur. Deus enim dixit honora patrem, &c. Vt in Euang. hi

Rom. 10. ſunt (de quibus ait Apoſtolus) qui ſuam uolentes iuſtitiam conſtituere Dei iuſtitiæ ſunt inimici; hi ſunt Sacer-

Oſe. 4. dotes, quorum labia ſcientiam cuſtodire deberent; unde legem Dei requirant homines: ſed proh dolor, ſcientiam à ſe repulerunt; ideoq; repellendi à Domino ne ſibi ſacerdotio (ut ait propheta) fungantur. Iuris uero Doctores ad omnem ſenſum leges pro libito trahunt retrahuntq;, nigrumq; (ut ait uates) in candida uertunt; dicentes

F malum bonum, & bonum malum. Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas, quid plura? iam: non lege, ſed uiuitur opinione; noſco ego aduocatum ualde metuendum qui cauſas omnes ſeſe defenſurum profiteatur. Ab his tribus continuis hoſtibus genus humanum agitatur, ab his per D. N. I. C. poſtulat ſe defendi, lex enim ſæpe perit à Sacerdote, conſilium à prudente, & ab auaris miſericordia prælatis. ¶Tu. S. D. I. C. qui dixiſti in multa pa-

Luc. 21. tientia poſſidebitis animas ueſtras; & qui in cruce pendens manſuetus ut agnus coram tondente non aperuiſti os

1. P. 2. tuum; & cum maledicereris, non maledicebas; cum patereris non comminabaris; ſed econtra benedicebas, & pro crucifixoribus orabas, ſpeculum nobis, & exemplum patientiæ te ipſum tradidiſti. ¶Patientia. Eſt ea, de qua Sa-

Iac. 1. piens canit. Maxima enim morum eſt ſemper patientia virtus: & de qua Apoſtolus, patientia opus perfectū habet, & alibi, patientia verò ſpem parit, ſpes autem non cōfundit, maximarum virium eſt patientia vnde quidam ſapiēs dicebat, patientia obtinendum eſt, quod gratia impetrari non poteſt; quid ergo deſperas in tribulatione homuncio? ſi peccando meruiſti (quis eſt enim qui non peccet?) Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt; attende paralyticum xxxviij. annis in lectulo iacentem; conſidera omnem huius mundi pœnam æterna eſſe leuiorem; animaduertere, quia Deus bis non punit idipſum; per huius uitæ anguſtias purgatorij ignem euadis; qui, & ſi non ſit æternus, excedit tamen (vt ait Auguſtinus) omnem pœnam, quam quis in hoc ſæculo pati poſſet, vt ex-

In patrū exemp. pertus eſt, infirmus quidam de corporali ægritudine in illum ab Angelo tranſlatus, ut pro triennio ægritudinis manſuræ triduum ibi expleret: ſed acerbitate pœnæ prægrauatus tres horas pro tribus annis reputabat; optauitq; adhuc xxx. annis aliis in lectulo ægritudinem ſuſtinere, quàm triduum in purgatorio explere, vide in libro de vitis patrū. Quòd ſi doles ſuſtinere, qui non peccaſti, & quereris; reſpondebat tibi dominus Ieſus in Cruce pēdens,

ODE LXX. EX PSALMO LXX.

In te Domine.

IN te ſperaui Deus, haud confundar in æuum;
Liberet interitu me tua iuſtitia.
Inclinare meis precibus digneris, & aures;
Hic vbi ſit greſſus, fige ſalutis iter.
Tu protector eris; firmaq; locabis in arce:
Vt ſaluum facias caſtra refecta dabis.
Tu firmamentum, tu forte parabis Aſylum;
Ad quod confugiens tutus ineſſe queam.
Et quoniam triplici dudum premor hoſte ſequente
Auxilium triplex tu Deus eſto mihi.
Dura, & auara manus me peccatoris iniqui,
Et contra legem cuncta operantis agit.
Tu mea iamdudum patientia, ſpeſq; iuuentæ
A teneris didici iam tot acerba pati.
Ex vtero matris ſum confirmatus; & vſq;
Ex te, in te, per te, cuncta pericla feram.
Namq; meis protector ades genitricis ab aluo:
Me licet obruerit quicquid in orbe graue.

A

quod S. Petro mart. tradit respōdisse, q biēnio in carcere reclusus iniustè, lamētabat, dicēs Dom. q̄d feci? & ego (ait) quid feci? vt à meis contribulis hæc paterer? respice sanctos martyres; numera & pondera eorum tormenta si potestatq; cum Thobia iusto facultatibus denudato & excæcato consolare remedium saltem consolationis æternæ sperādo; Dicito cum patientissimo Iob. dominus dedit dominus abstulit, vt domino placuit factum est, sit nomen domini benedictum. Item: si bona de manu domini suscepimus, mala quare non sustineamus. gaude igitur, quia dignus habitus es vt sanctorum passioni communicans eris & particeps eorum gloriæ: nam (vt ait Apostolus) qui participes sunt tribulationum erunt & consolationum: si quidem & sapiens Socrates, vxori eum innocentem perimi vociferanti respondit. Innocenti satius esse mori, quàm nocenti; Sed iam ad rem redeamus. ¶ Iuuentæ. Generis humani; pueritia vsque ad legem, nam infantia vsque ad diluuium, à lege Mosis vsque ad Christum adolescentia, quæ tamen ætas ab Apostolo in pueritia connumeratur; quoniam tali sit homo ætate sub curatoribus, & actoribus tametsi de tutela exierit. Dicit enim quanto tempore hęres paruulus est, nihil differt à seruo cum sit sub tutoribus & actoribus vsque ad tempus à patre diffinitum, porrò genus humanum est hic hęres vsque ad Christum paruulus, quod erat tempus à Deo patre diffinitum, & alibi ait, lex pedagogus fuit. iouenta ergo à Christo in quo & per quem spes cæpit humanæ salutis: nisi enim (vt Sanctus ait Maximus in sermone de martyribus) sancti martyres aliam vitam multo hac beatiorem sine dubio sperassent, nequaquam pro Christo præsentem ita facile contempsissent: cum præsentia magis moueant quàm futorua; nec nisi rara & excelsa virtus commutat futura con præsentibus. ¶ A teneris. Vtile est à teneris assuescere: ab assuetis enim non fit passio, & si qua fiat non tam acerba. ¶ Pati occisione. In Abel, & prophetarum, afflictionem iustorum ante Christi aduentum. Bonos enim mali semper prosecuti sunt, & prosequentur; Pax erit hæc illu quandudum permanet orbis, Cum pecore infirmo quæ solet esse lupi: vnde & dominus dixit: ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. ¶ Ex vtero. Matris, synagogę, dum bona esset: ea enim fuit mater Ecclesiæ sponsæ Christi: vel ex vtero idest lege data Moysi, q̄ Christo (vt aiunt doctores) grauida erat, & per consequens corporis sui mystici. vel tertio ex vtero Ecclesiæ omnium fidelium matris: qui est baptismus in quo, & ex quo nos omnes renascimur vnde dominus in Euang. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum Dei. Vnde bene subdit per anadiplosim.

Thob. 3.
Iob. pri. & secun.
Mat. x.
Io. 3.

Nec minus ore fluent in te mea cantica de te;
Exibit modulis dulcior oda nouis.
Carmina mellifluæ semper mea lingua sonabit
Quàm sis adiutor fortis ad omne malum.
Me licet insulsum totus derideat orbis;
Nam videor monstrum, prodigiumq; malis.
Ros matutinus supero descendet olympo;
Et mea laude tua regleat ora precor.
Quanta sit vt moneam populos tua gloria cantu;
Quam mihi magna manus cunctipotentis adest.

B

¶ Exter, in te per te. Ex ipso namquam (ut ait Apostolus) in ipso & per ipsum omnia nostra bona sunt & sine ipso nihil est boni, vel ex te patre, in te filio, & per te spiritum sanctum feram ora. ¶ Vsq; in finem. ¶ Genitricis ab al. Tautologia est Τὸ αὐτόν. Bis idem, uel hic de utero Ecclesiæ, supra de uentre synagogæ, potest etiā ad literam intelligi de utero matris uniuscuiusque, nam à multis quę tunc imminent periculis fœtum protegit cōceptum, ne cadat in abortum. ¶ Obruerit. Per hoc denotat maximā persecutionis molem, quam sępe bonorū gener. à malis est perpessa, patitur usque in finem sæculi. ¶ Quicquid graue. Vnde quidam martir tyranno omnia tormentorum genera minitāti sic respondit, exilium minaris? omne solum forti patria est, feras mihi obijcies? audito Christi nomine mansuescunt & ad alia per ordinem id quod dicit Apostolus, quis nos separabit à caritate Christi, tribulatio, an nuditas, an fames & reliqua quæ ibi ponuntur vsque ad finem capituli. ¶ Nec minus. Quàm si non patere hoc est enim vnū ex signis quo veri cognoscuntur electi: si veluti vasa plena, cum percutiuntur nō remurmuront: sed inde potius Deo gratias aguot, quòd digni habiti sint pro Christo contumeliam pati; ècontra de malis est scriptum, tunc cum benefeceris illis laudabunt te domine. ¶ Cantica. Non psalmorum tantum, quæ nunc exponimus, sed etiam alijs à doctoribus edita fidelibus. ¶ De te. Non vanis dę rebus vt olim à gentilium vatibus. ¶ Modulis. Idest dulcibus rithmis, quales sunt hymni, qui diuinis laudibus cantant. ¶ Mea lingua. Cuiusuis boni lingua, Ecclesiæ lingua est. ¶ Ad om. malum. Culpæ vt inde surgam, & pœnæ vt refrigerer. ¶ Insulsum. Vtpotè in te crucifixo: sed & qui resurrexisti, sperantē vnde Apostolus. Prædicamus Christum crucifixum iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis verò credentibus Dei virtutem & sapientiam. ¶ Orbis. Pro malis habitatoribus eius, hic ponitur, vel est hyperbole, stultorum etenim infinitus est numerus qui simplicitatem Ecclesiæ Dei deridet. ¶ Monstrum. Tanquam mortuū, & crucifixum caput habens, sed & viuit Christus, nobisq. æternam donaturus est vitam. ¶ Ros matut. Metaphoricè loquitur, idest cœlestis illustrationis gratia, quæ matutinos edocet viros, quando sensus in Deum sunt magis eleuati; sicuti ros mane de cœlo cadens irrorat herbas & plantas, facit eas crescere, præmonitq; aduersus diurnum feruorem: sic matutina Dei gratia hominum corda irrigans facit eos crescere de virtute in virtutem, & contra tentationes dici pręmuniūt. ¶ Laude tua. Nota contra maledicos, & male deuotos, quos non in choro diuina laus: sed detractiones & scurrilia replent; non attendentes illud Apostoli, quòd maledici regnum Dei non possidebunt, & susurrones ac detractores idem Deo dicat esse odibiles; quòd què à Deo maledictus est qui facit opus eius cum negligentia. ¶ Quanta. Tanta quidem vt cœlos impleat atque terram. ¶ Gloria cantū. Propterea quotidianis cantat in horis Ecclesia in psalmorum fine cunctorum. Gloria patri &c. ¶ Magna manus. Magni domini magna facit & opera: sic & beata virgo canit, quia fecit mihi magna qui potens est & san. no. eius.

Rom. 8.
Act. 5.
Ps. 48.
1. Cor.

C

1. Cor. 6.
Hyer. 48.

Ne me proiicias gelidæ cum dura senectæ
Desuper ingruerint tempora, quæso Deus;
Cum mea me virtus defecerit, atque virile
Distulerit robur languida canicies.
Ne me destituas tu; cuius robur, & anni
Nunquam deficiunt: nec valetudo minor.

¶ Ne me proijcias. Tanquam onus vile: mali quippe oneri sunt domino, sicot ait Hyeremias. Vos estis onus meus, proijciam quippe vos. ¶ Gelidæ sen. Cum ita abundabit iniquitas & multorū refrigescet caritas: vt veniens filius hominis uix inuenturus sit fidem in terra, tunc enim erit (vt puto) generis humani senecta: cui temporibus nostris appropiamus, iam enim sunt illi homines aman

Mat. 24.

tes

Nam condixerunt fortes, inimicus & illi
Deprędari animam qui cupiere meam.
Tempora captantes ſimul hoc iniere repente
Conſilium; cuncti deſtituere ſenem.
Hunc quoq; deſeruit miſerum Deus ipſe, ſequamur
Illicet inualidum perdere poſſe patet.
Nunc, o, nunc properemus eum deprędere: non eſt
Qui ſaluet, noſtra diripiatue manus.

D tes ſeipſos &c. ¶ Ingruerint. Ideſt repente aduenerint; nã dies domini venit vt fur. veh illis quos minimè inuenerit vigilantes. ¶ Virtus mea. Qua ſuſtentor abs te, hæc eſt charitas, de qua ſupra. ¶ Virile robur. Hæc eſt fides, quæ ab Apoſtolorum, & martyrum ætate, quando virebat paulatim deinceps minuitur & quotidie longe facit humanum genus à Deo cui ſola fide placetur, & appropiatur, quia per fidem Deus habitat in cordib⁹ noſtris, cũ tota defecerit tunc morietur, quia iuſtus ex fide uiuit. ¶ Lang. can. Hæc eſt feruoris defectus orationis; nam ſicuti in ſenibus ex naturalis coloris exiguitate crines prius fului caneſcunt, ſic orationes fidelium diminuto deuotionis feruore adeo langueſcunt ad cœlum vt iam conſcendere non poſſint. ¶ Tu. Deus, qui æternus es abſq; principio & ſine fine. ¶ Val. mi. Qualis eſſe ſolet in ſenibus, vnde & à doctoribus dicitur omnipotens pater, ne per ætatem minus filio poſſe videatur, quaſi iuuenum & non ſenum ſit robur; ſapiens eadẽ ratiõe dicitur filius: ne per ętatem minus ſapere videatur, ꝙ proprie ſenum eſt manus: at ſpiritus ſanctus in quandam videtur elationem ſonare, vnde omnis oritur diſſidij materia; ideoque charitas, & attribuitur ei, quãuis eædem proprietates ſingulis conueniant perſonis. lege ſymbolum Athanaſij. ¶ Condixerunt. Pulchrum eſt verbum; conuenerunt & confœderati ſunt. ¶ Fortes. Iſti omnes Eccleſiæ inimici ſunt perſecutores aperti, ſiue hæretici, & hyppocritæ occulti, qui omnes aduerſus bonos quos dato tempore oppugnant, perpetuas gerunt inimicitias. ¶ Depredari. Iſti ſunt dæmones, qui omnem ſubſtantiam oppugnatorum dimittunt amatoribus ſuis; animas uero virorumque ſibi in partem retinent prædæ. ¶ Ani. me. Loquitur autem in vna omnium perſona. ¶ Tempora capt. [Matt. 13.] Quando ſerui patris familias, qui bonum ſeruit ſemen plus ſolito dormient, & debito, ideſt quando prælati negligenter agunt officium ſibi iniunctum. ¶ Repente. Quia improuiſa magis læduut. ¶ Cuncti. Boni prælati, & Angeli, qui tunc videntur Eccleſiam deſerere, quando ab ambulantibus in ſua deſideria, prælatis ſpernunt quando neq; aquieſcunt eorum inſpirationibus. ¶ Senem. De quo ſupra. ¶ Deſer. Deus. Propter eorum peccata quibus aliquãdo ſubtrahit lumen illuſtrationis ſuæ, ut qui per ſuperbiam peccauerunt, conſiderantes fœditatem peccatorum ſuorum humilientur, & deinde iterum uiſitati reſurgant fortiores. ¶ Ipſe. Habet enphaſim; qui tantum pro eo laborauit, non eſt tamen uerum, quòd eccleſiam ſui filij ſanguine redemptam deſerat Deus, cum dicat. non deſeram te, neq. derelinquam: ſed ita uidetur malis, quando permittit Petri nauiculam dormiente forſitan gubernatore, uel remigibus lentè ad illius mandata ſeſe mouentibus aliquo turbine repentino fluctuare, non tamen mergi; quia non dormitabit neq. dormiet qui cuſtodit Iſrael. ¶ Sequamur. Ideſt perſequamur, Aphereſis eſt. ¶ Illicet. Pro illico. I. ſtatim, quia ſemper nocuit differre paratis. eſt autem per syncopen quaſi finito negocio quis dicat ire licet, quo audito uerbo, quia omnes recedunt ſubito ideo ponitur pro ſtatim. ſacrificuli deorum gentilium execrandis eorum pactis ſacrificijs hoc utebantur verbo; loco cuius venerandi ſacerdotes noſtri, peracta re diuina dicunt. Ite miſſa eſt. ſ. hoſtia in odorem ſuauitatis ad patrem Deum. Illico licet idem ſignificat, non tamen eo compoſitum eſt modo; nam ex illo componitur & loco, hæc duo aduerbia loci non ſemper ſunt aduerbia: ſed & temporis vt hic. [Heb. 13.] ¶ Inualidum. Ex ſe; Deus enim eſt hominis fortitudo, refugium, & virtus: vt in alijs ſæpe dictum eſt pſalmis. [Ioſ. pri.] ¶ Nunc, o, n. t. Affectum, & morem exprimit properantium qui captata temporis, vel alterius occaſionis opportunitate ſeſe inuicem exhortantur. ¶ Qui ſaluet. Mentiuntur; nam alligato forti, fortior eo ſuperueniens prædã ex unguibus dirripit, vt in Euang. ſaluator ergo [Matt. 12.] non ſaluabit?

Ne procul abſcedas à me pater optime feſſo
Reſpice in auxilium protinus oro meum.
Deficiant omnes & confundantur abacti,
Obijciunt animæ qui maledicta meæ.
Hoſq; ſimul tegat opprobrium & confuſio digna
Immerito quærunt qui mala tanta mihi.
In te ſperaui velut hactenus inq; futurum.
Abs te defendi ſpes mea ſemper erit.
Cum fuero liber, per teq; in limine tutus.
Laudibus adijciam carmina ſumma nouis.

¶ Ne procul. Qui ubique eſt quo pacto procul abibit? ſed longè ab impijs dicitur eſſe dominus, ſubtrahendo ab immeritis protectionem ſuam; loquitur autem hic homo ad pueri ſimilitudinem à manu paterna paululum dimiſſi, ſi quid horridum aſpiciat. ¶ Oro. Nullum melius afflicti remediũ quàm ad orationem cõfugere, maximè cum non habeat ex ſe vltra q̃d faciat. expertis credite; nulla tam grauis oppreſſio etiam propriæ mortis ineuitabile periculum homini imminet quin per humilem, deuotãq; orationem, aut euitetur, uel adeo fiat tolerabile: vt de patientia magis gaudeat & glorietur? q̃; prius ex acerbitate doluerit. ¶ Deficiant. Quod mihi minantur malum, non poſſint opere complere; non enim permittit Deus vt omnia, quæ cogitarãt impij mala, protinus opere compleant alioquin toto q̃; primum cuncti ex orbe tollerentur boni. ¶ Abacti. Ideſt reiecti tanquam ab armento procul effugati. ¶ Maledicta. De quibus ſupra. ¶ Oppro. Ideſt vilipendium. ¶ Digna. Quia quod alijs parauerant, ipſi patiuntur; vnde quidam gentilium poeta (Aegiptios quippe licet expoliare) Nec enim lex iuſtior vlla eſt, Quàm necis autorem morte perire ſua, de perillo intelligens; poſſent etiam hæ impræcationes, ita intelligi vt potius eorum conuerſionem, quàm damnationis æternæ vindictam expoſcere videatur. ¶ Semper. Nota contra eos, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. ¶ Liber. A præſſuris grauioribus, quæ aliquando in tantum onerant Eccleſiam Dei; vt non poſſit debito tempore ſolitas domino laudes offerre; quod martyrum tempore ſæpe legimus factum fuiſſe: & nunc etiam fieri credimus in Græcia, cæteriſque partibus Orientis, quas occupauerunt Turcæ perpetui Chriſti nominis inimici. ¶ Per te. Quia per me non poſſum. ¶ In limine. Id eſt in ſecuritatis initio. Quòd quantum pertinet ad Chriſtianorum tempora fuit in diebus Imperatoris Conſtantini a. b. Syluestro Pontifice ad fidem conuerſo; tunc enim cœpit Eccleſia reſpirare. vide hiſtoriam conuerſionis eius in vita Syluestri Pontificis prædicti. ¶ Carm. ſumm. Ideſt alta, & magna, vel vltima. Puto autem de ſacris hæc hymnis intelligenda, quos varij Doctores compoſuerũt; & quotidie diuinis in laudibus cantantur. ¶ Nouis. Deeſt cũ, nouis laudibus. ¶ Iuſtitiæq; tuæ. Vel qua nos in præſenti caſtigas, ne in æternũ mittas interitum. vel futuræ, quæ

Iustitiæq; tuæ præconia celsa tonabit;
Atque salutaris nuncia lingua tui.
Et quia res animos velut inflatura superbos
Cognita non fuerat literatura mihi.
Simplicitate fruens multo potiora secutus:
Ecce potentatus ingrediar domini.
Iustitiamq; tuam solum memorabo: relictum
Qua suscepisti, qua miseratus ades.
Mi Deus à tenera & viridi nunc vsque iuuenta
Cuncta sciens solus tu mihi doctor eras.
Admirabilium quæ me de lege monebas,
Nuncius in populos præco fidelis ero.
Tu modo in effætam me linque nec vsque senectam,
Desere nec senij tempura cana mei.
Dum mea sit fortis prænuntia lingua lacerti,
Venturum secli per genus omne noui.

A

in morte vniuscuiusque à domino exercetur in singulos, & in extremi iudicij horrenda die in vniuersos exercebitur. ¶ Præconia celsa. Idest laudes altà voce declaratas, vel à Dei verbi præconibus in celso loco publicatas, porrò, præconium fit à præcone idest tubicine. ¶ Tonabit. Hoc verbum prædicatores maximè tangit, qui minis tonant aduersus peccatores; vnde per prophetam mandat ordini eorum dominus dicens. Clama ne cess. q. ea. ex. vo. tu. an. p. m. scelera eorum & alibi, vox inquit clama, & subiungitur quid clamabo? omnis caro fœnum & gloria eius flos fœni. ¶ Salutaris. Idest Iesu, qui salutē attulit mundo. ¶ Qui su pbos nō ideo sapientiæ student, vt p eos dominus laudetur, & ad communem populorū vtilitatem: ea enim res publica vt aiebat Plato) bene regitur, in qua sapientes temonem regunt. ¶ Literatura. Idest literalis sensus, scientia, quæ inflat (vt ait Apostolus) charitas autem ædificat; est autem omnis scientia humana, in qua solus inest literalis sensus, & quam aliquis propter auaritiam propriam, uel humanam adipiscitur gloriam, potest etiam intelligi de litera diuinæ legis de qua idem Apostolus, litera occidit, spiritus autem viuificat. ¶ Simplicitate. Columbina, quæ est vt neminem fallamus, & sicut columba felle caret, ita nos amaritudine animi in proximos & dolo careamus. vnde & dom. ait. estote simplices, sicut colūbæ, cuius vij. ꝓprietates cū vij. spiritussancti donis cōuenictib. nec non & vij. beatitudinib' Euāgelicis in ode saphica cecinimus de epiphania, ibi vide. debet tamen huic simplicitati addi serpētis prudentia, ne fallamur ab astutiis diaboli vel membrorū eius, alioquin vocaretur fatuitas. vnde & Apostolus malitia (inquit) pueri estote, sensu verò prudentes. ¶ Potiora. Quā literarum peritiam secularium, nam potior est animæ quàm linguæ eruditio. ¶ Potentatus. Aliqui intelligunt, id sensum legis spiritualis, in veteri testamento clausa: sed in nouo aperta, eoque inde sumantur arma potentia ad destruendum munitionem extollentem se aduersus legem Dei. ¶ Vel potent. Idest in cœlum vbi sunt potestates, angelicæ quibus homines sancti & fortiter per lege Dei decertantes aggregabuntur; vt docet Gregorius in homilia, incipiente. Aestiuum tempus: vbi docet Angelorum ruinas per omnes choros ex sanctis reparandas. ¶ Iust. Qua cōtra impios boni à domino defenduntur & si non sese emendauerint, vindicantur. ¶ Relictum. Scilicet genus bonorum, qui sępe à mundanis principibus relinquuntur indefensi. ¶ Suscep. Sub scuto tuæ protectionis. ¶ Ades. Ad adiuuandum nā iusto domino conuenit auxilium sanctis suis oppressis offerre. ¶ Tenera. Tres sunt cuiusq; ętatis gradus tenera, viridis, que & adulta dicitur & pręceps, de ætatibus Ecclesiæ supra diximus. ¶ Solus doctor. Nam & per inspirationem interiorem, quæ sunt legis naturalis homines docuit, deinde per Angelum legem veterem Moysi dedit, subinde per prophetas erudiuit. demum & filium suum nobis in doctorem dedit. ¶ Admirabiliū. De Christo venturo primo, deinde & de illis, quæ cum venit, ab eo facta sunt, postremo ab Apostolis, cœterisque eorū successoribus. ¶ Præco. Idest tubicen, qui alta prædicat voce. ¶ Effœtam. Idest euacuatam viribus, & sensu hoc est virtutibus, & deuotione, vt in superioribus satis diximus, nā vt ait Apostolus erunt in nouissimis diebus, instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes & cœtera. ¶ Senii. I. decrepitatis à lxx. vel lxxx. annis, in qua semꝑ solet senex esse cutu' & cui, vires animi corporisq; deficiunt. hæc autem sunt Antichristo proximiora tempora, de quibus dictum est. ¶ Lingua mea. Hic est prędicatorum ordo. ¶ Fortis lacerti. Idest duræ in malos ultionis D. N. I. Chr. quam in iudicii die exercebit; & quotidie in aliquorum increpatione ostendit iniquorum. est aut methonymia, lacertus domini, qui est Christus ponitur ꝓ eius potenti iustitia. ¶ Noui secli. Quod à Christi natiuitate incępit; tunc enim à domino oīa facta sunt noua.

2.Cor. 3.

B

1.Cor.10

2.Th.c.3

Vtque potestatem, qua cœlo sydera norunt
Certa lege suas euariare vices.
Vt quæ fecisti in terris magnalia narrem
Iudicium rectus, iustitiamq; pius.
Præcipuæ mecum, quanta pietate repellens,
In regnum rursus qua bonitate vehens.
Quis tibi par sursum? similis tibi quisve deorsum?
Qui pius, & iustus sit simul, atque semel.
Quàm grauis, & quoties in me tribulatio dura
Mota est te veluti patre minante mihi.

C

¶ Potestatem. Subaudi enarrem, quod est infra. est autem ea de qua in Euang. Data est mihi (dicit domin') omnis potestas in cœlo, & in terra. Matt.vlt. ¶ Cœlo. Vel ad literam, non enim eodem cursu mouentur omnes cœli, nec astra: nā firmamētū ab Oriente ad Occidētem continè mouetur, trahitque secum cœteros orbes planetarum, & quōtumcunq; astrorum, vel inuitos; qui tamē quosdam motus singuli proprios habent; de quibus videto Astrologos. & Isidor' aliquā sub compēdio ponit in libro ethimologiarum. Vel in cœlo idest in Ecclesia Dei, quæ in Euang. sæpe regnum appellatur, cœlorum sydera sunt sancti, & maximè doctores variarum scientiarum bonarum, & quibus ipse bene vtuntur, vt sacra theologia, canonica, & ciuilis scientia, quibus spirituales viri & sæculares, eorūq; negocia disponuntur & reguntur. ¶ Certa lege. De qua in sapientia, quando certa lege & gyro vallabat abyssos. ¶ Vices. Vt diurnas sol, nocturnas exequatur luna, & stellæ, aliasque de quibus iam dixi, doctoresq; variant vices suas; quia vnus circa vnam versatur facultatem, & alter alteram, neque sese mutuo impediunt, modo, finibus vnusquisque suis velit esse contentus, nec falcem in alienam messem ponat; non enim Ecclesiasticus ordo confundi debet. ¶ In terris. In mundi creatione aliqua ponuntur mirabilia ad terras pertinentia, deinde in missione diluuij postmodum in linguarum confusione, & quæ circa patres antiquos antequam ingrederentur

D rentur Aegiptum, & subinde vsq; ad Christi aduentum, in veteri testamento narrantur, & rursus ea mirabilia, quæ facta sunt à Christi conceptione vsq; ad consumationem actuum Apostolorum;in nouo habentur testamento alia infinita, quæ post illa per sanctos martyres, cæterosq; seruos suos Deus operatus est in variis opusculis, quæ à diuersis fidelibus uiris sunt conscripta,ut licet legere cupientibus ea noscere, multa etiam in hoc psalmorum libro enarrantur. ¶ Rectus, & pius. Ideo simul dicitur Dominus;quia nunquàm sine misericordia est eius iustitia, & ècontra. ¶ Pietate. Hoc videtur ad regem Dauid tantummodo posse referri, qui cum ex horribilibus peccatis meruisset non solum expelli: sed etiam necari, veruntamen à Domino fuit misericorditer per fugam conseruatus, & deinde per infatuationem consilij Archithofel ab imminenti subita persecutione protectus, subinde per mortem Absalon iterum in regnum est restitutus. ¶ Sursum. Ex his, qui in cœlo sunt Angelis. ¶ Deorsum. Ex hominibus,quasi dicat nullus; quia nulla tanta similitudo inter creaturam, & creatorem potest assignari (vt ait Innocentius Papa in decret.) quin maior inter eos sit notanda dissimilitudo. ¶ Pius, & iustus. Vt supra dixi, misericordia semper iustitiam concomitante; minus enim semper punit quàm mereamur, & maiora meritis elargitur præmia. ¶ Grauis. De qua supra. ¶Quotiens. Diuersis temporibus. ¶ Patre min. Si benè dixerimus Deus nobis pater est: sin male, vindex. ¶ Correcto. Loquitur in persona infirmorum, qui tametsi cadant per humanam fragilitatem, nihilominus ad inspirationes diuinas resurgunt, & seipsos corrigunt. ¶ Motus omnis. Pœnæ comminatæ ad te. ¶ Regno. Hoc maximè verificatum est in populo Dei ante Christi aduentum; eius per prophetas peccanti fiebant excidij comminationes,& rursus correcto parcebatur, vt patet in libro totius testam. vet. ¶ Examinatus eram.

de fid.ca. cap.fin.

Correcto demum flexus pietate paterna,
Atq; pepercisti motus, & omnis abit.
Excidium regno simul, interitumq; minatus,
Cum mihi sæpè fores; exanimatus eram:
Sed tamen inde mihi vitam, regnoq; salutem
Indulsisti iterum, ceu pius,atq; parens.
Meq; reduxisti de tetro rursus abysso.
Ad superos redeo viuificatus adhuc.
Multiplicata mihi tua magnificentia; nam me
Es consolatus, versus in auxilium.
Hinc te veridicum psalmis, hymnisq; fatebor,
Vt lyricen psaltes Israel alme Deus.
Tunc exultabunt cantu ceu nectare labra
Quemq; redemisti spiritus ore necis.
Iustitiamq; tuam lingua meditabor in ipsa
Quotidie explosis hostibus arce meis.

Pater timore mali semimortuus. ¶ Inde. Ex eadem misericordia paterna. ¶ Mihi. Populo tuo fideli. ¶ Vitam. Per nouæ gratiæ infusionem. ¶ Salutem. Per immissionem salutaris promissi; de quo supra: hoc est enim illud regnum Dei, de quo dicitur regnum Dei inter uos est; & alibi: profecto venit regnum Dei. ¶ De tetro abysso. Idest de profundo peccatorum: vel de obscura legis intelligentia ad claritatem Euangelij. Item pro his qui in Lymbo, idest sinu Abraæ potest hoc dictum esse,qui per Christum educti sunt ad cœlos, nec minus bene pro captiuitatibus, & miseriis tam populi antiqui ante Christum, quàm ex pressurarum grauitate fidelis populi tempore diuersarum persecutionum,quando Christiani latebant in cauernis, & speluncis præ nimia persequentium atrocitate. ¶Magnificentia. Tam in donis spiritualibus, quàm etiam in temporalibus à Constantino Imperatore citra, tunc enim cepit decus Ecclesiæ crescere. ¶ Consolatus. Per Catholicos principes, & Pastores sanctos, Doctoresq; excellentes. ¶ Verid. Mendaces quidem sunt homines, Deus autem semper verax est. ¶ Lyricen. Idest lyra canens, & cithara. ¶ Psaltes. Græca est dictio, latinè cantor maxime psalmorum. ¶ Israel. Casus est geni. per sistolen. lunga correpta, magis ex necessitate huius dictionis, quàm carminis; nam ex quo significat Deum videns, nolui propter syllabæ quantitatem perdere mysticam significationem ponendo alteram pro ista. ¶ Nectare. Idest dulcedine. ¶ Redemisti. Morte vnigeniti tui. ¶ Ore necis. Quod est infernus. ¶Iustitiam. Qua Diabolum & imitatores eius æterno perdes supplicio. ¶ Lingua meditabor. Mirantur multi, quo possit lingua meditari, cum potius istud sit opus cordis: sed aduertant poetis hoc maximè conuenire, qui carmina simul corde, dum ea componunt,& lingua frequenter uersant; quicumq; etiam ea, quæ lingua sonant,& corde seu affectu sentiunt, meditari etiam lingua dicuntur. ¶Quotidie. Nam & septies in die laudes sunt Domino decantandæ. ¶ Explosis. Cum derisione, & subsanatione, manuumq; strepitu effugatis, atq; exsibilatis. ¶Hostibus. De quibus supra. ¶Arce. Idest ab Imperio,nam per Constantinum Augustum gentilium idolatria ab vrbe Roma,quæ caput Imperij orbis erat, eiecta fuit, per gratiam D. N. I. Chr.

Luc.17. Matt.12.

E

F IVdicium Deus, &c. Monet Propheta Ecclesiam omnem D.N. I. Chr. esse verum Dei filium, & hominem ex regia stirpe sua nasciturum, iudiciariamq; potestatem à Deo patre super omnes habiturum; propterea q; colendum, amandum, & ab omnibus adorandum; & quia vt in spiritu præuiderat hæc fienda; sic optabat maturius adimpleri; ideo in modum orationis hoc prætexit uaticinium; dicens, ò maximè Deus pater da om. Iud. regi. Pro expositione sufficiet ostendere ad unguem hæc petita fuisse concessa D. N. I. Chr, quòd in quantum homo fuerit rex constitutus, dicitur in psal. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem san. eius, præ. pred. præce. eius. Dominus dixit, ad me, &c. Quæ sequuntur ibi uide & in Apoc. dicitur. Princeps regum, terræ, & in vestimento, & in fœmore eius scriptum habebat Rex regum, & Dominus dominantium; quòd dederit ei iudicium, pater ait non iudicat quemquàm sed omne iudicium dedit filio: & alibi dedit ei potestatem iudium facere, quia filius hominis est. ¶Regis nato. Et secundum diuinam, atq; humanam naturam, est Dei, regis omnium natus, & de stirpe regia secundum carnem descendens vt docet Matth. Euangelio in primo cap.¶Iustitiam tuam. Idest potestatis iudiciariæ executionem; quod & in

Psal. 2. 1.& 19. Ioan.5.

ODE LXXI. EX PSALMO LXXI.
Deus iuditium.

IVdicium Deus omne tuum da maxime regi,
Da regis nato iustitiamq; tuam.
Iudicet vt iustè populos; inopemq; relictum,
Iudicio foueat, subleuet atq; suo.

Aurea pax populo descendat montibus altis;
Iustitia à lætis collibus atq; fluat.
Aequus enim iudex populi secernet egenos,
Quos cum prole fouens incolumesq; dabit.
Præuaricatorem, per quem calumnia sanctis
Sæpius infertur, nocte dieq; premet.

Euang. factum esse docemur ab ipso Domino post resurrectionem suam dicente. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra; quam quidem exercet in omnes quotidie singulariter, vniuersaliter verò exercebit simul in cunctos in extremi die iudicij; sicuti prædixit, in Euangelio cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, tu. se. in sed. mai. su. & congregabuntur ante eum omnes gentes, &c. A Matt.25.

¶ Iuste. Non vt humani iudices, qui aliquando fallunt, & falluntur. Homo enim iudicat ex his, quæ foris apparent, & plerumq; secundum faciem, & secundum allegata, & probata. Deus autem intuetur cor, & omnia etiam interiora hominis nuda, & apta sunt coram eo; nec est qui se abscondat à calore eius. ¶ Populo. Qui crediderint, dignosq; moribus sese præbuerint saluando, qui vero non crediderint, aut fidem sine operibus mortuam tenuerint condemnando, vt in prædicto cap. Esuriui, &c. ¶ Inopem. De quo in Euangelio beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum Cœlorum; non autem pauperes indifferenter quoscunq; pauperes enim superbos, & fures odit Deus, sicuti non omnes spernit diuites: sed eos qui in certo diuitiarum spem suam ponunt, pauperes calumniant, epuloniq; euangelico sunt similes: hospitales enim qualis erat Abraam, & humiles qualis Dauid, atq; eleemosinarum largitores, qualis Zacheus in pauperum num. computabuntur. ¶ Subleuet. Vnde ipse in Euangelio Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. ¶ Pax. de qua Lucas ait. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ Montibus altis. Idest ab Angelis, vt alibi montes in circuitu eius. Item leuaui oculos meos in montes, vnde ue. aux. mihi. ¶ Iustitia. De qua in Euangelio. Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquàm scri. & phar. non intr. in reg. cœlorum, & iterum. Attendite ne faciatis iustitiam vestram coram hominibus, &c. ¶ Collibus. Idest Apostolis, & discipulis Christi, quibus à Domino mandatum de prædicatione Euangelij factum est, in quo uera est iustitia, vt docet Apostolus ad Rom. 4. & 5. ¶ Aequus. Idest æquitatem in omnibus seruans; qui magnum æque, ac paruum iudicat D. N. I. Chr. à Deo patre constitutus iudex viuorum, & mortuorum. ¶ Secernet. Idest eliget ad Euangelij nunciationem, sicut ipse dicit. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, vt eatis & fructum afferatis. ¶ Egenos. De quibus supra. ¶ Prole. Spirituali fidelium ab eis conuersorum. ¶ Fouens. Idest calefaciens igne sancti spiritus, replens eos charitate, & dono linguarum, gratiarumq; munere multatum. ¶ Incolumes. Non à morte, & persecutione corporali: sed ab æterna; vt sana fide & moribus integris ad Deum reuertantur. ¶ Præuar. Idest dæmonem, qui per superbiam a prima veritate, quæ Deus est, preuaricatus fuit, & qui hypocritarum uera crimina ad maiorem eorum ruinam, aliorumq; deceptionem pro tempore abscondit, & ab illorum discedit accusatione. ¶ Calumnia. Idest falsa criminis impositio; Nam Romanis principibus persuasit fideles Christi magos esse, ac pessimos incantatores, propter miracula, quæ in Christi nomine fiebant ab eis. hæc enim fuit potissima causa, quare tam diu, & ita crudeliter vsq; ad internicionem Romani persecuti fuerint Christianos, maleficos arbitrati; deinde quia Deos suos dæmones esse dicebant, antiquam relligionem, quam ipsi bonam, & ueram reputabant, euacuantes. ¶ Nocte. Idest cum per insidias: ut callidus serpens clam tentationes sanctis ingerit. ¶ Die. Quando aperte, ut leo rugiens necem, & tormenta minatur per suos ministros. ¶ Premet. Ne tantum noceat, quantum uelit: sed quantum fidelibus ipsis nouit expedire, ut faciat etiam cum tentatione prouentum. ¶ Ceu nos. Miseri, mortales, qui puluis fumus & uermes; de quibus ait propheta, & Petrus, omnis caro fœnum, & gloria eius flos fœni. exaruit fœnum, & flos eius, uerbum aũt domini manet in æternum. ¶ Firmius. Nam aliquando Sol obscuratus est, & ante iudicium uertetur in tenebras, & Luna in sanguinem. ¶ Ouans. Delictis hostibus. ¶ Ante. Vnde in prouer. dicitur. Ab initio & ante sæcula, creata sum; & antequam quicquàm faceret à principio ordinata sum. ¶ Cresce. cor. Lunæ. Ex se Luna non habet lumen: sed est globus lucens; id lumen quod à Sole recipit nobis exhibet, impeditur autem ab intermedia tellure, propter obliquitatem motus, & uarietatem cursus utriusq; ne semper à radijs illustretur solatibus singulis itaq, xv. diebus dicitur crescere, & totidem decrescere, in primis, paulatim luminis amplius quotidie recipit incrementum, in aliis, minus ac minus donec euanescere uideatur; per Solem Christus intelligitur, qui est Sol iustitiæ ex se lucidus; per Lunam Ecclesia, quæ à Christo illustratur: sed hac terrena corporis nostri mole impeditur, quominus semper appareat illustris; nam terrena cogitatio sensum deprimit superna meditantem. ¶ De genea in gen. Vnde Paulus ad Hebræos. Christus Iesus heri, & hodie ipse & ante sæcula. ¶ Vt pluuia in uellus. A quo sine læsione excipitur & exprimitur, sic D. L. uerbum Dei patris descendit in B. Virg. quæ & sine corruptione illum excepit & sine uirginitatis læsione expressit in mundum; nam hic agitur de incarnatione uerbi; & alludit ad illud Gedeonis signum uictoriæ de quo alio in psal. diximus. quòd autem primo uellus tantum à rore fuit repletum, area manente sicca; deinde econtra area tota fuit irrorata uellere arido permanente, significabatur gentem iudæorum primo cœlestis uisitatione roris irrorandam; nam, & dixit dominus, se non nisi ad oues quę perierant domus Israel missum fuisse, subinde uerò repellentibus iudæis, & sese indignos facientibus, gentilitatis areæ latitudo superno rore erat illustranda. ¶ Sensim. Non enim posset illud mysterium comprehendi: ideoq; dicitur ineffabile sacramentum. ¶ Lenius. In mansuetudine namque multa primus fuit aduentus. ¶ Stilla. Idest gutta aquę in his uersibus ostenditur illud Esaię uaticinium. Rorate cœli desuper & nubes pluant iustum. ¶ Iustitiæ. De qua supra eodem psal. & quia ipse pœnam pro nobis sustinuit, ut diuinę satisfieret iustitiæ. ¶ Pax alma. Non tantum quæ

Ioan.8. Heb.4.
Eccl.25.
Luc.2.
Matt.10.
Matt.5.
26.
B
Ioan.15.
Act.2.
C
Iud.6.

Non etenim ceu nos, oculi vanescet in ictu,
Firmius atq; ipso Sole manebit ouans.
Sicut & ante nouæ crescentia cornua Lunæ,
De genea in genean exhibiturus opem:
Vt pluuia in vellus sensim descendet ab alto;
Lenius ac tecto lucida stella cadit.

Iustitia est oriunda suis, paxq; alma diebus;
Donec deficiens Luna feratur humo.
Est dominaturus fines, à flumine ad vsq;
Terrarum, & quicquid cingit vtrumq; mare.

Hunc & adorabunt Indi: pellemq; nigrantes
Aethiopes,& quos torrida zona capit.
Quique diu fuerat retrogradus;altus & hostis
Tellurem lingens procidet ante Deum.
Huic reges Tharsis,feret omnis & insula dona;
Aurum arabes;mollis thura sabæa dabit.
Hunc & adorabunt cuncti per sæcula reges,
Gens tribus & populus seruiet omnis ei.
Vnguibus eripuit,rostroq; potentis egentem,
Hunc inopem cui non auxiliator erat.

D exstitit Augusti temporibus:sed de qua diximus,
& quæ inter Deum & homines,inter angelicã,
& humanam naturã,& inter ipsos gentiles,& iu-
dæos,vt docet Apost.¶Donec. Nõ semper infert
determinatũ finem:sed stat ẽt indeterminatè, vt
docet Hyer. super Matth. & ponitur in c.4. de
verb.sign.& dicemus Deo dante in psal.dixit do
minus domino meo.vel aliter.Donec tollatur s.
à cursu solito,nam post iudicium(vt dicunt do-
ctores)non deficiet luna propter motum cursus
sui,sed quiescet. vnde Esaias dixit. futurum lu-
men lunę vt solis,possemus etiam propter contẽ
tiosos dicere;quòd tũc tolletur luna, quia circa
Matt.24. iudicij tempora sol obscurabitur, & luna nõ da-
bit lumen suum, sicut dominus ait in Euangelio. ¶ Dominaturus. Hic pręcinit imperij Dom. Nost. Ies.
latitudinem,quæ tempore iiij. principalium doctorum max.apparuit;nunc autem partim prælatorum desidia, &
partim principium discordia,uix in Europa nomen Christi celebratur,Asia & Africa ab infidelibus armorum ui
oppressis.¶A flum.usq; ad fines terrarũ:Hic est ordo:nã uidetur esse hysteron.protheron.¶A flumine.Iordanis, un
de cepit Christi baptisma.aliqui,dicunt à flumine paradisi terestris.i.à quattuor fluminibus,quæ inde exeũt,&ma
cap.2. gnitudine sua principales orbis partes irrigant: vt in genesi dicitur. fluuius egreditur de loco uoluptatis ad
irrigandum paradisum,qui inde in quattuor capita diuiditur.nomen vni Physon qui circuit terram omnem .se-
cundo,Gyon,qui terram ambit Aethiopiam.hic est nilus qui ex Aethiopia descẽdit in Aegiptũ. Tertio Tigris est
nomen qui vadit cõtra Assirios,iste per Babiloniam labitur. Quarto ipse est Euphrates.¶Vtrumque mare.Orien-
tale & Occiduũ,vel mediterraneum & Oceeanus quæ tamen vnũ sunt;nam mediterraneum exit ab Oceeano ad Ga
ditanum fretum,planum autem est per has omnes orbis partes Christum regnasse,dicitur & regnaturus cum An-
tichristum interfecerit.¶Indi. Per Thomam Apostolũ ad fidem conuersi.¶Aethiopes.A Matheo baptizati.¶Torri
da zona.Sunt fere ijdem,uel eis confines populi.Quinque sunt zonæ idest cœli,uel terræ partes,seu circulis quorũ
duo extremi propter frigus inhabitabiles dicuntur;medius æquè propter estum:& est torrida zona.de qua hic; re
liqui intermedij habitabiles sunt,ab æstu,& frigore temperati.quòd autem dicitur hic tor.zo.ca.non est intelligẽ
E dum,quòd ibi sint habitatores:sed in extremis eius finibus sicut & in Scythia ad montes Ripheos, qui sub tropico
glaciali esse dicuntur,vel saltem vicini,& tamen homines ibi degunt.¶Retrogradus. Potest intelligi de populo Ro
mano,qui pro maiori parte diutissima contra nomen Christi bella gessit;nec minus de Scytis poterit uerificari: un
de Gothi qui & Gettæ, Vnni & Vuãdali ferocissimi Christianorum hostes processerunt;demum & ipsi Christi iu-
go colla subdiderunt.Dicuntur,& Saraceni,eorumque persecutores Turcę,qui nunc pęne Asiam & Africam cum
parte Europę occuparunt,à Scytis efluxisse,hos etiam spes est ad fidem Christi conuertendos esse: cum per eos do-
minus finierit fideles suos flagellare;quod vtinam temporibus nostris fieri uideamus.¶Lingens. In maximè humi
litatis signum;uel alludit ad morem Barbarorum,qui adorantes in terram proni sternuntur. ¶Tharsis.Hoc dicũt
doctores adimpletum in die epiphaniæ,quando tres magi venerunt adorare dominum (vt refert Matheus Euan-
gelista) quod ego cecini in ode saphica ad fratrem Ambrosium Polyglosson ibi vide.Tharsis.n. dicunt totam re-
gionem,quę est inter Gangẽ & Rhenum,quæ & media & india & regnum manthin appellatur, ad hanc, & ad in-
sulã offir,quæ & Taprobana dicitur mittebat rex Salomon ad aurum transuehẽdum cum classe Hyrã regis Thiri
¶Omnis insula.Hoc ideo dicit.quia post Taprobanã in mari indico, sun MDCCC. Insulę quæ à Ptolomeo cohor
tes appellantur;inde venit vnus ex illis tribus magis qui Christum in cunis fuerunt venerati.¶Arabes;& Sabæi.Cõ
fines sunt.¶Thura.Præcipua apud Sabæos existunt.est autem Thus arbuscula,quæ à græcis libanotus dicitur,cu-
ius cortex inciditur,& ex plaga prosilit spuma pinguis,quę defluens condensatur,& glebis super quas cadit coale
scit:vnde & quidam à Tundendis glebis dum colligitur thus dictum volunt,quòd si sic est minimè debet aspirari.
alij deducunt ἀπὸ τοῦ θύω,quod est sacrifico:quia in sacrificijs diuinis eius frequens est vsus.¶Reges. Christiani
Rom.14 subaudi. vel de adoratione diei extremi iudicij quando flectetur (ut ait Paulus) ante illum omne
genu.¶Gens.A tribu eo differt,quo genus à specie, nam propriè loquendo populi,qui ab eodem homine genus
deducunt eiusdem gentis esse dicuntur.vt Isacidæ idest iudęi ab Isaac exorti. tribus uerò magnæ sunt familiæ à fi
lijs,vel nepotibus eiusdem stipitis deductę;quales fuerunt xij. tribus Israel.¶Populus.Verò cuiusque est urbis ho-
minum uniuersitas;largè tamen,gens hic capitur pro his,qui eadem utuntur lingua,ut latinorum,Gręcorũ, Gal-
lorũ,& Hyspanorum,cæterorumque.¶Vnguibus. Per quos inimicorũ Christi ostenditur rapax auaritia. ¶Rostro.
Quo auiditas & crudelitas designatur.¶Inopem.
Populum fidelem.¶Inopi.Idest humili; nã beati
F sunt pauperes spiritu;propriè, quis dicitur ino-
ps Christi, qui nihil de suis meritis præsumens
ex gratia Dei credit se misericordiam consecu-
Rom. 3. tum.¶Egeno.Peccatori conuerso maximè; qui
multa,& magna Dei indiget misericordia.¶Illo
rum. Perseuerantium intellige, & in bono uitã
Matt. 10 & 24. finientium.non.n.qui ceperit &c. ¶Vsura.Ad li-
teram.nam.in Euang. prohibentur usuræ. mu-
tuum(inquit) date,nihil inde sperantes.dehac sa
tis diximus in psal. 14.spiritualiter usura est pec
catorum pœna æterna tpalium .vnde ait Greg.
Momentaneũ ẽst quod delectat, æternũ qđ cru-
ciat.¶Est.I.consumit. ¶Fortior.S.D.I.de quo in
Luc.11. Euãg.cũ for.ar.pos.at.si fortior eo superuenerit
&c.& subaudi dæmõe,uel potẽte quouis.¶Aere

Namque inopi parcet,clemens,& parcet egeno;
Illorumque animas ad supera astra vehet.
Quas vsura vorax,& iniqua vorago potentis
Est animas,redimet fortior ære manu.
Pauperis hic nomen non aspernatur;egenum
Haud modico dignum ducit honore frui.
Viuet in æternum puro donabitur auro;
Quod fœlix Arabum & diues arena dabit.
Semper adorabunt ex ipso;quisquis ad aram
Hoc feret accedens,& benedicet ei.
Cordis & humani firmamentum super altis
Verticibus capitum,quod veneretur erit.

Pauperibus ex improuiso alicunde aduenienti, vt Tholſię, & Mirhęo pauperi, cui beatus Nicol. tres aureas maſſas A
dicitur dediſſe. æris enim nomine qualiſcunq; pecunia ſignificatur; vnde & æratium pecuniæ publicæ condito- 1. C. 1.
rium. vel ære, ideſt præcioſiſſimo Chriſti Sanguine, quo ab vſura peccatorum ſumus redempti; ſicut docet Pe-
trus, ſcientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de uana veſtra conuerſatione: ſed pre-
cioſo ſanguinę, quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. ¶ Manu. Ideſt potentia; fortia namq; geſta per
manus potentum fieri ſolent. ¶ Aſpernatur. Quod ſolent facere ſæculi potentes. ¶ Modico honore. Vnde ait,
nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri meo dare vobis regnum. ¶ Viuet in æter. Vt Deus; ſicut ait Ioan. 6.
ipſe in Euang. ſicut miſſit me viuens pater, & ego uiuo propter patrem. ¶ Auro. Non ſolum in adoratione mago-
rum, de qua ſupra: ſed poſt Conſtantini Imperatoris conuerſionem, qui multa vaſa aurea, & argentea dona-
uit Eccleſiæ ad Dei cultum, & theſauros pro decore; & multi poſt illum reges & principes dona quamplurima
dederunt. ¶ Fœlix. Hoc ideo quia trifariam ſecundum Plin. diuiditur Arabia quæ eſt inter Iudeam, & Aegyptū,
in qua eſt mons Dei Oreb, vel Synai; fœlix prima, petra ſecunda & tertia deſerta. ¶ Arena. Gangis Indiæ fluuij
de quo ſupra Pactoli Lydiæ, tagiq; Luſitaniæ, necnon & cęterorum amnium arenas habentium aureas. ¶ Ex ipſo.
Scilicet auro; ex quo facti ſunt calices, & patenæ quibus in ſacrificij Euchariſtiæ vtimur oblatione quotidiana.
Auguſtinus, & Greg. necnon, & Dioniſius ſpiritualiter hoc exponunt aurum de ſapientia doctorum ab eis in Ec-
cleſia Dei oblata. vide Greg. in homelia Epiph. & prædictas odas meas. ¶ Cordis, & hum. firm. Senſus horum
uerſuum hic eſt. ſacratiſſima Chriſti corporis hoſtia in ſpecie panis, qui eſt cordis humani firmamentum erit ele
uata ſuper capitibus ſacerdotum, vt adoretur à populo: obſcuritatem fecit noſtra tranſlatio, quæ habet hanc di-
ctionem firmamentum, vbi in Hebræo frumentum habetur; ſicut & in tranſlatione Hieronymi, qui dixit. Erit
memorabile triticum; liquidò apparet de Euchariſtiæ Sacramento, hoc eſſe intelligendum. ¶ Fructus. Illius Sa-

Fructus & illius ſuper alta cacumina montis
Tolletur libani, quin ſuper aſtra quoq;.
Florida ab vrbe Dei ſancta cito gloria ſcandet,
Irriguo in prato ſicut & herba viret.
Eius ſit domini benedictum in ſæcula nomen
Qui fuit æternus ſecula & ante Deus.
Eius enim nomen ſolem, quo ſæcla reguntur,
Præceſſit Lunam ſicut & ante nouam.

cramenti, qui viri ſunt fideles; nam fidei virtus
vſq; in cœlum hominis mentem eleuat. ad cre- B
denda cœleſtia tanti ſacramenti, & arcana my-
ſteria: quare, & Sacerdos ad hoc hortatur po-
pulum in illis verbis, ſurſum corda, vnde & con
ſequenter reſpondetur. ad dominū. fidei etiam
fructus eſt animæ ſalus: ſicut ait Petrus, repor-
tantes fidei veſtræ fructum ſalutem animarum
veſtrarum; quod & promittit Saluator ipſe. Si
quis (ait) manducauerit ex hoc pane uiuet in æ-
ternum; quod de credente, & non manducante
tantum abſq; fide intelligendum eſt. vnde Au-
guſtinus quid dentem præparas & ventrem, cre-
de, & manducaſti. ¶ Libani. Quamuis poſſit eſſe modus loquendi ad altam eleuationem deſignandam; veruntamen hic eſt ſenſus, quòd fructus huius ſacrificij præponderat antiquorum victimis, quæ vt plurimum in monte li- Heb. 10.
bano afferantur vt ſup. in Pſal. xxviij. in illo verſiculo, comminuet eum tanquam vitulum libani, nam impoſſi-
bile erat (vt ait Paulus) hircorum ſanguine aut taurorum, auferri peccata, &c. ¶ Florida. Virtute, doctrina, mi-
raculis; Spiritusſancti donis, Apoſtolorum, & martyrum, atq; confeſſorum ſanctitate, & ſapientia. ¶ Gloria; & Prou. 11.
fidelium multiplicatione prudentum, nam Gloria patris eſt filius ſapiens: & in benedictione iuſtorum exaltabitur
ciuitas: ¶ Vrbe Dei ſan. Hæc eſt Eccleſia, de qua in Apoc. vidi ciuitatem ſanctam, &c. & de qua Auguſtinus, libri
in libr. de ciuitate Dei. ¶ Cito. Granum enim ſynapis quod minus erat omnibus oleribus, cito creuit in arborem
magnam; & nauicula Petri piſcibus adeo repleta eſt, vt pene mergatur. ¶ Herba. Mira comparatio hominum ad
herbam; nam omnis caro fœnum, & gloria eius flos fœni. ¶ Eius. Scilicet D. N. I. Chr. de quo in pſalmo hoc tan-
ta ſunt prædicata. ¶ Benedictum. Hic propheta pro gratiarum actione ex ſuperioribus beneficijs per Chriſti ad-
uentum collatis benedicit, & omnes ſuo inuitat exemplo ad benedicendum domino: cum nihil aliud habeat crea-
tura, quod ſuo poſſit retribuere creatori, niſi laudes & gratiarum actiones. ¶ Aeternus. Hoc ideo dicitur, ne quis
ex ſæpius memorata Chriſti paſſione & morte, aliquid ambiguum de diuina eius, & æterna maieſtate ſuſpicaretur:
paris enim periculi (vt Leo ſcribit) res eſt, Chriſtum uel ſolum hominem credere, vel ſolum Deum confiteri, cum
ſit vna in duabus naturis perſona: Deus, & homo vnus Chriſtus nec enim mortem ſolus Deus pati, nec ſolus ho-
mo ſuperare potuiſſet. ¶ Eius enim nom. Paulo latius æternitatem D. N. I. Chr. exequitur. ¶ Solem. Vt pote creator
ſoam pręcedit creaturam, ſicut & artifex quilibet opus ſuum, nam verbo Domini cœli firmati ſunt, & ut ait Ioa. Cap. 1.
in principio erat verbum, &c. vſq; ibi omnia per ipſum facta ſunt. ¶ Sæcla. Ideſt tempora. ¶ Reguntur. Vt in Ge-
neſi fiant luminaria in fir. cæ. diu. di. ac. noc. ſint in ſigna, & tempora, dies & annos, &c. ¶ Nouam. Quæ tunc de
nouo facta eſt, & ſingulo quoq; menſe vulgo dicitur renouari. ¶ Tribus om. Singu. pro plurali. Ex his verbis oſten- Gen. 15.

Et benedicetur terræ tribus omnis in ipſo;
Gens omnis dominum magnificabit eum.
Sic benedictus erit dominus Deus Iſrael vnus,
Qui mirabilia hæc ſolus & alta facit.
Eius & æternæ benedictum nomen in æuum
Sit maieſtatis, ſicut & ante fuit.
Maieſtate ſua tellus replebitur omnis;
Fiat id opto cito: fiat id oro cito.


ditur quòd benedictio Abrææ in Chriſto Ieſu fue- C
rat adimplenda; ſicut & nos videmus eam eſſe
completam: nam fides Chriſti in omnes gentes
diſſeminata benedictionē æternam in omnibus
operatur, credentibus condignis operibus ſubſe-
cutis. Gens omnis. Ideſt aliqui ex omnibus gen-
tibus. ¶ Vnus. In eſſentia, trinus in perſonis hoc
enim ad excluſionem Deorum, quos adorabant
gentes dictum eſt, qui Dei non ſunt, ſed dæmo-
nia, quorum falſa diuinitas poſt publicationē
Euangelij patefacta eſt, maximè Syluestri Papę,
& Imperatori Conſtantini temporibus, qui iuſ-
ſerunt claudi, & deſtrui prophana eorum templa Imperiali lege lata: vt ſolus D. N. I. Chr. qui uerus eſt Deus per
uniuerſum orbem adoraretur. ¶ Fiat id opto. Anadiploſis eſt, ad exprimendum maximum prophetæ deſide-
rium de uaticinij ſui adimpletione.

Secundi Libri Finis.

FRANCISCO BOZZVLO
I. C. CLAR. ET PRO TICINEN. REP. MEDIOLANI LEGATO.



Hieronymus Bartolus. S. P. D.



SVNT nonnulli FRANCISCE I.C.clarissime,qui singulari aliqua significatione declarare student, qua obseruantia superiores colant, quoue animi studio viros clarissimos,atq; omni doctrinarum genere excellentes prosequantur: Cumq; ipsi vel nulla eruditione imbuti, vel fortunæ bonis destituti, facere non possint; lucubrationibus, & monumentis aliorum nituntur, quibus benemereri videantur, & beneficijs acceptis aliqua ex parte respondere. Quod ego non ab re neq; immeritò in præsentia videor facere,cum enim beneuolentiæ tuæ singularis argumentum in me præstiteris, ac me præclarum ingenium tuum,eximiæq; virtutes ad promerendam gratiam tuã, compellant; decreui hunc tertium Librum psalmorum antequam typis excuderetur nomini tuo dedicare. idq; prudenti sanè consilio, & quòd conscriptus fuerit à Religiosissimo viro Bartholameo Botta, quẽ sæpe nosti,cuiusq; integritatem, & doctrinam vnà cum plurimis ciuibus es admiratus, & quòd materia ipsa psalmorum elego versu politè, atque eleganter decantata non mediocriter possit te oblectare. Accipies igitur Francisce clarissime,hoc munusculum ab ipso Botta elaboratum,nunc à me in lucem editum,quod quidem inter tua grauissima onera,quę tu legatus pro Ticinensi Rep. sapienter & consulto Mediolani obire soles tedium, & molestiam sua lectione poterit imminuere, simulq; intelliges me tibi, tuisq; meritis esse deuinctissimum; cui fausta, fœliciaquè omnia precari soleo. Vale.

BARTHOLOMEI BOTTAE A

PRESBYTERI, ET CANONICI PAPIENSIS PSALMODIÆ,

Liber Tertius.



VAM bonus. &c. Bonitas diuinæ prouidentiæ, quæ attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter Sap. 8, in hoc psalmo ostenditur, in quo Psaltes sub infirmorum persona videtur de diuina dubitare prouidentia: eo quia in hoc sæculo boni, vt plurimum affliguntur, mali verò prosperantur: sed tandem consolatur eos, æterna monens vt sperent præmia, quæ sibi à Domino pro mercede laborum reseruantur; spernant verò hæc apparentia bona: sed non vera, quia transitoria; quæ ideo malis aliquando à Deo conferuntur, sint pro præmio, & mercede paucorum bonorum, quæ faciunt. nullus enim est ita malus, qui quando aliquid boni non agat, licet in eo non perseueret; sicuti diuiti epuloni contigit, cui Abrahaam dixit; fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: non enim est ita iustus quisquam, quin aliquando peccet, vnde Augustinus clamabat. Domine hic seca, hic vre, ne æterna puniamur in flamma, sic & Apostolus. Dum tribulamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo, idest mundi amatoribus damnemur. Primo igitur ponit uerissimam de bonitate Dei sententiam; deinde infirmorum assumit querelam, cui & respondet. ¶ Quàm bonus. Idest valde bonus, vnde bonitas omnis, si qua in creaturis potest inueniri. Iustitiæ enim hominum, Dei bonitati comparatæ sunt, quasi panni menstruatæ. nota puer hoc aduerbium. quàm. non superlatiuo solo adiici debere, pro augenda illius significatione, sicut multò, & longè: sed etiam positiuo iungi posse, sicut per, vt perbeati, periucundæ literæ, comparatino non æquè; sed longè, & multo sunt adiicienda. ¶ Lumine claro. Fidei maxime. ¶ Pu. & recto cor. Vnde & in Euangelio Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. ¶ Penè. Non omnino, sed quasi. ¶ Mouere. Ea (subaudi) quæ à me visa sunt fieri iniustè in hoc sæculo, quæ paulo infrà deplorabit. ¶ Pedes meos. Non corporis, sed animæ; qui sunt varij affectus nostri, & appetitus. ¶ A tramite recto. Idest ab obseruantia mandatorum Dei, & consiliorum eius. ¶ Effusi. More aquæ; de qua cum effunditur nihil in vase restat: vt ex oleo pinguedo quædam, ex vino color, & sapor, ex lacte dulcedo. ¶ Gressus. Interiores similiter; quæ sunt vanæ cogitationes nostræ. ¶ Quin & iniquorum. Declarat seipsum, quia subobscurus extiterat in proximis versibus. ¶ Vix. Idest cum magna difficultate; sese tamen continuit, quod enim vix fit, tamen fit. Virtus quippe versatur circa difficilia; sed quia præsentia magis mouent, quàm futura, quæ non uident, nisi oculo fidei, & prudentiæ; idcirco non nisi rara, & hæc excelsa virtus commutat futura cum præsentibus. ¶ Zelanti lum. Idest inuido mentis desiderio. ¶ Pacem incon. Mundanam scilicet non conscientiæ, nec æternitatis, quam Dominus Iesus Chr. discipulis reliquit suis dicens, pacem meam do vobis pa. me. rel. vobis; non quomodo mundus hic dat ego do vobis, non turbetur cor uestrum, neque formidet; impij verò rodent ut canes bonorum uitam. ¶ Nullus resp. Duplex horum uersiculorum est sensus; amphibolon facit uersus ipse psalterij, ab expositoribus dupliciter intellectus, cuius hæc est litera de uerbo ad uerbum. Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. aliqui enim sic intelligunt, quia non uidentur cito mori cum tamē uideantur peccare. ¶ In firmamentū. Idest duratio in plaga eorum iuxta illud sapientiæ: quia non ita profertur contra prauos mortis sententia, ideo multiplicant mala in terra. & alibi iustus perit in iustitia sua, & impius multo tempore uiuit in malitia sua aliter contra intelligitur. Quia nullus respectus mor. sub. Idest quia subito morientur quasi nemine respiciente, & firm. Idest lungum tractum diuturni spacij cogitandi, & disponendi de rebus suis, & animæ salute. ¶ Gr. uulnus habet. Quod alij esset valde grane: sed in illis cito curantur, iuxta primum sensum, item per graue. adeo graue, ut mox illos interficiat; iuxta secundum sensum hic habetur exemplum supradictę regulę de augmento positiui ex hac præpositione per. ¶ Manus. Ad omnia quæ nubi necessaria

Sap. 8. B Matt. 5. M. Dec. C Eccle. 7

ODE LXXII. EX PSALMO LXXII.
Quàm bonus.

QVàm bonus, o potēs Deus his, qui lumine claro
 Qui puro, & recto corde tuentur eum.
Penè meos mouere pedes à tramite recto;
 Effusi gressus sunt quoq; penè mei.
Quin & iniquorum sequerer vestigia pronus,
 Vix me continui, defuit atq; parum.
Cum peccatorum zelanti lumine vidi
 Pacem inconcussam, delitiasq; graues.
Nullus enim subitæ morti respectus eorum;
 Nec firmamentum per graue vulnus habet.
Non manus est duris defessa laboribus illis;
 Non assueuerunt vlla flagella pati,
Quæ fuerat primi maledictio dura parentis,
 Non alit hos sudor, proprius atq; labor.

fuerunt

D fuerunt,laborauerunt manus istæ.¶Duris lab.Contra hos posset dici illud Apostoli,q non a laborat nō māducat ast hi splendidius cœteris quotidie epulantur, beatus inquit Bernardus.hoc ad nullos potius arbitror referendū, quàm ad nostri temporis clericos; qui ex diuersis hominum generibus & artificijs solum quæ delectant elegerūt: quodque molestum est & laboriosum declinarunt; à militibus siquidem fastus superbiæ,amplam familiam,phaleras equorum,& alearum ludos acceperunt,loricæ pondus,& galeæ,nocturnas castrorum vigilias,diurnos sudores,bellique pericula reliquerunt,à mulieribus quoque dependentes à collo murium pelles,stolas,vestesque,& habitus praeciosos,thalamorum ornatus,balnea mollicientq;omnem mutuantur;colos autem & fusos quaxillaque textilibus plena verecundiam & disciplinam fugiunt muliebrem.in resurrectione igitur quibus eum ordinibus collocabuntur uide com.in nom.¶Vlla flag.Non ergo erunt de numero filiorum Dei, qui flagellat omnem filiū

Hebr. 12 quem recipit.ut ibi dicit glo.Aug.¶Sudor.In sudore vultus tui vesceris pane tuo.Nobilem quandam matremfa-

Gen.3. milias audiui ego talia conquerentem:omnes quidem mulieres perpetua tenet maledictio.s.vt uiris sint subiectæ, & in doloribus pariant:non sic viros sua amplectitur omnes maledictio;nā multi sine sudore vultus delitijs fruuntur,cui ego dixi.ueh istis & uobis cum similes eis fueritis.nullum enim est manifestius signum æternæ damnationis,quàm cum virga domini fit procul à peccātibus & perseuerantibus in illis.¶Bel.m.f. Tria sunt durissima flagella, quæ ego miserrimus cū cæteris Ticinensibus diutissime fuimus experti; quamquàm misericors Deus de omnibus illis me eduxerit ter.enim vrbs nostra depopulata est;bis inter peste morientes & sequestratos fui; panem multoties desideraui,cum xl.lib.furmēti modius veniret; nec tutus de loco ad locū esset accessus latrunculis vias omnes obsidentibus.

Cumq; flagellamur bellis,morboue,fameue
Immunes abeunt,incolumesque manent:
Hos ideo fastus grauis atque superbia fecit
In nos impingi,cunctaque iniqua geri.
Omne genus sceleris nequam,ceu vestis adhæsit,
Impietas operit, nequitiæq; vigor:
Prodijt ex nimia pinguedine diues iniquus;
Prodijt ex adipe hæc impietasq; sua.
Quicquid enim in somnis meditās affectat, & auet,
Mox desiderium complet is omne suum.
Cætus iniquorum tacito quæ corde volutat,
Non timet efræno protinus ore loqui.
Vnde & in excelsum prorumpunt, verba loquentes,
Quæq; audire nefas,quæq; referre nefas.
Os atrox rabidum vultu posuere minaci.
In cœlum,fastu lurida colla tument.

¶Imm. Translatio ab exemptis ciuibus à publicis oneribus,& functionibus, qui dicuntur immunes idest sine munere publico. ¶Incol. Idest salui.¶Ideo.Quia cum alij non flagellantur.¶In

E Idest contra nos.¶ Impingi. Pro impelli & impetū facere.Videtur.n.eis,q nos simus à Deo derelicti, omniq; digni malo:ex quo flagella multiplicantur super nos.¶Ceu vestis. Quæ totū circundat hominem: sic ipsi sunt ab impietate circūdati.¶Operit.Tegit.¶Prodijt. Egressa est.¶Ex nimi.ping. Idest ex diuitijs, & delitijs; vnde pingues redduntur epulones. ¶ Diues ini. Endiadis est figura idest diuitis iniquitas ¶ Ex adipe. Idest ex diuitiarum,& pacis abundantia,vnde & malum sodomæ est ortum teste propheta.heu quantorum malorum occasiones diuitiæ præstant quæ tam ardenti studio ferè ab omnibus exquiruntur; hine superbia nascitur, Dei obliuio ac contemptus, ingratitudo, mandatorum transgressio, luxuria, petulantia, iurgia,rixæ,homicidia,

Ecclesiast. cx. pauperum oppressio,continuusque timor. uide hic comm.in nom. nam uitijs omnibus fomentum sunt diuitiæ: pecuniæ.n.obediunt oia.¶In somnis.Vt ille qui proximi boues uolebat, eo quod in somnis uiderat sibi donat os fuisse.quem optimus iudex (ut meruerat) delusit,umbram boum quæ aquis inhæserat illi donatam fuisse declarādo.¶Affectat & auet.I.cōcupiscit ardenter,nam mens humana quod optat Dum uigilat sperat,per somnum cernit idipsum.¶Complet. Ad effectum producit affectum.¶Tacito corde.Gradus peccati triplex,cordis,& oris, & operis;unde saluator.ex abundantia cordis os loquitur, & alibi. Ex corde exeunt cogitationes malę, homicidia adulteria &c. ¶ Efrę.ore. Hoc est absque timore Dei, uel hominum. translatio ab equis fræni impatientibus ¶ Vnde. Idest ex superbia.¶In excelsum. Idest contra dominum Deum, qui in excelsis habitat.¶Verba.Blasphemiæ,sicut Pharao,Sennacherib,Nabuchodonosor,& reges Christi nominis persecutores. Iulianus quoque apostata,scismatici,& hæretici,insipientesq; sæculi potentes,qui dicunt Deum non esse,aut si est,mortalia hæc non curare. ¶Audire nefas.Hinc obturabant aures antiqui iudæi ad domini Dei blasphemiam,quæ vtinam facerent christiani.Inuito enim auditori nemo libenter loquitur: sed (proh dolor) blasphemantibus arrident,nec enim uidētur esse viri,nisi alta voce Deum & sanctos blasphemēt.¶Referre.Ne ós ipsa relatione polluatur.¶Os atrox. Credētes posse Deum,vt homines terrefacere.¶Rabidum.A canibus translatio, qui cum non possint hominem mordere saxum ab eo iactatum dentibus apprendunt.¶Lurida.Quasi veneno plena,vt serpentum.¶In terra. Quam addi-

Et tamen in terra dudum transiuit eorum,
Proh dolor impunis lingua superba procax.
Hic rudis interdum populus conuertitur;intus
Vritur;& tristi pectore multa putat.
Torquetur tota non solum nocte silenti,
Huic curæ plenos adijcit atq. dies.
Cumq. diu fuerit meditatus inania; mecum
Excandescenti talia voce refert.
Nouit an ista Deus;spectat ne excelsus ab alto?
Æquus vt est,oculis inferiora pijs?
Impius in sæclo ditatur;abundat iniquus,
Et malé parta tamen possidet ista diu?

F bitum versarunt nemine contradicente, aut resistente.¶Dudum.Lungo tempore,sicut videtur afflictis: Deo tamen aliter videtur, apud quem mille anni sunt,vt dies hæsterna quæ præterijt. ¶Proh dolor.Exclamantis vox est,quasi domini iustitia tamdiu dormiat.¶Impunis. Quæ tamen debuerat præscindi,& canibus proiici.¶Procax. Etiam ex quaque libidine blasphemās.¶Hic. In talium rerum cogitatione.¶Rudis.Bene rudis: nam si esset sapiens aduerteret uana hęc gaudiā in perennem luctum esse conuertenda, & superbiam eorum fumo compararet.¶Conuertitur: Infra semetipsum tacita cogitatione comparando suas miserias cum voluptatibus eorum & delitijs.¶Intus.In corde intra conscientiam,nā prima fronte uidentur esse melioris conditionis

mali

mali, quàm boni: impij Deum blasphemantes, quàm pij colentes Deum; inspecto statu præsenti tñ, aut quo illi in bonis complent dies suos, ipsi uerò usque ad mortem ærumnis torquentur. ¶ Nocte. Quæ uulgo mater curarum dicitur, nam diurni labores, & actus uarii plerunque mentem à curis distrahunt. ¶ Huic curæ. De mundi, rerumque humanarum regimine, an à Deo gubernante, incertoue casu res agantur. ¶ Plenos. Idest totos dies integros quasi nulli alij rei, quàm huic uanæ cogitationi intendētes: uanæ quippè sunt hominum cogitationes hoc eodem uate teste. ¶ Mecum. Propheta sese illis immiscet, quia carne circundatus infirma causam infirmorum suscepit agendam. ¶ Excandescenti. Nimiam denotat iracundiam, qua impeditur lumen rationis uerum discernere. ¶ Nouit. Quasi subinferat. hon. quia non prouidet: iustos iustè exaltando, malos æquè deprimendo. ¶ Aequus. Vt est, ergo æqua lance pro meritis unumquemque deberet pœna, uel præmio afficere: sed ea permittat, quæ infra dicentur, uidetur aut non aspicere, uel non curare. ¶ Inferiora. Quasi indigna sua cura, unde & quidam mali phylosophi dicebant eum uilescere, si circa talia intenderet; non aduertentes unumquemque artificem etiam quæque minima operis sui consideratione, & cura sua esse digna; præterea hominis dignitati nimis detrahebant, cum sit homo creaturarū omnium dignissima atque excellentissima; propter quem tota mundi machina creata est, nos autē fideles dicamus cum Apostolo, hominem in tantū à Deo curari, & amari ut proprio non pepercerit filio, sed pro restauranda eius salute morti illum tradiderit. ¶ Ditatur. Subaudi per fas, & nefas, dicitur. n. Ois diues, aut iniquus, aut hæres iniqui. ¶ Abundat. Subaudi, ego autem hic fame pereo, exemplum sume tibi ex Euang. de diuite epulone, & Lazaro mendico. ¶ Maleparta. Cum tamen dicat: De rebus male acquisitis nō gaudebit tertius hęres. ¶ Diu. Contra illud adagium. Facta domus furto durabit tempore curto: sed istud diu, non est uere diu nisi quoad erroneam huius opinionem, ut infra latius dicetur.

Ah miser incassum contendi, iustus vt essem;
Veraci nissus corde placere Deo.
Inter & insontes à cunctis sordibus heu heu
Incassum mundas lauimur ergo manus.
Continuis dorsum subiecimus atq; flagellis;
In matutinis corrigimurq; flagris.
Quid loquor ah demens? reprobatur talibus inquā
Natio iustorum quos amat ipse Deus.
Ante Deum causas inuestigare latentes
Vnde laborandum rectius esse puto:
Namq; opus & labor est, veras cognoscere causas,
Cur mala tanta bonis? cur bona tanta malis.

¶ Ah miser. Verè miser, qui propter solam temporalem Deo seruit mercedem; nam huic mercenatio dicetur in nouissimo tēpore. Amen dico tibi recepisti mercedem tuam. ¶ Incassum. Idest frustra sine ullo fructu, a cassibus, idest retibus tractum est aduerbium, quæ frustra tenduntur, quando nihil capitur. ¶ Contendi. Magna quidem est opus cōtentione, vt iustè quis viuat; nam & proprias passiones, appetitus, concupiscētiasque reprimat necesse est, item & mundo dæmonique vehementer est reluctandum. ¶ Veraci Non fictè quales hyppocritæ falsi. ¶ Nixus & nissus. Participia à nitor pro eodem ponuntur. ¶ Insontes. Innocentes vt alibi lauabo inter innocentes manus meas. ¶ A cun. sord. Peccatorum, & iniustitiæ; non vt pharisei, qui non manducabant panem nisi crebrò lauissent manus, mūdiciei tātum exterioris solliciti, non interioris. ¶ Heu heu. Nimia passione affectus; dolentis tergeminat interiectiones. ¶ Manus mundas. Si mundæ cur lauantur? respondet Gregorius: nullus ita mundus quin magis atq; magis sit mundandus; vnde scriptum est in apocalipsi, qui iustus est iustificetur adhuc. vel expone, manus quas lauando mundas fecimus. per manus intelliguntur opera, quæ manibus, vt plurimum fiunt, sicuti per pedes affectus; vnde dominus in Euangelio, qui mundus est non indiget nisi vt pedes lauet. ¶ Flagellis. Nam Deus castigat omnem filium, quem recipit; quoniam in multis offendimus omnes; & septies in die cadit iustus: ideoque à domino corripimur, ne cū hoc mundo damnemur. ¶ Matutinis flagris. Verberibus citæ, & non dilatæ, sed mox adhibitæ castigationis. electos enim suos Deus mox vt peccauerint castigat, ne inueterascant in peccatis: sed protinus vt surgant ab iniquitatibus perpetratis; quæ res maximæ est signū dilectionis, vt ait Ambrosius & Augustinus sicuti & Mach. 2. dicitur Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. ¶ Quid loquor ah demens? Seipsum corrigit de his quæ contra ueritatem, & iustitiam diuinam ex passione potius, quàm ratione declamauerat. ¶ Reprobatur. Idest si essent vera, quæ supra dixi: Deum non curare humanas res, & quod soli boni affliguntur per uersis fœlicitate fruentibus, reproba ostenderetur generatio iustorum, qui ab Abel iusto usque ad Zachariam, & inde vsque ad nouissima tempora, & passi sunt, & patientur à malis tribulationes infinitas; qui & si tormenta passi sunt, spes tamen eorum est immortalis, & & animæ illorum (vt ait sapientia) sunt in manu Dei.. visi sunt oculos insipientium mori, illi autem sunt in pace. ¶ Talibus. Scilicet malis verbis. ¶ Inquam. Idest certe. affirmandi est aduerbium, est etiam verbum defectiuum præsentis temporis, & futuri, atque indeclinabile, pro eo quòd est dico, vel dicam. ¶ Natio. Idest generatio; uerbale ab extremo supino huius verbi nascor. ¶ Ante Deum. Precibus & studio sacrarum literarum; quarum tamen sanus intellectus à domino est postulandus, cum hoc eodem propheta. Da mihi intellectum domine, & scrutabor mandata tua. ¶ Inuestigare. Diligenter exquirere. ¶ Namque opus & labor est. Idest opere pręcium est, atque vtile, licet laboriosum sit; nec enim patet hæc omnibus veritas: sed solis prudentibus, & his qui in lege Dei meditantur die ac nocte. ¶ Cogn. ve. cau. Nam scire est rem per causam cognoscere; & non solum beati à Propheta dicuntur hi: sed etiam à gentili poeta. Fœlix (inquit) qui potuit rerum cognoscere causas. ¶ Cur mala tanta bonis? Respon de, ut magis atque magis iustificetur, atque perficiantur, nam (ut ait Apostolus) oportet per multas tribulationes nos intrare in regnum Dei hinc & beatus Andreas aiebat. tanto regi meo acceptior ero, quanto grauiora tormēta pro eius nomine tollerauero. ¶ Cur bona tanta malis? Vt uel sic ad bonum alliciatur; qui si noluerint, ut sit merces eorum pro aliquo bono quod fecerint, unde Abraam epuloni ait diuiti. Fili recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala; & nunc hic consolatur, tu uero ibi cruciaris; ostendetur; què eo iustius Dei iuditium de condemnatione illorum ex tanta ingratitudine sua.

Sancta Dei ingressus sum secretaria nostri,
Scire quod optabam, disseruitq; mihi.
Fataque cunctorum penetrare nouissima visu,
Et varios fines interiore iubet.

¶ Sancta secre. Dei. Sunt uolumina ueteris, ac nouæ legis diuinæ; de quibus in Euang. Bonus paterfamilias profert de thesauro suo noua & uetera; dicūtur sancta, quòd sangui-

nc

A

Mach. 2.

B

C

Cor. 23.

D ne Christi sint confirmata, & secreta, quia non omnibus passim patet eorum intellectus: sed piis tantum & humilibus. unde D. I. in Euang. Confiteor tibi pater cœli, & terræ, quia abscon. hæc à sap. & prud. & reuelasti ea paruulis. ¶Scire. Idest ut scirem. modus est loquendi græcus quando infinitiuus etiam adiectiuo iungitur, uel participio, non solum cuilibet uerbo. ¶ Differuit. Idest declarauit, ipse enim ait. Quærite & inue. pulsate, & aperietur uobis. ¶Fata nouissima. Idest extrema in morte, & post mortem, hæc autem nouissima sunt inter se longè diuersa. ¶Visu. Non corporeo, sed mentis interiore, ut sequitur. ¶Varios fines. De quibus Abraham ad diuitẽ, recordare inquit fili, quod recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala, & nunc hic consolatur, tu uerò ibi cruciaris. sic & sapientia dicit: Malos esse dicturos prę errore subitę mutationis, & insperatæ salutis iustorum: nos insensati uitam illorum existimabamus insaniam, & finẽ eorum sinè honore: ecce quomodo computat inter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est. unde & bene sequitur.

Sap. 5.

Vita bonos æterna manet præsentia passos,
Mors verò immunes atque gehenna malos.
Nec tamen omnino datur his semperq; potiri;
Præsentis vitæ prosperitate frui:

¶Vita. Scilicet æterna, quia iusti in perpetuum uiuent uisi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. ¶Præsentia. Idest uitæ præsentis mala. omnes enim qui piè uolunt uiuere in Christo, persecutionem patientur. ¶Immunes. A malis præsentibus, diuitiis quippe suis, & amicorum multitudine uallati aduersitates mundi huius à se repellunt, non tamen semper ut infra sequitur. ¶Gehenna. Idest damnationis æternæ pœna. in Euang. hoc uocabulum gehẽnæ omnium habuit. ¶Rotanti. Sese semper uoluenti. Fingunt enim poetæ rotam bonorum temporaliũ à fortuna cõtinuè uolui, eo quia sint instabilia.

Tim. 3.

Nanque dolos propter subitus rapit exitus illos,
Atque iniustitias sæpe luere suas.
Cumq; viderentur digitis attingere cœlum,
Abiectos traxit moxq; ruina grauis.
Deuorat arreptos & desolatio tanta,
Protinus vt pereant impietate sua.
Somnia surgentum veluti, spargentur ab aura;
Nec memorabuntur nomina in vrbe tua.
Oblitaque ipsorum penitus redigetur imago
In nihilum laceræ reliquiæ nec erunt.

¶Propter dolos. In perniciem iustorum commissos. ¶Rapit subitus exitus. Nam omnis potentatus uita breuis ẽ, sicut & flores agrorũ citius cadunt, quàm herba. ¶Luere. Idest pœnas passi sũt, ut Pharao cum Aegiptiis post multas plagas in mare summersi sunt. Sennacherib, Anthiochus; cœterique tyranni à Deo percussi subito male perierunt: nam & malos quandoq; Deus in hoc mundo punit ad castigationem, cœterorum terrorem, bonorumque consolationem, qui de diuina exultant iustitia. ¶Atting. cœl. Modus

E est loquendi ad designãdum aliquem esse in culmine prosperitatis huius mundi, ut hi de quibus supradiximus. ¶Deuorat. In momento, sicut Dathan & Abiron, quos tellus dehiscẽs protinus uiuos, & sanos absorbuit, & ad inferna detraxit. ¶Desolatio. Sicut cõtigit superbissimo Aman. de quo rectissimè dicitur. uidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat. nam vt habetur in lib. Hester, cum adeo fuisset à rege exaltatus, vt pater regis nominaretur, & cuncta eius regerentur imperio; quia tamen insidias tetendit reginæ, atque generi iudæorum, propter Mardocheum, qui noluerat (vt cæteri eum adorare) mox in regis incidens indignationem suspensus in cruce cum decem filiis suis, quam domi parauerat Mardocheo. ¶Pereant. Etiam æterna morte vt Herodes, & quos supra memoraui. ¶Impiet. su. Idest propter impietatem suam, vel finali impœnitentia, quæ maxima est impietas, & ea sola, quæ homines in æternam trahit damnationem, & est illa quæ vocatur, in spiritum sanctum, irremissibilis in hoc sæculo pariter, ac in futuro. ¶Somnia. De quibus dicitur Iob: velut somnium auolans non inuenietur. & in

20. c. Esaia; sicut somniat esur. &c. ¶Spargentur. I. offenduntur fuissẽt sicut & mihi puero sæpe contigit; qui dum vrbis

29. c. Papiæ cupidus essem studii gratia sæpe somniabam me huc aduolare, vel intacta currere terra: adeo vt etiam dormiens dicerem; verum est modo, nunc scio me non somniare, & tamen experge factus Rouescallæ, vnde sum oriũdus in lectulo hæsterno me iacere conspiciebam, frustratus max. meo desiderio. ¶Ab aura ceu puluis. Vel aura matutina, qua somnus effugatur, & somnia. ¶Memorabuntur. Quia memoria impiorum peribit. ¶Vrbe tua. Pro præsentis Ecclesię, vel futuræ Hyerusalem, quam non intrabunt, nec scribent in libro iustorũ. ¶Oblita. Sordibus & luto, correpta penul, producta verò significat immemorem, & fit ab obliuiscor, nunc autem fit ab oblinor, quòd significat inquinari; vel tertio oblita pro obliterata, & ad nihilum redacta. ¶Imago. Aut proles, quæ patris dicitur imago. ¶Laceræ. Vel à furore populi, vel certè à uermibus.

En quia flammato zelantia pectore corda
Succendebantur; cur bona tanta malis?
Ammodo mutati sunt renes, quæq; cupido,
Aemula suggessit non imitanda sequi.
Ecce mea ad nihilum meditatio vana redacta est;
Nescius imprudens insipienter agor.
Te prope iumentum Deus & sapientia summa
Factus eram: tecum sed modo semper ero.
Nam tua ne caderem, tenuit me dextera fortis;
Me deduxisti velle quod ipse velis.

¶Zelantia. Quasi per inuidiam, vel zelo diuinæ iustitiæ, quę bonis quandoque videtur esse nimis tarda, & solent dicere, quia non cito profertur cõtra malos sententia, ideo mala multiplicantur in terra. ¶Renes. Idest concupiscẽtiæ

F meæ, quarum sedes est in renibus. ¶ Cupido æmula. Idest inuidię plena. ¶Non imitanda sequi. Licet enim uideantur mali aliquandiu in prosperitate esse, non tamen eorum impia gesta à bonis deberent imitanda reputari: vt ad similẽ dedocerentur fœlicitatem; qui tamen in mente tentatione tali vexantur, quod si talia facerent ipsi quòque fœlices essent. ¶Meditatio. De bonorum prosperitate, quam hic optabant, & pœna malorum. ¶Vana. Quia omnes cogitationes hominum uanæ sunt, maximè cum volunt inquirere causas occulti iudicii Dei; sufficeret enim dicere cum propheta. Iustus es domine & rectum iudicium tuum, & nihil ultra quærere. ¶Nescius. Quæ nam mihi expediat prosperitas, an aduersitas. ¶Imprudens. Inquirẽdo quæ supra me sũt,

Rom. 12 nec mea quicquam intersunt. sufficeret enim (vt monet Paulus) sapere ad sobrietatem, & non velle sapere, plusquam oporteat sapere. ¶Agor. Idest discrutior in mente. ¶Te propè. Idest tui comparatione. quo enim pacto mortalis,

tatis, ac finitus, miserq; homo valeat immortali, infinitoq; domino, & Deo suo felicitatis veræ largori comparari. ¶ Iumentum. Idest qualis est iumenti scientia humanæ comparata, talis est mea si comparetur tecum quin & adhuc minor erit. ¶ Factus etam. Dum prædicta cogitabam. ¶ Sed modo. Recognito errore meo. ¶ Semper. Et miser, & fœlix. ¶ Tua dextera. Idest fortis & dulcis protectio tua. vel recta ratio mea à te adiuta; quæ sensualitatis comparatione dextera dici potest: nam ad dexteram mandatorum Dei nos impellit. ¶ Ne caderem. In errorem stultorum dicentium Deum non esse, humanas res non curare: sed omnia in certo casu contingere: ¶ Deduxisti. Ad sanam mentem, & ad sacrarum considerationem literarum; vnde omnis animi dubij hæsitatio excluditur, & mens in bono sensu de diuina prouidentia consolidatur. ¶ Velle quòd ip. ve. Felix est is qui voluntatem suam diuinæ facit esse conformem, iuxta quod ipse dominus docuit nos orare. Fiat voluntas tua, sicut

Gloria suscepit tua me, tua gloria magna;
Quæ leuat insontes, deprimit atq; malos.
In cœlo quid enim firmum mihi grande parasti,
Teq; super terra labile quid petij:
Quanta super modicum passus cœlestia dona
Præmia quis numeret? gloria quanta pijs?
Deficit hic carnis sensus, cor deficit; ecce
Qui stat in æternum pars mea magna Deus.
Discite iamtandem mecum cœlestia amare;
Delitiis terræ spernite velle frui.
Omnis enim qui vana sequi terrestria malit;
Et procul à Domino se facit atq; perit,

in cœlo, sic & in terra. Idest sicut Angeli, & Sancti qui in cęlo sunt, numquàm suam, sed semper tuam faciunt voluntatem. sic & nos qui in terra sumus non nostram, sed tuam in omnibus sequamur voluntatem. ¶ Gloria magna. Idest D. Iesus Chr. qui patris est gloria. si quidem etiam apud homines, gloria patris, est filius sapiens: hinc & Paulus cum sit (ait) splendor gloriæ eius. Hier. 95. dist. ¶ Suscepit. Idest carnem prolis meæ. vel me ipsũ in die resurrectionis suæ; nam Dauid vt creditur fuit vnus ex numero illorum de quibus in Euangelio dicitur. multa corpora sanctorum qui dormierant resurrexerunt. vel tertio. gloria tua, quæ ex istis mirabilibus iudiciis tuis occultis insurgit, magna cum manifestantur, suscepit me; consideratis omnibus his quæ supra adduximus de instabili prosperitate malorum, & subita eorum quandoq; ruina. ¶ Leuat. In cœlum post hanc vitam; & quandoq; ad honores in vita præsenti pro aliquali solatio eorum, & ad bonorum exercitationem, vt quotidie magis, ac magis proficiant ambulantes de virtute in virtutem, quæ suos exornat. ¶ Deprimit in infernum. Quandoq; etiam hic de celso gradu illos deiicit. ¶ Quid firmum. Admiratiuè lege q. d. cum magnum, & stabile præmium in cœlo mihi præparaueris. ¶ Quid labile. Qualis est temporalis prosperitas quæ momento labitur, sicut flos fœni. q. d. fui bene fatuus. pro re iam modico tempore duratura tam vehementer excandescere. ¶ Modicum passos. Vnde & Apostolus existimo (inquit) quòd non sunt condignæ passiones huius sæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ¶ Cœlestia dona. De quibus idem ait Apostolus. Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. ¶ Quis numeret. Q. d. nullus. ¶ Carnis sensus. Idest carnalis affectus, qui sensualitas dici solet, sic & Greg. Gustata (inquit) spiritu desipit omnis caro. ¶ Cor deficit. In cogitationibus tantarum rerum. ¶ Stat in æternum. Q. d. non instabilis erit merces mea, vt terrenæ huius fœlicitatis: sed Deus ipse, qui stat in æternum, est mea merces, & magna quidem; sic dixerat olim Deus Abrahæ fideli suo. noli timere quia ego ero merces tua magna nimis. ¶ Discite iam tandem. Post longos errores, uanosq; & cassos labores terrenarum delitiarum. apostrophæ est ad mundi amatores. ¶ Mecum. Ecce charitas: nec enim solus tanta exoptat bona; sed etiam alios ad eorum fruitionem inuitat. & hæc est magna diuersitas ab amatoribus rerum temporalium, qui socios refugiunt; ratio est, quia nequeunt à pluribus possideri insolidum: sed quo quis abundat, alter eget; cœlestia uerò bona quo magis communicantur, eo magis affluunt, & fiunt delectabiliora. ¶ Delitiis terræ. Quæ sitim noxiam non extinguunt: sed inflammant, quæ falsa dulcedine parum deliniunt: sed vera amaritudine trucidant. ¶ Malit. Potius uelit, ex magis & volo compositum malo, & supple quàm cœlestia, non enim possumus duobus dominis seruire Deo, & mammonæ. ¶ Procul. A Domino per peccatum insurgens ex terrenarum rerum amore; nam si quis diligit patrem, aut matrem plusquàm Deum, non est eo dignus, cum tamen ex lege, & naturæ debito teneamur ad dilectionem eorum; quanto indignior erit, qui propter opes vilissimas ex se res magnas tantum extimatione hominum, procul à Deo se fecerit. ¶ Atque perit. Deus enim est vita nostra; qui cum impietate nequit morari. ¶ Mœchantur in auro. Aut adorando idola aurea, uel argentea. vel auro, idest cupidine auri: nam mœchia spiritualis est auaritia, cum dicat

B

Rom. 8.

1. Cor. 2.

Gen. 14.

Perdidit omnipotẽs quotquot mœchantur in auro,
Posthabita est regni spes quibus alta fui.
Hæreat ergo Deo mecum, spem ponat in illo
Quisquis ibi summum percipit esse bonum.
Nunciet vt domini (cœlestia munia) laudes,
In portis Syon nocte dieq; canat.

Apostolus eam esse seruitutem Idolorũ. ¶ Posthabita. Spreta, tamquàm si esset res vilior: cum tum longè melior sit, & certior, preciosior, atq; stabilior. ¶ Hæreat Deo. Vt fiat vnus spiritus cum illo: sed ne separetur ab eo, adhæreat ligatus fune pudoris, fixus clauo timoris, & coniunctus glutino charitatis, ut docet B. Bernardus. ¶ Spem in illo. Quæ non confundit: ut quæ ponitur, in principibus sæculi qui plerũq; aut dolo, aut morte sperantes in se decipiunt. ¶ Percipit. Interiori gustu. ¶ Nunciet. Hic aliis ore, & exẽplo. ¶ Cœlestia munia. Idest officia habitantiũ in Cœlo qui nunq cessant laudare dominũ qui est benedictus in sæcula. Amẽ.

C

VT quid in immensum, &c. Præuidens in spiritu Propheta vrbis, & templi ruinam, populiq. captiuitatem diuturnam, per modum querulæ lamentationis orat Deum pro liberatione populi: sed quia non parua diuersitatis est inter expositores de qua captiuitate loquatur, aliis de Babilonica, aliis de Antiochena intelligentibus, nonnullis de Romana, in qua nunc vsq; perdurant, suntq; perduraturi vsq; ad Antichristi aduentum, cui primo quidem adherebunt; sed demum extincto eo, cognita illius fallacia, ad fidem Christi conuertentur. ego generaliter super quauis captiuitate loqui credens generalem subdam expositionem; Dicit igitur propheta in persona populi captiui (se namq; illis connumerat, vt facilius Dei misericordiam inueniat) vt quid vsque

D in immenſum finem ? & ſi de Romana captiuitate, quæ iam M ccccc. annos complexa eſt poſſit hoc dictum videri, & quæ vſque prope finem ſæculi eſt producenda : attamen quia in maxima afflictione poſitis quælibet mora breuis, diuturna videtur, ideo pro quauis capiatur parum arbitror referre. ¶ Propellimur. Procul arcemur longè ab auxilio tuo, longè a terra noſtra & tam longo tempore. ¶Ab aſpectu pio. Dei namq, intuitus ipſum eſt auxilium, auerſio verò deſtitutio eſt. mos eſt hic humanus; etenim eos quibus bene conſultum volumus libenter aſpicimus : auerſamurq́, cæteros. ¶ Paſcua. Vt ſenſus planus habeatur, addendum eſt rurſus, vt quid ira furorq; gr. inſect. oues, ideſt populum tuum iam mitem & inter lupos verſantem. ¶Queis. Pro quibus quondam tu mit. paſt. ded. paſcua. pauerat ſiquidem xl. annis manna populum illum dilectum, donec introduceret in terram melle & lacte manantem; vbi deinceps vſq; ad captiuitatem abundanter bonis omnibus pauit eos. quàm bene quadraret ſpiritualis intellectus, vt diceret Eccleſia à paſtore Chriſto diu cœleſtis verbi alimonia paſta, & interdum culpa fidelium, negligentiaque prælatorum lunga vexatione hæreticorum, malorumq, quorumlibet fatigata intantum vt à Deo videatur derelicta. vt quid &c. Sic & anima fidelis diu per peccatum à Diabolo captiua poteſt dicere, vt quid in immenſum, &c. ¶Ira, furorq; grauis. Non cadit in Deum ira, vel furor, aut vlla paſſio humana; qui iuſtus ſimul, & miſericors tranquillè iudicat, minusq; ſemper quàm mereamur nos punit : ſed mos hic eſt reorum omnium, vt iudices iratos, & grauiter in ſe furentes conquerantur, quando pro ſuis plectuntur exceſſibus. ¶ Cœtus. Congregationis populi Iſraelitici, ſub Moiſe in Rameſſe in exitu Aegipti primo congregati, & deinceps in monte Synai pro lege ſuſcipienda collecti, multisq; aliis in locis pro audiendo verbo Dei, & mandatis eius. ¶ Poſſederat. Dum mandatis eſſent obedientes, in cultuq, vnius Dei perſeuerarent. ſic & nos, nouus Eccleſiæ cœtus, donec Euangelicis præceptis pauimus terrena pro cœleſtibus relinquentes ſaltem affectu, à Domino
E fuimus poſſeſſi : nunc autem mammonę uoluptatibusq; variis deſeruientes videmur à Deo habiti pro derelictis. ¶ Pia. Vt pote patris noſtri. ¶ Mitis. Libenter pœnitentibus ignoſcendo. ¶ Benigna. Larga etiam beneficia conferendo. ¶ Mons Syon. Deeſt, heu à quanta decidit gloria, & eſt apoſiopoſis figura. victus enim ab acerbitate doloris nequiuit ſermonem explere. ¶ Venerabile. A circumadiacentibus populis, qui templum ibi poſitum, & regem ipſum venerabantur munera offerentes. ¶Redemiſti. De manibus Canançorum. ¶Quem. Scilicet montem Syon; non enim hoc loco poteſt fieri relatio ad proxima. ¶ Coluiſſe. Diu amauiſſe, donec cultus in eo vigebat diuinus per ſanctos ſacerdotes. ſanè ſciendum eſt, quando colo inferiorem ſpectat, venerationem, & obſeruantiam notat : quando autem ad ſuperiorem refertur, amorem & curam. ¶Cur Deus. Petit populi liberationem, & adducit aduerſarios in odium, allegando ſuperbiam eorum, & petit vt Dominus vindicet prophanatum templum, & peſſima ſcelera, quæ in eius commiſſere contemptum. ¶Tollis. Pro extollis, eleuas. ¶ In ill. Contra illos hoſtes tuos, & noſtros. ¶ Fulm. dex. Vnde fulmina iaculantur. per hanc manum virtutem ſuæ intelligit potentiæ; nec enim corporeus eſt Deus, ſed ſpiritus. ¶Tibi. Aduerſus nomen tuũ, quod tota die blaſphemant, tamquàm impotens defendere, & liberare populum tuum de manibus eorum; virtuti ſuæ & non peccatis noſtris attribuendo victoriam. ¶Cient. Mouent, ac inſtigant. à cieo, cies, ciet. fit cient. ¶Nos humiles. Demum poſt flagella. ¶ Innata ſuperbia. Quam à ſuperbis vſq; parentibus traxere; nam ſæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri; & bene propria ſuperbia non zelus diuinæ iuſtitiæ mouit ad internitionem noſtram; eis tamen Dominus pro baculo utitur; & flagello ad filiorum correctionem, peruerſorumq; aliorum pœnam. ¶Tela in te. Cultum tuũ deſtruendo. ¶Quanta. Scilicet mala nephanda, & dicta abhominabilia: ut cædes ſacerdotum, ſtupra, adulteria,
F ſacrilegia, blaſphemias, & alia per multa, ad quæ victorum inſolentia prona eſt, abſq; ulla loci diuini reuerentia. ¶ Malignatus. Ideſt malè locutus, & operatus. ¶In ipſo ſancto. Scilicet templo, vel ea parte templi, quæ per excellentiam ſanctum dicebatur ſanctorum; ex quo apparet non propter loca, licet ſancta dicantur homines à Deo eligi, amari, & cuſtodiri: ſed potius loca eſſe Deo cara propter hominum ſanctitatem. vnde Hieremias ſacerdotes redarguebat, falsò ſalutem populi in ſolo ponentes templo, & dicebat eis. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes templum Domini, templum Domini, templum Domini liberabit nos, &c. ¶Deum. Hoc eſt impoſſibile; ſed tamen improbi victores hoc pacto ſæpe gloriantur: vt de Sennacherib legimus. ¶Solennes aras. Super quibus offerebantur victimæ in ſolennibus feſtis, Paſchæ tabernaculorum & Penthecoſtes. ¶ Ruit. Tranſitiuè intellige, non abſolutè, ideſt effodit, & deſtruit. vel ut quærat pecunias, ſi forte ibi fuiſſent abſconditæ. ¶Signa. Ideſt uexilla. ¶Feros angues. Picturæ ſunt uexillorum, quas hodieq; videmus in uexillis ducum noſtri temporis. Quidam enim uolentes uideri ſe ab Hercule Iouis filio originem ducere anguium imaginem ferunt; ſeu quia dum eſſet adhuc in cunis fabulantur poetæ duos angues a nouerca immiſſos utraq; manu preſſos ſtrangulaſſe : ſeu quia dum uir eſſet, hydrã interfecerit lernæã multis capitibus fœcundã; cuius explanationẽ fabulæ late poſuimus in noſtris commentariis Chriſtiados. ibi uide. ¶Aquilas. Rom. Imperij inſigne eſt aquila; ab ea aquila quã Marius in ſecũdo conſulatu ſuo dicauit; ante tamen fuit & regni Babiloniorum: ut patet ex uaticinio Hieremiæ, & Ezechielis, qui per aquilã grandẽ magnarũ ala-

Hier. 7.
Lib. 1. cap. 48.
cap. 17.
cap. 7.

ODE LXXIII. EX PSALMO LXXIII.

Vt quid Deus.

VT quid in immenſum finem propellimur vſq;?
Vt quid ab aſpectu ſubtrahimurq́, pio?
Paſcua queis quondam dederas mitiſſime paſtor
Inſectatur oues ira, furorq; grauis?
Eſto memor cœtus, tua quem poſſederat olim
Tam pia, tam mitis, tamq; benigna manus.
Mons Syon, regniq; tui venerabile ſceptrum,
Quemq; redemiſti, quem coluiſſe iuuat.

Cur Deus altitonans potius non tollis in illos
Fulmineam dextram, qui tibi bella cient?
Nos humiles, illos innata ſuperbia mouit
Armatas in te, tela leuare manus.
Quanta malignatus ſancto ferus hoſtis in ipſo,
Cum iactaretur ſe ſuperaſſe Deum.
Glorιabundus enim media ſtans victor in æde
Solennes aras, & tua ſacra ruit.

Signa, feros angues, aquilas, tumidosq; dracones,
Turribus in ſummis diſpoſuere ſua.

A

Exitus hic belli vexilla leuantur in altum,
Seq; putant dextra præualuisse sua.
Non cognoscentes te permittente valere,
Vt nostræ pœnas impietatis agant.
Ianua sacrati velut acta securibus ilex
Procumbit templi cardine mota suo.
Hostia frangnntur, ceu siluis robur in altis
Cuncta prophanantes, diripiuntq; domum.

rum regem Babiloniæ designant. sicut & Daniel in prima visione de leæna, quæ habebat alas quasi aquilæ; Oseæq; octauo, cap. iuncta expositione. Nic. Lyr. vbiq. ¶ Tumidosq; dracones. Et hi Romanorum erant insignia; vnde & Vegetius apellat drachonarios, signiferos qui dracones in vexillis depictos ferebant; sicut aquiliferos, qui aquilam primū totius legionis insigne gestabant. ¶ Exitus hic. Idest talis solet esse belli, vt parta victoria vexilla in altum eleuentur. ¶ Putant. Sed falso; nam nisi dominus à peccatis populi sui irritatus dereliquisset eius protectionem, totus orbis non potuisset contra eum præualere; quam rem prophetæ indicant, & Moises in canticis suis, & Achior dux filiorum Ammon Holopherni principi militiæ Nabucodonosor regis Babiloniæ, longa oratione prædicauit, quem ueridicum exitus rei extincto Holopherne, fugatoq; exercitu demonstrauit. ¶ Valere. Idest præualere aduersum nos, apheresis est. ¶ Impietatis. Hoc est idolatriæ, si ad primam vrbis ruinam, quæ per Caldeos, & ad secundam, quæ per Antiochum, ut ex Hieremia, & ex libris Machabeorum licet inuenisi ad vltimamq; per Romanos facta est, de illa crudelissima impietate intellige, quam in Dei filium D.N.I.Chr. exercuerunt, quem mundi crucifixerunt, eumq; Ecclesiam persecuti sunt, vt ex Euang. patet in parabola uineæ, & in fletu ipsius Domini super ciuitatem ipsam. ¶ Agant. Pro exigant. ¶ Ianua sacr. Templi. Quæ ab irruentibus hostibus est excisa. ¶ Velut ilex. Species pro genere, qualibet arbor de sylua; vult enim ostendere irreligiositatem eorum, qui non minus sacratas fores manu sacrilega excidebant, ac si de sylua ligna cæderent prophana, sacrilegos ergo intendit eos denotare. ¶ Domum Dei. Scilicet quæq; etiam ad cultum Dei dicata auferentes. ¶ Sedem tuam. Apostrophe ad Deum, licet enim cœlum, & terram impleat Deus, speciali tamen modo in templo, dicitur, habitare: quia ibi colitur, ibiq; petentibus responsa dabat, & orantes exaudiebat: vt patet in prima illa dedicatione templi facta a Solomone. ¶ Mactant. Verbum sacrorum est, quasi victimas. Judith. cap. 5. Mat. 21. Luc. 19. Reg. 3. cap. 8.

Postremo sacras vsserunt ignibus ædes,
In terris sedem mi Deus alme tuam.
Omnia prosternunt, vastant, cæduntq; ministros
Ante aras, mactant pontificesq; suos.
Ecce tabernaclum quo dignabatur ab alto
Descendens solio gloria sancta tua,
Sancta Dei sedes manibus polluta scelestum
Hostis atrox: ignis cuncta prophanat edax.
Hei mihi quod visu grauius, dictuq; nefandum,
Stat sancto facies abbhominanda loco.
Dixerunt etenim cognatio perdita quædam,
Omnis eat domini festus ab vrbe dies.

B

¶ Pontifices. Sacerdotum principes. Romanum nomen est, à ponte sublicio deductum, quem super Tiberim, cum uastabatur, sæpe reficiebant Sacerdotes. possunt etiam dici pontifices, quasi pontem hominibus facientes bonæ vitæ, & doctrinæ exemplo, quo sæculi fluctus, & voluptatis torrentes, sicco ualeant pede pertransire. ¶ Tabernaclum. Non quod fecit Moises; quia illud à Hieremia propheta in montibus fuit absconsum, cum arca Domini, nec vmquàm deinde potuit reperiri: sed per similitudinem militantium, templum appellauit tabernaculum, quasi transitoriam habitationem; vita quippe hominis continua est militia super terram, cuius ductor est ipse Deus; & tabernaculum, seu tentorium suum est templum: vt latius dictum est in expositione Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo suo. ¶ Gloria. In medio nebulæ, quæ de cœlo descendens replebat templum, & in columna ignis apparebat Deus, sacerdotibusq; responsa dabat: ut ex libris regum, & paralip. licet videre. ¶ Polluta. Ex tactu vasorum sacrorum ministerio sacrificii deputatorum, & ex sacrilega cæde ministrorum Dei, & quia violenter intrauerant ii, de quibus præceperat dominus ut in templum non admitterentur. item quia comessationibus, & ebrietatibus ibi vacabant; turpibusq. lusis, & venereis spurcitiis. ¶ Prophanat. Inquinat, & maculat, quicquid enim sæculare est, & non religiosum, diuinoq. cultui deputatum prophanum est idest procul à phano, quod templum uocatur. ¶ Facies abbhominanda. Additor b. ratione metri. sicut in dictione, relligio, & relliquiæ; simulacra Idolorum quę in ipso templo fuerunt erecta, abbominandam faciem appellat. nihil enim magis abhominabile est oculis fidelium uerum Deum colentium, quàm videre simulacra dæmonum, & in loco sancto Dei, de Babiloniis quòd in templo idola constituerint ante, uel postquàm combusserunt non legimus; forsitan enim, & ipsi hoc fecerunt (non enim omnia scripta sunt) sicut & Antiochus, qui Iouis olimpii statuam in ipso erexit sanctuario super altare domini, postribulumq; Veneris in templo constitui mandauit, Cęsaris imaginem Pilatus in templo posuit. Pompeius Romanus stabulum equorū in templo fecisse dicitur Gaius quoq. Cæsar statuam suam, quam uolebat adorari in sanctuario erexit, deinde Adriani equestris statua in sancto sanctorum longo stetit tempore erecta, vt refert Beda super Marco. ¶ Cognatio perdita. Infidelium, qui quantum ad carnis similitudinem cognati nostri possunt, quamquàm moribus discrepent plurimum, & uita: perdita dicuntur, quia eorum desperandum, est quàm diu manent infideles. ¶ Eat. Pro abeat. ¶ Festus dies. Solemnitatum prædictarum, erat enim hæc eorum intentio, ritum Iudæorum in totum tollere, & prohibere, ne Dominus eorum Deus amplius coleretur: sed omnes ad gentilium morem transiuent, & ad cultum Idolorum, quæ ipsi à dæmone persuasi Deos esse potabant. ¶ Oblita. Non solum in obliuionem adducta: quod significaret si penul. esset producta: sed obliterata, abolita, ac penitus deleta de cordibus hominum, quod correpta pen. significat oblita, & deriuatur ab oblinor, quod est deleor, & maculor. vt Ouidius. Oblitus à domini cæde libellus erit. ¶ Lex celsi. Pro excelsi. diuina scilicet lex; hoc maxime factum est per Antiochum qui publico iussit edicto, ut omnes Iudæi relicta circoncisione, le-

C

Oblita lex celsi fiat, mandata facessant,
Non sit, qui memoret dicta, vel acta Dei.
Signa sub antiquis patrata parentibus olim
Temporibus nostris nulla videnda dedit.

 galibusq;

D galibusq; cerimonijs, cultuq; Dei sui ad græcorum sacra, & Deos, ritumque viuendi transirent: & præposuit præfectos qui nolentes diuersis interficerent suplicijs: tuncq; illa generosissima mater. vij. filiorum Machabeorum ad martyrium cum natis dedocta est, vt ex libro Machabeorum, & breuiario in die festiuitatis eorum poteritis informari, de quorum passione extat sermo B. Augustini; qui eodem die legitur in Ecclesia. ¶Facessant. In nihilum vadant, quodã cum mentis tædio, vultuosaq; pronunciatione

2. Mac. 7

Sed neq; fatidicus canit hic sua gesta prophetes;
Syderea neq; nos amplius arce videt.
Nostra nec vlterius curat mortalia facta,
Vt nos deseruit, destituamus eum.
Quo Deus vsq; potens inimicus talia nobis
Improperaturus te patiente viget,
Quo nimium patiens paret aduersarius vsq;
Prouocat impunis nomen & astra tuum.

hac in significatione facessant; enunciandũ est tale est illud Ciceronis. Facessant igitur qui docere nihil possunt, quo melius, sapientiusq; viuamus. habet preterea suam & principalem significationem facesso, ad faciendum, eo quodam cum mentis desiderio explendi mandata, quale est illud Vidæ Christiados lib. 1. vbiq; ruentes iussa facessunt, Autores scelerum. ¶Signa. Hæc sunt verba apostatantium Iudæorum alios exhortantium, vt ad gentiles secum ritus accedant, postergato penitus diuino cultu, tali pacto arguentes: relinquamus dominum, ex quo ipse prior deseruit nos, signa enim illa miranda, quæ olim patribus nostris ostendit in exitu Aegypti, & deinceps, nunquàm nobis pro nostra exhibuit defensione, neq; prophetam vllum ad nos misit, qui nos admoneat, quemq; modo laborem sufferamus, & qui medius sit inter populum, & Deum. ¶Dedit. Dedisset etiam vobis, licet ad iracundiam toties eum vestris sceleribus prouocauissetis; si modo toto corde vestro pœnitentes erroris vestri ad ipsum fuissetis conuersi, & ad eum pro auxilio clamauissetis; sicut veri prophetæ etiam tunc dati vos exhortabantur. ¶ Prophetes. Pro omeotoleuton græco vius est nominatiuo: sed planæ mentimini, vt absq; vlla loquar reuerentia vestra, qui non reueremini tam patens mendacium ore sacrilego enunciare; in captiuitate Babilonica nonne habuistis Hieremiam, & Ezechielem, atq; Danielem sanctissimos prophetas? quorum duo à lapidibus obruistis: sed neq; tertio pepercissetis, nisi fortiorem illum uobis fecisset Deus, ac super omnes sapientes à regibus constitutus esset. In Antiochena sanctos habuistis Machabeos, & fortissimos protectores vestros, quos imitari noluistis: sed potius arma contra eos assumpsistis gentilibus ipsis deteriores inimici illis estis effecti & ante Romanam. nonne ipsum Dominum Iesum Christum regẽ prophetarum, & mirabilium patratorẽ signorum, in medio uestrùm diu tenuistis, crucifixistisq; eequid? Ioannẽ Baptistam prophetam, & plusquàm prophetam? & quo inter natos mulierum maior non surrexit? hic quoq; capite cæsus est à rege vestro. Apostolos Christi missos facio, quos

E omnes flagellastis; Stephanum lapidastis; Iacobos duos interfecistis, & demum omnes Christi discipulos eiecistis, vt ueniret super vos omnis iustorum sanguis effusus; & post hæc cum sitis perfricatæ frontis audetis dicere: signa non vidimus, non est propheta, deseruit nos Deus. ¶ Non videt. Qui fecit oculos vestros, non videt? ah, fatui, oculi domini in omni loco contemplantur bonos, & malos. ¶ Curat. Epicuri de grege porcos hic indicat locus eos esse, qui non credunt curare Deum mortalia quæquam. Contra hos clamat propheta ordinatione tua perse-

Luc. 12. uerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. & dominus in Euang. nec passerculum vilem sine patre nostro Deo in terram cadere ostendit, & si Deus uolatilia pascendo curat, si agrum uestiendo floribus, & fœno curat, quanto magis hominem ad imaginem, & similitudinem suam creatum, & propter quem cuncta creauit cura ingenti fouet, & nutrit? de me dicam: nunc parcendo, nunc plectendo, nunc blandiendo, nunc comminando maximam

Esaie. 49 egit hactenus curam, acturumq; spero vtinam uel exiguas bene uiuendo gratias agerem. ¶Deseruit. Contra hoc per prophetam ipse Deus inquit. si potest mater obliuisci filium, vt non misereatur eius, quem genuit, & lactauit: quin & si ipsa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. ¶ Destituamus eum. Ah serpentina exhortatio, Deo an tibi nocebis? cui si fueris bonus, nihil accresces: sin malus, nihil detrahes, & bonitas tua (quæ tamen sua est) & malitia tua in caput tuum conuertetur. ¶Quo Deus vsq. potens. Tmesis est, idest dictionis sectio quousq;. ¶Inimicus. Apostata. ¶Talia. Qualia supra audistis: derogando potentiæ tuæ, & negando te rerum nostrarum curam habere. ¶Nobis. Specialibus seruis atq; cultoribus tuis, populoq; olim tuo dilecto, & quem primogenitum uocabas tuum, habet enim emphasim pronomen hoc nobis. ¶ Viget: In dominatu suo perdurat, & superbia, nec abs te contempto deijcitur, qui tamen superbos potentes de sede soles deponere. ¶ Nimium patiens patet. Nec enim mox ut peccauerint impij plectuntur à Deo: sed ad pœnitentiam patienter expectantur; alioquin, non dicam, quod Dei irrisor poeta mentitur. si quotiens peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit; sed quod uerum canere potuisset, si mox ut peccant homines plectantur ab alio, Exiguo mundus tempore inanis erit; uæ tamen his qui longam hanc patientiæ diuinæ bonitatem contemnunt, nam the-

Rom. c. 2 saurizant (ut ait Apostolus) sibi iram in die iræ, tarditatem quippe, supplicij grauitate compensabit. ¶Impunis:

Eccl. c. 8. Pro impunitus uidetur enim bonis, quòd quia non profertur cito contra malos sententia, ideo mala multiplicentur in terra. ¶Nomen. Quod blasphemant. ¶Et astra. Idest sanctos, qui fulgent, sicut stellæ in conspectu Dei, alter

F astra, quæ pro Dijs colentes (aduersum te, quantum in ipsis est) quodammodo prouocare moliuntur; licet sit

Psal. antep. 148. impossibile; qui enim statuit ea in sæculum sæculi præceptum illis posuit, quod non præteribunt, & utinam (ut quotidie oramus) sic fieret domini uoluntas in terra sicut agitur in cœlo. ¶Manus auertes: A nostro auxilio, & ab aduersariorum punitione. ¶Inermis. Idest nunquàm euaginabis gladium, quo de inimicis nostris, etiam tuis uindictam sumas; sicut, & alibi dicit, nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum. loquitur aũt de Deo, tamquàm de iudice lento, qui dicitur in sinu manum inermẽ tenere, quando non utitur gladio sibi concesso ad pœnã malefactorum, laudem uerò bonorum. ¶in medio

1. Pet. 2. orbe. Volens propheta aduersus blasphemos maximam Dei potentiam enarrare, unum cortice uerborum ostendit, & aliud in mysterio prophe-

Quo Deus vsq; manus auertes? numquid inermis
Semper erit lento condita dextra sinu?
In medio nobis operatus es orbe salutem
Optime rex noster, sæcula & ante Deus.
Tum mare firmasti, medijs vt transitus vndis
In virga fieret cunctipotente tua,
Tu capita in cœlum fastu porrecta draconum
Vexasti mergens inq; profunda maris,

tat ; quod pauci intellexerunt antequam vaticinium impleretur. non enim quod vult propheta : sed quod Deus suggesserit illud vaticinatur. hinc est quod sæpe de vno in aliud videtur transilire propositum ; hoc igitur primo apparent eius verba sonare, dicunt aduersarij te Deum impotentem ? ego autem dico, quòd tu es potentissimus, nam maioribus nostris post exitum Aegipti, & maris rubri quæ exsiccasti, salutem operatus es, introducens eos in terram optimam, quæ est in orbis medio; & alia mirabilia patrando, quæ sequuntur; reuera autem mysterium salutis humani generis hic vaticinatur, conuersus ergo ad Christum, quem in spiritu videbat, dicit ei. Optime rex noster, & æterne Deus operatus es salutem in medio orbe idest operaberis, tempus præteritū pro futuro (quod maximæ certitudinis est signum) per crucem, & passionem tuam; quam rem nos videmus adimpletam esse. ¶ Tu mare. Rubrum scilicet quo ad corticem plana est litera ; numerat enim mirabilia quædam ex his, quæ in Exodo diffusè explicantur, & in alijs psalmis sæpe expressa sunt. Mysticè verò sic est intelligenda: tu mare huius sæculi aliàs amarum, & instabile, plenumq; periculis, & agitatum à uarijs, doctrinarum peregrinarū ventis. ¶ Firmasti. Stabilitate tuæ doctrinæ Euangelicæ: vt medijs vndis persecutionum. ¶ Transitus ad patriam.. Per martyrium, & confessionem nominis tui. ¶ Fieret. Apostolis & discipulis, eorumque imitatoribus. ¶ Virga. Verbi tui, quod est omni gladio ancipiti penetrabilius; vel etiam virga crucis tuæ, per similitudinem passionis. ¶ Draconum. Quo ad corticem idest principum exercitus Pharaonis, mysticè idest dæmonum, qui superbia sua per idolatriam, in qua pro dijs cælestibus colebantur, porrigebant cornua in cœlum; hinc lucifer draco ille magnus legitur dixisse. ascendam in cœlum, ponam sedem meam ad aquilonem, & ero similis altissimo. ¶ Vexasti. Idest pro libito collisisti; maximam enim violentiam alieni arbitrij indicant grammatici in hoc verbo. vexo. super illo versu Virgiliano. Dulichias vexasse rates. nam à veho. fit vecto, inde & vexo. frequentata toties aliena magis atq; magis augetur. ¶ Mergens. In profunda maris idest in ambitiosorum corda hyppocritarū, de quibus dicitur. væ qui profundo estis corde. ¶ Caput ipsum. Quo ad literam Pharaonem intellige, qui cum exercitu, dum .p. sequeretur Israelem summersus est in dicto mari rubro.. mysticè. per caput hoc luciferū intellige regem impiorum & superborū. ¶ Vortex. Absorbens aquæ verribilitas, vel aquarum quidam circulus reuolubilis absorbens quicquid intra se concluserit, ex gurgitis profunda voragine procedens. auertendo dictus est, quod omnia secum vertat in profundum. mysticè, abyssi tartarei profunda significat ; in quibus concutiente dominō crucis suæ vexilla dæmon immergitur. ¶ Electæ carnes. Idest electorum principum carnes, vel etiam electæ; Talium enim solent esse pinguiores, & magis obesæ carnes, quàm vulgi, vt plurimum macilēti prę assiduo labore. ¶ Proiecta cadauera. Tamquàm vilia, nec præciosis aromatibus condita, mirabilibusq; sepulcra piramidibus, qui mos erat Aegiptijs nobilium hærouum corpora sepelire. ¶ Populis nigris. Idest volucribus nigris, quales sunt corui, mysticè, heroes isti, si in bonam accipiamus partem, sancti sunt martyres, quorum corpora a tyrannis persecutoribus proiecta sunt bestijs, & terræ, & uolucribus celi deuoranda. sicut infra dolet idem vates. posuerunt morticinia seruorum tuorum escas uolatilibus cœli, & carnes sanctorum tuorum bestijs terræ : sin aliter ut ceptum est intellexerimus (quia indecens est illa expositio, in qua non omnis pars suo conueniat toto.) per hos heroes capiendi sunt dæmonum principes qui ut supra, dicti sunt capita draconum, qui à domino tunc dati sunt nigris Aethiopum populis deuorandi, quando peccatoribus ab iniquitatum nigredine conuersis in suis statuis, imaginibus, & idolis uilipenduntur. fractarum, comminutarum imaginum præcia conflata in pauperum escas, distribuuntur quando credita olim maiestas eorum, ac si Dij ueri fuissent, modo detecta falsitate contemnitur, maledicitur, & dilaceratur; nec mirum si tales appellentur nigri Aethiopes, quando carbones etiam nigri appellantur supra in Psal. carbones; succensi sunt ab eo, erant enim ex turpitudine uitiorum denigrati, & à cupiditatum ardoribus exusti. ¶ Ex marmore. Ad literam ex petra Oreb eduxit Moyses aquam sitienti populo cum percussisset eam virga de mandato domini, & secundo ad aquas cōtradictionis, ubi ad murmur populi sedandum ,p: pter aquę defectum virga bis silicem percussit, & egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut biberet populus, & iumenta. ¶ Petra ministrat aquas. Color est rhethorius à contrario facta declamatio.. quid enim petra durius? & quid mollius unda? & tamen petra ministrat aquas : ut mirabilis appareat domini potentia. mysticè, petra est Christus qui virga lanceæ, & crucis baculo percussus abundè sanguinem redemptionis effudit, aquaq; de latere egrediens per sacramentorum uirtutem ad nostram salutem transfunditur, qua peccatorum maculæ abluuntur, sitientesq; animæ gratiarum irriguo fonte potantur. hoc etiam tetigit Apostolus cum dixit. omnia in figura contingebant illis, & paulò supra omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt; bibebant autem de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus. ¶ Fluuios Aetan.. Ad literam Aetan est regio quædam in extremis finibus deserti, quę prima occurrit exeuntibus de Aegypto, quo in loco filij Israel secundam mansionem fecerunt in suo exitu Aegypti; nec ibi uel alibi legitur fuisse fluuios, quos dominus exsiccauerit: quare dicendum est hoc Prophetæ fuisse reuelatum, uel ex alijs libris, qui tunc temporis erant, nec ad nos fuerunt translati; habuisse. nec incongruum est, ut una scriptura suppleat, quod altera minus dixit, cū idem in Euangelijs sæpe inueniamus ; uel forte dixit fluuios Aetan fuisse exsiccatos, quia illius regionis flumina in eam partem maris rubri influebantur, quam exsiccauit dominus; est enim ibi propinqua. hæc autē ideo dixi, quia duplex expositio commentariorum applicata non mihi multum satisfacit, quarum una est: ut per fluuios Aetan intelligamus Iordanis fluctus, quos in populi transitu dominus exsiccauit proculdubio. & impropriant fluuios .i. fluctus: uel unum fluuium, ut sit plurale pro singulari. item Aetan dicunt esse appellatiuum nomē, & significare fortia. est ergo sensus.. tu siccasti flumen forte Iordanem scilicet : āt iudiciò meo, propria, & non appellatiua nomina ut in hæbreo sunt relinquuntur interpretata, nisi aliqua mystica, magnaue subsit causa. ut in illa dictione osanna, amen, & si quæ aliæ reperiuntur. altera dicit per fluuios Aethan- Fluctus marinos ad litus Aethan respicientes intelligendos esse : sed & hic fit impropriatio uerborum, licet in sensum non multum distet à nostra ; eligat lector quænam ex his sibi magis satisfaciat; ego à primis duabus non recedo. ¶ Tempore uerno.

Teque veneniferi caput ipsum insigne draconis
Æquoreus vortex te quatiente vorat.
Electæ heroum proiecta cadauera carnes,
Ethiopum populis esca fuere nigris.
Tu dirrupisti liquidos ex marmore fontes;
Vnde bibant populi, petra ministrat aquas.
Tu fluuios æthan siccasti tempore verno
Alueus & siccum præbuit altus iter.

Marginal notes: A; Es. 29.; B; Ps. 78. August.; Psal. 17.; Ex. 15.; Exo. 8.; Num. 20; C; Corin. x. Cor. 10.

D Veris noui.erat enim inter Martium,& Aprilem nostros tempus illud,quando recesserunt ex Aegypto.¶ Alueus. Fluuii lectus per quem continuè discurrit à similitudine cuiusdam uasis,quod peluim,uel concam possumus ap-
Exod.12 pellare.uel ab aluo nostra deducitur ¶alueus.Altus.Ideſt profundus. τὸν μέγον eſt.myſticè per hæc fortia flumina exſiccata impetuoſas gentilium Phyloſophorum doctrinas ex vi eloquentię validæ intelligamus,
2.Cor.2. iuxta illud Apoſtoli,Perdam ſapientiam ſapiẽtum.& prudentiam prudentum reprobabo. ex Euangelica enim & Apoſtolica doctrina.quæ non in humanæ ſapientiæ aut eloquentiæ verbis conſiſtit euacuatæ fuerunt : ſed in uirtute ſpiritusſancti mirabilibusque operibus,per quæ mundus,ipſique ſapientes mundi reſtibus Apoſtolum capti ſunt,& Chriſto,Dei virtuti,ac ſapientiæ crediderunt.¶Siccum iter.Duodecim latis vijs pro numero tribuum ſtantibus aquis à dextra & ſiniſtra pro muro.¶Mutua. Sylepſis abſcondita, & hyperbaton.i.ordo uerborum turbatus ſimul concurrentes reddũt obſcurũ ſenſũ,& faciũt uideri κακοσύνθετον, i.mala conſtructionem.quare ſic ordina literam,& planus erit ſenſus. Tuus,ò domine,eſt dies & nox,quæ res operãdi,& quieſcendi nobis præſtant tempora;& eſt relatio ſimplex,quia in voce diſcordat,licet in ſenſu conueniat.quale ẽ illud Ouidii..mea ſcripta legis qui ſum ſummotus ad hyſtrum.ex his intendit oſtẽdere Deum eſſe creatorem omnium, rectoremque mundi, & actuum moderatorem noſtrorũ qui varijs geruntur temporibus,nutu tamẽ ſuo. ¶Auroram.Ab auris,quæ tunc temporis aut reſidunt,aut nouæ inſurgunt.¶Sydera. Latè accipe,& pro ſignis cœleſtibus, & pro ſtellis fixis. ¶Dextræ tuæ. More loquitur humano ideſt potentiæ tuæ,quæ dicitur dextera Dei.¶ Plantaſti fines.Quos nũquã egreditur mare,niſi ex iuſſione domini: vt factũ eſt in tẽpore dilluuij vniuer-

Mutua quæ præſtant operandi tempora nobis,
Atque quieſcendi noxque dieſque tuus.
Aethera nimirum,auroram,ſolemq; creaſti;
Sunt opus & dextræ ſydera cuncta tuæ.
Terrarum immenſos,pontique ſub aere vaſto
Plantaſti fines:quicquid & intus habent.
Florida tu viridis ſtatuiſti tempora veris,
Torridaque æſtatis meſſibus apta facis.
Impius hic hoſtis domino(memor eſto precamur),
Eſt auſus toties improperare ſuo.
Irritat & ſanctum populus ſine pectore nomen,
Iuſtitiam inſipiens incitat iſte tuam.
Te nomenque tuum tradi crudelibus iſtis,
Laudantes animas ne patiare,feris.

E ſalis & aliquando particularis ſecreto,ſed iuſto Dei iudicio.¶ Ponti:Ideſt maris.hic pontus mare eſt, hæc pontus regio,ſeu inſula in qua deportatus eſt Ouidius:vnde & opus eius de ponto.¶Quicquid.In terra ſunt animalia reptantia,in aere volucres,& in mari piſces.¶Florida tempora.Quibus veſtitur humus floribus.¶ Vir.ver.Tunc etiam tellus herbis vireſcit nouis,arboreſque noua frõde reuireſcunt.¶Torrida.Quibus ſpicæ ad maturitatem deductę torrent,ex vehementi ſolis calore.per hæc autem duo principalia anni tempora,hyemem quoque, & autumnum intelligit à parte totum per ſynecdochen.¶Hic.Non tantummodo loci eſt aduerbium:ſed etiam temporis, quandoque ſimul,& ſemel vtrumque vt hoc in loco.¶Impius hoſtis. Quicunque ſit ille qui religionem oppugnat,Dei eſt hoſtis,& ſeruorum eius.rethoricè propheta aduerſarios in odium adducit,eorum ſuperbiam deteſtando, & p conſequens miſericordiam captat iudicis,& beneuolentiam ſibi, populoque ſuo nimis afflicto, tum ex ſuis quas patitur malis; tum ex blaſphemijs domino irrogatis,cuius potentiæ detrahebant,ſibi victoriam aſcribentes,dicẽteſque Deum non poſſe illos de ſuis manibus liberare,ſicut nec potuerat eos defendere,quorum vtrumque falſiſſimum erat.quod oſtendit dominus in beneplaciti ſui tempore;nam & ab Aegiptiaca ſeruitute ferrea eos liberauit,& à Babilonica captiuitate,Anthiochenaque miſeria;& eos defendit ab Holopherne per manum viduæ, & à Sennacherib,per manum Angeli,per alios & alijs vicibus:ſed hæc exempli gratia ſufficiant.¶ Me.eſto.prec.Parentheſis eſt ſimul,apoſtrophe ad Deum, ne obliuiſcatur ſuperborum inimicorum in ſe nomenque ſuum contumelias,& blaſphemias: ſed de his meritas ſumat pœnas, vt caſtigentur,cœteriſque tranſeant in exẽplum. ¶Toties.
Eſa.45. Emphaſim habet;nam ex malorum actuum multiplicatione magis,ac magis aggrauatur contemptus.¶ Suo domino. Velint, nolint vt uiuo ego,(dicit dominus) ante me flectetur omne genu. ¶Irritat. Ad iracundiam contra
Exo.6. ſe prouocat.¶Sanctum nomen. Vel illud,tetragammaton, vel Adonai quod Moyſi,& non antiquis monſtrauerat patribus, ſi ad præteritas ante Chriſti aduentum referas captiuitates,ſi ad noſtra tempora, de ſancto nomine in-
Phyl.2. telligendum eſt, de quo Apoſtolus ait,quia fuit obediens patri,propterea dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen,vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium,terreſtrium,& infernorum.Item nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum in quo oporteat nos ſaluos fieri,niſi in nomine D. N. I. Chr. in quo eſt ſalus, vita, & reſſurrectio noſtra.¶Sine pectore.Ideſt ſine intellectu.de quouis populo perſecutore intellige.ſunt enim facti ſine intellectu,ſicut equus & mulus,qui Deum creatorem,rectorem,dominum,& iudicem ſuum nolunt cognoſcere, quem
F cuncta fatentur elementa,ex ſeruitute continua,& obedientia,quam domino ſuo infatigabiliter præſtant & præſtabunt in ſœcula.¶Inſipiens.Non de quo dicitur. Inſipiens eſto cum tempus poſtulat, aut res:ſed de quo in alio pſalmo,Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.& Apoſtolus:ſapientes ſunt vt faciant mala,bona autem facere neſciunt.& alibi.noluit intelligere vt bene ageret.¶Tradi te.Sed quomodo poteſt Deus tradi in manibus beſtiarũ harum.nonne traditus fuit Chriſtus?traditur & dominus in membris ſuis.de quibus dicitur.Qui vos odit,me odit & qui odit me,odit & patrẽ meũ:& cõtra qui uos recipit me recipit; q aũt recipit,me recipit & eũ q me miſit.Vnde & Saulo fideles ſuos pſequẽti, Saule Saule(inquit)quid me perſequeris?q ſi hanc difficultatẽ nolumus euitare, ſic ordinãda eſt litera,ò Deus ne patiare ais laud.te.nomẽq; tuũ tradi feris crudelibus iſtis.qui nos perſequũtur,& quia dicit animas & non corpora non incongruè per feras crudeles iſtos dæmones poſſumus intelligere,q de corporibus noſtris parum curant : ſed de animabus ſecum perdendis maximam gerunt ſollicitudinem,quare & mũdanis fautoribus dicunt: da mihi animas,cętera tolle tibi.¶Has animas. Fac emphaſim in pronomine has animas,quas ad imaginem & ſimilitudinem tuam creaſti,pro quibus mundum & quę in eo ſunt condidiſti,, quas nunc per Angelos nunc per prophetas erudijſti,& dæmum has ani

Has animas inopum ne obliuiſcaris in æuum,
Quas torquent hoſtes quotidieque premunt.
A pueris ne verte tuis faciem:ſed ab alto
In teſtamentum reſpice quæſo tuum.

mas

Quos etenim vilis terra obscurauit, eorum
Sunt omnis sceleris corda referta domus
Ne sese auertat humilis confusus ab hoste,
Laudabunt nomen pauper, inopsque tuum.
Iam Deus exurgas; propriamque vlciscere causam;
Te precor opprobrij iam memor esto tui.

mas propter quas filio tuo non pepercisti: sed pro nobis illum tradidisti, qui & moriens in sanguine suo nostra lauit peccata. ¶ Inopum. De quibus dicitur. beati pauperes spiritu. ¶ Ne obliuiscaris. Sed quomodo qui rerum omniũ continuam hēt memoriam, quiq; nostrũ eam infudit mentibus potest obliuisci? qui & dicit si obliuisci potest mater filij sui, & si illa oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui: sed nobis acta Dei more nostro plerumque metientibus videtur obliuisci nostri Deus, quando vocatus nõ succurit, sæpe rogatus auxilium differt. ¶ Torquent. Excruciant intimis doloribus. ¶ Hostes. Dæmones, eorumque membra homines mali, per quos persequitur iustos. ¶ A pueris tuis. Vel humilibus seruis, quia nisi facti fuerimus sicut paruuli nõ intrabimus in regnum cœlorum. & alibi. sinite paruulos venire ad me talium enim est regnum cœlorum. vel de illis intelligat quibus cum surrexisset Dominus Iesus dixit. pueri numquid pulmentum habetis. sed & sic etiam pro nobis rogat cum pro discipulis rogat, à quibus tamquàm à fontibus riuuli nos quoque deriuauimus. ¶ Testamentum tuum. Promissionem tuam hæreditatis terræ tuæ & supernæ. uel capitur pro lege Moisi, uel etiam pro lege euangelica; unde & dominus Iesus dixit, hic calix noui testamenti est in meo sanguine, de hoc testamento latè Apostolus disputat in epistola ad hæbreos, ibi uide. ¶ Quos. Et reddit rationem, quare pro paruulis & pauperib⁹. solum orauerit redimēdis, quia, corda quæ sunt eorum domus, quos uilis terra obscurauit, repleta sunt omnis sceleris, adeoq. sunt indigni ut redemptione iustorum participes fiant: nisi cum & ipsi per pœnitentiam paruuli domini fuerint effecti, qui per diuitias sunt magni, & potentes in sæculo. ¶ Vilis terra. Idest terrenarum rerum cupiditas, auaraq; possessio, quæ cælestium rerum comparatione uilissimæ sunt. ¶ Obscurauit. Diuitiæ. n. sunt tamquàm nubes inter intellectum & Deum, cuius illustratione solet illuminari. ¶ Corda ref. dom. Appositio est, corda enim sunt cogitationum humanarum receptacula. ¶ Auertat. A uia cultus tui per desperationem, quæ nonnumquam fideles adeo impingit, ut a cultu Dei ad cultum demonis, & idolorum pertranseant. ¶ Confusus. Ex nimia animi perturbatione contingit hæc confusio, quando improperātibus nobis, hostibus miserias nostras ex Dei nostri impotentia peruenire, nescimus respõdere. ꝙ potius ex culpa nostra, parentumq; nostrorum qui in filijs puniuntur, sicut & in illis lætificantur, nõ tamen sine magno nostro bono si patientiam habuerimus; omnia enim cooperabuntur nobis ad salutē, neq. n. Christus & sancti martires gloriæ coronā pro se & populo fideli adeptiessent nisi tribulationes huius mundi, tormenta tyrannorum, mortem denq. ipsam per patientiam superassent; oportebāt. n. Christum pati (ut ipse testatur) & ita intrare in gloriam suam, sic & nos in mundo pressuram habere necesse est; sed si fuerimus socij passionũ, erimus & consolationũ; talia oporteret respondere improperantibus, & non confunderemur. ¶ Pauper. Qui parum habet, inops qui neq. vlnam telluris hæt vbi sepeliatur; per hos humiles, & in terrenis rebus nullum habentes affectum intelliguntur. ¶ Exurgas. Quasi dormientem alloquitur: cum tamen nõ dormitet, neq. dormiat, qui custodit Israel: sed vt supra diximus de obliuione, sic intelligatur hic de dormitione; videtur enim dominus dormire quando non ita cito, vt volumus auxilium porrigit. ¶ Vlciscere. Vel pœnam illis debitam inferendo, si in peccato suo fuerint obstinati; vel vt ait August. auferendo ab eis errorem, & suscitando fidem; sic. n. exponit illum psalmi versiculum, vltus sum in eos; quid est (inquit) vltus sum in eos? vindicaui me de ipsis; quomodo vindicaui me de ipsis? occidendo errorem, & suscitando fidem. & hoc adimpletum esse cognoscimus erga persecutores sanctorum, & ecclesię Dei: nam pars eorum perdita est, & pars est ad fidem conuersa. ¶ Opprob. Blasphemiarum in sanctum nomen tuum irrogatarum. ¶ Reminiscaris. Tautologia est, ad exprimendũ dolorem cordis intensissimũ de auditis in Deũ blasphemijs, magisquàm propriæ calamitatis. Matt. 18. ca. 7. 8. & 9. & vlt. A B Luc. 24.

Iam reminiscaris populi maledicta nephandi
Quotidie latrat, quæ sine corde canis.
Ne obliuiscaris quem nulla obliuio fallit,
Quæ tulit in nomen vox inimica tuum.
Semper enim conscendit in vltra superbia eorum
Te nimis exosum qui tenuere diu.

¶ Nephandi. Idolorum cultoris, & irreligiosi, inimicique crucis Christi. ¶ Canis. Per similitudinẽ morum, quem enim morsu non potest, vel latratu petit: sic maledici, sicut, vt vellent nocere non possunt in eum iactant opprobria. ¶ Sine corde. Idest sine vlla cogitatione iudicij futuri. in quo si de omni verbo ocioso reddituri sunt rationẽ, quanto magis de verbis detractoris, & blasphemijs. cor enim sedes est cogitationum bonarum, & malarum, sicuti ex verbis Dom. colligitur. De corde enim (ait) exeunt cogitationes malæ, &c. Item ex abundantia cordis os loquitur. & alibi. bonus homo ex bono thesauro profert bona, & ex malo mala. possumus etiam dicere, sine corde hoc est sine intellectu, & prudentia vt supra sine pectore. vnde cordatos, prudentes viros dicimus. ¶ Ne obliuiscaris. Et iam tertio dicit idem, licet alijs verbis; quibus ex rebus docemur quanto cum feruore diuinum zelare debeamus honorem, potiusque violato vltionem quærere, quàm ex nostris iniurijs uindictam: sed proh dolor. si vel leuiter pulsati fuerimus, vel leuis iniuria irrogata, potius excandescentes multas in vindictam manus armamus; de nomine domini. quotidie vilipenso, & blasphemijs crudelibus violato, neque iudicum aures obturantur, quin rident; nam viri fortes videntur hi, qui blasphemias ore sacrilego norunt horrendas emittere; neque viri reputantur, qui nesciunt blasphemare. ¶ Obliuio fal. Vt homines, qui facile obliuiscuntur quamplurima. nam vt ait prudens Iurisconsulti responsum: Omnium habere memoriam diuinum est potius quàm humanum. ¶ Tulit. lactauit, oblatrauit. ¶ Vox inimica. Idest inimici. ¶ In ultra. Non vindicata debita pœna; quoniam facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, dum creduntur sibi omnia impunè licere, à nullo quàmuis grauissimo facinore, abhorrent. ¶ Te nimis. Ordo est. superbia eorum, qui te diu nimis exosum tenuere semper conscendit, ceu fumus, quo magis ascendit eo magis anihilat sic eodem pacto fastus, honores euanescunt; cum nihil sperent firmius esse fugit, fugiamus itaque istos honores, qui velut vmbra prætereunt, præcipitesque suos fautores trahunt. C

Confitebimur &c.

D Confitebimur &c. Incipit hic psalmus in oratione soluta, quoniam pollicetur populus Dei sese domino confessurum iustè pro peccatis afflictum, & misericorditer liberatum, siue à captiuitate Babilonica, siue ab ærumnis per Anthiochum inflictis; seu quod magis verum puto à seruitute diaboli per saluatorem cœlo missum D. N. I. Chr. qui rediens vnde venerat (vt in alio psalmo dicitur) captiuam duxit captiuitatem. carmen autem incipit. Confiteare Deo, & est vox seipsum inuitantis populi ad confessionem Dei. Est autem aduertendum duplicem esse confessionem, laudis. s. & peccatorum; prima Deo tantum fit, altera Deo, & sacerdoti eius ministro claues tenenti: hic agitur de prima confessione; ideo dicit. Confiteare Deo ò Iudæa. ¶ Redemit. De captiuitatibus prædictis: sed de vltima præcioso sanguine filij sui, & idcirco magis æstimanda. ¶ Redemptori tuo. Christo Iesu, nõ quod separemus filium à patre; cũ inseparabilia sint opera trinitatis: sed propterea sic exponimos, vt omnes glorificẽt filium, sicut & patrem. ¶ Illius nomen. D. N. I. Christi, de quo in præcedenti psalmo. ¶ Populus fidelis. Qui in Christum credit; nam ab initio Christo credentes appellabantur fideles, Antiochiæ christiani ceperont vocari. ¶ Ore.
Rom.10 Non corde tantum, quod faciunt pusillanimes: sed etiam ore, quod fortium fuit opus martyrum; corde enim creditur ad iustitiam, ore verò confessio fit ad salutem. ¶ Miraque gesta. Incarnationem, natiuitatem, baptisma, miracula innumera, quæ toto tempore peregrinationis suæ fecit. passionem, resurrectionem, ascensionem in cœlum, cum preda quam ex inferno redemerat, spiritus sancti missionem, & denique conuersionem mũdi per duodecim piscatores repugnantibus Romanis rerum dominis. ¶ Tẽpus oportunũ. Quod ipse solus nouerat, & disposuerat. loquitur aũt hic vates in persona ipsius domini quodãmodo respondentis populo; ac si esset hic psalmus quidã dialogus. ¶ Cum capero. Loquitur vt homo si-
Io.5. cut in Euang. pater omne iudicium dedit filio, & alibi. Dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. & rursus. Data (inquit)
Matt, vlt. est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. ¶ Cui
E que ferendum. Supple est. ¶ Iudice me. Hoc est quod ait Apostolus. ipse constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. ¶ Meritis. Deest pro. ¶ Iusta. Idest pœnam pro demeritis iustè inflictam ¶ Vel æqua. Idest præmia pro bonis operibus quadam æquitate, summaque Dei bonitate debita; æquum est enim, quod Deus ex liberalitate promissit, ut ea opere cõpleat. ¶ Aduẽto meo. In mundum per carnis assumptionem. ¶ Liquefacta. Ordo est. tellus, quæ ante fuit saxea, modo liquefacta est aduentu meo; sic & cuncti, qui habitant in ea. s. erant saxei modo in aduentu meo sunt liquefacti. corda enim populorum ante Christi aduentum erant dura, & similia lapideis simulachris, quæ colebant gentiles, iudæorum quoq. duriora propter obstinatam rerum terrenarum cupiditatem, liquefacta vtrorumque per ignem spiritussancti, quos in credentes è cœlo misit abundè; & sunt illi lapides quos ostendens Ioannes Baptista dicebat, dico vobis quia ex lapidibus istis potens est Deus suscitare filios Abrahæ; hoc est etiam quod per alium prophetam promisit Deus: auferam (inquit) à vobis cor lapideum & dabo cor carneum. ¶ Instabiles columnas. Methaphoricè loquitur, ac si alicuius ædificii architectus conspiciens columnas, nec adhuc bene firmatas dicat, iam iam firmabo illas; ecclesia Dei est enim spirituale ędificium cuius fundamentũ est Christ. Iesus præter quod nemo aliud potest ponere (vt ait Paulus) nos vero lapides viui ex quibus fit eius structura, columnæ sunt Apost. qui ante receptam spiritussancti gratiam, vt homines carne infirma circundati pusillanimitate lababant; has Dominus Iesus columnas dono fortitudinis spiritus sui roborauit, quod per similitudinem duriciei Aes suum hic appellant. ¶ Ego. Deus, & Dominus N. I. Christus. ¶ Terribili voce. Prophetica, atq. euangelica. vide Hieremiam, atq. Isaiam quasi per omne caput, sic & euangelium vbi & malorum iudęorum pęnas, Babiloniorumq. destructionem, cæterorumq. populi Dei infensorum hostium prædictas inuenies, in euangelio quoq. malorum agricolarum, & hypocritarum exterminium pęnam gehennę ignis ęterni in duros, in misericordes commi natam leges. ¶ Impia. Aduersus Deum: ab eius cultura recedendo, vel sanctissimum eius nomen blasphemando,
F idolatrando, & fideles suos persequẽdo. ¶ Iniqua. Aduersus proximum ei, maledicendo; bona eius dirripiendo, affligendo corpus eius, occidendo, inuidendo, odio habendo, & deniq. contemnendo, & quoquomodo ei nocendo, vel quæ eius sunt concupiscendo. ¶ Ne delinquentes. In deum, vel in proximum aliquo modo ex his, quæ modo dicta sunt. ¶ Tollant. Pro extollant. Apheresis. n. est aliàs tollere significat perdere, vt tolle, tolle, crucifige eum. ¶ Sua cornua. Potestatem suam iactando, vt bestiæ inuentum sepe cornua iactant sua. ¶ Fastu. Prè superbia, quæ omnis peccati initium est, sanè fastus. sti, secundæ inflexionis festiuitates significat, vnde inscribitur Ouid. de fastis, lib. quidam, quo gentiliũ dies festiui canuntur ¶ In cœlum. Peruersa cogitatione; quãdo corpore nequeunt sese Deos existimantes, qualis Nabucodonosor, Alexander Macedo, nonnullique Romani Imperatores; & aduersus Deum qui in cœlo est bella gerentes; auertendo populum Dei à

ODE LXXIIII. EX PSALMO LXXIIII, Confitebimur,

Confiteare Deo qui te iudæa redemit,
Læta redemptori confiteare tuo.
Illius & nomen populus voce ore fidelis,
Illius & psalmis miraque gesta canat.
Tempus oportunum cum cæpero: cuique ferendum
Iudice me meritis iusta, vel æqua suis.
Aduentu liquefacta meo quæ saxea tellus
Ante fuit, cuncti quique habitant in ea;
Eius & instabiles visasque labare columnas
Firmaui solido roboris ære mei.
Nempe ego terribili sum voce minatus iniquis
Impia ne patrent, ne vel iniqua gerant.

Ne delinquentes tollant sua cornua fastu,
Ne sese in cælum corda superba leuent.
Cornua ne duræ ceruici fixa velitis
Exaltare poli sydera celsa super.
Non Oriens dextram fugiet plaga iudicis huius
Quæ vel in Occiduo delitet ora sinu.
Non quæ desertis ex frigore montibus horret,
Non huius fugiet torrida zona manu.
Lancibus æquatis iustam geret ipse stateram;
Deprimit hac tumidos, hac humilesque leuat.

A

Isq; tenet calicem mixtoq; meroq; refertum :
Ex hoc inclinat, moxq; propinat in hoc.

cultura eius, vt potius simulachra gentium, quę Dæmonia sunt colant. quod fecit Antiochus, quæ & Romani aduersus Dominum nostrum Iesum Christum vsq; ad internitionem molliti sunt, mille millia martyrum cædentes. Iudæi quoq; ipsum Dominum suum filium Dei, & hominis crucifixerunt, Apostolos flagellauerunt, Stephanum lapidauerunt, duos Iacobos, & Simonem interfecerunt, discipulos Christi de finibus suis eiecerunt, Paulo sæpius flagella, sæpissime necem intentarunt: & deniq; quem sanctorum non persecuti sunt! aduersus redemptorem suum exitiale bellum gerentes! donec venit super eos omnis sanguis iustorum effusus, & patrum suorum mensuram impleuerunt, tunc exterminati urbe incensa debitas dederunt pœnas. ¶ Comua fixa ceruici duræ. Et pertinaci: hæc sunt potestates Ecclesiastica, & secularis, quas olim superbiebant gentiles & Iudæi, nunc autem aliquando & Christiani, iustos pauperes persequendo. ¶ Non oriens. Hic latas, lungasq; manus iudicis ostendit æterni per totum orbem sese extendentes, vt indicet nullum malum vbicunque sit, vel quocunque fugerit vitionem impietatis, & iniquitatis suæ iustam, & debitam nullo pacto posse euitare. ¶ Plaga oriens. Idest regio Orientalis: plaga enim cum corripit primam, regionem, vel rhetis maculas significat: cum autem producit, vulnus notat. ¶ Occidun situ. Qui uidetur Occidentem excipere. ¶ Desertis montibus. Vltra Ripheos post Scythiam, ex frigore glaciei conceretæ propter solis inaccessum. Aquilonarem intelligit terram Septentrionali polo suppositam: vnde borealis gelidissimus uenit flatus. ¶ Torrida zona. Australem intelligit partem solis cursui è regione subiectam. porrò dicunt Astrologi immensam latitudinem cœli quinque zonis distringi, quarum duæ extremæ gelidæ sunt, quia solares radij ad illas non penetrant: media, qua decurrit sol est torrida: duæ intermediæ temperatæ: totidem sunt in terris plagæ prædictis suppositæ, quarum duæ præ nimio horrent frigore: media feruet ęstu continuo: inter mediæ solę sunt habitabiles: nulla tamen illarum conditorem suum latet. ¶ Lancibus æquatis. Lances sunt ea uasa rotunda parum excauata, quæ ab vtraq; parte statere dependent. ¶ Hac. Scilicet leua bilanci. ¶ Tumidos. Per superbiam inflatos, vt Pharaonem, Nabuchodonosor, & Sennacherib, multosq; alios reges, & Imperatores. ¶ Hac. Scilicet dextra bilancis. ¶ Humiles. Aliquando hic in sæculo, vt Ioseph quem moderatorem fecit Aegypti, ex carceris squallore. Cirum quoque feris, & auibus expositum ad sublime Persarum Imperium euexit, subactis Medis, Babiloniaq; euersa, talibus miraculis refertæ sunt hystoriæ diuinæ legis, & humanarum rerum annalia. B

¶ Isque. Dominus iudex vniuersi; cunctorum vindex malorum, retributor & bonorum. ¶ Calicem. Iræ & punitionis vasa. iuxta illud Isaiæ vaticinium. consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ Isaie.55.
eius, & in Apoc. hic bibet de uino iræ Dei, Item date illi calicem vini indignationis iræ Dei: alius calix est pas- Apoc.14
sionis uniuscuiusq; ministratio; vnde & Dominus dixit, transeat à me calix iste: & duobus discipulis prima- & 17.
tum affectantibus, Potestis: (inquit) bibere calicem, quem ego bibiturus sum? est & calix gloriæ, vt in Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, & alibi. calix meus inebrians quàm præclarus est. hic autem de Calice vltionis, & pœnæ (vt dixi) intelligendum est. ¶ Mixto. Idest mixtura quadam inebriante. ¶ Meroq;. Vino puro absq; vlla aquæ aspersione, per hæc intelligit durissimam fore vindictam sine illo temperamento dulcedinis, quo filios Deus quandoq; castigat, vt resipiscant. nonne durissimus fuit ille calix Hierosolymorum, & absque temperamento lenitatis, quem biberunt hac in extrema totalis excidij ruina, per Titum & Ve- Ioseph d
spasianum Imperatores, quo decies centena millia perierunt, vrbs funditus eruta, & templum illud excellen- bello Iu.
tissimum, totoq; in orbe clarissimum cum ipsis Sacerdotibus exustum: si qui pauci superfuerunt defessis cædendo militibus in miseriorem mortem, videlicet seruitutem; detrusi, vt vilia mancipia in quattuor orbis ventos fuere dispersi omni spe redemptionis amota licet ipsi frustra alterum Messiam redemptorem expectent. iam millesimus, & quingentesimus annus est peractus nec adhuc venit: sed neq; veniet, nisi forsan Antichristus filius perditionis, qui reliquias eorum in æternam perdat damnationem. talis fuit & Babiloniæ calix, multorumq; populorum Domino rebellium.

Hinc licet epoti complures; non tamen omnis
Fex exhausta: calix semirepletus adhuc.
Vnde bibant omnes scelerati restat abunde
Ebrius hinc quamuis impius omnis eat.
Non tam dira sitis, non tristia pocula tangunt
Ista pij melior potus habendus eis,
De fæcata bibant hominum exhilarantia corda
Fluminis vt viui sit loquor haustus eis.

¶ Ex hoc, in hoc. Quia uatis ipsius hæc sunt verba, duplex sensus qui commentarius psal. inueniturs hic etiam referetur, putant nonnulli duos calices esse in manu Domini, primum temperatum aliqua lenitate, & alterum pura ira vltionis repletum, & ex vnó calice in alterum propinare, prout intendit plus aut minus acerbe punire: alij (quod & ego verius credo) sic intelligunt, non de calice: sed de populis diuersis, quos inuicem vltionis ministerium Deo præstantes punit, vt mererentur, quod & vulgo, de malo homine alterum sibi similem interficiente dicitur, tonsor tonsorem radit, est ergo sensus. inclinat supple calicem iræ, & vltionis ex hoc populo quem iam potauit, vt puniatur, & C
mox propinat in hoc scilicet alteró populo, vt cum primum punierit; ipse quoque inebrietur, & ab altero populo mox puniendo puniatur, sic Babiloniis ministerium præstantibus exercuit Iudæos, in Babilonios, veró per Medos, & Persas sæuam prosecutus est vltionem. Medos quoq; à Persis, & Persas, à Græcis, Græcos à Romanis ferrea virga percuti iussit; rursus Romanos ab Vnnis, Gottis, Vuandalis feriri iussit, meaquoq; tempestate Luterani, Germani, Hyspani, & aliqui Itali ex regis Francorum, quem captiuum ad Imperatorem miserant elati Romam certo agmine petierunt aggressi sunt, expugnarunt, depopulati sunt; in summum Pontificem Christianorum patrem, ac si Turcæ essent sacrilegas manus iniecerunt: sanctorum reliquias sacratissimas, (proh scelus) nefandissimum, manibus impiis auro, & argento, quibus ornabantur abrepto in puteos, & cloacas proiecerunt, domos rapinis, & cædibus funestarunt, templa expoliarunt, altaria suffoderunt, & demum vrbem ipsam ruinis, & incendiis, deuastarunt: at isti crassatores numquid de calice Domini non biberunt? morbida tabe infra annum omnes perierunt; neminem vidi vel audiui qui domum incolumis repetierit; sic oēs malos Dominus calice suo potat, sic calicem ex hoc in hoc propinat: sed iam redeamus ad explanationem. ¶ Hinc. Ex hoc calice. ¶ Licet epoti. Cōplures populi. remouet propheta falsam existimationē quorundam malorū dicentiū non omnes

D malos posse plecti à Deo, calicemq; à multis retroactis potoribus euacuatum esse. iamdiu vixi, vano inanis poetæ fundamento. Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tēpore inermis erit; quam sententiā & supra in alio Psalmo reprobauimus, correximusq; versiculos, & hic manifestè falsa esse ostenditur; nā & adhuc calicem semiplenum esse indicat, licèt tanta millium millia inde fuerint epoti hactenus; præterea qui semel illum impleuit numquid, & prope euacuatum nequibit iterum atq; iterum replere? infiniti nulla est dimensio. ¶ Fex. Totalis est malorum perditio. ¶ Abundè. Aduerbium est, & ponitur pro abundanter. ¶ Eat. Ex hoc mundo ad infernum; non quòd Deus bis puniat in idipsum: sed quia peccatis pro quibus exterminati sunt, obstinationis, & finalis impœnitentiæ peccata addiderunt, ideo & hic, & ibi torquebuntur in sæcula. ¶ Dira sitis. Expressio calicis, qui dicitur iræ Dei; dirum enim significat malum ex ira Dei immissum. ¶ Melior potus. Vel minus amarus; & erit comparatio abusiua, nam omnes calicem salutaris accipiunt Crucem videlicet suam, & sequuntur dominum. Vel de calice illo possumus intelligere, de quo supra diximus: calix meus inebrians quàm præclarus est, idest de calice gloriæ retributionis æternæ. vnde aptè sequitur. ¶ Defecata bibant, &c. Idest nulla tristitiæ fœditate deturpata. ¶ Exhilarantia corda. Est allusio ad illum psalmi uersiculum. uinum lætificat cor hominis; ex quo patet de gloria futura qua ebriabuntur iusti, quod hic dicitur intelligi debere. ¶ Fluminis uiui. Hic est torrens uoluptatis, qui labitur per medium paradisi, de quo alibi per hunc eundem prophetam: & torrente uoluptatis tuæ potabis eos: & de quo dicitur. fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei; potest & spiritus sancti gratiam significare. ¶ Ego Dauid prophetes; utinam, & ego minimus uates utcumq; etiam uatis meiq; ipsius, quin potius Domini interpres huius aquæ haustæ recreer: ut gesta Dei. & cantata referam, canamq; noua utraq; aperta faciam ad laudem, & gloriam nominis eius. ¶ Contringam. Hic iterum loquentis persona mutatur, ut supra; loquitur enim uates in persona non sua: sed Dei, & Domini nostri Iesu Christi. ¶ Dextra. Idest potentia mea. ¶ Cornua. Eadem de quibus satis dictum est supra. ¶ Vsq; ad sydera. Quinimo & supra sydera in cœlum cum Angelis assumentur collocandi. sed est quidam modus sic loquendi, quando uolumus aliquem in altum iudicare conscendisse, dicere

Hujus ego salientis aquæ recreatus ab haustu
Gesta Dei vates sæcula cuncta canam.
Omnia peccantum confringam cornua dextra,
Exaltabuntur sydera ad vsq; pij.

E solemus usq; ad astra, siue plus minusue fuerit exaltatus. ¶ Pij. Idest Boni, & sancti qui piè, & religiosè dominum fide & opere coluerunt semper; de quorum numero, & me scriptorem uos quoq; lectores D. N. Iesus Christus uelit esse, & exhilaranti eorum calice potare. Amen.

Notus iudæa Deus est, &c. Magnam Iudæorum fœlicitatem, atq; simul infœlicitatem, hoc ex psalmo licet deprendere, qui populus Dei electus, ita ut credenda duxisset eis eloquia sua, sufficientem Dei habuit notitiam per Moysen, per legem, & prophetas, quæ iam non fecerat omni nationi; nouissimè & filium Dei inter eos natum adoratum uiderunt, conuersatumq; domesticè: ut & notum haberent, notumq; alijs populis facerent, & simul redemptorem suum cum illis colerent: ast illi tantis Dei beneficiis ingrati non solum habere eius notitiam magnifecerunt, sed aut noluerunt eum cognoscere, uel se non nosse finxerunt, eiecerunt q; per mortem a notitia sua. fuit tamen (uellent nolent) notus in Iudæa Deus apud multos, & primo deinde eius notitia deriuauit ad alias terras; quod præuidens Dauid ait. ¶ Notus Iudæa. Deest in præpositio. ¶ Deus. Omnium conditor, qui primo sui notitiam Iudæis exhibuit in signis multis, & prodigijs, deinde per legem, post modo per prophetas; nouissime (ut ait Apostolus) per seipsum in filio suo; quem ad adimplendas promissiones patrum in medio Iudæorum nasci, conuersariq; fecit, & mori permissit. ¶ Illustreq;. Idest clarum nomen, ex miraculis exhibitis tam in exitu Aegypti, & introitu terræ promissionis, quàm post permulta sæcula; magis autem in Natiuitate Christi, & de inceps. nato enim Domino in Bethleem, nox sicut dies illuminata est, Angeli notum illum pastoribus fecerunt, cum alijs permultis; stella tribus magis notam fecit natiuitatem eius. qui uenientes adorare eum in Hierusalem regi Iudeæ, & principibus, Scribis, & Pharisæis, totiq; populo ortum illius notum fecerunt; Simeon quoque & Anna prophetissa præsentatum in templo non solum cognouerunt, & adorauerunt: sed & alijs prædicauerunt; Ioannes Baptista, & prædicauit, & testimonium perhibuit, & digito ostendit: seipsum deinceps uerbis, & operibus manifestauit, quæ licet ex Euangelio colligere. unde bene ipse dixit. Si non uenissem, & locutus eis non fuissem, opera

ODE LXXV. EX PSALMO LXXV.

Notus in Iudæa.

Notus Iudæa Deus est, illustreq; nomen,
In terra Isacidum magna patrauit ibi.
Nanq; Hierosolomis locus eius, sanctaq; sedes,
In Syon habitat gloria celsa sua;
Magnificatus ibi, & confringens arma potentum
Hostibus ex cæsis læta trophea tulit.

F in eis non fecissem quæ nemo alius fecit, excusationem haberent: nunc autem nullam habent excusationem de peccato suo, quia oderunt me, & patrem meum. ¶ Isacidum. Patronymicum nomen pro gentili. ¶ Patrauit. Idest fecit opera magna, quæ autem sint per lectionem veteris, & noui testamenti manifesta sunt. ¶ Hierosolymis. In Hierusalem, diuersis quippe nominibus appellata est ea ciuitas, quæ hoc uersiculo continentur. Solyma, Luza, Bethel, Hierosolima, Iebus, Helia, Vrbs sacra Hierusalem, dicitur atq; salem. ¶ Locus eius. Cultus scilicet, ibiq; ut plurimum petentibus responsa dabat. ¶ Sanctaq; sedes. Videbatur enim quodammodo sedere in sancto sanctorum super propiciatorio, quo tegebatur archa fœderis, quando Sacerdoti summo loquebatur; & hæc quidem legis tempore: sed tempore gratiæ, ideo erat locus eius & sedes sancta, quia Dominus Iesus in templum est præsentatus, vt adimpletetur illud
Malac. 3. Malachiæ vaticinium, Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator dominus, quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Illuc etiam sæpe venit ad prædicandum, miracula multa ibi
Luc. 19. fecit, inter quæ non minimum est, quando deiecit ementes, & vendentes, nummulariorumq; mensas euertit, æs effudit, cathedras subuertit, dicens; domus mea domus orationis est, & vos fecistis eam speluncam latronum. ¶ In Syon, hab. gl. vl. Hoc dicit, quia tempore suo antequàm conditum esset templum adduxerat in domum suam

suam, quàm habebat in Syon, archam fœderis domini, & tabernaculum eius, quod Moyses fecerat, implebaturq; sæpe à gloria Domini apparentis sibi, sicut & olim Moysi, & Aaron, cæterisq; ducibus prophetis, & Sacerdotibus: at Euangelij tempore, maximum Eucharistiæ Sacramentum in cœnaculo, quod est in Syon ab ipso Domino pleno gratiæ, & veritatis, gloriæq; rege fuit institutum, in eodem loco spiritus sancti gratia summè gloriosa super credentes discipulos in die Penthecostes de cœlo effusa est; repleuitq; totam domum vbi erant sedentes, & venerunt dispartitæ linguæ, tamquam ignis, sederuntq; supra singulos eorum; & repleti sunt omnes Spiritusſancto, & cœperunt loqui magnalia Dei, iterumq; dum fuisset Apostolis interdictum à principibus Sacerdotum, ne prædicarent Iesum crucifixum resurrexisse in eodem cœnaculo orauerunt discipuli, & motus est locus, rursusq; afflati sunt à Spiritusſancto, & cœperunt loqui cum fiducia verbum Dei; ecce quare gloria Dei dicitur habitare in Syon. his adde apparitiones illas Domini gloriosas, quando post resurrectionem suam stetit in medio discipulorum, & consolatus est eos; nonne tunc etiam erant in Syon? ¶ Magnificatus ibi. In Hierusalem, & circum circa per magnorum operum ostensionem, non quòd magnus plusquàm erat factus fuerit Dominus, qui cum sit maximus optimus, & immensus, augeri non potest: sed quia ex magnis ab eo patratis operibus nos illum metientes, magnum prædicamus, & in nobis ipsis quodam pacto magnificatur. Quæ verò fuerint ista opera magna apparet per lectionē veteris, & noui testamēti cuicunq;. ¶ Arma potentum. Ciuitati excidium minitantium, vt Sennacherib, Holofernis, Heliodori, & aliorum multorum, item potentium dæmonum, quorum arma insidias scilicet & dolos per crucis fortem malleum confregit. ¶ Hostibus cæsis. De quibus supra; si ad Christum referas hostes fuerunt illi ciues mali, qui mittentes legationem dixerunt, hunc nolumus regnare super nos, quos rediens accepto regno, coram se interfici mandauit. hostes fuerunt illi pessimi ad nuptias inuitati qui non solum venire recusarunt; sed & nuncios eius interemerunt, quos missis exercitibus perdidit, & ciuitatem illorum succendit. hostes deniq; fuerunt impiissimi agricolæ illi, qui hæredem locatoris extra vineam eiecerunt, & peremerunt, quos omnes malos malè perdidit, & vineam suam aliis locauit agricolis. ¶ Trophea. Ex armis, & spoliis hostium erecta, qualia scribit Vergilius in princ. lib. xj. ab Aenea de superbo Mezentio facta extitisse. ¶ Tulit. Romanus regum fidelium, & populi sui. sic & Dominus Iesus tulit crucis tropheum spolio carnis humanæ circundatum. ¶ Ferreus arcus. Temporibus debellationis prædictorum hostium, sic & Dominus fortior illo, qui custodiebat atrium suum armatus, in tempore passionis confregit, fallacias dæmonis, eiusq; versutias, quæ sunt arcus Diaboli, cum multiplicibus dolis eius. ¶ Gladij. Spirituales, quæ sunt linguæ vipereæ maledicorum, blasphemiæ, & adulationes gnatonum. ¶ Scutorum. Sic construe. ¶ Scutorū. Ingens strues facta est pyra; qua deuoratæ sunt, & consumptæ hostiles reliquiæ; porrò strues est quælibet rerum aggregata congeries, & maximè lignorum ad opera fabrilia; hoc etiam cōtigit Iudæis, qui post necem Domini Iesu cum vrbe, & templo, Sacerdotibusq;, ac principibus suis ab exercitu Romanorum relati ex strue lignorum pira congesta succensi fuerunt. ¶ Illustrans. Iudæos scilicet primo ad eorum consolationem, aduersariorumq; ruinam, supple missis. ¶ Montibus æternis. Idest Angelis, vt alio in psalmo; montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Angelos autem à Deos missos ad liberationem populi de manu Pharaonis, & Aegyptiorum vsq; ad introductionem eorum in terram promissionis plusquam manifestum est his, qui vel exiguam sacrarum literarum habent notitiam: deineeps etiam sæpe missi fuerunt, vt eosdem de manu hostium eruerent, in quas propter peccata inciderant, vt ex Iudicum, Regumq;, Thobiæ, Esdræ, ac prophetarum lectione patet intuenti; nec non & ex libris Machabeorum. nouissimè verò non solum per Angelos; sed & per seipsum Deus illustrauit eundem populum misso vnigenito filio suo, qui triennali prædicatione docuit Iudæos, quo deinde in cœlum recepto, & spiritum sanctum suum misit vt supra diximus ad illorum animos illustrandos, mediis aliis montibus, idest apostolis; qui & si temporales erant natura, per gratiam facti sunt æterni; qui & clara sunt lumina sicut & angeli per orbem immensum ad illustrandos populos missi. Angelos nihilominus etiam nostro tempore missos ad liberationem, defensionem, & consolationem nostram legimus in Apocalypsi Ioannis Apostoli, & sanctorum martyrum, confessorumq;, & virginum hystoriis. ¶ Horum. Angelorum primo, vt patet in Exodo de castris Aegyptiorum perturbatis à fulguribus, & tonitribus ab angelo missis, qui medius inter vtrunq; exercitum, Dei populum tuebatur, & aliis pluribus in locis supra adductis, quos ad prolixitatem vitandam lectoribus uidenda relinquo. nouissimè radiis Domini, vt in eiectione turbarum in templo negociantium, & quando prostrauit cohortem, & ministros, qui ad eum apprehendendū uenerant. radiis etiam Apostolorum fuerunt perturbati principes Iudæorum, quorum pectora inani gloria generis, & legis, quę euacuabatur tumebant, quando miracula, & prodigia per manus eorum fieri cernebant: sed & principes gentiū perturbati sunt uisis signis, mirabilibusq, gestis eorum; nam & ipsi per inanē sęculi potestatem tumebant. Angelis quoq; pro Christi fidelium defensione pugnantibus perturbatis infideles legimus. vide in dedicatione Michaelis Archang. & hystoriam tripartitam, Claudianumq; poetam qui referunt, Theodosio seniori Angelos, è cœlo in auxilium missos aduersus crucis inimicos. ¶ Soporati. Mortis sopore, quo ad mundum, & in inferno sepulti; quo ad animam. ¶ Somnum suum. Quoad vitam præteritam, quæ velut somnus transiens cito fugit. ¶ Mox periere. Ideo mox, quia momentanea est vita presens æternæ comparata. ¶ Simul. Etsi non tempore, supplicij tamen similitudine. ¶ Suarum diuitiarum. Carmen derisorium est, per omotoleuton, & omooptoton simul iunctum. suarum autem vt ipsi putabant; sed in veritate nostra non sunt, quæ semper nobiscum, & quocunq; ferre non possumus, vnde Iob. dixit, nudus de ventre matris exiui, nudusq; reuertar. ¶ Expansis manibus. In morte, quas pauperi in vita contraxerant. ¶ Tum. In exitu animæ. ¶ Nihil. Boni quod secum ferrent ad iudicem.

Ferreus arcus ibi fractus, gladijq; retusi,
Scutorumq; ingens est pyra facta strues.
Montibus illustrans æternis, clara per orbem
Misisti immensum lumina ab arce poli.

Sunt perturbati radiis fulgentibus horum,
Pectoris insani qui per inane tument.
Ecce soporati sine murmure, & ammodo somnum
Dormiuere suum: mox periere simul.
Quid secum retulere suarum diuitiarum.
Expansis manibus tum reperere nihil.

A Matt.26. Act.2. Act.4. — Matt.21. — B — C — Glo.cap. imo.d. re liq. & vē. san. in el. sup ver. oration.

D

Vide passionē beati Andreę in breui.

sed multum mali; quo veluti pondere grauati, in profundum inferni demerguntur. ¶ Equum. Pro equorum. ¶ Domitores. Equites dicit, & illos principes, atq; duces, qui in multo equitatu, curribusq; falcatis confidebant. ¶ Aere niten. Armis fulgentibus instructi, quales fuere Romani bellatores, quorum regnum dixerat Daniel fore ferreum, ¶ Euasere. A morte, & de manu Domini q. d. non ¶ Manu. Scilicet comminus, & per hos intelligit pedites. ¶ Gerunt. Subaudi, euaserent? & subiunge, minime, & hi oppetiere sicut & alij. ¶ Quiq; Diuersa prœliantium genera introducit, vt ostendat nullum militem tametsi fortissimum tela mortis, nemini parcentia euasisse. ¶ Trabalis. In trabis similitudinem; per hoc denotantur maximæ bellatoris vires, qui tali, ac tanta hasta in bello vtatur. ¶ Terribiles. Idest terrorem hostibus ex solo visu incutientes, sicuti de Golia Gigante scribitur, quòd totus Israelis exercitus eo procedente fugiebat, donec à Dauid oppressus est, ad terramque in lapide, & funda prostratus. ¶ Globos. Nomen est militaris agminis ad modum globi in gyrum condensati. ¶ Vocem. Tonitruum, & fulgorum primo prophetarum, secundo qui populum alta voce adiectis, & minis increpabant. nouissimè vocem illam Ioannis clamantis in deserto. parate viam Domini, & iam securis ad radicem arboris est apposita, vocemq; filij prædicantis, apostolorumq; qui pluebant doctrinis, fulgurabant minis, & tonabant miraculis.

Numquid equum validi domitores, ære nitentes,
Euasere à manu qui fera bella gerunt?
Quiq; super curru iaculis, hastaq; trabali
Terribiles, densos immeriere globos?
Altitonans vocem simulac emisit ab alto
Increpuitq; ; sopor proruit altus eos.
Namq; & equis lapsi, fusiq; e curribus omnes
Prostrati somno mox iacuere necis.
Terribilis Dominus cum desuper intonat; ex nunc
Quis ferat iratum? quisue resistat ei?
Iudicat in cœlis: sua mox sententia ab alto
Desilit in terras, exequiturq; potens.
Totus enim nutu solo diffinditur aer.
Contremit & tellus moxq; quiescit ei. 14
Cum Deus in solium conscenderet; altus & inde
Iudicium populo, moxq; daturus opem.
Mitibus optata daret vtq; salute potiri.
Quos iubet & tutos, incolumesq; fore.
Talia dum secum tacito sub pectore uoluit,
Est opus ut domino confiteatur homo,

¶ Increpuitq;. Idest molestiis, & plagis, reprehendit. ¶ Sopor mortis. ¶ Equis lapsi &c. Hæc sæpissime contigerunt hostibus

Es,ca.37. populi Iudęorum auxiliante de super Domino, & pro exemplo sufficiat exercitus Senacherib regis Assiriorum ab Angelo Domini qui percussis 185. milibus mox aufugit confusus, & à filiis suis in vrbe sua, fuit interfectus. ¶ Resistat ei? Q. d. nullus. ¶ In cœlis. Vbi solium suū est. vel in cœlis, In sanctis, in quibus habitat, & per eos nocentes iudicat. ¶ Exequitur. Ipse.n. dixit, & facta sunt. ¶ Nutu. Idest voluntate. ¶ Diffinditur. Secatur, & aperitur, quod fieri solet in fulgurum irruptione. possumus etiam intelligere hæc de terremoto facto in morte, & in

E

resurrectione Domini. ¶ Cum Deus. Et dominus noster Iesus Christus. ¶ In solium. Ad patris dexteram. ¶ Iudex. A Deo patre constitutus vi-

Act.c.10 uorum, & mortuorum, vt dicit Apostolus. ¶ Conscenderet. In ascensionis die. ¶ Iudicium. Vindictæ, & iræ iustæ. ¶ Populo. Idest contra populum Iudæorum, qui prophetas occiderāt, & Dominum, & redemptorem eorum crucifixerant, Ecclesiamq; suam infensissimo odio prosequebantur, vastantes, & cędentes. quoscumq; in manus eorum incidebant. ¶ Moxq;. Postq. sumpserit de inimicis vltionem. ¶ Opem. Suis fidelibus, vsquequaq; vexatis. ¶ Mitibus. Sibi

1.Pet.2. similibus, qui cum malediceretur non maledicebat, cum percuteret. non repercutiebat, &c. Hi fuere primo Apostoli, deinde discipuli reliqui, nouissimè omnes Christiani, qui mites sunt, & humiles corde. ¶ Salute. Non corporali: sed spirituali atq; æterna. ¶ Tutos. Ab insidiis luporum qui veniunt ad eos in vestimentis ouium. ¶ Incolumes. Quoad fidem, quæ salus, & vita est animæ; nam iustus ex fide viuit. ¶ Talia. Quæ supra diximus à Domino facta ad liberationem, & defensionem populi tam Iudæorum quàm Christi fidelium. qui vnus est in fide eadem, variato tantum credendi modo, uel tempore. nam quod ipsi ante Christi aduentum, futurum credebant, & sacrificiis, figurisq; latentibus confitebantur, nos factum fuisse, completumq; in Domino nostro Iesu Christo, & credimus, & aperte confitemur. ¶ Tacito pectore. Dum meditatur quispiam in lege Domini die, ac nocte, & recolit beneficia eius, pro gratiarum actione. ¶ Confiteatur. Confessione laudis; cum nihil habeat quod domino suo retribuat pro beneficiis. ¶ Dum meditaris. Per Apostrophen exquisitus tautalogiæ ornatus, nam τόαυτου, Idem est.

Dum meditatis homo meritis pro talibus inquam;
Quid referas, nihil est: confiteare Deo.
Instituasq; dies festos, solennia sacra,
In quibus & regi confiteare tuo.
Quod reliquū est, vouete Deo; dehinc reddite vota
Vos qui in circuitu munera fertis ei.
Debita terribili Domino persoluite vota.
Heroas magnos qui necat ense suo.
Ingentes animos regum qui proterit; aufert
Et vitam; sola voce tremendus eis.

¶ Dies festos. Et ab antiquo illo populo dies fuerunt instituti solennes in memoriā, & gratiarum actionem pro multiplicibus beneficiis à Deo acceptis, ut Paschæ pro exitu de Aegypto, Pentecostes pro legis datione. Scenuphegiæ,

F

Enceniorum, & aliæ permultæ festiuitates, quæ tamquàm vmbræ futurarum abierunt loco aduenientę verarum solennitatum, quas Christi discipuli instituere, natalem Domini, circuncisionem, Epiphaniam, Pascha, Penthecosten, Ascensionemq; intermediam. Dominicos dies, sanctorumq; memorias; in quibus omnibus & beneficia Dei recoluntur, & gratiæ frequentes redduntur; quæ quidem festiuitates tanto sunt ueteribus digniores, Deoq; credendæ acceptiores, quanto figura veritati, lucią. cedit vmbra, & caro spiritui; nam pro carnalibus beneficiis carnalis ille populus in solennitatis carnalibus tātum carnes bestiarum in sacrificium Deo offerebāt, suo nihilominus ventri deseruientes: at spiritualis populus pro spirituali animarum redemptione, & Spiritussancti illustratione, spiritualibus in solennitatibus spirituales hostias Domino Deo suo offert in odorem suauitatis, & cordis

& cordis contriti, & vitulorum labiorũ,ſanctaq. manuũ opera pietatis in pauperes Chriſti,& præterea holocauſtũ illud offert corporis,& ſanguinis. D.N.Ieſu Chriſti,quod omnia ſuperat holocauſta,vt potè rationalis hoſtia Deo patri in ara crucis oblata,& igne charitatis incenſa.¶Quod reliquum eſt.Ad ſalutem animarum veſtrarum. ¶Vouete. In baptiſmo, renunciare.ſ.diabolo & pompis eius.Item quando eſtis in aliqua tribulatione poſiti, vel aliquid honeſtum deſiderantes. ¶ Reddite vota.Et illa & iſta.diſplicet.n.Deo ſtulta & vana promiſſio,melius quippe eſſet non vouere, quàm poſt vota non reddere,videtur enim quodammodo Deus irrideri.¶Vos.Subaudi maximè nam & alij tenentur reddere, ſed hi præcipuè qui cultui Dei ſe ſe dedicarunt.¶In circuitu. Scilicet altaris, clerici, ſæculares,& religioſi,qui alia inſuper vota emiſſerunt,quibus & ſeipſos religantes Dei ſeruitio ſeſe mãcipauerũt. ¶Debita.De iure diuino,vt hic & propterea omnino complenda contra luteranos, qui fratres & moniales à voto caſtitatis non ſolum abſoluunt : ſed nec ligatos eſſe prædicant,vt potè contra illud,creſcite & multiplicamini, ac replete terrã,quaſi terra etiam nunc inanis,& vacua, vel diluuio exinanita, hominum indigeat multiplicatione; quibus inhabitetur,quàm fatui,& carnales,non aduertunt multo ſatius eſſe paradiſum, quàm mundum replere? ſiquidem nuptiæ replent mundum,& caſtitas paradiſum.Eunuchi quippe domini noſtri Ieſu Chriſti ſunt, qui ſeipſos propter regnum cælorum caſtrauerunt:ſed & leges ſacratiſſimæ per ora principum diuinitus promulgatæ,caſtitas (aiunt) ſola eſt quæ domino poſſibilis eſt animas præſentare.¶Heroas magnos.De quibus in principio pſalmi, & per totum : ſed etiam dæmones heroes dici poſſunt,quos Dominus Ieſus gladio verbi ſui ex vtraque parte acuto necare dicitur,quando impotentes reddidit,proſtrauit,ac effugauit ex mentibus hominum, & demerſit in profundum inferni,quæ mortuorum eſt habitatio.¶Regum.Pharaonis,Nabuchodonoſor, Antiochi, & Sennacherib,aliorumque multorum,nec non & eorum qui Chriſti Eccleſiam ſunt perſecuti vt Hærodum trium,Neronis, Domitiani,Decij,& Maximiani Imperatorum,cæterorumque Romanorum, principum, & aliarum gentium regum,quos D. N. Ieſus Chriſtus,& contriuit,abſtulitque de mundo,& in tartarum concluſit,vbi perpetuas martyrum ſtragis daturi ſunt pœnas,quibus tamen ut putabant non nocuerunt:ſed illis gloriæ crudelitate ſua miniſtra ſunt.¶Voce.Maxima illa,quando dicet.ſurgite mortui uenite ad iudicium;in quo bonis æterna redditurus eſt præmia:impijs uerò debita pro culpis eorum ſupplicia, Amen.

Eccl.5.

Matt.19.

AD dominum clamans &c.Quoniam pſalmi huius tam generalis eſt litera, ut quicumq. dura in tribulatione exiſtenti poſſit conuenire, ideo varias recipit auarijs interpretibus expoſitiones;quidam enim ſuper tribulatione,quàm à filio Abſalon grauiſſimam paſſus eſt Dauid factum eſſe arbitrantur,quidam pro captiuitate Babilonica,nonnulli pro longæ expectationis mora duriſſima aduentus Chriſti,Rabi Salamon, & Iudæi pro maiori parte ſuper Romana captiuitate,qua nunc etiam tenentur,& pro noui Meſſiæ,quem præſtolantur,aduentu decantatum opinantur,catholici quoq. contemplatores ſuper uarijs tentationibus, & anguſtijs,quas patimur à mundo,carne,& diabolo,liberationeq. per D.N.Ieſum obtinebãt, deuotis precibus ſcriptum interpretantur.ego uerò pro omnibus exiſtimans compoſitum eſſe,excepta vana iudæorum modernorum expectatione,qua in dies falluntur,& perduntur generalem ſubiungam expoſitionem modo hanc,modo illam attingens, ut melius uidebitur uerba adaptari poſſe, dixerit ergo,& dicat homo quiſq. ſit illa in tribulatione poſitus.Ad dominum clamans, quis.n.ad dominum clamans, non fuit exauditus? aut quomodo poteſt blandus pater dulcem filium ad ſe clamantem de anguſtia non eruere? ſic & alibi.Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.¶Iterum iterum. Repetita, frequensq. debet eſſe oratio, ut uel dulci tædio amicum media nocte cum pueris, quos habet in cubili demorantem ad aperiendum,& ad panes neceſſarios cogat exhibendos pulſandum quippe eſt & frequentibus ictibus inſtandum ad oſtium inuitantis amici, pulſanti enim aperietur; quia non qui cœperit: ſed qui perſeuerauerit,hic ſaluus erit. ¶ Intendit mihi. Nam & Dauid (interfecto tandem Abſalone) in regnum reſtituit;iudæi quoque ſoluta per Cyrum captiuitate in patriam redierunt; Chriſtus quoque venit iudæorum,& gentium expectatio; nos quoque millies ad dominum clamantes de magnis anguſtijs ſuimus liberati; Eccleſia quoque erepta eſt de manibus perſequentium eam; ſpero etiam quòd eruetur ab hæreticorum perniciofis erroribus. ¶Suppetias. Ideſt ſubſidium, quod oppreſſis longa obſidione præſtari ſolet; & declinatur tantum in plurali;nec memini me vidiſſe niſi,nominatiuum,& accuſatiuum,& deriuatur id nomen à ſuppeto, quod non ſolum ſignificat fraudulenter petere : ſed & in promptu eſſe,vel ſuccurrere, à quibus omnibus nõ abhorret præſens locus.¶Mea tribulatio dura. Generàliter pro ſingulis & omnibus ſupradictis intellige.¶Potentẽ.Qui omnia poteſt, ſicut & dixerũt tres pueri, Nabuchodonoſor regi.ſi voluerit dominus eſt potens,vt nos eruat de manu tua, quod & fecit.¶Fortis.De quo dicitur in altero pſalmo dominus fortis & potens,dominus potens in prælio.¶Nocte dieq.I.inceſſanter:vel in aduerſitatis tẽpore & proſperitatis.¶Manus.In ſignum deuotionis,& ſpei.vel potius eas pauperibus adiutrices porrigendo, quorum eſt regnũ cœlorum ipſe enim (vt dicebat beatus Laurentius) theſauros, quos illis partitus fuerat,in cœlum deportauerat. adde quòd libentius dominus reſpicit ad manus,quàm ad os clamantis. ¶Verſus olympum.Non verſus arcam pecuniariam.¶Inde. E cœlo.¶Cœtera.Ordo eſt.nam iſte ſpiritus meus à curis anxius.i.ſollicitus, renuit cœtera blãda mundi ſolatia,quæ frequenter fallunt expectantes,& plerumque plus amaritudinis relinquunt, quàm dulcedinis attulerint accipitri per ſimiles Eſopi,qui columbis:à quibus in protectorem fuerat aſſumptus contra miluum multo plus hoſte nocebat.¶Illecebras.Ideſt blandas carnis,& mundi voluptates à quibus & ſi omni tempore abſtinendum eſt,maximè tamen,quando eſt orandum. ſit autem illecebra ab illicio,quod blandè attraho ſignificat

Luc.11.
Matt.7.
Matt.10.
& 19.

ODE LXXVI. EX PSALMO LXXVI.

Voce mea.

AD dominum clamans iterumq; iterũq; vocaui;
 Intenditq; mihi,ſuppetiasq; tulit.
Cum mea me premeret tribulatio dura, potentem
 Quæſiui dominum;fortis opemque dedit.
Nocte dieque manus erexi verſus olympum
 Auxilium implorans,inde venitque mihi.
Cœtera nam mundi renuit ſolatia blanda,
 Anxius à curis ſpiritus iſte meus.
Illecebras fugiens cunctas,erectus ad aſtra
 Solius domini vult memor eſſe ſui.
Et delectatus fuit hinc dulcedine mira.
 Dulcis enim dominus mel ſuper atq; fauum.

D siue ad bonum vt virtus,siue ad malum,vt voluptas maximè blanda meretricum. ¶ Cunctas. Quàm fœlix est ille spiritus,qui uersus hos uerè potest dicere,omnes.n.à compluribus causis,rebus,& negotijs distrahimur:sed præcipuè à cupiditatibus noxijs, uoluptatibus,& curis; hę sunt spinæ, de quibus in euangelio dicitur quod suffocant uerbum Dei,ne in terra cordis humani seminatū fructificet. ¶ Solius domini. Nec enim duobus dominis Deo & mammonæ quisquàm seruire potest.¶ Hinc. Ex tali contemplatione,& memoria.¶ Dulcedine mira.Quę nullam pœnitus amaritudinem secum trahit,quod terrena,& carnalis dulcedo semper facit,plus aloes quàm mellis habens;uide nostram,quàm de hac re cecinimus odam,cuius hoc est initium.Sunt duæ uitę simul institutæ. ¶ Dulcis dominus. Sed agustantibus tantum hæc percipitur dulcedo; unde alibi propheta, gustate (inquit) & uidete quàm suauis est dominus, hæc sola iugum domini,quod multis ferreum uidetur, suaue facit, & onus ꝙ grauissimum,leue reddit.¶Fauum.Fauum sunt cellulę apum cerec,in quibus mella recundunt;& fauus est frustum illius operis apiarij melle recenti plenum; ideoq. dulcius,quia purius ore sorbetur antequàm præmatur, cum ipsa cæra & apibus intus extinctis; à quibus quandam densitatem,odóremq. trahens paululum pristinæ bonitatis,& dulcedinis amittit;hinc est quòd sæpe dicitur; super mel,& fauum qui est ipso melle præsso gustui iucundior. ¶ Exercens. Scilicet spiritus in contemplatione quæ optima exercitatio est afflicti spiritus, & indigentis diuina consolatione. ¶Scrutarier alra.Idest profunda secretorū Dei, & maximè causas afflictionis eorum, qui nobis uidentur esse uiri probi, nec meruisse illam tribulationem. cum & si in veritate probi sint,ta-
Luc. 24. men oportet eos per multas tribulationes intrare in celestia gaudia;sicut & Christum oportuit pati,& ita intrare in gloriam : sed & aliquando quod altum est coram hominibus abhominatio est coram Deo idcirco potius deberemus
E scrutari,quàm patiens,& misericos est dominus

Cum tamen exercens se se scrutarier alta
  Consilia auderet,deficiens stupuit.
Anticipauerunt vigilandi lumina metas,
  Destituit durus lumina nostra sopor.
Sollicitæ nec enim patiuntur corpora curæ,
  Seu dormire diu,siue quiete frui.
Pectore versabam veterum monumenta dierum;
  Aeterna annorum sæcula mente legens.
Nocte quidem tacitus causas meditabar inanes,
  Vnde scelus populo,longa vel ira Dei,

Rom. 2. quantæ benignitatis,& quàm multæ misericordiæ.¶ Auderet.Quasi super se eleuata,quemadmodum(vt ait Paulus) si dicat figmentum aduersus figulum,quare fecisti me sic,& non potius sic?quasi non habeat figulus ex eadē massa potestatem facere,aliud quidem vas in honorem,& aliud in contumeliam, aut si paterfamilias de suo non
Matt. 10. possit quid velit facere,& tantum dare ei qui serò venit ad vineam quantum ei qui summo manę.¶ Deficiens. Hoc
Rom. 11 vel illud cogitando,scrutator enim maiestatis opprimetur ab ea.¶ Stupuit, Idest forte,& dicens cum Apostolo.ò altitudo diuitiarum sapientiæ,& scientiæ Dei,quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius.¶ Metas, Idest terminos solitos,quibus alij surgunt aut ad matutinum,si sunt religiosi, uel ad studium si scholares; aut certè auroram,& proximam lucis horam si sunt operarij,uel mercatores,has omnes metas contemplatiui præueniunt, sicut & illi,qui anxijs aliquarum rerum curis præmuntur.¶ Destituit. Dereliquit. ¶ Durus sopor. Exornatio per contrarium:nam licet somnus sit mollis, quia blandè ingreditur,& mollem præstat quietem fessis: attamen durum,& inexorabilem appellant hi,qui nequeunt dormire.¶ Sollicitæ. Quæ mentem humanam uariis cogitationibus sollicitant;& color,ornatus à sententia.¶ Monimenta, Idest hystorias,& annales; quæcunque enim
Io. 5. scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt.& per lectionem scripturarum spem, & sperantes patientiam ha-
Matt. 13. beamus.scrutamini (inquit etiam dominus) scripturas;quia illæ testimonium perhibent de me.& alibi iubet,bonum patremfamilias proferre de thesauro suo noua,& de uetera utroque vcз.testamēto doctrinæ suæ testimonia exhibere.¶ Legens. Idest meditans.vel colligens ea, quæ tunc facta fuerunt, & quæ nunc fiunt : vt habita inuicem collatione inueniam causas rerum,quas scire desidero;quia pręteriti ratio scire futura facit,non modo præsentia. ¶ Noctę.Hic seipsum declarat,& aperit vates,quod subobscurè ꝓposuerat. ¶ Curas inanes. Quid.n.ad nos,vel ad salutē nostram? velle scire causas regiminis Dei circa creaturā humanā;cū & dicat sapiens,quid Deus intendat noli ꝑquirere forte:sed nec alio modo.quid.n.statuat de nobis frustratoriū est scire,cū sine nobis ipse deliberet,nec deliberationi eius possimus contraire; quid enim aliud querimus nisi vt ante tempus excruciemur cogitantes super malis quæ ineuitabiliter nobis euentura sunt;interim enim satius foret quiescere.¶ Vnde.Ex qua causa,qua origine.¶ Scęlus, Supple tam grande, vt tam graue, diuturnumque hoc meruerit supplicium?cerne quàm vana sit hęc cogitatio? vt comparentur scelera nostra cum iustitia Dei,cum dicat scriptura, quod iustitiæ hominum, diuinæ comparatæ,sunt immundæ veluti panni manstruatæ mulieris:quibus nihil est immundius; quæ ta ergo scelerum
F immunditia? sanius foret dicere,Iustus es domine,& rectum iudicium tuum,omnia in iusto iudicio fecisti;peccauimus enim tibi,iniustè ęgimus,& cum patribus nostris iniquitates multas fecimus. domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis;citius anticipent nos misericordiæ tuæ quia pauperes facti sumus nimis.¶ Ira. Dei.Quæ nobis afflictis videtur ira;alioquin mitissimum est iudicium, & sententia iusta dulcore misericordiæ temperata, semper enim punit Deus minus,quàm mereatur peccator; & supra merita exaggerat pręmia.¶ Malo Culpæ,aut pœnæ,vel etiam vtroque.¶ Exercita,excruciata,& defessa cogitando grauitatem culpæ populi,& diuturnitatem,sæueritatemque emeritæ pœnæ. ¶ Nec ausa loqui. Quicqi pro defensione nostra,uel populi contra Dei sententiam;cum sine mensura multo sit grauior culpa quàm pœna.¶ Leuare caput ; prouerbiale dictum est eorum,qui prę confusione facinoris sui non audent etiam oculos ad cœlum leuare, sicut de publicano legimus in Euangel. ¶ Ad me,conuersus.O sancta conuersio,vt omissa curiosa perscrutatione aliorum vitæ,nostram potius conscientiam excutiamus,& cribremus. sicut & dominus monet in Euangelio, ut citius trabem ex oculo nostro eiiciamus quàm quæramus auferre festucam ex oculo fratris nostri. ¶ Facinus.Nec mirum, si nostra nos ipsos quandoque lateant facinora;cum dicat Apostol. ego

Mens fatigata malo,grauibusque exercita curis
  Protinus obstupuit;lingua nec ausa loqui.
Nempe quis auderet populi post crimina tanta
  Hyscere;vel cœlo deinde leuare caput?
Ad me conuersus, facinus si forte lateret,
  Spiritui hæreret menda vel vlla meo,

Nocte diu versans animum, mentemque scopebam,
Vt famuli verrunt cuncta secreta domus.
Ne mea mens oppressa malo spectare nequiret;
Vnde scelus populo? longa vel ira Dei?

A

mihi nihil conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. qui autem iudicat me dominus est. supple, qui melius interiora nostra nobis ipsis agnouit; nec enim est opus, ut aliquis ei testimonium exhibeat de homine, ipse n. nouit quid est in homine. præterea minora quàm sunt crimina nostra pendimus omnes excusationibus quibusdam friuolis palliantes ea. dicamus igitur cum hoc eodem vate; delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine; & ab alienis parce seruo tuo. ¶ Menda. Macula, vel leuis culpæ: nam & de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicij, subaudi nisi ingemuerint, & satisfecerint pro virium suarum modulo. ¶ Nocte. Quando ab actionibus varijs, quæ per diem cor humanum distrahunt, adueniente nocte qua nemo (vt ait dominus) potest operari, cogitatio libera manet. ¶ Versans. Fræquentiam participium notat frequentatiuum. ¶ Scopebam. Idest more mundantium ædes, diligenter attendebam, in aliquo ne angulo conscientiæ vlla culpa lateret, quam prius minime aduertissem. ¶ Oppressa malo. Superbie, vel affectionis insanæ, quæ frequenter excæcat oculum intellectus, aut offuscat ne vera quæ sunt, videat, iustum vel iudicium discernat. ¶ Numquid in æternum. Verba sunt omnibus afflictis comodatissima, quibus omnis mora subsidij videtur esse longissima. ¶ Irascetur. Quasi dicat non, quia sicut dicit Hieremias. non reppellet in sempiternum dominus, quia & si abiecerit, etiam miserebitur. & sic responde interrogationibus sequentibus, numquid enim negationem possit: nonne verò affirmationem. ¶ Excandescet. Vehementer in iram exardescet; translatio sumpta à ferro ex multo igne candenti. Tren. 3.

Numquid in æternum Deus irascetur? & vltra
Non addet populo mitior esse suo?
Numquid perpetuum populo excandescet in æuum?
Dilectumque sibi proijciet ne Deus?
Obliuiscetur plebi miserator adesse?
Iratum miseret quem simul atque semel.
Et dixi mecum: iam nunc cognoscere cœpi,
Vnde sit iratus; fiat & vnde pius.
Nam mihi quærenti tacito sub murmure verum
Labitur interius, interiusque docet.
Hæc est excelsi magnæ mutatio dextræ,
Quæ tangendo leuat: læua premendo grauat.
Eius enim memor, & reminiscens fortia, tantum
Quàm mirabiliter dextra patrauit opus.
Quam iuuat & confert opera hæc meditarier; eius
Iussa cor exercent, cor meditata leuant.
Omnibus his rebus vita exercebor in ista;
Quas inuenisti, quasque docere puto.

B

¶ Proiiciet ne Deus. Quasi rem vilem, & quæ multum sibi afferat molestiæ? & responde non proiiciet. est autem Tautologia, cum sæpius mutatis verbis idem dicimus. ¶ Obliuiscetur. In quẽ nulla cadit obliuio, & cuius proprium est misereri, & parcere. ¶ Simul atque semel. Nam vt supra diximus minus quàm sint demerita punit. ¶ Iam nunc. Post longam meditationem, & sacrarum studia literarum, quæ sapientiam, & intellectum dant paruulis. ¶ Vnde sit iratus. Proculdubio ex culpis nostris grauissimis, & nimiũ frequentatis. ¶ Vnde pius. Ex vera pœnitentia, quæ est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. ¶ Quærenti. Non lamentanti, sed a Domino post studium humiliter expostulanti eius, quam non intelligit quæstionis solutionem. sicut ipse monet in Euang. quærite studendo. s. & deinde pulsate deuotis precibus aures blandi magistri, qui est Christus, & aperietur. i. manifestabitur tibi, quod prius erat obscurum. ¶ Murmure. Queruloso, modesto tamen, non irreuerentiali. non enim sunt sancti lapides quin doloré afflictionum sentiant, & circundati fragilitate humana dolorem, quem acrem patienter sustinent, querula uoce interdum leuigant; sicut & in Iob, & in Thobia possumus uidere. ¶ Verum. Idest ueritas à Deo inspirante cordibus infusa. ¶ Interiusque docet. Optimus magister est spiritussanctus, qui solo & inuisibili afflatu docet homines; sed & frustra magistri homines discipulorum aures corporeas frequenti uoce propulsant; nisi adsit interius spiritus iste qui aures interiores aperiat. ¶ Dextra excelsi. Per dextram Dei misericordiam subleuantem intelligimus: per sinistram iustitiam nos aggrauantem. nec mirum, præponderat enim misericordia iustitiæ; hęc enim visitat patrum iniquitatem, nisi in quartam generationem, & in his filijs tantum qui oderunt dominum: misericordia uero extenditur ad millia; dextra etiam domini dicitur esse D. N. Iesus Christus, cuius digitus est spiritussanctus non potestate minor sed per donorum, gratiarumque discretionem, quas singulis vt uult diuidit, sic appellatur, nec sic obstat, quominus per dexteram misericordiam Dei intelligamus, cum multo maiorem misericordiam nobis fecerit ex missione filij sui, qui effusione sui præciosissimi sanguinis, & morte nos à captiuitate diaboli, & misera peccati seruitute redemit multo grauiori, quàm fuerit Aegiptiorum seruitus, captiuitasq; Babilonica, uel alia quæuis afflictio corporalis, quæ plerunque utilis est, bonis. n. est ueluti fornacis examinati argenti, uel auri; malis uero uexatio dat intellectum. ¶ Eius. Dextræ domini, uel etiam Christi Iesu, qui & uerbum est patris æterni, per quem & ex quo omnia. ¶ Fortia. Si ad ueterem illum populi statum, referas; exempla in præcedenti psalmo attuli, si ad Christi tempora idem ibi reperies. ¶ Tantum opus. Creationis, & redemptionis populi sui, ab Aegipto, captiuitate Babilonis, ab Antiochena afflictione, & demum à seruitute peccati, & à captiuitate diaboli, sanctosq; patres ab infernis uinculis. ¶ Iuuat. Delectat mentem, scilicet quæ discendo delectatur. ¶ Et confert. Vtile est. ¶ Hæc opera. Quæ breuiter hic retuli: sed diffusius in psalmo præcedenti. ¶ Iussa fieri à domino in uindictam malefactorum, laudem uero bonorum. ¶ Exercent. Fatigant, & torquent. ¶ Cor. Anxijs scilicet curis. ¶ Meditata. Per contemplationem postquàm contingerunt, leuant cor à sollicitudinibus. ¶ Om. bu. rc. quæ à domino potenter facta sunt. ¶ Ista uita. Quia in altera his opus non erit; uel his rebus quas inuenisti in mandatis legis nouæ, & ueteris, quæ domini, & non humanæ sunt inuentiones ueteris quidem per Angelũ Moysi, & p Moysen populo præcepta dedit. nouæ autem per filium suum; sicut & Paulus monet, qui dicit, Multifariam, multisq. modis olim Deus loquens patribus in prophetis nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & sæcula. ¶ Puto. Quinimò firmiter, credo, debuit dicere, sed à lege metri est impeditus. ¶ In sácto. Vel monte Syon, ex quo legem dedit, uel in sancto. i. angelo, per quem loquebatur

Exo. 20.

C

Heb. pri.

Moysi

D Moysi & populo, item in sancto .i. Christo, qui sanctus sanctorum est; pater enim erat in filio mũdum reconcilians sibi. ¶ Præcessor. Præuius in nube per diem, & in nocte, in columna ignis, & est exaggeratio uocabulorum ad magnitudinem rei, affectũq; maximũ indicandum. ¶ Et dux. Aduersus hostes. ¶ Mõstrasti. Per angelum. ¶ Qua. Idest quomodo. ¶ Graderetur. Iter. ¶ Iter. Per desertum, & mare, & usq; dum uenirent in terram promissionis; rursus monstrauit iter populo redeunti de captiuitate Babilonis, & de miseria Anthiochenai per exempla martyrum Eleazari, Machabeorum, & reliquorum; excellentius autem mostrauit D. N. I. Christus iter, quo gradiamur ad

Tu Deus in sancto præcessor, præuius, & dux
Monstrasti, populo quo graderetur iter.
Quis Deus in cœlo sursum, terraue deorsum
Magnus ut est dominus? fortia tanta facit.
Vnicus est dominus sabaoth; mirandáq; solus
Hæc operabatur cunctipotente manu.
Tu Deus in populis uirtutem, & brachia pandens,
Cognita fecisti grandia facta tua.
Namq. redemisti in uirga, fortiq; lacerto
Hunc populum; natos & Iacob, atq Ioseph,
Te uidere Deus, retrocesseréq. lymphæ.
Vt te conspexit, pertimuitq. mare
Conturbata fuit grauiter, commotaq. abyssus:
Attamen imperio cessit & ipsa tuo.
His globus vndarum qui se colliserat ingens,
Mox redit ad proprium teq; iubente locum.
Vorticibus subitis hostes rapiuntur aquarum,
Omnis eques uelox uoluitur inq; caput.

cœlum uerbo, & exemplo. ¶ Quis Deus. Contra gentiles idolorum cultores hæc dicta sunt, qui existimabant Iouem, Martem, Phæbum, & cætera astra cœli Deos esse, & rursus in terra, Pan, Faunum, Satyros, & Topicos, idest locales deos esse. ¶ Facit. Nam ipse solus dixit, & facta sunt. ¶ Vnicus est dominus. Est enim unus Deus, una fides; unum baptisma. ¶ Sabaoth. Hæbraicum est, non latinum, & significat uirtutum, uel exercituum, angelorum scilicet. ¶ Solus. Non indigens alicuius auxilio. ¶ Hæc. Mirabilia opera, de quibus supra, & latius in præcedenti psalmo. ¶ Cunct. manu. Idest potestate. ¶ Virtutem. Idest excellentem mirabilium patrationem, respectu veterum patrum: sed pro nouæ legis statu, dic uirtutem .i. D. N. I. Chr. qui est Dei uirtus, & sapientia; qui non solũ iudæis per prophetas, & seipsum: sed etiam toti mundo per Apostolos, & alios nouæ legis prædicatores notus factus est. ¶ Facta tua. De quibus iam sæpe

E dictum est, & statim aliqua exprimuntur in litera. ¶ In virga. Ad literam de virga Moysi, & Aaron potes intelligere, in qua multa signa facta sunt in Aegipto, in mari rubro, & in deserto. Item in uirga idest Christo; de quo canit Ecclesia, virga Iesse floruit, vt ponatur mater pro filio, vel potius in virga iustitiæ. & ¶ Forti lacerto. Idest fortitudine, quæ per brachium designatur. ¶ Hunc populum. Iudæorum. ¶ Natos iac. atque Ioseph. Idem est. nam & ii sunt populus iudæorum. vel per hos intelligas Ecclesiam Christi ex iudæis, & gentibus collectam, nam Iacob, supplantator intelligitur. qui autem dæmonem supplantant apti sunt Ecclesiæ Christi, & per Ioseph, qui interpretatur augmentum notantur illi qui tota die crescunt ambulando de virtute in virtutem. ¶ Videre. Idest ac si sensum vllus haberent tibi mandanti vt retrocederent, retrocesserunt: uiam populo tuo per medium profundi dantes. ¶ Lymphæ. Græcum est, significat aquas. ¶ Pertimuitque. Vt supra, ac si timeret sese retraxit, uiam, populo Dei per medium sui exhibendo. ideo autem dicuntur hæc inanimata Deum timere: vt ostendatur homini, cuius corpus ex his elementis compositum est, quantum dominum, & Deum suum debeat timere, eiusque uoluntati parere: verũtamen sæpenumero contrarium contingit; quod homo sensum habens, & intellectum Deo contumaciter resistat, cæteris rebus ei ad nutum parentibus, per aquas maris à vento frequenter agitatas intelliguntur omnes gentium populi, à ventis superbiæ, iræ, cupiditatis, & concupiscentiæ iactati, qui domino ad eos per Apostolorũ prædicationem aduenienti cesserunt, & fidei eius humiliter colla summiserunt. ¶ Abyssus. Profunditas maris est rubri: sed & Romanæ superbiæ, ac potentiæ profunditatem denotat; quæ tunc temporis cunctis gentibus orbis dominabatur. ea etiam cessit tandem Constantini Imperatoris tempore Christo domino, eiusque iugum sacta humilis suscepit. ¶ Imperio tuo. Per Moysen ex percussione virga illi indicato. Item & per Petrum, & Paulum Constantino apparentes, exposito. deinde plenius à beato Syluestro, qui & illum baptizans à lepra mondauit, & fidei mandata diligenter insinuauit. cessit autem; quia & Papæ Romam Imperator donauit, regnumque Siciliæ ei dimisit, Biзantiumque petit trans mare. vbi Constantinopolim condidit, quam & nouam Romam appellari iussit. indignum enim esse censuit vt vbi esset Vicarius Christi & sedes Petri, illic staret, & sedes Imperii, forique strepitus terreni. ¶ His. Supple adde quòd. ¶ Globus. Idest congeries densa. ¶ Colliserat. Nam aquæ sese retrahentes, vt viam populo Dei siccam dimitterent collidebantur cum aliis aduentantibus aquis, & more suo fluentibus ex impulsu

F ventorum, & impetu multorum fluminum illuc introeuntium. ¶ Mox. Statim, eadem nocte, circa vigiliam matutinã. ¶ Redit. Postquam populus Dei iam ante processerat, & Aegiptii currus, atque equitatus prosequentes irruerent. ¶ Te iubente. Iterumque Moyse aquas repercutiente ad Imperium domini. ¶ Vorticibus sub. Aquarum ad loca sua redeuntium. ¶ Velox. Dum esset in terra, modo autem obuiantibus vndis omnis soluta velocitas, & equorum, & hominum absorbebatur. ¶ Inque caput. Idest cum capite prius aquis inuoluto. aqua enim recurrens percutie-

Exod. 14 bat anteriora fugientium crura, quæ impetum fluctuum non sustinentes flectebantur: & propterea equi caput, & equitis præceps ruebat. ¶ Nubes. Idest columna illa nubis, quæ erat inter castra Israel & Aegiptiorum. ¶ Intonuit. Nam Angelus domini; qui illam trahebat nubis, & ignis columnam, tonitrua inde & fulgura fulminaque in Aegiptios iaculabatur. ¶ Vocẽ horrendam. Tonitrus; qui fit ex nubibus se se inuicem collidentibus. ¶ Horrendã. Autem solis Aegiptiis. ¶ Gemini. Idest duo poli extremæ cœli sunt partes, qui & vertices cœli dicuntur. septentrionalis superior, & australis inferior, qui articus, & antarticus dicuntur. ¶ Fulmi. sagitæ. Fulmina ipsa, quæ ad modum sagitarum rapidissimo volatu feruntur nec caueri possunt, quia nota est hæc hystoria, & litera satis plana est sese aperiendo, qui de noua lege hunc psalmum loqui contendũt. dicunt. has nubes Apostolos Christi esse,

Intonuit nubes, vocemque per aera misit,
Horrendam; gemini contremuere poli.
Fulmineæque volant cœlestia tela sagitæ,
Vox tonitru in gyrum personat inq; tota.

& qui

A

& qui ad sua quæque tempora literam hanc trahunt possunt interpretari nubes has prædicatores esse. vtrisque cōfert illud Esaiæ vaticinium; qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Apostoli namq; vt nubes huc & illuc cœlestis flaminis impetu discurrebant, irrigabant terrea corda pluuia salubris doctrinæ; terrebant homines tonitru minarum iræ Dei, & damnationis æternæ; nonnullos etiam cæcitate, vt Paulus magnum Barieu, aliquos traditione Sathanæ, vt idem Corinthium illum qui nouercam duxerat vxorem, sic Hymeneum, & Alexandrum, vt discerent non blasphemare fulmina & mortis quandoque iaculabantur in dolosos, & rebelles vt Petrus Apostolus, in Ananiam, & Saphiram spiritui sancto mentitos; coruscabant verò miraculis ingentibus. hæc omnia faciunt, & prædicatores nostræ tempestatis, & si non corporaliter semper tamen spiritualiter vt docet Ambrosius, & Greg. in hom. ascensionis, vbi latissimè declarat quotidie Ecclesiam spiritualiter ea miracula facere, quæ ab initio fiebant corporaliter ab Apostolis. ¶ In gyrum. Per circuitū nubes enim vt plurimum in rotundum densantur, saltem quoad visum humanum, nobis etenim apparet totum esse coopertum cœlum quod rotūdum esse constat. ¶ Inque rota. Vel ad similitudinem rotarum, cum impetu currum trahentium. vnde & quidam Gentilis volens vt Deus adorari, super ponte æneo currum suum trahi multo impetu iubebat, vt vel sic tonitrum imitaretur. Quam rem & Cosdroe rex Persarum diu simulauit, vt in hystoria exaltationis Sanctæ Crucis enarratur. vel in rota. i. in rotunditate nubium circundantium terram ad modum rotæ, & quæ voluuntur per circuitum vt rota. hæc autem rota potest etiam esse illa rota, quæ à quattuor animalibus per Ezechielem & Ioannem trahi dicitur, Euangelium. s. quod à quadriga quattuor Euangelistarum per circuitum orbis totius tactum est. ¶ Tellus. Et in transitu iudæorum mota est terra, & in transitu D. N. I. Chr. de hoc mundo ad patrem, & in transitu Euangelij de synagoga ad gentiles terrena iudæorum corda mota sunt ad zelum inuidiam, & ad persecutionem fidelium, quamuis & verè mota est ipsa terra in descensu spiritus sancti: sed in passionibus martyrum sæpe legim', & terremotos factos esse, fulgura quoque & coruscationes. ¶ Ponti. Idest maris, in genere masculino quidem mare est. in fœm. vero regio quædam Scytarum vltra Tracas. est etiam quædam insula de qua Virg. virosaque pontus Castorea. ¶ Nota. Casus nominatiui est. alluditur ad illud prouerbium Salamonis de tribus sibi inenguitis; inter quæ est via nauis in aqua; per quam significatur via nauiculæ Petri, quę est Ecclesia in mare mundi huius. multoties. n. quando visa est periclitari, & naufragium pati ab ingruentibus persecutionum procellis, mox reddita trāquilitate facta est securior eius nauigatio, & nonnunquam in tranquilitate apparente, in pace quam mūdus dat, & non quam dominus, magis fluctuat per sœculi voluptates, magisque scopulis huc & illuc impingitur; iactatur, a vento superbiæ, à flamine ambitionis, à fluctibus cupiditatum, & vorticibus concupiscentiæ, ac luxuriæ penè inuoluitur, & obruitur. hæ sunt viæ huius nauis, quarum vestigia non apparent; etenim transitoria hæc velut fumus, & vanitas vanitatum sunt omnia sœcularia hæc desideria. ¶ Vestigia domini nul. rem. O quàm verè: sed potius hoc flendum quàm disserendum; nam & si ad literam, domino ambulante super mare Tyberiadis, & Petro ad se vocato: vt super vndas & ipse ambularet, nulla remanserunt vestigia. qđ quidem gloriosum fuit, & lætandum de tāto miraculo; est tamen dolendum, quòd vestigia sanctitatis, & bonorum morum domini, nulla modo inueniuntur in mare huius sœculi. vbi nam est ille Christi fidelis, qui sit mitis & humilis corde? qui paupertatem spiritus rerum amplectetur vltro? qui abneget semetipsum tollens crucem suā, sequēdo Christū? qui velit ministrare & nō ministrari? qui deniq; animā, vel pro amicis, & fratribus ponat? quādo Christus, & pro inimicis posuit, ac orauit? qui velit alter alterius lauare pedes? alter alterius onera portare? inimicos diligere? & alia Christi acta imitari hæc. Christi vestigia, quæ nusquā, vel rarò, & in paucis apparent in hoc iam tenebroso mari, & procelloso, sed adhuc in fundo procella est, nec dū emersit: vel autem nobis nauigantibus, cum emerserit, nam & si nauem non sit summersura, quia dominus pro illa orauit, multos tamen nautas vis tempestatis auferet, caueat autem & magister nauis, ne vel vt segnis Menetes ab irato domino in mare projiciatur vel vt Palinurus à somno grauatus cum temone decidat. ¶ Pontus. Idest sœculares quæ olim fuerunt voluptates, & sœcularia desideria, quæ prius erant quàm nauis Christi in eo cepisset nauigare. ¶ Rediens. Etiam nunc. ¶ Ea vestigia. Domini quæ dicta sunt; omnes enim nunc quę sua sunt quęrunt, non quæ Iesu Christi. ¶ Moysi legislatoris, & ducis. ¶ Fratrisque. Aaron summi sacerdotis. ¶ Ad pascua. Ad terram promissionis lacte & melle manantem; sic per Dominum nostrum Iesum Christum legis Euangelicę latorem, & fidelium omnium ducē, ac sacerdotē, qui se ipsum in ara crucis Deo patri obtulit hostiam uiuentem in odorem suauitatis; qui & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, sacrificium corporis, & sanguinis sui instituit, & saluū ducit populū fidelem transuadato mari peccatorum maculis rubricato ad æterna paradisi pascua, ubi cum angelis lacte, & melle cœlestis ambrosiæ potiantur. Amen.

Ad Cor. 5. Ad Tim. 1. Actuum 5. In serm. de Pontif. conf. in breui: vide ī homel. libr. a. in breuia. magno. Vi. Aen. Exech. 1. Vide Greg. in breui, de Euang. In Geor. Prouer. 30.

B

Nulla remanserunt domini vestigia in vndis,
Pontus enim rediens obruit altus ea.
Inq; manu Moysi, fratrisque per æquora saluum
Duxisti populum ad pascua, sicut oues.

Ver. En. quin.

C

SAcra meæ legis &c. Cum in Euangelio Mattheus testetur, ideo in parabolis dominum Iesum ad plebem locutum esse, ut impleretur, quod in psalmo prædictum fuerat dicens hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ut impleretur quod dictum erat per Prophetam. Aperiam in parabolis os meum, & eructabo absçondita à constitutione mundi. clarè patet habentibus oculos cordis mundos, quęcumque in hoc psalmo dicuntur ad Dominum nostrum Iesum Christum pertinere, sub ænigmate tamen & figura rerum ante factarū; ideoque ipso domino fauente, qui seorsum omnia discipulis suis disserebat, primo figuram exponemus, deinde ueritatem rei subiungemus. Sciendum est propter peccata fieri solere translationes honorum; sicuti propter peccatum Heli, & filiorum translatum est sacerdotium, in Samuelem, & regnum de tribu Beniamin, de qua erat Saul, in Dauid de tribu Iuda; quamobrem præuidens Dauid propter peccata totius populi Iudæorum, & præcipuè sacerdotum, translatū iri sa-

ODE LXXVII. EX PSALMO LXXVII.

Attendite:

SAcra meæ legis monumenta attendite ciues,
Auribus attentis, sumite verba mea.
Ore canam miranda meo paradigmata vobis
Ore prophetarum, quæque locutus eram.
Quæque futurarum data sunt ænigmata rerum,
Patribus antiquis quodque figura fuit.

iri sa-

D stri sacerdotium & synagogam in Christum, & Ecclesiam,& quia translato sacerdotio,necesse est (vt ait Aug.) & legis translatio fiat pariter lex vetus,& obscura,quia tota ænigmatica erat transferenda seu mauis explicāda , per nouam & claram legem Euangelicam; & quemadmodum tribus Ephraim quæ prius rexerat aliquoties populū præcipuè per Iosue,& diutius remorat penes archam domini,perdiderat vtrumque propter idolatriam, & tamen iterum aspirabat ad regnum:sed frustra;sic seniores populi qui ante Christi aduentum illum rexerant propter peccata suæ ingratitudinis erant regimine priuandi,&licet etiam post aspiraturi essent , & adhuc aspirent per Messiā serò expectatum , & numquam venturum : tamen hæc eorum aspiratio spe sua erat,& est frustanda.volens igitur propheta,vel potius Deus in cuius persona loquitur Dauid,hæc secreta præfari,& monere nepotes tunc temporis futuros,vt Deo,qui olim in prophetis locutus fuerat,& nouissimè in filio locuturo attenderent,eique parerēt ante venturam iram dicit. ¶ Sacra meæ legis monimenta attendite ciues. Non tantum aure corporis,quàm mentis & intellectus:quid enim prodest audire vel legere & non intelligere? & deinde intelligere, & opere mandata non explere?magis nocet,quàm prosit.quia seruus nesciens voluntatem domini,& non faciens,plagis vapulabit quidē sed paucis.sciens verò & non faciens,multis. ¶ Meę legis. Veteris primo sed velatę figuris,& vmbris ænigmaticis, in cuius signum Moyses eius legis lator velata facie proponebat eam populo , iterum legis meæ Euangelicæ , veritatis expræssiuè , claræ , & os ad os absque vllo velamine ab ipso domino palam expositæ. ¶ Auribus cordis. Vt dixi; & est aduertendum huius psalmi exordium rethoricè compositum esse , & reddere audirores attentos , dociles , & beneuolos; attenti autem redduntur , & ex eo , quod rogant , vt attentè audiant , & ex quo magna , & miranda promittuntur;dociles verò ex consequentia , vbi attentè quis vult audire , is etiam docilis est. beneuolentiam captat à persona propria , auditorum , atq; aduersantium , vt infra patebit . ¶ Verba mea. Mediatè ex ore meo; nam sicut filius est ex patre, sic verba eius ex patre sunt: hinc ipse D. Iesus in
Io. 14. Euangelio dixit, Loquella mea non est mea : sed eius qui misit me patris; & alibi.verba , quæ ego loquor à me metipso non loquor : sed pater in me manens ipse facit opera . ¶ Paradigmata. Exempla factorum præteritorum , quæ alia significabant in posterum facienda . ¶Ore prophetarum . Sic & Zacharias in suo cantico . sicut locutus est per os sanctorum, &c. ¶Aenigmata rerum . Allegorias valde obscuras , quæ ex rebus factis aliqua futura portendunt; vt quòd area hoc significet , signum crucis : per quod saluatur humanum genus . ¶ Audiuimus. Syncopa necessaria . ¶ Vel cognouimus . Deo inspirante . Nam omnis doctrina aut percipitur auditu , Deo nihilominus interius docente alioquin frustra magister pulsaret voce sua , aut percipitur absq; vllo magistro Deo solū inspirante ¶ Natos. In his versibus multiplex est tautologia . ¶ Posteritas . Scilicet gentilium, & Iudæorum . ¶ Miracula. Laudes,& virtutes, de quibus infra . ¶ Publicarentur. Idest publicè denunciarentur, diuulgarentur . ¶ Fœderis. Idest pacis huius inter Deum, & populum ut unus esset eis Deus . ¶ Tabulas . Illas scilicet quas cepit Moyses de manu Domini in quibus scripta erant decem præcepta . ¶ Lex . Per Moysen data est: sed gratia & veritas per D. nostrum Iesum Christū .
Matt.11. ¶Quanta. Mandata quot,atq; grauia scilicet;sic & Petrus dixit , quare vultis imponere iugum fratribus meis,quod neque nos neque patres nostri bene potuerunt? ¶ Mandata. Verò legis nouæ quæ tantum duo sunt de Dei, & proximi dilectione;Nec dulcius isto amore quicquam dici aut excogitari potest , quamobrem dixit Dominus . Tollite iugum meum super uos.Iugum enim meum suaue est , & onus meum leue . ¶Iussit. Sic & Dominus discipulis suis . Quæ (ait) audiuistis in auribus prædicate super tecta, & ascendens in cœlum dixit . Euntes prædicare Euangelium omni creaturæ , baptizate omnes gentes docentes eos seruare omnia, quæcunq; mandaui uobis.¶ Doctores. Vnicuiq; enim mandauit dominus de proximo suo: & quòd curam suorum non habent maximè domesticorum infideles sunt infidelibus deteriores . ¶Spem firmam . Quia ipse solus salutem ueram affert nec enim est aliud nomen sub cœlo datum , in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi ; non est ergo sperandum in cerimoniis legalibus,non in uanis idolis gentium , nec in incerto diuitiarum, quæ non saluant : sed confundunt sperantes in se. ¶Operum suorum. Creationis, & redemptionis, eorumq; de quibus infrà.¶ Ne obliuiscantur. Retrò abeuntes post concupiscentias suas , hiq; Deum obliuiscentes fiunt infideles . ¶ Meminisse . Pro dulcedine amoris , ut ea opere compleant, quæ per illa & significata sunt, & mandata . Amans quippe amantis sedulo recordatur, & mandata illius cordi fixa tenet .¶ Requirant . A maioribus suis , à prædicatoribus , & studendo , meditandoq; in lege Domini die ac nocte , talibus uoluntas Domini aperitur; negligentibus uerò,ac oscitantibus intellectus occluditur , & oculi obumbrantur : ut uidentes non uideant , & audientes non attendant .¶ Exercentes . Studio, uerbo, & opere,ut sibi prosint , & proximis . ¶ Ne Iudæi . Scilicet Christum audientes , & eius miracula uidentes. fiant similes patribus in culpa ; alioquin erunt & in pœna.¶ Generatio praua . Supple quæ fuit hæc est illa generatio, de qua dicit Dominus Iesus in Euangelio. generatio praua , & adultera

E

Quanta vel audijmus , vel nos cognouimus ipsi;
Narrarunt nobis cuncta peracta patres .
Non etenim natos ea celauere parentes :
Vt sua posteritas noscat & omne genus ;
Namq; recensebant domini miracula, laudes,
Et tot virtutes, quas operatus erat .
Non hæc à natis occultabantur eorum ;
Quin publicarentur de genea in genean .
Fœderis atq; sui tabulas pro teste locauit ,
In medio populi , lex data testis erat .
Quanta dedit nostris mandata parentibus olim .
Hæc iussit natis notificare suis .
Altera post illos eadem vt generatio possit
Noscere : & hæc proli significare suæ .
Et nati natorum & qui nascentur ab illis
Doctores propriæ posteritatis erunt .

F

Ponat vt in Domino spem firmam , operumq; suorū
Ne obliuiscantur : sed meminisse velint .
Et reminiscentes eius mandata requirant
Sese exercentes nocte dieq; in eis .
Ne patribus fiant similes , generatio praua
Et domus exasperans , vipereumq; genus .
Corda nec in Domino verè directa fuere ,
Creditus haud secum spiritus eius erat .

signum

Ephraimæ stirpis proles intendere, & arcus
Sueta sagittiferos, mittere tela manu;
Cum densos audax temerè egrederetur in hostes
Est conuersa retro, visaq; terga dare.
Non etenim Domini seruarat fœdera pacta;
Noluerant rectum tendere legis iter.
Officia obliti collata, stupendaq; signa,
Quæ proprijs oculis intuiti fuerant.

signum quærit, & alibi. Sic erit generationi huic pessima. ¶ Exasprans. Per syncopam pro exaspe rans, idest dominum ad iram prouocans. ¶ Vipereumq; genus. Veneno inuidiæ, & doli & odij repletum: sed ounquid bis monitis acquieuere Iudæi, qui fuerunt tempore aduentus Christi? uide exprobrationem Ioannis Baptistæ. progenies (inquit) uiperarum quis uobis ostendet fugere à uentura ira? ¶ Verè. Simulabant enim cum uexarentur, ab hostibus sese uelle ad Dominum redire: sed liberati peius faciebant quã ante. ¶ Creditus. Actiuè expone, idest in Deũ non crediderunt sic possemus dicere de his qui ad D. Iesum accedentes dicebant. magister simus quia uerax es, & tentabant eum. ¶ Ephraimæ. Hic specialiter enumerantur inobedientiæ, & ceruicositates illius antiqui populi, & maximè illorum qui erant ex tribu Ephraim, quibus haud fuere dissimiles filij eorum. ¶ Tela. Sic filij eorum fuere sagitare deceptoriis verbis D. Iesum telis suis appetierunt: sed frustra, quia non est sapientia, non est prudentia contra Dominum. ¶ Audax. Temerarius qui sine ratione præsumit, & vbi non est spes salutis sese periculis exponit. ¶ In hostes. De quibus supra, horum filij nonne egressi sunt ad capiendum D. Iesum Christum tanquam in hostem cum tamen esset missus à Deo pro salute illorum, quare ipse dixit eis tanquàm ad latronem existis cum gladiis, & fustibus, &c. ¶ Retro. Sic & filij eorum qui venerant, vt caperent Iesum; conuersi sunt & ceciderunt retrorsum, vt dixit eis ego sum, vt ostenderet eos retrorsum cum vrbe cito casuros: vt per Titum & Vespesianum illis contigit, qui trucidatis ciuibus vrbem funditus euerterunt. ¶ Fœdera pacta. Conuentam promissionem; de qua mox dixi. Sed neq; filij, mandatum & à Deo susceperant: vt prophetam quem eis suscitaret audirent sicut ipsum Moysen. audierunt ne D. I. Chr. spreuerunt eum & dixerunt, nos scimus quia Moysi locutus est Deus hunc autem nescimus vnde sit. cum tamen ex scripturis prophetarum patrum promissionibus adimpletis, & ex doctrina eius, vitaq; sancta & demum ex operibus miraculosis potuerunt eum cognoscere: sed ex inuidia, odio & auaritia obscuratum est insipiens cor eorum. ¶ Rectum leg. it. Conuertebantur post idola, & filij num quid legem seruabant occidentes prophetas, & seruos Dei, qui ad illos mittebantur? donec impleuerunt mensuram patrum suorum D. N. Iesum Chr. crucifigendo, nonne de illis bene prophetauit Esaias dicens, populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me, sine causa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum; transgrediebantur quippe mandatum Dei propter traditiones suas. ¶ Officia. Pro beneficiis exhibitis apud viros doctos semper ponuntur. iuxta illud sapientis. Officium alterius multis narrare memento. ¶ Obliti. Hoc ingratissimorum est opus. vnde quidam sapiens dixit, officium male collocatum maleficium puto. ¶ Stupendaq; signa. De quibus infra. ¶ Intuiti fuerant. Idest viderant, quamobrem nulla poterant tergiuersatione sese excusatos reddere; & filij nonne viderunt? dicat ipse Dominus. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo; si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent, nunc autem & viderunt & oderunt me & patrem meum. ¶ Mira. Narrantur illa mirabilia, quæ fecit Deus pro Iudæorum defensione in Aegypto, in exitu & post exitum, in mari, in deserto, & in terra promissionis, ingratitudinemq; eorum subiungit: sed neq; beneficia, signaq; stupenda ad N. I. Chr. filiis exhibita minora fuerunt, vtroq; & ipsi habuerunt illum gratis, in hoc peiores patribus: quia illi

Matth. 3.

A

B

Matt. 23.
Esa. 29.
Matt. 15.

Mira suis patribus: coram quæ gesserat olim
Aegypti campis, Thanneos inq; solo.
Interrupit aquas maris; eduxitq; per altum
Isacidas siccos nec luit vnda pedes.
A dextris etenim statuit, pariterq; finistris
Aequoreos fluctus sicut in vtre vagos.
Roriflua deduxit eos in nube diei,
Flammifera hæc eadem nocte columna fuit.
Cumq; auidas populi premeret sitis arida fauces:
Petra dedit largas, sicut abyssus aquas.
Cumq; iterum Moses non ferret murmura vulgi
Fudit & icta silex fluminis instar aquas.
Non satis id fuerat, difisos murmure ad iram,
Propter aquam celsum bis reuocasse Deum.

Moysen voluerunt lapidare seruum Domini. isti Dominum ipsum crucifixerunt, & Apostolos eius trucidauerunt; totamq; Ecclesiam persecuti sunt, donec de finibus suis eiecerunt. ¶ Tanneos. Vrbs est Aegypti regia, apud quam x. illæ plagæ factæ fuerunt, quia in ea morabatur rex Pharao cum principibus, & sapientibus suis, de quibus, & Esaias meminit. Stulti principes Taneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. ¶ Interrupit. Aquas maris, vt sicco pede transirent per eas. D. Iesus aquam filiis in vinum conuertit. super aquam maris Galileæ ambulauit, & Petrum Ecclesiæ caput ambulare fecit. imperauit ventis mare turbantibus & ipsi mari tumenti, & facta est tranquillitas magna; ita vt stuperent, & dicerent. quis est hic? quia imperat ventis & mari, & obediunt ei: sed quòd plus est per mare mundi huius facit baptizatos sicco pede affectionum insurgentium transire ad vitam æternam. ¶ A dextris. Pro filiis Iudæorum baptizatorum. prosperitatis tempus intellige qui moderatè illa sciunt vti, nec superbiæ dissolutionis vt vndis immerguntur. ¶ A sinistris. Aduersitates sunt, quas patienter ferentes à desperationis fluctibus, & iracundiæ vento non absorbentur. ¶ Vtre. Species pro genere pro quocunq; scilicet vase vter. tris. significat utrarium illud vas portatile, quod ex pellibus fit caprarum; vterus vero vteri, pars illa ventris est muliebris, qua concipitur infans alitur ix. mensibus, & portatur donec in lucem exeat. ¶ Roriflua nube. Hæc est illa columna nubis, & ignis, quæ præcedebat populum incedentem & in mare & per desertum ostendens viam de die per nubẽ rorifluam, idest refrigerantem ab æstu diei, & de nocte per ignem lucentem, & nocturnum frigus temperantem, & filiis Angelus in columna nubis, fuit Christus. virginea carne velatus, qui rore prædicationis per diem. & ducebat ad vitam, & refrigerabat insurgentium tentationum estus, & de nocte peccatis ac timoris eduxit per lumen charitatis, & ignem Spiritussancti de cælo visibiliter missi in linguis igneis: sed & angelus in clara nube (vt ait

Exo. 14.

C

D Veris noui. erat enim inter Martium, & Aprilem nostros tempus illud, quando recesserunt ex Aegypto. ¶ Alueus. Fluuii lectus per quem continuè discurrit à similitudine cuiusdam uasis, quod peluim, uel concam possumus appellare. uel ab aluo nostra deducitur ¶ alueus. Altus. Idest profundus, τὸν μέσον est. mysticè per hæc fortia flumi-
Exod.14 na exsiccata impetuosas gentilium Phylosophorum doctrinas ex vi eloquentię validæ intelligamus, iuxta illud Apostoli, Perdam sapientiam sapiētum. & prudentiam prudentum reprobabo. ex Euangelica enim &
1.Cor.1. Apostolica doctrina. quæ non in humanæ sapientiæ aut eloquentiæ verbis consistit euacuatæ fuerunt: sed in uirtute spiritussancti mirabilibusque operibus, per quæ mundus, ipsique sapientes mundi testibus Apostolum capti sunt, & Christo, Dei uirtuti, ac sapientiæ crediderunt. ¶ Siccum iter. Duodecim latis viis pro numero tribuum. stantibus aquis à dextra & sinistra pro muro. ¶ Mutua. Sylepsis abscondita, & hyperbaton, i. ordo uerborum turbatus simul concurrentes. reddūt obscurū sensū, & faciūt uideri κακοσύνθετον, i. mala constructionem quare

Mutua quæ præstant operandi tempora nobis,
Atque quiescendi noxque diesque tuus.
Aethera nimirum, auroram, solemq; creasti;
Sunt opus & dextræ sydera cuncta tuæ.
Terrarum immensos, pontique sub aere vasto
Plantasti fines; quicquid & intus habent.
Florida tu viridis statuisti tempora veris,
Torridaque æstatis messibus apta facis.
Impius hic hostis domino (memor esto precamur),
Est ausus toties improperare suo.
Irritat & sanctum populus sine pectore nomen,
Iustitiam insipiens incitat iste tuam.
Te nomenque tuum tradi crudelibus istis,
Laudantes animas ne patiare, feris.

sic ordina literam, & planus erit sensus. Tuus, ò domine, est dies & nox, quæ tes operādi, & quiescendi nobis præstant tempora; & est relatio simplex, quia in voce discordat, licet in sensu conueniat. quale ē illud Ouidii. mea scripta legis qui sum summotus ad hystrum. ex his intendit ostēdere Deum esse creatorem omnium, rectoremque mundi, & actuum moderatorem nostrorū qui varijs geruntur temporibus, nutu tamē suo. ¶ Auroram. Ab auris, quæ tunc temporis aut residunt, aut nouæ insurgunt. ¶ Sydera. Latè accipe, & pro signis cœlestibus, & pro stellis fixis. ¶ Dextræ tuæ. More loquitur humano idest potentiæ tuæ, quæ dicitur dextera Dei. ¶ Plantasti fines. Quos nūquā egreditur mare, nisi ex iussione domini: vt factū est in tēpore dilluuij vniuer-
E salis & aliquando particularis secreto, sed iusto Dei iudicio. ¶ Ponti: Idest maris. hic pontus mare est; hæc pontus regio, seu insula in qua deportatus est Ouidius, vnde & opus eius de ponto. ¶ Quicquid. In terra sunt animalia & reptantia, in aere volucres, & in mari pisces. ¶ Florida tempora. Quibus vestitur humus floribus. ¶ Vir. ver. Tunc etiam tellus herbis virescit nouis, arboresque noua fronde reuirescunt. ¶ Torrida. Quibus spicæ ad maturitatem deductę torrent, ex vehementi solis calore. per hæc autem duo principalia anni tempora, hyemem quoque, & autumnum intelligit à parte totum per synecdochen. ¶ Hic. Non tantummodo loci est aduerbium: sed etiam temporis. quandoque simul, & semel vtrumque vt hoc in loco. ¶ Impius hostis. Quicunque sit ille qui religionem oppugnat, Dei est hostis, & feronrum eius. rethoricè propheta aduersarios in odium adducit, eorum superbiam detestando, & consequens misericordiam captat iudicis, & beneuolentiam sibi, populoque suo nimis afflicto, tum ex suis quæ patitur malis; tum ex blasphemiis domino irrogatis, cuius potentiæ detrahebant, sibi victoriam ascribentes, dicētesque Deum non posse illos de suis manibus liberare, sicut nec potuerat eos defendere, quorum vtrumque falsissimum erat. quod ostendit dominus in beneplaciti sui temporeiam & ab Aegiptiaca seruitute ferrea eos liberauit, & à Babilonica captiuitate, Anthiochenaque miseria; & eos defendit ab Holopherne per manum viduæ, & à Sennacherib, per manum Angeli, per alios & alijs vicibus: sed hæc exempli gratia sufficiant. ¶ Me. esto. prec. Parenthesis est simul, apostrophe ad Deum, ne obliuiscatur superborum inimicorum in se nomenque suum contumelias, & blasphemias: sed de his meritas sumat pœnas, vt castigeatur, cæterisque transeant in exēplum. ¶ Toties. Emphasim habet, nam ex malorum actuum multiplicatione magis, ac magis aggrauatur contemptus. ¶ Suo do-
Es.45. mino. Velint, nolint vt uiuo ego, (dicit dominus) ante me flectetur omne genu. ¶ Irritat. Ad iracundiam contra
Exo.6. se prouocat. ¶ Sanctum nomen. Vel illud tetragrammaton, vel Adonai quod Moysi, & non antiquis monstrauerat patribus, si ad præteritas ante Christi aduentum referas captiuitates, si ad nostra tempora, de sancto nomine in-
Phyl.2. telligendum est, de quo Apostolus ait, quia fuit obediens patri propterea dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Item nec enim est aliud nomen sub cœlo datum in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine D. N. I. Chr. in quo est salus, vita, & resurrectio nostra. ¶ Sine pectore. Idest sine intellectu, de quouis populo persecutore intellige. sunt enim facti sine intel-
F lectu, sicut equus & mulus, qui Deum creatorem, rectorem, dominum, & iudicem suum nolunt cognoscere, quem cuncta fatentur elementa, ex seruitute continua, & obedientia, quam domino suo infatigabiliter præstant & præstabunt in sæcula. ¶ Insipiens. Non de quo dicitur. Insipiens esto cum tempus postulat, aut res, sed de quo in alio psalmo, Dixit insipiens in corde suo non est Deus. & Apostolus. sapientes sunt vt faciant mala, bona autem facere nesciunt. & alibi. noluit intelligere vt bene ageret. ¶ Tradi te. Sed quomodo potest Deus tradi in manibus bestiarum. nonne traditus fuit Christus? traditur & dominus in membris suis, de quibus dicitur. Qui vos odit, me odit & qui odit me, odit & patrē meū: & cōtra qui uos recipit me recipit, q aūt recipit, me recipit & eū q me misit. Vnde & Saulo fideles suos psequēti, Saule Saule (inquit) quid me persequeris? q si hanc difficultatē uolumus euitare, sic ordināda est litera, ò Deus ne patiare animas laudātes nomēq; tuū tradi feris crudelibus istis, qui nos persequuntur, & quia dicit animas & non corpora non incongruè per feras crudeles istos dæmones possumus intelligere, q de corporibus nostris parum curant: sed de animabus secum perdendis maximam gerunt sollicitudinem, quare & mūdanis fautoribus dicunt: da mihi animas, cętera tolle sibi. ¶ Has animas. Fac emphasim in pronomine has animas, quas ad imaginem & similitudinem tuam creasti, pro quibus mundum & quę in eo sunt condidisti, quas nunc per Angelos nunc per prophetas erudisti, & demum has ani

Has animas inopum ne obliuiscaris in æuum,
Quas torquent hostes quotidieque premunt.
A pueris ne verte tuis faciem: sed ab alto
In testamentum respice quæso tuum.

Quos etenim vilis terra obscurauit, eorum
Sunt omnis sceleris corda referta domus
Ne sese auertat humilis confusus ab hoste,
Laudabunt nomen pauper, inopsque tuum.
Iam Deus exurgas; propriamque vlciscere causam;
Te precor opprobrij iam memor esto tui.

A

mas propter quas filio tuo non pepercisti: sed pro nobis illum tradidisti, qui & moriens in sanguine suo nostra lauit peccata. ¶ Inopum. De quibus dicitur. beati pauperes spiritu. ¶ Ne obliuiscatis. Sed quomodo qui rerum omniũ continuam hẽt memoriam, quiq; nostris eam infudit mentibus potest obliuisci? qui & dicit si obliuisci potest mater filij sui, & si illa oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui. sed nobis acta Dei more nostro plerumque metientibus videtur obliuisci nostri Deus, quando vocatus nõ succurit, sæpe rogatus auxilium differt. ¶ Torquent. Excruciant intimis doloribus. ¶ Hostes. Dæmones, eorumque membra homines mali, per quos persequitur iustos. ¶ A pueris tuis. Vel humilibus seruis. quia nisi facti fuerimus sicut paruuli nõ intrabimus in regnum cœlorum. & alibi. sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum. vel de illis intelligit quibus cum surrexisset Dominus Iesus dixit. pueri numquid pulmentum habetis. sed & sic etiam pro nobis rogat cum pro discipulis rogat, à quibus tamquàm à fontibus riuuli nos quoque deriuauimus. ¶ Testamentum tuum. Promissionem tuam hæreditatis terræ tuæ & supernæ. uel capitur pro lege Moisi, uel etiam pro lege euangelica; unde & dominus Iesus dixit, hic calix noui testamenti est in meo sanguine, de hoc testamento latè Apostolus disputat in epistola ad hæbreos, ibi uide. ¶ Quos. Et reddit rationem, quare pro paruulis & pauperib⁹ solum orauerit redimẽdis, quia, corda quæ sunt eorum domus, quos uilis terra obscurauit, repleta sunt omnis sceleris, ideoq; sunt indigni ut redemptione iustorum participes fiant; nisi cum & ipsi per pœnitentiam paruuli domini fuerint effecti, qui per diuitias sunt magni, & potentes in sæculo. ¶ Vilis terra. Idest terrenarum rerum cupiditas, auaraq; possessio, quæ cælestium rerum comparatione uilissimæ sunt. ¶ Obscurauit. Diuitiæ. n. sunt tamquàm nubes inter intellectum & Deum, cuius illustratione solet illuminari. ¶ Corda ref. dom. Appositio est, corda enim sunt cogitationum humanarum receptacula. ¶ Auertat. A uia cultus tui per desperationem, quæ nonnumquam fideles adeo impingit, ut a cultu Dei ad cultum dęmonis, & idolorum pertranseant. ¶ Confusus. Ex nimia animi perturbatione contingit hæc confusio, quando improperãtibus nobis, hostibus miserias nostras ex Dei nostri impotentia peruenire, nescimus respõdere. ꝙ potius ex culpa nostra, parentumq; nostrorum qui in filijs puniuntur, sicut & in illis lętificantur, nõ tamen sine magno nostro bono si patientiam habuerimus, omnia enim cooperabuntur nobis ad salutẽ, neq. n. Christus & sancti martires gloriæ coronã pro se & populo fideli adeptiessent nisi tribulationes huius mundi, tormenta tyrannorum, mortem deniq. ipsam per patientiam superassent. oportebãt. n. Christum pati (ut ipse testatur) & ita intrare in gloriam suam. sic & nos in mundo præssuram habere necesse est: sed si fuerimus socij passionũ, erimus & consolationũ; talia oporteret respondere improperantibus, & non confunderemur. ¶ Pauper. Qui parum habet, inops qui neq. vlnam telluris hẽt vbi sepeliatur, per hos humiles, & in terrenis rebus nullum habentes affectum intelliguntur. ¶ Exurgas. Quasi dormientem alloquitur: cum tamen nõ dormitet, neq. dormiat, qui custodit Israel: sed vt supra diximus de obliuione, sic intelligatur hic de dormitione: videtur enim dominus dormire quando non ita cito, vt volumus auxilium porrigit. ¶ Vlciscere. Vel pœnam illis debitam inferendo, si in peccato suo fuerint obstinati; vel vt ait August. auferendo ab eis errorem. & suscitando fidem. sic. n. exponit illum psalmi versiculum, vltus sum in eos, quid est (inquit) vltus sum in eos? vindicaui me de ipsis; quomodo vindicaui me de ipsis? occidendo errorem, & suscitando fidem. & hoc adimpletum esse cognoscimus erga persecutores sanctorum, & ecclesię Dei: nam pars eorum perdita est, & pars est ad fidem conuersa. ¶ Op. prob. Blasphemiarum in sanctum nomen tuum irrogatarum.

Matt. 18.

ca. 7. 8. & 9. & vlt.

B

Luc. 24.

Iam reminiscaris populi maledicta nephandi
Quotidie latrat, quæ sine corde canis.
Ne obliuiscaris quem nulla obliuio fallit,
Quæ tulit in nomen vox inimica tuum.
Semper enim conscendit in vltra superbia eorum
Te nimis exosum qui tenuere diu.

¶ Reminiscaris. Tautologia est, ad exprimendũ dolorem cordis intensissimũ de auditis in Deũ blasphemijs, magisquàm propriæ calamitatis. ¶ Nephandi. Idolorum cultoris, & irreligiosi, inimicique crucis Christi. ¶ Canis. Per similitudinẽ morum. quem enim morsu non potest, vel latratu petit: sic maledici, sicut, vt vellent nocere non possunt in eum iactant opprobria. ¶ Sine corde Idest sine vlla cogitatione iudicij futuri. in quo si de omni verbo otioso reddituri sunt rationẽ, quanto magis de verbis detractoris, & blasphemijs. cor enim sedes est cogitationum bonarum, & malarum, sicuti ex verbis Dom. colligitur. De corde enim (ait) exeunt cogitationes malæ, &c. Item ex abundantia cordis os loquitur. & alibi. bonus homo ex bono thesauro profert bona, & ex malo mala. possumus etiam dicere, sine corde hoc est sine intellectu, & prudentia vt supra sine pectore. vnde cordatos, prudentes viros dicimus. ¶ Ne obliuiscaris. Et iam tertio dicit idem, licet alijs verbis, quibus ex rebus docemur quanto cum feruore diuinum zelare debeamus honorem, potiusque violato vltionem quærere, quàm ex nostris iniurijs uindictam: sed proh dolor. si vel leuiter pulsati fuerimus, vel leuis iniuria irrogata, protinus excandescentes multas in vindictam manus armamus; de nomine domini. quotidie vilipenso, & blasphemijs crudelibus violato, neque iudicum aures obturantur, quin rident; nam uiri fortes videntur hi, qui blasphemias ore sacrilego norunt horrendas emittere; neque viri reputantur, qui nesciunt blasphemare. ¶ Obliuio fal. Vt homines, qui facile obliuiscuntur quamplurima. nam vt ait prudentis Iurisconsulti responsum: Omnium habere memoriam diuinum est potius quàm humanum. ¶ Tulit. lactauit, oblatrauit. ¶ Vox inimica. Idest inimici. ¶ Inulta. Non vindicata debita pœna; quoniam facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, dum creduntur sibi omnia impunè licere, à nullo quàmuis grauissimo facinore, abhorrent. ¶ Te nimis. Ordo est. superbia eorum, qui te diu nimis exosum tenuere semper conscendit, ceu fumus, quo magis ascendit eo magis anihilat. sic eodem pacto fastus, honores euanescunt; cum nihil sperent firmius esse fugit, fugiamus itaque istos honores, qui velut vmbra prætereunt, præcipitesque suos fautores trahunt.

C

Confitebimur &c.

D CONfitebimur &c. Incipit hic psalmus in oratione soluta, quoniam pollicetur populus Dei sese domino confessurum iustè pro peccatis afflictum, & misericorditer liberatum, siue à captiuitate Babilonica, siue ab ærumnis per Anthiochum inflictis; seu quod magis verum puto à seruitute diaboli per saluatorem cœlo missum D. N. I. Chr. qui rediens vnde venerat (vt in alio psalmo dicitur) captiuam duxit captiuitatem. carmen autem incipit. Confiteare Deo, & est vox seipsum inuitantis populi ad confessionem Dei. Est autem aduertendum duplicem esse confessionem, laudis. s. & peccatorum; prima Deo tantum fit, altera Deo, & sacerdoti eius ministro claues tenenti: hic agitur de prima confessione; ideo dicit. Confiteare Deo ò Iudæa. ¶ Redemit. De captiuitatibus prædictis; sed de vltima præcioso sanguine filii sui, & idcirco magis æstimanda. ¶ Redemptori tuo. Christo Iesu, nō q separemus filium à patre; cū inseparabilia sint opera trinitatis: sed propterea sic exponimus, vt omnes glorificent filium, sicut & patrem. ¶ Illius nomen. D. N. I. Christi, de quo in præcedenti psalmo. ¶ Populus fidelis. Qui in Christum credit; nam ab initio Christo credentes appellabantur fideles; Antiochiæ christiani ceperunt vocari. ¶ Ore.
Rom. 10 Non corde tantum, quod faciunt pusillanimes: sed etiam ore, quod fortium fuit opus martyrum; corde enim creditur ad iustitiam, ore verò confessio fit ad salutem. ¶ Miraque gesta. Incarnationem, natiuitatem, baptisma, miracula innumera, quæ toto tempore peregrinationis suæ fecit, passionem, resurrectionem, ascensionem in cœlum, cum preda quam ex inferno redemerat, spiritus sancti missionem, & denique conuersionem mūdi per duodecim piscatores repugnantibus Romanis rerum dominis. ¶ Tēpus oportunū. Quod ipse solus nouerat, & disposuerat. loquit aut hic vates in persona ipsius domini quodāmodo respondentis populo, ac si esset hic psalmus quidā dialogus. ¶ Cum cæpero. Loquitur vt homo sicut in Euang. pater omne iudicium dedit filio,
Io. 5. & alibi. Dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. & rursus. Data (Inquit)
Matt. vlt. est mihi omnis potestas in celo, & in terra. ¶ Cuique ferendum. Supple est. ¶ Iudice me. Hoc est
E quod ait Apostolus. ipse constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. ¶ Meritis. Deest pro. ¶ Iusta. Idest pœnam pro demeritis iustæ inflictam ¶ Vel æqua. Idest præmia pro bonis operibus quadam æquitate, summaque Dei bonitate debita; æquum est enim, quod Deus ex liberalitate promisit, ut ea opere cōpleat. ¶ Aduētu meo. In mundum per carnis assumptionem. ¶ Liquefacta. Ordo est. tellus, quæ ante fuit saxea, modo liquefacta est aduentu meo; sic & cuncti, qui habitant in ea. s. erant saxei modo in aduentu meo sunt liquefacti. corda enim populorum ante Christi aduentum erant dura, & similia lapideis simulachris, quæ colebant gentiles, iudæorum quoq. duriora propter obstinatam rerum terrenarum cupiditatem, liquefacta vtrorumque per ignem spiritussancti, quos in credentes è cœlo misit abundè; & sunt illi lapides quos ostendens Ioannes Baptista dicebat, dico vobis quia ex lapidibus istis potens est Deus suscitare filios Abrahæ; hoc est etiam quod per alium prophetam promisit Deus: auferam (inquit) à vobis cor lapideum & dabo cor carneum. ¶ Instabiles columnas. Methaphoricè loquitur, ac si alicuius ædificii architectus conspiciens columnas, nec adhuc bene firmatas dicat, iam iam firmabo illas; ecclesia Dei est enim spirituale ędificium cuius fundamentū est Christ. Iesus præter quod nemo aliud potest ponere (vt ait Paulus) nos vero lapides viui ex quibus fit eius structura, columnæ sunt Apost. qui ante receptam spiritussancti gratiam, vt homines carne infirma circundati pusillanimitate lababant; has Dominus Iesus columnas dono fortitudinis spiritus sui roborauit, quod per similitudinem duriciei, Aes suum hic appellant. ¶ Ego. Deus, & Dominus N. I. Christus. ¶ Terribili voce. Prophetica, atq. euangelica. vide Hieremiam, atq. Isaiam quasi per omne caput, sic & euangelium vbi & malorum iudeorum pęnas, Babiloniorumq. destructionem, cæterorumq. populi Dei infensorum hostium prædictas inuenies, in euangelio quoq. malorum agricolarum, & hypocritarum exterminium pęnam gehennę ignis ęterni in duros, in misericordes commi natam leges. ¶ Impia. Aduersus Deum ab eius cultura recedendo, vel sanctissimum eius nomen blasphemando,
F idolatrando, & fideles suos persequēdo. ¶ Iniqua. Aduersus proximum ei. maledicendo, bona eius dissipiendo, affligendo corpus eius, coquendo, inuidendo, odio habendo, & deniq. contemnendo, & quoquomodo ei nocēdo, vel quæ eius sunt concupiscendo. ¶ Ne delinquentes. In deum, vel in proximum aliquo modo ex his, quæ modo dicta sunt. ¶ Tollant. Pro extollant. Aphęresis. n. est aliàs tollere significat perdere, vt tolle, tolle, crucifige eum. ¶ Sua cornua. Potestatem suam iactando, vt bestiæ inuentum sepe cornua iactant sua. ¶ Fastu. Prę superbia, quæ omnis peccati initium est, sanè fastus. sti, secundæ inflexionis festiuitates significat, vnde inscribitur Ouid. de fastis, lib. quidam, quo gentiliū dies festiui canuntur. ¶ In cœlum. Peruersa cogitatione; quādo corpore nequeūt, sese Deos existimantes, qualis Nabucodonosor, Alexander Macedo, nonnullique Romani Imperatores; & aduersus Deum qui in cœlo est bella gerentes; auertendo populum Dei à

ODE LXXIIII. EX PSALMO LXXIIII, Confitebimur,

CONfiteare Deo qui te iudæa redemit,
Læta redemptori confiteare tuo.
Illius & nomen populus vocet ore fidelis,
Illius & psalmis miraque gesta canat.
Tempus oportunum cum cæpero: cuique ferendum
Iudice me meritis iusta, vel æqua suis.
Aduentu liquefacta meo quæ saxea tellus
Ante fuit, cuncti quique habitant in ea;
Eius & instabiles visasque labare columnas
Firmaui solido roboris ære mei.
Nempe ego terribili sum voce minatus iniquis
Impia ne patrent, ne vel iniqua gerant.

Ne delinquentes tollant sua cornua fastu,
Ne sese in cælum corda superba leuent.
Cornua ne duræ ceruici fixa velitis
Exaltare poli sydera celsa super.
Non Oriens dextram fugiet plaga iudicis huius
Quæ vel in Occiduo delitet ora sinu.
Non quæ desertis ex frigore montibus horret,
Non huius fugiet torrida zona manu.
Lancibus æquatis iustam geret ipse stateram;
Deprimit hac tumidos, hac humilesque leuat.

Isq; tenet calicem mixtoq; meroq; refertum:
Ex hoc inclinat, moxq; propinat in hoc.

A

cultura eius, vt potius simulachra gentium, quę Dæmonia sunt colant. quod fecit Antiochus, quæ & Romani aduersus Dominum nostrum Iesum Christum vsq; ad internitionem molliti sunt, mille millia martyrum cædentes. Iudæi quoq; ipsum Dominum suum filium Dei, & hominis crucifixerunt, Apostolos flagellauerunt, Stephanum lapidauerunt, duos Iacobos, & Simonem interfecerunt, discipulos Christi de finibus suis eiecerunt, Paulo sæpius flagella, sæpissime necem intentarunt: & deniq; quem sanctorum non persecuti sunt! aduersus redemptorem suum exitiale bellum gerentes? donec venit super eos omnis sanguis iustorum effusus, & patrum suorum mensuram impleuerunt, tunc exterminati urbe incensa debitas dederunt pœnas. ¶ Cornua fixa ceruici duræ. Et pertinaci: hæc sunt potestates Ecclesiastica, & secularis, quas olim superbiebant gentiles & Iudæi, nunc autem aliquando & Christiani, iustos pauperes persequendo. ¶ Non oriens. Hic latas, longasq; manus iudicis ostendit æterni per totum orbem sese extendentes, vt indicet nullum malum vbicunque sit, vel quocunque fugerit vltionem impietatis, & iniquitatis suæ iustam, & debitam nullo pacto posse euitare. ¶ Plaga oriens. Idest regio Orientalis: plaga enim cum corripit primam, regionem, vel rhetis maculas significat: cum autem producit, vulnus notat. ¶ Occiduo sinu. Qui uidetur Occidentem excipere. ¶ Desertis montibus. Vltra Ripheos post Scythiam, ex frigore glaciei concretæ propter solis inaccessum, Aquilonarem intelligit terram Septentrionali polo suppositam: vnde borealis gelidissimus uenit flatus. ¶ Torrida zona. Australem intelligit partem solis cursui è regione subiectam. porrò dicunt Astrologi immensam latitudinem cœli quinque zonis distringi, quarum duæ extremæ gelidæ sunt, quia solares radij ad illas non penetrant: media, qua decurrit sol est torrida: duæ intermediæ temperatæ: totidem sunt in terris plagæ prædictis suppositæ, quarum duæ præ nimio horrent frigore: media feruet ęstu continuo: inter mediæ solę sunt habitabiles: nulla tamen illarum conditorem suum latet. ¶ Lancibus æquatis. Lances sunt ea uasa rotunda parum excauata, quæ ab vtraq; parte statere dependent. ¶ Hac. Scilicet leua bilanci. ¶ Tumidos. Per superbiam inflatos, vt Pharaonem, Nabuchodonosor, & Sennacherib, multosq; alios reges, & Imperatores. ¶ Hac. Scilicet dextra bilancis. ¶ Humiles. Aliquando hic in sæculo, vt Ioseph quem moderatorem fecit Aegypti, ex carceris squallore. Cirum quoque feris, & auibus expositum ad sublime Persarum Imperium euexit, subactis Medis, Babiloniaq; euersa, talibus miraculis refertæ sunt hystorię diuinæ legis, & humanarum rerum annalia. ¶ Isque. Dominus iudex vniuersi, cunctorum vindex malorum, retributor & bonorum. ¶ Calicem. Iræ & punitionis vasa. iuxta illud Isaiæ vaticinium. consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius, & in Apoc. hic bibet de uino iræ Dei, Item date illi calicem vini indignationis iræ Dei: alius calix est passionis uniuscuiusq; ministratio; vnde & Dominus dixit, transeat à me calix iste: & duobus discipulis primatum affectantibus, Potestis (inquit) bibere calicem, quem ego bibiturus sum? est & calix gloriæ, vt in Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, & alibi. calix meus inebrians quàm præclarus est. hic autem de Calice vltionis, & pœnæ (vt dixi) intelligendum est. ¶ Mixto. Idest mixtura quadam inebriante. ¶ Meroq;. Vino puro absq; vlla aquæ aspersione, per hæc intelligit durissimam fore vindictam sine illo temperamento dulcedinis, quo filios Deus quandoq; castigat, vt resipiscant. nonne durissimus fuit ille calix Hierosolymorum, & absque temperamento lenitatis, quem biberunt hac in extrema totalis excidij ruina, per Titum & Vespasianum Imperatores, quo decies centena millia perierunt, vrbs funditus eruta, & templum illud excellentissimum, totoq; in orbe clarissimum cum ipsis Sacerdotibus exustum: si qui pauci superfuerunt defessis cædendo militibus in miseriorem mortem, videlicet seruitutem detrusi, vt vilia mancipia in quattuor orbis ventos fuere dispersi omni spe redemptionis amota licet ipsi frustra alterum Messiam redemptorem expectent. iam millesimus, & quingentesimus annus est peractus nec adhuc venit: sed neq; veniet, nisi forsan Antichristus filius perditionis, qui reliquias eorum in æternam perdat damnationem. talis fuit & Babloniæ calix, multorumq; populorum Domino rebellium. ¶ Ex hoc, in hoc. Quia uatis ipsius hæc sunt verba, duplex sensus qui commentariis psal. inueniuntur hic etiam refertur, putant nonnulli duos calices esse in manu Domini, primum temperatum aliqua lenitate, & alterum pura ira vltionis repletum, & ex vno calice in alterum propinare, prout intendit plus aut minus acerbe punire: alij (quod & ego verius credo) sic intelligunt, non de calice: sed de populis diuersis, quos inuicem vltionis ministerium Deo præstantes punit, vt mereantur, quod & vulgo, de malo homine alterum sibi similem interficiente dicitur, tonsor tonsorem radit, est ergo sensus. inclinat supple calicem iræ, & vltionis ex hoc populo quem iam potauit, vt puniatur, & mox propinat in hoc scilicet altero populo, vt cum primum punierit; ipse quoque inebrietur, & ab altero populo mox puniendo puniatur, sic Babiloniis ministerium præstantibus excruit Iudæos, in Babilonios, verò per Medos, & Persas sæuam prosecutus est vltionem. Medos quoq; à Persis, & Persas, à Græcis, Græcos à Romanis ferrea virga percuti iussit, rursus Romanos ab Vnnis, Gottis, Vuandalis feriri iussit, mea quoq; tempestate Luterani, Germani, Hyspani, & aliqui Itali ex regis Francorum, quem captiuum ad Imperatorem miserant elati Romam certo agmine petierunt aggressi sunt, expugnarunt, depopulati sunt; in summum Pontificem Christianorum patrem, ac si Turcæ essent sacrilegas manus iniecerunt: sanctorum reliquias sacratissimas, (proh scelus) nefandissimum, manibus impiis auro, & argento, quibus ornabantur abrepto in puteos, & cloacas proiecerunt, domos rapinis, & cædibus funestarunt, templa expoliarunt, altaria suffoderunt, & demum vrbem ipsam ruinis, & incendijs, deuastarunt: at isti crassatores numquid de calice Domini non biberunt? morbida tabe infra annum omnes perierunt; neminem vidi vel audiui qui domum incolumis repetierit; sic oēs malos Dominus calice suo potat, sic calicem ex hoc in hoc propinat: sed iam redeamus ad explanationem. ¶ Hinc. Ex hoc calice. ¶ Licet epoti. Cōplures populi. remouet propheta falsam existimationē quorundam malorū dicentiū non omnes

Isaie. 55.
Apoc. 14 & 17.

B

Ioseph de bello Iu.

Hinc licet epoti complures; non tamen omnis
Fex exhausta: calix semirepletus adhuc.
Vnde bibant omnes scelerati restat abunde
Ebrius hinc quamuis impius omnis eat.
Non tam dira sitis, non tristia pocula tangunt
Ista pij melior potus habendus eis,
Defæcata bibant hominum exhilarantia corda
Fluminis vt viui sit loquor haustus eis.

C

D malos posse plecti à Deo, calicemq; à multis retroactis potoribus euacuatum esse . iamdiu vixi, vano inanis poetæ fundamento. Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tẽpore inermis erit: quam sententiã & supra in alio Psalmo reprobauimus, correximusq; versiculos, & hic manifestè falsa esse ostenditur, nã & adhuc calicem semiplenum esse indicat, licèt tanta millium millia inde fuerint epoti hactenus: præterea qui semel illum impleuit numquid, & prope euacuatum nequibit iterum atq; iterum replere? infiniti nulla est dimensio, ¶ Fex. Totalis est malorum perditio. ¶ Abundè. Aduerbium est, & ponitur pro abundanter. ¶ Eat. Ex hoc mundo ad infernum; non quod Deus bis puniat in idipsum: sed quia peccatis pro quibus exterminati sunt, obstinationis, & finalis impœnitentiæ peccata addiderunt, ideo & hic, & ibi torquebuntur in sæcula. ¶ Diræ sitis. Expressio calicis, qui dicitur iræ Dei; dirum enim significat malum ex ira Dei immissum. ¶ Melior potus. Vel minus amarus; & erit comparatio abusiua, nam omnes calicem salutaris accipiunt Crucem videlicet suam, & sequuntur dominum. Vel de calice illo possumus intelligere, de quo supra diximus: calix meus inebrians quàm præclarus est, idest de calice gloriæ retributionis æternæ. vnde aptè sequitur. ¶ Defecata bibant, &c. Idest nulla tristitiæ foeditate deturpata. ¶ Exhilarantia corda. Est allusio ad illum psalmi uersiculum. uinum lætificat cor hominis; ex quo patet de gloria futura qua ebriabuntur iusti, quod hic dicitur intelligi debere. ¶ Fluminis uiui. Hic est torrens uoluptatis, qui labitur per medium paradisi, de quo alibi per hunc eundem prophetam: & torrente uoluptatis tuæ potabis eos: & de quo dicitur. fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei; potest & spiritus sancti gratiam significare. ¶ Ego Dauid prophetes; utinam, & ego minimus uates utcumq; etiam uatis meiq; ipsius, quin potius Domini interpres huius aquæ haustæ recreer: ut gesta Dei, & cantata referam, canamq; noua utraq; aperta faciam ad laudem, & gloriam nominis eius. ¶ Confringam. Hic iterum loquentis persona mutatur, ut supra, loquitur enim uates in persona non sua: sed Dei, & Domini nostri Iesu Christi. ¶ Dextra. Idest potentia mea. ¶ Cornua. Eadem de quibus satis dictum est supra. ¶ Vsq; ad sydera. Quinimo & supra sydera in cœlum cum Angelis assumentur collocandi. sed est quidam modus sic loquendi, quando uolumus aliquem in altum iudicare conscendisse, dicere

Hujus ego salientis aquæ recreatus ab haustu
Gesta Dei vates sæcula cuncta canam.
Omnia peccantum confringam cornua dextra,
Exaltabuntur sydera ad vsq; pij.

E solemus usq; ad astra, siue plus minusue fuerit exaltatus. ¶ Pij. Idest Boni, & sancti qui piè, & religiosè dominum fide & opere coluerunt semper; de quorum numero, & me scriptorem uos quoq; lectores D. N. Iesus Christus uelit esse, & exhilaranti eorum calice potare. Amen.

NOtus iudæa Deus est, &c. Magnam Iudæorum fœlicitatem, atq; simul infœlicitatem, hoc ex psalmo licet deprendere, qui populus Dei electus, ita ut credenda duxisset eis eloquia sua, sufficientem Dei habuit notitiam per Moysen, per legem, & prophetas, quæ iam non fecerat omni nationi; nouissimè & filium Dei inter eos natum adoratum uiderunt, conuersatumq; domesticè: ut & notum haberent, notumq; aliis populis facerent, & simul redemptorem suum cum illis colerent: ast illi tantis Dei beneficiis ingrati non solum habere eius notitiam magnifecerunt, sed aut noluerunt eum cognoscere, uel se non nosse finxerunt, eieceruntq; per mortem a notitia sua. fuit tamen (uellent nollent) notus in Iudæa Deus apud multos, & primo deinde eius notitia deriuauit ad alias terras; quod præuidens Dauid ait. ¶ Notus Iudæa. Deest in præpositio. ¶ Deus. Omnium conditor, qui primo sui notitiam Iudæis exhibuit in signis multis, & prodigiis, deinde per legem, post modo per prophetas, nouissime (ut ait Apostolus) per seipsum in filio suo; quem ad adimplendas promissiones patrum in medio Iudæorum nasci, conuersariq; fecit, & mori permisit. ¶ Illustreq;. Idest clarum nomen, ex miraculis exhibitis tam in exitu Aegypti, & introitu terræ promissionis, quàm post permulta sæcula; magis autem in Natiuitate Christi, & de inceps. nato enim Domino in Bethleem, nox sicut dies illuminata est, Angeli notum illum pastoribus fecerunt, cum aliis permultis; stella tribus magis notam fecit natiuitatem eius, qui uenientes adorare eum in Hierusalem regi Iudeæ, & principibus, Scribis, & Phariseis, totiq; populo ortum illius notum fecerunt; Simeon quoque & Anna prophetissa præsentatum in templo non solum cognouerunt, & adorauerunt: sed & aliis prædicauerunt; Ioannes Baptista, & prædicauit, & testimonium perhibuit, & digito ostendit: seipsum deinceps uerbis, & operibus manifestauit, quæ licet ex Euangelio colligere. unde bene ipse dixit. Si non uenissem, & locutus eis non fuissem, opera

F in eis non fecissem quæ nemo alius fecit, excusationem haberent: nunc autem nullam habent excusationem de peccato suo, quia oderunt me, & patrem meum. ¶ Isacidum. Patronymicum nomen pro gentili. ¶ Patrauit. Idest fecit opera magna, quæ autem sint per lectionem ueteris, & noui testamenti manifesta sunt.

ODE LXXV. EX PSALMO LXXV.
Notus in Iudæa.

NOtus Iudæa Deus est, illustreq; nomen,
In terra Isacidum magna patrauit ibi.
Nanq; Hierosolomis locus eius, sanctaq; sedes,
In Syon habitat gloria celsa sua;
Magnificatus ibi, & confringens arma potentum
Hostibus ex cæsis læta trophea tulit.

¶ Hierosolymis. In Hierusalem, diuersis quippe nominibus appellata est ea ciuitas, quæ hoc uersiculo continentur. Solyma, Luza, Bethel, Hierosolima, Iebus, Helia, Vrbs sacra Hierusalem, dicitur atq; salem. ¶ Locus eius. Cultus scilicet, ibiq; ut plurimum petentibus responsa dabat. ¶ Sanctaq; sedes. Videbatur enim quodammodo sedere in sancto sanctorum super propiciatorio, quo tegebatur archa fœderis, quando Sacerdoti summo loquebatur; & hæc quidem legis tempore: sed tempore gratiæ, ideo erat locus eius & sedes sancta, quia Dominus Iesus in templum est præsentatus, vt adimpleretur illud

Malac. 3. Malachiæ vaticinium. Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator dominus, quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Illuc etiam sæpe uenit ad prædicandum, miracula multa ibi fecit, inter quæ non minimum est, quando deiecit ementes, & vendentes, nummulariorumq; mensas euertit,

Luc. 19. æs effudit, cathedras subuertit, dicens; domus mea domus orationis est, & vos fecistis eam speluncam latronum.

¶ In Syon, hab. gl. vl. Hoc dicit, quia tempore suo antequàm conditum esset templum adduxerat in domum

suam

A

suam, quam habebat in Syon, archam fœderis domini, & tabernaculum eius, quod Moyses fecerat, implebatur, sæpe à gloria Domini apparentis sibi, sicut & olim Moysi, & Aaron, cæterisq; ducibus prophetis, & Sacerdotibus: at Euangelij tempore, maximum Eucharistiæ Sacramentum in cœnaculo, quod est in Syon ab ipso Domino pleno gratiæ, & veritatis, gloriæq; rege fuit institutum, in eodem loco spiritussancti gratia summè gloriosa super credentes discipulos in die Penthecostes de cœlo effusa est; repleuitq; totam domum vbi erant sedentes, & venerunt dispartitæ linguæ, tamquam ignis, sederuntq; supra singulos eorum; & repleti sunt omnes Spiritusfancto, & cœperunt loqui magnalia Dei. iterumq; dum fuisset Apostolis interdictum à principibus Sacerdotum, ne prædicarent Iesum crucifixum resurrexisse in eodem cœnaculo orauerunt discipuli, & motus est locus, rursusq; afflati sunt à Spiritusancto, & cœperunt loqui cum fiducia verbum Dei, ecce quare gloria Dei dicitur habitare in Syon. his adde apparitiones illas Domini gloriosas, quando post resurrectionem suam stetit in medio discipulorum, & consolatus est eos; nonne tunc etiam erant in Syon? ¶ Magnificatus ibi. In Hierusalem, & circum circa per magnorum operum ostensionem, non quòd magnus plusquam erat factus fuerit Dominus, qui cum sit maximus optimus, & immensus, augeri non potest: sed quia ex magnis ab eo patratis operibus nos illum metientes, magnum prædicamus, & in nobis ipsis quodam pacto magnificatur. Quæ verò fuerint ista opera magna apparet per lectionē, veteris, & noui testamēti cuicunq;. ¶ Arma potentum. Ciuitati excidium minitantium, vt Sennacherib, Holofernis, Heliodori, & aliorum multorum, item potentoni, dæmonum, quorum arma insidias scilicet & dolos per crucis fortem maleum confregit. ¶ Hostibus cæsis. De quibus supra: si ad Christum referas hostes fuerunt illi ciues mali, qui mittentes legationem dixerunt, hunc nolumus regnare super nos, quos rediens accepto regno, coram se interfici mandauit. hostes fuerunt illi pessimi ad nuptias inuitati qui non solum venire recusarunt: sed & nuncios eius interemerunt, quos missis exercitibus perdidit, & ciuitatem illorum succendit. hostes deniq; fuerunt impiissimi agricolæ illi, qui hæredem locatoris extra vineam eiecerunt, & peremerunt, quos omnes malos male perdidit. & vineam suam aliis locauit agricolis. ¶ Trophea, Ex armis, & spolijs hostium erecta, qualia scribit Vergilius in princ. lib. xj. ab Aenea de superbo Mezentio facta extitisse. ¶ Tulit, Romanus regum fidelium, & populi sui. sic & Dominus Iesus tulit crucis tropheum spolio carnis humanæ circundatum. ¶ Ferreus arcus. Temporibus debellationis prædictorum hostium. sic & Dominus fortior illo, qui custodiebat atrium suom armatus, in tempore passionis confregit, fallacias dæmonis, eiusq; versutias, quæ sunt arcus Diaboli, cum multiplicibus dolis eius.

Matt.26. Act.2. Act.4. Matt.21.

Ferreus arcus ibi fractus, gladijq; retusi,
Scutorumq; ingens est pyra facta strues.
Montibus illustrans æternis, clara per orbem
Misisti immensum lumina ab arce poli.

B

¶ Gladij. Spiritoales, quæ sunt linguæ vipereæ maledicorum, blasphemiæ, & adulationes gnatonum. ¶ Scutorum. Sic construe. ¶ Scutorū, Ingens strues facta est pyra; qua deuoratæ sunt, & consumptæ hostiles reliquiæ: porrò strues est qualibet rerum aggregata congeries, & maximè lignorum ad opera fabrilia; hoc etiam cōtigit Iudæis, qui post necem Domini Iesu cum vrbe, & templo, Sacerdotibusq;, ac principibus suis ab exercitu Romanorum relati ex strue lignorum pira congesta succensi fuerunt. ¶ Illustrans, Iudæos scilicet primo ad eorum consolationem, aduersariorumq; ruinam, supple missis. ¶ Montibus æternis. Idest Angelis, vt alio in psalmo; montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Angelos autem à Deos missos ad liberationem populi de manu Pharaonis, & Aegyptiorum vsq; ad introductionem eorum in terram promissionis plusquam manifestum est his, qui vel exiguam sacrarum literarum habent notitiam: deinceps etiam sæpe missi fuerunt, vt eosdem de manu hostium eruerent, in quas propter peccata inciderant, vt ex Iudicum, Regumq;, Thobiæ, Esdræ, ac prophetarum lectione patet intuenti; nec non & ex libris Machabeorum. nouissimè verò non solum per Angelos: sed & per seipsum Deus illustrauit eundem populum misso vnigenito filio suo, qui triennali prædicatione docuit Iudæos, quo deinde in cœlum recepto, & spiritum sanctum suum misit vt supra diximus ad illorum animos illustrandos, medijs alijs montibus, idest apostolis; qui & si temporales erant natura, per gratiam facti sunt æterni; qui & clara sunt lumina sicut & angeli per orbem immensum ad illustrandos populos missi. Angelos nihilominus etiam nostro tempore missos ad liberationem, defensionem, & consolationem nostram legimus in Apocalypsi Ioannis Apostoli, & sanctorum martyrum, confessorumq;, & virginum hystoriis. ¶ Horum. Angelorum primo, vt patet in Exodo de castris Aegyptiorum perturbatis à fulguribus, & tonitribus ab angelo missis, qui medius inter vtrunq; exercitum, Dei populum tuebatur, & alijs pluribus in locis supra adductis, quos ad prolixitatem vitandam lectoribus uidenda relinquo. nouissimè radijs Domini, vt in

Sunt perturbati radiis fulgentibus horum
Pectoris insani qui per inane tument.
Ecce soporati sine murmure, & ammodo somnum
Dormiuere suum: mox periere simul.
Quid secum retulere suarum diuitiarum,
Expansis manibus tum repetere nihil.

C

eiectione turbarum in templo negociantium, & quando prostrauit cohortem, & ministros, qui ad eum apprehendendū uenerant. radiis etiam Apostolorum fuerunt perturbati principes Iudæorum, quorum pectora inani gloria generis, & legis, quę euacuabatur tumebant, quando miracula, & prodigia per manus, eorum fieri cernebant: sed & principes gentiū perturbati sunt uisis signis, mirabilibusq;, gestis eorum; nam & ipsi per inanē sęculi potestatem tumebant. Angelis quoq; pro Christi fidelium defensione pugnantibus perturbatis infideles legimus. vide in dedicatione Michaelis Archang. & hystoriam tripartitam, Claudianumq; poetam qui referunt, Theodosio seniori Angelos, è cœlo in auxilium missos aduersus crucis inimicos. ¶ Soporati. Mortis sopore, quo ad mundum, & in inferno sepulti; quo ad animam. ¶ Somnum suum. Quoad vitam præteritam, quæ velut somnus transiens cito fugit. ¶ Mox periere. Ideo mox, quia momentanea est vita presens æternæ comparata. ¶ Simul. Etsi non tempore, supplicij tamen similitudine. ¶ Suarum diuitiarum. Carmen derisorium est, per omotoleuton, & omooptoton simul iunctum. suarum autem vt ipsi putabant; sed in veritate nostra non sunt, quæ semper nobiscum, & quocunq; ferre non possumus, vnde Iob. dixit, nudus de ventre matris exiui, nudusq; reuertar. ¶ Expansis manibus. In morte, quas pauperi in vita contraxerant. ¶ Tum. In exitu animæ. ¶ Nihil. Boni quod secum ferrent ad iudicem.

Glo. cap. imo. & reliq. & vē. san. in el. sup ver. oration.

 sed multum

D fed multum mali; quo veluti pondere grauati, in profundum inferni demerguntur. ¶Equũm. Pro equorum. ¶ Domitores. Equites dicit, & illos principes, atq; duces, qui in multo equitatu, curribusq; falcatis confidebant. ¶Aere niten. Armis fulgentibus instructi, quales fuere Romani bellatores, quorum regnum dixerat Daniel fore ferreum, ¶Euasere. A morte,& de manu Domini q. d. non ¶Manu. Scilicet comminus, & per hos intelligit pedites. ¶ Gerunt. Subaudi, euaserene! & subiunge, minime, & hi oppetiere sicut & alij. ¶ Quiq;. Diuersa prœliantium genera introducit, vt ostendat nullum militem tametsi fortissimum tela mortis, nemini parcentia euasisse. ¶ Trabalis. In trabis similitudinem:per hoc denotantur maximæ bellatoris vires,qui tali, ac tanta hasta in bello vtatur. ¶ Terribiles. Idest terrorem hostibus ex solo visu incutientes, sicuti de Golia Gigante scribitur, quòd totus Israelis exercitus eo procedente fugiebat, donec à Dauid oppressus est,ad terramque in lapide, & funda prostratus. ¶ Globos. Nomen est militaris agminis ad modum globi ingyrum condensati. ¶ Vocem. Tonitruum, & fulgurum primo prophetarum,secundo qui populum alta voce adiectis, & minis increpabant. nouissimè vocem illam Ioannis clamantis in deserto. parate viam Domini, & iam securis ad radicem arboris est apposita,vocemq; filij prædicantis,apostolorumq; qui pluebant doctrinis, fulgurabant minis, & tonabant miraculis. ¶ Increpuitq;. Idest molestiis, & plagis, reprehendit. ¶Sopor mortis. ¶Equis lapsi &c. Hæc sæpissime contigerunt hostibus populi Iudæorum auxiliante de super Domino, & pro exemplo sufficiat exercitus Senacherib regis Assiriorum ab Angelo Domini qui percussis 185. militibus mox aufugit confusus, & à filiis suis in vrbe sua, fuit interfectus. ¶ Resistat ei? Q. d. nullus. ¶In cœlis. Vbi solium suũ est. vel in cœlis, in sanctis, in quibus habitat, & per eos nocentes iudicat. ¶ Exequitur. Ipse.n. dixit, & facta sunt. ¶ Nutu. Idest voluntate. ¶ Diffinditur. Secatur, & aperitur,quod fieri solet in fulgurum irruptione. possumus etiam intelligere hæc de terremotu facto in morte, & in resurrectione Domini. ¶Cum Deus. Et dominus noster Iesus Christus. ¶ In solium. Ad patris dexteram. ¶ Iudex. A Deo patre constitutus vivorum, & mortuorum, vt dicit Apostolus. ¶ Conscenderet. In ascensionis die. ¶Iudicium. Vindictæ,& iræ iustæ. ¶ Populo. Idest contra populum Iudæorum, qui prophetas occiderãt, & Dominum, & redemptorem eorum crucifixerant,Ecclesiamq; suam infensissimo odio prosequebantur,vastantes, & cedentes quoscumq; in manus eorum incidebant. ¶Moxq;. Postq. sumpserit de inimicis vltionem. ¶ Opem. Suis fidelibus, vsquequaq; vexatis. ¶ Mitibus. Sibi similibus, qui cum malediceretur non maledicebat, cum percuteret. non repercutiebat,&c. Hi fuere primo Apostoli, deinde discipuli reliqui, nouissimè omnes Christiani, qui mites sunt, & humiles corde. ¶Salute. Non corporali: sed spirituali atq; æterna. ¶Tutos. Ab insidijs luporum qui veniunt ad eos in vestimentis ouium. ¶ Incolumes. Quoad fidem, quæ salus, & vita est animæ; nam iustus ex fide viuit. ¶ Talia. Quæ supra diximus à Domino facta ad liberationem, & defensionem populi tam Iudæorum quàm Christi fidelium, qui vnus est in fide eadem,variato tantum credendi modo, uel tempore. nam quod ipsi ante Christi aduentum, futurum credebant, & sacrificijs, figurisq; latentibus confitebantur, nos factum fuisse, completumq; in Domino nostro Iesu Christo, & credimus, & aperte confitemur. ¶ Tacito pectore. Dum meditatur quispiam in lege Domini die, ac nocte, & recolit beneficia eius, pro gratiarum actione. ¶ Confiteatur. Confessione laudis; cum nihil habeat quod domino suo retribuat pro beneficijs. ¶Dum meditaris. Per Apostrophen; exquisitus tautalogiæ ornatus. nam τὸ αὐτοῦ. Idem est. ¶Dies festos. Et ab antiquo illo populo dies fuerunt instituti solennes in memoriã, & gratiarum actionem pro multiplicibus beneficijs à Deo acceptis, ut Paschæ pro exitu de Aegypto, Penthecostes pro legis datione. Scenophegiæ, Enceniorum, & aliæ permultæ festiuitates, quæ tamquàm vmbræ futurarum abierunt luce adueniente verarum solennitatum,quas Christi discipuli instituere, natalem Domini, circuncisionem, Epiphaniam, Pascha, Penthecosten, Ascẽsionemq; intermediam, Dominicos dies,sanctorumq; memorias; in quibus omnibus & beneficia Dei recoluntur,& gratiæ frequentes redduntur; quæ quidem festiuitates tanto sunt ueteribus digniores, Deoq; credendæ acceptiores; quanto figura veritati, luciq; cædit vmbra, & caro spiritui; nam pro carnalibus beneficijs carnalis ille populus in solennijs carnalibus tãtum carnes bestiarum in sacrificium Deo offerebãt, suo nihilominus ventri deseruientes: at spiritualis populus pro spirituali animarum redemptione, & Spiritussancti illustratione, spiritualibus in solennitatibus spirituales hostias Domino Deo suo offert in odorem suauitatis, & cordis

Vide passionẽ beati Andreæ in breui.

Es.ca.37.

E

Act.c.10

1.Pet. 2.

F

Numquid equum validi domitores, ære nitentes,
Euasere? manu qui fera bella gerunt?
Quiq; super curru iaculis, hastaq; trabali
Terribiles, densos immetiere globos?
Altitonans vocem simulac emisit ab alto
Increpuitq;; sopor proruit altus eos.
Namq; & equis lapsi, fusiq; e curribus omnes
Prostrati somno mox iacuere necis.
Terribilis Dominus cum desuper intonat; exunc
Quis ferat iratum? quisue resistat ei?
Iudicat in cœlis: sua mox sententia ab alto
Desilit in terras, exequiturq; potens.
Totus enim nutu solo diffinditur aer,
Contremit & telus moxq; quiescit ei.
Cum Deus in solium conscenderet; altus & inde
Iudicium populo, moxq; daturus opem.
Mitibus optata daret vtq; salute potiri.
Quos iubet & tutos, incolumesq; fore.
Talia dum secum tacito sub pectore uoluit,
Est opus ut domino confiteatur homo.

Dum meditaris homo meritis pro talibus inquam;
Quid referas, nihil est; confiteare Deo.
Instituasq; dies festos; solennia sacra,
In quibus & regi confiteare tuo.
Quod reliquũ est, vouete Deo; dehinc reddite vota
Vos qui in circuitu munera fertis ei.
Debita terribili Domino persoluite vota.
Heroas magnos qui necat ense suo.
Ingentes animos regum qui proterit; aufert
Et vitam; sola voce tremendus eis.

& cordis contriti, & vitulorum labiorū, sanctaq. manuū opera pietatis in pauperes Christi, & præterea holocaustū illud offert corporis, & sanguinis D. N. Iesu Christi, quod omnia superat holocausta, vt potè rationalis hostia Deo patri in ara crucis oblata, & igne charitatis incensa. ¶ Quod reliquum est. Ad salutem animarum vestrarum. ¶ Vouere. In baptismo, renunciare. s. diabolo & pompis eius. Item quando estis in aliqua tribulatione positi, vel aliquid honestum desiderantes. ¶ Reddite vota. Et illa & ista. displicet. n. Deo stulta & vana promissio, melius quippe esset non vouere, quàm post vota non reddere, videtur enim quodammodo Deus irrideri. ¶ Vos. Subaudi maximè nam & alij tenentur reddere, sed hi præcipuè qui cultui Dei se se dedicarunt. ¶ In circuitu. Scilicet altaris, clerici, sæcolares, & religiosi, qui alia insuper vota emiserunt, quibus & seipsos religantes Dei seruitio sese mācipauerūt. ¶ Debita. De iure diuino, vt hic & propterea omnino complenda contra luteranos, qui fratres & moniales à voto castitatis non solum absoluunt: sed nec ligatos esse prædicant, vt potè contra illud, crescite & multiplicamini, ac replete terrā, quasi terra etiam nunc inanis, & vacua, vel diluuio exinanita, hominum indigeat multiplicatione; quibus inhabitetur, quàm fatui, & carnales, non aduertunt multo satius esse paradisum, quàm mundum replere? siquidem nuptiæ replent mundum, & castitas paradisum. Eunuchi quippe domini nostri Iesu Christi sunt, qui seipsos propter regnum cælorum castrauerunt: sed & leges sacratissime per ora principum diuinitus promulgatæ, castitas (aiunt) sola est quæ domino possibilis est animas præsentare. ¶ Heroas magnos. De quibus in principio psalmi, & per totum: sed etiam dæmones heroes dici possunt, quos Dominus Iesus gladio verbi sui ex vtraque parte acuto necare dicitur, quando impotentes reddidit, prostrauit, ac effugauit ex mentibus hominum, & demersit in profundum inferni, quæ mortuorum est habitatio. ¶ Regum. Pharaonis, Nabuchodonosor, Antiochi, & Sennacherib, aliorumque multorum, nec non & eorum qui Christi Ecclesiam sunt persecuti, vt Herodum trium, Neronis, Domitiani, Decij, & Maximiani Imperatorum, cæterorumque Romanorum, principum, & aliarum gentium regum, quos D. N. Iesus Christus, & contriuit, abstulitque de mundo, & in tartarum conclusit, vbi perpetuas martyrum stragis datum sunt pœnas, quibus tamen ut putabant non nocuerunt: sed illis gloriæ crudelitate sua ministrarunt. ¶ Voce. Maxima illa, quando dicet. surgite mortui uenite ad iudicium, in quo bonis æterna redditurus est præmia: impijs uerò debita pro culpis eorum supplicia, Amen.

Eccl. 5. — Matt. 19.

A

AD dominum clamans &c. Quoniam psalmi huius tam generalis est litera, ut quicumq. dura in tribulatione existenti possit conuenire, ideo varias recipit a uarijs interpretibus expositiones; quidam enim super tribulatione, quàm à filio Absalon grauissimam passus est Dauid factum esse arbitrantur; quidam pro captiuitate Babilonica; nonnulli pro longæ expectationis mora durissima aduentus Christi, Rabi Salamon, & Iudæi pro maiori parte super Romana captiuitate, qua nunc etiam tenentur, & pro noui Messiæ, quem præstolantur, aduentu decantatum opinantur; catholici quoq. contemplatores super uarijs tentationibus, & angustijs, quas patimur à mundo, carne, & diabolo, liberationeq. per D. N. Iesum obtinebāt, deuotis præcibus scriptum interpretantur. ego uerò pro omnibus existimans compositum esse, excepta vana iudæorum modernorum expectatione, qua in dies falluntur, & perduntur generalem subiungam expositionem modo hanc, modo illam attingens, ut melius uidebitur uerba adaptari posse, dixerit ergo, & dicat homo quisq. sit illa in tribulatione positus. Ad dominum clamans, quis. n. ad dominum clamans, non fuit exauditus? aut quomodo potest blandus pater dulcem filium ad se clamantem de angustia non eruere? sic & alibi. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. ¶ Iterum iterum. Repetita, frequensq. debet esse oratio, ut uel dulci tædio amicum media nocte cum pueris, quos habet in cubili demorantem ad aperiendum, & ad panes necessarios cogat exhibendos pulsandum quippe est & frequentibus ictibus instandum ad ostium inuitantis amici, pulsanti enim aperietur; quia non qui ceperit: sed qui perseuerauerit, hic saluus erit. ¶ Intendit mihi. Nam & Dauid (interfecto tandem Absalone) in regnum restituit; iudæi quoque soluta per Cyrum captiuitate in patriam redierunt; Christus quoque venit iudæorum, & gentium expectatio; nos quoque millies ad dominum clamantes de magnis angustijs fuimus liberati; Ecclesia quoque erepta est de manibus persequentium eam, spero etiam quod eruetur ab hæreticorum perniciosis erroribus. ¶ Suppetias. Idest subsidium, quod oppressis longa obsidione præstari solet; & declinatur tantum in plorali; nec memini me vidisse nisi, nominatiuum, & accusatiuum, & deriuatur id nomen à suppeto, quod non solum significat fraudulenter petere: sed & in promptu esse, vel succurrere, à quibus omnibus nō abhorret præsens locus. ¶ Mea tribulatio dura. Generaliter pro singulis & omnibus supradictis intellige. ¶ Potentē. Qui omnia potest, sicut & dixerūt tres pueri, Nabuchodonosor regi. si voluerit dominus est potens, vt nos eruat de manu tua, qd' & fecit. ¶ Fortis. De quo dicitur in altero psalmo dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. ¶ Nocte dieq. I. incessanter: vel in aduersitatis tēpore & prosperitatis. ¶ Manus. In signum deuotionis, & spei. vel potius eas pauperibus adiutrices porrigendo, quorum est regnū coelorum ipse enim (vt dicebat beatus Laurentius) thesauros, quos illis partitus fuerat, in cœlum deportauerat. adde quòd libentius dominus respicit ad manus, quàm ad os clamantis. ¶ Versus olympum. Non versus arcam pecuniariam. ¶ Inde. E cœlo. ¶ Cœtera. Ordo est. nam iste spiritus meus à curis anxius. i. sollicitus, renuit cœtera blāda mundi solatia, quæ frequenter fallunt expectantes, & plerumque plus amaritudinis relinquunt, quàm dulcedinis attulerint accipitri per similes Esopi. qui columbis: à quibus in protectorem fuerat assumptus contra miluum multo plus hoste nocebat. ¶ Illecebras. Idest blandas carnis, & mundi voluptates à quibus & si omni tempore abstinendum est, maximè tamen, quando est orandum. fit autem illecebra ab allicio, quod blandè attraho significat

Luc. 11. — Matt. 7. — Matt. 10. & 19.

B

C

ODE LXXVI. EX PSALMO LXXVI.

Voce mea.

AD dominum clamans iterumq; iterūq; vocaui;
Intenditq; mihi, suppetiasq; tulit.
Cum mea me premeret tribulatio dura, potentem
Quæsiui dominum; fortis opemque dedit.
Nocte dieque manus erexi versus olympum
Auxilium implorans, inde venitque mihi.
Cœtera nam mundi renuit solatia blanda,
Anxius à curis spiritus iste meus.
Illecebras fugiens cunctas, erectus ad astra
Solius domini vult memor esse sui.
Et delectatus fuit hinc dulcedine mira.
Dulcis enim dominus mel super atq; fauum.

Idem fius

D siue ad bonum vt virtus, siue ad malum, vt voluptas maximè blanda meretricum. ¶ Cunctas. Quàm fœlix est ille spiritus, qui uersus hos uerè potest dicere, amoeti. n. à compluribus causis, rebus, & negotiis distrahimur: sed præcipuè à cupiditatibus noxiis, uoloptatibus, & curis; hę sunt spinæ, de quibus in euangelio dicitur quod suffocant uerbum Dei, ne in terra cordis humani seminatū fructificet. ¶ Solius domini. Nec enim duobus dominis Deo & mammonæ quisquàm seruire potest. ¶ Hinc. Ex tali contemplatione, & memoria. ¶ Dulcedine mira. Quę nullam penitus amaritudinem secum trahit, quod terrena, & carnalis dulcedo semper facit, plus aloes quàm mellis habens; uide nostram, quàm de hac re cecinimus odam, cuius hoc est initium. Sunt duæ uitę simul institutæ. ¶ Dulcis dominus. Sed agustantibus tantum hæc percipitur dulcedo; unde alibi propheta, gustate (inquit) & uidete quàm suauis est dominus, hæc sola iugum domini, quod multis ferreum uidetur, suaue facit, & onus grauissimum, leue reddit. ¶ Fauum. Fauum sunt cellulę apum cereę, in quibus mella recundunt; & fauus est frustum illius operis apiarii melle recenti plenum; ideoq. dulcius, quia purius ore sorbetur antequàm prematur, cum ipsa cera & apibus intus extinctis; à quibus quandam densitatem, odoremq. trahens paululum pristinæ bonitatis, & dulcedinis amittit; hinc est quòd sæpe dicitur; super mel, & fauum qui est ipso melle præsso gustui iucundior. ¶ Exercens. Scilicet spiritus in contemplatione quæ optima exercitatio est afflicti spiritus, & indigentis diuina consolatione. ¶ Scrutarier alta. Idest profunda secretorū Dei, & maximè causas afflictionis eorum, qui nobis videntur esse uiri probi, nec meruisse illam tribulationem. cum & si in ueritate probi sint, ta-

Luc. 24. men oportet eos per multas tribulationes intrare in cęlestia gaudia; sicut & Christum oportuit pati, & ita intrare in gloriam: sed & aliquando quod altum est coram hominibus abhominatio est coram Deo idcirco potius deberemus

E scrutari, quàm patiens, & misericors est dominus

Cum tamen exercens se se scrutarier alta
Consilia auderet, deficiens stupuit.
Anticipauerunt vigilandi lumina metas,
Destituit durus lumina nostra sopor.
Sollicitæ nec enim patiuntur corpora curæ,
Seu dormire diu, siue quiete frui.
Pectore versabam veterum monumenta dierum;
Aeterna annorum sæcula mente legens.
Nocte quidem tacitus causas meditabar inanes,
Vnde scelus populo, longa vel ira Dei,

Rom. 2. quantæ benignitatis, & quàm multæ misericordiæ. ¶ Auderet. Quasi super se eleuata, quemadmodum (vt aic Paulus) si dicat figmentum aduersus figulum, quare fecisti me sic, & non potius sic? quasi non habeat figulus ex eadē massa potestatem facere, aliud quidem vas in honorem, & aliud in contumeliam, aut si paterfamilias de suo non

Matt. 10. possit quid velit facere, & tantum dare ei qui serò venit ad vineam quantum ei qui summo mane. ¶ Deficiens. Hoc

Rom. 11 vel illud cogitando, scrutator enim maiestatis opprimetur ab ea. ¶ Stupuit. Idest forte, & dicens cum Apostolo. ò altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius. ¶ Metas. Idest terminos solitos, quibus alii surgunt aut ad matutinum, si sunt religiosi, uel ad studium si scholares; aut certè auroram, & proximam lucis horam si sunt operarii, uel mercatores, has omnes metas contemplatiui præueniunt, sicut & illi, qui anxiis aliquarum rerum curis premuntur. ¶ Destituit. Dereliquit. ¶ Durus sopor. Exornatio per contrarium: nam licet somnus sit mollis, quia blandè ingreditur, & mollem præstat quietem fessis attamen durum, & inexorabilem appellant hi, qui nequeunt dormire. ¶ Sollicitæ. Quæ mentem humanam uariis cogitationibus sollicitant; & color, ornatus à sententia. ¶ Monimenta. Idest hystorias, & annales; quæcunque enim

Io. 5. scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, & per lectionem scripturarum spem, & sperantes patientiam ha-

Matt. 13. beamus. scrutamini (inquit etiam dominus) scripturas, quia illæ testimonium perhibent de me, & alibi iubet, bonum patremfamilias proferre de thesauro suo noua, & de uetera utroque vez. testamēto doctrinæ suæ testimonia exhibere. ¶ Legens. Idest meditans. vel colligens ea, quæ tunc facta fuerunt, & quæ nunc fiunt: vt habita inuicem collatione inueniam causas rerum, quas scire desidero; quia pręteriti ratio scire futura facit, non modo præsentia. ¶ Nocte. Hic seipsum declarat, & aperit vates, quod subobscurè proposuerat. ¶ Curas inanes. Quid. n. ad nos, vel ad salutē nostram? velle scire causas regiminis Dei circa creaturā humanā: cū & dicat sapiens, quid Deus intendat noli perquirere forte: sed nec alio modo, quid. n. statuat de nobis frustratoriū est scire, cū sine nobis ipse deliberet, nec deliberationi eius possimus contraire, quid enim aliud querimus nisi vt ante tempus excruciemur cogitantes super malis quæ ineuitabiliter nobis euentura sunt; interim enim satius foret quiescere. ¶ Vnde. Ex qua causa, qua origine. ¶ Scelus. Supple tam grande, vt tam graue, diuturnumque hoc meruerit supplicium? cerne quàm vana sit hæc cogitatio? vt comparentur scelera nostra cum iustitia Dei, cum dicat scriptura, quòd iustitiæ hominum, diuinæ comparatæ, sunt immundæ veluti panni menstruatæ mulieris: quibus nihil est immundius; quæra ergo scelerum

F immunditia? sanius foret dicere. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, omnia in iusto iudicio fecisti, peccauimus enim tibi, inistè egimus, & cum patribus nostris iniquitates multas fecimus; domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis; citius anticipent nos misericordiæ tuæ quia pauperes facti sumus nimis. ¶ Ira Dei. Quæ nobis afflictis videtur ira, alioquin mitissimum est iudicium, & sententia iusta dulcore misericordiæ temperata, semper enim punit Deus minus, quàm mereatur peccator; & supra merita exaggerat præmia. ¶ Malo Culpæ, aut pœnæ, vel etiam vtroque. ¶ Exercita, excruciata, & defessa cogitando grauitatem culpæ populi, & diuturnitatem, sæuitiamque emeritæ pœnæ. ¶ Nec ausa loqui. Quicqd pro defensione nostra, uel populi contra Dei sententiam; cum sine mensura multo sit grauior culpa quàm pœna. ¶ Leuare caput; prouerbiale dictum est eorum, qui prę confusione facinoris sui non audent etiam oculos ad cœlum leuare, sicut de publicano legimus in Euangel. ¶ Ad me, conuersus. O sancta conuersio, vt omissa curiosa perscrutatione aliorum vitæ, nostram potius conscientiam excutiamus, & cribremus. sicut & dominus monet in Euangelio, ut citius trabem ex oculo nostro eiciamus quàm quæramus auferre festucam ex oculo fratris nostri. ¶ Facinus. Nec mirum, si nostra nos ipsos quandoque lateant facinora; cum dicat Apostol. ego [illegible]

Mens fatigata malo, grauibusque exercita curis
Protinus obstupuit; lingua nec ausa loqui.
Nempe quis auderet populi post crimina tanta
Hyscere: vel cœlo deinde leuare caput?
Ad me conuersus, facinus si forte lateret,
Spiritui hæreret menda vel vlla meo,

A

Nocte diu versans animum, mentemque scopebam,
Vt famuli verrunt cuncta secreta domus.
Ne mea mens oppressa malo spectare nequiret;
Vnde scelus populo? longa vel ira Dei?

mihi nihil conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. qui autem iudicat me dominus est, supple, qui melius interiora nostra nobis ipsis agnouit, nec enim est opus, ut aliquis ei testimonium exhibeat de homine, ipse n. nouit quid est in homine. praeterea minora quàm sunt crimina nostra pendimus omnes excusationibus quibusdam friuolis palliantes ea. dicamus igitur cum hoc eodem vate; delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine; & ab alienis parce seruo tuo. ¶ Menda. Macula, vel leuis culpae: nam & de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicij, subaudi nisi ingemuerint, & satisfecerint pro virium suarum modulo. ¶ Nocte. Quando ab actionibus variis, quae per diem cor humanum distrahunt, adueniente nocte qua nemo (vt ait dominus) potest operari, cogitatio libera manet. ¶ Versans. Fraequentiam participium notat frequentatiuum. ¶ Scopebam. Idest more mundantium aedes, diligenter attendebam, in aliquo ne angulo conscientiae vlla culpa lateret, quam prius minime aduertissem. ¶ Oppressa malo. Superbie, vel affectionis insanae, quae frequenter excaecat oculum intellectus, aut offuscat ne vera quae sunt, videat, iustum vel iudicium discernat. ¶ Numquid in aeternum. Verba sunt omnibus afflictis comodatissima; quibus omnis mora subsidij videtur esse longissima. ¶ Irascetur. Quasi dicat non, quia sicut dicit Hieremias. non repellet in sempiternum dominus, quia & si abiecerit, etiam miserebitur. & sic responde interrogationibus sequentibus, numquid enim negationem possit: nonne verò affirmationem. ¶ Excandescet. Vehementer in iram exardescet; translatio sumpta à ferro ex multo igne candenti. ¶ Proijciet ne Deus. Quasi rem vilem, & quae multum sibi afferat molestiae? & responde non proijciet. est autem Tautologia, cum saepius mutatis verbis idem dicimus. ¶ Obliuiscetur. In quē nulla cadit obliuio, & cuius proprium est misereri, & parcere. ¶ Simul atque semel. Nam vt supra diximus minus quàm sint demerita punit. ¶ Iam nunc. Post longam meditationem, & sacrarum studia literarum, quae sapientiam, & intellectum dant paruulis. ¶ Vnde sit iratus. Proculdubio ex culpis nostris grauissimis, & nimiū frequentatis. ¶ Vnde pius. Ex vera poenitentia, quae est praeterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. ¶ Quaerenti. Non lamentanti, sed à Domino post studium humiliter exposcenti eius, quam non intelligit quaestionis solutionem: sicut ipse monet in Euang. quaerite studendo. s. & deinde pulsate deuotis praecibus aures blandi magistri, qui est Christus, & aperietur. i. manifestabitur tibi, quod prius erat obscurum. Trer. 3.

Numquid in aeternum Deus irascetur? & vltra
Non addet populo mitior esse suo?
Numquid perpetuum populo excandescet in euum?
Dilectumque sibi proijciet ne Deus?
Obliuiscetur plebi miserator adesse?
Iratum miseret quem simul atque semel.
Et dixi mecum; iam nunc cognoscere coepi,
Vnde sit iratus; fiat & vnde pius.
Nam mihi quaerenti tacito sub murmure verum
Labitur interius, interiusque docet.
Haec est excelsi magnae mutatio dextrę,
Quae tangendo leuat: laeua premendo grauat.
Eius enim memor, & reminiscens fortia, tantum
Quàm mirabiliter dextra patrauit opus.
Quàm iuuat & confert opera haec meditarier; eius
Iussa cor exercent, cor meditata leuant.
Omnibus his rebus vita exercebor in istā;
Quas inuenisti, quasque decere puto.

B

¶ Murmure. Querulo, modesto tamen, non irreuerentiali, non enim sunt sancti lapides quin dolorē afflictionum sentiant; & circundati fragilitate humana dolorem, quem acrem patienter sustinent, querula uoce interdum leuigant; sicut & in Iob, & in Thobia possumus uidere. ¶ Verum. Idest ueritas à Deo inspirante cordibus infusa. ¶ Interiusque docet. Optimus magister est spiritussanctus, qui solo & inuisibili afflatu docet homines; sed & frustra magistri homines discipulorum aures corporeas frequenti uoce propulsant; nisi adsit interius spiritus iste qui aures interiores aperiat. ¶ Dextra excelsi. Per dextram Dei misericordiam sublevantem intelligimus: per sinistram iustitiam nos aggrauantem. nec mirum; praeponderat enim misericordia iustitiae; hęc enim visitat patrum iniquitatem, nisi in quartam generationem, & in his filijs tantum qui oderunt dominum; misericordia uero extenditur ad millia; dextra etiam domini dicitur esse D. N. Iesus Christus, cuius digitus est spiritussanctus non potestate minor sed per donorum, gratiarumque discretionem, quas singulis vt uult diuidit, sic appellatur, nec sic obstat, quominus per dexteram misericordiam Dei intelligamus; cum multo maiorem misericordiam nobis fecerit ex missione filij sui, qui effusione sui praeciosissimi sanguinis, & morte nos à captiuitate diaboli, & misera peccati seruitute redemit multo grauiori, quàm fuerit Aegiptiorum seruitus, captiuitasq; Babilonica, uel alia quaeuis afflictio corporalis, quae plerunque utilis est, bonis. n. est ueluti fornacis examinati argenti, uel auri: malis uero uexatio dat intellectum. ¶ Eius. Dextrae domini, uel etiam Christi Iesu, qui & uerbum est patris aeterni, per quem & ex quo omnia. ¶ Fortia. Si ad ueterem illum populi statum referas, exempla in praecedenti psalmo attuli, si ad Christi tempora idem ibi reperies. ¶ Tantum opus. Creationis, & redemptionis populi sui, ab Aegipto, captiuitate Babilonis, ab Antiochena afflictione, & demum à seruitute peccati, & à captiuitate diaboli, sanctosq; patres ab infernis uinculis. ¶ Iuuat. Delectat mentem, scilicet quae discendo delectatur. ¶ Et confert. Vtile est. ¶ Haec opera. Quae breuiter hic retuli: sed diffusius in psalmo praecedenti. ¶ Iussa fieri à domino in uindictam malefactorum, laudem uero bonorum. ¶ Exercent. Fatigant, & torquent. ¶ Cor. Anxijs scilicet curis. ¶ Meditata. Per contemplationem postquàm contingerunt, leuant cor à sollicitudinibus. ¶ Om. hu. re. quae à domino potenter facta sunt. ¶ Ista uita. Quia in altera his opus non erit; uel his rebus quas inuenisti in mandatis legis nouae, & ueteris, quae domini, & non humanae sunt inuentiones ueteris quidem per Angelū Moysi, & per Moysen populo praecepta dedit: nouae autem per filium suum; sicut & Paulus monet, qui dicit, Multifariam, multisq. modis olim Deus loquens patribus in prophetis nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio; quem constituit haeredem uniuersorum, per quem fecit & saecula. ¶ Puto. Quinimò firmiter, credo, debuit dicere, sed à lege metri est impeditus. ¶ In sācto. Vel monte Syon, ex quo legem dedit; uel in sancto. s. angelo, per quem loquebatur Exo. 20. C Heb. pri.

D Moysi & populo, item in sancto .s. Christo, qui sanctus sanctorum est, pater enim erat in filio mūdum reconcilians sibi. ¶ Præcessor. Præuius in nube per diem, & in nocte in columna ignis; & est exaggeratio uocabulorum ad magnitudinem rei, affectūq; maximū indicandum. ¶ Et dux. Aduersus hostes. ¶ Mōstrasti. Per angelum. ¶ Qua. Idest quomodo. ¶ Graderetur. Iter. ¶ Iter. Per desertum, & mare, & usq; dum uenirent in terram promissionis; rursus monstrauit iter populo redeunti de captiuitate Babilonis, & de miseria Anthiochenai per exempla martyrum Eleazari, Machabeorum, & reliquorum; excellentius autem mostrauit D. N. I. Christus iter, quo gradiamur ad cœlum uerbo, & exemplo. ¶ Quis Deus. Contra gentiles idolorum cultores hæc dicta sunt, qui existimabant Iouem, Martem, Phæbum, & cætera astra cœli Deos esse, & rursus in terra, Pan, Faunum, Satyros, & Topicos, idest locales deos esse. ¶ Facit. Nam ipse solus dixit, & facta sunt. ¶ Vnicus est dominus. Est enim unus Deus, una fides, unum baptisma. ¶ Sabaoth. Hæbraicum est, non latinum, & significat uirtutum, uel exercituum, angelorum scilicet. ¶ Solus. Non indigens alicuius auxilio. ¶ Hæc. Mirabilia opera, de quibus supra, & latius in præcedenti psalmo. ¶ Cunct. manu. Idest potestate. ¶ Virtutem. Idest excellentem mirabilium patrationem, respectu veterum patrum: sed pro nouæ legis statu, dic virtutem. i. D. N. I. Chr. qui est Dei virtus, & sapientia; qui non solū iudæis per prophetas, & seipsum: sed etiam toti mundo per Apostolos, & alios nouæ legis prædicatores notus factus est. ¶ Facta tua. De quibus iam sæpe

E dictum est, & statim aliqua exprimuntur in litera. ¶ In virga. Ad literam de virga Moysi, & Aaron potes intelligere, in qua multa signa facta sunt in Aegipto, in mari rubro, & in deserto. Item in virga idest Christo; de quo canit Ecclesia, virga Iesse floruit, vt ponatur mater per filio, vel potius in virga iustitiæ. & ¶ Forti lacerto. Idest fortitudine. quæ per brachium designatur. ¶ Hunc populum. Iudæorum. ¶ Natos iac. atque Ioseph. Idem est. nam & ii sunt populus iudæorum. vel per hos intelligas Ecclesiam Christi ex iudæis, & gentibus collectam, nam Iacob, supplantator intelligitur. qui autem dæmonem supplantant apti sunt Ecclesiæ Christi, & per Ioseph, qui interpretatur augmentum notantur illi qui tota die crescunt ambulando de virtute in virtutem. ¶ Videre. Idest ac si sensum visus haberent tibi mandanti vt retrocederent, retrocesserunt: viam populo tuo per medium profundi dantes. ¶ Lymphæ. Græcum est, significat aquas. ¶ Pertimuitque. Vt supra, ac si timeret sese retraxit, viam, populo Dei per medium sui exhibendo ideo autem dicuntur hæc inanimata Deum timere; vt ostendatur homini, cuius corpus ex his elementis compositum est, quantum dominum, & Deum suum debeat timere, eiusque voluntati parere: veruntamen sæpenumero contrarium contingit; quòd homo sensum habens, & intellectum Deo contumaciter resistatur, cæteris rebus ei ad nutum parentibus, per aquas maris à vento frequenter agitatas intelliguntur omnes gentium populi, à ventis superbiæ, iræ, cupiditatis, & concupiscentiæ iactati, qui domino ad eos per Apostolorū prædicationem aduenienti cesserunt, & fidei eius humiliter colla summiserunt. ¶ Abyssus. Profunditas maris est rubri: sed & Romanæ superbiæ, ac potentiæ profunditatem denotat; quæ tunc temporis cunctis gentibus orbis dominabatur. ea etiam cessit tandem Constantini Imperatoris tempore Christo domino, eiusque iugum facta humilis suscepit. ¶ Imperio tuo. Per Moysen ex percussione virga illi indicato. Item & per Petrum, & Paulum Constantino apparentes, exposito. deinde plenius à beato Syluestro, qui & illum baptizans à lepra mondauit, & fidei mandata diligenter insinuauit. cœssit autem; quia & Papæ Romam Imperator donauit, regnumque Siciliæ ei dimisit, Bizantiumque petiit trans mare. vbi Constantinopolim condidit, quam & nouam Romam appellari iussit. indignum enim esse censuit vt vbi esset Vicarius Christi & sedes Petri, illic staret, & sedes Imperii, forique strepitus terreni. ¶ His. Supple adde quòd. ¶ Globus. Idest congeries densa. ¶ Colliserat. Nam aquæ sese retrahentes, vt viam po-

F pulo Dei siccam dimitterent collidebantur cum aliis aduentantibus aquis, & more suo fluentibus ex impulsu ventorum, & impetu multorum fluminum illuc introeuntium. ¶ Mox. Statim, eadem nocte, circa vigiliam matutinā. ¶ Redit. Postquam populus Dei iam ante processerat, & Aegiptii currus, atque equitatus prosequentes irruerent. ¶ Te iubente. Iterumque Moyse aquas repercutiente ad Imperium domini. ¶ Vorticibus sub. Aquarum ad loca sua redeuntium. ¶ Velox. Dum esset in terra, modo autem obuiantibus vndis omnis solita velocitas, & equorum, & hominum absorbebatur. ¶ Inque caput. Idest cum capite prius aquis inuoluto. aqua enim recurrens percutiebat anteriora fugientium crura, quæ impetum fluctuum non sustinentes flectebantur: & propterea equi caput, & equitis præceps ruebat. ¶ Nubes. Idest columna illa nubis, quæ erat inter castra Israel & Aegiptiorum. ¶ Intonuit. Nam Angelus domini, qui illam trahebat nubis, & ignis columnam, tonitrua inde & fulgura fulminaque in Aegiptios iaculabatur. ¶ Voce horrendam. Tonitrus, qui fit ex nubibus sese inuicem collidentibus. ¶ Horrendā. Autem solis Aegiptiis. ¶ Gemini. Idest duo poli extremæ cœli sunt partes, qui & vertices cœli dicuntur. septentrionanalis superior, & australis inferior, qui articus, & antarticus dicuntur. ¶ Fulmi. sagitæ. Fulmina ipsa, quæ ad modum sagittarum rapidissimo volatu feruntur nec caueri possunt, quia noia est hæc hystoria, & litera satis plana est sese aperiendo, qui de noua lege hunc psalmum loqui contendūt. dicunt. has nubes Apostolos Christi esse,

Exod. 14

Tu Deus in sancto præcessor, præuius, & dux
Monstrasti, populo quo graderetur iter.
Quis Deus in cœlo sursum, terraue deorsum
Magnus ut est dominus? fortia tanta facit.
Vnicus est dominus sabaoth; mirandaq; solus
Hæc operabatur cunctipotente manu.
Tu Deus in populis uirtutem, & brachia pandens,
Cognita fecisti grandia facta tua.
Namq. redemisti in uirga, fortiq; lacerto
Hunc populum; natos & Iacob, atq Ioseph,
Te uidere Deus, retrocessereq. lymphæ.
Vt te conspexit, pertimuitq. mare
Conturbata fuit grauiter, commotaq. abyssus:
Attamen imperio cessit & ipsa tuo.
His globus vndarum qui se colliserat ingens,
Mox redit ad proprium teq; iubente locum.
Vorticibus subitis hostes rapiuntur aquarum,
Omnis eques uelox voluitur inq; caput.

Intonuit nubes, vocemque per aera misit,
Horrendam; gemini contremuere poli.
Fulmineæque volant cœlestia tela sagite,
Vox tonitru in gyrum personat inq; rota.

& quā

A

& qui ad sua quæque tempora literam hanc trahunt possunt interpretari nubes has prædicatores esse. vtrisque cõfert illud Esaiæ vaticinium; qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Apostoli namq; vt nubes huc & illuc cœlestis flaminis impetu discurrebant, irrigabant terrea corda pluuia salubris doctrinæ; terrebant homines tonitru minarum iræ Dei, & damnationis æternæ; nonnullos etiam cæcitate, vt Paulus magnum Barieu, aliquos traditione Sathanæ, vt idem Corinthium illum qui nouercam duxerat vxorem, sic Hymeneum, & Alexandrum, vt discerent non blasphemare fulmina & mortis quandoque iaculabantur in dolosos, & rebelles vt Petrus Apostolus, in Ananiam, & Saphiram spiritui sancto mentitos; coruscabant verò miraculis ingentibus. hæc omnia faciunt, & prædicatores nostræ tempestatis, & si non corporaliter semper tamen spiritualiter vt docet Ambrosius, & Greg. in hom. ascensionis, vbi latissimè declarat quotidie Ecclesiam spiritualiter ea miracula facere, quæ ab initio fiebant corporaliter ab Apostolis. ¶ In gyrum. Per circuitũ nubes enim vt plurimum in rotundum densantur, saltem quoad visum humanum, nobis etenim apparet totum esse coopertum cœlum quod rotũdum esse constat. ¶ Inque rota. Vel ad similitudinem rotarum, cum impetu currum trahentium. vnde & quidam Gentilis volens vt Deus adorari, super ponte æneo currum suum trahi multo impetu iubebat, vt vel sic tonitrum imitaretur. Quam rem & Cosdroe rex Persarum diu simulauit, vt in hystoria exaltationis Sanctæ Crucis enarratur. vel in rota. i. in rotunditate nubium circundantium terram ad modum rotæ, & quæ voluuntur per circuitum vt rota. hæc autem rota potest etiam esse illa rota, quæ à quattuor animalibus per Ezechielem & Ioannem trahi dicitur, Euangelium. s. quod à quadriga quattuor Euangelistarum per circuitum orbis totius tactum est. ¶ Tellus. Et in transitu iudæorum mota est terra, & in transitu D. N. I. Chr. de hoc mundo ad patrem, & in transitu Euangelij de synagoga ad gentiles terrena iudæorum corda mota sunt ad zelum inuidiam, & ad persecutionem fidelium; quamuis & verè mota est ipsa terra in descensu spiritussancti: sed in passionibus martyrum sæpe legim⁹, & terremotos factos esse, fulgura quoque & coruscationes. ¶ Ponti. Idest maris. in genere masculino quidem mare est. in fœm. vero regio quædam Scytarum vltra Tracas. est etiam quædam insula de qua Virg. virosaque pontus Castorea: ¶ Nota. Casus nominatiui est. alluditur ad illud prouerbium Salamonis de tribus sibi incognitis; inter quæ est via nauis in aqua; per quam significatur via nauiculæ Petri, quę est Ecclesia in mare mundi huius. multoties. n. quando visa est periclitari, & naufragium pati ab ingruentibus persecutionum procellis, mox reddita trãquilitate facta est securior eius nauigatio, & nonnunquam in tranquilitate apparente, in pace quam mũdus dat, & non quam dominus, magis fluctuat per sœculi voluptates, magisque scopulis huc & illuc impingitur; iactatur, a uento superbiæ, à flamine ambitionis, à fluctibus cupiditatum, & vorticibus concupiscentiæ, ac luxuriæ penè inuoluitur, & obruitur. hæ sunt viæ huius nauis, quarum vestigia non apparent; etenim transitoria hæc velut fumus, & vanitas vanitatum sunt omnia sœcularia hæc desideria.

Ad Cor. 5.
Ad Tim. 1.
Actuum 5.
In serm. de Pontif. conf. in breui: vide ĩ homel. libr. 2. in breuia. magno.
Vi. Aen.
Exech. 1.
Vide Greg. in breui, de Euang.
In Geor.
Prouer. 30.

B

Nulla remanserunt domini vestigia in vndis,
 Pontus enim rediens obruit altus ea.
Inq; manu Moysi, fratrisque per æquora saluum
 Duxisti populum ad pascua, sicut oues.

¶ Vestigia domini nul. rem. O quàm verè: sed potius hoc flendum quàm disserendum; nam & si ad literam, domino ambulante super mare Tyberiadis, & Petro ad se vocato: vt super vndas & ipse ambularet, nulla remanserunt vestigia. qd' quidem gloriosum fuit, & lætandum de tãto miraculo; est tamen dolendum, quòd vestigia sanctitatis, & bonorum morum domini, nullo modo inueniuntur in mare huius sœculi. vbi nam est ille Christi fidelis, qui sit mitis & humilis corde? qui paupertatem spiritus rerum amplectetur vltro? qui abneget semetipsum tollens crucem suã, sequẽdo Christũ? qui velit ministrare & nõ ministrari? qui deniq; animã, vel pro amicis, & fratribus ponat? quãdo Christus, & pro inimicis posuit, ac orauit? qui velit alter alterius lauare pedes? alter alterius onera portare? inimicos diligere? & alia Christi acta imitari hæc. Christi vestigia, quæ nusquã, vel rarò, & in paucis apparent in hoc iam tenebroso mari, & procelloso, sed adhuc in fundo procella est, nec dũ emersit: vel autem nobis nauigantibus, cum emerserit; nam & si nauem non sit summersura, quia dominus pro illa orauit. multos tamen nautas vis tempestatis auferet. caueat autem & magister nauis, ne vel vt segnis Menetes ab irato domino in mare proijciatur vel vt Palinurus à somno grauatus cum temone decidat. ¶ Pontus. Idest sœculares quæ olim fuerunt voluptates, & securaria desideria, quæ prius erant quàm nauis Christi in eo cepisset nauigare. ¶ Rediens. Etiam nunc. ¶ Ea vestigia. Domini quæ dicta sunt; omnes enim nunc quę sua sunt quęrunt, non quæ Iesu Christi. ¶ Moysi legislatoris, & ducis. ¶ Fratrisque. Aaron summi sacerdotis. ¶ Ad pascua. Ad terram promissionis lacte & melle manantem: sic per Dominum nostrum Iesum Christum legis Euangelicę latorem, & fidelium omnium ducẽ, ac sacerdotẽ, qui se ipsum in ara crucis Deo patri obtulit hostiam uiuentem in odorem suauitatis; qui & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, sacrificium corporis, & sanguinis sui instituit, & saluũ ducit populũ fidelem transuadato mari peccatorum maculis rubricato ad ęterna paradisi pascua, ubi cum angelis lacte, & melle cœlestis ambrosiæ potiantur. Amen.

Ver. Enquin.

C

SAcra meæ legis &c. Cum in Euangelio Mattheus testetur, ideo in parabolis dominum Iesum ad plebem locutum esse, ut impleretur, quod in psalmo prædictum fuerat dicens hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ut impleretur quod dictum erat per prophetam. Aperiam in parabolis os meum, & eructabo abscondita à constitutione mundi. clarè patet habentibus oculos cordis mundos, quęcumque in hoc psalmo dicuntur ad Dominum nostrum Iesum Christum pertinere, sub ænigmate tamen & figura rerum ante factarũ; ideoque ipso domino fauente, qui seorsum omnia discipulis suis disserebat, primo figuram exponemus, deinde ueritatem rei subiungemus. Sciendum est propter peccata fieri solere translationes honorum; sicuti propter peccatum Heli, & filiorum translatum est sacerdotium, in Samuelem, & regnum de tribu Beniamin, de qua erat Saul, in Dauid de tribu Iuda; quamobrem præuidens Dauid propter peccata totius populi Iudæorum, & præcipuè sacerdotum, translatũ iri sa-

ODE LXXVII. EX PSALMO LXXVII.

Attendite:

SAcra meæ legis monumenta attendite ciues,
 Auribus attentis, sumite verba mea.
Ore canam miranda meo paradigmata vobis
 Ore prophetarum, quæque locutus eram.
Quæque futurarum data sunt ænigmata rerum,
 Patribus antiquis quodque figura fuit.

D ſtri ſacerdotium & ſynagogam in Chriſtum, & Eccleſiam,& quia translato ſacerdotio,neceſſe eſt (vt ait Aug.) & legis translatio fiat pariter lex vetus,& obſcura,quia tota ænigmatica erat transferenda ſeu mauis explicāda , per nouam & claram legem Euangelicam; & quemadmodum tribus Ephraim quæ prius rexerat aliquoties populū præcipuè per Ioſue,& diutius tenuerat penes archam domini,perdiderat vtrumque propter idolatriam, & tamen iterum aſpirabat ad regnum:ſed fruſtra;ſic ſeniores populi qui ante Chriſti aduentum illum rexerant propter peccata ſuæ ingratitudinis erant regimine priuandi,& licet etiam poſt aſpiraturi eſſent , & adhuc aſpirent per Meſſiā ſerò expectatum , & numquam venturum : tamen hæc eorum aſpiratio ſpe ſua erat,& eſt fruſtanda.volens igitur propheta,vel potius Deus in cuius perſona loquitur Dauid,hæc ſecreta præfati,& monere nepotes tunc temporis futuros,vt Deo,qui olim in prophetis locutus fuerat,& nouiſſimè in filio locuturo attenderent,eique parerēt ante venturam iram dicit . ¶ Sacra meæ legis monumenta attendite ciues. Non tantum aure corporis,quam mentis & intellectus :quid enim prodeſt audire vel legere & non intelligere ? & deinde intelligere , & opere mandata non explere?magis nocet,quàm proſit.quia ſeruus neſciens voluntatem domini,& non faciens,plagis vapulabit quidē ſed paucis.ſciens verò & non faciens,multis . ¶ Meę legis . Veteris primo ſed velatę figuris,& vmbris ænigmaticis , in cuius ſignum Moyſes eius legis lator velata facie proponebat eam populo , iterum legis meæ Euangelicæ , veritatis expræſſiuè , claræ , & os ad os abſque vllo velamine ab ipſo domino palam expoſitæ. ¶ Auribus cordis . Vt dixi ; & eſt aduertendum huius pſalmi exordium rethoricè compoſitum eſſe , & reddere auditores attentos , dociles , & beneuolos ; attenti autem redduntur , & ex eo , quod rogant , vt attentè audiant , & ex quo magna , & miranda promittuntur;dociles verò ex conſequentia , vbi attentè quis vult audire , is etiam docilis eſt. beneuolentiam captat à perſona propria , auditorum , atq; aduerſantium , vt infra patebit . ¶ Verba mea . Mediatè ex ore meo ; nam ſicut filius eſt ex patre, ſic verba eius ex patre ſunt: hinc ipſe D. Ieſus in

Io. 14. Euangelio dixit . Loquella mea non eſt mea : ſed eius qui miſſit me patris ; & alibi.verba , quæ ego loquor à me metipſo non loquor : ſed pater in me manens ipſe facit opera . ¶ Paradigmata . Exempla factorum præteritorum , quæ alia ſignificabant in poſterum facienda . ¶Ore prophetarum . Sic & Zacharias in ſuo cantico . ſicut locutus eſt per os ſanctorum, &c. ¶Aenigmata rerum . Allegorias valde obſcuras , quæ ex rebus factis aliqua futura portendunt ; vt quòd area hoc ſignificet , ſignum crucis : per quod ſaluatur humanum genus . ¶ Audiimus . Syncopa neceſſaria . ¶ Vel cognouimus . Deo

Quanta vel audijmus , vel nos cognouimus ipſi ;
  Narrarunt nobis cuncta peracta patres .
Non etenim natos ea celauere parentes :
  Vt ſua poſteritas noſcat & omne genus ;
Namq; recenſebant domini miracula, laudes,
  Et tot virtutes, quas operatus erat .
Non hæc à natis occultabantur eorum ;
  Quin publicarentur de genea in genean .
Fœderis atq; ſui tabulas pro teſte locauit ,
  In medio populi , lex data teſtis erat .
Quanta dedit noſtris mandata parentibus olim .
  Hæc iuſſit natis notificare ſuis .
Altera poſt illos eadem vt generatio poſſit
  Noſcere : & hæc proli ſignificare ſuæ .
Et nati natorum & qui naſcentur ab illis
  Doctores propriæ poſteritatis erunt .

E inſpirante . Nam omnis doctrina aut percipitur auditu , Deo nihilominus interius docente alioquin fruſtra magiſter pulſaret voce ſua , aut percipitur abſq; vllo magiſtro Deo ſolū inſpirante. ¶ Natos . In his verſibus multiplex eſt tautologia . ¶ Poſteritas . Scilicet gentilium, & Iudæorum . ¶ Miracula. Laudes,& virtutes, de quibus infra . ¶ Publicarentur. Ideſt publicè denunciarentur, diuulgarentur . ¶ Fœderis . Ideſt pacis huius inter Deum, & populum ut unus eſſet eis Deus . ¶ Tabulas . Illas ſcilicet quas cepit Moyſes de manu Domini in quibus ſcripta erant decem præcepta . ¶ Lex . Per Moyſen data eſt : ſed gratia & veritas per D. noſtrum Ieſum Chriſtū .

Matt.11. ¶Quanta. Mandata quot,atq; grauia ſcilicet;ſic & Petrus dixit, quare vultis imponere iugum fratribus meis,quod neque nos neque patres noſtri bene potuerunt? ¶ Mandata . Verò legis nouæ quæ tantum duo ſunt de Dei, & proximi dilectione;Nec dulcius iſto amore quicquam dici aut excogitari poteſt , quamobrem dixit Dominus . Tollite iugum meum ſuper uos.Iugum enim meum ſuaue eſt , & onus meum leue . ¶ Iuſſit . Sic & Dominus diſcipulis ſuis . Quæ (ait) audiuiſtis in auribus prædicate ſuper tectá, & aſcendens in cœlum dixit . Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ , baptizate omnes gentes docentes eos ſeruare omnia, quæcunq; mandaui uobis.¶ Doctores. Vnicuiq; enim mandauit dominus de proximo ſuo: & quòd curam ſuorum non habent maximè domeſticorum infideles ſunt infidelibus deteriores . ¶Spem firmam . Quia ipſe ſolus ſalutem ueram affert nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum , in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ; non eſt ergo ſperandum in ceremoniis

F legalibus,non in uanis idolis gentium , nec in incerto diuitiarum, quæ non ſaluant : ſed confundunt ſperantes in ſe: ¶Operum ſuorum. Creationis, & redemptionis, eorumq; de quibus infrà.¶ Ne obliuiſcantur. Retro abeuntes poſt concupiſcentias ſuas , hiq; Deum obliuiſcentes fiunt infideles . ¶ Meminiſſe . Pro dulcedine amoris , ut ea opere compleant, quæ per illa & ſignificata ſunt, & mandata . Amans quippe amantis ſedulò recordatur, & mandata illius cordi fixa tenet .¶ Requirant . A maioribus ſuis , à prædicatoribus , & ſtudendo , meditandoq; in lege

Ponat vt in Domino ſpem firmam , operumq; ſuorū
  Ne obliuiſcantur : ſed meminiſſe velint .
Et reminiſcentes eius mandata requirant
  Seſe exercentes nocte dieq; in eis .
Ne patribus fiant ſimiles , generatio praua
  Et domus exaſprans , vipereumq; genus .
Corda nec in Domino verè dirrecta fuere ,
  Creditus haud ſecum ſpiritus eius erat .

Domini die ac nocte , talibus uoluntas Domini aperitur; negligentibus uerò,ac oſcitantibus intellectus ocluditur , & oculi obumbrantur : ut uidentes non uideant , & audientes non attendant .¶ Exercentes . Studio, uerbo, & opere,ut ſibi proſint , & proximis . ¶ Ne Iudæi . Scilicet Chriſtum audientes , & eius miracula uidentes. fiant ſimiles patribus in culpa ; alioquin erunt & in pœna.¶ Generatio praua . Supple quæ fuit hæc eſt illa generatio, de qua dicit Dominus Ieſus in Euangelio. generatio praua , & adultera

ſignum

Ephraimæ stirpis proles intendere, & arcus
Sueta sagittiferos, mittere tela manu;
Cum densos audax temerè egrederetur in hostes
Est conuersa retro, visáq; terga dare.
Non etenim Domini seruarat fœdera pacta;
Noluerant rectum tendere legis iter.
Officia obliti collata, stupendaq; signa,
Quæ proprijs oculis intuiti fuerant.

signum quærit,& alibi. Sic erit generationi huic pessima. ¶ Exasprans. Per syncopam pro exasperans, idest dominum ad iram prouocans. ¶ Vipereumq; genus. Veneno inuidiæ,& doli & odij repletum: sed nunquid bis monitis acquieuere Iudæi, qui fuerunt tempore aduentus Christi? uide exprobrationem Ioannis Baptistæ. progenies (inquit) uiperarum quis uobis ostendet fugere à uentura ira? ¶ Verè. Simulabant enim cum uexarentur, ab hostibus sese uelle ad Dominum redire: sed liberati peios faciebant quã ante. ¶ Creditus. Actiuè expone, idest in Deũ non crediderunt sic possemus dicere de his qui ad D. Iesum accedentes dicebant. magister scimus quia uerax es, & tentabant eum. ¶ Ephraimæ. Hic specialiter enumerantur inobedientiæ, & ceruicositates illius antiqui populi, & maximè illorum qui erant ex tribu Ephraim, quibus haud fuere dissimiles filij eorum. ¶ Tela. Sic filij eorum sueti sagitare deceptoriis verbis. D. Iesum telis suis appetierunt: sed frustra, quia non est sapientia, non est prudentia contra Dominum. ¶ Audax, Temerarius qui sine ratione præsumit; & vbi non est spes salutis sese periculis exponit. ¶ In hostes. De quibus supra, horum filij nonne egressi sunt ad capiendum D. Iesum Christum tanquam in hostem cum tamen esset missus à Deo pro salute illorum, quare ipse dixit eis tanquàm ad latronem existis cum gladijs, & fustibus, &c. ¶ Retro. Sic & filij eorum qui venerant, vt caperent Iesum, conuersi sunt & ceciderunt retrorsum, vt dixit eis ego sum, vt ostenderet eos retrorsum cum vrbe cito casuros: vt per Titum & Vespesianum illis contigit, qui trucidatis ciuibus vrbem funditus eruerunt. ¶ Fœdera pacta. Conuentam promissionem; de qua mox dixi. Sed neq; filij, mandatum & à Deo susceperant: vt prophetam quem eis suscitaret audirent sicut ipsum Moysen. audierunt ne D. I. Chr. spreuerunt eum & dixerunt, nos scimus quia Moysi locutus est Deus hunc autem nescimus vnde sit. cum tamen ex scripturis prophetarum patrum promissionibus adimpletis, & ex doctrina eius, vitaq; sancta & demum ex operibus miraculosis potuerunt eum cognoscere: sed ex inuidia, odio & auaritia obscuratum est insipiens cor eorum. ¶ Rectum leg. it. Conuertebantur post idola, & filij nunquid legem seruabant occidentes prophetas, & seruos Dei, qui ad illos mittebantur? donec impleuerunt B
mensuram patrum suorum D. N. Iesum Chr. crucifigendo, omne de illis bene prophetauit Esaias dicens, popu-
lus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me, sine causa colunt me, docentes doctrinas,& manda- Matt.23.
ta hominum; transgrediebantur quippe mandatum Dei propter traditiones suas. ¶ Officia. Pro beneficiis exhi- Esa.29.
bitis apud viros doctos semper ponuntur. iuxta illud sapientis. Officium alterius multis narrare memento. ¶ Obli- Matt.15.
ti. Hoc ingratissimorum est opus, vnde quidam sapiens dixit, officium male collocatum maleficium puto. ¶ Stupendaq; signa. De quibus infra. ¶ Intuiti fuerant. Idest viderant, quamobrem nulla poterant tergiuersatione sese excusatos reddere; & filij nonne viderunt? dicat ipse Dominus. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo; si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent, nunc autem & viderunt & oderunt me & patrem meum. ¶ Mira. Narrantur illa mirabilia, quæ fecit Deus pro Iudæorum defensione in Aegypto, in exitu & post exitum, in mari, in deserto, & in terra promissionis, ingratitudinemq; eorum subiungit: sed neq; beneficia, signaq; stupenda ad N. I. Chr. filiis exhibita minora fuerunt, odioq; & ipsi habuerunt illum gratis, in hoc peiores patribus: quia illi Moysen voluerunt lapidare seruum Domini, isti Dominum ipsum crucifixerunt, & Apostolos eius trucidauerunt; totamq; Ecclesiam persecuti sunt, donec de finibus suis eiecerunt.

Mira suis patribus: coram quæ gesserat olim
Aegypti campis, Thanneos inq; solo.
Interrupit aquas maris; eduxitq; per altum
Isacidas siccos nec luit vnda pedes.
A dextris etenim statuit, pariterq; sinistris
Aequoreos fluctus sicut in vtre vagos.
Roriflua deduxit eos in nube diei,
Flammifera hæc eadem nocte columna fuit.
Cumq; auidas populi premeret sitis arida fauces:
Petra dedit largas, sicut abyssus aquas.
Cumq; iterum Moses non ferret murmura vulgi
Fudit & icta silex fluminis instar aquas.
Non satis id fuerat, difisos murmure ad iram,
Propter aquam celsum bis reuocasse Deum.

¶ Tanneos. Vrbs est Aegypti regia, apud quam x. illæ plagæ factæ fuerunt, quia in ea morabatur rex Pharao cum principibus, & sapientibus suis, de quibus, & Esaias meminit. Stulti principes Taneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. ¶ Interrupit. Aquas maris, Exo. 14.
vt sicco pede transirent per eas. D. Iesus aquam filiis in vinum conuertit. super aquam maris Galileæ ambulauit, & Petrum Ecclesiæ caput ambulare fecit. imperauit ventis mare turbantibus C
& ipsi mari tumenti, & facta est tranquillitas magna; ita vt stuperent, & dicerent. quis est hic? quia imperat ventis & mari, & obediunt ei: sed quòd plus est per mare mundi huius facit baptizatos sicco pede affectionum insurgentium transire ad vitam æternam. ¶ A dextris. Pro filiis Iudæorum baptizatorum. prosperitatis tempus intellige qui moderatè illa sciunt vti, nec superbiæ dissolutionis vt vndis immerguntur. ¶ A sinistris. Aduersitates sunt, quas patienter ferentes à desperationis fluctibus, & iracundiæ vento non absorbentur. ¶ Vtre. Species pro genere pro quocunq; scilicet vase vter. tris. significat ordinarium illud vas portatile, quod ex pellibus fit caprarum; vterus vero uteri, pars illa ventris est muliebris, qua concipitur infans alitur ix. mensibus, & portatur donec in lucem exeat. ¶ Roriflua nube. Hæc est illa columna nubis, & ignis, quæ præcedebat populum incedentem & in mare & per desertum ostendens viam de die per nubẽ rorifluam, idest refrigerantem ab æstu diei, & de nocte per ignem lucentem, & nocturnum frigus temperantem, & filiis Angelus in columna nubis, fuit Christus. virginea carne velatus, qui rore prædicationis per diem, & ducebat ad vitam, & refrigerabat insurgentium tentationum æstus, & de nocte peccati ac timoris eduxit per lumen charitatis, & ignem Spiritussancti de cœlo visibiliter missi in linguis igneis; sed & angelus in clara nube (vt ait

D Hieronymus) Christus est in inmaculata Virgine. ¶ Sitis arida, Idest qua arescunt fauces deficiente solita hu-
mefactione a capite descendente. ¶ Petra, Scilicet montis Oreb; nam cum aquæ non inuenirentur, populusq;
Exod.17. & iumenta siti periclitarentur, clamauerunt ad Moysen, ut daret eis aquas, qui de petra montis Oreb eduxit a-
quarum immensam abundantiam, ita ut biberet populus, & iumenta unde sequitur. ¶ Sicut abyssus. Magnæ
gurgitis, lacusue aut maris profunditas abyssus appellatur; pro filis citetur Apostolus an tale sit eis beneficium
exhibitum bibebant (inquit) de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus, qui in latere lancea
percussus emisit sanguinem redemptionis humanæ, & aquam baptismi & regenerationis; unde sitis gratiæ spi-
ritualis, Idest salutis animæ desiderium satiatur. ¶ Iterum. Ad aquas contradictionis fuit hoc signum; ubi po-
pulo murmurante uexatus est spiritus Moysi; & subdubius de promissione Domini ueritus est non posse sicut
prius aquas de saxo elicere, propter durissimam populi contentionem, & ceruicosam rebellionem: uerumtamen
ad gloriam Dei manifestandam cum uirga bis silicem percussisset, exierunt aquæ largissimæ. ¶ Fluminis instar.
Ad similitudinem fluminis, currebant post populum quocumq. irent: ne amplius sitirent. has etiam aquas fi-
Ioan.4. lis Iudæorum præbuit Dominus Iesus, quando uirga oris sui percussit petram legis ueteris, dando eis uirtutem,
ut intelligerent scripturas. Hæc est illa largissima & consequens aqua; cuius impetus instar fluminis lætificat ci-
uitatem Dei; de qua & ipse dixit, qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam
æternam; de hac aqua, iterum dicit D. Iesus. Si quis sitit, veniat ad me & bibat; qui credit in me sicut dicit scri-
ptura, flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ. hoc aũt dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.
o Domine, sitimus & nos, ad te uenimus fontem aquæ viuæ, obsecrantes cum Samaritana: vĕdes nobis hanc
aquam, ne amplius sitiamus in æternum. ¶ Non satis id fuerat. Hic consequenter post beneficia exprobratur eo-
rum ingratitudo; est enim aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas: in his profecto completum est illud
vulgare adagiũ, magnum beneficium non nisi ingenti ingratitudine solere pensari; quod tamen pessimorum ge
nus est hominum, & opus. ¶ Diffisos. De potentia & bonitate Dei, &c. Ecce maximũ crimen infidelitatis post tot,
& tanta signa omnipotenti Deo non credere quæcumq. promittit; quasi homini similis sit de quo canitur, pollici
tis diues quilibet esse potest & sponsio, cui diues solet esse solutio parca. ¶ Bis. Ad petram Oreb semel ante da-
tam legem; & rursus ad aquas contradictionis habita iam lege. ¶ Propter aquam. Benè dicit, nam propter alias
causas murmurauerunt: vt appropinquantibus Aegyptiis, qui illos insequebantur, murmurauerunt & ad ama
ritudinem aquarum Marath, & in aliis multis locis uide libros Exodi: num. & Leuit. atq; Deuteron. filii Iudæo
E rum nunquid non ingrati fuerunt D.N. Iesu Christo? nonne murmurauerunt aduersus eum milies Scribæ & Pha
risei? res est adeo notissima vt non indigeat speciali citatione Euangelii. nonne illum dæmonium habere? in Beel-
zebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia? nequaquam bonum esse dixerunt sed turbarum seductorem, &
legis subuersorem appellabant? quam grati fuerint, crux id abunde notat. lege passionem, & iniquissimũ vide-
bis meritorum retributionem. ¶ Manna. Quam
de cœlo pluuit illis & xl. annis pauit vsq; ad tran
situm Iordanis in introitu terræ promissionis.
¶ Hyblæis. Dulcissimis epitheton à loco. Hyble
enim est mons Siciliæ flore thymo abundans, ex
quo apes suauissimum, & optimum mel confi-
ciunt: filios quoq; Iudæorum manna pauit Do-
minus & nunc pascit Ecclesiam suam, sacra ui-
delicet Eucharistia, hoc est optimo, & suauissi-
mo corporis & sanguinis sui cibo, gustantibus
tamen quàm suauis est Dominus. de quo uide
cap. 6. latè, Ioannem Euang. sufficiat nobis. Hic est
panis, qui de cœlo descendit, non sicut mandu
cauerunt patres vestri manna in deserto, & mor
tui sunt; qui manducat hunc panem viuet in æ-
ternum: at de hac æsca non murmurauerunt et
filii; litigabant (inquit) ad inuicem Iudæi quo-
modo potest hic dare carnem suam ad mandu-
candum? at non dicebant, durus est hic sermo, quis potest eum sustinere & abierunt retrorsum. ¶ Tentauere.
Quasi non satis adhuc illius potentiam experti fuissent ex præcedentibus signis; & filii numquid non tentauerunt
Dominum nostrum Iesum Christum, lege Euangelium: sed omissa illa tentatione, de lapidatione adulteræ de tri-
buto Cæsari dando an non, de septemuira muliere cuius esset futura vxor? de signi postulatione de cœlo, & aliis
multis; audite quid referat Sapientia eos dixisse: dixerunt (inquit) impii, circumueniamus iustum quoniam in-
Sapie. 3. utilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata
F disciplinæ nostræ, promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat, factus est nobis in traductionem
cogitationum nostrarum, grauis est nobis etiam ad videndum, tanquàm nugaces æstimati sumus ab illo, & ab-
stinet se à uiis nostris, tamquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur se patrem habere
Deum (Ecce tentatio pessima) uideamus ergo (aiunt) si sermones illius ueri sunt, & tentemus quæ uentura sunt
illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius: si enim est uerus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de ma-
nibus contrariorum, contumelia, & tormento interrogemus eum: ut sciamus reuerentiam eius, & probemus pa-
cientiam illius, morte turpissima condemnemus eum. ¶ Petierunt, ut d. v: dapes. Sic & filii dixerunt. cum eos.
Ioan. 6. Dom. Iesus pauisset modicis panibus in deserto & exprobaret quòd non propter uerbum Dei, & animæ salutem
sequerentur eum. dicens, quæritis me non quia uidistis signa: sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.
operamini cibum qui non perit: sed qui permanet in uitam æternam & alia multa, at illi inferius adhuc respi-
cientes dixerunt. Da nobis semper Domine panem hunc. ¶ Num quia dixerunt. Verba sunt tentantium. Domi
num in deserto. dicebant enim quis dabit nobis carnes ad uescendum? oculi nostri non uident nisi manna: anima
nostra nauseat super cibo isto leuissimo, & alia per multa quæ uulgus querulum murmurare solet. ¶ Ore datis.
Ioan.7. Ore dicit, quia iam in concupiscenti corde mandebant eas, & filii D. Iesu; dixerunt. quid ergo, tu facis signum
ut uideamus & credamus tibi? quid operaris? patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est

Cumq; nec expleret manna insaciabile vulgus:
Ast erat hybleis dulcior esca fauis.
Tentauere Deum peccatores; petierunt
Ah fatui: viles iam daret vtq; dapes.
Num quia dixerunt ex petra emiserit vndas?
Num quia aquas virga fuderit icta silex?
Squallenti poterit deserto mensa parari?
Qua liceat vesci carnibus ore datis.
Audiit, idcirco Deus; & si distulit, ignis
In Iacob accensus, Israel inq; furor,
Nubibus interea tamen & mandauit; aperta
Vtq; foret, cœli ianua clausa prius.

panem de cœlo dedit eis manducare. ¶ Audiit. Murmura eorum. ¶ Et si distulit. Punire ut merebantur, quia mansuetus est Dominus, & ut ait Apostolus, benignitas Dei ad pœnitentiam peccatores adducit, ideoq; non statim punit eos ut peccauerunt, sic & Dominus Iesus, qui mitis est, & humilis corde, audiit murmurantes, & tentantes se, & passus est pro salute omnium & redemptione nostra furibundas eorum uoluntates expleri uerumtamen acerbissimè impœnitentes eos & diuitias bonitatis patientiæ & longanimitatis eius contemnentes per Romanos exercitus puniuit xl. annis post passionem suam. ¶ Ignis diuinæ Iustitiæ. Quæ & deuorauit extrema castrorum: sic & urbem filiorum ignis absumpsit, interea dum penderet expectatio ad pœnitentiam. ¶ Clausa prius. Numquam enim Deus plu erat ante manna, uel Abraæ fideli suo, aut alicui ex patribus, sic & Dominus Iesus, quę desiderauerant antiqui reges, & patres videre, & audire, nec eis concesserat, filiis tamen Iudæorum non abstrahebat verba diuini oris sui, & Eucharistiæ Sacramentum quæ multo dulciora, & salubriora erant quàm manna. ¶ Angelicum panem. Verbū Dei, filius Dei est, quo Angeli vescuntur & homines, illi in specie, & facie ad faciem nos in Sacramento, & ænigmate quàm diu hic peregrinamur. ¶ Quotidie. Sic & Dominus, & ipse, & per Apostolos, atq; discipulos alios quotidie dabat eis manna cœlestis doctrinæ, & altaris sacramenta. ¶ Ah rude. Inuehitur contra illos, quibus manna fastidio erat. quot etiam Iudæorum filij odio habebant Apostolorum verba cœlestia, & corporis, & sanguinis Domini sacramentum abhorrebant. ¶ Iratus Deus. Insulsæ petitioni eorum, qui similam fastidiunt, & vilissima quęq; sibi cibaria exposcebant dari: sic & filij Iudæorum pro corpore, & sanguine Domini quod est manna verum, & dulcissimum carnes vitulorum, hircorum, & veterum sacrificiorum magis expostebant. ¶ Per allia & porros. Duriora & acriora illa ueteris legis præcepta intellige, vt circuncisionis, lapidationis, & pœnarum tantarum absq; misericordia & ulla remissione peccatorum, & hæc quantum attinet ad filios Iudæorum, simul nota Deū aliquando iratum concedere, quæ propicius negaret. sic & alibi per prophetam dicit. dabo illis regem in furore meo; scilicet malum, & durum, & auferam in indignatione mea, scilicet bonum & blandum; ac mitem. ¶ Austrum. Qui pluuias adducit, & non coturnices, vnde & poeta. contraria tellus, Nubibus assiduis pluuiaq; madescit ab austro. & alibi, madidis notus euolat alis, qui idem est cum austro. ¶ Lybicum. Idest Africum ventum: nam in Africa regione calida, frequentes sunt huiusmodi volucres, quæ cum stationem mutare volunt vt nimium effugiant calorem quo ibi æstatis tempore vexarentur, in turmas ingentes ad litus maris coaceruantur, & cum validus Aphrici venti flatus ingruerit eleuantur in altum, & portantur ad diuersas regiones magis temperatas, quod & tunc iussit fieri Deus & omnes ad Iudæorum castra apportari. ¶ Quantaq; harena maris. Hyperbole est ad indicandam multitudinem, & copiam, verè enim multæ fuerunt, quæ illis ad mensem exsiccatæ suffecerunt sexcentis millibus virorum, qui arma inducebant, absq; mulieribus, & paruis à xx. annis infra, & miserabili atq; inepto ad arma vulgo. ¶ Orthygometra. Mater est Coturnicum, & dux earum, quam regem querquerularum seu qualearum, vulgo dicunt; cæteris est aliquanto maior, & dignior est. hic ponitur pro omnibus illa copia coturnicū, quæ vento ferente deorsum deciderunt in medium Castrorum, & circum circa componitur, Ortygometra à ἀπὸ τοῦ ὄρτυξ. τίτος καὶ μήτηρ. Sic & miles pro toto exercitu, & hostis pro cunctis hostibus ponitur à poetis. sic & musca grauissima posita est pro infinitis muscis quibus terra Aegypti vexata est. ¶ Inhyans. Per hoc vocabulum ardentem expressit eorum gulæ æstum, qui ore aperto currebant ad illas capiēdas, quasi adhuc viuentes voraturi essent. ¶ Incoctas. Idest nec planè coctas Lurcones quippe ex auiditate semi coctos appetunt cibos, sicut ille Scipio de quo Valer. Max. Abdomine nimis calido, & nimis auide deuorato statim absumptus est. ¶ Ecce. Miseratio est impetrantis, quod satius fuisset nec petiisse. ¶ Exedit. Consumpsit. ¶ Lurcones gulosos. De quo Locil. Edite Lurcones, comedones, viuite ventres. ¶ Edax. Consumptrix, & numquàm satura. iusta Lurconum pœna qui numquàm saturantur licet edant multa pari pœna filij Iudæorum à D. N. Iesu Christo affecti sunt. nam dum in pascate carnibus sacrificiorū abundantius indulgerent, repente ab exercitu Romanorum improuiso circundati sunt & obsessi, demumq; cum vrbe & templo igne consumpti: vt refert Iosephus hystor. de bello Iudaico. ¶ His. Murmurationibus, de quibus supra. ¶ Multisq; aliis. Quarum etiam in superioribus exempla adduximus. lege Exodum. Num. & Leuit. & inuenies plurimas eius populi præuaricationes.

A
Ro.c.2.
B
Ose.c.13.
num.c.2.
Exodi.8.
C

Hisq; pluit manna; ex cœlesti nectare factus
Ambrosiæ & succo panis hic eius erat.
Angelicum panem (dictu mirabile) vilis
Manducauit homo, factus & inde satur.
Nec semel atq; iterum cibus hic demissus olympo
Quotidie fuit hæc cœlitus æsca data
Ah rude & insulsum sine gustu & pectore vulgus
Cui leuis iste cibus, nausea cuiq; fuit;
Vnde petiuerunt sibi carnes, allia, porros,
Non stomacho tantum, naribus atq; graues.
Audiit iratus Deus hæc; & transtulit austrum
De cœlo lybicum fecit adesse citum.
Desuper hosq; pluit ceu puluim ex aere carnes,
Defluxit volucris quantaq; harena maris.

Nec procul in medio castrorum flatibus acta,
Inq; tabernaclis Ortygometra cadit.
Hinc inhians populus certatim corripit omnis;
Incoctasq; dapes pectore & ore vorat.
Ecce quod expetiit, tenuit miserabile vulgus,
Iam desiderio perfruiturq; suo;
Cumq; forent saturis, & adhuc sub dentibus escæ
Hos super ascendit protinus ira Dei.
Ignis enim rapidus pingues exedit eorum,
Lurcones auidos flamma uorauit edax.
His populus multisq; aliis peccauerat anceps,
Peruagus, inconstans, instabiliq; fide.
Cumq; Deo toties experto incredulus esset,
Nec mirabilibus fideret eius homo.
Nil mirum, vanæ perierunt tempora vitæ;
Et si festini præteriere dies.
Cum Deus educto populum deperderet ense
Conuertebatur, tuncq; petebat opem.

Diluculo ſurgens tum demum territus, alta
Voce fatebatur ſe meminiſſe Dei.

D nes. ¶ Anceps. Dubius Moyſen ſequeretur, an non. ¶ Peruagus. Mente & corpore; nam ideo xl. annis coacti ſunt vagari per deſertum quia, & xl. diebus, quibus exploratores uagati ſunt ad ſpeculandam terram promiſſionis in hac dubietate manſerunt, quòd ſi referrent facilem victu eſſe & captu proſeqorerentur iter ceptum: ſin autem nouo duce conſtituto reuerterentur in Aegyptum; quòd & expreſſa dixerunt in exploratorum reditu, feciſſentq; niſi Ioſue, & Caleph obſtitiſſent. aſſerentes cum Dei adiutorio, gentes illas omnes licet, fortiſſimæ eſſent, & gygantes haberent, ipſos debellare poſſe. ¶ Inconſtans. In cultura Dei: ſæpe enim redibant ad idola mente, & ſi non ſemper opera propter metum ne contingeret quòd in uituli aurei fabricatione, & adoratione xxiij. millia interfectis. ¶ Inſtabiliq; fide. Erant enim increduli Deo, & Moyſi tametſi promiſſa eius in parte vidiſſent multoties completa. ¶ Vanæ uitæ. Nam pro nihilo exierunt de Aegypto cũ non intrauerint in promiſſionis terram, propter quàm egreſſi fuerant. ¶ Perierunt. Nã quotquot numerati ſunt à xx. annis, & ſupra in prima numeratione mortui ſunt, & ſepulti in deſerto, excepto Caleph & Ioſue, ſic fecit Deus & D.N. I. Chriſtus filijs eorum, nam quotquot erant in Hieruſalem tempore paſſionis eius, & conſentientes neci illius. xl. annis, & exterminio urbis ſubſecuto male perierunt; præter paucos, qui conuerſi fuerant ad fidem, & qui captiui venundati ſunt, & totum per orbem diſperſi: vt etiam nunc ſunt. ¶ Feſtiui dies. Sententia eſt; nihil enim annis velocius. eſt etiam miſeratio ab intempeſtatiu morte; multi .n. eorum perierunt ante communem vitæ curſum expletum. ¶ Deperderet. Veluti cum tellus ſubito hyatu deglutiuit Dathan, & Abiron, & flamma deuorauit, alienũ ignem offerentes; cumque ſerpentes ignitos in murmurantes immiſiſſet, & vituli adoratores per leuitas interfecisſet, ac denique quoties in manus hoſtium, tradi permittebat eos. ¶ Petebat eum. Dicebant Moyſi roga pro nobis dominum, fideles erimus deinceps, nec amplius ab obedientia, & cultu eius recedemus. ¶ Territus. Formidine pœnæ: hæc erat extorta conuerſio more ſeruorum, qui deſiſtunt peccare tunc ſolum cum flagellum, baculum, aut enſem cernunt in manu minitantis dom.

Quòd Deus adiutor reminiſcebatur eorum,
Quòd Deus excelſus, quòdque redemptor erat.
Oretenus fuerat tamen hæc confeſſio tantum
Sunt ementiti (lingua doloſa) Deo:
Sed nec adhæſerunt recto tum corde fideles,
A teſtamento mox abiere retro.
Ipſe tamen pius eſt, & propiciabitur illis,
Nec iam diſperdet, ſed recreabit eos.
Inſuper affluxit pietas, auertit & iram;
Inflammata fuit tota nec ira Dei.
Carne memor fragili quòd homo circundatus eſſet,
Spiritus & vadens, nec rediens ad eum.
Deſerto quotiens vaſto tentatus, & eſſe
Debuerat duris aſper, acerbus eis.
Arenti in terra, ſitienti, vndaque carente.
Murmure prè querulo concitus ecce Deus.
Tentauere Deum, verſi voluere redire,
Rurſus, eos magna traxerat vnde manu.
Facta manus ſancti fuit Iſraelis acerba
Quæ prius & mitis, totaque dulcis erat.

¶ Adiutor. Contra perſequentes hoſtes, veluti Amalechitas. ¶ Redemptor. De manu Aegyptiorum. ¶ Oretenus. Ideſt vocalis tantum; ſicut etiam Eſaias & ipſe dominus Ieſus teſtãtur. populus hic
E labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. ¶ Ementiti Deo. Quantum in ſe erat, poterãt ementiri: non autem fallere Deum, qui non ſolũ corda ſcrutatur & renes. i. cogitatus inueſtigat, & delectationes, quin etiam nouit omnia priuſquàm fiant. ¶ In teſtam. ſuo. I. in legitimis præceptis, & illis promiſſionibus, quas Deo fecerãt. ¶ Tamen. Figuratè; nec enim præceſſit quamquam: ſed tu ſubaudi licet ex peccatis & duplicitate cordis meruiſſent deleri, tamen quia pius ideſt miſericors eſt &c. ¶ Diſperdet. Vſque ad internitionem, vt aliquando minatus eſt. ¶ Recreabit. Blandis allocutionibus, placidis promiſſionibus, & dulci neceſſariorum prouiſione. ¶ Affluxit pietas. Ideſt ſuperabundauit miſericordia, & gratia vltra condignum. ¶ Ira. Ideſt pœna infra demeritum. ¶ Memor. Ideſt attendens. ¶ Fragili carne. Vt potè fatiſcente ex terra, quæ facilè ex gelu, & æſtu in puluerem reſoluitur: ex imbre verò in lutum conuertitur. gelu torpor eſt deſidiæ, æſtus feruor concupiſcentiæ, imber affluentium diuitiarum eſt torrens, & verè omnis ætas ab adoleſcentia in malũ prona eſt. ſimile quoddam habemus in Geneſi; nõ permanebit ſpiritus meus ideſt indignatio mea in homine quia caro eſt ideſt carnalis, & fragilis. hinc eſt ꝙ hominis peccatum medicabile eſt, diaboli uerò non, qui nullam ex carnis fragilitate poteſt excuſationem prætendere. ¶ Spiritus vadens, Ideſt anhelitus, qui expiratur, nec rediens ad eũ. ſ. hominem. idẽ .n. flatus, quem expiramos non redit in noſtra pectora: ſed alius eiuſdem aëris, & ſpeciei. Item ſpiritus vadens ideſt a-
F nima quotidie ad mortem properans, nec rediens ad eum. ſ. terminum unde progreſſa eſt. dilabitur quippe uita noſtra, uelut unda fluens, nec unquam retrocedens. rurſus ſpiritus, i. anima uadens ſupple ad mortem, nec rediens poſtquàm morte adueniente receſſit ex homine, & hoc ſecundum naturam; nullus .n. datur per naturã regreſſus à priuatione ad habitum; reſurrectio autem quam ſperamus ſuprà naturam eſt poſtremo. ſpiritus uadens per ſe. ſ. in peccatum: ſed non rediens ſubaudi ex ſe ad innocentiam, & puritatem priſtinam: ſed multa indiget Dei gra-
Num. 4. tia: ut à peccati ſtrato in quo languens iacet ſanus reſurgat, & ambulet. ¶ Quoties. Ex multis criminum iterationibus aggrauatur ingratitudo. decies (ait dominus) iam tentauerunt me, & in biennio tantum quoties credamus illos dominum tentaſſe, alijs xxxviij. annis quibus fuerunt in deſerto? innumerabiliter. nec .n. omnis ſcripſit Moſes, quæ illo tam longo contigerunt tempore. ¶ Deſerto uaſto. In ſolitudine immenſa, & horribili. exaggeratio à loco ubi maximè timendus erat dominus, quia ibi nulla hominis uirtus, aut facultas opis ullius minimè ſuppetebat. ¶ Duris. Corde ad credendum Deo, & Moyſi erat certè populus ille duræ ceruicis & pertinax in malum. ¶ Aſper uerbis. Acerbus & factis in puniendo frequentes eorum rebelliones. ¶ Arenti in terra. Auxeſis eſt ut ſupra. ¶ Murmure. Contra dominum, Moyſen, & Aaron, ut ſupra ſæpe dictum eſt. ¶ Concitus. Ad iracundiam prouocatur. loquitur autem de Deo, more humano, qui quando punit, aut minatur delinquentibus, uidetur commotus ad iram reuera tamen nunquam Deus iraſcitur, qui ſumma cum tranquillitate iudicat, & plectit delinquentes; paſſiones .n. humanæ in Deum non cadunt. ¶ Redire. Supple in Aegiptum; dixerunt enim verſi in ſeditionem; conſtituamus no-

bis ducem & reuertamur in Aegiptum.¶Magna manu.Idest potestate,signis,& portentis, de quibus in Exodo & infra.¶Sancti.Israelis, substantiuè vtrumque intellige.i.Dei,qui dicitur sanctus Israel per specialem cultum, dilectionemque,& curam. ¶ Acerba.In pœna peccantium. ¶ Mitis.Compatiendo afflictis, & dulcis releuando eos à pressuris, & miserijs, duraque, ac ferrea seruitute Aegypti,hęc eadem contigere iudæis simulatè credentibus in Christum,illisque qui illum crucifixerunt;ipse enim fuit mitis compatiendo eorum infirmitatibus; erant quippe (sicut est in Euangelio) tanquàm oues non habentes pastorem.Oppressique à diaboli seruitute grauissima;vnde redemit eos præcioso sanguine suo,murmurauerunt,tentauerunt redire ad legis seruitutem, quod est à Christo apostatare,& seruituti dæmonis se subijcere.iuxta illud Euangelij. cum spiritus immūdus exierit ab homine &c. vsque in finem.sic erit generationi huic pessimæ.acerba deinde facta est eis manus domini,quando in manus Romanorum,à quibus sunt penitus excisi deduxit eos.eadem nostris temporibus malis Christianis sæpe contingūt, quæ vnusquisque in se recognoscere potest.¶Decuit.Si grati voluissent esse de beneficijs acceptis. ¶ Quanta potestas. Hic more poetico redit propheta ad narrationem mirabilium,quæ facta sunt ante exitum de Aegipto,& in exitu iuxta illud artis præceptū. Iam nunc dicat,iam nunc debentia dici, Pleraq; differat,& pręsens in tempus omittat:qui diuinę mos est etiam scripturæ, vt per anticipationem, & regressionem facta prius post,&quę post facta sunt prius enarrentur. ¶ De tribulante manu, Aegiptiorum scilicet.¶ Tanneos. Nomen est regionis,& vrbis Aegiptiacæ,quæ tūc regia erat;ideoque propter Pharaonem in ea cōmorantem,& Israeliticum affligentem populum ibi propè in terra Iesse commorantem factæ fuerunt signa,& prodigia de quibus infra. ¶ Arua prælata.Idest dilatata.¶ Prodigia.Dicuntur illæ plagæ super Aegiptios emissæ,quæ & si illos puniebant ab insolentijs eorum aliud tamen significabant:sed in longum tempus.hoc est redemptionem generis humani de manu diaboli,& carcere inferni per plagas aduersus ipsū regem tenebrarum,& membra eius,regnumque illatas.¶Signa decem.Eędem plagæ sunt signa, sunt & prodigia, percussis erant plagæ, morituris in mari rubro signa, futuris in longum post temporibus prodigia contra luciferum,& regnum eius vt modo dictum est.¶ Tetrum cruorem.Hic incipit enumerare signa, quæ dominus in manu Moysi,& Aaron in Pharaonem,& Aegiptios operatus est,pro redemptione populi sui, & habentur.Exodi.ca.vij. vsque ad xij. non tamen eodem ordine,qui à scribentibus poetis,ex lege metri seruari non debet:sicut in arte præcipit horat.Iā nunc dicat iā nūc debentia dici,Pleraq; differat,& præsens in tēpus omitat.breui itaq; referamus harum hystoriam plagarum cum Moyses ex mandato domini petijsset à rege Aegipti vt dimitteret populum, illeq; postulasset signa,virgam protinus proiecit,quæ versa est in colubrum:sed cum malefici Iannes & Mambres à Pharaone acciti idem de suis virgis fecissent,non est mutatum cor regis, quamuis virga Moysi deuorauerit eorū virgas,quare sequenti die,cum esset egressus Pharao ad aquas Nili fluminis,Moyses iterum accessit ad eum,dimissionem postulans,nec audiretur; percussit aquas virga,quæ protinus versæ sunt in sanguinem,pisceesque mortui sunt, vnde non poterāt Aegiptij aquam bibere:at quia malefici ex aqua aliunde allata itidem fecerunt grauatū est cor eius,nec voluit dimittere populum: quamobrem facta fuere alia signa,quæ seruato ordine vatis,non hystoriæ narrabant.¶Stagna.Quæ Nilo ad aluenm redeunte remanserat.¶ Lacus.Per quos flumen transibat,quæ sens exitum. ut de lacu maiori per quem labitur Ticinus noster,& de Benaco per quem Mincius Virgilianus. ¶ Fontes.Vnde scaturiunt aquæ primo.¶ Imber.Etiam de cœlo,qui ceciderat & in cisternas collectus fuerat. ¶ Cynomia. Musca canina, quæ ideo exprimitur quia cæteris muscis grauius,& acutius pungit;nam omne genus muscarum dixit dominus per Moysen ad Pharaonem,immittā in te,& in omnes seruos tuos, & in populum tuum,& in domos tuas,quæ muscis implebunt diuersi generis, si non dimiseris populum meum,faciamque mirabilia illa die, vt in terra Iessen,in qua habitat populus meus, ne vna quidē inueniatur; & sic fecit,plaga quarta. ¶ Ranaque. Secunda fuit hæc, nam cum ex plaga conuersionis aquarum in sanguinem non fuisset motus Pharao, extendit Aaron de mandato domini manum super fluuios Aegipti riuos, & paludes, vnde protinus egressa est tanta ranarum copia, vt totam terram operirent,ingressæque sunt in domos Aegiptiorum,ac palatium regis,ascenderuntque super strata,in furno,sin reliquias ciborum,& in uasa ministeriorum mensæ. adeo vt maximo essent fastidio,atque abhominationi tam regi quam ministris; quamobrem coactus est rex precari Moysen, vt auferret ranas sub promissione dimissionis populi,quamquam data requie ex morte ranarum fregerit fidem. ¶ Aerugo. Pro aurugine siue uredine,quam nebulonem rustici dicunt.est.n.quædam rubigo segetum ex uento urente,& nebularum obūbratione causata, qua tenere consumuntur spicæ inter florendum. ¶ Acridos.Idest locustæ, uocabulo usus est græco,propter metrum; est autem locusta illud,alarum reptile,quod rustici equulam propter saltus crebros appellant,sic dicta à locis, quos mordet urendis.tactu etiam tenera dicitur urere genimina herbarum omnium,segetum quoque,& olerum:sed & uitium germina,atque arborum multarum,significat etiam locusta ut aliqui uolunt ipsas germinantium quorūcunque summitates teneras, rapunculos, & geniculа,quibus dicunt in cibo usum fuisse beatum Ioannem Baptistam non illis uermibus uenenosis.Item significat quosdam pisces ex genere crustaceorum cornua longa ante oculos habentes.dicitur itaque in Exodo,quòd eleuatis à Moyse manibus in cœlum, induxit dominus uentum urētem qui eleuauit locustas, & infudit super uniuersam terram Aegipti innumerabiles & quales ante illud tempus non fuerunt,nec post futuræ erant,uastarumque omnia,quæ à grandine prius missa super fuerant uirentia.¶Contriuit.Penitus confregit. ¶ Calamos.Non tritici,nec farris,quia serotina erant: sed hordei, & lini quòd illud esset iam uirens,hoc uerò iam folliculos germinasset.¶ Vinetaque. Idest uineas, quarum pampini iam extra palmites pullulauerant.¶Grando.Plaga.7.hæc fuit in ordine,& ante superiorem locustarum;nam indurato magis atq; magis

Quanta Dei fuerat,decuit meminisse potestas
 De tribulante manu,quando redemit eos.
Vt super Aegyptum,prælataque Thanneos arua
 Prodigia irruerint,duraque signa decem.
Flumina ne biberent in tetrum versa cruorem
 Stagna,lacus,fontes,sanguis & imber erat.

Dilacerauit eos effusa cynomia ab alto,
 Perdidit iniustos,ranaque multa nimis.
Illorum teneros fructus ærugo vorauit,
 Acridos à morsu perditus estque labor.
Horrida contriuit calamos,vinetaque grando
 Excussis moros cana pruina gelu.

A

B

Exodi. 8.

C

D magis corde Pharaonis, populumque adhuc retinentis dedit dominus tonitrua, fulgura discurrentia, grandinemque multam nimis, tantæque magnitudinis quantæ nunquam ante apparuerat in terra illa, ignisque & grando pariter mixta ferebantur, & cuncta quæ fuerant in agro ab homine usque ad iumenta percussa sunt à grandine: adeo ut etiam ligna confringerentur, non modo herbæ consumptæ fuerunt; in terram autem lessen, ubi erant Hebræi grando non cecidit. ¶Moros. Quorum folijs pascebantur bombyces, uermiculi, serici confectores, de quibus uide bombycem nostri poetæ, & illustris quidem Vidæ Cremon. Albę Episcopi, qui & Christiaden edidit, in quâ eò ... elucubrauemos. ¶Pruina. Quæ forsitan grandinis frigus relictum secuta arborū teneras frondes exussit, licet de hac in Exodo non habeatur mentio; neque omnia semper scribuntur in eodem libro: sed liber librum supplet, & declarat. ¶Gelu. Idest rigido, & urente frigore, ablatiui casus est. ¶Percelli. Idest peuti, hinc fit procella idest valida, ac impetuosa tempestas, quòd omnia percellat.

Grandine percelli iumentaque tradidit: igni
 Prædia cumque satis corripienda dedit.
Indignatus enim misit mala tanta, vel vt sic
 Experti scirent quàm grauis ira Dei.
Alitibus fuscis Herebi mandauerat istas
 Inferri plagas; in Pharaona grauem.

¶Igni. Quo mixta ferebatur grando, vt dictum est. videntur quidem hæc contraria, vt ignis misceretur gelidæ grādini: sed Deo nihil impossibile est. præterea hodieque videmus ignem, qui ex nubium collisione creatur, in maximis tempestatibus de cœlo cadere; nec impetus ille tam vehemens quo excutitur & defertur ab imbre simul cadente reprimi potest, nec extingui. ¶Prædia rustica. Scilicet quæ ædificijs carent licet interdum & tegulas vrbanorum prædiorum magnitudo grandinis infringat. ¶Satis que. Scilicet iam adeo excreuerant, vt percussa, & confracta amplius repullulare non poterant; vt linum & hordeum. ¶Indignatus. n. De contemptu pertinacissimi Pharaonis. ¶Mala tanta. Plagarum harum. ¶Experti. Nam uexatio intellectum dare solet. ¶Ira Dei: Idest pœna in malos emissa; nec enim irascitur Deus aut indignatur: sed uidetur nobis quando ab eo flagellamur, quòd sit iratus, quia ad modum iudicis terreni irati in malorum percussione facta eius pensanius. ¶Alitibus fu. her. Idest Angelis malis, qui plerunque sunt executores diuinæ iustitiæ. plerunque diximus, quia etiam per bonos Angelos quandoque peccatores castigat, vt in subuersione Sodomæ & in deletione exercitus Sennacherib, quæ per bonos Angelos facta fuisse legimus. ¶Herebi. Idest inferni profundum inferni dicitur herebus:
E & quidam fluuij infernales de quibus in vi. Virg. Et magnos Herebi tranauimus amnes. ¶Pharaona. Casus accusatiuus græcus. ¶Hi. Scilicet Angeli percussores.

Hi fecere viam, qua semita tenderet iræ
 Sternentes animas, nec minus ense necis.
Tabida corrupto consumpsit & aere pestis
 Armenta, atque greges, & pecus omne lue.
Cumque nec his populi ceruix aut regis aæni
 Obdurata malis obsequeretur ei.
Tunc primogenitos omnes dedit ense necandos,
 Omnis & in lachrymas corruit icta domus.
Viuentum cunctas & inexorabilis vltor,
 Cum primogenitis primitiasque tulit.
Abstulit Aegipto populum sic flente peremptos,
 Vt solet abductas ducere pastor oues,
Cum per desertum procul acta fauce luporum
 Collectum, tutè ducit, alitque gregem.
Et deduxit eos in spe, timuere nec hostem,
 Quem mare suscepit; sorbuit atq; reum.

¶Fecere uiam. Tentationibus suis rebellionem aduersos præcepta Dei suggerendo, ut haberent occasionem sæuiendi in illos factos peccatores. ¶Qua. Scilicet via, sic per peccatorum multiplicationem & grauitatum dilatata. ¶Semita. Idest arcta punitio, misericordia semper concomitante iustitia, arcenteque illius impetus tametsi iustum rigorem dulcore bonitatis suæ; nec. n. tam acerbè punit Deus delinquentes quantum merentur: sed semper paulo minus ¶Animas. Quas odio habent. ¶Ense necis. Mortalis peccati per desperationem & obdurationem cordis, quos fructus ex aduersorum inflictiōe semper exquirunt dæmones. ¶Tabida pestis. Quæ tabidos reddit eos, quos inficit, aliosque ex contactu corrumpit; est enim contagiosa. fuit hæc. v. plaga qua peste ualde graui percussit dominus equos, asinos, & camellos, oues, & boues, & mortua sunt omnia animalia Aegyptiorū. ¶Corrupto aere. Hic è ordo pestis, ut primo exsiccitate magna itereant herbæ, quibus deficiētibus necesse est, ut animalia quoque passim pereant; ex cadauerum fœtore subinde aer corrumpitur, proximè aqua, deinde homines lue inficiontur: uerum hic non fuit tractus tanti temporis, ut hæc omnia successiuè contingerent: sed eadem die immissa est pestis, & mortua sunt animalia, si-
F cut & in una die per Angelum missum interfecta sunt septuaginta millia hominum de populo Israel post illam numerationem iussam fieri à rege Dauid ex tumore cordis. ¶Lue. Peste, seu morbo cito occidente. ¶His plagis. Supra relatis. ¶Aæni. Solutio est facta diphtongi, pro Aenei. i. durissimi; quare in sacra pagina sæpe dicitur induratum fuisse cor Pharaonis indeque tractum est prouerbium, vt de pertinaci dicamus, cor Pharaonis habet. ¶Obdurata malis. Idest propter mala frequenter in eos immissa; peccator. n. cum in profundum malorum venerit, contemnit, vtque est in altero prouerbio vulgari. percute bonū, & fiet melior, percute malum & peior euadet. ¶Obsequeretur. Obtemperaret. ¶Ei. Deo. ¶Tunc primogenitos. Qui cariores cæteris habentur in multis regionibus, eo quòd ad illos solos vniuersa pertineat hæreditas, vel duplicata portio: sed & regnorum omnium, statuumque; & ditionum vbique locorum ad eos pertineat successio, plaga. x. fuit hæc, nam in media nocte præparato ad recessum populo Dei; percussit Angelus domini omnem primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, usque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere; cumque nulla esset domus in qua nō iaceret mortuus, surgens Pharao, & cuncti Aegiptij dimisserunt hebræos; quin & exire coegerunt; dicebant. n. moriemur omnes. ¶Viuentum. Etiam iumentorum qui domi existentes pestem illam euaserant in agros passim immissam. ¶Inexorabilis vltor. Quem nullis precibus quisque exorare poterat, vt ei parceret. præmitias frugum omnium & laborum, ut dicitur in litera versiculi huius. ¶Tulit. Pro abstulit. Aphæresis est. ¶Aegipto flente. Metonomia continens pro contento. i. flentibus Aegiptijs. ¶Peremptos. Ordo est dominus abstulit populum suum sicut solet pastor educere oues abductas, supple à latronibus, Aegypto sic flente peremptos suos. ¶Ducere. Preducere da

Exod. 1 1

Exod. 1 2

canlis

A

& qui ad sua quæque tempora literam hanc trahunt possunt interpretari nubes has prædicatores esse. vtrisque cōfert illud Esaiæ vaticinium; qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Apostoli namque vt nubes huc & illuc cœlestis flaminis impetu discurrebant, irrigabant terrea corda pluuia salubris doctrinæ; terrebant homines tonitru minarum iræ Dei, & damnationis æternæ; nonnullos etiam cæcitate, vt Paulus magnum Barieu, aliquos traditione Sathanæ, vt idem Corinthium illum qui nouercam duxerat vxorem, sic Hymeneum, & Alexandrum, vt discerent non blasphemare fulmina & mortis quandoque iaculabantur in dolosos, & rebelles vt Petrus Apostolus, in Ananiam, & Saphiram spiritui sancto mentitos; coruscabant verò miraculis ingentibus. hæc omnia faciunt, & prædicatores nostræ tempestatis, & si non corporaliter semper tamen spiritualiter vt docet Ambrosius, & Greg. in hom. ascensionis, vbi latissimè declarat quotidie Ecclesiam spiritualiter ea miracula facere, quæ ab initio fiebant corporaliter ab Apostolis. ¶ In gyrum. Per circuitū nubes enim vt plurimum in rotundum densantur, saltem quoad visum humanum, nobis etenim apparet totum esse coopertum cœlum quod rotūdum esse constat. ¶ Inque rota. Vel ad similitudinem rotarum, cum impetu currum trahentium, vnde & quidam Gentilis volens vt Deus adorari, super ponte æneo currum suum trahi multo impetu iubebat, vt vel sic tonitrum imitaretur. Quam rem & Cosdroe rex Persarum diu simulauit, vt in hystoria exaltationis Sanctæ Crucis enarratur. vel in rota. i. in rotunditate nubium circundantium terram ad modum rotæ, & quæ voluuntur per circuitum, vt rota. hæc autem rota potest etiam esse illa rota, quæ à quattuor animalibus per Ezechielem & Ioannem trahi dicitur, Euangelium, s. quod à quadriga quattuor Euangelistarum per circuitum orbis totius tactum est. ¶ Tellus. Et in transitu iudæorum mota est terra, & in transitu D. N. I. Chr. de hoc mundo ad patrem, & in transitu Euangelij de synagoga ad gentiles terrena iudæorum corda mota sunt ad zelum inuidiam, & ad persecutionem fidelium; quamuis & verè mota est ipsa terra in descensu spiritussancti: sed in passionibus martyrum sæpe legim⁹, & terremotos factos esse, fulgura quoque & coruscationes. ¶ Ponti. Idest maris. in genere masculino quidem mare est. in fœm. vero regio quædam Scytarum vltra Tracas. est etiam quædam insula de qua Virg. virolaque pontus, Castorea. ¶ Nota. Casus nominatiui est. alluditur ad illud prouerbium Salamonis de tribus sibi incognitis; inter quæ est via nauis in aqua; per quam significatur via nauiculæ Petri, quę est Ecclesia in mare mundi huius. multoties. n. quando visa est periclitari, & naufragium pati ab ingruentibus persecutionum procellis, mox reddita trāquilitate facta est securior eius nauigatio, & nonnunquam in tranquilitate apparente, in pace quam mūdus dat, & non quam dominus, magis fluctuat per sœculi voluptates, magisque scopulis huc & illuc impingitur; iactatur a uento superbiæ, à flamine ambitionis, à fluctibus cupiditatum, & vorticibus concupiscientiæ, ac luxuriæ penè inuoluitur, & obruitur. hæ sunt viæ huius nauis, quarum vestigia non apparent; etenim transitoria hæc velut fumus, & vanitas vanitatum sunt omnia sœcularia hæc desideria. ¶ Vestigia domini nul. rem. O quàm verè: sed potius hoc flendum quàm disserendum; nam & si ad literam, domino ambulante super mare Tyberiadis, & Petro ad se vocato: vt super vndas & ipse ambularet, nulla remanserunt vestigia. qd quidem gloriosum fuit, & lætandum de tāto miraculo; est tamen dolendum, quòd vestigia sanctitatis, & bonorum morum domini, nullo modo inueniuntur in mare huius sœculi. vbi nam est ille Christi fidelis, qui sit mitis & humilis corde? qui paupertatem spiritus rerum amplectetur vltro? qui abneget semetipsum tollens crucem suā, sequēdo Christū? qui velit ministrare & nō ministrari? qui deniq; animā, vel pro amicis, & fratribus ponat? quādo Christus, & pro inimicis posuit, ac orauit? qui velit alter alterius lauare pedes? alter alterius onera portare? inimicos diligere? & alia Christi acta imitari hæc. Christi vestigia, quæ nusquā, vel rarò, & in paucis apparent in hoc iam tenebroso mari, & procelloso, sed adhuc in fundo procella est, nec dū emersit: vel autem nobis nauigantibus, cum emerserit; nam & si nauem non sit summersura, quia dominus pro illa orauit, multos tamen nautas vis tempestatis auferet, caueat autem & magister nauis, ne vel vt segnis Menetes ab irato domino in mare proijciatur vel vt Palinurus à somno grauatus cum temone decidat. ¶ Pontus. Idest sœculares quæ olim fuerunt voluptates, & securaria desideria, quæ prius erant quàm nauis Christi in eo cepisset nauigare. ¶ Rediens. Etiam nunc. ¶ Ea vestigia. Domini quæ dicta sunt, omnes enim nunc quę sua sunt quęrunt, non quæ Iesu Christi. ¶ Moysi legislatoris, & ducis. ¶ Fratrisque. Aaron summi sacerdotis. ¶ Ad pascua. Ad terrām promissionis lacte & melle manantem: sic per Dominum nostrum Iesum Christum legis Euangelicę latorem, & fidelium omnium ducē, ac sacerdotē, qui se ipsum in ara crucis Deo patri obtulit hostiam uiuentem in odorem suauitatis, qui & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, sacrificium corporis, & sanguinis sui instituit, & saluū ducit populū fidelem transuadato mari peccatorum maculis rubricato ad ęterna paradisi pascua, ubi cum angelis lacte, & melle cœlestis ambrosiæ potiantur. Amen.

Nulla remanserunt domini vestigia in vndis,
Pontus enim rediens obruit altus ea.
Inq; manu Moysi, fratrisque per æquora saluum
Duxisti populum ad pascua, sicut oues.

Ad Cor. 5.
Ad Tim. 1.
Actuum 5.
In serm. de Pontif. conf. in breui: vide ī homel. libr. 2. in breuia. magno.
Vi. Aen.
Exech. 1.
Vide Greg. in breui, de Euang.
In Geor.
Prouer. 30.

B

Ver. Eaquin.

C

SAcra meæ legis &c. Cum in Euangelio Mattheus testetur, ideo in parabolis dominum Iesum ad plebem locutum esse, ut impleretur, quod in psalmo prædictum fuerat dicens hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ut impleretur quod dictum erat per prophetam. Aperiam in parabolis os meum, & eructabo abscondita à constitutione mundi. clarè patet habentibus oculos cordis mundos, quęcumque in hoc psalmo dicuntur ad Dominum nostrum Iesum Christum pertinere, sub ænigmate tamen & figura rerum ante factarū; ideoque ipso domino fauente, qui seorsum omnia discipulis suis differebat, primo figuram exponemus, deinde ueritatem rei subiungemus. Sciendum est propter peccata fieri solere translationes honorum; sicuti propter peccatum Heli, & filiorum translatum est sacerdotium, in Samuelem, & regnum de tribu Beniamin, de qua erat Saul, in Dauid de tribu Iuda; quamobrem præuidens Dauid propter peccata totius populi Iudæorum, & præcipuè sacerdotum, translatū iri sa-

ODE LXXVII. EX PSALMO LXXVII.

Attendite:

SAcra meæ legis monumenta attendite ciues,
Auribus attentis, sumire verba mea.
Ore canam miranda meo paradigmata vobis
Ore prophetarum, quæque locutus eram.
Quæque futurarum data sunt ænigmata rerum,
Patribus antiquis quodque figura fuit.

D iri sacerdotium & synagogam in Christum, & Ecclesiam, & quia translato sacerdotio, necesse est (vt ait Aug.) vt legis translatio fiat pariter lex vetus, & obscura, quia tota ænigmatica erat transferenda seu mauis explicãda, per nouam & claram legem Euangelicam; & quemadmodum tribus Ephraim quæ prius rexerat aliquoties populũ, præcipuè per Iosue, & diutius tenuerat penes archam domini, perdiderat virumque propter idolatriam, & tamen iterum aspirabat ad regnum: sed frustra; sic seniores populi qui ante Christi aduentum illum rexerant propter peccata suæ ingratitudinis erant regimine priuandi, & licet etiam post aspiraturi essent, & adhuc aspirent per Messiã serò expectatum, & numquam venturum: tamen hæc eorum aspiratio spe sua erat, & est frustanda. volens igitur propheta, vel potius Deus in cuius persona loquitur Dauid, hæc secreta præfati, & monere nepotes tunc temporis futuros, vt Deo, qui olim in prophetis locutus fuerat, & nouissimè in filio locuturo attenderent, eique parerēt ante venturam iram dicit. ¶ Sacra meæ legis monimenta attendite ciues. Non tantum aure corporis, quàm mentis, & intellectus. quid enim prodest audire vel legere & non intelligere? & deinde intelligere, & opere mandata non explere? magis nocet, quàm prosit, quia seruus nesciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit quidē sed paucis: sciens verò & non faciens, multis. ¶ Meę legis. Veteris primo sed velatę figuris, & vmbris ænigmaticis, in cuius signum Moyses eius legis lator velata facie proponebat eam populo, iterum legis meæ Euangelicæ, veritatis expræssiuè, claræ, & os ad os absque vllo velamine ab ipso domino palam expositæ. ¶ Auribus cordis. Vt dixi; & est aduertendum huius psalmi exordium rethoricè compositum esse, & reddere auditores attentos, dociles, & beneuolos; attenti autem redduntur, & ex eo, quod rogant, vt attentè audiant, & ex quo magna, & miranda promittuntur; dociles verò ex consequentia, vbi attentè quis vult audire, is etiam docilis est. beneuolentiam captat à persona propria, auditorum, atq; aduersantium, vt infra patebit. ¶ Verba mea. Mediatè ex ore meo; nam sicut filius est ex patre, sic verba eius ex patre sunt: hinc ipse D. Iesus in
Io. 14. Euangelio dixit. Loquella mea non est mea: sed eius qui misit me patris; & alibi. verba, quæ ego loquor à memetipso non loquor: sed pater in me manens ipse facit opera. ¶ Paradigmata. Exempla factorum præteritorum, quæ alia significabant in posterum facienda. ¶ Ore prophetarum. Sic & Zacharias in suo cantico. siue locutus est per os sanctorum, &c. ¶ Aenigmata rerum. Allegorias valde obscuras, quæ ex rebus factis aliqua futura portendunt; vt quòd area hoc significet, signum crucis: per quod saluatur humanum genus. ¶ Audiimus. Syncopa necessaria. ¶ Vel cognouimus. Deo inspirante. Nam omnis doctrina aut percipitur
E auditu, Deo nihilominus interius docente alioquin frustra magister pulsaret voce sua, aut percipitur absq; vllo magistro Deo solū inspirante ¶ Natos. In his versibus multiplex est tautologia. ¶ Posteritas. Scilicet gentilium, & Iudæorum. ¶ Miracula. Laudes, & virtutes, de quibus infra. ¶ Publicarentur. Idest publicè denunciarentur, diuulgarentur. ¶ Fœderis. Idest pacis huius inter Deum, & populum ut unus esset eis Deus. ¶ Tabulas. Illas scilicet quas cepit Moyses de manu Domini in quibus scripta erant decem præcepta. ¶ Lex. Per Moysen data est: sed gratia & veritas per D. nostrum Iesum Christũ.
Matt.11. ¶ Quanta. Mandata quot, atq; grauia scilicet; sic & Petrus dixit, quare vultis imponere iugum fratribus meis, quod neque nos neque patres nostri bene potuerunt? ¶ Mandata. Verò legis nouæ quæ tantum duo sunt de Dei, & proximi dilectione; Nec dulcius isto amore quicquam dici aut excogitari potest; quamobrem dixit Dominus. Tollite iugum meum super uos. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. ¶ Iussit. Sic & Dominus discipulis suis. Quæ (ait) audiuistis in auribus prædicate super recta, & ascendens in cœlum dixit. Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizate omnes gentes docentes eos seruare omnia, quæcunq; mandaui uobis. ¶ Doctores. Vnicuiq; enim mandauit dominus de proximo suo: & quòd curam suorum non habent maximè domesticorum infideles sunt infidelibus deteriores. ¶ Spem firmam: Quia ipse solus salutem uerám affert nec enim est aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi; non est ergo sperandum in cerimoniis
F legalibus, non in uanis idolis gentium, nec in incerto diuitiarum, quæ non saluant: sed confundunt sperantes in se. ¶ Operum suorum. Creationis, & redemptionis, eorumq; de quibus infrà. ¶ Ne obliuiscantur. Retro abeuntes post concupiscentias suas, hiq; Deum obliuiscentes fiunt infideles. ¶ Meminisse. Pro dulcedine amoris, ut ea opere compleant, quæ per illa & significata sunt, & mandata. Amans quippe amantis sedulo recordatur, & mandata illius cordi fixa tenet. ¶ Requirant. A maioribus suis, à prædicatoribus, & studendo, meditandoq; in lege Domini die ac nocte, talibus uoluntas Domini aperitur; negligentibus uerò, ac oscitantibus intellectus occluditur, & oculi obumbrantur: ut uidentes non uideant, & audientes non attendant. ¶ Exercentes. Studio, uerbo, & opere, ut sibi prosint, & proximis. ¶ Ne Iudæi. Scilicet Christum audientes, & eius miracula uidentes. fiant similes patribus in culpa; alioquin erunt & in pœna. ¶ Generatio praua. Supple quæ fuit hæc est illa generatio, de qua dicit Dominus Iesus in Euangelio. generatio praua, & adultera

Quanta vel audijmus, vel nos cognouimus ipsi;
Narrarunt nobis cuncta peracta patres.
Non etenim natos ea celauere parentes:
Vt sua posteritas noscat & omne genus;
Namq; recensebant domini miracula, laudes,
Et tot virtutes, quas operatus erat.
Non hæc à natis occultabantur eorum;
Quin publicarentur de genea in genean.
Fœderis atq; sui tabulas pro teste locauit,
In medio populi, lex data testis erat.
Quanta dedit nostris mandata parentibus olim.
Hæc iussit natis notificare suis.
Altera post illos eadem vt generatio possit
Noscere: & hæc proli significare suæ.
Et nati natorum & qui nascentur ab illis
Doctores propriæ posteritatis erunt.

Ponat vt in Domino spem firmam, operumq; suorũ
Ne obliuiscantur: sed meminisse velint.
Et reminiscentes eius mandata requirant
Sese exercentes noctę dieq; in eis.
Ne patribus fiant similes, generatio praua
Et domus exasprans, vipereumq; genus.
Corda nec in Domino verè dirrecta fuere,
Creditus haud secum spiritus eius erat.

signum

A

Ephraimæ stirpis proles intendere, & arcus
Sueta sagittiferos, mittere tela manu;
Cum denfos audax temerè egrederetur in hostes
Est conuersa retro, visaq; terga date.
Non etenim Domini seruarat fœdera pacta;
Noluerant rectum tendere legis iter.
Officia obliti collata, stupendaq; signa,
Quæ proprijs oculis intuiti fuerant.

signum quærit, & alibi. Sic erit generationi huic pessima. ¶ Exasprans. Per syncopam pro exaspe rans, idest dominum ad iram prouocans. ¶ Vipereumq; genus. Veneno inuidiæ, & doli & odii repletum: sed nunquid his monitis acquieuere Iudæi, qui fuerunt tempore aduentus Christi? unde exprobrationem Ioannis Baptistæ, progenies (inquit) uiperarum quis uobis ostendet fugere à uentura ira? ¶ Verè. Simulabant enim cum uexarentur, ab hostibus sese uelle ad Dominum redire: sed liberati peius faciebant quã ante. ¶ Creditus. Actiuè expone, idest in Deũ non crediderunt sic possemus dicere de his qui ad D. Iesum accedentes dicebant. magister simus quia uerax es, & tentabant eum... ¶ Ephraimæ. Hic specialiter enumerantur inobedientiæ, & ceruicositates illius antiqui populi, & maximè illorum qui erant ex tribu Ephraim, quibus haud fuere dissimiles filij eorum. ¶ Tela. Sic filij eorum fueri sagittare deceptoriis verbis. D. Iesum telis suis appetierunt sed frustra, quia non est sapientia, non est prudentia contra Dominum. ¶ Audax. Temerarius qui sine ratione præsumit; & vbi non est spes salutis sese periculis exponit. ¶ In hostes. De quibus supra, horum filij nonne egressi sunt ad capiendum D. Iesum Christum tanquam in hostem cum tamen esset missus à Deo pro salute illorum, quare ipse dixit eis tanquàm ad latronem existis cum gladiis, & fustibus, &c. ¶ Retro. Sic & filij eorum qui venerant, vt caperent Iesum; conuersi sunt & ceciderunt retrorsum, vt dixit eis ego sum, vt ostenderet eos retrorsum cum vrbe cito casuros: vt per Titum & Vespesianum illis contigit, qui trucidatis ciuibus vrbem funditus euerterunt. ¶ Fœdera pacta. Conuentam promissionem; de qua mox dixi. Sed neq; filij, mandatum & à Deo susceperant: vt prophetam quem eis suscitaret audirent sicut ipsum Moysen. audierunt ne D. I. Chr. spreuerunt eum & dixerunt, nos scimus quia Moysi locutus est Deus hunc autem nescimus vnde sit. cum tamen ex scripturis prophetarum patrum promissionibus adimpletis, & ex doctrina eius, vitaq; sancta & demum ex operibus miraculosis potuerunt eum cognoscere: sed ex inuidia, odio & auaritia obscuratum est insipiens cor eorum. ¶ Rectum leg. it. Conuertebantur post idola, & filij nunquid legem seruabant occidentes prophetas, & seruos Dei, qui ad illos mittebantur? donec impleuerunt mensuram patrum suorum D. N. Iesum Chr. crucifigendo, nonne de illis bene prophetauit Esaias dicens, populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me, sine causa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum; transgrediebantur quippe mandatum Dei propter traditiones suas. ¶ Officia. Pro beneficiis exhibitis apud viros doctos semper ponuntur. iuxta illud sapientis. Officium alterius multis narrare memento. ¶ Obliti. Hoc ingratissimorum est opus, vnde quidam sapiens dixit, officium male collocatum maleficium puto. ¶ Stupendaq; signa. De quibus infra, ¶ Intuiti fuerant. Idest viderant, quamobrem nulla poterant tergiuersatione sese excusatos reddere; & filij nunne viderunt? dicat ipse Dominus. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo; si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent, nunc autem & viderunt & oderunt me & patrem meum. ¶ Mira. Narrantur illa mirabilia, quæ fecit Deus pro Iudæorum defensione in Aegypto, in exitu & post exitum, in mari, in deserto, & in terra promissionis, ingratitudinemq; eorum subiungit: sed neq; beneficia, signaq; stupenda ad N. I. Chr. filiis exhibita minora fuerunt, odioq; & ipsi habuerunt illum gratis, in hoc peiores patribus: quia illi Moysen voluerunt lapidare seruum Domini, isti Dominum ipsum crucifixerunt, & Apostolos eius trucidauerunt, totamq; Ecclesiam persecuti sunt, donec de finibus suis eiecerunt. ¶ Tanneos. Vrbs est Aegypti regia, apud quam x. illæ plagæ factæ fuerunt, quia in ea morabatur rex Pharao cum principibus, & sapientibus suis, de quibus, & Esaias meminit. Stulti principes Tanneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. ¶ Interrupit. Aquas maris, vt sicco pede transirent per eas. D. Iesus aquam filiis in vinum conuertit super aquam maris Galileæ ambulauit, & Petrum Ecclesiæ caput ambulare fecit, imperauit ventis mare turbantibus & ipsi mari tumenti, & facta est tranquilitas magna; ita vt stuperent, & dicerent. quis est hic? quia imperat ventis & mari, & obediunt ei: sed quòd plus est per mare mundi huius facit baptizatos sicco pede affectionum insurgentium transire ad vitam æternam. ¶ A dextris. Pro filiis Iudæorum baptizatorum. Prosperitatis tempus intellige qui moderatè illa sciunt vti, nec superbiæ dissolutionis vt vndis immerguntur. ¶ A sinistris. Aduersitates sunt, quas patienter ferentes à desperationis fluctibus, & iracundiæ vento non absorbentur. ¶ Vtre. Species pro genere pro quocunq; scilicet vase vter. tris. significat urinarium illud vas portatile, quod ex pellibus fit caprarum; vterus vero uteri, pars illa ventris est muliebris, qua concipitur infans alitur ix. mensibus, & portatur donec in lucem exeat. ¶ Rorisflua nube. Hæc est illa columna nubis, & ignis, quæ præcedebat populum incedentem & in mare & per desertum ostendens viam de die per nubẽ rorifluam, idest refrigerantem ab æstu diei, & de nocte per ignem lucentem, & nocturnum frigus temperantem, & filiis Angelus in columna nubis, fuit Christus. virginea carne velatus, qui rore prædicationis per diem, & ducebat ad vitam, & refrigerabat insurgentium tentationum æstus, & de nocte peccati ac timoris eduxit per lumen charitatis, & ignem Spiritussancti de cœlo visibiliter missi in linguis igneis: sed & angelus in clara nube (ut ait

Matth. 3.

B

Matt. 23.
Esa. 29.
Matt. 15.

Mira suis patribus: coram quæ gesserat olim
Aegypti campis, Thanneos inq; solo.
Interrupit aquas maris; eduxitq; per altum
Isacidas siccos nec luit vnda pedes.
A dextris etenim statuit; pariterq; sinistris
Aequoreos fluctus sicut in vtre vagos.
Rorisflua deduxit eos in nube diei,
Flammifera hæc eadem nocte columna fuit.
Cumq; auidas populi premeret sitis arida fauces:
Petra dedit largas, sicut abyssus aquas.
Cumq; iterum Moses non ferret murmura vulgi
Fudit & icta silex fluminis instar aquas,
Non satis id fuerat, dirisos murmure ad iram,
Propter aquam celsum bis reuocasse Deum.

Exo. 14.

C

D Hieronymus) Christus est in immaculata Virgine. ¶ Sitis arida. Idest qua arescunt fauces deficiente solita hu- mectatione a capite descendente. ¶ Petra. Scilicet montis Oreb; nam cum aquæ non inuenirentur, populusq;
Exod.17. & iumenta siti periclitarentur, clamauerunt ad Moysen, ut daret eis aquas, qui de petra montis Oreb eduxit aquarum immensam abundantiam, ita ut biberet populus, & iumenta unde se qnitur. ¶ Sicut abyssus. Magna gurgitis, lacusue aut maris profunditas abyssus appellatur; pro filiis citetur Apostolus an tale sit eis beneficium exhibitum: bibebant (inquit) de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus, qui in latere lancea percussus emisit sanguinem redemptionis humanæ, & aquam baptismi & regenerationis; unde sitis gratiæ spiritualis, Idest salutis animæ desiderium saciatur. ¶ Iterum. Ad aquas contradictionis fuit hoc signum; ubi populo murmurante uexatus est spiritus Moysi; & subdubius de promissione Domini ueritus est non posse sicut prius aquas de saxo elicere, propter durissimam populi contentionem, & ceruicosam rebellionem: uerumtamen ad gloriam Dei manifestandam cum uirga bis silicem percussisset, exierunt aquæ largissimæ. ¶ Fluminis instar. Ad similitudinem fluminis, currebant post populum quoquumq; irent: ne amplius sitirent. has etiam aquas fi-
Ioan.4. liis Iudæorum præbuit Dominus Iesus; quando uirga oris sui percussit petram legis ueteris, dando eis uirtutem, ut intelligerent scripturas. Hæc est illa largissima & consequens aqua, cuius impetus instar fluminis lætificat ciuitatem Dei; de qua & ipse dixit, qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam; de hac aqua, iterum dicit D. Iesus. Si quis sitit, ueniat ad me & bibat; qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ. hoc aût dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. ô Domine, sitimus & nos; ad te uenimus fontem aquæ uiuæ, obsecrantes cum Samaritana; vt des nobis hanc aquam, ne amplius sitiamus in æternum. ¶ Non satis id fuerat. Hic consequenter post beneficia exprobratur eorum ingratitudo; est enim aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas: in his profecto completum est illud vulgare adagiū, magnum beneficium non nisi ingenti ingratitudine solere pensari; quod tamen pessimorum genus est hominum, & opus. ¶ Diffisos. De potentia & bonitate Dei, &c. Ecce maximū crimen infidelitatis post tot, & tanta signa omnipotenti Deo non credere quæcumq. promittit; quasi homini similis sit de quo canitur, pollicitis diues quilibet esse potest; & sponsio, cui diues solet esse solutio parcâ. ¶ Bis. Ad petram Oreb Samel ante datam legem; & rursus ad aquas contradictionis habita iam lege. ¶ Propter aquam. Benè dicit, nam propter alias causas murmurauerunt; vt appropinquantibus Aegyptiis, qui illos insequebantur, murmurauerunt, & ad amaritudinem aquarum Marath, & in aliis multis locis uide libros Exodi, num. & Leuit. atq; Deuteron. filij Iudæo-
E rum nunquid non ingrati fuerunt D. N. Iesu Christo? nonne murmurauerunt aduersus eum milies Scribæ & Pharisei? res est adeo notissima vt non indigeat speciali citatione Euangelii. nonne illum dæmonium habere? in Beelzebub principe dæmoniorum, eiicere dæmonia? nequaquam bonum esse dixerunt sed turbarum seductorem, & legis subuersorem appellabant? quam grati fuerint, crux id abunde notat, lege passionem, & iniquissimā uidebis meritorum retributionem. ¶ Manna. Quam de cœlo pluuit illis & xl. annis pauit vsq; ad transitum Iordanis in introitu terræ promissionis. ¶ Hyblæis. Dulcissimis epitheton à loco. Hyble enim est mons Siciliæ flore thymo abundans, ex quo apes suauissimum, & optimum mel conficiunt; filios quoq; Iudæorum manna pauit Dominus & nunc pascit Ecclesiam suam, sacra uidelicet Eucharistia, hoc est optimo, & suauissimo corporis & sanguinis sui cibo, gustantibus tamen quàm suauis est Dominus, de quo uide
cap.6. latè, Ioannem Euang. sufficiat nobis. Hic est panis, qui de cœlo descendit, non sicut manducauerunt patres vestri manna in deserto, & mortui sunt; qui manducat hunc panem viuet in æternum; at de hac esca non murmurauerunt ę filij, litigabant (inquit) ad inuicem Iudæi quomodo potest hic dare carnem suam ad manducandum? at non dicebant, durus est hic sermo, quis potest eum sustinere & abierunt retrorsum. ¶ Tentauere.

Cumq; nec expleret manna insaciabile vulgus;
  Ast erat hybleis dulcior esca fauis:
Tentauere Deum peccatores; petierunt
  Ah fatui: viles iam daret vtq; dapes.
Num quia dixerunt ex petra emiserit vndas?
  Num quia aquas virga fuderit icta silex?
Squallenti poterit deserto mensa parari?
  Qua liceat vesci carnibus ore datis.
Audiit, idcirco Deus; & si distulit, ignis
  In Iacob accensus, Israel inq; furor,
Nubibus interea tamen & mandauit; aperta
  Vtq; foret, cœli ianua clausa prius.

Quasi non satis adhuc illius potentiam experti fuissent ex præcedentibus signis; & filij numquid non tentauerunt Dominum nostrum Iesum Christum, lege Euangelium: sed omissa illa tentatione, de lapidatione adulteræ de tributo Cæsari dando an non, de septemuira muliere cuius esset futura vxor? de signi postulatione de cœlo, & aliis multis audite quid referat Sapientia eos dixisse; dixerunt (inquit) impii, circumueniamus iustum quoniam in-
Sapie.2. utilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata
F disciplinæ nostræ, promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat, factus est notus in traductionem cogitationum nostrarum, grauis est nobis etiam ad videndum, tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à uiis nostris, tamquam ab immundiciis, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur se patrem habere Deum (Ecce tentatio pessima) uideamus ergo (aiunt) si sermones illius ueri sunt, & tentemus quæ uentura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius: si enim est uerus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum, contumelia, & tormento interrogemus eum: ut sciamus reuerentiam eius, & probemus pacientiam illius, morte turpissima condemnemus eum. ¶ Petierunt, ut d. v. dapes. Sic & filij dixerunt. cum eos.
Ioan.6. Dom. Iesus pauisset modicis panibus in deserto & exprobaret quòd non propter uerbum Dei, & animæ salutem sequerentur eum. dicens, quæritis me non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis, operamini cibum qui non perit; sed qui permanet in uitam æternam & alia multa, at illi inferius adhuc respicientes dixerunt. Da nobis semper Domine panem hunc. ¶ Num quia dixerunt. Verba sunt tentantium. Dominum in deserto. dicebant enim quis dabit nobis carnes ad uescendum? oculi nostri non uident nisi manna anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, & alia per multa quæ uulgus querulum murmurare solet: ¶ Ore datis.
Ioan.7. Ore dicit, quia iam in concupiscenti corde mandebant eas, & filii D. Iesu, dixerunt. quid ergo, tu facis signum ut uideamus & credamus tibi? quid operaris? patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est panem

A

panem de cœlo dedit eis manducare. ¶ Audijt, Murmura eorum. ¶ Et si distulit. Punire ut merebantur, quia mansuetus est Dominus, & ut ait Apostolus. benignitas Dei ad pœnitentiam peccatores adducit, ideoq; non statim punit eos ut peccauerunt, sic & Dominus Iesus, qui mitis est, & humilis corde, audiit murmurantes, & tentantes se, & passus est pro salute omnium & redemptione nostra furibundas eorum uoluntates expleri ueruntamen acerbissimè impœnitentes eos & diuitias bonitatis patientiæ & longanimitatis eius contemnentes per Romanos exercitus puniuit xl. annis post passionem suam. ¶ Ignis diuinæ iustitiæ. Quæ & deuorauit extrema castrorum: sic & urbem filiorum ignis absumpsit, interea dum penderet expectatio ad pœnitentiam. ¶ Clausa prius. Numquam enim Deus plu erat ante manna, uel Abrahæ fideli suo, aut alicui ex patribus, sic & Dominus Iesus, quę desiderauerant antiqui reges, & patres videre, & audire, nec eis concesserat, filiis tamen Iudæorum non abstrahebat verba diuini oris sui, & Eucharistiæ Sacramentum quæ multo dulciora, & salubriora erant quàm manna. ¶ Angelicum panem. Verbũ Dei, filius Dei est, quo Angeli vescuntur & homines, illi in specie, & facie ad faciem, nos in Sacramento, & ænigmate quàm diu hic peregrinamur. ¶ Quotidie. Sic & Dominus, & ipse, & per Apostolos, atq; discipulos alios quotidie dabat eis manna cœlestis doctrinæ; & altaris sacramenta. ¶ Ah rude. Inuehitur contra illos, quibus manna fastidio erat, quot etiam Iudæorum filij odio habebant Apostolorum verba cœlestia, & corporis, & sanguinis Domini sacramentum abhorrebant. ¶ Iratus Deus. Insulsæ petitioni eorum, qui similam fastidiunt, & vilissima qu eq; sibi cibaria exposcebant dari: sic & filij Iudæorum pro corpore, & sanguine Domini quod est manna verum, & dulcissimum carnes vitulorum, hircorum, & veterum sacrificiorum magis exposcebant. ¶ Per allia & porros. Duriora & acriora illa ueteris legis præcepta intellige, vt circuncisionis, lapidationis, & pœnarum tantarum absq; misericordia & ulla remissione peccatorum, & hæc quantum attinet ad filios Iudæorum, simul nota Deum aliquando iratum concedere, quæ propicius negaret. sic & alibi per prophetam dicit. dabo illis regem in furore meo, scilicet malum, & durum; & auferam in indignatione mea, scilicet bonum & blandum, ac mitem. ¶ Austrum. Ose.c.13.

Ro.c.2.

Hisq; pluit manna; ex cœlesti nectare factus
Ambrosiæ & succo panis hic eius erat.
Angelicum panem (dictu mirabile) vilis
Manducauit homo, factus & inde satur.
Nec semel atq; iterum cibus hic demissus olympo
Quotidie fuit hæc cœlitus æsca data
Ah rude & insulsum sine gustu & pectore vulgus
Cui leuis iste cibus, nausea cuiq; fuit;
Vnde petiuerunt sibi carnes, allia, porros,
Non stomacho tantum, naribus atq; graues.
Audit iratus Deus hæc; & transtulit austrum
De cœlo lybicum fecit adesse citum.
Desuper hosq; pluit ceu puluim ex aere carnes,
Defluxit volucris quantaq; harena maris.

B

Qui pluuias adducit, & non coturnices, vnde & poeta. contraria tellus Nubibus assiduis pluuiaq; madescit ab austro. & alibi, madidis notus euolat aliis, qui idem est cum austro. ¶ Lybicum. Idest Africum ventum: nam in Africa regione calida, frequentes sunt huiusmodi volucres, quæ cum stationem mutare volunt vt nimium effugiant calorem quo ibi estatis tempore vexarentur, in turmas ingentes ad litus maris coaceruantur, & cum validus Aphrici venti flatus ingruerit eleuantur in astum, & portantur ad diuersas regiones magis temperatas, quod & tunc iussit fieri Deus & omnes ad Iudæorum castra apportari. ¶ Quantaq; harena maris. Hyperbole est ad indicandam multitudinem, & copiam. verè enim multæ fuerunt, quæ vsq; ad mensem exliccatæ suffecerunt sexcentis millibus virorum, qui arma induebant, absq; mulieribus, & paruis à xx. annis infra, & miserabili atq; inepto ad arma vulgo: ¶ Orthygometra. Mater est Coturnicum, & dux earum, quam regem querquerularum seu qualearum, vulgo dicunt; cæteris est aliquanto maior, & nigrior est. hic ponitur pro omni illa copia coturnicũ, quæ vento ferente destitutæ deciderunt in medium Castrorum, & circum circa: componitur, Ortygometra. ἀπὸ τοῦ ὄρτυξ γιτος καὶ μυτρος. Sic & miles pro toto exercitu, & hostis pro cunctis hostibus ponitur à poetis: sic & musca grauissima posita est pro infinitis muscis quibus terra Aegypti vexata est. ¶ Inhyans. Per hoc vocabulum ardentem expressit eorum gulæ æstum, qui ore aperto currebant ad illas capiẽdas, quasi adhuc viuentes voraturi essent. ¶ Incoctas. Idest nec planè coctas Lurcones quippe ex auiditate semi coctos appetunt cibos, sicut ille Scipio de quo Valer. Max. Abdomine nimis calido, & nimis a vide deuorato statim absumptus est. ¶ Ecce. Miseratio est impetrantis, quod satius fuisset nec petiisse. ¶ Exedit. Consumpsit. ¶ Lurcones gulosos. De quo Lucil. Edite Lurcones, comedones, viuite ventres. ¶ Edax. Consumptrix, & numquàm satura. iusta Lurconum pœna qui numquàm saturantur licet edant multa pari pœna filij Iudæorum à D. N. Iesu Christo affecti sunt. nam dum in pascate carnibus sacrificiorũ abundantius indulgerent, repente ab exercitu Romanorum improuiso circundati sunt & obsessi, demumq; cum vrbe & templo igne consumpti: vt refert Iosephus hystor. de bello Iudaico. ¶ His. Murmurationibus, de quibus supra. ¶ Multisq; aliis. Quarum etiam in superioribus exempla adduximus. lege Exodum. Num. & Leuit. & inuenies plurimas eius populi præuaricationes.

num.c.2.

Exodi.8.

Nec procul in medio castrorum flatibus acta,
Inq; tabernaclis Ortygometra cadit.
Hanc inhians populus certatim corripit omnis;
Incoctasq; dapes pectore & ore vorat.
Ecce quod expetiit, tenuit miserabile vulgus,
Iam desiderio perfruiturq; suo.
Cumq; forent saturis, & adhuc sub dentibus escæ
Hos super ascendit protinus ira Dei.
Ignis enim rapidus pingues exedit eorum,
Lurcones auidos flamma uorauit edax.
His populus multisq; aliis peccauerat anceps,
Peruagus, inconstans, instabiliq; fide.
Cumq; Deo toties experto incredulus esset,
Nec mirabilibus fideret eius homo.
Nil mirum, vanæ perierunt tempora vitæ;
Et si festini præteriere dies.
Cum Deus educto populum deperderet ense
Conuertebatur, tuncq; petebat opem.

C

Diluculo surgens tum demum territus, alta
Voce fatebatur se meminisse Dei.

D nes. ¶ Anceps. Dubius Moysen sequeretur, an non. ¶ Peruagus. Mente & corpore; nam ideo xl. annis coacti sunt vagari per desertum quia, & xl. diebus, quibus exploratores uagati sunt ad speculandam terram promissionis in hac dubietate manserunt, quòd si referrent facilem victu esse & captu pro sequerentur iter ceptum: sin autem nouo duce constituto reuerterentur in Aegyptum; quòd & expressa dixerunt in exploratorum reditu, fecissentq; nisi Iosue, & Caleph obstitissent. asserentes cum Dei adiutorio, gentes illas omnes licet, fortissimæ essent, & gygantes haberent, ipsos debellare posse. ¶ Inconstans. In cultura Dei sæpe enim redibant ad idola mente, & si non semper opera propter metum ne contingeret quòd in uituli aurei fabricatione, & adoratione xxiij. millia interfectis. ¶ Instabiliq; fide. Erant enim increduli Deo, & Moysi tametsi promissa eius in parte vidissent multoties completa. ¶ Vanæ uitæ. Nam pro nihilo exierunt de Aegypto cũ non intrauerint in promissionis terram, propter quàm egressi fuerant. ¶ Perierunt. Nã quotquot numerati sunt à xx. annis, & supra in prima numeratioue mortui sunt, & sepulti in deserto, excepto Caleph & Iosue, sic fecit Deus & D.N. I. Christus filijs eorum, nam quotquot erant in Hierusalem tempore passionis eius, & consentientes neci illius. xl. annis, & exterminio urbis subsecuto male perierunt; præter paucos, qui conuersi fuerant ad fidem, & qui captiui venundati sunt, & totum per orbem dispersi: vt etiam nunc sunt. ¶ Festiui dies. Sententia est; nihil enim annis velocius. est etiam miseratio ab intempestaiu morte; multi .n. eorum perierunt ante communem vitæ cursum expletum. ¶ Deperderet. Veluti cum tellus subito hyatu deglutiuit Dathan, & Abiron, & flamma deuorauit, alienũ ignem offerentes; cumque serpentes ignitos in murmurantes immisisset, & vituli adoratores per leuitas interfecisset, ac denique quoties in manus hostium tradi permittebat eos. ¶ Petebat eum. Dicebant Moysi roga pro nobis dominum, fideles erimus deinceps, nec amplius ab obedientia, & cultu eius recedemus. ¶ Territus. Formidine pœnæ; hæc erat extorta conuersio more seruorum, qui desistunt peccare tunc solum cum flagellum, baculum, aut ensem cernunt in manu minitantis dom. ¶ Adiutor. Contra persequentes hostes, veluti Amalechitas. ¶ Redemptor. De manu Aegyptiorum. ¶ Oretenus. Idest vocalis tantum; sicut etiam Esaias & ipse dominus Iesus testatur. populus hic

Quòd Deus adiutor reminiscebatur eorum,
Quòd Deus excelsus, quòdque redemptor erat.
Oretenus fuerat tamen hæc confessio tantum
Sunt ementiti (lingua dolosa) Deo:
Sed nec adhæserunt recto cum corde fideles,
A testamento mox abiere retro.
Ipse tamen pius est, & propiciabitur illis,
Nec iam disperdet, sed recreabit eos.
Insuper affluxit pietas, auertit & iram;
Inflammata fuit tota nec ira Dei.
Carne memor fragili quòd homo circundatus esset,
Spiritus & vadens, nec rediens ad eum.
Deserto quotiens vasto tentatus, & esse
Debuerat duris asper, acerbus eis.
Arenti in terra, sitienti, vndaque carente.
Murmure prè querulo concitus ecce Deus.
Tentauere Deum, versi voluere redire,
Rursus eos magna traxerat vnde manu.
Facta manus sancti fuit Israelis acerba
Quæ prius & mitis, totaque dulcis erat.

E labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me. ¶ Ementiti Deo. Quantum in se erat, poterãt ementiri: non autem fallere Deum, qui non solũ corda scrutatur & renes. i. cogitatus inuestigat, & delectationes; quin etiam nouit omnia priusquàm fiant. ¶ In testam. suo. I. in legitimis præceptis, & illis promissionibus, quas Deo fecerãt. ¶ Tamen. Figuratè; nec enim præcessit quàmquam: sed tu subaudi licet ex peccatis & duplicitate cordis meruissent deleri, tamen quia pius idest misericors est &c. ¶ Disperdet. Vsque ad internitionem, vt aliquando minatus est. ¶ Recreabit. Blandis allocutionibus, placidis promissionibus, & dulci necessariorum prouisione. ¶ Affluxit pietas. Idest superabundauit misericordia, & gratia vltra condignum. ¶ Ira. Idest pœna infra demeritum. ¶ Memor. Idest attendens. ¶ Fragili carne. Vt potè fatiscente ex terra, quæ facilè ex gelu, & æstu in puluerem resoluitur: ex imbre verò in lutum conuertitur. gelu torpor est desidiæ, æstus feruor concupiscentiæ, imber affluentum diuitiarum est torrens, & verè omnis ætas ab adolescentia in malũ prona est. simile quodddam habemus in Genes. nõ permanebit spiritus meus idest indignatio mea in homine quia caro est idest carnalis, & fragilis. hinc est q̃ hominis peccatum medicabile est, diaboli uerò non, qui nullam ex carnis fragilitate potest excusationem prætendere. ¶ Spiritus vadens. Idest anhelitus, qui expiratur, nec rediens ad eũ. s. hominem. ide. n. flatus, quem expiramus non redit in nostra pectora: sed alius eiusdem aeris, & speciei. Item spiritus vadens idest anima quotidie ad mortem properans, nec rediens ad eum. s. terminum unde progressa est. dilabitur quippe uita nostra, uelut unda fluens; nec unquam retrocedens. rursus spiritus. i. anima uadens supple ad mortem, nec rediens postquàm morte adueniente recessit ex homine, & hoc secundum naturam; nullus. n. datur per naturã regressus à priuatione ad habitum; resurrectio autem quam speramus suprà naturam est postremò: spiritus uadens per se. s. in peccatum: sed non rediens subaudi ex se ad innocentiam, & puritatem pristinam: sed multa indiget Dei gra

F

Num. 4. tia: ut à peccati strato in quo languens iacet sanus resurgat, & ambulet. ¶ Quoties. Ex multis criminum iterationibus aggrauatur ingratitudo. decies (ait dominus) iam tentauerunt me, & in biennio tantum quoties credamus illos dominum tentasse, alijs xxxviij. annis quibus fuerunt in deserto? innumerabiliter. nec. n. omnia scripsit Moses, quæ illo tam longo contigerunt tempore. ¶ Deserto uasto. In solitudine immensa, & horribili. exaggeratio à loco ubi maximè timendus erat dominus, quia ibi nulla hominis uirtus, aut facultas opis ullius minimè suppetebat. ¶ Duris. Corde ad credendum Deo, & Moysi erat certè populus ille duræ ceruicis & pertinax in malum. ¶ Asper uerbis. Acerbus & factis in puniendo frequentes eorum rebelliones. ¶ Arenti in terra. Auxesis est ut supra. ¶ Murmure. Contra dominum, Moysen, & Aaron, ut supra sępe dictum est. ¶ Concitus. Ad iracundiam prouocatur, loquitur autem de Deo, more humano, qui quando punit, aut minatur delinquentibus, videtur commotus ad iram reuera tamen nunquam Deus irascitur, qui summa cum tranquillitate iudicat, & plectit delinquentes; passiones. n. humanæ in Deum non cadunt. ¶ Redire. Supple in Aegiptum; dixerunt enim versi in seditionem; constituamus no

bis

bis decem & reuertamur in Aegiptum.¶Magna manu. Idest potestate, signis, & portentis, de quibus in Exodo & infra.¶Sancti. Israelis, substantiuè vtrumque intellige. i. Dei, qui dicitur sanctus Israel per specialem cultum dilectionemque, & curam. ¶ Acerba. In pœna peccantium. ¶ Mitis. Compatiendo afflictis, & dulcis releuando eos à pressuris, & miserijs, duraque, ac ferrea seruitute Aegypti, hec eadem contigere iudæis simulatè credentibus in Christum, illisque qui illum crucifixerunt; ipse enim fuit mitis compatiendo eorum infirmitatibus erant quippe (sicut est in Euangelio) tamquàm oues non habentes pastorem. Oppressique à diaboli seruitute grauissima; vnde redemit eos præcioso sanguine suo, murmurauerunt, tentauerunt redire ad legis seruitutem, quòd est à Christo apostatare, & seruituti dæmonis se subijcere. iuxta illud Euangelij. cum spiritus immūdus exierit ab homine &c. vsque in finem. sic erit generationi huic pessimæ. acerba deinde facta est eis manus domini, quando in manus Romanorum, à quibus sunt penitus excisi deduxit eos. eadem nostris temporibus malis Christianis sæpe contingūt, quæ vnusquisque in se recognoscere potest.¶Decuit. Si grati voluissent esse de beneficijs acceptis. ¶ Quanta potestas. Hic more poetico redit propheta ad narrationem mirabilium, quæ facta sunt ante exitum de Aegipto, & in exitu iuxta illud artis preceptū Iam nunc dicat, iam nunc debentia dici, Pleraq; differat, & presens in tempus omittat: qui diuinę mos est etiam scripturæ, vt per anticipationem, & regressionem facta prius post, & quę post facta sunt prius enarrentur. ¶De tribulante manu. Aegiptiorum scilicet.¶ Tanneos. Nomen est regionis, & vrbis Aegiptiacæ, quæ tūc regia erat; ideoque propter Pharaonem in ea cōmorantem, & Israeliticum affligentem populum ibi prope in terra Iesse commoran em factæ fuerunt signa, & prodigia de quibus infra. ¶ Arua prælata. Idest dilatata.¶ Prodigia. Dicuntur illæ plagæ super Aegiptios emissæ, quæ & si illos puniebant ab insolentijs eorum aliud tamen significabant: sed in longum tempus. hoc est redemptionem generis humani de manu diaboli, & carcere inferni per plagas aduersus ipsū regem tenebrarum, & membra eius, regnumque illatas.¶Signa decem. Eędem plagæ fuēt signa, sunt & prodigia, percussis erant plagæ, morituris in mari rubro signa, futuris in longum post temporibus prodigia contra lucifer-um, & regnum eius vt modo dictum est.¶ Tetrum cruorem. Hic incipit enumerare signa, quæ dominus in manu Moysi, & Aaron in Pharaonem, & Aegiptios operatus est, pro redemptione populi sui, & habentur. Exodi. ca. vij. vsque ad xij. non tamen eodem ordine, qui à scribentibus poetis, ex lege metri seruari non debet; sicut in arte præcipit horat. Iā nunc dicat iā nūc debentia dici, Pleraq; differat, & præsens in tēpus omittat. breui itaq; referamus harum hystoriam plagarum cum Moyses ex mandato domini peti isset à rege Aegipti vt dimitteret populum, illeq; postulasset signa, virgam protinus proiecit, quæ versa est in colubrum: sed cum malefici Iannes & Mambres à Pharaone acciti idem de suis virgis fecissent, non est mutatum cor regis, quamuis virga Moysi deuorauerit eorū virgas, quare sequenti die, cum esset egressus Pharao ad aquas Nili fluminis, Moyses iterum accessit ad eum, dimissionem postulans, nec audiretur; percussit aquas virga, quæ protinus versæ sunt in sanguinem, piscesque mortui sūt, vnde non poterāt Aegiptij aquam bibere: at quia malefici ex aqua aliunde allata itidem fecerunt grauatū est cor eius, nec voluit dimittere populum: quamobrem facta fuere alia signa, quæ seruato ordine vatis, non hystoriæ narrabantur.¶Stagna. Quæ Nilo ad alueum redeunte remanserat.¶ Lacus. Per quos flumen transibat, quærens exitum, ut de lacu maiori per quem labitur Ticinus noster, & de Benaco per quem Mintius Virgilianus. ¶ Fontes. Vnde scaturiunt aquæ primo.¶Imber. Etiam de cœlo, qui ceciderat & in cisternas collectus fuerat. ¶ Cynomia. Musca canina, quæ ideo exprimitur quia cæteris muscis grauius, & acutius pungit; nam omne genus muscarum dixit dominus per Moysen ad Pharaonem, immittā in te, & in omnes seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas, quæ muscis implebunt diuersi generis, si non dimiseris populum meum, faciamque mirabilia illa die: vt in terra Iessen, in qua habitat populus meus, ne vna quidē inueniatur; & sic fecit, plaga quarta. ¶ Ranaque. Secunda fuit hæc, nam cum ex plaga conuersionis aquarum in sanguinem non fuisset motus Pharao, extendit Aaron de mandato domini manum super fluuios Aegipti riuos, & paludes, vnde protinus egressa est tanta ranarum copia, vt totam terram operirent, ingressæque sunt in domos Aegiptiorum, ac palatium regis, ascenderuntque super strata, in furno, sin reliquias ciborum, & in uasa ministeriorum mensæ. adeo vt maximo essent fastidio, atque abhominationi tam regi quam ministris; quamobrem coactus est rex precari Moysen, vt auferret ranas sub promissione dimissionis populi, quàmquàm data requie ex morte ranarum fregerit fidem. ¶ Aerugo. Pro aurugine siue uredine, quam nebulationem rustici dicunt. est. n. quædam rubigo segetum ex uento urente, & nebularum obūbratione causata, qua tenere consumuntur spicæ inter florendum. ¶ Acridos. Idest locustæ, uocabulo usus est græco. propter metrum; est autem locusta illud, alatum reptile, quod rustici equulam propter saltus crebros appellant; sic dicta à locis, quos mordet urendis. tactu etiam tenera dicitur urere genimina herbarum omnium, segetum quoque, & olerum: sed & uitium germina, atque arborum multarum. significat etiam locusta ut aliqui uolunt ipsas germinantium quorū cunque summitates teneras, rapunculos, & genicula, quibus dicunt in cibo usum fuisse beatum Ioannem Baptistam non illis uermibus uenenosis. Item significat quosdam pisces ex genere crustaceorum cornua longa ante oculos habentes. dicitur itaque in Exodo, quòd eleuatis à Moyse manibus in cœlum, induxit dominus uentum urētem qui eleuauit locustas, & infudit super uniuersam terram Aegipti innumerabiles & quales ante illud tempus non fuerunt, nec post futuræ erant, uastarumque omnia, quæ à grandine prius missa super fuerant uirentia.¶Contriuit. Penitus confregit. ¶ Calamos. Non tritici, nec farris, quia serotina erant: sed hordei, & lini quòd illud esset iam uirens, hoc uerò iam folliculos germinasset.¶ Vinetaque. Idest uineas, quarum pampini iam extra palmites pullulauerant.¶Grando. Plaga. 7. hæc fuit in ordine, & ante superiorem locustarum, nam induratio magis atq; magis

Quanta Dei fuerat, decuit meminisse potestas
De tribulante manu, quando redemit eos.
Vt super Aegyptum, prælataque Thanneos arua
Prodigia irruerint, duraque signa decem.
Flumina ne biberent in tetrum versa cruorem
Stagna, lacus, fontes, sanguis & imber erat.

Dilacerauit eos effusa cynomia ab alto,
Perdidit iniustos, ranaque multa nimis.
Illorum teneros fructus ærugo vorauit,
Acridos à morsu perditus estque labor.
Horrida contriuit calamos, vinetaque grando
Excussis moros cana pruina gelu.

A

B

Exodi. 8.

C

D magus corde Pharaonis,populumque adhuc retinentis dedit dominus tonitrua ,fulgura discurrentia,grandinem que multam nimis,tantæque magnitudinis quantæ nunquàm ante apparuerat in terra illa,ignisque & grādo pariter mixta ferebantur,& cuncta quæ fuerant in agro ab homine usque ad iumenta percussa sunt à grandine : adeo ut etiam ligna confringerentur,non modo herbæ consumptæ fuerunt;in terram autem Iessen, ubi erant Hebræi grando non cecidit.¶ Motos.Quorum folijs pascebantur bombyces,uermiculi,serici confectores , de quibus uide bombyten noui poetæ,& illustris quidem Vidæ Cremon.Albæ Episcopi,qui & Christiaden edidit,in quā cōmmintarios elucubrauemus.¶ Pruina.Quæ forsitan grandinis frigus relictum secura arborū teneras ;frondes exussit,licet de hac in Exodo non habeatur mentio;neque omnia semper scribuntur in eodem libro :sed liber librum supplet,& declarat.¶ Gelu.Idest rigido,& urente frigore, ablatiui casus est.¶ Percelli.Idest peuti,hinc fit procella . idest valida,ac impetuosa tempestas , quòd omnia percellat.¶ Igni. Quo mixta ferebatur grando, vt dictum est. videntur quidem hæc contraria,vt ignis misceretur gelidæ grādini : sed Deo nihil impossibile est,prætereà hodieque videm⁹ ignem,qui ex nubium collisione creatur,in maximis tempestatibus de cœlo cadere; nec imper⁹ ille tam vehemens quo excutitur & defertur ab imbre simul cadente reprimi potest , nec extingui. ¶ Prædia rustica . Scilicet quæ ædificiis carent licet interdum & tegulas vrbanorum prædiorum magnitudo grandinis infringat.¶ Satis quæ . Scilicet iam adeò excreuerant,vt percussa,& confracta amplius repullulare non poterant, vt linum & hordeum.¶ Indignatus.s. De contemptu pertinacissimi Pharaonis.¶ Mala tanta. Plagarum harum.¶ Experti.Nam uexatio intellectum dare solet.¶ Ira Dei. Idest pœna in malos emissa;nec enim irascitur Deus aut indignatur :sed uidetur nobis quando ab eo flagellamur,quòd sit iratus,quia ad modum iudicis terreni irati in malorum percussione facta eius pensamus.¶ Alitibus fu.her.Idest Angelis malis,qui plerunque sunt executores diuinæ iustitiæ.plerunque diximus, quia etiam per bonos Angelos quandoque peccatores castigat,vt in subuersione Sodomæ & in deletione exercitus Sennacherib,quæ per bonos Angelos facta fuisse legimus.¶ Herebi. Idest inferni profundum inferni dicitur herebus & quidam fluuij infernales de quibus in vi. Virg.Et magnos Herebi tranauimus amnes.¶ Pharaona . Casus accusatiuus græcus.¶ Hi. Scilicet Angeli percussores.

Grandine percelli iumentaque tradidit:igni
  Prædia cumque satis corripienda dedit.
Indignatus enim misit mala tanta, vel vt sic
  Experti scirent quàm grauis ira Dei .
Alitibus fuscis Herebi manilauerat istas
  Inferni plagas;in Pharaona grauem.

E

Hi fecere viam,qua semita tenderet iræ
  Sternentes animas,nec minus ense necis.
Tabida corrupto consumpsit & aere pestis
  Armenta,atque greges,& pecus omne lue .
Cumque nec his populi ceruix aut regis æni
  Obdurata malis obsequeretur ei .
Tunc primogenitos omnes dedit ense necandos,
  Omnis & in lachrymas corruit icta domus .
Viuentum cunctas & inexorabilis vltor,
  Cum primogenitis primitiasque tulit.
Abstulit Aegipto populum sic flente peremptos ,
  Vt solet abductas ducere pastor oues.
Cum per desertum procul acta fauce luporum
  Collectum,tutè ducit,alitque gregem.
Et deduxit eos in spe,timuere nec hostem ,
  Quem mare suscepit;sorbuit atq; reum.

¶ Fecere uiam. Tentationibus suis rebellionem aduersus præcepta Dei suggerendo,ut haberent occasionem sæuiendi in illos factos peccatores. ¶Qua . Scilicet via,sic per peccatorum multiplicationem & grauiratum dilatata.¶ Semita. Idest arcta punitio,misericordia semper concomitante iustitia, arcenteque illius impetus tametsi iustum rigorem dulcore bonitaris suæ;nec.n. tam acerbè punit Deus delinquentes quantum merentur:sed semper paulo minus ¶ Animas.Quas odio habent. ¶ Ense necis . Mortalis peccati per desperationem & obdurationem cordis , quos fructus ex aduersorum inflictiōe semper exquirunt dæmones.¶ Tabida pestis.Quæ rabidos reddit eos,quos inficit, aliosque ex contactu corrūpit;est enim contagiosa.fuit hæc.v.plaga qua peste ualde graui percussit dominus equos,asinos, & camellos,oues, & boues , & mortua sunt omnia animalia Aegyptiorū . ¶ Corrupto aere. Hic ē ordo pestis,ut primo exsiccitate magna ītereant herbæ, quibus deficiētibus necesse est,ut animalia quoque passim pereant ; ex cadauerum fœtore subinde aer corrumpitur,proximè aqua,deinde homines lue inficiuntur:uerum hic non fuit tractus tanti temporis,ut hæc omnia successiuè contingerent : sed eadem die immissa est pestis , & mortua sunt animalia , sicut & in una die per Angelum missum interfecta sunt septuaginta millia hominum de populo Israel post illam numerationem iussam fieri à rege Dauid ex tumore cordis . ¶ Lue. Pestē,seu morbo cito occidente . ¶ His plagis . Supra relatis .¶ Aæni.Solutio est facta diphtongi,pro Aenei.i.durissimi;quare in sacra pagina sæpe dicitur induratum fuisse cor Pharaonis indeque tractum est prouerbium,vt de pertinaci dicimus,cor Pharaonis habet.¶ Obdurata malis . Idest propter mala frequenter in eos immissa;peccator.n.cum in profundum malorum venerit,cōtemnit,vtque est in altero prouerbio vulgari.percute bonū,& fiet melior,percute malum & peior euadet. ¶ Obsequeretur.Obtemperaret.¶ Ei.Deo.¶ Tunc primogenitos.Qui cariores cæteris habentur in multis regionibus,eo quòd ad illos solos vniuersa pertineat hæreditas,vel duplicata portio:sed & regnorum omnium , statuumque , & ditionum vbique locorum ad eos pertineat successio,plaga.x.fuit hæc,nam in media nocte præparato ad recessum populo Dei , percussit Angelus domini omnem primogenitum in terra Aegypti , à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat,usque ad primogenitum captiuæ,quæ erat in carcere;cumque nulla esset domus in qua nō iaceret mortuus,surgens Pharao,& cuncti Aegiptij dimiserunt hebræos , quin & exire coegerunt dicebant .n. moriemur omnes.¶ Viuentum . Etiam iumentorum qui domi existentes pestem illam euaserant in agros passim immissam.¶ Inexorabilis vltor.Quem nullis precibus quisque exorare poterat,vt ei pateceret.primitias frugum omnium & laborum,ut dicitur in litera versiculi huius.¶ Tulit. Pro abstulit. Aphæresis est. ¶ Aegipto flente. Metonomia continens pro contento.i.flentibus Aegiptijs.¶ Peremptos.Ordo est dominus abstulit populum suum sicut solet pastor educere oues abductas, supple à latronibus, Aegypto sic flente peremptos suos. ¶ Ducere. Producere de

F

G

Exod.11

Exod.12

caulis abigeorum, quos ministri iustitiæ prius fugauerunt: vel aliter, vt in sequentibus exponitur. ¶ Procul acta. Canum latratu, magnaq; manu familiæ pastoris adueniente, vel cæterorum agrestium qui ad vnius clamorem solent conuenire, & mutuo sese adiuuare. ¶ Collectum. Qui prius erat sparsus facto impetu luporum in gregem. ¶ Ducit. Ad pascua. ¶ Alitq;. Sic Dominus eduxit Israelem in terram lacte, & melle manantem, ibiq; diutissimè illum enutriuit. ¶ Spe. Perueniendi ad terram promissam. ¶ Timuere nec hostem. Pharaonem cum grandi exercitu abeuntem populum insequentem, hoc autem verum est respectu bonorum, procerum, atq; nobilium populi, vulgares quippe viso insequenti exercitu timuerunt valde exclamantes aduersum Moysen, & Aaron dicebant, forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine? & alia multa murmurantes in eos blaterabant. donec consolatus est eos Moyses promittens eis auxilium diuinum mox affuturum. state (aiebat) & videbitis magnalia, quæ hodie facturus est Deus; Aegyptios enim quos videtis nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. ¶ Mare suscepit. Primo ambulantem per siccum post Israelem, sed deinde. ¶ Sorbuit. Circa uigiliam matutinam redeuntibus ad locum proprium aquis, quæ prius steterant a dextra, & leua, pro muro. ¶ Reum. Vt undis mergerentur, sicut aquis immerserant paruulos infantes hebræorum. ¶ Abruptos calles. Pecudibus solum, & capellis olim in deserto pascentibus peruios; callis enim proprie est ea semita arcta, quæ pecudum callo perdurata pedum. ¶ Tramite longo. Transuerso, & longo circuitu: nam per Cananæorum terram, & Phylistinos si ducti fuissent, mensis iter ad

Inde per abruptos calles, & tramite longo
  In loca perduxit sanctificata sibi;
Introduxit eos in montem nominis almi,
  Quem sua bellipotens dextera adepta fuit.
Terribiles bello gentes eiecit, eorum
  A facie, reges ante necauit eos;
Sorte quibus terram Dominus diuisit habendam
  Tunc velut populo distribuitq; suo.
Munitas vrbes habitarunt hoste fugato,
  Externas sedes incoluere tribus.
Quæ non plantarunt vineta rebellibus illis,
  Quæ non seuerunt pinguia culta dedit.

summum consumpsissent xl. annis longo circuitu Arabiæ deserta ad terram promissionis perducti sunt. quod ideo fecit Dominus, ne mox egressi ex Aegypto si vidissent bella insurgere, nimis adhuc infirmi, & pristinam seruitutem redolentes retrocederent, quòd tamen etiam audita exploratorum relatione tentarunt. Item ut ex itineris diuturno labore ad bellicos sudores paulatim durarent, assuefierentq; simul & ad audiendas, perficiendasq; legis Dei mandata sic melius erudirentur. ¶ Sanctificati sibi. Olim per oblationem Isaac, qui in monte Moria imolandus Deo à patre fuerit oblatus licet id Deus fieri noluit: sed arietem pro Isaac immolauit Abraam; & deinceps multis sacrificijs Deo locus ille sanctificatus est; maxime tempore Dauid, cui apparuit Angelus ibi in area orna Iebusei, & de mandato Domini sacrificauit, templum illum magnificum in eodo loco condi iussit. ¶ In montem. Vel generaliter terram Iudeæ intellige, quæ pro maiori parte montana est, vel specialiter montem moriam, de quo nunc diximus super quo est Hierusalem, & templum conditum. ¶ Nominis almi. Idest sancti. quia nomen Domini tota die inuocabatur ibi, ex quo templum ædificarunt. ¶ Adepta fuit. Hæc enim in gladio suo aut propria virtute hebræi acquisierunt terram illam, sed pugnante pro eis Domino, vt patet ex libro Iosue, & præcedentium fine. ¶ Terr. gen. Chananeos, Amorreos, Eueos, Iebuseos, & cæteros terræ illius habitatores, inter quos fuere etiam Gigantes. ¶ Reges. Vnum supra xxx. vltra Iordanem absq; illis quos deleuit Moyses citra Iordanem. ¶ Sorte. Ne quis quereretur de bonitate & malitia portionis terræ sibi assignatæ. ¶ Diuisit. De hac diuisione habetur in libro Iosue quasi per totum. ¶ Velut fune. Non quòd funiculo extenso diuiderentur agri singuli quot iugera quisq; caperet: Sed adeo æquis portionibus uult illam terram fuisse per sortem distributam, ac si funibus æqualiter extensis dispartita fuisset; nec enim legimus, uel minimam tribus vnius querimoniam: sed neq; familiæ ullius: nam sortes quæ in casibus permissis uel iussis à Deo fiunt, ab hominibus quidem in sinum, uel aliud uasculum collocant, à Deo tamen dirriguntur, ut per sapientem dictum est. ¶ Munitas urbes. Gentilibus eiectis, aut omnino ore gladij deletis. ¶ Externas se. In quarum ædificatione non laborarunt. ¶ Incoluere. Habitauere facti earum Domini ex diuina concessione, & iure belli. ¶ Tribus. Hebræorum xij. à xij. filiis Iacob descendentibus uidelicet Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Zabulon, & Beniamin, Dan, & Neptalin, Gad, & Asar; istorum cognationibus, & familiis diuisit Iosue terram promissionis. ¶ Vineta. Idest uineas. nota puer regulam, loca arboribus consita ut plurimum terminantur in etum, ut Oliuetum, Pometum, Ficetum, Salicetum, sic & uinetum; in arium, uerò loca, ubi res aliquæ seruantur, ut uestiarium, armarium, pomarium, sic & uinarium. ¶ Rebellibus. Qui à Dei, & Domini sui cultu ad idola sæpe defecerunt. ¶ Seuerunt. A semine fit seminauerunt, à sero seuerunt: eadem tamen est significatio. ¶ Pinguia culta. Agros multum fertiles, & bene cultos. ¶ Non semel. Sed multoties; ut in superioribus sæpe dictum est. ¶ Ingrati. Prædictis tam grandibus beneficijs. ¶ Tentarunt. Ex diffidentia. ¶ Acriter. Idest acrem iram, & acerbam. ¶ Ciere. Irritauere, & prouocauere à cieo cies ij. coniug. pro cieuere; est enim syncopa. ¶ Fœdera pacta. Promissionem quam Deo fecerunt, dicentes. omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes. hæc autem pacta sæpe renouarunt, cum à belli aut seruitutis calamitatibus opprimerentur; sed demum liberati ad uomitum redierunt. ¶ Patribus & sim. Iuxta illud. sæpe solet similis filius esse patri, & quid faciet filius? nisi quod uiderit patrem facientem? propterea caueant patres, ne in conspectu filiorum scelus admittant uel quid turpe; alioquin non solum proprij sceleris dabunt pœnas: sed & filiorū sese in malis imitantium. ¶ Auersi. De bono in malum, quales apostatæ, qui nostris temporibus à religione recedunt. ¶ Calce. Equorum more, qui in sessorem proiectum calce insurgit. ¶ Legem. Diuinam. ¶ Posthabuere. Postergauere per contemptum primo, deinde per obliuionem. ¶ Ceruices duræ. Idest pertinaces, & obstinatæ mentes. à bobus cornupetis, & iugum recusantibus facta translatio. ¶ Prauum arcum. Qui cum fuerit

Non semel ingrati tentarunt: acriter iram
  Excelsi factis sæpe ciere malis.
Fœdera pacta prius fregere; nec eius honesta
  Custodiuerunt sanctaq; iussa diu.

Margin: A — Exod.14 — B — Iosue.13 — Maxime à 13.cap. vsque ad 18. — Prou.16. — Exodi.1. Iosue q̄si per totū. — Exod. 24 — C

Patribus, & ſimiles auerſi calce retrorſum
Legem abiecerunt: poſthabuere Deum.
Ceruices duræ prauum curuantur in arcum;
Non reflectuntur, ſpicula miſſa volant.
Collibus inq; ſuis domini mouere furorem,
In quibus ignotos excoluere Deos,
Inuidiam fecere Deo ſculptilibus aureis;
Numquid Zelotes æmulus vltor erit.

D exoneratus emiſſo telo non diſtenditur, vel remittitur tametſi corda leuetur. ſed remanet curuus, ut prius. ¶ Non reflectuntur. Filij Iſrael prauo arcui perſimiles, de mala via in bonam. ¶ Spicula miſ. vol. Scilicet in vacuũ non ad certum ictum, ideſt ad metam amoris, & cultus diuini, ad quam verba noſtra, & opera veluti quædam ſagitæ dirigi deberent, in uacuum ergo acta volant, quando fiunt ad alium finẽ. ¶ Collibus ſuis. In quibus non ſolũ Deo imolabant (quòd erat illicitũ poſtquàm archa fuit collocata). ſed ꝙ peius erat dæmoniis ſacrificabant. ideo ſubditur. ¶ Ignotos Deos. Scilicet gentium vicinarum; quorum virtutem vt potè quæ nulla eſt, non probauerant, ſicut Domini Dei ſui, & in mirabili exitu de Aegypto, & deinceps in ſignis, & prodigiis multis. ¶ Excoluere. Magis ex corde, quàm ipſum verum Deum, quem leuiter ferè ſemper coluerant. ¶ Inuidiam fecere Deo. Quantum in ipſis erat; nec enim inuidet Deus: ſed potius punit cum videt debitum ſibi cultum idolis adhiberi. eſt autem quidam mos humanus, ut cum quis rem aliquo modo vni debitam; vel promiſſam alteri tradens dicat. vide, vide quod tibi debebatur alter habet iuxta illud Ouidii. Vota ego perſoluam? uotis Medæa fruetur? Cor doles, atq; ira mixtus abundat amor. ſic poterat dicere Deus. ego eduxi hunc populum ex Aegyptiaca ſeruitute, paui manna in deſerto, & introduxi in terram, lacte & melle fluentem; & modo ſpernentes me, ſeruiunt idolis; luent meritas pœnas. ¶ Aureis: Synereſis eſt. ¶ Zelotes. Dicitur Dominus propter coniugium ſpirituale, quod habebat olim cum Synagoga Iudæorum, & modo cum Eccleſia fidelium; dolet autem, & ulciſcitur adulterium ex cultu idolorum inſurgens. ¶ Aemulus ultor erit. Verba ſunt populi laſciuientis, & Domino inſultantis, quaſi corriuali admiſſo dicat amaſia. numquid prior amator zelotes erit huius facti ultor? q. d. non erit aut quia id non reſcierit, uel non poterit ulciſci propter maiorem huius ſecundi amatoris potentiam. ¶ Audiit ecce

E Deus. Quod populus ille ſtultus non putarat. ¶ Zelotes. Iuxta illud. ego Dominus Deus zelotes, & alibi. gloriam meam alteri non dabo. ¶ Spreuit illos: Sicut & ipſi ſpreuerant cultum eius. ¶ Conſternens. Per hoſtium

Audiit ecce Deus Zelotes; ſpreuit & illos;
Ac prope conſternans annihilauit eos.
Atq; tabernaclum, quod Sylo fixerat vrbe
Reppulit indignans, Efraimamq; tribum.
Ecce tabernaclum coluit, quod pluribus annis
Inter eos habitans reppulit ipſe ſuum.
Hoſtiliq; manu captiua eſt tradita virtus
Indigni populi ferre coacta iugum.
Arcaq; (quod grauius viſu) ſpecioſa ſceleſtum
Incirconciſa contaminata manu.

Exo. 20. & 34. Phyliſteorum manus. nam xxx. millia una die

1. Reg. 4. cæſa ſunt, & arca capta eſt occiſis Sacerdotibus Ophni, & Phinees filiis Heli. prope autem ideirco dixit quia numquàm Dominus populũ ſuũ penitus deleuit: ſed ſemper reliquias ſibi reſeruat ut pullulent iterum, & miſericordiæ ſuæ teſtes ſint ſuper terram. ¶ Sylo urbe. Quæ capta arca ab hoſtibus eſt direpta. ¶ Efraimamq; tribum. Quæ bello deuicta pene exciſa eſt, & conſumpta irruentibus Paleſtinis uictoribus in urbes, atq; agros eorum. ¶ Tabernaclum. In quo poſuerant arcam fœderis Domini, quam fecerat Moyſes, & ubi Dominus ſæpiſſime dederat reſponſa, eſt autem per anadiploſim capta miſeratio. ¶ Reppulit. Non fidant ergo homines in uerbis mendacij dicentes, Templum Domini,

9. Mat. 5. templum Domini Hieruſalem, Hieruſalem terra ſancta. Roma, Roma urbs Petri; & Pauli; loca propter homines elegit Deus, non homines propter loca. uultis urbes ſanctas diutiſſimè manere, nec hoſtilibus incurſibus uaſtari? eſte uos habitatores ſancti, & hoc pacto ſicut pupilla oculorum Domini protegemini ſub umbra alarum ſuarum. ¶ Hoſtili manu. Phyliſteorum, quibus ſeruierunt deinceps uſq; ad Dauid regem. ¶ Virtus indigni pop. Ideſt fortes, & nobiles duces, in quibus totius populi conſiſtit uirtus, adeout eis ſtantibus ex aduerſo populus

1. reg. 13 etiam conſiſtat, eis autem cæſis uel expugnatis in fugam uertitur & populus. ¶ Iugum. Seruitutis adeo duræ, ut in tota terra Iſrael non inueniretur faber ferrarius, ne gladios poſſent ſibi facere, uel lanceas, defectionis cauſa. ¶ Archaq;. Scilicet fœderis, quam in caſtra uexerant exiſtimantes, Dei præſentia ſeſe defenſum iri, ut ſolitum fuerat: ſed fallebantur, quia iamdudum auerſatus eos fuerat ob malos mores, & idolatriam. rogo te lectorem, ut hinc documentum capias, parum prodeſt ad reliquias ſanctorum confugere, uel etiam ad ipſum

F corpus Domini in tempore iræ, & uindictæ. ſi non conuerſus fueris in die admonitionis. ¶ Grauius uiſu. Propter honorem Domini, qui uidebatur minui ex captione archæ, quaſi impotens fuerit archam ſuam, & populum defendere quod blaſphemantes idolatræ improperabant Iudæis, uictoriam idolis ſuis tribuentes; ſed archa, recedente inde numine Domini, quid eſt niſi archa lignea? quamuis ex tali captura etiam immeritis Iudæis honor Domini excreuerit, immiſſis in Phyliſtinos plagis, & fractis idolorum ſimulachris, donec eam remiſſerunt, nec

Cap. 6. uacuam muneribus uide lib. 1. Reg. ¶ Sceleſtum. Vt potè idolatrarum omni ſcelere ſeſe inquinantium. ¶ Incirc. manu. Pro incircunciſorum, & eſt endiadis, uel ẽt manu Incircunciſa à cædibus ſanctorum, & rapinis; nam & cor & ſenſus ac membra oĩa ſpiritualiter ſunt circuncidenda. ¶ Contaminata. Quantum ad apparentiam; uerè. n. quæ ſancta ſunt, contaminari nõ poſſunt. ¶ Quiq;. Sic

Quique ſuus fuerat, crudus demeſſuit enſis
Heu populum, fortem ſpreuit & ipſe ſuam.
Horrendum iuuenem cum virgine flamma vorauit,
Illamentatos abſtulis ignis edax.
Inque ſacerdotes gladius ruit impius; ipſæ
Nec viduæ cæſos ingemuere viros.

ordina literã, heu crudus enſis demeſſuit populũ qui ſuus fuerat. ſ. olim dũ mãdata eius ſeruarẽt. ¶ Sortem. Ideſt hæreditatem ſuam. nam dixerat

Zach. 2. per os Moyſi, & deinde per ora multorum prophetarum; qui vos tangit, me tangit pupilla oculorum meorum, & hæreditas mea Iſrael: ſed quos ex miſericordia elegerat, factos impios ex iuſtitia reprobauit. ¶ Horrendum. Supple dictũ.

¶ Iuuenem

A

Cumque videretur dominus dormire grauatus
Bellipotens nimio ceu solet esse mero.
Excitus est tandem nimis heu mucrone furente,
Hostis & insana, sacrilegaque manu.

¶Iuuenem cum Virgine: De quorũ prole spes erat maxima. ¶Flamma. Per Phylistæos accensa io urbibus vi captis, vel à metuente populo derelictis. ¶Illamentatos. Hoc est exequiarum honore destitutos, quæ tũc temporis reputabatur grauis iactura licet vulgo dicatur modo. Facilis iactura sepulchri; nam reuera funebris illa pompa magis ad viuorum pertinet consolationem, quàm ad vllam mortuorum releuationem; quam rem diuus Hieronymus in vita Pauli primi heremitæ tangit. non negamus tamẽ, quin orationib' ieiuniis, elemosinisque carorum, necnon & altaris sacrificio piè dormentibus aliqua pœnarum fiat mitigatio; bona.n.& sancta est cogitatio pro defunctis exorare: vt à peccatis soluantur. ¶Ignis edax. Perpetuum eius hoc est epitheton. quare existimabant antiqui animal esse insatiabile ignem; itaq; deficiente alimento necesse & ipsum deficere. hæc flamma & ignis potest etiam intelligi de ira Dei, quæ accensa ob populi peccata non quieuit, donec peccatores gladio inimicorum consumpsit. ¶Inque sacerdotes. Ophny, & Phynees filios Heli, qui cum archa ierant ad castra: verum hi quoque grauiter Deum læserant, retrahendo populum à solitis sacrificiis, & dormiendo cum virginibus, quæ apud atrium domini seruabantur, hinc sumant cautellam sacerdotes nostri temporis, ne peccent, alioquin & ipsi pariter cum peccatoribus peribunt. sacerdotalis enim dignitas non alleuiat peccatum: sed aggrauat: tot quippe (vt sacri aiunt canones) mortibus digni sunt quot pernicioso exemplo peccandi occasionem præbuerunt. ¶Gladius impius. Idest impiorum, qui sacerdotes Christos domini minimè reuerebantur iuxta illud. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. ¶Ingemuere. Nec enim tempus id patiebatur, quando irruentibus hostibus oportebat sibi ac paruulis consuli natis. habebant prætera quod grauius dolerentur, amissionem. v3. archæ; ex qua videbantur penitus à Deo destituti vnde & Hely sacerdos magnus audita filiorum nece patienter tulit. captam verò archam vt audiuit præ nimio dolore mox de sella in qua senex sedebat retrorsum cecidit, fractaque ceruice continuo expirauit. ¶ Videretur. His, qui malè de Deo sentiunt. ¶ Dormire. Eo quia nec populo suo, nec ipsi archæ qua colebatur aliquo suffragabatur modo. ¶Bellipotens. Quiuis fortis præliator. ¶Excitus. Excitatus.i.ad misericordiam populi & ad vltionem hostium commotus, fortè precibus sanctorum, qui tunc erant. Item & propter honorem suum conseruandum, ne diceretur in gentibus imbecillem esse, qui & populum, & archam illam sanctam suam capi permiserat. ¶Mucrone furente. Idest hostibus nimis crudescẽtibus etiam in cædem innoxiorũ. ¶Insana. Quæ putabat impune futuram illam populi stragem. ¶Sacrilegaque manu. Quæ irreuerenter archam domini pręhendidit, & tractauit de sua iactans fortitudine, quòd non solum hebræorum vicisset populum. sed & Deum ipsum captiuasset. ¶Vlcere deformi. Ebullire

Mach.

1. Regũ.

B

Vlcere deformi percussit, & inde prophanos
Factæ Emorroides posteriora nates.
Muribus innumeris loca pinguia rosit eorum,
Informi fortes perdidit atque nece.
Hæcque Palęstinis opprobria dira fuere
Sempiterna viris, munere teste dato.
Non tamen his plagis, quibus altos triuerat hostes
Pulsa tabernacli sunt repetita loca.
Actaque Iosephi proles, delegit in illis
Non sibi Manassen, Efraimamue tribum:
At fortem, fidamque tribum delegit Iudam,
Dilexit Syon complacitumque sibi.
Quem super excelsus pateretur condier ædes
Quæque dicarentur tam sacra templa sibi.

fecit enim dominus mures de terra, & percussit Phylistæos habitatores Azoti, vbi erat archa, in secretiori parte ita quòd mures corrodebãt prominentes extales eorum putrefactas. ¶ Prophanos. Irreuerentes, & sacrilegos. ¶Emmorroides. Idest sanguinem putrefactum emittentes. est autem dictio græca. ab αἱμοῤῥόω quòd est sanguine fluo, vel sanguinis fluxũ patior hinc fit αἱμοῤῥοΐς ἐστι. morbus ipse, qui dicitur sanguinis fluxus, quem patiebatur & æmorroissa illa Euangelica a Domino curata. sic cõstiue posteriora eorum sunt factæ nates emorroides.i.illam fluxus sanguinis effusionem patientes. ¶Hæc opprobria. Tam deformiũ plagarum. ¶ Palæstinis viris. Qui alio nomine Phylistæi in diuina scriptura dicuntur. ¶Munere dato. Coacti sunt .n. remittere archam ad terram Israel, appositis quibusdam annis (seu mauis) natibus aureis, & muribus similiter aureis, qui diutissimè penes archam seruati sunt vsque ad Hieremiam; qui illam in loca deserti incognita abscondit, nec vnquàm amplius potuit inueniri. ¶ Pulsa. Tamquàm indigna diuina præsentia loca. f. vbi fuerat prius ipsa archa domini, hoc est ciuitas Sylo; nec enim vnquã amplius illuc eam voluit dominus reduci: sed à Phylistæis remissa in plaustro nouo trahẽtibus bucculis fœtis absque vllo vectore, vel bubulco suapte venit ad Bethsamites, inde reducta est in gabaa in cariathiarim; inde per Dauid translata est in domum Obededum Gethei, postremo in ciuitatem Dauid sub tabernaculo, quod ei tetenderat, donec templo à Salomone condito in sancta sanctorum inter duo Cherubin locata est. ¶Actaque Iosephi proles. Scilicet ne amplius gubernaret populum, vel archam domini penes se haberet. ¶Manassen. Idest nepotes ab eo ¶Ephraimamue. Idest aliquem principem tribus Efraim æ in regem populo; sicut olim elegerat Iosue de hac tribo. ¶Fortem. In bello. ¶Fidam. In Dei cultu. ¶Iudam. Trisyllaba dictio, hanc tribum elegit dominus, vt reges daret, ac principes vsque ad regem Christum qui ex eadem tribu natus est sm carnẽ, vt docet Matheus & Lucas Euangelistæ. ¶Syon. Vt ibi esset regia sedes, & Dei templo ibi condito. ¶Complacitum. Hæc est uera causa, quæ potest reddi, quare magis Deus hunc. quàm illum eligat, quia sic placitum est sibi, nec enim ex operibus iustitię quę fecimus nos: sed ex sua misericordia magna saluos nos fecit. ¶Quem super. Anastrophæ.i. super quem montem Syon. ¶Condier. Pro condi. paragoge est. ¶Excelsas ædes. Palatium regis Dauid, deinde excelsius Salomonis & templi. quod turris fuit instar. ¶Templa. Pluralis pro singulari; de hoc templo vide quæ diximus in cõmentariis Christiados. & ij. par. cap. iij. ¶Vni sibi. Nec.n. patitur Deus alium Deum colucum ipse sit sol & verus Deus, cæteri gentium dij sunt dæmonia iuxta illud Moysi: Audi Israel dominus Deus tuus est. & in præcepto decalogi. non habebus Deos alienos coram me. & Apostolus. vnus Deus, vna fides, unum baptisma

1.Reg.5.

1.Reg.6.
2.Mac.c.a.

C

1.Ro.c.6

Matt.1.
Luc.1.&3.

Tit.3.

Quæque forent vni sibi sancta; nec vllus haberet
Ius in eis: verus nam Deus vnus is est.

Exo.10.
Eph.3.

Quadrupes vt solus proprio se collocat antro
Vnum, qui cornu frontis in orbe gerit.
Sic Deus in terra sibi quam per sæcla sacrauit
Incolit hæc soli condita templa sibi.
Dauid & elegit minimum, quem de grege magni
Ad regimen populi, sustulit inque caput.
Quique sequebatur fœtas, pascebat & agnos;
Nunc sedet in solio, celsaque sceptra tenet.
Pro grege Iacobum domini, seruumque fidelem
Israel pauit, funiculumque Dei.
Rexit eos prudens in mansuetudine cordis,
Hostibus in forti duxit eosque manu.

D sic & symbolo Athanasij. Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus, non tamen tres Dei: sed unus est Deus. ¶ Vllus. Subaudi alius Deus. vnde ipse dicit. gloriam meam alteri nõ dabo. ¶ Is nominatiui casus. Ideoque breuiatur. ¶ Quadrupes Vnicornis est. quem græci. μονόχερων. dicunt. moderatæ est quantitatis. ut Albertus Magnus inquit, buxei coloris, & fissas habet pedum ungulas, non multum est equo dissimilis, hic sicuti unum gerit cornu, quo nigrũ perforat elephantem, nec patitur quemquàm in antro suo secum stabulari: sic neq; Deus & dominus N. I. Christus unico gladio, qui de ore eius egreditur, perforat dæmonem; nec patitur quemquàm Deum in suo coli templo, vt hic dicit. ¶ In terra. Scilicet Iuda. ¶ Sæcla. Quantum
ex se fuit, nisi populi peccata obstitissent, quibus est coactus mutare, & truncare hæc tempora longa, nam in hac
Psal. 131 promissione erat apposita hæc conditio vt videbimus in alio psalmo, si custodierint filij tui testamentum meũ
&c. ¶ Dauid & elegit. Non solum transtulit archam de Sylo in Hyerusalem: sed etiam regnum de tribu Beniamin, de qua fuerat Saul ad tribum iuda, de qua erat Dauid; porrò Dauid interdum non declinatur vt hic, interdũ
inflectitur. hic Dauides, huius Dauidis vt in Christiade. ¶ Minimum. Vt qui erat octauus inter fratres, nam cum
iuisset Samuel in Bethlem ad Isai patrem Dauid, vt eligeret, vngeretque vnum de filiis eius in regem. & pater ad-
1. Re. 16. duxisset. vij. primos dixit ad eum Samuel. non elegit dominus ex istis numquid iam completi sunt filij? qui respon
dit. adhuc reliquus est paruulus & pascit oues; adductumque vnxit in regem de mandato domini. ¶ Grege. Ouium
Luc. 1. quas pascebat. mira certè est electio domini, vt de tam infirmo gradu ad apicem regium hũc adduxerit. verissimaque est illa dominæ nostræ cantilena. deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. piscatoremque Petrum nonne
E ne erexit ad culmen Apostolicum? clauigerumque fecit cœli? Me quoque de puluere suscitauit egenum, & de
gregibus ouium sustulit, vt cum principibus huius populi sæpe sederem, & pro Vicario agens celsum tribunal
conscenderem, causas iudicarem, doctoresque laurea insignirem. Quàm mirabilis es Deus; de stercore erexisti me
pauperem, indignumque, & quòd peius est ingratissimum. iam tandem peccatis oro finem facias, & deinceps in
lege tua, die noctuque meditans fiam oliua fructifera in domo tua amen amen. ¶ Magni populi. Israelitici, qui in
tantum excreuerat. vt numerari non posset, & pulueri terræ stelisque cœli compararetur. ¶ Quiq;. Τὸ αὐτὸν.
Idem dicit de sua, vt ego de mea, nimis admiratus erectione. ¶ Pro grege. Loco gregis quid miraris ò
Dauid, nonne & dominus noster Iesus Christus de semine tuo secundum carnem. sed & filius maximi, optimique
rerum opificis, sese pastorem ouium appellat. dicens. ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt
Io. 10. me meæ. ¶ Iacobum. Idest Israelitas à Iacobo Isaac filio descendentes. ¶ Israel. Indeclinabile, nam & accusatiuus
est. est autem idem populus; variato nomine patriarchæ; vnde originem duxit; primo namque Iacob dicebatur. i.
supplantator, quia nascens manum sub planta fratris tenebat, quem etiam prærepta benedictione supplantauit:
Gen. 25. postmodo rediens ex Mesopotamia mutatum est illi nomen ab Angelo luctatore, qui benedicens ei dixit, quod
Gen. 32. est nomen tibi. respondit Iacob: at ille nequaquàm (inquit) Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, quoniã
si contra Deum fortis fuisti: quantomagis contra homines preualebis. ¶ Funiculum. Idest populum eundem, cui
ita bene diuidi fecit terram promissionis, ac si cordula mensoris partes æquasset. ¶ Prudent. Ad memoriam trahẽdo præterita, præsentia bene disponendo & præuidendo futura, nec enim minus sapiens fuit Dauid filio Salomone in his quæ pertinent ad regimen populi, quin & in lege domini sapientior extitit. in rerum autem natura, & æ-
Matt. 11. nigmatum solutione præcessit Salomon. ¶ Mansuetudine cordis. Conuenit Euangelico domini præcepto. discite
à me quia mitis sum, & humilis corde. malè ergo feci ego, & nunc confiteor errorem meum qui cum triduo, uel
ad summum quatriduo pro Vicario Papiæ habitus sum, malos & parum honestè viuentes seuerè nixus sum corrigere: vnde & multorum odiũ mihi conflaui, & nihil profeci. sanius itaque esset à regiminis initio vti mansuetudine, deinde capta opportunitate tẽporis, loci, & personarum delinquentes, qui moniti nolunt resipiscere, debita
pœna castigare: sic tamen vt mansuetudo disciplinæ iungatur nam quæque scripta sunt in diuinis voluminibus ad
nostram proficiunt doctrinam. ¶ Hostibus Philystæis. Quibus diu seruierant. ¶ Forti manu. Acriter pro eis præliando: vt habetur in primo & secundo libro regum. ¶ Duxit. Pro eduxit, aphæresis est.

F SVmme Deus &c. In hoc psalmo deplorat Propheta præuisas Hyerusalem multiplices uastationes, quæ fuerunt figuræ vastationum Ecclesiæ Christi, primò per tyrannos Christi fidem delere uolentes in sanctorum martyrum temporibus, deinde per Maumethanos, nunc per Turcas, & postremo per Antichristum. ¶ Vasto impete. Idest impetuosa uastatione oĩm rerũ. ¶ Gentes. Assyriorũ primo & Caldæorũ sub rege Nabuchodonosor: deinde & græcorum sub Anthiocho. vide. lib. iiij. regum: & Machabæorum utrumque. ¶ In terram. Promissionis, in quam ualida manu nos introduxisti expulsis inde, ac deletis vij. gentibus fortissimis, Cananæis, Pherezæis, Eueis, Iebuseis, Ammoreis, Etheis & Gergesseis. ¶ Sortis. Quã sorte diuisam in hæreditatem nobis dedisti. ¶ Funiculi. Idest ac si funiculo dimensa esset æquè per partes distributa. ¶ Fœdarunt. I. atrocinijs, sacrilegijs, fumo & igne penitus destruẽdo. ¶ Euersa vrbe. Principem militiæ caldæorum, captiuis inde reliquis ciuibus adductis. ¶ Manus impia. Hostilis prophana, ac sacrilega. ¶ Sancta tua. Vasa quibus vtebantur in ministerio sacrorum: si ad Ecclesiam Christi uis referre. Nero, Diocletianus, Maximianus, cæterique Romanorum, ac diuersarum gentium principes, & tyran-

ODE LXXVIII. EX PSALMO LXXVIII.

Deus venerunt.

SVmme Deus vasto ruperunt impete gentes
In terram sortis, funiculique tui.
Templum fœdarunt euersa funditus vrbe,
Polluit ecce manus impia sancta tua.

Vrbs tua pomorum uilis custodia facta est,
In tuguri speculam transijt heu Solyma.
Esca volatilibus cæli trucidata tuorum,
Corpora seruorum sunt & vbiq. data.
Sanctorum carnes lacerandas, ecce tuorum
Immites diris proposuere feris.
Vrbis in ambitu passim preciosus eorum
Sanguis & effusus, ceu leuis vnda foret.
Corpora perq. domos vastas inhumata iacebant,
Quiq; ea curaret funera nullus erat.

A

ni impetum fecerunt in sanctam ciuitatem Dei, sacrosancta fidei uasa martyres uidelicet sanctos impijs carnificum manibus atrectantes effuso sanguine fædauerunt; tormentis lacerauerunt diuersis, & quantum in eos fuerat ptè nimia cæde uisi sunt ecclesiam euertere: sed & saraceni, Vuandali, ac Turcæ, multas christianorum urbes quin & Romam ipsam sæpe deuastarunt, & calices, uasaq. sacra asportantes polluerunt. ¶ Vilis custodia. Idest aceruus lapidum ex ruinis domorum coactis; qualem solent facere uinitores hortorũ, ac pomorum custodes, ut super eum ascendentes procul transeuntes speculentur, & damna quæ ab his solent fieri clamore prohibeant. ¶ Tuguri. Pro tugurij parua domuncula quæ, & specula dicitur, in qua uinearum custodes imbres ac æstus declinare solent. ¶ Solimę. Hierusalem nominariuus est græcus, latinæ, dicitur hæc Solyma, mæ. ¶ Volatilibus cęli. His scilicet qui cadaueribus uescuntur, ut uultures. ¶ Trucidata. Nec sepulta; hãc crudelitatem popularium aures horrent, ac expauescunt: cæterum prudentes paruifaciunt dicentes facilem iacturam esse sepulchri, beneq. sepultos esse quibus cælum est pro urnę operculo; & reuera quid interest inhumatum a uolucribus, ferisuè dilaniari, an sepultum uermibus fœdè lacerari? cum nullus sit mortuo corpori sensus; uerum à Christi fidelibus ẽt viuis hæ corporis lacerationes exoptantur; Ignatius quidem Antiochiæ Episcopus ad bestias pro Christi fide damnatus, dum Romam duceretur, ex itinere ad Romanos inter alia scripsit hæc verba. O salutares bestiæ quæ præparantur mihi, quando venient? quando emittenrur? quando eis frui licebit carnibus meis? quas & ego opto acriores parari, ne forte (vt in nonnullis fecerunt) timeant contingere corpus meum; nunc incipio discipulus esse Christi, ignes, cruces, bestiæ, discerptiones membrorum, ac totius corporis pœnæ, & omnia in me vnum supplicia diaboli arte quæsita cumulentur: dummodo Iesum Christum promerear adipisci. cumque bestijs Romæ esset expositus, iamque à Leonibus discerperetur ardore martyrij moriens in hæc uerba prorupit. frumentum ego sum Dei, Bestiarum dentibus molor, & subigor, ut panis mundus efficiar Christo. ¶ Immites. Crudeles barbari. ¶ Diris. Feris lupis, & leonibus, ac canibus. ¶ Præciosus. Nam præciosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. hæc maximè facta fuerunt in Hierusalem tempore Machabeorum ab Antiocho qui multos iustos iussit occidi, eo quia nolebant legem Dei præuaricari, & ad cultum idolorum transire. lege hystoriam vij. fratrum Machabæorum cum matre diuersis cruciatibus extinctorum. in prima vero urbis uastatione magis Iudæi pro peccatis leguntur pœnas luisse, quàm pro lege peremptos fuisse, potest tamen contingere, quòd etiam tunc cum peccatoribus aliqui iusti fuerunt interfecti. de martyribus Christi talia sæpissime leguntur facta fuisse. ¶ Ceu leuis vnda. Hoc est modici ualoris, qualis est aqua quæ passim effunditur. ¶ Curaret funera. Qui duceret exequias. ¶ Vicinis. Phylisteis Idumeis, cęterisq; circumadiacentibus populis. ¶ Opprobria. Nos absentes uituperantes. ¶ Subsanantes. In nos præsentes rugantes nasum, iuxta illud Martialis. Maiores nusquàm runchi, iuuenesq; senesq; Et pueri nasum Rhinocerotis habent. ¶ Vah. Interiectio est deridentis, sicut & illud Iudæorum in Christum, vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus excitas illud? ¶ Canunt. Idest cantilenas de nostris miserijs faciunt. ¶ Ludimur coram. Qui maximus dolor est. ¶ Isacidæ. Quasi dicat generosissimi. ¶ Patrum. Abraam & Iacob. xii. quæ patriarcharum. ¶ Gens tua. Quasi diceret filij tui. ¶ Vili plebe. Et ignominiosissimum uidetur. ¶ A circumpositis. τό ἀυτον idem dixit, exaggerat iniuriam, quam sustinent colore qui repitio dicitur. ¶ Olim. Tempore Iosue, Dauid, & Salomonis. ¶ Seruierant. Sub tributo. ¶ Quo tamen vsq;. Tmesis est, pro quousq;. ¶ Pater. Dulce nomen, quod filiis pœnitentibus, & redeuntibus maximè conuenit. iuxta illud Euangelicum. Pater peccaui in cœlum, & coram te.

B

Psa. 115.
2. Mac. 7
Matt. 27.

Vicinisq; sumus nostris opprobria facti
Nos subsanantes, vah periere canunt.
Ludimur Isacidæ genus alto à sanguine patrum,
Ludimur, à vili gens tua plebe Deus.
A circumpositis, & qui maioribus olim
Seruierant nostris ludimur ecce Deus.
Quo tamen vsq; pater grauis hæc protenditur ira?
Vret vt ignis edax zelus & iste tuus?
Numquid in æternum exardescet? donec ad vnum
Nostrum excindatur funditus omne genus?
Quin magis in gentes alias & in extera regna.
Quæ te haud nouerunt funditur ira tua?
Quæ neq; te, nomenue tuum venerata vocarunt;
Spreuere at potius te, populumq; tuum.
Atq; comederunt Iacobum panis vt escam,
Aequatumq; solo dirripuere locum.

¶ Grauis ira. Patientibus sic vtiq; videtur; cæterum in Deum nulla cadit ira, qui magna cũ tranquilitate punit delinquẽtes, & admixta sem per misericordia minus quàm demereantur plectendo. ¶ Protenditur. In longum tempus extenditur. ¶ Zelus tuus. Ad modum zelantis viri se habet Deus in Synagogam veluti vxorem parum castam, & quæ idolatrando iura fidelis coniugij violauerit, vnde & ipse dicit. ego sum Dominus Deus zelotes. ¶ Ad vnum. Pulcher modus loquendi, cum omnes omnino volumus significare vel dilectos aut exosos. ¶ Excindatur. Vt arbor inutilis. vnde & Io. Baptista generi Iudæorum hoc minabatur dicens. progenies vipe rarum quis vobis monstrauit fugere à ventura ira? Iam enim securis ad radicem arboris posita est. ¶ Omne. Idest totum genus nostrum. ¶ Gentes alias. Idest alienas à cultu tuo, quales erant tunc temporis gentiles omnes. ¶ Extera. Extranea à cognitione Dei. ¶ Haud nouerunt. Sed nec cognoscere voluerunt, cum per visibilia potuissent manu duci in cognitionem creatoris inuisibilis. Nam (vt ait Paulus) inuisibilia ipsius Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius uirtus, & diuinitas. de his ẽt dicit psalmidicus, noluerunt intelligere vt bene agerent. ¶ Vocarunt. Pro inuocarunt, apheresis est: sed quomodo inuocabunt in

C

Exo. 10. & 34.
Matth. 3.
Lucæ. 3.
Rom. 1.
Psal. 35.
Rom. 10.

D bant in quem non crediderunt? ¶ Spreuerete. Blasphemando, dicentes te impotentem populum tuum defendere. ¶ Popul. tu. Quem captiuarunt, quasi imbellem ac nullis præditum viribus (nec mirum) Dei auxilio destitutum. ¶ Comederunt. Idest consumpserunt, populum interficiendo, vel forte etiam aliqui efferati milites, vt in barbaris nationibus audiui fieri, vt carnibus vescantur humanis, pingues eorum per frusta secutos comedebant. melius tamen est vt intelligamus eorum substantiam ab hostibus fuisse direptam, comestam, atq; consumptam; nam facultates pauperum dicuntur carnes, & sanguis eorum, quia sine illis viuere non possunt, & illis abreptis necesse est ut moriantur, vnde & dicitur, qui sacrificat de alieno, perinde est ac si inmolaret quis filium in conspectu patris. ¶ Iacobum. Quadrisyllaba dictio est, duæ primæ sunt breues, tertia producta, quia græcæ scribitur per ω; si hæbraicè perducatur nescio, hæbraicam quantitatem syllabarum in dictionibus hæbraicis potius sequendam ducerem quam græcam, sic & in græcis græcam & in latinis latinam. ¶ Dirripuere. Hypallage; nam prius dirripuerunt, deinde solo æquarunt; nisi uellemus dicere lapides, & tabulata templi etiam dirrepta fuisse, quia quadrati fuerant lapides, & tabulæ cedrinæ, ideoq; non sine precio. ¶ Iam satis. Supple pœnarum datum est. ¶ Super. Subaudi satis: hoc tamen magis ad opinionem patientum, quàm ad ueritatem referendum est; nam semper à Domino misericorde mitius puniuntur, quàm nostra merentur delicta. ¶ Deferueat. Cesset & desinat; translatio est à freto uel ab æno feruenti. ¶ Memores. Pro recorderis ad sumendum inde supplicium; nam interest inter memoro & recordor, memoramus aliis, recordamur nos ipsi. hoc ideo dico, quia expedit uobis peccata uostra adeo ad memoriam nostram reduci pro humilitate seruanda, maximè vanæ exultationis tempore, ex aliquo opere bono. ¶ Anticipet. Præueniat; nec enim à nostris iniquitatibus vnquàm resurgeremus nisi Dei præueniens gratia nos illustraret: caueant tamen peccatores ne sub hac palliata excusatione diu morentur in peccatis; quia non possunt eo quia non illustrentur, cum quotidie Sol iustitiæ non minusquàm Sol iste risibilis illustrat terras, corda illuminet humana; non aperientis fenestram culpa erit, si radii solares non intrant. Apoc. 3. ego sto ad hostium (inquit) & pulso. si quis aperuerit mihi, intrabo, & cænabo cũ illo. pulsat autem (vt ait Grego.) voce monitoris aures delinquentis, interdum prosperis inuitat, aliquando terret aduersis, ægritudinibus exterius, E illustrationibus monet interius, ita quòd inexcusabilis es ò impœnitens homo, vt clamat Paulus; Ad Ro.2 Veh tibi, si bonitatem, longanimitatem, atq; Dei patientiam contempseris, thesaurizas enim tibi iram in die iræ. ¶ Pietas. Miserans gratia. ¶ Exhausti. Euacuati & exinaniti, facultatibus direptis ab hostibus, uiribus corporeis ab ægritudinibus coris, & plagis animi uirtute propter peccata.

Iam satis atq; super tandem deferueat ira,
Nostraq; ne memores amplius acta mala.
Proijce post dorsum, quæ pessima fecimus olim,
Anticipet pietas nos tua quæso pater.
Nam nimis exhausti, facti sumus omnium egeni;
Respice nos; populi iam miserere tui.
Te propter, nomanq; tuum, quæq; inde resultat
Gloria, tu populum libera ab hoste tuum.
Namq; salutaris tu nostar; teq; silente
Heu restat nobis nulla aliunde salus.

¶ Omnium. Bonorum temporalium, & necessariorum, quo ad uictum & cultum, sanitatis & fortitudinis corporeæ item, & bonorum animi, gratiarum scilicet tuarum atq; uirtutum. ¶ Respice nos. Oculo pietatis & succurre; nam Dei respectus est ipsum subsidium. ¶ Iam. Si iungatur verbo sensus erit, hactenus pœnas luimus, modo autem miserendi tempus adest. Si verò, iungatur pronomini tui, alius est sensus, miserere populi non amplius alieni propter peccata; quæ seruos Dæmonis nos faciunt, & adeo alienant: sed iam modo facti tui per pœnitentiam recognoscentisq; errorem suum; vexatio quippe dederat eis intellectum. ¶ Propter te. Vt Deus omnipotens agnoscaris etiam ab hostibus nostris per admirabilem popoli tui liberationem de manibus eorum, qui fortiores nobis sunt. ¶ Salutaris. Idest salutem afferens. ¶ Silente. Loquitur ad modum clientuli à potentiori aduersario grauiter oppressi, qui ad aduocatum suum conuersus ait, responde pro me, nam si tu silueris nulla mihi restat salus. silet autem Deus peccatoribus in peccatum obstinatis, quia non liberat eos imperio vocis suæ, dormientibus etiã in pigritia silet, quia non exaudit eos ad se tam frigidè clamantes. ¶ Propitius. Ex dono misericordiæ tuæ. ¶ Nobis iã pœnitẽtib⁹. ¶ Obline. Oblitura dele sanguine s. filij tui redemptoris nostri. ¶ Nequando gẽtes. Inter se dicant. ¶ Vbinam. In cœlo, an in terra? Hyerusalem, an Babilone? an nusquam? ¶ Viuit an? Quasi dicat videtur, quòd nõ ex quo populum suum, à quo tam diligenter colitur non F liberat de manibus nostris, vt dicunt eum promisisse. ¶ Nota erit. Manifestabitur, & propagabitur. Gen. 5. ¶ Ind. rel. Idest nec digna, vt referatur, est Psal. 32. enim maxima veri Dei blasphemia negare, quod non sit, & si est, quòd impotens est, cum ipse dixerit & facta sint omnia, ipse mandauerit, & creata sint; ipseque vt beata dicebat Agatha solo sermone restaurat vniuersa, nihil enim est impossibile Deo. itaq; vt dicebat Thobias. Domine si uolueris continuo liberabimur, nihil enim est impossibile tibi. ¶ Ante oculos. Quasi dicat in faciem, quia grauius est id opprobrium, quam post dorsum.

Propitius nobis factus, tu crimina nostra
Obline, & adiutor nos tueare potens.
Nequando dicant, vbi nam Deus extat eorum?
Inter se gentes, viuit an iste Deus?
Nota erit in populos fama hæc indigna relatu,
Ante oculos nostros obijcientque tibi.
Sanguinis effusi cur non magis vltio digna
Expetitur? serui quam meruere tui.
Compeditum voces cur non tolluntur in altum?
Conspectu gemitus introeuntque tuo?
In magna virtute graues extende lacertos;
Nos rape: & effracta compede abire iube.

¶ Obijcient. Quòd non sit Deus, vel si est quòd impotens, & quòd velis nolis retinebunt captiuos, & alias huiusmodi blasphemias, hinc edocemur vt simus magis anxij de liberatione nostra à Turcis, Saracenis, vel etiam à dæmone propter honorem nominis domini conseruandum quàm propter temporalem nostram salutem. ¶ Sanguine. Occisorum ex populo tuo, uel potius sanctorum, iuxta illud Apoc. Apoc.19 iudica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est super terram. ¶ Vltio digna. Sed quam uocabimus ultionem dignam? ut pereant peccatores à

facie

facie Dei. hæc quidem digna est peccatis eorum: sed clementi domino mihi magis uidetur conuenire ea quæ dat August. super illo uersiculo ultus sum in eos: quid est (inquit) ultus sum in eos? uindicaui me de ipsis inimicis meis quomodo me uindicaui? occidendo in eis errorem, suscitando fidem. Talem ultionem obsecro semper ut faciat Deus de inimicis meis. ¶ Serui tui. Sancti. s. & boni, qui ut Stephanus pro persequentibus orant. & est sciendũ quòd hæc oratio est Deo gratissima, semperque exauditur cum maximo fructu & orantis & Ecclesiæ; nam sicut ait August. si Stephanus non orasset, Ecclesia Dei Paulum prædicatorem non habuisset. ¶ Compeditum. Pro compeditorum, idest captiuorum adhuc in compedibus ferreis uinctorum. uel generaliter omnium captiuorum intellige, qui licet in vinculis non haberentur corporalibus, ligabantur tamẽ oẽs uinculo seruitutis durissimo. ¶ In alas. Vsque ad coelum. non quòd Deus qui ubique est, non audiat, cum etiam solo corde ingemiscentes exaudiat: sed quia uidetur afflictis quando cito non exaudiuntur quòd Deus ab eis recedens sese in coelum receperit. ¶ Gemitus. Repente cur non introeunt? quasi dicat introire deberent, cum sis gementium consolator. ¶ In magna virtute. Potentiæ tuæ. magnum enim decet magna operari. ¶ Grabes. Inimicis. scilicet, eos puniendo. ¶ Rape. Etiam ab inuitis dominis. ¶ Compede. Idest rupto seruitutis nostræ iugo, quod & per Cyrum regem Persarum factum fuisse constat, qui mandauit iudæis ut reduceri in iudæam & templum domini reædificarent. ¶ letho. Morte à Leo, quod est perdo & destruo, a quo & deleo.

Eripe iam letho vicinos: sufficiantq;
  Millia sanctorum corpora iussa mori.
Hostibus his circumpositis vindicta feratur
  Septupla, ceu dignas torque rependę vices.
Opprobrij memor esto tui quod pessima turba
  Improperauerunt, lingua canina, tibi.
Nos autem populus tuus & quos vbere lœto
  Pauisti dudum pastor vt almus oues.
Sœcula cuncta tibi nos corde fatebimur vltro
  Quòd Deus emendans, quòd miseransque pater.
Carmina nostra, tuæ populi fortissimè vindex
  De genea in geneam nuntia laudis erunt.

¶ Vicinos. Vel ob crudelitatem dominorum, uel propter longæ captiuitatis tristitiam, cui nec dies imponebatur. expectantibus enim omnis exigua mora longissima uidetur. ¶ Sufficiant. Pro pœna scelerum totius populi. ¶ Iussa mori. Ab ipso Deo: in cuius conspectu præciosa est mors sanctorum eius, & qui in sanctis facie placationem. ¶ Circumpositis uicinis. Phylistæis, Idumæis, Ammonitis, & qui habitant in Arabia. ¶ Septupla. Vniuersalis, & perfecta nam septenarius numerus uniuersitatem, & perfectionem significat. ¶ Dignas uices. Pœnas eam scilicet quas merentur. ¶ Repende. Ad pensum, & mensuram tribue omnia enim in numero, pondere, & mensura facit Deus: sed & antiquitus omnes pœnas dicuntur fuisse pecuniariæ, & ad certum pondus soluendæ esse solui. hinc tractum est, ut dicamus pendere pœnas, quotiescunque aliquis punitur siue capite siue pecunia: nam & aliud fere nomen quantum habet interest an corpore. ¶ Opprobrium. Seu quod in te blasphemando dixere, seu in populum tuum illi maledicendo, & quotidie exprobrando. ¶ Pessima turba. Babyloniorum, Assyriorum, & circumadiacentium hostium. ¶ Canina. Canes quippe peregrinis omnibus tam bonis, quàm malis, ubi mordere non possunt, oblatrant sic hostes nostri nobis maledicere non cessant, & nomen tuum blasphemare, cui nocere nequaquam possunt. ¶ Nos autem. Subaudi confitebimur tibi quod est infra cum redemeris, atque eduxeris nos de captiuitate. est autem hyperbaton longiusculum contra morem uersus elegiaci, ut ultra duos uersus pendeat constructio. ¶ Populus tuus. Quem tibi peculiarem de cunctis populis elegisti. ¶ Vbere lœto. A nutricibus sunt hæc uerba translata, quæ fœcundis uberibus sibi caros alumnos enutriunt. possumus autem intelligere per duo ubera nutricis, cibum spiritualem, quo spiritu alitur hoc est uerbum legis datæ ab angelo per Moysen in montem Synai. & materiale illud manna de coelo, xl annis populo illi ministratum, dum fecerunt iter per desertum antequam peruenirent in terram promissionis. uel etiam ubere lœto glebæ. s. fertilitate nam diutissime possederunt terram illam bonam lacte, & melle manantem. ¶ Dudũ. Antequam captiui adduceremur in terram non nostram. ¶ Vt almus. Idest nutritius pastor. ab alo quippe deducitur almus. ma. mu. sicut & alumnus. ¶ Oues. Hoc est mansuetos. sic & dominus in Euangelio. Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas &c. quæ sequuntur. ¶ Sœcula cuncta. Hoc est in æternum. ¶ Fatebimur. Ob nostra delicta iustæ nos esse punitos potest etiam esse aphæresis. fatebimur pro confitebimur laudes tibi pro gratiarum actione de nostra liberatione. ¶ Vltro. Absque ulla prophetæ admonitione, ut ante captiuitatem faciebamus, qui non nisi moniti, vel à flagello territi in confessionem tuarum laudum surgebamus. ¶ Emendãs. Filiorum flagellis, vt ab iniquitatibus nostris resurgamus, & deinceps castigati rectè ac piè viuamus. ¶ Miseransque pater. Etiam post flagella blandiens filiis, ac flagellum ipsum in ignem proijciens. ¶ Carmina. In hebræa lingua carminibus hi psalmi à Dauid fuere decantati sicut & modo in lingua nostra non solum à me sed etiam ab aliis melioribus poetis elegantius sunt descripti; ego uero ut rudis vates quod potui libenter feci.

QVi Regis Israel, &c. De Christo, & Ecclesia est hic psalmus, in quo exprimitur prophetæ desiderium de aduentu Christi, conuersione, & conseruatione Ecclesiæ à tribulationibus insurgentibus aduersus eam primo per persecutores, deinde per hæreticos. dicit igitur propheta nomine suo, & patrum antiquorum aduentum Christi expectantium. ¶ Qui regis Israel. Nota Deum rectorem populi principalem, terrenum uero regem ministrum esse. ¶ Ducis Iosephum. Idest tribum ab eo descendentem, valde populosam. ¶ Velut altor. Idest pastor ouem, pascendo eos duplici esca, spirituali & corporali. ¶ Cherub sedes. Idest qui super propiciatorio posito in templo inter alas Cherubinorum duorum videris sedere dans inde responsa quando cõsuleris; uel super Cherub, idest in plenitudine scientiæ. tu enim optimè nosti, quid & quando oporteat nobis dari, siue prospera, siue aduersa. ¶ Man. adesto. Q. d. veni iam tandem, vel mitte Saluatorem qui te ipsum nobis manifestet, nã quis nouit patrem, nisi cui voluerit filius reuelare? ¶ Manas, Efrai, Beniaminque tuo. Nominat hos, quia propè templum seu tabernaculum occidentem versus tentoria locauerant sua, in qua parte erant sancta sanctorum, vt quasi vicinioribus appareret, vel quia hæ tribus maiores erant cæteris. ¶ Excita. Media producta à cio, cis, cui quartæ coniugationis: non à cieo, cies, secundæ, nam hoc corripit pen. supini. ¶ Potentia. Filius Dei, brachium, & potentia illius dicitur. ¶ Adueniat. Qui per alium prophetam dicitur desideratus cunctis gentibus. ¶ Manus. Idest Christus qui, & manus Dei dicitur, vnde & spiritus sanctus dicitur digitus huius manus, per discretionem gratiarum, & donorum, non quòd minor eo sit. ¶ Saluificet. Proculdubio, non est aliud nomen sub coelo datum in

A
Psal.115
B
Sap.11.
Io.10.
C
Matt.11.
Aggel.2

D tum in quo oporteat nos saluos fieri nisi D. N. Iesus Christus. ¶ Conuerte. Ad te. ¶ Faciem serenam. Quæ est
Act.4. facies Dei serena? nisi ea, in quam desiderant Angeli prospicere; Christus Iesus; per faciem enim notitia alicuius
Ioa.14. habetur. sic qui nouit filium nouit, & patrem, iuxta quod ipse dixit Phylippo petenti patrem uidere: Philippe
Matt.11. qui videt me, videt & patrem: & alibi, quis nouit patrem nisi filius & cui voluerit filius reuelare? nubilam ergo faciem ostendebat Deus pater populo antequam mitteret filium quem missurus erat, serenam ostendit quando filium missit, mediatorem Dei, & hominum, qui pacem fecit reconcilians ima summis. ¶ Mora. Ante Christi aduentum licet essent sancti qui moriebantur, non tamen ilico absq; mora ad regnum cœli salui conscendebant: sed saluatorem morari oportuit, quo ascendente, & conscenderũt, & qui moriuntur modo, si iusti abeunt absque mora salui fiunt. ¶ Quo Deus usq;. Thmesis est. ¶ Virtutum. Exercituum Angelorum qui dicuntur uirtutes. ¶ Irasceris. De Deo; more humano loquitur, qui quamdiu id negat ob offensam sibi factam, quod ante promiserat videtur iratus. ¶ Auersus eris. Hoc est quamdiu non exaudies preces meas. ¶ Lachrimarum cibo. Qui amarissimus videtur, si ob rerum temporalium iacturam fiat, vel propter corporis afflictio-
Psal.101. nem: at si propter peccata perpatrata, vt hic idẽ
Psa.119. propheta, quia cinerem (inquit) tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam, dulcis
Psal.22. est, si propter peccata proximorum dulcior. si propter incolatus, huius vitæ dilationem, dulcissimus, de quo idẽ
E heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: sed hæc dulcedo non percipitur nisi à lacrimantibus ipsis. ¶ Metro. In mensura: græcum est vocabulum. τό μετρον. Hic autem fletus poterat esse ex desiderio aduentus saluatoris, vt alibi fuerunt mihi lachrimæ meę panes die ac nocte. dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. ¶ Proxima loca. Vt Samaritani, Phylistei, atq; gentiles alij. ¶ Contradicere. His quæ dicuntur, à nobis de spe reditus in patriam, contradicebant & ipsi Iudæi Christo proximi, ut pote qui erant de eadem tribu, non solum his quæ dicta fuerunt ab eo: sed & his quæ ab Apostolis dicta sunt de resurrectione Saluatoris, per
Act.1. quem factus est aditus in patriam cœlestem, vt in actis Apostolorum uidere licet. ¶ Subsan. Christi primo ut ha-
Luc.16. betur in Euangelio. audientes Pharisei qui erant auari deridebant eum, & in passione mouebant capita sua dicen-
Eph.4. tes: vah qui destruis templum Dei, & alia multa
Mar.5. deridentes eum, sic & Apostolos eius post modo deriserunt; ut ille qui dicebat Andreæ miror te uirum prudentem uelle sequi Christum, quem siue inuitum siue uolentem fateris crucifixum. ¶ Nos conuerte. Versus intercalares hi duo sunt ter interpositi, propter trinam conuersionẽ nostram: prima est, à cultu idolorũ ad fidem Christi: quo ad gentiles, ab vmbra legis ad ueritatem Euangelij quo ad Iudæos, secunda est conuersio, à culpa ad gratiam, quæ fit per pœnitentiã: tertia erit de gratia ad gloriam. ¶ Vineam domini. Prius erat Synagoga Iudæorum, quibus
1.Co.10. omnia (vt dicit Apostolus) contigebant in figu-
Matt.10. ra nostri quare dicemus hanc vineam esse Ecclesiam Dei. de qua in Euangelio exijt pater familias mittere operarios in vineam, cuius uitis ipse est Christus filius Dei, agricola vero pater, præ-
C lati sunt operarij, hæc ergo vinea dicitur translata ab Aegypto, idest à tenebris ignorantiæ, & peccatorum. ¶ Dextra potenti. Idest à filio Dei, translata de manu principum Iudæorum quibus dictum est, auferetur a vobis regnũ
Rom.2. Dei, & dabitur genti facienti fructum eius, in fine parabolæ vineæ. ¶ Gentibus ciectis. Idest generaliter viuenti-
F bus; nec enim qui in manifesto Iudæus est: sed qui in veritate corda, non carnem habet circuncisam. ¶ Vbere solo. In prædicatione verbi fertilis per spiritus sancti humorem. ¶ Te duce. Christo; nam (vt ait Apostolus) bibebant de spiritali, consequente eos petra; petra autem erat Christus. ¶ Fluctiuomos. Idest vndantes æstus, maris rubri primo nunc autem maris pœnitentiæ sanguine Christi rubricati, deinde, & Iordanis fluuij: hoc est Baptismi qui in Iordane cæptus est à Ioanne, deinde à Christo. ¶ Sicco pede. Vt Christus, & Petrus. ¶ Tuta. Ab incursione bestiarum, & Amalechitarum. sic modo tuta quoad salutem animæ quæ corporali præualet saluti, & quo ad palmam martyrii promerendam, Item quoad conseruationem, & multiplicationem ipsius: nam ex vno martyre occiso pululabant alij multi in loco eius. fuit autem tuta, idest defensa ab incursu dæmonum, quæ malæ sunt bestiæ, & gentilium, tyrannorumq; eam persequentium. ¶ Deserti. Nomine deserti gentilitas intelligi-
Luc.15. tur, quæ ab omni lege penitus erat deserta & à prophetis ut in parabola de oue errante reperta dicitur in Euang.
Ioan.15. ¶ Te cultore. Alludit ad illud Euangelij dictum. ego sum uitis, & pater meus agricola est. palmitem infructuosum abscinder, facientem verò fructum purgabit vt fructum plus afferat. ¶ Solo pingui. Terra fluenta. ¶ Ligone tuo. Idest sarculo verbi tui, nam quod sarculum facit vitibus, hoc verbum Dei humanis cordibus. ¶ Illius vinæ. Idest Ecclesiam Christi vt dictum est supra. ¶ Excelsos montes. Primo ad literam, diuersarum regionum ab Apostolis con-

ODE LXXIX. EX PSALMO LXXIX.

Qui regis.

QVi regis Israel votis intende precantum
Ducis Iosephum, qui velut altor ouem.
Cuiq; cherub sedes, manifestus adesto Manasse,
Efraimo coram, Benniamimq; tuo.
Vocibus à nostris excita potentia tandem
Adueniat tua; nos saluificetq; manus.
Nos conuerte Deus: faciemq; ostende serenam,
Atq; erimus salui protinus absq; mora.
Quo Deus vsq; potens uirtutum irasceris? atq;
Auersus precibus quo Deus vsq; meis?
Quo Deus vsq; tuos lachrimarum pane cibabis?
Fletibus in metro pocula mixta dabis?

Proxima quiq; tenent loca contradicere tentant,
Subsanatores osq; manusq; leuant.
Nos conuerte Deus faciemq; ostende serenam,
Atq; erimus salui protinus absq; mora:
Vinea ab Ægypto dextra translata potenti
Gentibus eiectis vbere fixa solo est.
Te duce fluctiuomos sicco pede transiit æstus,
Tutaq; deserti per loca vasta fuit.
Te cultore solo radix est consita pingui,
Impleuit terram culta ligone tuo;
Illius excelsos montes contexit, & vmbra
Arbusta, & cedros illius alta Dei.

uersarum ad fidem : vt montana Iudeæ, montem taurum Ciliciæ , Appenninum,& alpes Italiæ,Ismarum, & Ro- A
dopen io Thracia,Macedoniam in Græcia,quæ ferè tota est montuosa , Idau in Creta , & sic de aliis regionibus ,
in quibus qoot suot Christi fideles tot sunt huius vineæ palmites. vel mysticè per montes intelligamus Principes ,
Duces, Reges, & imperatores ad fidem Christi conuersos . ¶ Vmbra. Non legis antiqoæ : sed eius spiritus sancti
qui & virginem obumbrauit , & fideles vmbra sua refrigerat ab æstu vitiorum ; & propterea in nube apparuit in
monte io quo transfiguratos est Dominus coram discipulis . ¶ Arbusta . Per hæc possumus intelligere nobiles ,
vel populares quosq; . ¶ Et cedros : Per altitudinem proceræ huius arboris, Phylosophos, & sapientes sæculi: qui
non cootenti rerum terrenarom speculatione , & iam in cœlum erigebant scrutationes superbæ mentis suæ : sed
Dominus sapientum horum sapientiam & prudentom scientiā perdidit stultitia prædicationis crucis Christi, qui 1.Cor.1.
tamen reuera credentibus est virtus & sapientia summi patris, vt docet Apostolus . ¶ Teq; per agricolam . Cacho
syntheton est.sic ordina litteram. palmes qui plorimus,idest longus exijt,supple à vitæ huios vloeæ,visus est exten
di per tę agricolam vsq; ad mare scilicet occeanum,qui tellurem totam ambit , sensus est quòd Ecclesia Christi est Psal. 18.
dilatata per totum orbem vsq; ad marę Occeanum,circumcirca iuxta illud vaticinium eiusdem vatis . In omnem Ioan.15.
terram exiuit sonus eorum, & io fines orbis terræ verba eorum. agricolam vero Deum patrem dici testatot Euangelium.ego (inquit Christus) sum vitis, & pater mens agricola est . ¶ Curuæ propaginis arcus . Idem sensus quòd supra ; metaphoricè loqoitur de extensione Ecclesiæ Christi vsq; ad flumē magnum Eufraten, vel melios est positum singulare pro plurali , idest vsq; ad illa quattuor flumina magna, quæ exeunt de medio footis, qui est in paradiso delitiarum, de quibus dicitur in Genesi,quòd circuunt ferè totam terram . tunc autem fiunt propagines spirituales cum discipuli mittuntur à magistris in circumadiacētes vrbes & regiones prooinciæ sibi commissæ ad prædicandum , vt quando Petrus missit Marcum in Gen. 2.

Teq; per agricolam, qui plurimus exijt, altum
Extendi visus palmes ad vsq; mare .
Sunt quoq; porrecti curuæ propaginis arcus
Dedalea magnum flumen ad vsq; manu .
Cur modo macerie rupta vindemiat illam ,
Omnis qui facit hanc prætereundo viam ?
Trux aper erumpens de silua effodit, & illam
Est depastus eam præcipuusq; ferus .

Aquilegiam , Dyonisium rusticum & Eleutherium in Galliam, & sic de alijs aliò missis . ¶ Dedalea maou . Pro- B
prium est pro appellatiuo, idest ingeniosa à Dedalo excellenti artifice Atheniensi . ¶ Cur modo . Hucusq; expo-
suit prosperitatem Ecclesiæ , quæ maximè fuit tempore quattuor doctorum ; In principales orbis partes existen-
sium,nunc verò incipit deplorare defectum eius,qui paulatim irrepsit propter incuriam prælatorum,magis de la-
ctæ,& lanæ quàm de salute ouium curantium,& propter iniustitias præsidum ab Imperatore non correctas,deinde
à discordia ipsorum inter se principū Christianorum . ¶ Macerie ruptam . Hæc est custodia prælatorum per negli
gentiam dissolota , maiorum enim exempla prælatorum malè viuentium facile subditi imitantur. maceries est
etiam verbum Dei ? à quo iam cessauerunt prælati omnes à maiore vsq; ad minimum , & tractatur, nisi per mer
cenarios fratres , In quos etiam irrepsit morbus ambitionis , & inanis gloriæ.ita quòd ipsi quoq; aut sequontur
hæreses , aut adulterant verbum Dei , mixtura sæcularium scientiarum , nec curant uera sed æra , & iam conuer
tuntur in scribas , & Pharisæos; ornant primas cathedras ; vocari uolont Rabi, & Bacalarij , heu hæc est maceries
dirupta. expergiscimini iam tandem ò prælati & sumite vos gladiom ex vtraq; parte acutum q; est verbum Dei,
& incipite state pro moro domus Israel,profectò longe maioris erit autoritatis in populo Episcopi bene uiuentis
prædicatio, quàm fratereuli ad ambitionem, & auaritiam declinantis . ¶ Omnis . Subaudi,tyrannus, hæreticus,
& gentilis . ¶ Hanc viam . Vitæ oius sæculi , qui nihil curat de futora uita . ¶ Prætereundo . Bene prætereun-
do ; uolant enim tempora, & maxime malorum principum,de quibus dicitur omnis principatus vita breuis,& vi
ri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos . ¶ Trux aper. Et si potest dici quilibet hæresiarcha,ut Arrius,
Machometus, Luteranus, & Antichristus , vel etiam imperator Turcarum , tamen credo hic potius deber e intel
ligi de Dæmone , antiquo illo serpente qui ligatus fuerat vsq; ad mille annos, vt habemus io Apocalipsi Ioannis: Apo. 20.
sed modo transacto tempore dissolutus est, & vastat , depascitur, effodit , conculcatq; pro libito vineam hanc, idest
Ecclesiam Christi . ¶ Virtotum . Idest angelorum Deus: sic etiam, & dator virtutum tam moralium, quàm theo
logallum, & sine qoo oulla est Euangelizantis virtus. Tu ergo Deus da uirtutem,& verbum prædicatoribus tuis.
¶ Conuertęre : Ad nos , & conuertemur ad te. ¶ Respice : Idest miserando illumina , sicuti conuersus respexisti
Petrum negantem te, & egressus foras fleuit amarè: sic & nos à te illuminati egrediemur ad operandum in vinea
hac tua . ¶ Prospicę . Consule & prouide . ¶ Vitisator . Deus enim est plantator Ecclesiæ , & agricola eius,nosq; ex palmitibus facit operarios, & agricolas,nam si rectè viuimus , & credendo manemus io eo . Sicut ait Apostolus . Qui adheret Deo , fit vnus spiritus cum eo,sumus palmites,quando autem verbo,& exemplo ædificamus proximum , tunc operarij atque agricolæ officium exercemus . ¶ Iam tandem. Post multa Ecclesiæ detrimenta. ¶ Perficiatur . Idest reficiatur , reformetur ; est enim vasta , & deformata , vt sit præpositio pro præpositione. ¶ Plantauit . De hac plantatione, vide parabolam Euangelicam . homo quidam plantauit uineam, & fodit in ea torcular , & sæpem circumdedit ei, & ædificauit in medio eius turrim , & locauit eam agricolis &c. usq; in finem. uitis principalis huios vineæ est Christus, 2.Cor.6. C Matt.21.

Virtutum Deus, ò conuertere , respice ab alto ,
Hæc vineta vide lumine vasta pio .
Prospice viti sator iam tandem ; perficiatur
Vinea ; plantauit quam tua dextra potens .
Filius hic hominis, quem certo pignore firmas
Sentiat æternum robur adesse sibi .
Quæ suffossa, graui succensa vel igne peribunt
A tonitru vultus increpitantis ea .
Se super iste tuam , vir dextræ sentiat oro ,
Filius atq; hominis cœlitus esse manum .

qui dicit . Ego sum uitis , & uos palmites, & pater meus agricola est. ¶ Dextra tua. De qua canit Ecclesia. Dextrę
Dei tu digitus verbum Dei , per quod omnia facit Deus est dextra eius , se ipsum quodammodo plantauit, quan Ioan.15.
do in uterum uirginis descendit , & carnem assumpsit . de quo subiungit . ¶ Filius hic hominis . Iesus.Christus

 filius

D filius Mariæ uirginis. ¶ Certo pignore. Mirabilium operum, & uocis tuæ replicato testimonio in baptismo; & in monte ubi transfiguratus est quando dixit. hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ipsum audite. ¶ Sentiat. Quoad humanitatem intellige, in qua minor est patre, uel potius quoad corpus eius mysticum, quod est Ecclesia, referenda sunt hæc uerba. ¶ Sibi. Idest membris suis, ut illa uox ad Paulum emissa. Saule Saule

Act. 9. quid me persequeris. ¶ Quæ suffossa. Sunt in hac uinea, pectora quæ in profundo malorum per obstinationem sunt demersa. ¶ Graui succensa uel igne. Cupiditatis, quæ est radix, ac fomes malorum omnium. ¶ Peribunt. Per Pœnitentiam iuxta illud. uerte impios, & erunt scilicet amplius impij, aut uerè peribunt, non solum subita morte temporali, sed etiam æterna si noluerint conuerti ab iniquitatibus suis. ¶ A tonitru. Idest à comminatione. ¶ Vultus increpantis. Prædicatoris et reprehendentis ex nomine Domini. ¶ Ea. Scilicet iniquorum pectora. ¶ Iste vir dextræ. Christus Iesus de quo supra. ¶ Sentiat. Ordo est. iste uir dextræ, idest uerbum suum, atq; filius hominis, idest uerbum caro factum, Deus & homo, sentiat quo ad membra sua, tuam manum auxiliatricem scilicet cœlitus esse super se idest super Ecclesiam suam, quam supra uineam

Psa. 109. nominauit. ¶ Hunc. Christum, & membra eius. ¶ Firmasti. Quia (ut ait idem uates.) iurauit dominus & non pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. ¶ Discedimus, Tempus præsens pro futuro. ¶ Vltra. Sicut fecimus quando eramus in Synagoga Iudæorum idolatrando, mandatis tuis non obediendo, & per hipocrysin exteriorem mundiciam affectando, & interiorem puritatem paruipendendo. ¶ Lumine. Intellectus per internam inspirationem, & lumine nobis Euan-

Esa. 28. gelrei per prædicationem exteriorem. Item per flagella quandoq; illuminat nos Deus, unde & vulgo dicitur. uexatio dabit intellectum, & rursus per aliqua prospera illuminat maximè nobilium corda, quæ magis blandis excitantur quàm terreantur aduersis. ¶ Deinde. Cum fuerimus ex his grauibus pressuris eruti, & illustrati. ¶ Vocabimus. Pro inuocabimus, quandocumq; iterum oportuerit, uel uocabimus, idest nominabimus cum debita reuerentia, tamquàm grati, de beneficiis gratias exhibentes. ¶ Nos conuerte Deus. Exponatur ut supra; sunt

E enim intercalares uersus, qui ideo ter sunt interpositi propter mysterium trinitatis, cuius inseparabilia sunt opera. Amen.

> Hunc tibi firmasti; nec nos discedimus vltra;
> Viuificabis enim lumine nosq; tuo.
> Te, nomenq; tuum, sic deinde vocabimus omnes,
> Psallemus laudes sæcula cuncta tuas.
> Nos conuerte Deus virtutum, ostende serenam
> Hanc faciem, salui sic erimusq; statim.

EXultate Deo, &c. Sciendum est hunc psalmum habere pro titulo uictori in torcularibus, & optime subsequitur præcedentem, in quo agitur de uinea, cuius uuæ torquentur in torculari martyrij; pro quo non dolendum est sed exultandum, sicut dicitur de Apostolis, quia gaudentes ibant à conspectu concilij, quòd digni

Act. 5. habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati; nam & præciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius,

Ps. 115. & ipsis sanctis martyribus ualde utilis est, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam

Rom. 8. quæ reuelabitur in eis; unde & Agatha gaudens ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata agonem suum domino commendabat. sic & Andreas ad crucem, quam & salutauit dicens. Salue o bona crux, &c. Dicit igitur uates nomine martyrum inuitans omnes ad commune gaudium. Exultate, &c. ¶ Nos adiuuit. Dando animi fortitudinem, ac patientiæ virtutem; nam non potuissent tam grauia sustinere tormenta, nisi affuisset ipse Dominus confortans eos, & magnitudinem præmij ostendens. ¶ Sumite psalterium. Si pro vno peccatore pœniten-

Luc. 15. tiam agente gaudium sit in cœlo ab Angelis Dei; nimirum si tanta iubilatio hic ostenditur fieri debere propter gentilitatem conuersam, & in tanta perfectione, ut martyrium pro Christi amore non modo non timeret, quin etiam arderet desiderio. ¶ Aereus clangor. Tubarum scilicet; alludit enim ad quoddam festum à Iudæis olim celebratum, quod dicebatur festum tubarum, in memoriam obedientiæ Abraæ, qui ad mandatum Domini, quantum in ipso fuit sese exhibuit promptissimum immolare filium ipsi Deo, item Isaac quoque seipsum præbuit patri ligandum, atq; immolandum absq; ulla murmuratione. rursus in eadem festiuitate gratias agebant Deo pro uinearum fructibus collectis, mysticè per immolationem Isaac, designabatur Christi immolatio. unde & dantur versus. Nil Isac patitur, aries fit uictima Christo, Nil deitas patitur, cum moriatur homo. per uinearum collectionem martyrum passio figurabatur, vt supra ostensum est. nec mirum si de

F morte Christi, & sanctorũ martyrum tanta fiat exultatio, quia & si actio displicuit, passio græta fuit, nam & ipsis corona, & nobis exemplum datum est, & propterea nos etiam martyria illorum solemni festiuitate celebramus. ¶ Neomeniæ tubæ. Nomen est ipsius solennitatis calendarum mensis, quæ more suo in primo die Lunæ nouæ semper celebrabatur; hinc & grecæ dicta est νεομηνία hoc est noua Luna, per Lunam Christi Ecclesia, sicuti per Solem ipse Christus figuratur, quæ cum defecisset à lumine virtutum per Christi mortem, & martyrum passionem est renouata. hine Beatus Ioannes dicit.

Ap. 21. vidi ciuitatem sanctam Hyerusalem nouam descendentem de cœlo; tamquam sponsam ornatam uiro suo. ¶ Præceptum. Olim in figura, quanto magis nunc ueritate patefacta, & Christi passionem, & martyrũ gloriosos triumphos solemniter celebrare debemus? ¶ Israeli. Populo uidenti Deum per fidem. ¶ Iuditia. Scilicet damnationis si non ea celebrarent. quod nec cauadunt, qui dies festos martyrum ad proprias gulositates, uoluptates, delitias,

ODE LXXX, EX PSALMO LXXX.

Exultate.

> EXultate Deo qui nos adiuuit ab hoste,
> Exhylarate Deo pectus & ora Iacob.
> Sumite psalterium, date tympana & organa, psaltes
> Concinat, aurata personet aula lyra.
> Æreus alta petat clangor; solennia vobis
> Festa Neomeniæ dat noua luna tubæ,
> Præceptum siquidem celebrari hæc festa quotannis
> Est Israeli, iudiciumq; Iacob.
> Illud Iosepho statuitq; ex æthere fœdus,
> Cum liber Pharia progrederetur humo.
> Audiit ignotum dialecton ab æthere; lingua
> Edidicit, quam non nouerat ante loqui.

choreas

A

choræas, & ludos noxios conuertunt, cum in illis vacandum sit, vt laudemus Deum in sanctis eius. ¶ Iacob. Populo vitiorum supplantatori. ¶ Iosepho. Ad litteram, cum prædicto populo: qui etiam nomine Iosephi vocatur, sicut Israelis & Iacobi, eo quia nobilissimus fuit fratrum suorum, quos & vii. annis pauit tempore famis: mysticè, populum Christianum significat, qui adauctus est ex gentilium conuersione, nam Iosephus idem est quòd augumentum. ¶ Ex æthere. Ad literam quando in monte Syna Dominus per Angelum dedit eis legem, & populus per Moysen pepigit cum domino fœdus, quòd foret eius Deus, & mandatis illius pariturus esset, mysticè, transfigurato domino in monte, locutus est Deus cum discipulis vt audirent D. Iesum, & in die Penthecostes, missit illis Spiritussancti gratiam in signum fœderis. ¶ Pharahonio. Ab ægyptiaca seruitute, Apostoli verò & reliqui fideles, liberi egressi sunt à tenebrosa Diaboli potestate. ¶ Dialecton. Græcum est vocabulum, latinè, Idioma, vel hæbraicum quod iam fuerant obliti, uel illud angelicum, & terribile quod locutus est eis in cœlo in datione legis, quando exterritus populus dixit. non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur, de Ecclesia Christi planum est, quòd in descensu Spiritussancti non solum vnum didicit idioma, sed omnium genera linguarum. ¶ De podere duro. Seruitutis Aegyptiacæ. Christi fideles vero, & de pondere peccatorum, & de onere legalium cerimoniarum, quam etiam duram seruitute Paulus, & Petrus appellant. ¶ Cophini. Vasis illius, quo terram pro conficiendis lateribus portabant, vel etiam feces extra mœnia exportabant. ¶ Cum tribulareris. Ab oneribus impositis per Pharaonem. ¶ Clamasti. Dum adhuc esses in Aegypto sicut dicitur, in Exodo. clamor filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictionem eorũ, qua ab Aegyptiis opprimuntur. ¶ Liber abisti. Post interfectionem primogenitorum. ¶ Clam. Idest Aegyptiis non existimantibus; ideoq; cum nunciatum fuisset Pharaoni, qui abiret populus persecutus est cum exercitu. ¶ Turbinis. Columnæ illius nubiferæ, & per noctem ignitæ. ¶ Maris rubri. Vt sæpe dictum est in præcedentibus psalmis. ¶ Et Orione. Idest tempestate: nam orion tempestatis est signum, de quo vide, quæ diximus in commentario Christiados. ¶ Corripui. Ne fugeret, quãdo dicebant Aegyptii, fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro illis, & aquæ reuersæ ad pristina loca summerserunt omnes. ¶ Durissima ceruix. Obstinatio; quia nolebant credere domino etiam postquàm uiderant tot signa. ¶ Iurganti. Murmuranti populo non solum contra Moysen, & Aaron; sed etiam contra Deum ad aquas contradictionis. ¶ Lymphas. Aquas. ¶ Icta silex. Petra uirga Moysi percussa. mysticæ martyres ad se clamantes Dominus exaudiuit, non quidem ab his temporalibus pœnis liberando: sed dando fortitudinem patienter tolerandi; deinde animas ex tenebroso carcere corporis huius educendo per rubrũ mare passionis, persecutoribus in profundum inferni demersis. ¶ Icta silex. Mysticè petra hæc est Christus, ut docet Apostolus, qui in cruce lancea lateri infixa dedit aquam, & sanguinem, qua lauamur omnes, & redimimur; & tunc durissima obstinatio Iudæorum probata est; qui nec Pylato indicanti nihil mali D. Iesum fecisse, manusq; super eo innocente lauante noluerunt acquiescere, nec à duro clamore cessauere, donec petitio eorum fuisset impleta, licet iniquissimam scirent. ¶ Audi. Incipit admonitionem suam Deus ab auditu in corda hominum infigere, quia fides est ex auditu: initium ergo bene faciendi sibi auferunt, qui audire contemnunt, vnde Iacobus Apostolus monebat, vt omnis homo sit velox ad audiendum, nam qui ex Deo est, libenter verba Dei audit. Qui verò non audit, nec ex Deo est: sed iam audiamus, quid nos moneat Dominus. ¶ Mi populus. Suum appellat Dominus populum, quamuis rebellem, & contumacem, propter ingenitam misericordiam, quia uellet ut conuerteretur, populus in vocatiuo facit populus, & popule. unde improperans Christus Iudæis, vel Ecclesia in persona Christi sæpe dicit popule meus quid feci tibi? vbi etiam notandus est ille uocatiuus meus, utrumq; tamen à viris, qui ualde literati uolunt uideri, uitandum existimatur: sed uerba cœlestis oraculi non sub sunt regulis Donati. ¶ Mediã ex caligine. Qua loquebatur ad populum in monte Synai, vbi & legem dedit per manum Moysi. ¶ Contestabor. Idest te ipsum in testem contra opera tua adducam; nam promisisti te facturum cuncta, quæ præciperem; nunc ergo me contemnens testimonium conscientiæ propriæ cogeris suscipere, nec enim te ipsum potes refugere. ¶ Quo. Prò ut. ¶ Queas. Iterum redeundo ad cor, & agendo pœnitentiã de præteritis. ¶ Corporis aure. Hi sunt qui secus uiam seminati sunt, & uolucres cœli, idest diaboli rapiunt illud, ne credentes salui fiant; hi sunt qui audiunt & non faciunt, ædificantq; domum super arenam; hi auditores obliuiosi, qui sese considerant in speculo nec lauant maculas uultus sui, redarguuntur à Iacobo Apostolo. ¶ Parucrisq; mihi. Hic uerus est auditus qui opere complet, quod audit. ¶ Esto. Tertia persona est futuri imperatiui modi, & significat erit. ¶ Deus recens. Ea tempestate dicebatur Deus recens oẽ Idolum, ut Baalim, & Astaroth, quod non coluerant patres eorũ nunc verò Deus est recens quicquid super Deum colitur ueneratur, aut deligitur, siue diabolus, siue aurum, siue mulier, aut

Act. 2.
Exod. 2. & 3.
B
Num. 27
1.Cor. 10
Rom. 10
Iac. 1.
2. Ioã. 4.
Exod. 20
C
Matt. 13
Matth. 7.
Iac. 1.

Subtraxitq; humeros onerum de pondere duro,
Auertitq; manum à seruitio cophini.
Cum tribulareris clamasti; liber abisti;
Clam te exaudiui turbinis è medio;
Perq; profunda maris te duxi; & Orione tetro
Hostem corripui vorticibusq; freti.
Estq; probata mihi tua tunc durissima ceruix,
Iurganti lymphas cum dedit icta silex.

Audi mi populus, media ex caligine dixi
Te contestabor, quo meus esse queas.
Israel si non sola me corporis aure
Audieris, verum parueris q; mihi.
Non Deus esto recens in te; nec pronus adores
Hos alienigenas, numina vana, Deos.
Namq; ego sum Dominus mũdi; Deus & tuus, a quo
De terra Aegypti tractus es incolumis.
Os aperi; cordisq; fores expande; replebo
Numinis afflatu pectus & ore meo;
At meus hic populus voci parere salubri
Noluit, ac aures à monitore tulit.
Quare ego dimisi laxis transcurrere frænis,
Vt quæuis facerent expetiere mala.
Per desideria auersi illabentur iniqua,
Perq; iuuenta ruent hi sine lege sua.

D filius, honor vel magistratus. hunc locum obijciunt Iudæi Christianis, dicentes colere eos Deum recentem, quia colunt Christum, quibus respondendum est per autoritatem Pauli ad Hæbreos. Iesus Christus heri, & hodie, ipse, & in sæcula. ¶ Alienigenas Deos. Qui ab alienigenis colebantur, vt Iuppiter, Mars, Apollo, Iuno, Minerua, Baal, & Astaroth, & cætera huiusmodi portenta, de quibus alibi dicit Psal. omnes dij gentium dæmonia. ¶ Mundi Dominus. Vt potè creator, & gubernator eius. ¶ Deus & tuus. An non & aliorum? scilicet certè omnium uelint, nolint: dicitur autem Deus specialis huius populi, propter fœdus quod inierat cum illis in ipsa datione legis renouatum deinde, & tempore Iosue post introductionem in terram promissionis; ubi elegerunt Dominum in Deum, & promisserunt se seruituros ei, obedientesq; futuros præceptis eius. ¶ Tractus es. Q. d. etiam inuitum abstraxi; nam erant multi murmuratores pigri bonum libertatis non dignoscentes, qui libentius elegissent seruire Aegyptijs, quàm laborem illius longi itineris sustinere, vt peruenirent liberi ad terram fluentem lacte & melle, & attende hic quia etiam inuitis possunt conferri beneficia; ita tamen si postmodum de nolentibus volentes fiant, alioquin beneficia ipsa reputabunt maleficia. ¶ Os aperi. Ad petendum à Deo tibi salubria. iuxta illud. Petite & dabitur vobis. item os aperi ad prædicandum alijs vtilia. iuxta illud. os meum aperui & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam, Dominus enim dabit verbum euangelizanti virtute multa; nec
Psa. 118. enim vos estis qui loquimini: sed spiritus Patris uestri qui loquitur in vobis. ¶ Cordisq; fores. Seipsum exponit
Psal. 67. etenim si cor non orat in vanum lingua laborat; & dicetur eis. populus, hic labiis me honorat: cor autem eo-
Matt. 10. rum longè est à me. ¶ Expande. Dilata, fores cordis sunt desideria magna, quæ quanto maiora fuerint, & la-
Esa. 29. tiora abundatiorem spiritum recipient. ¶ Mei numinis. Spiritus mei gratia, quod patuit in prophetis, clarius
Matt. 15. in Apostolis in die Pentecostes. ¶ Meus hic populus. Qui debuit esse: non qui rebellis tunc esset, alias enim dixerat Moysi, descende quia peccauit populus tuus q. d. non amplius meus, ex quo per peccatum ancisus est à me. ¶ Aures tulit. Pro abstulit q.d. neq; voluit audire, quod maioris contumaciæ signum est. ¶ Diuulit. Per subtractionem
2. Mac. 6. luminis intellectus, & correctionem non adhibitam, quæ magna est ira Dei, quia multo tempore non sinere ex sententia agere peccatores: sed statim vltionem adhibere magni beneficij est indicium, quia Deus omnem filium quem diligit, corrigit. ¶ Vt queuis. Ordo est. vt fac. qu. ma. exp. hoc est. permisi vt irent post concupiscentias suas. ¶ Desideria iniqua. Pro iniquarum rerum. endiadis est. ¶ Per inu. su. Idest per nouas peccatorũ species, quas ipsimet inuenere. de quibus Apostolus ad Rom. cap. primo. ¶ Sine lege. Immo contra legem diuinam & humanã. nec mirum quia iugum legis à se abiecerunt. dixeruntque: quis noster dominus est? ¶ Audisset me. Interiori ac exte-
Iac. 1. riori auditu. ¶ Peragrasset. Opere compleuisset. nec enim auditores legis: sed factores iustificabuntur: dicit autem
E peragrasset, quia sumus omnes peregrini ad cœlestem patriam tendentes. quòd si recto itinere non ambulauerimus nequaquam ad patriam, sed in syluas hiericuntinas declinabimus, vbi incidemus in latrones, qui expoliabũt
Luc. 10. nos, & si non interfecerint plagis impositis semiuiuos relinquent. ¶ Meque reg. Etenim sine illo nihil possumus facere.

Si populus meus audisset me: si peragrasset,
 Quas docui, rectas meque regente vias.
Pro nihilo, & gratis, forsan triuisset eorum
 Infensos hostes hæc mea dextra potens.
Misissemque manum super hos, quibus vndiq; septi
 Anguntur duro collaque pressa iugo:
At simul infesti, mihi sunt factique rebelles;
 Destitui; pœne tempus eritque suæ.
Sunt ementiti persæpe volatile vulgus;
 Pollicitis quoties desiliere suis?
Lacte cibauit eos tamen et; triticique medulla
 Exaturauit eos mellifluaque petra.

¶ Pro nihilo. Duplicem habet sensum primo. i. faciliter, quid enim facilius factu domino quàm pessimos idolatras perdere, dæmones à suorum infestatione effugare? alter est sensus, pro nihilo. i. ad nihilum. iuxta illud. Ad nihilum deducetur malignus in conspectu eius. ¶ Et gratis. Idest etiam sine tuis oblationibus iunctis cũ
Psal. 14. precibus, quia bonorum nostrorum nõ indiget dominus. ¶ Forsan. Ad mutabilitatem mẽtis humanæ aliqui referũt hãc notam dubietatis, quia promissiones diuinæ sub conditione datæ retardantur, & quandoque tolluntur. alij ironicè uolunt positum esse; & tunc non est nota dubietatis, sed potius affirmationis magnæ. nam per ironiam contraria uerborũ semper sententia astruitur. ¶ Triuisset. Confregisset. ¶ Infensos hostes. Carnales & spirituales: idolatras & dæmones. ¶ Manum. Flagellantem & pœnitentẽ super hos. Non dicit sub vel subtus, quia tunc auxiliatrix esset manus, sicud alibi dicitur. cum ceciderit non collidetur quia
Psal. 36. dominus supponit manum suam. ¶ Septi. Circundati. isti erant Philystæi, Idumei, & Arabes. Tirijque, & Sydonij, Moabitæ, & Ammonitæ. si ad homines referas. quod si ad dæmones. planum est. quod vndique nos circuunt quærentes quem deuorent. ¶ Anguntur. Excruciantur. ¶ Duro iugo. Seruitutis. ¶ At. Supple iudæi mei. ¶ Simul. Cum alienigenis idolatris. ¶ Infesti. Inimici. ¶ Destitui. Dereliqui eos suo iudicio: sed ne credant se remansuros impunes, sequitur, ¶ Tẽpus. Ame dispositũ, vel cũ uenerint in profundum malorum impleuerintque mensuram patrum suorum. nec
F vlla amplius erit spes correctionis. ¶ Ementiti. Minimè attendentes quæ promisserunt Deo coram prophetis illis
Matt. 23. temporibus quibus adiuuabat eos ab oppressionibus inimicorum: sed cum paululum respirauerant pania abundantia & pace gaudentes, iterum recalcitrabant & ad abhominationes pristinas redibant. ¶ Quoties. Interrogatiue lege & responde multoties. vide lib. iudicum & regum. ¶ Desiliere. Idest, saltu recessere. hoc est cito fregere fidem; rupere promissa. ¶ Tamen. Subaudi, quamque ingratissimi fuerint, præteritis beneficijs, infideles defecerint à promissis nihilominus mitis & nimis benignus dominus adhuc cibauit eos lacte. & his quæ ex lacte prouenjunt. ¶ Triticique medulla. Idest pane albissimo facto ex simila, quæ flos est farinæ. ¶ Mellifluaque petra. Tanta enim ibi copia est apum propter florida prata, quod etiam in petris cauernosis suapte mellificant, quod & in eo solum legimus fieri. ad quem peruenit Saul persequens Philystæos; nam dicit ibi omnisque terræ vulgus uenit in saltum in quo erat
1. reg. 13 mel super faciem agri; ingressus est itaque populus saltum & apparuit fluens mel. uel de caniis arboribus aut de cauernis petrarum, uel de utrisque. mysticè pane triticeo morales sensus: melle de petra, allegorici eliciti ex diuina scriptura significantur.

Amen.

Constitit

COnſtitit omnipotens. Inuehitur pſalmiſta in perſona domini in malos iudices qui gratia, odio, uel pecunia peruertunt iudicia, myſticè, ab aliquibus exponitur: vt ſit inuectiua in principes populi iudæorum ſcribas & phariſeos qui iniuſtè condemnauerunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum odio, & inuidia. vates igitur primo dicit Dominum Deum aſtitiſſe iuxta iudices iudæorum, quos appellat Deos dum iudicarent. deinde in medio illorum conſediſſe, grauiterque eos increpaſſe propter iniquas ſententias, pœnam debitam comminaſſe, ſi nō ſe emendarent. ¶ Conſtitit. Prius ad videndum quo pacto iudicia exercerent, & hoc facit per Angelos & ſanctos. nā ipſe nouit omnia etiam antequam fiant. ¶ Alta ſede. Iudiciariam exprimit dignitatem. ¶ Deorum. Tripliciter hoc vocabulum Deus in ſacris literis accipitur, primo & verè principaliterque pro domino noſtro Deo patre, filio, & ſpiritu ſancto. ſecundo & maximè in plurali. pro ſanctis prophetis, ſacerdotibus & iudicibus. vt hic & infra. Ego dixi vos dij eſtis, & filij excelſi omnes; quem verſiculum refert etiam dominus in Euangelio & exponit dicens. ſi illos dixit Deos ad quos ſermo Dei factus eſt &c. non tamen ſunt iſti veri, & naturales Dei, ſed participatiue, quia exercent aliquod opus ex mandato Dei, quod ad ipſum Deum pertinet. vt prædicere futura iuxta illud. nunciate nobis quæ futura ſunt: & dicemus, quia dij eſtis vos. Iudicare, peccatorum vincula ſoluere, remittere ac retinere peccata. iuxta illa duo. Quæcumque ligau. ſ. t. e. l. & in cœlis, & quæ e. ſ. ſ. t. e. ſol. & in cœlis & quorum rem. p. r. eis & quorum ret. r. ſunt. tertio dicuntur dij falsò & nuncupatiuè tantum, putatiuè, erroneèque. vt dij gentium dæmonia. Iuppiter, Iuno Baal, Dagon & Aſtaroth. ¶ Sedens. Pro tribunali, vt iudicibus vices reddat. ¶ Ipſe. Non alius, qui poſſet ad iniquitatem declinare: quare ò Iudices memento inter iudicandum vos habere iudicem in cœlo Deum, qui iudicia veſtra cōtemplatur, vt confirmet, ſi iuſtè lata ſunt. diſſipet ſi iniqua. iuxta illud. Nec damnabit eum cum iudicabitur illi. boniſque vt reddat præmia, iniquis verò vt iuſta præparet ſupplicia. ¶ Quo uſque. Tmeſis eſt. quaſi dicat iam deberetis diſcere iuſtè iudicare & deſinere ager peruersè, & tamen id non facitis, ſed diu perſeueratis in malitia. quouſque ergo iſtud? numquid vſque ad mortem? ¶ Scelus. Per parentheſim exclamatio. pro eo ꝙ eſſet, ò vos iudices ſcelerati & mali. ¶ Damnatis iniq; per. ac. & abſoluitis reos. Tria ſunt mala; quibus iudices maximè cupidi ſæpe inuoluuntur. aurum quippe & animi paſſiones illos aliquādo excæcant. ¶ At cur non. Subaudi magis non facitis quæ ad honorem veſtræ dignitatis, debitumque officium veſtrum pertinentur. ¶ Miſeri. Cuius miſerendum eſt. ſi cauſa eius iuſta ſit: alias à limine iudicij expellendus, cogendusq; eſt vt ꝙ proximo ſatisfaciat, ſi quomodo poteſt: ſinautem expectetur, donec ad pinguiorem fortunam deueniat. quia inanis eſt actio quam inopia debitoris excludit; nec tamen eſt crudeliter carceri mancipandus. ¶ Cauſam. Iuſtam tamen. ¶ Fouetis. Fauore debito proſequimini. & cito iudicatis, ſententiamque ſine mora executioni demandatis. nec permittatis à potente tales indebite vexari. nec litium diſcrimini ſinatis exponere. quia ſi non habent vnde viuant, multominus vnde litigent. ¶ Ore. Ex calumnia & dirreptione. ¶ Diuitis lupi. Hi regnant (dicit Eſopus) qualibet vrbe lupi. nam ſicut in ſylua Leonum paſcua ſunt onagri, in mari quoque magnorum piſcium eſca ſunt parui ſic paſcua diuitum ſunt pauperes. ¶ Spe defectis. Plus eſt quàm derelictis. ¶ Patres. Vice patrum: defendentes eos, & prouidentes de cibo potu & cultu. ¶ Pupillis. Patre carentibus. ¶ Proque viro. Ideſt loco viri. ſed non in lecto, quòd multi peruerſi faciunt iudices, tam turpi queſtu iudicium vendētes. ¶ Diffugium. Refugij locus, ac ſcutum defenſionis. ¶ Humili. Aut abiectæ, infimæque conditionis viri, probi tamen: alias nec calamitoſorum fictæ lacrimæ in iuditio ſunt attendendæ. ¶ Nō cognouerunt. Malitia excæcante oculos cordis, & maximè auaritia, pecuniæque ac munerum cupiditas. de quib⁹ ſcriptū eſt: quòd excæcant oculos ſapientium. & hæc iuxta primum intellectum. pro ſecundo autem ſeu myſtico, ſiue etiā hyſtorico vt Aug. & quibuſdā alijs doctoribus & mihi placet tangitur hic quod ait Paulus. Si enim cognouiſſent, numquam dominū gloriæ crucifixiſſent. ¶ Lumine mentis. Qui eſt intellectus. ſunt enim multi, qui nec volunt intelligere, vt bene agant, qui & ſapientes ſunt ad facienda mala, bona vero facere neſcientes. ¶ Tenebris. Ignorantiæ, & malitiæ iuxta primum: odij atque inuidiæ pro ſecundo. ¶ Neſcia turba, grauis. Duplex Epitheton eſt, quale illud Virg. Monſtrum horrendum, ingens. vulgarem hæc plebem tangunt, qui magis ignorātia licet craſſa quàm malitia in necem domini peccauerunt; perſuaſerūt enim illis principes Ieſum populi ſeductorem eſſe. & ob id vt magis Barrabam peterent, Ieſum verò perderent extorſerunt, quare & pro his dominus in cruce orauit dicens. Pater ignoſce illis; quia neſciunt quid faciunt. ¶ Grauis, autem. Idcirco dictum eſt. pro graui clamore. crucifige crucifige, quo vel ab inuito iudice condemnationem iniuſtam Chriſti extorſerunt. ¶ Veſtræ terræ. Quæ auari atque terreni iudices ambiunt dominari. ¶ Omnia Lutea. Ideſt Lutulenta atque cænoſa, cœleſtium. ſ. comparatione rerum; nam quæcunque terrena ab auaris iudicibus cupiuntur, ea ſunt vilia atque execranda iudiciorum ſuorum fundamenta, quæ omnia ab adueniente iuſto iudice Chriſto amouebuntur. ¶ Manum. Vindicem poteſtatem vt: Titi atque Veſpeſiani in iudæos. ſic & aliorum principū in

A — Io. 10. — Eſ. 41. — Matt. 16. — Io. 20. — Pſal. 36. — B — Exod. 23. — Eccl. 10 — 1. cor. 2. — C — Hier. 4. — Marc. 15 — Luc. 23.

ODE LXXXI. EX PSALMO LXXXI.
Deus ſtetit.

COnſtitit omnipotens ſuper alta ſede Deorum,
In medioque ſedens iudicat ipſe Deos.
Quo (ſcelus) vſque mali iuſtos damnatis iniquè?
Perſonam accipitis? ſoluitis atque reos?
At cur non miſeri cauſamque fouetis egeni?
Eripitiſque inopem diuitis ore lupi?
Et ſpe defectis patres eſtote pupillis,
Proque viro viduis, diffugiumque humili.

Non cognouerunt cæcato lumine mentis,
Ambulat in tenebris neſcia turba, grauis.
Ecce mouebuntur veſtræ omnia lutea terræ
Fundamenta, manum concutiente Deo:
Dixi equidem vos eſſe Deos, celſique tonantis
Mirificam prolem, cœlicolumque decus:
Inſtabiles at vos homines magis eſſe volentes,
Declinauiſtis: ceu vetus ille parens.
Ergo ſicut Adam perijt moriemini & ipſi:
Ex veteri mors eſt; mors veteres ſequitur.
Corda nimis tumidi quique erexiſtis in altum,
Spirituum veluti prima ſuperba cohors.

D in quosuis peruersos iudices.¶Deos.Non propriè vt supra dictum est:sed similitudine,ac participatione eorũ,quę solius Dei esse dicuntur.vt iustè iudicare,vere futura prædicere,& peccata remittere.¶Mirificam prolem. Nam & si omnes homines filij Dei sunt creatione;populus tamen Israel dicebatur primogenitus eius,& quanto magis rectores populi! de quibus dictum est. Nolite tangere Christos meos;nam qui vos tangit. quasi qui tangat pupillã oculi mei.Nunc autem fideles sanguine Christi redempti per nouam in baptismo adoptionem filij Dei efficiũtur; q̃ si filij,& hæredes (vt ait Paulus) heredes quidem Dei,cohæredes autem Christi.¶Homines.Ab humo ; terrena, & caduca: magisquã cœlestia,firma,atque stabilia appetentes.¶Declinastis.A recta via mandatorum Dei. maledicti sunt autem qui declinant à mandatis eius.¶Vetus par.Adã.s.qui ab Eua delinitus transgressus est præceptũ vnde & mortem,cęterosque huius miserę uitæ morbos cum tota stirpe generis humani incurrit.¶Ex veteri. Duo sunt homines moribus & vita diuersi,primus homo de terra,terrenus,secundus homo de cœlo cœlestis. Adam vetus homo:nouus homo Christus.vetus homo peccator mortem intulit mũdo,nouus homo peccata tollens, vitã intulit mundo..i. spem vitę dedit eternę quicun que tulerit imaginem ueteris peccando,ad veterem & mortem dignum pertinet hominem, qui verò noui, pertinet ad Christum;hinc Apostolus ait, Exuite vos veterem hominem & induite nouum,qui secundum Deum creatus est. ¶Superba cohors. Pro superborum. nõ solum ueterem hominem præuaricando præcepta,sunt imitati: sed & diabolum superbiendo; ideirco similes in culpa,par pœna sequetur.¶ Lucifer. Qui secundum alium prophetam mane oriebatur, modo non nisi occasum nouit.¶Surge Deus.Si non dormit, neque dormitat qui custodit Israel,quomodo uates ait surge Deus! segnibus (inquit Ambrosius) dormit Deus.strenuis autem uigilat dormit etiam dominus ut habemus in Euangelio quando permittit homines in fluctuosum mare huius mundi alicuius aduersitatis tempestate uexari,ad profectum eorum;nam uirtus in infirmitate perficitur: surgit autem cum eos liberat à malo.est etiam altior sensus.ut intelligantur omnes hi uersus de resurrectione D. N. I. Chr. de superborum iudæorum merita deiectione,& de gentium uocatione.¶Deus.Christus homo & Deus. ut homo potuit mori,& quia Deus,à mortuis resurgere;propterea resurrectio diuinitati eius ascribitur.¶Summi patris.Scilicet cuius est uirtus & sapientia ideoque patri coæternus:cũm pater ipse nunquam fuerit sine sapientia & uirtute.sicut docet August. contra Arrianos æqualitatem personarum negantes.¶Gradus.Elatorum hominum, seu mauis pharisęorum,principumque gentis hebreę. porrò gradus superbię multi sunt primus est inferiorum cõtemptus.alter æqualium,tertius & maiorum.¶Meritissimus hæres. Propter passionem,quam insons pro sontibus tulit.¶Noua iura,leges Euangelicas.uetus enim lex fuerat timoris,ut potè seruis data, noua lex amoris, ut potè filijs exhibita.

Zach.2.
Rom.8.
Psa, 118.
1.cor.15
Coloc.3.
Esa. 14.
Matth.8.
2.cor. 12
E

Lucifer vt princeps cecidit,cunctique sequaces,
Turbine deiecti;vosque cadetis ita.
At tu surge Deus summi fortissima virtus
Dextera terrenos iudicet alta gradus.
Regna super cunctas gentes meritissimus hæres
Constitues;illis & noua iura dabis.

SVmme,potensque Deus. Prædicit hoc in psalmo uates graue iudicium domini futurum super eos,qui posthabita formidine Dei iusti iudicis,& cuncta uidentis,uarijs afflictionibus populum Dei uexare minime uerentur;& præcipuè quando dom. nost. Ies. Chr. ueniet ad uniuersale iudicium, redditurus improbis quas merubre pœnas; illis inquam improbis maximè,qui impijssimo adhæserint Antichristo. & hoc vaticinium orãdo ac conquerendo dumque ipsum ad iudicandum inuitando connectit.dicit igitur.¶Summe,potensque Deus &c.Boni iudicis partes necessariæ describuntur:vt sit summus,qui neminem supra se habeat;cuius timore offensæ ab eo quòd iustum esse cognouit absterreatur.vt olim Pilatus timore Cæsaris.vtque potens sit sententiam suam exequi vt sapiens:ne fallatur ignorantia.vt æquus ac iustus,ne sordibus munerum, aut vllis corrumpatur affectionibus. hæc omnia in D. N. I. Chr. iudice venturo futura sunt.illum ergo alloquitur.¶Patiens. Expectans multo tẽpore peccatorem ad pœnitentiam. ¶ Siluisti. Videtur silere Deus,quando dissimulat peccata hominũ propter pœnitentiam:sed non gaudeant inde in peccato pertinaces,quia Thesaurizant sibi iram in die iræ,& iusti iudicij;nam & si lento pede veniat diuina vindicta,tarditatem tamen, supplicij grauitate compensat.¶Nonne loqueris. Vtique vox domini pœnę irrogatio est.possumus etiam intelligere de voce domini nostri Iesu Christi quando veniet ad iudicium;qua iubebit sisti gẽtes omnes ante tribunal suum: descendet.n. dominus(vt ait Apostolus)in iussu,& in voce archãgeli & in tuba Dei. loquetur etiam tunc bonis & reis.illis venite benedicti &c. his autẽ. Ite maledicti in ignem æternum &c. ¶ Tona. Surgite mortui venite ad iudicium.de hoc tonitru vocis dicit Hieronymus. siue comedam, siue bibam, siue quiduis aliud faciam. semper mihi uideor i auribus illam horribilem vocem resonare;surgite mortui,uenite ad iudicium.¶Personuere. Ad similitudinem stipulæ,uel frondum,quando subito igne corripiuntur.potes & ad illum cymbali sonitum referre,de quo ait Apostol. si linguis hominum loquar,& angelorum,charitatem autem non habeam,factus sum uelut æs sonans, & cymbalum tinniens.¶Prophanum caput.Mentẽ elatam ; unde prophanatur religio per contem-

Ioan.9.
Rom.2.
F
Cor.15.
1.cor.13

ODE LXXXII. EX PSALMO LXXXII.
Deus quis.

SVmme,potensque Deus,sapiens,æquissime iudex
Quis tibi,quis similis? paruè futurus erit?
Iam dudum patiens siluisti: nonnè loqueris?
Alta silentia iam disijce,rumpe, tona.
Hostiles etenim voces per inania,spreta
Maiestate tua personuere diu.
Impia gens,quibus inuisus Deus:Ecce prophanum
Sydera cęlsa super voce tulere caput.
Quo duce pectoribus secum peperere malignis
In populum,& sanctos consilia alta tuos.
Nam condixerunt,sese per mutua verba
Hortantes,eia dirripiamus eos?
Ecquid statis? adeste citi;properate frequentes;
Irruite in miseros;segnis abesto mora.
Cæde replete domos,flammis absũmite tecta;
Eradicetur gens inimica solo.
Perdere cuncta placet;penitus tollantur ab orbe
Amplius Israel non memoretur ibi.

ptum.

Nos vtinam solos amentia perderet horum
Te quoque nobiscum te Deus alme petunt:
Finitimæ gentes in nos, populique superbi
Conspirauerunt, arma ciere simul.

A

prum,& omnis cultus Dei.aut aliquem superbũ ductorẽ aduersariorum Dei intellige, iuxta primum sensum.pro secundo, nõ nisi Antichristũ, uel diabolum.de illo dicit Apostolus: quòd eleuabitur supra omne, quod dicitur Deus,aut colitur.ita ut in templo Dei sedeat ostendens se, ꝙ sit Deus, quem interficiet dominus spiritus oris sui &c. de diabolo.Ascẽdam in cœlum,ad aquilonem statuam sedem meam,& ero similis altissimo.unde in utroque sensu bene sequitur.¶Quo duce. Siue, Sennacherib, Assyriorum rege superbissimo vt aliqui autumant. siue quouis alio,de quibus dictum est.quæ autem sequuntur clara sunt,nec indigent expositionẽ.¶Isrãel, Producta pe nultima,quia barbara uox est.nec enim apud eos uocalis ante uocalẽ semper corripitur; quinimo apud hebræos plerumque producitur.aduertendum est,ꝙ in secundo sensu,& hæc uox Israel & multæ, quæ sequentur, non ad litteram:sed iuxta interpretationem earum sunt accipiendæ.nec enim per Israel carnalem illum populum iudæorum ab Israele descendentium debemus intelligere: sed catholicum & fidelem christianum,qui per fidem dicitur Deum uidere,& per contemplationem speculari.Israel quippe interpretatur Deum videns. Idem fiat in sequentibus,vt in omnibus consulatur vocum interpretatio.¶Amentia.Bene dicit.sunt.n.amentes,qui contra Deũ, & sanctos eius pugnare contendunt.¶Vnanimes populi. S.& gentes,q̃ sequuntur infra. circa hystoricum sensum nihil hic elaborandum est;omnes enim hæ gentes conspirarunt ad internitionem iudæorum,& tempore,Sennacherib, & aliorum regum Assyriorum.¶Idumæa. Per Idumæos,qui sanguinei interpretantur,atq; terrẽni,omnes homicidas & auaros intellige,& præsertim eos, qui sola spoliorum cupiditate persecũtur Ecclesiã Dei & sanctos.¶Fraternum odium. De quo vide hystoriam Gen.c.xxvij. & vltra.Oderat ergo ait,sẽper Esaũ Iacob,pro benedictione,qua benedixerat ei pater:dixitq; in corde suo, venient dies luctus patris mei,& occidã Iacob fratrem meum. ¶Lentis ob escam,Et hanc hystoriam vide. Gen. c.xxv.in finem.vbi inuenies Esaù vendidisse primogenita accepto a Iacob Lentis edulio, & insuper venditionem iuramento firmasse, quæ res non iocosum vt is existimabat, sed seriosum sortita est euẽtum. ¶Minor.Scilicet Iacob is fuit,q̃ prænascentis fratris pedem manu tenebat.est autem allusio ad id celeberrimum de his fratribus dictum prophetæ ab Apostolo relati.Maior(inquit)seruiet minori. ¶Quique sibi &c. Per hos hi designantur. de quibus ait Apostolus, Erunt homines seipsos amantes,auari, elati,superbi,blasphemi &c.& rursus,quorum Deus venter est.Lurcones.s. diuiti illi persimiles,qui induebatur purpura & bysso:atque epulabãtur quotidie splendidè. & qualis erat ille qui dicebat animæ suæ.Anima meá habes multa bona congregata in annos plurimos, requiesce cõmodè,bibe, & lætare Luc.12. & in libro sap. dixerunt impij cogitantes apud se non recte &c. vsque ibi.venite fruamur bonis vtamur creaturã Sap.c.2. tamquàm in iuuentute celeriter.vino precioso, & vnguentis nos impleamus, & non pretereat nos flos temporis, coronemus nos rosis antequam marcescant.non sit pratum per quod non transeat luxuria nostra.& alia multa que possint ibi videre.tales etiam sunt hæretici nostri temporis calcibus abijcientes quadragesimam. atque ieiunia.vi.feriæ & sabbati abstinentiam.religiosorum,monialiumque vota soluentes,quo liberius vacent luxuriæ, sicut equus & mulus in quibus nõ est intellectus.¶Ismaelitas.Ab Ismaelle Abrahæ filio ex ancilla de quibus Ge.21 ¶Quiq; patrem refe.Talem.s.quem pudor est ostendere. vt potè incestuosum,ac infamẽ.porrò Moabitæ.ex patre interpretantur,& significantur omnes,qui ex patre diabolo sunt,imitatione non ex creatione;cũ quo fornicantur aiæ peccatrices & sibi similes asseclas generant:sed & striges male Fœminæ cum patre diabolo rem turpem sese iactant habere,à quo sumpto corpore aereo,siue per inania præstigia deluduntur. ¶Turbidus Ammon. Ea est huius uocis interpretatio,per Ammonitas iracundos intellige.unde & propheta.turbatus est à furore(inquit)oculus meus.¶Filia mix.p.Notum est duas filias Loth nepotis Abraæ post incendium Sodomæ & Gomorræ,proprio patri temulento turpiter adhæsisse:ex eoque concepisse,Moab & Ammon;vnde Moabitæ & Ammonitę. ¶Proselyti. Gen.19. Idest aduenæ interpretatio est huius nominis Agarenĩ,sunt mali prauorum magistrorum discipuli, de quibus in Euangelio dixit dominus.ueh uobis scribę & pharisei,qui circuitis marę & aridam,ut faciatis unum proselytum, Matt.23. & cum fuerit factus:facitis illum filium gehennæ duplo quàm uos. ¶Gebal.Vallis vana interpretatur. hi sunt hypochritæ qui nequiter se humiliant;fingunt enim humilitatem quandam in exteriori homine,ut sub speciæ apparentis sanctitatis simpliciores quosque deludant;uerum hæc simulata sanctitas duplex est iniquitas & summa uanitas. ¶Palæstinis.Hi sunt Philystæi qui cadentes potione interpræetantur.hi sunt quos facit ebrios luxuria sæcularis,& epotus calix diaboli ambitione repletus. ¶Tyrij;Qua uoce tribulatio significatur, & angustia,de qua dicit Apostolus.tribulatio,& angustia in omnem animam operantis malum.¶Terram lingens.Interterpretatio est huius uocis Amalechitæ.hi sunt omnes inimici domini, siue pagani,aut saraceni,uel turcæ,qui & thraces esse dicuntur. & quicunq; apertę Christi nomẽ & christianos insequẽtur.de quibus ait propheta.& inimici eius terrã lingẽt.¶Assur. Ad literã Assyriorũ rex,siue Sennacherib, siue Nabuchodonosor, aut quis alius gentis eius princeps.in mysterio uerò, Assur est diabolus

2.Thes.2

Vt nomen, cultumque tuum de limine terræ
(Proh scelus) abradant, hi pepigere simul.
Fœdus & vnanimes inierunt, sanguine gaudens
Idumæa ferox, & sitibunda necis.
Seruat adhuc fraternum odium, quòd lentis ob escã
Abiuratus honos, præpositusque minor.
Quique sibi, ventrique suo parere laborat;
Pulsa quòd æde parens Ismaelita memor.
Quiq; patrẽ referunt Moabitæ, & turbidus Ammõ,
Vtraque quos genuit filia mixta patri.
Proseliti segnes Agareni, festa colentes.
Incola tuque Gebal vallis inanis ades.

B

Cnmque Palęstinis, Tyrij venere frequentes;
Et terram lingens Amalechita ruit.
Venit & accitus ductor turpissimus Assur,
Assur equo fidens millia multa trahit.
Cerne quot incæsti secum traxere Lothei.
Auxilia vrgentes vndique multa nimis.

C

Vox exercituum Sabaoth Deus alta tuorum
Conteret hos, olim ceu Madiane satos.
Quos fragor, & splendor, subitus clangorque tubarũ
Terruit, & gladij vox Gedeonis adest.
Tergaque percussi cogantur vertere, sicut
Militiæ princeps Sysara, Rexq; Iabin.

D diabolus, aut Antichristus unde & appellatur turpissimus. ¶ Assur equo fidens. Anadiplosis. i. Geminatio eiusdem nominis uennstatem non modicam addens carmini. qualis est illa Maronis: pu lcberrimus Astur, Astur equo fidens. Assyrij quippe erant equites Bellicosissimi: sed in mystico sensu. dicitur Anticbristus equo fidere, quia io ueritate equites ualidissimos est habiturus & multiplices exercitus, alias & per eqnum, quod superbum, & iactabundum est animal superba elatio; uanaque iactantia significatur. qua & Antichristus, & diabolus abundant. Incesti Lotbel. Ex incestis parẽtibus nati, si quidem à Lotb, qui filiabus turpiter admissus, eos genuit, ut supra dictum est. descenderunt, porro Loth, declinans, interpræta ur, & subauditur à Deo, quare non soli principes tenebrarum Angeli Sathanæ, qui secuti Luciferum à Deo declinauerunt; sed intelligi possunt etiã Apostatæ retrogradi à sancto, quod assumpserant proposito de quibus ait dominus in Euangelio. Nemo mittẽs manum ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei. hi sunt de quibus ait August. sicuti non inueni meliores ijs, qui in monasterio profecerunt: ita non inueni deteriores ijs, qui à monasterio defecerunt. ¶ Auxilia. De quibus supra. quæ enim diabolus, quem deuoret, per se & satellites suos efficere non potest, malorum hominum ministerio quærit explere. ¶ Exercituum. Interpratatio est huius nominis Sabaoth: sunt autem angeli tantæ uirtutis, ut unus eornm in una nocte interfecerit clxxxv. millia exercitus Sennacherib, alter pestis gladio die una. 70. millia uirorum necis dedit, ex omni populo Israelitico. ¶ Madiane satos. i. Madianitas, qui se se cũ innumerabili multitudine & bominum atque iumentorum, & gregum quotannis tempore nouarum frugum in regiones Israelitarum diffundentes, locustarum more cuncta deuorabant. Hos Gedeon qui & Hierobaal dictus est ex præcepto domini solummodo cum 300. uiris usque ad omnimodam internitionem deleuit; stratagemate usus, de quo in littera. Madianitę, relinquentes iudicium interpretantur. hi sunt peruersi iudices, qui per auaritiam, & sordes perperam iudicant. causidici quoque, & aduocati mali eos corrumpentes, & inuentis quotidie nouis cauillationibus peruersa iudicia procurantes. ¶ Fragor. Collisarũ intra sese lagenarũ fictiliũ. ¶ Splendor. Luminũ fractis lagunculis emicantium. ¶ Clangorque tubarum. Trifariam diuiserat Gedeon exiguũ exercitum suum; illisq; præceperat, ut quod cernerent eum facere & ipsi exequerentur; moxque circa noctis medium omnes suas confregere lagenas; vnde quæ intus latuerant, emicuerunt lumina, & altera manu tubas ad os apponentes personnerunt; interdum & vociferantes: Gladius Domini, & Gedeonis, quo strepitu exciti Madianitæ, & viso luminum insolito miraculo, adeo exterriti sunt, ut omnes se se in fugam præcipitantes, mutuis etiam cędibus inuicẽ crassantes relictis castris dissiparint. uide hystoriam banc in libro Iudicum. ¶ Sysara. Is princeps militiæ fuit Iabin regis Chanaan, qui regnabat in Asor, & habebat nongentos currus falcatos grandi cum exercitu, oppresseratq; filios Israel xx. annos, deuictus est à Delbora vate fœmina, & Barach asetto duce exercitus x. millium pugnatorum, eiusdem libri hystoria est. per Sysaram, qui interpræ tatur, equi visio, siue gaudij exclusio, notamur adulteri; nam sicut semper adhinniunt equa visa: sic & ipsi facti sunt equi emissarij, ut ait Hieremias propheta, amatores in fœminas: vnusquisq; ad vxorem proximi sui binniebat, vnde gaudij coniugum omnis exclusio, ac perpetui mœroris occasio, tam grauem iniuriam non ferentium, per Iabin, qui sapientem sonat, illos sapientes intelligamus oportet, de quibus scriptum est; sapientes sunt, ut faciant mala, bona autem facere nesciunt. & Apostolus à propheta dictum refert: perdam (dicit Dominus,) sapientum sapientiam, & prudentiam prudentum reprobabo, & alibi, vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius sæculi? & iterum qui dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, quales fuerunt mundanæ, & sæcularis tantum scientiæ phylosophi. ¶ Endor. Est fons vnde etiam dicta est Endor ciuitas; porrò Cyson torrens (apud quem factum est prælium) & duritiam, & abundantiam eorum significat, hi sunt diuites huius sæculi, opibus abundantes, & in pauperes durissimi. Endor autem fons generationis interpretatur, & subaudiendum est carnalis, hi sunt qui prò nihilo regenerationem ducentes spiritalem, non nisi quæ carnalia sunt sapiunt, carnalibus semper intendunt; de quibus & loquuntur & in quibus se semper exercent. ¶ Orebus. Oreb, Zeb, Zebeæ, & Salmana, quattuor principes fuere Madianitarum, qui à Gedeone deuicti sunt, ac interfecti: ut supra dictum est: horum interpretatio talis est. Zeb, Lupus, & hĩ regnans qualibet vrbe Lupi; sunt enim pauperum oppressores: Zebeæ Lupi victima. hi sunt, qui uidentes malos hoc in sæculo florere in eorum coloniam transeunt: Salmana verò vmbrã commotionis, hi sunt qui uanis suspitionibus commoti aduersus omnes malignantur, nemini fidem habentes, miseri semper; vnde, & sapiens Cato nos ammonet, suspectus (inquit) caueas, ne sis miser omnibus horis. Nam timidis, & suspectis aptissima mors est. Gedeon autem, qui hos debellauit, Christi figurã gessit, qui peccatores istos omnes est debellaturus; quosdam in suas partes trahendo: pertinaces verò ad æterna supplicia condemnando, qua de re modo cãtaturus est vates, nec intelligetur nisi ab his qui hanc nouerint facere distinctionem. Eorum.n. qui in præsenti à Domino flagellantur malorũ, quibusdam flagella correctionẽ operantur, nam vexatio præstat ijs intellectum: quibusdam damnationẽ propter duritiam cordis accelerat, hac retenta distinctione quo ad sensum spiritalem, cuncta quæ vsq; in finem Psalmi canuntur facile percipiemus. ¶ Neci. In fratrum ultionem quos ij. peremerant. ¶ His. Madianitis, cumq; alijs

Delbora quos strauit vates, dux, fœmina belli,
Cyson vbi torrens sanguine tinxit aquas.
Vt cœnum immundum putruere cadauera in aruis;
Vnde grauis factus, terer & Endor olet.
Corpore nonne potens & viribus acer Orebus?
Et Zebus, & Zebeus, Salmãna, Duxq; ferox?
Te ductore tamen fugientum castra secutus,
Cepit & hos Gedeon tradidit atq; neci.
His magis infestos, animo & grauiore ruinæ
Instantes nostræ non tua dextra teret?
Horum pone duces, posuisti sicut & illos;
Quos par culpa ligat: par quoq; pœna premat.
Possideamus enim, dixerunt, forte trahamus
Hanc terram; has ædes, hæc loca sancta Dei,

2.Ro.24.
Iud.7.
E
Iud.7.
Iud.4.
Hier. 5.
Hier. 4.
1.Cor. 1.
F

supra enumeratis. ¶ Magis infestos. Hæreticos martyrum interfectores, & Antichristianos uult intelligi, qui ic- A
circo dicuntur magis infesti, quia non solas piorum facultates, & corpora persequuntur: sed & animas ipsas per-
dere satagunt, hoc est deuotare, & in corpus Diaboli traiicere, quæ est societas ipsa malorum. ¶ Teret. Quasi di-
cat conteret omnino, scilicet, ex modis duobus supradictis altero. ¶ Horum. De quibus modo diximus Anthi-
christi, vel Diaboli assėclarum. ¶ Et illos. De quibus supra, Adadianitas, Lotheos, Amalechitas, & Assyrios
cum cæteris Iudæorum aduersarijs. ¶ Pœna premat. Nam qui culpæ sunt socij, & pœnæ. ¶ Dixerunt. Prædicti
aduersarij Domini, ac seruorum eius. ¶ Sorte trahamus. Aut diuidamus inter nos, aut iure quodammodo hæ-
reditario possideamus, & ad posteros nostros transmittamus, uelut ad hæredes. ¶ Terram. Promissionis lacte,
atq; melle manantem. ¶ Vt rota uoluantur. Nam omnes impij in circuitu rerum mundanarum ambulant, &
transeuntium. ¶ Rotentur. In gyrum reuoluta circum caput habena. ¶ Terq; quaterq;. Ad iactum Dauid al-

Vt rota voluantur currus, pariterq; rotentur,
Missus vt à funda terq; quaterq; lapis.
Vtq; leues stipulas moto rapit aëre ventus:
Sic tua diripiat vltio digna reos.
Vt sterilem syluam excitus rapit ignis ab aura,
Flamma velut montes sulphure fota uorat.
Ignea tempestas tua sic flectetur in illos;
Et turbabit eos, ira furorq; tuus.
At quoniam multos infamia turpis adegit,
Ad resipiscendum, fusus & ore rubor;
Namq; humiles fiunt, mentisq; tumore fugato,
Tum reminiscuntur quo cecidere gradu.
Fac nota sic turpis facies aspergat eorum,
Nomen vt inquirant pectore & ore tuum.
Qui sunt Efrontes elisa fronte rubescant,
Et conturbentur tempus in omne rei:
Confusi at pereant, qui tincta fronte rubescunt,
Ne pereant, vitam mors det ut ista nouam.
Dat mortem vitamq; simul confusio; vitam
Si pereant: mortem (ni moriantur) habent.

ludit, quando peremit Goliam formidabilem, 1. Reg. 17.
& procerum Gigantem lapidis ictu. ¶ Sulphu-
re fota. Sicut in Aetneo monte, vesuuo, & si-
milibus factum esse legimus. ¶ Ignea tempe-
stas. Diuina vindicta, qualis in Sodomitas, &
Gomorrheos immissa fuit; vel gehennam signi-
ficat; dicturus est enim Christus iudex: Ite ma-
ledicti in ignem æternum. ¶ Illos. Hic in sensu
mystico incipiat fieri ea distinctio, de qua supra;
malorum scilicet, qui in flagellis indurantur, &
eorum qui corriguntur; nam de impœnitenti-
bus modo loquitur. ¶ Ira, furorq; tuus. Idest
æterna damnatio, non quod Deus ira, furoreue
perturbetur, vt homines; sed ministri eius exe-
quentes eum furore uindictam. ¶ At quoniam
multos. Nunc agitur de his, qui emendantur in B
aduersis, & clara est litera. ¶ Nota turpis. Igno-
minia irrogata, & præcipue ob latentis sceleris
manifestationem. ¶ Nomen tuum. Quod ante
despectui habebant, aut floccipendebant. ¶ E-
frontes. De pertinacibus hoc intellige; sunt au-
tem Efrontes inuerecundi, quasi frontem mere-
tricis habentes: de quibus alius propheta sic ait: Hier. 3.
frons meretricis facta est tibi, noluisti erubesce-
re. ¶ Elisa fronte. Quasi malleo tortoris estracta.
¶ Rubescant. Sanguinis effusi rubore. ¶ Contur-
bentur. Non ad pœnitentiā fructuosam, quia in
inferno nulla est redemptio: sed ad æternam eo-
rum confusionem. Ideoq; sequitur. ¶ Tempus in omne rei. Idest in æternum culpabiles, & damnati. ¶ Confusi.
Temporanea, atq; vtili confusione, dum adhuc uiuunt, sicut illi de quibus ait Apostolus: quem ergo fructum Rom. 6.
habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est: & ad Corint. Gaudeo, non quod 2. Cor. 7.
contristati estis; sed quod contristati estis ad pœnitentiam; contristati enim estis secundum Deum. Hanc contri- Rom. 6.
stationem vocat hic vates confusionem. ¶ Pereant. Vt mortui peccato, deinceps iustitiæ viuant, iuxta doctrinā
Apostoli. ¶ Ne pereant. Scilicet in æternum, si remanerent in peccato obstinati nolentes erubescere. ¶ Mors ista.
Qua moritur quis peccato per quandam similitudinem mortis Christi, de qua sic ait Apostolus; quicumq; bapti-
zati sumus in Christum Iesum; in mortem ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismū
in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.
De qua uita noua subiungit etiam vates. ¶ Vitam mors det ut ista nouam. Nam exuta vetustate peccati debet
homo nouis uirtutum indumentis vestiri. ¶ Confusio. Quæ & tristitia vocatur ab Apostolo: Quæ enim (inquit) 2. Cor. 7.
secundum Deum tristitia est pœnitentiam in salutem stabilem operatur, sæculi autem tristitia mortem operatur. Eccl. 4.
verum hic maluit Psalmi verbo vti, confundantur (ait) & pereant, sic & sapiens duplicem posuit confusionem.
Est enim confusio quæ adducit mortem, & est confusio, quæ adducit gloriam, & gratiam. ¶ Si pereant. Pec- Rom. 6.
cato vt modo dixi. ¶ Mortem. Aliam à supra dicta, de qua dicit Apostolus, nam stipendia peccati mors est: hæc Ibidem.
autem mors, in quam peccando incurrimus; ad æternam mortem ducit impœnitentes. Nota hic multiplicem Ibidem.
mortem, bonam, qua morimur peccato pœnitentes, de qua Apostolus: qui enim (ait) mortuus est, iustificatus
est à peccato: malam, quæ per peccatū inducitur, & anima priuatur uita gratiæ; vnde & peccata mortalia dicunt: C
de hac dictum est etiam ab Apostolo: stipendia peccati mors est; tertia mors est corporis, de qua dixit idem: statu Heb. 9.
tum est omnibus hominibus semel mori; & ista propter peccatum sicut & alia introducta est, quarta est etiam
animæ, & corporis mors, omnium pessima, quæ gehennæ damnatio est æterna: de qua dixit propheta. mors pec- Psal. 33.
catorum pessima: preciosa verò in conspectu Domini mors sanctorum est: sed & desiderabilis. Vnde & idem Apo Philip. 1.
stolus dicebat: cupio dissolui & esse cum Christo, ¶ Ni moriantur. Bona illa morte, quæ destruit peccatum in sa- Act. 10.
cramentis baptismi, & pœnitentię: de hac morte, qua occidendi erant peccatores, dictum fuit Petro Apostolorum
principi: macta, & manduca. ¶ Habent. Bene dicit habent; mortem enim, quam peccando contraxerunt, sem
per secum ferunt vsq; ad infernum, nisi ante mortem corporis pœnitendo reuiuiscant. ¶ Et idoneus. Exclama-
tio est ab Apostolo sumpta, propter eorum, quæ dicta sunt, difficultatem, tam intellectu quàm etiam factu, non
tamen impossibilitatem, Deo quippe omnia possibilia sunt, Nam & si Pharao flagellis attritus durior euasit: Luc. 1.
Manasses tamen Esaiæ multorumq; aliorum prophetarum interfector, ac cultor Idolorum flagellis est correctus 2. Par. 33
& emendatus: sic & ipse Paulus Apostolus cæcitate percussus ac prostratus a D. N. I. Christ. conuersus est, & alii Act. 9.
complures. ¶ Qui velit. Scilicet monitis salubribus istis acquiescere, vt cum flagellamur, cognoscamus, quia à 1. Co. 11.
Domino corripimur: ne cum hoc mundo damnemur. ¶ Vitaq;. Si volueris uitam emendare, & mandatis obe-

Ff dite, mors

D dire, mors verò æterna si fueris in peccato obstinatus. ¶ Dominus. Cui seruire regnare est. ¶ Deus. A græco est θεός quia videt omnia, etiam cogitationes hominum in corde latentes. ¶ Altissimus. Altus est enim homo
Ouidius brutorum comparatione iuxta illud sæcularis poetæ (licet enim nobis spoliare Aegyptios) pronaq; cum
Manh. 1. spectent animalia cætera terram: os homini sublime dedit, cœlumq; uidere iussit, & erectos ad sydera tollere
Psal. 8. vultus. Altior est nobis Angelus: unde & propheta: minuisti eum paulominus ab Angelis, & Saluator cum de
Luc. 7. Ioanne dixisset, quia nullus inter natos mulierum maior illo surrexisset, subiunxit, qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo, per hæc sublimitatem Angelorum demonstrans ad homines adhuc in hac corruptibili carne viuentes. Altissimus autem omnium, & hominum, & Angelorū Deus est, de cuis celsitudine tamen ait Augu.
Psal. 137 videte fratres magnum miraculum. Altus est Deus: humilias te & venit ad te; extollis te, & fugit à te. sed vnde hoc? quia excelsus est Dominus, & humilia respicit, alta vero à longe cognoscit: sed non ignoscit, dicit ille: eleuatur enim, vt ictu grauiori prosternat elatum. ¶ Vbiq;. Non solum in cœlo, vbi regnare uidetur: sed etiam in omni terra. ¶ Potens. Du-
Sap. 6. ram ceruicem peccatorum confringere, etiam Duces, Reges, & Imperatores; de quibus si fuerint in malo pertinaces, scriptum est quia potentes potenter tormenta sustinebunt. ¶ Adest. Vbiq; præsens. Tans Deo.

Sed quis ad ista potens, vel idoneus? Erudiatur
Qui velit: in Domini vitaq; morsq; manu.
Nomen ei Dominus Deus est, altissimus vnus,
Solus vbiq; potens, & dominator adest.

Luc. 24. QVoniam omnes, qui piè volunt viuere in Christo, tribulationes patiuntur. Nam sicut oportuit Christum pati; & ita intrare in gloriam suam: sic & nos oportet per multas tribulationes introire in regnum Dei nec enim potest vua in vinū transire, nisi in lacu torcularis à graui prælo ante fuerit expressa, quòd si pressuram præli formidans maluerit de sub prælo resilire, uel foris in vitibus remanere, auium vel canum fiet esca aut à transeuntium pedibus conculcabitur: porrò rationalis vua, homo est: torcular Ecclesiæ præsentis temporis, quæ & militans dicitur: lacus aduersitas: prælum graue tribulationis pondus. vinum inde expressum, dignū dilecto ad potandum patientia est uirtutum maxima, qui nolunt angustiæ prælum subire, uel per impatientiam siue metu inde resiliunt, dæmoniorum esca, & cæterorum vituperium erunt. Quod ergo remedium in graui an-
Rom. 8. gustia posito, vt fortiter aduersitatis pondus sufferre possit? oculos mentis ad cœlum leuare, consideraréq; quæ, qualia, & quanta sint præmia perseuerantibus vsq; in finem fidelibus à Domino Deo præparata: & cum agnouerit non fore condignas passiones huius sæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: saltem faciat id quod sæculares viri secum reputantes dicunt, spes lucri, solatium laboris; imitetur Prophetam; qui cum vi-
Psal. 72. deret sese pondere tribulationis grauissimæ opprimi, arrepto psalterio ita cantabat. Quem fluitat, idest fluitare, & à recto titubare facit: quod in alio psalmo dixit quidam. Penè mei moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei. ¶ Præssura lacus. Imminens aduersitas. ¶ Et pondus iniquum. Idest graue ad ferendum, cui humeri nostri quodammodo videntur impares attenta fragilitate humana, reuera etenim fidelis est Deus, qui neminem
1. Cor. 10 (vt ait Apostolus) supra uires tentari permittit. ¶ Torculei præli. Durissimæ tribulationis, & angustiæ: translatio est sumpta ab vuis in torculari sub prælo, idest ponderosissima, atq; ingenti illa trabe compræssis. ¶ Lumen. Exterius, & interius magis; qui vocatur intellectus luce fidei illustratus. ¶ Ad astra. Idest lucidissimas stellas, quò ad oculos corporis, vt ex earum splendore atq; cœli ornatu aduertat, quanto pulcheriora sunt cœlestia terrenis, & inferioribus superiora: quò ad lumen intellectus, sanctorum gloriam consideret, & pendat in animo, quanta passi sunt tormenta, vt securi peruenirent ad gloriam regni, deinde secum dicat: si fuerimus socij passio-
2. Cor. 1. num, erimus & consolationum. ¶ Quàm Dilecta. Amabilia dicit Aug. idest amari digna: utitur præteriti temporis participium pro futuro. ¶ Tentoria. Siue militaria tabernacula: porrò describitur hic cœlestis Hierusalem ad similitudinem alicuius magnæ, & regiæ urbis, ante cuius portas in aliquo lato campo Imperatoris exercitus quasi ad bellum processurus; uel exercitationis gratia, castrametatus fuerit: vt olim Romæ factitatum est in campo Martio; sunt nanque ea castra pulchra uisu, & oculis delectabilia. ¶ Sabaoth. Vocabulum Hæbreum, idest virtutum, siue exercituum Dei, hoc est angelorum qui milites cœlestis militiæ dicuntur. ¶ Exoptat.
F Mens humana ad horum speculationem cogitando per Dei gratiam eleuata; interdum enim ad consolationem fidelium præcipuè in agone positorum tales Deus visiones seruis suis demonstrat etiam corporeis oculis intuendas; vt legimus factum esse er-
4. R. 6. ga puerum Helisæi prophetæ, cui nimis exterrito præ aduentu repentino hostium, exercitum grandem, qui in auxilium aduenerat, ostendit. ¶ Exoptat. Esse cum illis, inter illos enumerari. ¶ Liquescit. Præ desiderio. ¶ Atria. Quæ extra domum atram erant ædificia; ab atro, idest obscuro culinæ iuxta positæ fumo sic appellata; nam ex castrorum speculatione ascenderat vsq; ad palatium regis, cuius atria tanta pulchritudine, & ita miro decore ornata sibi visa sunt: vt quasi spectando deficeret præ ardenti desiderio ibi commorandi. ¶ Superis auris. Vnde nobis calor vitalis. ¶ Inde. Ex illo calore vitali. ¶ Gemit. Quia nouit sese mox inde recessurum, vnde mors fugit, & uita uenit. ¶ Suspi-
Rom. 8. rat. Idest sursum aspirat, intensissimo cordis de-
2. Cor. 12 siderio. ¶ Spe. Non adhuc re; quod enim videt quis quomodo sperat? vnde, & Paulus qui ad tertium vsq; Cœlum, & in paradisum fuerat elevatus.

ODE LXXXIII. EX PSALMO LXXXIII.
Quam dilecta.

QVem fluitat præssura lacus, & pondus iniquum
Torculei præli, lumen ad astra leuet.
Quam dilecta notet summi tentoria Regis,
Virtutum, & Sabaoth lucida castra Dei.
Dum videt hæc, exoptat: & exoptando liquescit,
Atriaq; in Domini cor speculando perit.
Sed pereundo tamen, superis quia deficit auris,
Inde reuiuiscit Spiritus, inde gemit.

Dumq; gemit, suspirat adhuc, spe fertur ad astra;
Vnde calore nouo mortua membra vigent.
Sic renouata caro cum corde exultat, anhelans,
Scandere vbi vitam cernit adesse suam.

A

Viuus vbi Deus est fons vitæ, fonsq; bonorum,
Vita perennis vbi, nescia vita necis.
Mors labor, atq; dolor, procul inde,& causa dolorũ,
Sunt vbi nulla mala: & sunt vbi cuncta bona.
Vespere si passer querulus sibi forte paratam
Ex agro rediens inuenit vrbe domum.
Siq; thori specimen casti, viduæq; magister
Ingemere atq; hominum, qui docet omne genus;
Arbore si nidum pullos vbi condat, in alta
Soliuagus turtur repperit atq; sibi.

natus dixit. siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit; fiunt enim huiusmodi cœlestes visiones inenarrabili quodammodo etiam ab ipsis quibus ostenduntur. ¶ Mortua membra. Quasi ex animæ recessu propter extasim, idest mentis excessum, quem patitur is qui ad hæc uidenda sursum rapitur. ¶ Caro cum corde. Corpus, & anima; nam passiones sibi inuicem communicant. ¶ Vitã suam. Deum ipsum, qui est uita animæ, quamdiu habitat in ea, & spiritum qui per extasim sursum ascenderat; nã & anima (cuius superior pars est spiritus) corporis est vita quandiu habitat in eo. ¶ Nescia vita necis. Neq; enim moriuntur ibi, sicut in hac valle lachrymarum, & miseriæ. ¶ Mors, labor, atq; dolor. Tria hæc sunt, tanquam genera malorum, atq; miseriarum omnium, quæ hoc in sæculo genus humanum affligunt; neq; enim vlla ærumna est, quæ ad vnum ex tribus reduci non possit. ¶ Procul inde. Non enim esurient amplius, neq; sitient, neq; cadet super illos Sol, neq; vllus æstus, quoniam priora transierunt, neq; mors erit, ultra. Iusti enim in perpetuum uiuent, & apud Dominũ est merces eorum. Apoc. 7. ¶ Et causa dolorum. Peccatum est. tunc enim fiet quod ait Apostolus, cum corruptibile hoc 1.Cor.15 induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. tunc fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria; ubi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est. ¶ Sunt vbi. Augustini est hæc sententia verbis breuissima, sensu uero plenissima, beatitudinemq; totam regni cœlorum complectitur; quid enim potest amplius homo desiderare? quam malis omnibus carere, & bonis omnibus abundare? hæc sunt illa Esaiæ verba relata per Apostolum. quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in Esa.64. cor hominis ascendit, quæ præparauit Dominus bona diligentibus se. 1.Cor. 8. ¶ Vespere si passer. Per duas similitudines passeris, & turturis ostendit immensum desiderium illuc ascendendi, vbi mala nulla sunt, sed cuncta bona: verum latentur per passerem animam, quam cordis nomine supra appellauit, & per turturem corpus intelligit, B quod & carnem vocauit. Sic tamen quia nollet dissolui, sed id quod ait Paulus; nam in hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cœlo est superindui cupientes, & rursus. nam & qui sumus in hoc tabernaculo inge- 2.Cor.5. miscimus grauati, eo quod nolumus expoliari: sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita; uellet enim homo sic ut est viuus cum corpore & anima ad beatitudinem conscendere facto immortali corpore, quæ res præpostera est; nec enim modo adimpletur hoc hominis desiderium: complebitur autem in vniuersali mortuorum omnium resurrectione, & clara est littera. ¶ Siq; thori specimen casti. Tres turturis proprietates multum commendabiles ad exemplum hominum per ecbasim poeticam hic decãtantur, quarum prima hęc est: vt nullum præter comparem suum vnquam admittat, in hoc ostendens fidem coniugalem. secunda vt cõpare suo priuatus nullum amplius in consortium admittat, vidualem castitatem demonstrans. tertia gemitum habet loco cantus vt etiam columba, & in hoc miseriam nos docet humanam ingemiscere. ¶ Soliuagus. Perpetuum est huius volucris epithetum monachis, atque hęremitis conueniens. ¶ Hæc altaria. Quæ supra atria appellauit, modo altaria nominat, quia immenso charitatis ardore beati velut hostiæ & victimæ semper exuruntur, nec absumuntur. ¶ Sistor. Dura quidem methaphora à reis assumpta, qui ante iudicem sisti dicuntur, non tamen mortali adhuc homini disconueniens, qui sese reum semper existimare debet iuxta illud. Cum rex iustus sederit in throno, quis glo- Prou. 20

Ad tua virtutum Deus hæc altaris, cur non
Sistor & ipse gemens, hostia viua tibi?
Passeris at certe mea vox pipientis amara,
Sunt queruli cantus turturis vt gemitus,
O quàm fœlices, ò terque quaterque beati,
Quis superæthereæ mansio certa domus.
Carmine mellifluo modulatis vocibus omnes
Cantabunt laudes pectore & ore tuas.
Lux mea summe Deus quid agant per sæcula tanta?
Quid nisi te laudent, te vehementer ament?
Dulcis vt ardor alit cantus, ita cantus amores
Est amor æternus, perpetuusque canor.
Nonne beatus erit, licet his abiectus in oris
Syderea auxilium cuius ab arce venit?

riabitur se castum habere cor. & Petrus in Epi- 1.Petr.4. stola. si iustus vix saluabitur, impius ubi apparebit? Io. ep. 1. præterea in multis offendimus omnes, & si diximus quia peccatum non habemus ipsi nõ seducimus ergo bene dixit tanquam reus sistor, nolet tamẽ condemnari, sed per misericordiam saluari. Rom. 12 ¶ Hostia viua. Quòd & Apostolus ait. Hostiam viuentem sanctam in odorem suauitatis, & Petrus offerentes spiritales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. ¶ Pipientis. Per figurant ex sonitu vocis tracta dictio. de qua & 1.Petr.2. Ouidius in phylomella. ¶ Terque quaterq; beati. C Idest septies, non ab re tali vsus est numero significat enim apud catholicos doctores vniuersitatem, complementum, atque perfectionẽ continet etiam latens mysterium, per quod animæ & corporis perfectam beatitudinem demõstrat. ternarius siquidem numerus refertur ad animam, quæ ad Dei trini, & vnius imaginem est creata. siquidem & ipsa ex memoria intellectu, & voluntate constat, per memoriam patrem, per intellectum inde genitum filium, ac per voluntatem ex utroque procedentem spiritum sanctum refert quaternarius vero numerus ad corpus attinet, propter quattuor humores, & quattuor elementa ex quibus compactum est. ¶ Superæthereę domus. Quæ uocatur paradisus, non ille terrestris vnde fuit homo propter peccatum eiectus; sed ubi beatorum sedes est, in quo ostendit illis & faciem & gloriam suam. ¶ Mansio. De qua in Euangelio in domo patris mei (inquit) mansiones multæ sunt. ¶ Certa. Huic terrenæ contraria quæ & ipsis regibus incertissima est. ¶ Carmine. Hic ostendit quid agatur per sanctos tamdiu in paradiso. Laudant enim Deum, & amant. & clara est litera, atque sententia; neque mysterium hic recipit excutiendum. ¶ Dulcis &c. Hic reddit optimam rationem & bene notandam, quopacto fieri posse si quærat aliquis, vt per tam longa imò per æterna sæcula, absque fastidio semper à sanctis, ac beatis spiritibus laudetur Deus? respondet. quia

D semper amãt, semper laudant Deũ. hæc .n. duo sibi inuicẽ mutua præbent fomẽta, amor & cãtus; nã q̃ uehemẽter amat cogitur & cantare, ut cõceptũ respiret ardorẽ; cãtãdo autẽ magis ac magis nouũ cõtinuè cõcipiat ardorẽ ne cesse est. huius rei experimentũ etiã sæcularis amoris inditio est. amemus igitur Deũ, & cãtabimus, cantãdoq; ma gis atq; magis amabimus, & gustabimus q̃ suauis est dom, initiũ quoddã siue tantillũ beatitudinis futuræ. ¶Bea tus erit. Tũc re atq; effectu, nunc uerò tñ spe, atq; affectu. ¶Abiectus. Nõ qui nequiter se humilitat, ut hypochrita: sed huius humilitatem non respicit Deus: qui tamen respexit humilitatem ancillæ suæ: sed qui uere cum propheta canit, Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. de talibus dicit dominus. qui se exaltat humiliabitur. ¶In oris. Mundi huius in quo sæpius exaltãtur peccatores, quàm iusti. ¶Ab arce sydera. Id est à Deo qui in altis habitat, & humilia respicit. ¶Relict. Ille humilis, & abiectus, omnique humana ope destitutus, & qui potest dicere pater meus, & ma ter mea dereliquerunt me: dominus autem suscepit me. ¶Statuit, gradus. Quia nemo repente fit perfectus. ¶In valle lachrymarum. Per uallem humilitas designatur. per lachrymas consideratio miseriæ huius sæculi. ¶Ascendendo. Quibus ascenditur ad perfectionem. de his gradibus dicetur (Deo fauente) in cantico graduum. ubi propriè cadit hæc materia. ¶Ordine qu. su. Quia ut ait Apost. ea quæ sunt; à Deo ordinata sunt, & ubi non est ordo ibi confusio. his autẽ in gradibus, is est ordo: ut à minimis ad maiora paulatim ascendamus. ¶Corde. Pro in corde deest præpositio. hoc est, in secreta meditatione cordis. ¶Locum posuit. Scilicet quendam altissimũ pace, & tranquilitate plenissimum, & omni suauitate amœnissimum. ¶Quo tendat. I. omnem actionum suarum finem, & mentis dirrigat intentionem. quasi pro scopo quodam, & certa ad sagittam meta; more perigrinantium à patria qui ambulando semper proprios mente lares respiciunt. ¶Quis locus? Admiratiuè, quàm nobilis, quàm excellens, & quantum desiderabilis. ¶Acuta fides. Quæ etiam inuisibilia uidet, nec aliter quàm per fidem nunc dum mortali pondere carnis adhuc premimur Deũ, uel hunc gloriæ locum possumus intueri. ¶Palatia cœli. Subaudiendum est, suspiciet quasi terrena mole grauatus & est ille locus admirabilis, atque desiderabilis. ¶Legislator. Nouæ s. atque euangelicæ, dominus enim Ies. Christ. non Moyses ueteris legis annunciator. ¶Iter. Quod illis gradibus conficitur, de quibus paulo ante dictum est. ¶Peregrini. A cœlesti Hyerusalem, quæ ciuitas patria, & nostra mater est. unde & Petrus Apostolus aiebat Fratres ob secro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animã. ¶Inhospita. His, qui non diligunt mundum, & piè uolunt in Christo uiuere nam persecutiones multas patiuntur, ab his qui libentissime mundi hospitio pro dulci patria vtuntur. ¶Tu. Scilicet Christe legislator; dixit enim qui vult uenire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. ¶Comes. Sicut & pollicitus est. Ego uobiscum sum usque in finem sæculi. ¶Syonëi montis. Non ad litteram: sed allegoricè. ut docet Paulus areis. s. illius Hyerusalem, quæ sursum est, quæ est mater nostra, non illius quæ in terra est, & seruit cum filijs suis. Syon autẽ interpretatur alia speculatio, Dei. s. & rerum quæ in cœlo sunt. ¶Parta quies. A domino nostro Iesu Christo, qui & si laborauerit pro nobis ut post mortem cum illo quiesceremus, uult etiam nos laborare tanquàm suos cooperatores. ¶Deorum est Deus. Nomina sua mitis dominus etiam hominibus ministris suis communicare non dedignatur, quibus interdum officia suæ deitatis impartitur: ut iustè iudicare, uerè futura prædicere, & peccata remittere. ij quibus hæc munera competunt Dij uocantur. ¶Facie ad faciem. Hæc summa est beatitudinis æternæ, de qua Apostolus videmus nunc tanquàm per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem; de qua uisione & Ioãnes Apostolus ait. carissimi, nunc filij Dei sumus: nondum apparuit quid erimus, scimus autem quòd cum apparuerit, similes ei erimus quoniam uidebimus Deũ sicuti est. ¶Mũdo tunc corde. I. mundicordes pene Thmesis est figura. hoc est quod ait dominus in Euangelio Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt. ¶Intuitu claro. Non in ænigmate ut modo. ¶Hei mihi. Dolet quia ab arce contemplationis, & à quodam suaui gustu dulcedinis tantillæ uisionis Dei, eo modo, quo fieri potest per extasim. i. mentis excessum repente à pondere carnis deorsum abstrahatur ad aliquas actiones necessarias sibi, vel proximis, qualis & illa dilecta Deo anima querebatur in canticis canticorum dicẽs. Laui pedes meos, quomodo eos inquinabo? expoliaui me tunica mea, quomodo iterum induar illa? ¶Quando. Animæ languentis sunt hæ voces, & cupientis dissolui & esse cum Christo, nec poterunt bene percipi: nisi ab eo qui gustauerit & viderit quàm suauis est dominus. ¶Supplantatoris. Interpretatio est huius dilectionis Iacobi. de quo in Gen. flens Esaù pro surrepta benedictione eiulando dicebat. iustè vocatum est nomen eius Iacob supplantauit enim me, en altera vice. primogenita mea ante tulit, & modo surripuit benedictionem meam. siquidem à matre fuerat appellatus Iacob, q̃ præcedentis plantam fratris in nascendo manu teneret: quasi volens illum trahere retro, à quo fuerat anti primo

Quos faciat, statuit lachrymarum in valle relictus.
Ascendendo gradus ordine quemque suo.
Corde locum posuit, quo tendat ad alta gradatim
Quis locus est? nisi quem cernit acuta fides?
Sed quis ad immensi tam celsa palatia cœli?
Si legislator non benedicat ei?
Inclyta legiferi benedicat dextera nobis:
Virtutum vt tuti progrediamur iter.
Nanque peregrini gradimur per inhospita mundi,
Tu dux ignotæ, tu comes esto viæ.
Celsa Syonëi superata cacumina montis
Cum fuerint nobis, est vbi parta quies,

E

Rex regum, dominus dominorum, quique Deorum
Est Deus; ostendet se facie ad faciem.
Numen adorandum mundo tunc corde videbunt
Intuitu claro: sicque fruentur eo.
Hei mihi cur rapior? modo nec descendo per auras,
Labor at infœlix? quo feror? vnde veni?
Quando redibo Deus virtutum ad castra videnda?
Suscipe me rursus sydera ad alta precor.
Exaudire precem nostram digneris vt oro;
Aure pia mitis percipe verba mea.
Supplantatoris qui quondam verba Iacobi
Audisti, Israel vt fieret melior.
Lumine sydereo protector en aspice noster,
In faciem Christi respice sancte tui.

F

A

primo locus pulsus adhuc in vtero matris.¶Verba Iacobi. Eius voti fortassis quod emisit in Bethel dum fugerēt ī Mesopotamiam ab irato fratre. uel potius ea quæ in reditu dixit quando luctatus est cum angelo; tunc enim mutato nomine fuit appellatus Israel. i. Deum videns; dixerat, n. vidi dom. facie ad faciē, & salua facta est anima mea. ¶Israel melior. Vtique melioris conditionis est is qui in multa animi quiete tota mente Deum contemplatur illo qui adhuc in agone luctatur; vnde & dominus dixit in Euang. Meliorem partē elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea. verumtamen de vita actiua fit transitus ad contemplatiuam, de Iacob ad Israel. nisi enim quis prius in lucta vitiorum, mundo, diaboloque supplantauerit & carnis ad illam animi quietemque cœlestium contemplationi est necessaria minime poterit peruenire sit ergo ante Iacob, qui optat fieri melior Israel. ¶Lumine sydereo. Idest sereno, & claro, cum enim apparent sydera tunc est aeris serenitas. ¶Christi. Domini Iesu mediatoris, & aduocati nostri. q. d. & si nos non meremur propter iniquitates nostras exaudiri, propter Christum, qui sanguine suo eas lauit, & gratia tibi hostia in ara crucis est oblatus exaudiamur. per faciem Christi, fides Ecclesiæ denotatur, qua sola ad ipsius Dei notitiam peruenitur. ¶Sancte. Perpetuum Dei Epitheton est, de quo Esaias. Seraphin clamabāt alter ad alterum dicentes, sanctus, sanctus, sanctus, dom. De' Sabaoth, quam vocem & Ecclesia quotidie canit. ¶Quæ-

Quæsumus expandas tua nobis atria, in illis
  Vna dies melior millia multa super.
Et quia sunt speciosa nimis, nimis & preciosa
  Desiderabilia, valde & amabilia;
Has humiles habitare casas eleginius ergo,
  Abiectique, domus inferiora Dei.
Quam peccatorum fulgere decore, & in altis
  Esse tabernaclis, atque opibus fluere;
Tempore enim paruo scimus tentoria tolli,
  Atq; cito rapitur tempore diues honos:
At miseris, & qui sese abijciunt, decus ingens,
  Æternumque parat desuper astra Deus,
Nam pius vt pater est, satagit miseretier horum,
  Et quæ pollicitus reddere verus amat.

sumus. Ex queso. nihil amplius de hoc verbo inuenitur notissimum & familiare est Ecclesiæ; nam eo vtitur in orationibus penè quotidianis. ¶Atria. De quibus supra circa initiū psalmi dictum est. ¶Vna dies melior. Idcirco melior, quia nulla nocte clauditur, est. n. æterna. ¶Millia. Scilicet Dierum, quibus omne tempus nobiscum labitur, quæ nubibus obscurantur noctibus finiūtur, & in quibus rara est illa, quæ aliqua nos amaritudine non aspergat. ¶Super. Anastrophe figura, qualis & in poeta sæculari. surgit mare littora contra. ¶Speciosa nimis. Atria. s. ¶Desiderabilia val. & amab. Iambus est in tertio pede vltro admissus propter rithmum, & optimam aptissimarum uocum significationem. ¶Has casas. Idest manufactas huius ædificationis ædes: nam quæuis principum ampla palatia supercœlestiū comparatione mansionum viles casulæ, ac tuguriola possunt appellari. lege vitā beati Thomæ, qui regium in cœlis palatium regi Indorum eleB mosinatum elargitione fabrefecit, de quo cum fratre contendit. ¶Humiles nos ipsi. Nec enim ad casas hoc in loco referenda est hæc dictio. sed ad personas, nisi enim, & in tuguriis superbi inuenirentur, non dixisset sapiens. Odi superbū pauperē, & diuitē mendacē. ¶Ergo. I. gratia conscendendi ad illa atria superna. mutauit accētū. ¶Abiecti. Nulla tēpali, etiā Ecclesiast. dignitate prædit. ¶Inferiora. I. gradus inferiores, puta minores ordines, uel etiam sordida, atque uilia ministeria. ut scopis ędes mundare, aquam terere, lignis ignem concinnare, fratrum lutulentos pedes lauare, mensæq; ministrare, & alijs huiusmodi officijs pro Deo sese exercere. ¶Domus Dei. Quæ est Ecclesia militans; nec enim de cœlesti domo vult hic intelligere, in qua talibus nemo fungitur muneribus; nec enim sunt necessaria, cum Deus ibi sit omnia in omnibus. ¶Fulgere decore. Hoc est in aliqua celsa dignitate temporali eminere. non ideo hoc dicitur, quia etiam uiri probi interdum dignitates administrent; nam & ipse Dauid qui hæc scribit, regia dignitate fulgebat: sed quia appetitores earum ut plurimum sunt peccatores, propter superbam animi elationem, qua uolunt cœteris præponi quasi ipsi sint cunctis meliores. ¶Tabernaclis. Non detectoriis miliaribus hoc solum intelligēdum est. sed & de palatijs omnibus principum malorum, quæ quia temporalia sunt, atque corruptibilia, supernarum comparatione mansionum, quæ æternæ, sunt nec ulli obnoxiæ corruptioni, aut ruinæ, iure merito tabernacula dici possunt. ¶Miseris. Qui mundi calamitatibus opprimuntur; nam tales in conspectu hominum miseri uidentur licet à domino appellentur beati iuxta sermonem habitum in monte per illas octo beatitudines, inter quas est etiam, beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, & beati estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes &c. ¶Sese abiciunt. Verę humilitatis amore, exēplo. D. N. I. Chr. q exinaniuit semetipsum, formā serui accipiens & humiliauit semetipsū usq; ad mortē, mortē autem crucis: propter quod exaltauit illū Deus, & dedit illi nomen super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dom. N. I. C. est in gloria Dei patris. ¶Miseretier. Figuratè pro misererj; nam miserator est dom. & multus ad ignoscendū, neminem certe iustitiæ corona decoraret, nisi prius per misericordiam illi peccata donaret. ¶Pollicitus. Vltro seruantibus præcepta sua fidelibus regnum cœlorum promisit. ¶Reddere. Debita præmia, quia promissa. ¶Verus. Patet enim verax, & filius est ueritas ipsa, neminem decet dubitare; nam si homines de quibus scriptum est, quia omnis homo mendax, ut uiri probi habeantur, nituntur promissa sua seruare, quanto magis Deus ipse uerax, & pater veritatis? ¶Gratia. Summe necessaria est, quia sine illa nihil boni possumus operari: sed neq; cogitare dicente Apostolo, non quòd sumus sufficientes a nobis, tamquàm ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, non tamen propterea destruitur liberum hominis arbitrium, quia concurrit; Dei quippe cooperatores

Matt. 5.

Philip. 2.

Ioel. 2.

C

2. Cor. 5.

Gratia mellifluo cœlestis rore lateoter
  Infundetur, vt hic fructificare queant.
Debita pro fructu, multo quoq; parta labore.
  Reddetur merces Inclyta, digna Deo.
Visio clara Dei, possessio firmaq; visi,
  Iusta corona decus, gloria, multus honos.

sumus teste eodem Apostolo, neq; bonum nostrum esset bonum, nisi voluntarium sicuti neq; peccatum: indigemus ergo gratia Dei, vt bene faciamus, & per eius gratiam cum benefecerimus reposita nobis est corona, quam retribuet iustus iudex. Iuxta illos versiculos. Quicquid habes meriti, præuentrix gratia donat. Nil Deus in nobis. præter sua dona coronat. ¶Latenter. Quia inuisibiliter in animam inuisibilis operatur

D tur Dominus, sanas cogitationes infundendo, deinde & adiuuando vt quæ cogitauimus adimpleamus. ¶ Vt hic. In præsenti uita dum licet operari donec dies est. ¶ Fructificare. Pietatis opera, qui sunt optimi iustitiæ, & bonæ arboris fructus. ¶ Pro fructu. Bonorum operum, sicut est scriptum in symbolo; qui bona fecerũt ibunt in vitam æternam, & Ioannes in Apoca. Beati (inquit) qui in Domino moriuntur. amodo. n. iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Digna Deo. Quem magnum decet magna dare, quòd si quis quæreret, quæ nam erit hæc merces? breui subiungetur. ¶ Visio clara Dei. Videre Deum, & viso frui absq; metu perdendi. ¶ Iusta corona. Est enim multiplex qua virgines, doctores, & martyres coronantur. Item xxx. vna altera lxj. & alia centum radiorum. ¶ Gloria. Iuxta quod scriptum est. Exultabunt sancti in gloria. Item gloria & honore coronasti eum Domine, & posuisti in capite eius coronam de lapide precioso, & rursus fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Dei. ¶ Insons. Qui nemini nocet, seruans innocentiam, & quis est hic, & laudabimus eum. ¶ Qui nullum infestat corde, nec, ore, manu. Tribus istis modis nocumenta proximis inferuntur, odium in corde gerendo, ore detrahendo, & manu male illum afficiendo, hæc sunt tria genera homicidiorum quæ dicebat Petrus, vt refert discipulus eius clemens, parili esse culpa, & simili pœnæ obnoxia. ¶ Obliuiscitur. Vt Apostolus de seipso dicebat. ¶ Progrediens. Quia non progredi in via Dei, regredi est. ¶ Semper proficit. De bono in melius; hoc est enim ambulare de uirtute in uirtutem donec uideatur Dominus Deorum in Syon. ¶ Alta petens. Animo regnum cœleste semper optandi. ¶ Multiplici virtute. Et ea quæ animi robur est, & fortitudo vocatur, & omnium simul virtutum, & beatorum spirituum tertij chori, qui & exercitus domini vocantur.

Ioan. 9.
Ioan. 14.
Psa. 149.
Psal. 8.
Matt. 13.
Psal. 83.

Istis quippe bonis nemo priuabitur insons,
Qui nullum infestat corde, nec ore, manu;
Quiq; ea quæ retro sunt obliuiscitur, ante
Progrediens, semper proficit alta petens.
Multiplici virtute potens Deus, eius & altor,
Spes sua cui Deus est, ille beatus homo.

GRatia quanta super, &c. Incarnationis dominicæ vaticinium hoc in Psalmo apertè decantatur, & ideirco non alium sensum, neq; mysticam requirit expositionem. ¶ Totum orbem. Quia hactenus. Notus in Iudæa tantum Deus, neq; taliter fecerat omni nationi, & iuditia sua non manifestauerat eis. ¶ Factus homo. Vt homo fieret Deus, hoc narrat Ioannes Euange. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis; & Paulo supra dedit (inquit) eis potestatem filios Dei fieri. ¶ Coreita prior. Ex titulo psalmi hoc assumptum est, qui prænotatur. In finem, pro filiis Core. idest pro fidelibus filiis calui, eius scilicet qui in Caluario monte crucifixus est: porrò isti fuerunt Apostoli reliqui què Christi discipuli. ¶ Secumq; fideles. Cuncti deinceps Christiani fide & operibus dignis præditi. ¶ Caluiciem patris. Idest ignominiam crucis Christi patris omnium verè fidelium. duplici ex causa, ponitur caluicies pro ignominia crucis; & quia in Caluario monte (vt dictum est) crucifixus est D. N. I. Chr. & quia dicit Apostolus, mulier si decaluetur ignominia est illi. ¶ Erubuere. Tales fuerunt martyres, qui minimè erubuerunt se Christianos confiteri. propter hoc chrysmate linitur in fronte fidelis post baptisma, vt non erubescat crucem Domini sui; nam & ipse Dominus in Euangelio dixit, qui non erubuerit me, neq; sermones meos coram hominibus, neq; ego erubescam eum coram patre meo, & Angelis eius, & contra qui erubuerit me, erubescam illum. ¶ Irrisor. Iudæus scilicet populus, quorum plurimi cum principibus suis irridebant, atq; illudebant capto, & præcipue in cruce pendenti. nota est passionis hystoria, nec est necesse vt singula referantur. ¶ Quicumq;. Gentilis siue Iudæus. ¶ Calui patris. Christi ut supra, qui adeo per ignominiam fuit expilatus, vt caluus posset videri; vel forsitan etiam verè decaluatus, vt neq; ab hac contumelia liber extiterit; nulli enim ignominiæ credendi sunt abstinuisse Iudæi, siquidem apud eos grandis erat hæc contumelia, vt habetur in lib. Reg. de nuncijs Dauid taliter affectis ab Amonitarum rege. præterea talis præcesserat figura, quam cum aliis oportuit adimpleri. Ascendenti Heliseo multi occurrerunt pueri, qui insultabant ei, atq; dicebant. Ascende calue, ascende calue, & ecce exiuerunt duo vrsi de silua sæui nimis, qui lacerauerunt xl. ex illis, porrò caluus iste fuit Dominus noster Iesus Christus, cui pueri per stultitiam Iudæi (vt dictum est) insultauerunt, quos post xl. annos à Cruce Christi, duo vrsi de silua, idest Titus ac Vespasianus duces ex gentilitate crudeliter dilaniarunt. hæc Aug. in expositione tituli huius Psalmi plenius exequitur, nec obstat si quis dixerit, in hystoria Dominicæ passionis decaluationem hanc non inueniri, quia certum est non omnia per Euangelistas esse descripta Ioannis ipsius testimonio, qui & refert Dominum dixisse consumata esse omnia; & post resurrectionem sicut, & ante, discipulis ostendisse; quia oportebat omnia quæ de illo erant in scripturis adimpleri. ¶ Terram hanc. Id Iudæam dicit, cuius tunc temporis rex erat propheta: vel potius totam orbis terram [hanc] autem dixit ad differentiam illius terræ de qua alibi dicit portio mea Domine in terra viuentium, & rursus. Credo uidere bona Domini in terra viuentium. ¶ Maledicta fuit. Iuxta primum sensum, terra Iudæorum uidebatur fuisse maledicta tempore iudicium, quando toties manu hostili vastabantur; dicebant enim quidam, quod deuorabat possessores suos, & propterea maledicta. si ad secundum referas. post præuaricationem primi parentis est maledicta. Dixit enim illi dominus. maledicta terra in opere suo, cum eam colueris, spinas, & tribulos germinabit tibi, & hic est melior sensus. Vnde & sequitur. ¶ Pro farre. Et spinas germinat, & tribulos. sciendum est. hoc etiam de terra nostri corporis intelligi posse; quanto enim

Psal. 75.
Psal. 141
Ioan. 1.
E
1. Cor. 11
Luc. 9.
2. Reg. 10
4. Reg. 2.
F
Ioan. 19.
Psal. 141 & 26.

ODE LXXXIIII. EX PSALMO LXXXIIII.
Benedixisti.

GRatia quanta super totum manauerit orbem,
Illo quo Deus est tempore factus homo.
Audiat hæc Coreita prior, secumq; fideles
Caluiciem, qui non erubuere patris.
Audiat irrisor, simul & quicunq; cachino
In faciem calui despuit ore patris.
Audiat omnis homo quæ tu pater optime ab alto
Humano generi dona daturus eras.
Ecce tuam in primis pacato numine terram
Hanc benedixisti, quæ maledicta fuit;
Nam deuota diu, nostroq; ingrata labori
Pro farre, & spinas germinat, & tribulos.

to enim accuratius enutritur, tanto acutiores stimulos nobis parturit. ¶ Hæc verba, benedixisti, auertisti, & quod sequitur, remisisti. Licet tempore nostro optimè conueniant in præterito, eo quòd iamdiu facta sunt, quæ enarrantur, uerumtamen prophetæ tempestate, & longo tempore post, impropriè ponebantur pro futuris, ad maiorem vaticinij certitudinem; nam quæ illis dudum futura fuere, nobis modo sunt præterita, nec mirum, nam & eadem erat illorum fides variatis temporibus, quę & nostra, quem enim nasciturum, & moriturū credebant, pariter & resurrecturum. Nos natum esse mortuum, atq; sepultum credimus, & resurrexisse, atque in cęlum ascendisse: sed & adhuc in hoc vtrique conuenimus: quia venturum ad iudicium credimus D. N. I. Chr. nostrorumque corporū resurrectionem, vitamq; beatam. ¶ Captos. Non solum ab Assyriis, Babiloniis, atque Caldeis, & à cæteris per circuitum finitimis gentibus: sed magis à laqueis diaboli per peccatum. A

Auertisti etiam captos è stirpe Iacobi,
Dans colla à duro dissoluenda iugo.
Atq; remisisti peccatum plebis iniquæ,
Omnia texisti crimina amore tuo.
Est charitatis amor tegumentum tale, q; omnes,
Ex animo mendas destruit igne suo.
Mitis ex effectus conceptam pectoris iram
Primigenæ culpa ponere iam placuit.
Vnius ob noxam, per quem descendimus omnes,
Te Deus iratum senserat omne genus.
Nam graue diluuium terris, & sulphur, & ignem;
Fulgura, & armata fulmina missa manu.

Item & eos qui in inferno retinebantur adhuc captiui in sinu Abraæ; hos enim resurgens à mortuis redemit, ac eduxit. Vnde & cecinit hic propheta: ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem &c. & alius dixit: eduxisti nos de lacu in quo nō erat aqua, & iterum alius: ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo; & post pauca: et post excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. ¶ Duro iugo. Diaboli, quod est peccatum. ¶ Remisisti. Quò ad sanctos patres ab inferis eductos, & eos qui tunc temporis conuersi sunt: quò ad alios uerò prò futuro tractu ponitur. i. remittet, uel remissibile fecisti; nam ex merito passionis Christi. peccatum originale cum cæteris actualibus in verè pęnitentibus fiunt remissibilia, & verè omnibus in baptismi, ac pœnitentiæ sacramentis remittuntur. ¶ Amore. Idest charitate; nam ea est: quæ operit multitudinem peccatorum; & est illa de qua ipse dominus dixit: maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis, & Apostol. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. ¶ Igne suo. Hæc diui Gregorij sententia est, in hom. peccatricis: sicut (inquit) ignis rubiginem, sic & charitas peccatum emundat. ¶ Conceptam iram. Idest vindictam, quę per iratos Dei ministros infertur, nec enim Deus sic irascitur vt homo: sed diuinæ scripturæ de Deo more humano persæpe loquuntur, & quia etiam sic hominibus uidetur, quando flagellantur, Deum enim tunc sibi existimant iratum, qui semper vt mitis pater correctionem infert. ¶ Primigenę. Adæ, qui primus à Deo factus est homo; & Lucas in capite genelogiæ Saluatoris, filium Dei appellat. ¶ Ponere. Pro deponere, apheresis est figura. ¶ Vnius ob noxam. Idest propter culpam primi parentis, qui in se propter uirtutem seminis omne genus humanum continebat. ¶ Omne genus. Subaudiatur facile, hominum, uel humanum. ¶ Diluuium terris. Vide historiam in libro Geneseos, quia nimis longa est, vt hic apponatur, & est ferè nota omnibus. Sic & Sodomæ, Gomorræ, & aliarum vrbium, quæ igne sulphureo de Cœlo immisso funditus perierunt. ¶ Fulgura, & fulmina. Quotidie nunc etiam uidentur; porrò inter fulgur, & fulmen hoc interest, quod illud, solus splendor est ex nubium collisione resultans; hoc uerò, lapis ille de Cœlo missus in sagitæ, seu mauis tormenti morem. ¶ Omnigenam mortem. Idest omnis generis, naturalis ex senio, siue ex morbo superueniente; nec nōn & uiolenta; nam licet una sit mors, infinitæ tamen eius sunt species. ¶ Morbos sine fine. Quia quotidiæ noui, nec aliàs cogniti mortalium eueniunt corporibus, & hæc est uera causa unde mors, & morbi prouenerint: ex peccato scilicet primi parentis. Item ex his quę postmodum à nobis superaddita fuerunt, non autem ex ea, quam cecinit ille secularis poeta: post ignem æterea domo subductū. macies, & noua febrium Terris incubuit cohors &c. ¶ Labores. Iuxta quod dixit dominus: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. ¶ Excedit. Quia æterna, cæteræ uerò temporales, hæc est de qua dominus in Euangelio: mitti in Gehennam ignis, vbi erit frigus, & stridor dentium, & uermis qui non moritur. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, & alibi

Psal. 67.
Zach. 9.
Abac. 3.
1. Petr. 4.
Ioan. 15.
Ioan. 3.
B
Luc. 3.
Gen. 6. & 7.
Gen. 9.
Gen. 3.
Matt. 18. & 25.
C

Omnigenam mortem, morbos sine fine, labores
Innumeros, curas anxietate graues.
Quodq; omnes pœnas excedit, vincula dura
Carceris inferni, perpetuiq; lacus.
In genus humanum tua dedignatio iusta
Intulerat plagas tot simul atque semel.
Est auersa modo Deus indignatio tanta,
Desijt à nobis omnis & ira tua.
Sancte salutaris noster Deus alme præcamur
Vt nos conuertas, cesset, & ira tua.
Numquid in æternum Deus irasceris? & iram
Hanc pater extendes de genea in geneam?

Psalmista: pluet dominus super peccatores laqueos ignis & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. ¶ Iusta. Quia iustus est dominus, & rectum iudicium suum; hinc & Daniel confitetur: recta sunt omnia iudicia tua domine, peccauimus. n. tibi, iniustè fecimus, & iniquè egimus &c. ¶ Tot simul atque semel. Quia reddito corpore mortali, & semina morborum cum morte intrarunt, quasi præambula mortis. ¶ Modo. A natiuitate filij sui D. N. I. Chr. tunc enim reddita pax est hominibus per ipsum vtriusque naturæ conciliatorem, vnde & doctores nostri, mediatorem illum appellant Dei & hominū; ipse nanque est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum; in signum huius rei in die natatis eius, Angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ Sancte salutaris. Hic vertitur sermo à Deo patre ad ipsum Dominum nostrum Iesum Christum saluatorem omnium; & est animaduertendum, q; vbicunque hæc dictio salutaris inuenitur, siue salutare substantiuè, semper Iesus Christus salutis dator significatur vt hic, & in cantico Simeonis: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, idest Iesum Saluatorem. ¶ Vt nos conuertas. Quia & si sponte peccantes auertimur, non tamen à nobis conuertimur, nisi dominus ipse ad nos conuersus, & nos ad se conuertat, ad similitudinem illius, qui in profundam deciderit foueam, non potest inde resurgere & exire

Psal. 10. & 118.
Danie. 3. & 6.
Eph. 2.
Luc. 2.
Luc. 2.

P exire, nisi quispiam vel demisso funere traxerit illum. ¶ Cesset & ira tua. Aeternæ s. damnationis, sed si iam desit ira eius, vt in superiori uersu decantauimus: vt quid iterum precatur, vt cesset eius ira? quod uiderat omnino futurum, quasi factum prædixit, quia tamen summè hoc fieri cupiebat, idcirco precatur. Præterea, ut docent doctores: quædam sic à Deo sunt prædestinata, ut precibus sanctorum condonentur: idcirco ne per negligentiā perderētur, oportet sanctos orare, ac assiduis precibus pulsare ianuam inuitantis amici petentis: quippe negligentia reprehensibilis est, ubi dantis liberalitas est manifesta. ¶ Nunquid. Expectantium Saluatorem: per hæc uerba antiquorū patrum uehemens exprimitur desiderium, sic & Aug. in sermone epiphaniæ de illo beato sene Symeone, fermè simili utitur oratione, ut desiderij senioris eius uehementiam ante oculos auditorum exponat. ¶ De genea in genean. Ex greco ad uerbum depromptum est, quia non ita de facili potuerunt collocari in hoc genere uersum illæ duæ dictiones latinæ, de generatione in generationem, quæ tamen erant summopere necessariæ ad seruandā sensus integritatem; & hoc paucis in dictionibus ex licētia poetica usurpauimus, maximè ubi sensus integritas aliter commodè seruari non poterat, nec sine aliorum uatū exemplo tentauimus istud: quinimò & Horatius in arte poetica id fieri hortatur his uerbis. Et noua fictaque nuper habebunt fidem, si ec ex fonte cadant parcè detorta &c. ¶ Tandem. Multis millibus annorum exactis ab introducta morte in orbem terrarum. ¶ Patrem. Quem dudum castigatorem durum, tametsi iustum, experti sumus in tantis malis. ¶ Mortua. Quasi non penitus; modus est loquendi; & subaudiendum est, pectora: & hæc interpretatio quo ad Iudæos, quibus aliquantisper erat notus Deus ex lege, quam tamen quia propter infirmitatem malè seruabant; quò ad quid poterant dici semimortui languere: quo ad gentiles verò Dei penitus ignaros, verè mortua propter peccatum, & æternam damnationem, cui omnes erant obnoxij. ¶ Exsurgent. A morte infidelitatis, & peccatorum fide suscepta. ¶ Rediuiua. Per Baptismi gratiam. ¶ Phænix ales. Ad differentiam gentis finitimæ Iudæorum, per similitudinem ostenditur pulcherrima crediturae in Christum gentis renouatio; Phoenix enim solus ales (Vt ait Solinus) post multa sæcula, cum senio nimis aggrauatur, in nido ex lignis libani, & multis aromatibus congesto collocata, & ad Orientem solem conuersa, per crebram alarum concussionem igne accito exuritur; & post paucos dies ex eius cinere vermis exoritur, qui paulatim in nouam pheniecem reformatur: sic hominum genus sæculi senio grauatum, & peccato mortuum; quando ad Orientem verum solē iustitiæ Christum est conuersum, charitatis igne primo incipit ardere, & per humilitatem passionis eius renouari; nam & ipse dixit: ego sum vermis, & non homo, & vt phœnix debet in nouita-

E Psal. 21. te vitæ ambulare. ¶ Pietas tua. Per aposiopesim figuram subticuit uerbum, pandetur, de quo infra. Hoc autem fieri solet præoccupatis à nimio dolore vel lætitia, aut ex ingenti desiderio: hoc in loco potest ex his, omnibus causis euenisse. ¶ Orbis. Eius scilicet, qui microcosmos dicitur, hoc est mundi minoris, qui est homo. ¶ Pande sinum. Anadiplosis est figura, per hanc geminationem, & proprium & antiquorum Christi demonstrat, desiderium. ¶ Salutiferum. Dominum Iesum Saluatorem omnium; hinc & ipse se medicum appellauit dicens: vtiq; non est opus valentibus medicus: sed male habentibus; & Aug. languenti mundo graui morbo magnus e cœlo medicus venit. ¶ Illabere. De Spiritu sancto post ascensionem è cœlo misso potest hoc facile intelligi, aut de lumine veritatis, quod audiendo Christi doctrinam capitur in intellectum. ¶ Lux inuisibilis. Diuina gratia, siue filius Dei, qui est lux illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, siue veritas Euangelicæ doctrinæ; sed & lux fidei, & gratia Spiritussancti potest intelligi: quouis modo capiatur, etiam si omnibus istis simul capiatur, sanus est intellectus. ¶ Lenis & aura. Hoc & si Spirituisancto proprium videatur esse: tamen & in libro regnorum ad Heliam factus sermo ostendit, & in sybilo lenis auræ Deum esse. ¶ Nuncia verba. Pacis scilicet, de qua statim infra: & est appositio tropi species. ¶ Mediator. Dei & hominum, Deus & homo Christus Iesus; nemo miretur, aut ignarus reprehendat vocem hanc mediatoris, & nonnullas alias hoc in poëmate repertas quasi inusitatas, aut minus latio sermoni congruas; eò quòd non facile in sæculi poematibus forsitan reperiantur: quia multum interest inter psalterium diuini vatis; & cytharam criniti Iopæ; inter musas cœlestis olympi, & camoenas Parnasi terrestris; vates enim illi sæculares à Cicerone, Quintiliano, & aliis philosophiæ, atq; eloquentiæ Romanæ dignis autoribus vocum dictiones eligebant: nos autem à diuo Hieronymo, Augustino q; & alijs Ecclesiasticæ disciplinæ tractatoribus secernimus; nec vllum quod ij magnifecerint verbum nos decuit explodere: nec enim verba cœlestis oraculi subiicieda sunt regulis Donati: sed de his hactenus. ¶ Nouit nomine. Vt & alibi dicit: ipse nouit qui sunt eius: & Christus discipulis ait: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. ¶ Isacidum. Pro Isacidarum, ab Isaco qui & Isaac dicitur, Abraæ filio descendentium; aduertendum est Hebræorum voces vt pote Barbaras non facilè posse locari in carmine, vel more nostro deriuationibus deseruire, nisi vel addendo, detrahendoue, aut et inuertendo ad græcam, latinamue formam detorqueantur; quàm difficultatem sacri vtriusq; tarent doctores, non duxerunt, ea ab origine remouenda, & tanto magis, quia Hebræorum no-

Marc. 9. Ioan. 1. 3. Reg. 19. F 2. Tim. 2 Luc. 10.

Quin potius clemens ad nos conuertere, tandem
 Nouerimus solita te pietate patrem.
Nam si conuersus fueris, quæ mortua languent,
 Exurgent populi mox rediuiua tui.
Exuuiis phænix positis reparatus vt ales,
 Sic exultabit plebs renouata tibi.
Quæ dudum latuit pietas tua, conditor orbis,
 Atq; reformator iam modo pande sinum.
Pande sinum pietatis, & inde salutis amator
 Humanæ, medicum mitte Salutiferum.

Pectoribus lensim nostris illabere tandem
 Lux inuisibilis, lenis & aura veni.
Audiet interius tacitam sine murmure vocem,
 Mens nostra in plebem nuncia verba tuam.
Vox tua, vox dulcis, lætæ vox nuncia pacis,
 Pacis dona ferens en Mediator adest.
Conciliaturus quos nouit nomine sanctos,
 Isacidum plebis quos & vbiq; videt.
Admisurus eosquoq; qui impietate relicta,
 Ad Dominum toto corde redire velint.
His propior fiet tamen ille salutifer orbis,
 Quorum maiores pertimuere Deum.

A

mina propria non indifferenter, vt apud nos ab eorum maioribus leguntur imposita fuisse: sed omnia certi gratia
significatus, qui ex literarum immutatione plerumq; uariatur, & ex tali uariatione magna confunderentur my-
steria, quæ super nominum interpretatione fundantur: At nos & si mysteria magnipendamus, quia tamen à lege
metri cogimur, pro necessitate, & loco illa nostro vsui adaptantes monemus lectores, vt in mysterijs, quæ hic tan-
guntur semper animum ad originem vocabulorum applicent, & hoc pacto nec asperitate vocum offendetur, nec
inuersione à mysteriorum intelligentia perturbabitur. ¶ Plebis. Prius namq; ad Iudæos deinde, & ad alias gentes
verbum salutis huius missum est: vt docet Apostolus, & Aug. salus (inquit) ex Iudæis est: sed hæc salus vsq; ad
extremos terræ fines. ¶ Vbiq;. Locorum. ¶ Videt. Videre Dei, misereri est; quos enim non videat? cui omnia Psal. 33.
nuda, & aperta sunt. Etiam secreta cordium: sed oculi domini super iustos, vultus autem eius super facientes
mala. ¶ Eos quoq;. Non solos Iudæos de Dei pietate bene sentientes: sed & impios gentiles, qui pro uero Deo
Idola colebant, & Dæmonijs seruiebant, & rursus ex eadem Iudæorum gente, non solos innocentes, & pro tem
pore iustè uiuentes: sed & impios peccatores, & publicanos de quibus ipse dixit, non enim ueni uocare iustos,
sed peccatores in pœnitentiam. ¶ Toto corde. Non dimidio, quia non nouit Dominus opus imperfectionis Matth.9.
qui totum hominem sanum fecit in Sabbato: sed neque quispiam duobus Dominis potest seruire Deo, & Io.7.
mammonæ, hoc est & diuitiarum cupiditati. ¶ Velint. Nec enim placent Domino coacta pœnitus seruitia, unde Matth.6.
& pleriq; ab initio coacti ex nolentibus per contrariam consuetudinem fiunt uolentes. ¶ Propior. Idest præ-
sentior, ut potè ex iudæa matre natus, & inter iudæos educatus, quibus & prædicauit, multaque beneficia
præstitit, & si ingratisimam illum crucifixerunt. unde & ipse legitur dixisse. Non sum missus nisi ad oues, quæ per- Matt.15.
ierunt domus Israel. ¶ Omnibus. Iudæis, & gentibus. ¶ Gloria. De hoc gloriabitur Simeon ille cantor annosus. Lu- Luc. 2.
men (inquit) ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. ¶ Cunctorum. Iudæorum, & gentilium, ut su-
pra. ¶ Veridicus. Hoc est quod etiam docet Apostolus. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circoncisionis ad cō- Rom.15.
firmandas promissiones patrum, gentes autem sperare super misericordia eius. ¶ Fœdera pacta. Cum Abraā, Isaac, Luc. 1.

Omnibus vna salus, communis gratia pacis,
  Gloria nostra tamen conciliator erit.
Cunctorum miserator erit: seruabit auitam
  Veridicus nobis, fœdera pacta, fidem.
Est pius, & verus simul, & clementia, verum,
  Inque vicem duo sunt obuia facta sibi.
Sic quoque iustitiæ metas seruabit ad vnguem,
  Nec minus id pacis munus obibit iners.
Iungentur geminæ parili virtute sorores,
  Oscula iustitiæ mutua pacis erunt.
Ex humili terra superis demissus ab oris
  Veridicus nobis is puer ortus adest:
Quam mirabiliter cœlo prospexit ab alto
  Iustitia, vt partes seruet & ipsa suas.
Cum dederit nobis dominus sua dona benignus,
  Nostra dabit fructum tunc quoque terra suum:
Ante ducem præcursor adest, æquissimus vnus
  Iustitiæ præco, qui parat ante vnam,

& Iacob, quibus promisit daturum se nobis. ut testatur in cantico suo Zacharias pater præcursoris: est autem etiam hic appositio nominam fidē appositiuè fœdera pacta. ¶ Verum. Idest ueritas; quam dictionem nō capit hoc genus carminis, sicut & Virgilius posuit seruitium pro seruitute. & nos itidem uerum pro ueritate. ¶ Inque uicem. Thmesis figura, pro inuicēm. ¶ Duo. Misericordia, siue clemētia, & ueritas. ¶ Obuia facta. Idest coniuncta in una persona saluatoris, & in uno eodemque opere eius, misericordia quidē, q; hominem Deo copulauit, quo medio redemptionem faceret humani generis minimè id mereri, ueritas autem ut seipsum quem promisserat daret saluatorem. ¶ Iustitiæ metas. Puniēdo homine in seipso pro homine, quem uincendo possederat, propter alterum hominem, à quo uictus fuerat, & eius necem iniustè procurādo possidere quæsierat; Deq; enim lex iustior ulla est, Quam necis auctorem morte perire sua. ¶ Ad vnguem. Idest pleuè actus diligenter trāslatio sumpta à marmorariis. ¶ Pacis. Humanæ reconciliationis. ¶ Obibit. Moriendo adimplebit. per mortem enim Christi, cum inimici antea fuissemus Deo reconciliati sumus, ut docet Apostolus.

B

¶ Geminæ sorores. Hæ duæ uirtutes iustitia, & pax, quæ idcirco geminæ dicuntur, quia una sine altera esse non potest. ¶ Iustitiæ. Illius. s. maioris quàm scribarū a.M.cc.
& phariseorum recta docentium, sed non facientium. est autem hæc iustitia obseruatio mandatorum Dei. ¶ Pacis
Non eius quam mundus dat: sed Christi, quam nascens nunciari fecit, uiuendo tenuit, ac docuit, moriendo pro hę
reditate reliquit, & resurgendo monstrauit, atque discipulis est elargitus, hæc est illa pax quæ exuperat omnē sen- Eph.2.
sum, & si uultis scire ipse Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum. ¶ Humili terra. Virgine Maria Dei ancil- Esa.45.
la, cuius humilitatem respexit dominus. hoc etiam Esaias testatur. Aperiatur (inquit) terra, & germinet saluatorē. Esa.9.
¶ Puer. De quo idem Esaias puer (inquit) datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, hoc est crucis ue-
xillum. ¶ Iustitia. Vnde & Christus est sol iustitiæ, qui nostras iniquitates in seipso portando pro nobis diuinæ iu-
stitiæ satisfecit. ¶ Sua dona. Spiritussancti. s. de quibus alibi. Ascendens (inquit) Christus in altum captiuam duxit
captiuitatēm, accepit dona in hominibus. de quibus ait Apostolus, alij fidem, alij genera linguarum, & gratiā sani-
tatū, & alia quæ ibi numerat. ¶ Nostra terra. Noster homo terrenus, qui ante producebat spinas, ac tribulos. Fru
ctum suum bonorum operum. ¶ Præcursor Ioannes Baptista.

C

VTique cum premerent angustiæ, &c. Triplex ex hoc psalmo potest elici sensus, sicuti tribus potest conuenire personis, prophetæ, Christo, & cuiuis fideli per tribulationem in agone exposito. sunt tamē, ex his, quæ canūtur ita Christi propria, ut alijs non conueniant, quæ suis locis ostendentur: est autem oratio supplicis in angustia male habiti ad Deum multiplices preces effundentis, & quia multis in locis sese aperit, breuiores erimus in expositione. Dicit itaq; quiuis ex tribu,. ¶ Vndique. Foris pugnę, intus insidię; nam & iudęi & Iudas ex discipulis Christum angebant. sic & prophetam Saul & complices. Ziphei quoque contribuli nec non & habi-

ODE LXXXV. EX PSALMO LXXXV.

Inclina.

VNdiq; cum premerent angustiæ, & exitus oīs
Occlusus, duxi corde rogare Deum.

Me Deus oppressum, atq; humili tellure iacentem
  Respice, & ad seruum lumina flecte tuum.
Inclina placidas aures mitissime ab alto;
  Exaudi quia sum pauper, egenus, inops;
Vt pauper conculcor: vt omnium egenus obberro,
  Vt miser ex omni limine pellor inops.
Pauperis ergo mei rerum tu diues, abundans
  Hospitij, miserum collige, & affer opem.
Custodi hanc animã, quoniã sum sanctus, & insons
  Sanctorum custos, iustitiæque dator.
Saluum fac humilem seruum, fiducia nulla
  Cui superest, in te spes mea tota sita est.
Spes mea sancte, potensq; Deus, quis tristior vnquam
  In te sperauit, nec tulit æger opem?

D tores Ceyle, quos ipse Dauid à Phylistæis vasta-
torbus eripuerat. ¶Occlusus. Cinctus enim fue-
rat ab exercitu Saulis in modum coronæ: sed ta-
men euasit. Christus autem in manus persecuto-
rum dari permissus est, & crudeliter occidi, eua-
sit tamé & ipse resurgendo, hunc itaque sensum
cui verba omnia applicantur aptius, cæteris reli-
ctis prosequamur. ¶ Duxi: Deest, dignum esse.
hoc est existimaui. ¶Corde. Magisquam voto, v-
bi libentius habitat, videt, ac exaudit Deus. ¶Op
pressum. Pondere tribulationis grauissimæ vsq;
ad mortem, & mortem crucis. ¶Iacentem. Dum
ligaretur, & conculcaretur ab aduersarijs. ¶Incli
na. Humano loquitur more, nam qui libenter
audiunt, & ad exaudiendum proni sunt, aures fa
cile inclinant. ¶ Pauper egenus, inops per figurã,
quid autẽ intersit mox exponit. ¶ Pellor inops.
Absque ope alicuius; nam neque Annas, vel cay
phas, Pilatus, neque Herodes, quorum limina
Psal. 23. adiuit in die passionis oberrans, dedit auxilium. ¶Rerum tu diues. Nam domini est terra, & plenitudo eius orbis
terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. tribus ante propositis contraria subsecuntur, singula singulis ex ordine
respondentia. ¶Collige. Ne amplius oberres. ¶Affer opem. Inopi. s. ¶ Hanc animam. Saltem, si nõ corpus, ne ex vio-
lentia passionis per desperationem pereat. non qui hic metus in anima sua esset, aut vllum periculum immineret,
hoc dicit: sed quia in nobis, qui membra sui corporis sumus, facilè posset irrepere, sæpe.n. redemptor noster, & ca-
put nostrarum affectionum sibi vices assumit, vt ostendat nos esse in illo, & seipsum in nobis. ¶Sanctus. In eo quòd
Deus est Christus, non solum sanctus: sed & sanctus sanctorum est, cæteros ipse sanctificans sanctos: sed in eo quòd
homo, in ipsa conceptione sanctificatus est: nullus autem fidelium, vt hic docet Aug. debet exhorrescere sibi hoc
E nomen, ex quo sanguine ipsius domini nostri Iesu Christi sese nouit esse sanctificatum, ne sit ingratus suæ sanctita
tis autori. cum scriptum sit. sancti estote (dicit dominus) quia ego sanctus sum. & Apostolus sæpe fideles in episto
lis suis sanctos appellet. ¶ Insons. Nemini nocens, & inculpabilis. soli Christo conuenit, qui peccatum non fecit, nec
1. Cor. 6. est inuentus dolus in ore eius: nos autem omnes errauimus, sicut ouis, quæ perijt. euenit interdum tamen, ut falso
Eph. 1. 2. quispiam accusetur eo crimine, cuius insons sit. sicuti Ioseph stupri; & Susanna adulterij, tunc & ipse sanctũ se atq;
3. 4. & 5. insontem poterit dicere scilicet eius criminis, quo per calumniam impetitur. ¶ Dator. Supple tu Deus, etenim ad
Gen. 39. Deum fertur hæc orantis intentio. ¶ Cui superest. Reliqua est, scilicet ab hominibus; nam & discipuli eius illo
Dan. 13. relicto fugerunt omnes, quin & maximus eorum Petrus ter abnegauit. ¶Quis tristior. Idest etiam parum tristis.
Matt. 26. abusiua comparatio est. ¶ Tulit. Habuit, accepit lata quippe est huius uerbi significatio. ¶ Aegri. Vtroq; mo
do, corpore, & animo. ¶Clamo. In horto ter, in cruce quater, vnde & ait Apostolus de pontifice Christo. Qui in
Heb. 5. diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum, qui posset illum saluum facere à mortuis cum clamore vali-
do, & lacbrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Fores. Non tantum templi, sed potius cœlestis vr
bis Syon, de qua futuro in psalmo habebitur aperta doctrina. ¶Serui. Vbiq; sese Dominus Iesus seruum appel
Phil. 2. lat propter susceptam seruilem hominis personam, quod & ostendit Apostolus. Qui cum in forma Dei esse

Lux mea non ne mei pariter misereberis ægri?
  Clamo, pulso tuas nocte dieq; fores.
Spiritus en serui mœrore infectus amore
  Expectat Domini, vt lætificetur, opem.
Tu qui lætitiæ dator es, cœlumq; serenas,
  Exhilara mentem, tristitiamq; fuga.
Sordibus abiectis animam super astra leuaui;
  Ad te summe Deum tractus amore tuo.
Et quia tu semper suauis, dulcisq; fuisti,
  Mitis, & humanus, polieleosq; Deus.

(inquit) non rapinam arbitratus est esse se æqua
lem Deo: sed exinaniuit semetipsum formam
serui accipiens, in similitudinem hominum fa-
ctus, & habitu inuentus vt homo, &c. Hoc aũt
facit vt nos homines puros ad humilitatem suo
Esa. 27. inuitet exemplo. ¶Lætitiæ. Veræ; nam & mun
dus, & caro, suam dant lætitiam, sed salsam; nec
enim gaudere est impijs dicit Dominus, scilicet
vere; lætantur enim & ipsi cum male fecerint,
atq; exultant in rebus pessimis. ¶ Cœlumq; se-
Prou. 2. renas. Non tantum hoc sydereum intelligit: sed
magis cuiuslibet animam iusti, quæ cum sit fa-
cta sedes Dei, iure merito cœlum dicitur, attestã
F te ipso Domino. Cœlum (inquit) mihi sedes est.
& Apostolus ait Deum per fidem habitare in
Esa. 66. cordibus nostris. ¶ Exhilara mentem, tristitiamq; fuga. Hysteron est proteron, Idest ordo conuersus; nam prius
est, vt effugetur tristitia, cui succedat hilaritas. ¶ Sordibus abiectis. Non peccatorum, quibus ipse caruit: sed hu
Matt. 26. manarum affectionum, quæ cœlestibus comparatæ sordes appellari possunt, qualis fuit illa. si fieri potest tran-
Matt. 15 seat à me calix iste, & illa Helloy Helloy lamazabathani. Idest Deus meus Deus, vt quid dereliquisti me! neq;
enim decens erat, vt qui propterea uenerat, vt biberet calicem passionis, modo refugeret eum; sed neq; à Deo
fuerat aliquando derelictus: verum humano more iuxta hominum affectiones loquitur, qui nec mori vellent, &
Matt. 26. cum in agone sunt positi, nisi cito eruantur, sibi videntur à Deo relictos esse, & ob id sæpissime conqueruntur.
per has autem affectiones humanas verum se se hominem Christus esse monstrabat. ¶ Ad te. Vt non hominis
sed potius Dei voluntas impleretur, sicut & ipse legitur dixisse. verumtamen non mea sed tua voluntas fiat.
¶ Polieleosq; Deus. Idest multæ misericordiæ, græca dictio & composita, per synæresim duæ vocales coeunt in
vnam syllabam, ita tamen vt vna ex eis, iota, efficiatur consona, vel sit proceleusmaticus pes qui quatuor breui-
bus syllabis constat; quam rem & Vergilius vbiq; seruauit si quando tali vsus est figura, vt in illo versu. Titire pa
scentes à flumine reice capellas. neq; miretur quispiam, vel vitio det græcanicam dictionem latino carmini im-
mixtam

mixtam esse, quasi non potuerimus aut nescierimus id latine proferre, quia & si copia satis bona latinorum nobis Dei gratia verborum abundet, maluimus tamen propria magis dictione licet græca licenter vti; quàm mutuata, nec significationi bene coherenti, quando nec ipsa latina dictio [misericordia] hoc in carmine minime capiatur, nisi geminetur. ff. vt alij fecere poetæ in [religione] quod & nos forsitan in sequentibus psalmis faciemus, ne parum poetæ videamur, si licentia poetis concessa interdum non vsi fuerimus, parcè tamen, & adducti rationabili causa. ne licitus vsus vertatur in abusum. ¶ Abundè. Pro abundanter. Dominus enim noster diues in misericordia, & munificentissimus in donis, etiam magisquàm petimus vbi uiderit expedire, consueuit elargiri. ¶ Regalibus auribus. Hoc ideo dixit, quia terreni reges faciles orantibus solent aures præbere, ne parum clementes vulgò videantur. difficillimi tamen sunt in exaudiendis precibus, ne parum prudentes habeantur, si passim cuncta, quæ ab eis efflagitantur, annuant. ¶ Ceu Deus. Non ut rex terrenus, qui plerumq; obliuiscitur. ¶ Abde. Absconde in sinu exauditionis tãquàm gratam supplicationem vsque ad tempus oportunum; nouit enim Dominus quãdo nobis opportunè det eã, quæ à nobis sæpe etiam importunè petuntur. ¶ Perspecta. Idest opere cognita. ¶ Suppetias. Opis auxilium, seu potius subsidium latenter sumministratum, à suppeto verbo deductum, quod oppressis aliqua calamitate ciuibus, nec palam audentibus petere: sed suppetentibus, idest summissa voce petentibus, illi quibus suppetunt, idest abũdant copiæ militares, atq; facultates rerum etiam clandestinarũ subsidium, quod succursum vocant, soleant sumministrare. ¶ Tuli. Accepi, ut supra; significat enim & dare, atq; accipere pro loci varietate quippe est τὸ μέσον. Idest medium ac indifferens. ¶ Similis tibi. Nullus, nisi filius Dei Deus, qui in omnibus, & per omnia æqualis est patri: sed quia is cum patre, & Spiritusancto vnus est in substantia atq; idem Deus, idcircò cum Deum sine alio adiecto dicimus, nulla diuinarum excluditur personarum tali in sermone, sic est in præsenti loco. ¶ Deorum. De quibus infra. ¶ Idola, Dei. Idest Dæmonia, sicut alibi dicitur omnes dij gentium dæmonia. Est autem sciendum iuxta Apostoli doctrinam, quòd & si multi sint, qui dij vel Domini vocentur, nobis tamen vnus Deus pater ex quo omnia, & nos in illum, & vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia & nos per ipsum; trifariam autem dicuntur dij in diuinis scripturis. primò Idola Dæmoniorum, qui neq; verè neq; participatiuè sunt dij: sed ita vocabantur à gentilibus, secundo sancti prophetæ, Iudices, atq; Sacerdotes, de quibus in Psalmo. Deus Deorum Dominus, & in Euangelio si illos (inquit) dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, &c. Tertiò Angeli, & sancti qui diuinis interdum officijs funguntur, & ij omnes verè & essentialiter non sunt dij: sed participatiue tantum, quia Deus illis communicat futurorum, & absconditorum notitiam, iusta iudicia & peccatorum remissionem, & mirabilia magna facere. quæ omnia propria Dei sunt priuilegia, de his omnibus loquuntur ij versus. ¶ Capessant. Dæmonia quippe diuinæ sunt executores iustitiæ, atq; vindictæ ministri neq; sanctum Iob Sathan potuit, ut optauerat vexare, nisi habita prius à Deo venia: sed neq; in porcos ausi sunt iactare, nisi prius à Domino sibi id fuisset expresse permissum. ¶ Dijue homines facti. Qui & heroes antè dicebantur, quales fuerunt, Belus ex Assyrijs, Hercules ex græcis, Apis ab Aegyptijs, Iuppiter à Cretensibus, nec non Romulus, & alij complures diui Imperatores à Romanis, aliiq; ab alijs gentibus. ¶ Vermis. Post mortem ex eorum cadaueribus ebulliens, sicut & cæterorum hominum. ¶ Vmbra. Iuxta sæcularium opinionem poetarum, hinc, & Horatius dixit. Nos cum decidimus puluis, & vmbra sumus. & vi. Lib. Virg. his vmbris plenus est. cæterum veræ post mortem; non vmbrarum sed animarum locus ante Christi aduentum fuit infernus duplex: superior atq; inferior, in illo piorum animæ in sinu Abraæ requieuerunt vsq; ad Christi resurrectionem: in altero impiorum tormenta, lege Euang. diuitis Epulonis, qui post mortem in Inferni flamma cruciabatur: Lazarus verò in sinu Abraæ consolabatur. ¶ Cinis. Vnde, & Dominus dixit, memento quia cinis es, & in puluuerem reuerteris. ¶ Dij per te dicti. Vt in alio Psalmo. Ego dixi vos dij estis, & filij excelsi omnes, & in Euang. si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, &c. ij Secundi generis sunt: & multum quidem possunt: sed non nisi quantum concesserit illis ipse Deus verus, sic & Angeli potentes quidem sunt virtute: sed vnusquisq; pro moduli mensura. ¶ Patrabis. Idest potenter facies; nec nisi de magnis rebus, atq; personis dicitur hoc verbum. ¶ Opus. Humanæ redemptionis per mortem filij. ¶ Quo stupeant. Maximo certè res digna stupore est, vt rex crucifixus per xij. homines mundo contemptibiles, nihil dulce hoc in sæculo promittentes; multis Iudæis ac gentibus & præcipue Romanis rerum Dominis apertè aduersantibus ad sese orbem conuerterit inueteratum in Idolorum cultura, & illi idiotę ac rudes fidem propagauerint Christianam vbiq; locorũ, & præcipue cum varijs atq; inexquisitis tormentis excruciabãtur, magis atq; magis proficiebant. ¶ Aures arrigat. Si fieri posset, quod tamen est impossibile. ¶ Omnis homo. Non ex Iudæis tantum sed multo etiam magis ex gentibus, qui natura stupidiores erant. ¶ Falsi Iouis. Ideo quia Iupiter, quasi iuuans pater est appellatus; cum tamen neq; sibi neq; alis potuit esse adiumento: sed potius maximo animarum detrimento, quibus sese adorantibus eternæ fuit occasio damnationis; sic & alij Dei, quos antiquitas veri Dei nescia à Dæmonijs delusa colebat. ¶ Assyrij. Populi Asiæ sunt, penes quos orbis imperium diu stetit, hi fidem Christi Simone prædicante susceperunt: postmodum à Persa Maomethe peruersi in Saracenorum dogma transierunt. ¶ Aethiopes. Ab Apostolo, & Euangelista Matthęo sunt ad fidem Christi conuersi, & ij Saracenorum ri-

Inuentus nemo, qui ad te confugerit vnquàm,
 Senserit auxilium quin is abundè tuum:
Sic igitur nostram regalibus accipe vocem
 Auribus: orantis ceu Deus abde preces.
Nec tua nunc primum pietas perspecta: sed olim
 Clamaui oppressus, suppetiasq; tuli.
Nempe quis est alius similis tibi? quisue deorum
 Quæ facis, æqua facit? par tibi patrat opus?
Quid possunt Idola Dei? nisi iussa capessant?
 Dijue homines facti? Vermis, & vmbra, cinis.

Dij per te dicti? quantum concesseris illis,
 Tu solus Deus es, verus, & omnipotens.
Tu magnum patrabis opus, mirabile, cuncti
 Quo stupeant; aures arrigat omnis homo:
Ecce omnes gentes latum quascumq; per orbem
 Sol videt ætherei candidus axe poli.
Postposito cultu falsi Iouis, atq; deorum
 Ad te concurrent relligione, fide.

A B C

1. Cor. 8.
Psal. 49.
Ioan. 10.
Iob. 1.
Matth. 8.
Luc. 16.
Gen. 3.
Psal. 81.
Io. 10

Assyrij Æthiopes; & Medi, Parthus, & Indi,
 Aduenient, & quos Africa diues alit.
Romani rerum domini, Græciq; periti, (alunt.
 Quos, & Hiber, Rhodanus, Rhenus, & Hister

D tui adhæserunt. ¶ Medi. Ac Persæ ad prædica-
tionem Thomæ Apostoli cum Parthis, & Indis
Christo Domino crediderunt. ¶ Africa diues
alit. Nam triticum ibi satum lx. ac c. reddere
dicitur ab Augustino in cuius temporibus, su-
pra mille Episcopos legimus in Africa extitisse.
nunc nescio an vnus ibi inueniatur. omnes Sa-
raceni facti sunt. væ nobis miseris ex tribus orbis partibus, quæ olim iiij. Doctorum temporibus penè vna uoce
Christum confitebantur: nunc duabus ademptis vix tertia superest Europa, quæ tamen & ipsa Turcarum armis
vexata iam Græcia perdidit cum multis adiacentibus prouinciis, & quod adhuc graue est intestino morbo Luthe
ranæ hæresis laborat, & nisi Dominus ex alto nuper intonuisset Saxoniam, & fere totam Germaniam dicta hæresi
infectam penitus amisisset: nam Carolo Imperatori victoria per miraculum concessa dicitur resipiscere. ¶ Roma
ni rerum Domini. Olim medio temporali, & demum adiecto etiam spirituali imperio, nunc ad germanos sæcu
lari dominio translato, solo nomine regnant: re autem uera, à barbaris cum tota Italia suppeditantur. ecclesiasti-
ca quoq; ditio qua per sedem Apostolicam potitur fines quotidie sentit arctiores. Romam Petrus & Paulus Apo-
stoli fidei lumine illustrarunt. Syluester pontifex baptizato Constantino magno Imperatore, quem & à lepra mū
dauit totam templis Christi, & Christianis impleuit, uiget adhuc ibi fides Catholica, & Apostolica sedes. ¶ Quos
Rom. 15 Hiber. Per hunc fluuium totam intelligit Hispaniam, cui primus Iacobus Apostolus dicitur fidem Christi an-
nunciasse: sed & Paulus sese illuc profecturum Romanis scripsit in hæc uerba, cum in Hyspaniam proficisci co-
pero, spero quòd præteriens uideam uos: & à uobis deducar illuc, & paulo post iterum scribit, per uos profici-
scar in Hispaniam. ¶ Rhodanus. Per hunc Galliam innuit, quam Remigius Episcopus, & ante illum Dionysius
Areopagita Pauli Apostoli discipulus cum Rustico & Eleutherio, Martialiquoq; Petri alumno dicuntur myste-
ria fidei Christianæ docuisse, horum rex etiam nunc Christianissimus appellatur, sicut & Hispaniæ Cath. ¶ Rhenus
& Hister. Qui & Danubius, Germaniæ maximi sunt fluuij per quos latam Alemāniā, & reliquas Europæ cōtermi-
nas gentes intelligit, quæ Christum quidem colunt, sed hæresi ut dictum est Lutherana languent, utinam pristinā
sanitatem reformati à Carolo Imp. iterū suscipiant, restabant Hunni, & Angli siue Britanni. Sed illi à Turcis fere
E deuastati, hi à rege Lutherano deperditi nostro carmini non meruere inseri. faxit Deus ut ad catholicam redeant
Ecclesiam. ¶ Omnis gens. Sanctorum quattuor doctorum temporibus hoc uaticinium adimpletum est, & deinceps
per aliqua sæcula, deinde cepit Luna decrescere idest Ecclesia adeoque metus est ne in futurum fere deficiat: ut
uicini simus illi oraculo ipsius domini qui dixit. putasne veniens filius hominis inueniet fidem in terra? ¶ Aether.
Luc. 18. Tametsi græcè scribatur per η. quæ solet apud nos in, e, productum conuerti. quia tamen tam diu usurpata est ea
dictio apud latinos, ut iure usucapionis possit dici facta nostra, idcirco & in nominatiuo licenter corripitur, quia
in obliquorum crementis ubique corripitur, pariter & in deriuationibus. ponitur autem plerunque pro aere licet
propriè significet elementarem illum ignem supernum. ¶ Magnum. Vtique magnus est dominus. ut in alio psal-
Psal. 146 mo. Magnus est dominus, & magnitudinis eius non est finis; unde & iuremerito maximus atque optimus appella-
ri solet. ¶ Magnificare. Hoc uidetur homini impossibile, si magnificare, magnum est facere, quia tamen, & alibi di-
Psal. 32. cit hic propheta. Magnificate dominum mecū.

Omnis adorabit te gens, populique frequentes
 Ante tuas aras thura, precesque dabunt.
Te, nomenque tuum, pulsus resonabit vbique
 Æther, vbique tibi gloria, laus, & honor.
Magnum magna decet laus: magnificare iuuabit
 In mirabilibus te Deus alte tuis.
Solus es in cœlo Deus admirabilis alto,
 Nec minus in terra maxima signa facis.

& Beata Virgo in cantico suo inquit. Magnifi-
cat anima mea dominum. sciendum iuxta do-
ctrinam diuorum Augustini & Ambrosij aliis tri
bus modis nos posse magnificare Deum. primò
laudando & exaltando nomen eius: secūdo præ-
dicando summam eius diuinitatem, bonitatem
sapientiam, atque potentiam illis qui ante non
nouerunt, eum, uel non ita bene: tertio, quia ani
ma uostra facta est ad imaginē Dei, quotiescun-
que in nobis metipsis, plenius de Deo cogitan-
do, latius de illo loquendo, & largius operando,
animam nostram hoc est imaginem eius dilata-
mus: tunc dominum ipsum in nobis quodam miro modo magnificamus. uidete Ambrosium in expositione can
tici Dominæ, in commentarijs super Luca. & Augustinum, in sermone assumptionis eiusdem. ¶ In mirabilibus mi-
rabilia sunt oīa opera domini si quis uoluerit animaduertere: sed quia pleraque propter assiduitatem penès æsti-
mationem humanam viluerunt, idcirco sibi reseruauit aliqua, & si minora ualde, propter raritatem tamen nobis
F uisa iri mirabiliora. exempli gratia. mirabile visum est, quinque panibus, quinque millia hominum saturata fuis-
se in deserto. & tamen paucis seminum granis terræ commendatis uniuersum genus hominum quotannis homi-
nes saturari nemo miratur, non quia illud maius sed quia rarius. hoc autem multo maius sed quia quotidianum
est vilius existimatur, sic & in vino ad nuptias ex aqua facto, & in aliquibus mortuis à domino suscitatis, aduerti
potest. cum vinum ex vitibus exiens pari modo ex aqua pluuiali fiat, & quotidie nascuntur ex integro homines
mille, qui nunquā fuerunt. ¶ In cœlo. In regimine cœlestium. ¶ In terra circa hominum gubernationem: sed si ad
D. N. I. Chr. ista referantur, nascendo, viuendo, & moriendo multa signa fecit mirabilia, quæ licet ex Euangelio vi
Ioan. 1. dere. ¶ Scandala. Idest impedimenta ad benè, rectèque viuendum, nam scandalum græcè, latinè est impactio pedis.

Te duce multa licet dextra, leuaque parentur
 Scandala per rectum progrediemur iter;
Verus enim promissor ades, vestigia ductu
 Nostra regens sancto ne titubare queant.
Lætitia inde noua nos exultare videbis,
 Vt timeant nomen pectora pulsa tuum.

sciendum est autem, quòd quemadmodū si cœ-
co aut cuipiam minus aduertenti, lapis aut pa-
xillus pro offendiculo in via ponatur, & ille in
eū tē impingens ceciderit, culpa talis casus iure
merito ei qui posuerit offendiculum est ascribē
da: sic & is qui scandalizauerit unum de pusillis
proximis, expedit illi (vt ait dominus), vt pona-
tur mola asinaria in collo eius, & demergatur ī
Matt. 18. profundum maris. væ (inquit) mundo à scan-

dalis

Vtque tibi toto fateamur corde per æuum
Vsuros domino, te duce, teque Deo.
Primus ego clara tibi voce fatebor, & ipse
Nomen in æternum glorificabo tuum.
Nam tua facta super me est misericordia magna,
Et fouit pietas me, bonitasque tua.

A

dalis: verumtamen veh illi per quem scandalum
venit. omne autem verbum, vel factum alicuius
indiscretum, quo proximo infirmo peccādi ma
teria præstatur, dicitur scandalum. qualia mul-
ta prælati nostri temporis de lana, & lacte tantū-
modo curantes gregi dominico præstare solent
de malis inquam sermo noster est. sunt etiā bo-
ni. ¶ Progrediemur. Progrediendum semper est
in uia Dei, & ambulandum quotidie de virtute
in uirtutem, quia non progredi in via Dei, regredi est, regredientibus autem vxor Loth in statuam salis conuersa
sit exemplo. ¶ Promissor ades. Dixit. n. ego vobiscum sum vsque ad consumationem sœculi. & vbicunq; sunt duo, Gen. 19.
vel tres congregati in nomine meo, ego in medio illorum sum. ¶ Vt timeant. Videtur timor esse contrarius lœti- Matt. 28.
tiæ: sed multiplex dum sumus in hoc sœculo nobis inest timor, & mali euentus: & boni amittendi, ille cum lœtitia Matt. 18.
stare non potest: sed alter sic. ¶ Domino duce, & Deo omnia solus nobis est dominus. quæramus illum nobiscum
habere, & nihil nobis deerit. ¶ Primus ego. In persona Christi loquitur, qui Deo patri confitetur, ut ad confitendū
Deo; suo nos trahat exemplo; nam dixit in Euang. Confitebor tibi domine pater cœli, & terræ &c. ¶ Et ipse. Enipha Matt. 11.
ticòs. qui filius tuus sum, & cui etiam tecum ab hominibus confitendum est. ¶ Misericordia. Addita est literas scili
cet, vt in religione L quo carmine capi posset; nam & si quibusdam alijs dictionibus impropriè positis sensus eius
aliquo modo designari possit: non tamen æquè bene. est autem pernecessaria dictio sacris autoribus dicente do-
mino in Euangelio estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. & Beati misericordes quoniam ipsi mi- Luc. 6.
sericordiam consequentur. reperitur autem millies in diuina scriptura ne uerò hoc opusculum nostrum per quod Matt. 5.
etiam nos consequi misericordiam speramus à domino, tam grata, necessaria, & delectabili dictione careret, pla-
cuit grammaticorum metam excedere. ¶ Magna. Misericordia domini facta est super homine Christo: ut diuinita
ti filij Dei in una adiungeretur persona; nec enim aliquid ante meruerat: vt homo ille uerbo Dei vniretur. ¶ Pietas
tua. Sicuti est, colimus Deum nos, & ipse colit nos Deus: ita est pietas nostra in Deum, & Dei pietas in nos; vnaquæ
que modo sibi conueniente. ¶ Eruis. Resurrectio

Mortis ab obscuræ, tenebrarumque eruis vmbris;
Infernoque animam ex inferiore meam.
Præuaricatores in me, ceu prætereuntem
Legem, insurgentes imposuere mihi.
Imposuere mihi transgressæ crimina legis;
Meque sui sceleris constituere reum.
Vtque meam haurirent animam synagoga potentū;
Non te in conspectu proposuere suo.
Tu tamen & Deus; & dominator vbique locorum
Cur sinis, vt faciant quæ voluere mihi?

B

nis dominicæ hoc vaticinium est. ¶ Inferno. Infe
riore. De hoc inferno duplex est interpraetatio;
& vtraque bona: prima est, quod infernus superior
sit hæc nostra huius mundi habitatio; quæ cœle-
stium mansionum comparatione potest dici in-
fernus: nam & infra est; & habet sæpissime fletū
ac stridorem dentium propter nimium calorem
ac frigus, aliasque innumerabiles miserias: & vl-
timum terribilium, mortem ipsam. Hoc autem
inferno alter est inferior, in quem ante Christi
aduentum, tam piorum, quā impiorum animæ
descendebant, discretis tamen locis: nam iustorū
in sinum Abrae, iniustorum verò in tartari ge-
hennam, & licet magnum chaos (vt habetur in Luc. 16.
Euangelio) inter utrosque firmatum esset, idem tamen carcer infernus vocabatur: & utrique inferi dicebatur. Vn
de & de Iacobo Patriarcha scriptum legimus: descendam lugens in infernum ad filium meum: & rursus: deduce- Gen. 48.
tis canos meos cum mœrore ad inferos. Ex hoc inferno inferiori per resurrectionem eductus est D. N. I. Chr. Alte
ra interpraetatio est; vt ille sinus Abrææ sit superior infernus; gehenna uerò tartari inferior. Ex hac etiam dicit Do
minus se erutum esse, propter immunitatem peccatorum, quibus omnino fuit exemptus: nō solus autem ipse, sed
& corpus suum, quod est Ecclesia, pro cuius redemptione ipse passus est mortem acerbissimam, & in sanguine suo Psal. 31.
purgauit peccata ipsius, quibus etiam inferni inferioris meruerat damnationem. Vnde & alibi ait propheta: Bea- Heb. 1.
ti quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata &c. sed & Apostolus ait: Christus lauit nos in
sanguine suo, purgationem peccatorum faciens. ¶ Præuaricatores. Hi sunt, qui falsò ea crimina, quæ ipsi admit-
tunt, alijs imponunt: sicuti legis transgressores scribæ & pharisei Dominum seruatorem & latorem nouæ legis de Matt. 15.
transgressione notabāt: quare & eis dixit; quare & vos transgredimini mandatū Dei propter traditionē vestrā &c.
Nō me tamen præterit iuris ciuilis interpretes aliter præuaricatores exponere, differentiāq; inter præuaricatorē, ca
lumniatorem, atque tergiuersatorem constituere. uerum poetæ non usquequaque has subtilitates obseruant, pro
pter laxiores habenas eis concessas. ¶ Imposuere mihi, s. crimen transgressionis legis: quod quia præ gemitu omise-
rat, in sequenti uersu repetitiae sese latius aperit. ¶ Haurirent animam, i. uitam, cuius sedes in sanguine dicitur es-
se: per hoc autem ostendit sitim sanguinis eius, quem haurire cupiebant inimici Iudæi. ¶ Synagoga potentum, se

C

cundum sœculum; nam persecutores eius erant diuersis in magistratibus constituti. Est autem synagoga propriū
Iudæorum nocabulum, sicut & Ecclesia est christianorum conuentus, s. hominum; sed illud commune est etiam
cum bestijs; nostrum uerò ad homines tantum pertinet. ¶ Te. Patrem meum, s. & iustitiæ zelatorem: quinimo terre
nam commoditatem, ut in illo populo dominarentur, non autem attendebant diuinam uoluntatem; ut à Christo
in uiam salutis redigerentur, si humiliter illi summitterentur, cui seruire regnare est. ¶ Et Deus. Intuens omnia, etiā
secreta cordium. ¶ Vbique locorum. Ornatus gratia tantum additur: nam ubique à seipso plenum est. ¶ Cur sinis
&c. Notabilis quæstio, notabilior & solutio; quare permisi sunt Iudæi pessimam uoluntatem explere in acerbam Rom. 5.
mortem Christi? Solutio: ut quo grauiori scele-

Quod miseratus eos, per me misereris eorum;
Ignorant quid agant, consiliumque tuum.
Longanimis, patiens, illos pro tempore suffers,
Vt se cognoscant vix aliquando reos.

re sese inquinassent, eo maiorem misericordiā
Dei erga se perspicerent: ut ubi abundasset deli
ctum, superabundaret etiam Domini clementis
simi exuberans gratia. ¶ Quod miseratus eos. Id-
est quia compatiens illis media morte mea, uis
illorum misereri, ut, s. bibant ad salutem sangui-
nem

Si pius, vt verax esses, miseratus iniquos,
Esto etiam verax polieleosq; mihi.
Quem lacerũ, expositumq; neci mõ cernis, & in me
Respice iam tandem: iam miserere mei.
Da pater imperium puero tua iussa secuto;
Quiq; tibi ad duram paruit vsq; necem.
Ancillæq; tuæ lachrymas attende præcantis,
Intende ad gemitus, quos pia corde trahit.

D nem meum, quem effuderunt ad perniciem: est perinde, acsi phrenetici atq; furiosi medicũ interficiant, cuius aspersi sanguine; ad sanam mentem reducantur: quod tamen admirabile medicamentum ipsi prius ignorabant. ¶ Ignorant quid agant. Neq; enim norant mortẽ Christi propriam, & totius mundi fore redemptionẽ; sed quidam illorum existimabant sese obsequiũ præstare Deo, interficiendo quem arbitrabantur seductorem populi, atq; blasphemum Dei; nonnulli moti inuidia ex inimici nece animum explebant. ¶ Consiliumq; tuum. De proprij filij in mortem traditione; pro salute generis humani; vt deinde notum omnibus esset, quantum à Deo diligeretur, qui proprio filio non pepercisset, sed pro omnibus tradidisset eum in mortem, mortem autem crucis. ¶ Longanimis. In diutina expectatione ad pœnitentiam, etiam ad xl. annos post filii necem. ¶ Patiens. In supportandis iniquitatibus conuersionis gratia. ¶ Vix. Difficultatem notat, non impossibilitatem: etenim quod vix fit, tamen fit. ¶ Si pius. Subaudi fuisti. ¶ Vt verax esses, idest vt promissa de Christo mittendo, quæ patribus antiquis fecerat, veraciter adimpleret. ¶ Miseratus iniquos. Hinc & Paulus ait: si cum adhuc inimici essemus per mortem filij eius reconciliati sumus: quanto magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. ¶ Verax. In suscitando me, & regnum super omnes gentes, quod promisisti conferendo. De hac promissione multi loquuntur Psalmi, & maximè secundus ac tertius. ¶ Polieleos. Idest multæ misericordiæ, vt supra. ¶ Quem lacerum. Flagris, idest flagellis cæsum: vide passionem eius in Euangelio. ¶ Tua iussa secuto. Sic & Apostolus: factus obediens patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, &c. ¶ Ancillæ: Beatæ virginis Mariæ matris eius; quæ, vt scribit Ioannes, stabat iuxta crucem cum aliis mulieribus. Nec vlli dubium est, quin multas lachrymas, gemitus atq; suspiria in mortem filij emiserit: tunc siquidem adimpletum est vaticinium Simeonis: Et tuam ipsius animam gladius pertransibit, vt multorum cogitationes reuelarentur. ¶ Illius ancillæ. Ecbasis figura, idest transcursus poeticus multa pietate refertus, & huic proposito bene conueniens. ¶ Humilis

E virtus. Per endiadin figuram, idest humilitatis virtus; qua multo magis placuit Deo, quam per virginitatem; quam rem ipsamet in cantico suo testata est dicens: quia respexit humilitatem ancillæ suæ; non enim dixit virginitatem; sed potius humilitatem. Re vera commendabilis humilitas: eligitur Sponsa Dei patris, mater filij Dei

Illius ancillæ suspiria respice, cuius
Olim humilis virtus sic tibi grata fuit.
Illius ancillæ meritis, quæ nescia tolli
Digna fuit fieri sponsa parensq; Dei.
Anxia pro nato mater tibi supplicat: ergo
Me saluum facito sponse parensq; pie.
Inq; bono mecum fac admirabile signum;
Signum splendoris gloria summa tui est.
Vt nostri videant osores, atq; pauescant;
Et confundantur corda stupore mala.
Vt simul aduertant, quoniam me iuueris; & me
Illorum rabidis faucibus erueris.
Et consolatus fueris me; tristia vitæ
Gaudia conuertens in rediuiua nouæ.

iam facta sacrarium Spiritussancti, futura orbis regina: & respondet: Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundũ verbum tuũ. ¶ Admirabile signũ: Resurrectionem suam postulat: quod signum fuit adeo mirabile & necessarium, vt illo non secuto, cuncta quæ Dominus N. I. Chr. in forma hominis assumpta fecerat, & quæ docuerat, mors quoq, ipsa horrenda, pro nihilo ducta fuissent ab hominibus, & etiam ab ipsis suis discipulis: at eius inspecta resurrectione, gesta omnia, & dicta suum robur obtinuere. ¶ Gloria. Scilicet resurrectionis, qua factum immortale corpus est indutum. ¶ Osores. Qui nos oderunt: nomen antiquissimum verbale est, à supino, quo modo minime vtimur, deductum: odi, osũ, osu: vnde & perosus simul & exosus per compositionem uidentur etiam formari. ¶ Atq; pauescant. Propter æternam pœnam facinori tantò debitam. ¶ Cõfundantur. Ea confusione, de qua

Cap. 5. in libro sapientiæ: stabunt iusti (inquit) in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerint: uidentes autem impij timebunt & turbabuntur timore horribili, &c. Quæ ibi sequuntur, usq; in finem illius lectionis. ¶ Aduertant. Qui bona noluerint modo in hoc seculo confusione perstringi: sicut ij, qui redeuntes ab horribili spectaculo Dominicæ crucis, leguntur in Euange-

Cap. 2. lio percussisse pectora sua: & in actis apostolicis, post missionem Spiritussancti ad increpationem Petri multi referuntur mente compuncti dixisse, quid faciemus fratres? at Petrus pœnitentiam (inquit) agite: & baptizetur unus

F quisq; uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum: & animæ circiter ter mille appositæ sunt ad numerum discipulorum. ¶ Iuueris. Non à morte liberando, sed patientiam atq; animi fortitudinem donando. ¶ Faucibus. Inferni, quò ad dæmonia, quæ mortem Domini procurauerant: & rursus à faucibus sepulchri; in quo fuerat occlusus & sigillatus, apositis etiam custodibus, ne inde posset exire, sed clauso manente sepulchro, & intactis sigillis, spretis etiam custodibus, gloriosum Corpus Domini egressum est. Item de faucibus maledicorũ Iudæorum eruit eum Dominus, qui & resurrectionem illius copiosa militibus condonata pecunia, nisi sunt obnubilare; atq; iterum sepelire, & gloriam eius quodammodo faucibus inuidis deuorare: sed & inde contusis illorum faucibus ueritate manifestata per Apostolorum prædicationem, erutus est à Domino. ¶ Tristia uitæ. Gra. con. in red. nouæ. figurata locutio est: debuit enim sic dicere; conuertens tristitiam passionis in noua gaudia uitæ rediuiuæ. ad quam nos etiam seruulos misericors Dominus redigere dignetur; ut qui pro modulo in passione uersamur, etiam consolationis eius participes efficiamur, præstante D. N. I. Christo, cui cum patre & Spiritusancto est honor, & gloria in sæcula sæculorum.
Amen.

A

ESte peregrini, &c. Quoniam hic Psalmus de mysterio incarnationis filij Dei loquens, breuis erat in verbis, vt Aug. docet; sed grauidus in sententiis: placuit Domino nobis penè eundem Spiritum dare in componendis carminibus, quem & ipsi Prophetæ dederat in psalmo concinnendo, vt omnes intelligant, sensus Psalmorum non nisi eodem spiritu percipi posse, quo fuerunt ab initio conditi: sciret; Spiritum Domini, & breuem, & prolixum esse pro tempore, capacitate, & auditorum atq; cantorum auida necessitate. Lectorem itaq; moneo, vt non nobis, sed ipsi Domino ascribat quæcunq; dulcia, & utilia in omnibus nostris Psalmis, idest à nobis renouatis inuenerit, cuius & nos afflati spiritu, ea conscripsimus. Erimus itaq; in interpretatione tanto breuiores, quanto in psalmi editione nos spiritus fecit esse longiores atq; dilucidiores. Exhortantur itaq; homines, ne hoc in sæculo sese existiment perpetuò mansuros, sed omnino peregrinos, & ad cœlestem patriam anhelare debere: quia hic habitationes hominum, sicut & ipsi omnino finem sunt habituræ: illa vero patria cœlestis cum suis ciuibus est in perpetuum mansura. ¶ Este peregrini. Sic & Beatus Petrus Apostolus: charissimi obsecro vos, inquit, tanquam aduenas & peregrinos abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. ¶ Varios. Gressus non pedum, sed affectuum. Hic autem sunt vana rerum, quæ in sæculo uidentur preciosa, desideria. ¶ Erigite. In altum scilicet, vbi sunt preciosiora, & stabilia: sic & Beatus Gregorius in hom. si verè diuites esse cupitis, veras diuitias amate, quæ cœlestes sunt virtutes: & si vos dignitatum culmina delectant, nitimini in cœlesti curia ascribi; nam gloria atq; diuitiæ in domo domini; vt alibi dicit etiam hic Vates, etenim in sinistra sapientia Domini sunt diuitiæ & gloria: in dextera uerò longitudo dierum est, ac æternitas temporum. Prou. 3. ¶ Huc & ad. citi. Ad audiendam scilicet ammonitionem nostram. ¶ Incertæ hic sedes. Præsenti in sæculo nulli certum est, quamdiu hic vel ibi sit morandum: sæpe enim exilio vitam finit, qui in patria vrbe palatium ædificauerat: & sæpe in mari moritur, qui in terra domum sibi condiderat. ¶ Habitatio firma, Sic & Apostolus, non habemus hic (ait) ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. Heb. 13. B ¶ Culmina villarum. Idest parua Tuguria. Sensus est, sicut domunculæ ruunt; ita & celsa ædificia, ad quid ergo stabilem habitationem hic speramus? cum sit impossibile hoc obtinere: vel ad quid tanto cum labore circa ruitura nobiscum insudamus? quare nõ magis ad mansura in æternum ædificia animũ intendimus? ¶ Mox aliquando. Duobus aduerbiis, & omnino futuram & repentinam demonstrat esse ruinam; sicut Aquilegiæ, & nostræ vrbis Papiæ, multorumq; in circuitu Castellorum atq; oppidorum, ex quibus multa ita diruta sunt, vt nostris temporibus vel fortasse numquam reparari possint. ¶ Suspiràs. Apostrophe ad dilectorem mundi, qualis nullus esse deberet, dicente Apostolo Ioanne. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt, nam huius mundi dilectio inimica est Deo. 1. Ioa. 2. ¶ Aeternæ. Vrbis supernæ Hierusalem, quæ sursum est, quæ & nostra mater est. ¶ Gemmis. De hac vrbe. vide Ezechielem, & Ioannem in Apoc. circa finem, vnde huc multa fuere translata. ¶ Fundamenta locata. Psalmum hic sensim vates ingreditur, prædicta vero idcirco præmissa fuere, ut haberetur antecedens ad quod referri posset illud relatiuum eius, nam post longam meditationem supernæ huius urbis psaltes prorumperat in ea verba. Fundamenta eius in montibus sanctis. quæ autem fuerit illa meditatio nõ habebatur, nunc uerò & haberi & cantari potest: neq; enim ex nostro cerebro nos eam confinximus, sed eodem quo & ipse spiritu afflati hanc edidimus. ¶ In sanctis montibus. Idest prophetis, & Apostolis: iuxta illud. Iam non estis hospites & aduenæ, sed ciues & domestici Dei super ædificati supra fundamentum Apostolorum, & prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritusancto. Eph. 2. C ¶ Inq; petra. Hæc petra est ille lapis angularis de quo iam dictum est: Christus Iesus. ¶ Præcipuũ est fundamentum. de quo & alibi Apostolus. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. 1. Cor. 3. ¶ Sanctum. De quo Angelus ad Virg. quod ex te nascetur sanctum, vnde & sanctitas omnis in alios sanctos effloruit. Luc. 1. ¶ Mons. De quo Esaias ait. Et erit in nouissimis diebus, præparatus mons domus Domini in uertice montium: & eleuabitur super omnes colles, &c. Esa. 2. ¶ Structura, de qua uide in Apoc. ¶ Fulgentum lapidum. Vt pote preciosorum: qui sunt homines fulgenti virtute splendentes. Apoc. 21. ¶ Lumine sidereo. Nam ut ait Daniel. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Et qui ad Iustitiam erudiunt multos, quasi Stellæ in perpetuas æternitates, & in Euangelio, tunc fulgebunt iusti sicut Sol in conspectu Dei. Dan. 12. Matt. 13. ¶ Glutine. Charitatis scilicet porrò inuenitur hoc gluten, glutinum, atq; glutinium, & significat

ODE LXXXVI. EX PSALMO LXXXVI.
Fondamenta.

ESte peregrini, varios componite mores;
Erigite affectus; huc & adeste citi.
Incertæ hic sedes, non hic habitatio firma;
Non hic perpetuæ patria vestra domus.
Culmina villarum, sunt & castella ruinæ
Exposita; & si non pulsa ruere, ruent.
Nec minus erectæ celsis in montibus vrbes,
Munitæq; arces mox aliquando cadent.
Quod malè firmus homo mox & casurus in altum
Erigit; infirmum est; inualidumq; cadet.
Tracta volubilibus labuntur in omnia sæclis,
Tempore quæ surgunt; tempore lapsa ruunt.

Marmoreas ædes, & celsa palatia, quid nam
Suspiras? ac si non ruitura forent.
Quin magis æternæ firmissima suspicis vrbis
Mœnia? quæ gemmis aurea fulta micant.
Vrbis & illius sunt fundamenta locata
Firmius in sanctis montibus, inq; petra.
Quàm celsi montes? & quàm lapides preciosi?
Quadrati, & stabiles, quantus eisq; decor?
Præcipuum est fundamentum, & super oĩa, sanctus
Mons, caput, & vertex, anguleusq; Lapis.
Aedificata super structura est ordine miro
Fulgentum lapidum lumine sidereo.
Indiuisibili compactaq; Glutine tota.
Stabit in æternum; viuida semper erit.

D gnificat quicquid viscosum est atq; tenax, quo res rei compacta non facile dissolui potest: vt bitumen, calx, Glis, & pasta quam vulgo collam vocant: & si quid aliud huiusmodi est. ¶ Viuida. Nunc quò ad animam, & post vniuersorum resurrectionem, etiam quo ad corpus. ¶ Syon. Terrestris arx fuit Hierusalem, quæ & ciuitas Dauid dicebatur, quia illam erexerat atq; condiderat, in eaq; cum suis principibus habitabat, verum hic & vbicumq; spiritualis intellectus exquiritur vitam contemplatiuam multo eminentiorem, quàm sit actiua significat, & quia ea vita licet hic inchoetur, in cœlo tamen post mortem perficitur, iccirco pro cœlesti mansione Syon vbiq; ponitur, eo maxime attento, quòd Syon specula interpretatur, & ibi facie ad faciem diuinam gloriam sancti spe

Vrbs ea sancta Syon specula præcelsior omni
Dicitur: & paci sacra Hierosolyma.
Margaridum portas nimio candore nitentes
Cernere erit: pandas semper ibiq; fores.
Fulgentes portas Deus has super ima Iacobi
Cuncta Tabernacula, quàm vehementer amat.
Inclyta quis narret? de te quę dicta fuere?
Vrbs munita Dei? gloria quanta tua est.

2.Cor.3. culantur, & nos (vt ait Apostolus) per contemplationem in eandem imaginē transformamur à claritate in claritatem, tanquàm a Domini spiritu. ¶ Specula. Interpretatio est vocabuli, hinc
2.Cor.3. & Apostolus, nos vero reuelata facie gloriā Domini speculantes, &c. ¶ Paci sacra Hierosolyma. Et hæc interpretatio vocis est. ¶ Margaridum. Vnionum seu Margaritarum, hoc ēt ex Apoc. tractū est, vbi dicitur. Et xij. portæ, xij. Margaritæ sunt, singulę margarię per singulas portas,
Apoc.21 hæ possunt significare xij. articulos fidei in Apostolorum xij. symbolo descriptos, candor enim margaritarum, fidei candorem designat, & bene portæ vocantur, quia non nisi per has fidei portas in ciuitatem Dei alicui patet introitus. ¶ Pandas fores. Apertas & expensas, ne cui vlla relinquatur excusatio si non introierit: clamat enim more præconis Euangelica tuba.
Mar.16. Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ, & rursus. Quicunq; crediderit: & baptizatus fuerit saluus erit: neminem excipit, non Iudæum aut Græcum: non quemuis Gentilem: non Barbarum non Scytam, non Dominum aut seruum: non nobilem vel ignobilem: non litteratum, vel rudem: non deniq; magnum aut minimum; nec diuitem aut pauperem: sed prorsus omnibus fidei portæ semper apertæ sunt: quicunq; voluerit ingredi, tantum credat & intrabit. ¶ Has. Portas fidei Chatolicæ, quæ per Apostolos est vbiq; propalam prædicata, non vm
E bris, non figuris inuoluta, vt antiquitus à patribus per figuras, & a prophetis per Enigmata. Ideo bene sequitur. ¶ Super ima Iacobi cuncta tabernacula. Idest plusquam omnia tabernacula olim facta à populo Iudaico, qui ex patre tabernaculorum Iacobo descendebat, nam & ipse diutissimæ mansit in tabernaculis, quæ tetenderat. Loquitur autem præcipue de eo, quod per Moysen factum est in deserto, & eo, quod tetendit Dauid propter arcam Domini, sed & templum Salomonis instabile, reparatum iterumq; destructum, tabernaculorum istorum appellatione comprehenditur: quoniam, & in eo vmbræ atq; figuræ cœlestis huius tegebantur. ¶ Quis narret? Non omnino nullus sed rarus, & excelsus, quales Ezechiel, & Ioannes Apostolus. ¶ Vrbs munita. Non solum Angelica quin, & diuina custodia vigiliq; pastorum cura, & prædicatorum latratibus defensa. ¶ Gloria quanta. Hac nulla maior esse posset: vt ex seruis Diaboli, facti filii Dei simus eius regni gloriosi coheredes. ¶ Isacidæ. Iudæi. ¶ Gentes. Ex omni natione quæ sub cœlo est. ¶ Innumerabilibus. Nobis scilicet, Deo verò numerabiles, qui fe
Sap.11. cit omnia in numero, pondere, & mensura, vnde & quidam alius uates dixit. Qui stellas numeras: quarum tu nomina solus, signa, potestates, cursus, loca tempora, nosti. & hic idem psaltes. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnes eas nomine vocat. Stellarum autem appellatione iuxta spiritualem sensum electi Dei significantur, ut paulo supra est ostensum. ¶ Compita. Loca vrbium ad quæ per plures uias conueniunt homines, qualia sunt triuia, quadriuia & quinq; via, in his antiquæ plebes sacrificare solebant, in his artes edocebantur, & si quid insigne ostendendum erat in his agi solebat, per hec itaq;, templa nostri temporis significantur, ad quæ & per sacrificiis, & audiendis diuinis scripturis conueniunt plæbes.

Nec soli Isacidæ, verum & tua compita gentes
Ciuibus implebunt innumerabilibus.
Nam Hiericuntinæ memorem placet esse Raabbes
Hospitio tuti qua latuere patres.
Vtq; ea iuncta Dei populo fuit aduena nostro,
Sic modo qui recipit cordis in æde fidem.
Tunc erimus memores etiam Babilonis iniquæ.
Vnde recesserunt qui didicere Deum.

¶ Hiericuntinę Raabbes. Hanc hystoriam, quia prolixa est, petere licet ex libro Iosue, moralem vero eius expositionem ex commentariis diui Ambrosii in Lucam super expositione Euangelii illius. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, nam propositum ad quod inducitur hic satis exponitur in carmine. ¶ Pa-
F tres. Duo illi principes ex patribus pro exploratoribus à Duce Iosue præmissi. quos excepit Raab hospitio, & abscondidit in solario, & inquirentibus satellitibus regis respondit abiisse, deinde per fenestram nocte dimisit, accepta prius ab eis fide de propria & domesticorum salute ab imminente urbis ruina, quod & factum est, & insu-
Ios.2.&6 per Naason uni illorum nupta transiuit in Coloniam populi Dei, vnde & facta mater Booz meruit etiam in Genealogia Saluatoris ascribi; dicente Matthæo. Naason autem genuit Booz de Raab. ¶ Aduena. Alienigena: nam & hospita, & meretrix hiericuntina fuisse dicitur. ¶ Modo. Publicanis euenit Euangelii tempore. ¶ Patrem, Deum. Et per consequens filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, & vtriusq; spiritum sanctum. ¶ Babilonis iniquæ. Quia destruxit Hierusalem, templum Dei demolita est, & populum eius captiuum diutius afflixit, uerum sciendum est Babilonem in sensu mystico significare ciuitatem Diaboli infernam, sicut Hierusalem Dei supernam, hoc est illam impiorum omnium pessimam generationem ab initio mundi usq; ad finem. istā vero electorum omnium sanctam Ecclesiam; uerum quia utraq; partim habet ciues hoc in sæculo adhuc cōmorantes, partim ad æternam requiem vel gehennam. qui abierunt. ambæ hic mixtim corpore, & habitatione proprios recognoscunt. fouentq; sed sibi inuicem animo aduersæ quærunt mutuo sese inuicem spoliare, & transfugium persuadere, hinc factum est ꝙ dicitur in textu. multos ex Babilone, qui Deum didicerunt ad Apo-
Gene.11. stolorum prædicationem recessisse, & in coloniam ciuitatis Dei fide suscepta transiisse. ¶ Babilone relicta. Quæ ciuitas confusionis interpretatur propter turrim illam Babel ubi labium hominis unum in diuersa genera linguarum est

Sic modò confusæ gentes Babilone relicta
Aduenient : ciues huius & vrbis erunt.
Ecce alienigenæ cursu ; Tyrijq; volatu,
Has fidei merces appetiere nouas.
Queis redimant vrbis nostræ ciuilia iura.
Charior est auro nam preciosa fides.
Quin etiam Aethiopes nigri, & feruoribus vsti,
Maxima pars curru, parsq; vehentur equis.
Vt refrigerium sumant : vt pectora fiant
Iam cute mutata candidiora niue.

rum est confusum: sed & ciuitas Diaboli omnia in se habet confusa, contra verò ciuitas Dei pulcherrimo ordine decorata est. ¶ Alienigenæ. Tametsi palestini, qui & Phylistei, specialiter à Iudæis uocabantur alienigenæ. hic tamen generaliter intellige, pro omnibus, qui non erant ex genere Iudæorum. ¶ Cursu. Audita Christi fama, siue per miracula, dum adhuc mortali viueret in corpore patrata, siue post mortem eius ac resurrectionem, ascensionemq. & missionem spiritusfancti ad apostolicam doctrinam, & ad mirabilia signa, quæ etiam per manus eorum Dominus ipse faciebat, ingens hominum cõcursus ex omni natione fiebat, vt licet legere in actis, & Epistolis Apostolicis, porrò cursu, quò ad istos dicit volatu quo ad Tyrios, quia in continenti erat eorum habitatio, Tyriorum vero in mari, quod & velis uolare dicitur, cum celeriter nauigatur; hinc veliuolum mare à secularibus poetis appellatur. quin & uocabula, aeris & maris propria inuicem inueniuntur plerumq; confusa. ¶ Merces. Quia Tyrij fuere mercatores, quales penè omnes vrbes in mari uel iuxta positæ: neq; mirum sit dictas esse fidei merces, quia Regnum cœlorum non solum uim patitur, ut docet Gregorius: sed & mercari potest. nam tantum ualet, quantum habes, Zacheus illud emit, dimidio bonorum, quia reliquum æris alieni portio erat, & propterea restitutioni obnoxium. Nauibus & retibus relictis à Petro, & sociis est emptum, à paupercula duobus minutis, & ab alio calice aquæ frigidæ: sed & si nihil habes, ex sola bona voluntate potes hoc mercari, canentibus Angelis gloria in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. ¶ Aethiopes nigri. Hi cum rege, & toto penè regno ab Apostolo Mathæo ad fidem Christi sunt conuersi, suscitato à morte regis filio. ¶ Curru. Alluditur ad illum Eunuchum Candacis reginæ Aethiopum, qui ex Hierosolomis abiens, dum sedens in curru suo Esaiam legeret, nec Intelligeret, à superueniente Philippo Christi discipulo est edoctus, & baptizatus, ut in actis Apostolorum legitur. ¶ Vt refrigerium sumant. Interius ab æstu viciorum, per gratiam Spiritussancti, quæ aqua dicitur, ut in Euang. Ioannis. Qui sitit ueniat ad me, & bibat: nam qui biberit ex aqua, quam ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam: hoc autem dixit de Spiritusancto, quem accepturi erant credentes in eo. ¶ Candor fidei. Puritas & innocentia, etenim fide mundantur corda hominum, præcipuè in baptismi susceptione, tunc sordes omnes peccatorum adeò mundantur, ut ne una quidem remaneat, in huius rei signum candidis uestibus accedebatur ad baptismum, in quo & modo dicit Sacerdos, Accipe uestem candidam, & immaculatam, &c. ¶ Vtrinq. Ex candore fidei, & refrigerio gratiæ spiritus sancti, quæ est charitas, nam (ut ait Apostolus) charitas Dei diffusa, est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. ¶ Concursus hic nouus. Ex omnibus gentibus. ¶ Nouus homo. Veteri contrarius, de qua re scribit Apostolus. Primus homo de terra terrenus nouus homo de cœlo celestis, per ueterem hominẽ mors, per nouum uita. ¶ Tantæ uirtutis? ut ex omnibus mundi partibus ad se gentes attrahere possit? admiratiua est hæc interrogatio qualis est illa. Quis est iste rex gloriæ? & illa. Quæ est ista quæ ascendit quasi aurora? ¶ Magnes. Lapidis genus ferrum natura ad se attrahens, de quo plinis 36. vulgo calamita vocatur. ¶ Homo dicet. Scilicet verba quæ sequuntur. O mater Syon, &c. Et est casus vocatiui. ¶ Musa. Non illa secularis Thalia, vel Calliope; sed quæ diuinis præest cantibus, Theochatis, scilicet hoc est diuina gratia & celestia quæ accipe accipe, quia locus hic difficilis est intellectu, & dignus vindice nodus, quo enim pacto sine diuino numine percipi posset hominem natum esse in Syon, qui & ipse altissimus esset, ac fundasset eam, & quia apertissimè in textu soluitur, longa minime opus est interpretatione, Christus enim homo & Deus, ex eo q homo, natus est in ea ciuitate Dei, quam & Syon supra appellatam diximus, in eo q Deus ipse est altissimus, vnus & idem cum patre & Spiritusancto Deus, & fundator eius, aduertendum est ne quis existimet de syon terrena hoc est de ciuitate Dauid, hunc locum intelligendum esse, quia non in ea, sed in Bethleem vrbe natus est Christus, ut ex vaticinio prophetæ & ex Euangelijs colligere licet: sed de spirituali Syon, vt dictum est. ¶ Sacra mysteria. Incarnatis filij Dei, de quo loquitur hic Psalmus, porrò aduertendum est grande discrimen inter ministerium, & Mysterium: hoc enim non nisi arcana & sacra significat: illud verò seruitium siue famulicium corũ, qui ministrant, vnde & Martha Christi hospita dicta est satagere circa frequens ministerium, de qua differentia datur ille versiculus. Dico ministerium famuli, mysteria sacra: dicuntur etiam sensus mystici, spirituales intellectus. Allegoricus, scilicet moralis, & anagogicus. ¶ Ne dubita vates? Musæ adhortatio. ¶ Pande sacratum sinum. Quo nouæ gentes ad fidem Christi properantes excipiantur, est autem metaphorica locutio, qua etiam Esaias propheta usus est in eodẽ proposito. Dilata (inquit) locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, longos fac funiculos tuos & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & leuam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit. ¶ Abundo. Pro abundanter, non à nomine; sed à uerbo deriuatur, & ideo corripitur in fine. ¶ Præcelsus. Per eo q est altissimus, positus est. Siquidem, altus homo est, altior Angelus, altissimus vnus est Deus. ¶ Iam. pro eo q iamdudum hic positum est. ¶ Fundauit. Ac posuit. mœnia de quibus supra dictum & cantatum est, & sub

Luc. 2.
Act. 8.
Ioan. 7.
Rom. 5.
1. Cor. 15
Can. 6.
Luc. 2.
Esa. 54.

Candorem, fidei nam candor: & algor aquarum
Dat refrigerium, ciuis vtrinq; bonus.
Sed concursus hic vnde nouus? mutatio quænam
Hæc noua? mira, nisi sit nouus ortus homo.
Numquid homo tantæ virtutis? vt vndiq; gentes
Ceu ferrum Magnes attrahat ipse sibi?
Numquid homo dicet? Syon ò mater abundè
Exulta; & ciues suscipe læta nouos.
Dic age Musa precor, sacra tu mysteria pande:
Sunt arcana quidem, sed tibi nota satis.
Ne dubita vates: exclama, pande sacratum
Dicet homo, Syon mater abundè sinum.
Ortus homo nouus est in ea; præcelsus & ipse
Iam fundauit eam: mœnia iam posuit.

D audiendum est, antequam nasceretur in ea. ¶Genitrix, & filia. Ad beatam Virginem hoc referendum est: nam filia est diuinitatis, & mater humanitatis Christi, ad ciuitatem Dei etiam referri potest, eo tropo, quo conditores dicuntur vrbium parentes, & vrbes ipsæ ciuium matres, quo modo loquendi & ipsi Domino nostro Iesu Christo placuit vti: illis verbis. Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti, &c. ¶Matrem. Beatam Virginem Mariam. ¶Vrbe sed. Pulchra anadiplosis, idest geminatio verbi, sic & infra. ¶Vnus. Vnus vbiq; Deus nec enim locus est ullus, vbi non sit Deus, vnde & cum quædam meretrix dixisset sancto viro loca secreta quærenti, in quibus cum ea loqueretur, si times ab hominibus videri, esto securus: quia nullus hominum te hic videre potest; at si Deum inspectorem metuis: frustra quæris Deum latere: qui vbiq; est, & vbiq; videt, ex quibus verbis homo Dei tulit occasionem conuersionis eius, vide hoc in lib. de vita sanctorum patrum heremitarum. ¶Appellet. Pluribus versibus locum obscurum proiecuri sumus, vt luculentior etiam à tardis ingeniis haberetur eius cognitio. ¶Omnigenas. Omnibus ex gentibus originem ducentes. ¶Olim. Præteritum hic tempus & futurum tantummodo significat, licet ad tria tempora suapte referatur. ¶Narraturus. Per quos infra dicitur. ¶Præconia. Christi venturi, diuinitatisq; ac humanitatis illius mysterium, vt per omnes prophetas est videre. ¶Et ante duces. Vel ante nos, vel qui ante prophetas duces populi extitere, quales Patriarchæ, Moyses: Iesus naue, cæteriq; duces, & iudices populi, qui in libro iudicum referuntur: nam illi omnes, excepto Moyse, qui scripsit multa de Christo, in figuris, & ænigmatibus quibusdam Christi aduentum & futurum Deum, atq; hominem prædixerunt. quin & de ipsa ciuitate Dei, vt docet Apostolus: in ea allegoria, de Abraam qui duos habuit filios: nam omnia (vt is dicit) in figura contingebant illis: & vt alia omittantur, videre figuram Arche, & tabernaculi cum expositione Pauli in epistola ad Hebræos vbi, & multa interserit de Melchisedech Rege Salem, qui fuit expressa Christi figura ad vtramq; naturam. ¶Scriptis. Vt quattuor Euangelistæ, Paulus & alii, qui scripserunt Epistolas, & post Apostolos multi sancti Doctores, & præcipuè quattuor antesignani, qui suis scriptis per quattuor orbis partes Christi facta & penè singula verba illustrarunt. ¶Voce tantùm. Vt omnes verbi Dei prædicatores quales, & nos tametsi indigni, qui antecessoribus nostris corrigias calceamentorum soluamus. ¶Peracta. Substantiuè: significat omnia, quæ prædicta fuerant de Christo, & consumata per ipsum. ¶Præcones alij. Quos supra diximus. ¶Magnificiq; duces. Bene magnifici, & non tantum magniloqui, vt interdū nos, & qui ex num. nostro sunt, qui plerumq; dicimus, & non facimus: sed illi, & magna loquebantur & non minora faciebant: quam rem testatur Marcus Euangelista. Illi (inquit) abierunt & prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis: sic & Lucas in actis Apost. per manus (ait) Apostolorum fiebat signa, & prodigia magna in plebe. ¶Cursu rapido. Veloci, videre quid de se vnus loquatur Paulus. Non enim (inquit) audeo aliquid eorum quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium, verbo, & factis, in virtute signorum. & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita vt ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelicum Christi. deinde Romam abiit, inde in hyspaniam profecturus, sic & alii Apostoli domini cum discipulis .lxxii. totum orbem percurrentes christianam fidem vbique seminauerunt, quæ & crescit in immensum. ¶Peracta. Cōpleta omnia, quæ peragenda circa Christum pro nostra, omniumque salute prædixerant prophetæ. ¶Viri fortes. Martyres intelligit, qui omnia tormentorum genera perpessi cum ipsa morte horrenda, tandem, persecutores superauerunt, & Ecclesiæ coronam regnorum omnium obtinuerunt. ¶Peregrinos vagos. Vnde factum est, vt omnibus spretis temporalibus ad cœlestem patriam maturiori cursu fœliciter peruenerint palma martyrii suscepta. ¶Duces suos. Apostolos, à quibus instructi fuerunt, vt Indi Thomam. Ethiopes Mattheum. vtq; Ecclesiæ Asiæ Ioannem, Romani Petrum & Paulū & alii alios, nos quoque Ticinenses Beatum Syrum patrem sequimur, qui primus in vrbe nostra fixit vexillum crucis, & monita salutis æternæ Papiensibus ciuibus est elargitus. ¶Hostibus. Superatis non ferro, sed forti animo, & maximi roboris constantia. ¶Improbitate. Quia labores vnusquisque libentius si potest euitat, neq; propter se ab vllo probantur, sustinentur tamē propter fidem, ad quem sine laboribus perueniri nō potest. ¶Difficiliq; via illa, scilicet arcta & ardua, quæ ducit ad vitam. ¶Coronæ. Diuersæ secundum meritanam alia (teste Apostolo, est claritas solis, alia stellarum, sed & stella differt à stella in clari-

Matt.23.
E
Gal.4.
Heb.7.& 11.
Marc.vlt.
Act.5.
Rom.15.
F
Matt.7.
1.Cor.15

Edidit excelsum genitrix, & filia natum,
Vrbs fundatorem parturiitq; suum.
Conditor hic vrbis Deus est, homo natus in illa;
Paruulus ortus homo, sæcula & ante Deus.
Vt Deus, ipse sibi matrem plasmauit in vrbe,
Vrbe sed ortus homo de genitrice satus.
Est igitur Deus hic, & homo, mirabilis vnus,
Vnus vbiq; Deus Christus in vrbe satus.
Non itaq; est mirum, si gnatam conditor vrbem,
Matremq; appellet filius eius homo.
Hic Deus, idem & homo, fultus virtute superna.
Ad matrem ciues attrahet omnigenas.
Hæc etenim Dominus veluti prædixerat olim
Narraturus erit, factaq; cum fuerint.
Præteriti in populis mira hæc præconia vates,
Scripta reliquerunt, gentis & ante duces.
Suntq; relaturi scriptis, & voce peracta,
Præcones alij magnificiq; duces.

Qui cursu rapido præconia tanta per orbem
In populos omnes esse peracta canent.
Inde viri fortes selecti, exercitus ingens,
Quique peregrinos se meminere vagos.
Omnibus, e, populis, linguis, & gentibus vnà
Conuenere, duces quæque secuta suos.
Hostibus & passim superatis, atque laborum
Improbitate graui, difficilique via,
Præpetibus sumptis diuino munere pennis
Virtutum superas appetiere domos.
Partæ vbi sunt palmæ victoribus, atque coronæ,
Gloriæ & immensa candida luce stola.
Vox ibi, vox nunquàm lætantum ponè triumphos,
Iocundatorum mansio læta virūm.

Quàm fœlix in te Syon habitatio nostra,
Lœtus ibi est cantus: nec nisi laudis opus.

tate. ¶ Stolla. Immortalitatis & gloriæ vt dicitur in textu. hæ sunt illæ stollę quas dicit Ioannes lotas esse in sanguine agni. ¶ Tanquàm lætantiũ dicit, quia & si quandam sancti habeant conso- A Apoc. 7. & 22.
lationem nostræ, quę hic habetur, lætitiæ similem, quia tamen mirum in modum & ineffabilem cœlestia gaudia superant omnem humanam alacritatem, dixit, tanquàm lœtantum. ponè, cum accentu in fine, & significat post, siue retro. ¶ Triumphos. Alludit consuetudini Romanorum, qui duces triumphali curru deuectos magna cũ alacritate & applausu vsque ad capitolium comitabantur. ¶ Virum. Pro virorum virtute, s. magna preditorũ. ¶ Quàm fœlix. Iuxta illud. Beati, qui habitant in domo Domini in sæcula sæculorum laudabunt eum, q & nos huius beatitudinis participes efficere dignetur. Amen. Psal. 83.

SEd quis ad hos cantus &c. Quoniam nullus ad magna præmia potest peruenire nisi per magnos labores: neque coronandus est, nisi qui legitime certauerit, idcirco propositis æternæ lætitiæ præmiis, & immarcessibilis gloriæ corona in calce præteriti psalmi ostensa. in presenti psalmo labores propalam monstrantur, & pugnæ, in quibus milui christiano decertandum est, sicut & dux eorum D. N. I. Chr. prior pugnauit, & parta victoria ad coronam regni præuenit. & quia non militem in angaria portantem crucem, sed hylarem seruum hylaris Dominus, nec hylaritas magis, quàm cantu demonstratur. propterea dux ipse Christus tanquàm præcentor suos commilitones, veluti succentores ad hilarem cantum inuitans vocem in cantu præmittit, ad cuius vocem audiendam, & ad respondendum ei psaltes inquirendo nos prouocat. ita psallens. Sed quis ad hos cantus, æternorum gaudiorum, de quibus in fine præcedentis psalmi cantatum est. ¶ Mellifluus præcentor. Dominus Christus Iesus ita concinens in Euang. Qui vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. ¶ Ab æthere summo, Nam quicunque in nomine eius verba exhortationis loquitur, non à seipso loquitur, sed eo inspirante, q in æthere summo ad dexteram patris sedet. ¶ Succentorem. Hæc tria præcipuè nomina qui de musica arte scripserunt, latinè excogitarunt. precentor, qui ante alios in cantu vocem emittit, & chorum ducit, atque moderatur Matt. 16.

ODE LXXXVII. EX PSALMO LXXXVII.

Domine Deus.

SEd quis ad hos cãtus poterit tunc dignus haberi?
Carmina dulcisono lœta quis ore canet?
Quem modò mellifluus præcẽtor ab æthere summo
Voce chorum ducens altitonante docet.
Quem succentorem sibi respondere paratum
Cernit; olympiacum ducat ab ore melos.
Vt mea vox (inquit) premerent dum pectora curæ
Pro cantu gemitus tristis in ore fuit.
Respondere mihi, sic & quicunque paratus
Est modò: pro cantu pectore, & ore gemat.

succentor, qui consona voce præcentorem subsequitur concentor i. est, qui dulciori quodam modulamine cantum exornat, & delectabiliorẽ auditorum auribus esse facit, ac si permulceat illas in musica christiana, præcentor est Christus. B
succentor Stephanus Protomartyr. concentor Paulus Apostolus præcipuè in ea epistola, qua tribulationum suarum notas concinnendo enumerat. cantilenæ socii reliqui Apostoli, & sancti martyres, & denique fideles omnes, qui patientiæ canticum sunt edocti, & Domino respondere parati vt hic dicit. ¶ Olympiacum non ab olympo monte macedoniæ tractum est hoc vocabulum sed ab olympo i. totum splendenti cœlo. ¶ (Inquit) præcentor noster Christus. ¶ Cantu non solum passionis instantis tempore, sed ferè toto vitæ suæ cursu. nec. n. tanquàm visus est ridere, ac flere multoties. ¶ Gemitus more columbæ ex nimio amoris zelo procedens, vnde in eius pendentis in cruce persona sic est à quodam versificatore cantatum. Huc me sydereo descendere iussit olympo. Huc me crudeli vulnere fixit amor. ¶ Modò benè dicit. nunc enim est tempus flendi, succedet autem postmodum & videndi, vnde & in Euang. Beati (inquit) qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. ¶ Mitius heu. In persona D. N. I. Chr. hæc dicuntur dum in amaritudine passionis esset, per hæc etiam nobis ostenditur, quid agere debeamus in afflictione positi; nam ad Dominum Deum maxima cum reuerentia nostræ lamentationes dirigendę sunt. ¶ Seruum. In cuius forma hæc sustinebat. ad nostram doctrinam etiam hoc tendit. ¶ Facturamque tuam. Quo ad humanitatem, nam in eo quod Deus Dei filius cum ipso omnia fecit. ¶ Ouem. Vnde & à propheta dictum est de illo: tanquàm ouis ad occisionem ducetur, & tanquàm agnus coram tondente se non aperiet os suum. ¶ Tenebris. Ignorãtiæ, infidelitatis, & peccatorum. ¶ Cæcis. Ab effectu, quia per eas excecatur hominis intellectus. ¶ Grande salutis opus. Quia (vt ait Augustinus) maius opus est peccatores inueteratos maximè conuertere, quàm cœlos ipsos creasse. Item & fuit grande opus, vt per mortem filij serui redimerentur. ¶ Nocte, dieque. Propriæ hæc quadratur, nam in nocte antequàm caperet, legitur ter orasse, & in die dum in cruce penderet. impropriè quoque ab aliquibus doctoribus hic locus exponitur pro tempore aduersitatis & prosperitatis. ¶ Aures inclina. Sæpe dictum est Deum non habere aures, aut alia membra, quæ nos habemus, cum spiritus sit incorporeus inuisibilis, & ineffabilis, sed quidam cõdescensus est, ad humanam infirmitatem: vt de Deo more nostro humano loquamur. ¶ Sume precesq; meas. Intra sacrarium exauditionis tuæ. ¶ Tristis est vsque ad mortẽ. Verba sunt quibus vsus est Christus in nocte in introitu horti. ¶ Horror ubique necis. Hæc contigerunt ei dum esset in agonia, & prolixius oraret, quãdo factus est sudor eius velut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Eccles. 3. Matth. 5. Esa. 53. Hier. 11. & 51. Matt. 26. C Matt. 26.

Mitius heu seruum Domine attrectarier oro,
Facturamque Deus: pastor ouemque tulit.
Sol mihi iustitiæ tenebris, qui pectora cæcis
Lapsa trahis: nostræ grande salutis opus.
Ante tuam faciem clamaui nocte, dieque:
Vocibus impleui tempus vtrumque meis.
Intret in aspectum supplex oratio tandem
Nostra tuum: pateant cœlituumque fores.
Rex mitis, pater atque hominum dulcissimè blandas
Aures inclina: sume precesque meas.
Heu quantis repleta malis anima est mea: tristis
Est vsque ad mortem pulsa dolore graui.

Horror vbique necis: quatitur formidine pœnæ
Corpus:& infernum iam prope vita mea eſt.
Quod tamen eſt grauius: qui me pupugere: putârũt
His ſimilem, quibus eſt manſio dira lacus.
Neſcia gens, quam liuor edax cæcauit:
Ambitio, ceruix, nequitiæque malum,
Conſiliique ignara tui, vatumque piorum,
Credidit vt cunctos me ſubiiſſe lacum.

D ¶ Grauius. Nam ex paſſione eius & ſi affligebatur corpus, animaque doloribus afficeretur, agebatur tamen generis humani redemptio, verùm ex ea mala opinione imbibita, quòd homo eſſet purus, & ſceleratus: impediebatur redemptionis
Zach. 12 effectus in iis ipſis, pro quibus etiam patiebatur. ¶ Pupugere. Clauis confixere, iuxta illud uide-
Ioan. 20. runt in quem pupugerunt: crucifixio quippe eis attribuitur, qui toto nixu illam procurarunt, & precibus importunisq; clamoribus extorſerunt. ¶ His ſimilẽ. Mortuis, ſ. latronibus & cõdennatis ad ęternũ ignẽ inferni in hac. n. ſignificatione ſę-
Luc. 24. pe ponit̃ hæc dictio lacus in diuinis ſcripturis. ¶ Neſcia gens. Deplorat eorũ ignorãtiã, quæ ex malitia cauſata fuit nam pro aliis qui ſimpliciter ignorabant patrem orauit, dicens Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. ¶ Liuor edax. Nam inuidus inuidia rumpitur ipſe ſua & inuidia ſiculi non inuenere Tyranni Maius tormentum. por-
Matt. 27. rò inuidia motos fuiſſe principes iudæorum ad procurandum Chriſti necem teſtatur Euang. in quo dicitur, ſciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum. ¶ Ambitio. Qua perſeuerare in principatu, & dominatione populi
Ioan. 11. cupiebant, quamobrem & leguntur dixiſſe in coacto conſilio ſuo, quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic, omnes poſt eum ibunt: & venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem. ¶ Ceruix. Dura pertinatia
Gen. 49. cuius ſedes dicitur eſſe ceruix, de hac re habebatur vaticinium patriarchæ Iacob, qui Paulo ante mortem, accitis ad ſe filiis & benedixit eis, atque ſingulis prædixit quæ ventura erant, cumque ad Simeonem & leui perductus eſſet ſermo. dixit eis ſenex pater Simeon & leui fratres. uaſa iniquitatis bellantia. in cõſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea, quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum, maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura &c. ab his autem duobus deſcenderunt ſacerdotes, ſcribæ, & phariſei, quorum dura pertinacia & furore inſanabili factum eſt vt Chriſtus crucifigeretur. ¶ Nequitiæque malum. Hæc eſt auaritia, quæ cum omnibus tum & ſibi ipſi nequam eſt, non poterant
Matt. 21. ferre, quia Dominus eiiciendo de templo ementes atque uendentes fraudulenta eorum latrocinia diſcooperuiſſet, atque impediiſſet. ¶ Conſiliiq. ignara tui. De redemptione generis humani per mortem Chriſti; nam ſicut fra-
E tres Ioſeph malo uendentes animo procurarunt exaltationem eius, ita & iudæi Chriſtum ementes atque crucifi-
Gen. 37. gentes ſalutem hominum, & Chriſti exaltationem neſcientes cooperati ſunt, Domino Deo miſtitię illorum miniſterio benè vtendo, quàm ſapiẽs Dominus, qui etiam noſtra nequitia ad lucrum animarum benè uti nouit. ſicut medici, qui ex carnibus ſerpentum medicamenta aduerſus venenum conficiunt. ¶ Vatum piorum. Sãctorum, qui à ſæculo ſunt prophetarum eius. ¶ Vt cunctos mortuos. Scilicet qui omnes uſque ad Chriſtum deſcendebãt in car-
Zach. 9. cerem inferni, quidam in tartarum cruciandi, quidam in ſinum Abrahæ expectantes redemptorem, vnde & quidã illorum legitur dixiſſe, in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti nos de lacu, in quo non erat aqua: rem in reſurrectione Domini factam eſſe nemo ignorat. Aſcendens enim Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem. ¶ Deſpectus.
Pſal. 67. Sic & Eſaias propheta de Chriſto prædixit. Et quaſi abſconditus vultus eius: & deſpectus: vnde nec reputauimus
Eph 4. eum. ¶ Defunctos inter. Anaſtrophe eſt. ¶ Compende. Ideſt vinculo peccati originalis, quo cum cæteri ho-
Cap. 33. mines naſcuntur excepta etiam Beata virgine, quæ immaculata concepta eſt. ¶ Nec manicis. Ideſt vinculis pec-
Prou. 5. catorum actualium; nam funibus peccatorum ſuorum, vt ait ſapiens vnuſquiſq. conſtringitur, & hic idem Pro-
Pſa. 118. pheta alibi, funes peccatorum circumplexi ſunt
1. Pet. 2. me. ¶ Liber. ab omni peccato penitus immunis, nec enim, vt prædixit Eſaias, quod & retulit Petrus Apoſtolus, iniquitatem ullam fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius. ¶ Vbiq; feror. Ad libitum per omnia inferni loca, & eſt aduerbiũ pro aduerbio. ¶ Luciferum. Per Anthiphraſim, quia tenebroſus eſt, & ſemper tenebras peccatorum ſecum portat, dicitur etiam Lucifer in memoriam priſcæ lucis quam habuit antequàm caderet. de quo Eſaias multa ſcribit, & inter alia.
Eſa. 14. Quomodo cecidiſti (inquit) Lucifer qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo. In cœlum conſcẽ-
F dam: ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti: in lateribus aquilonis: aſcendam ſuper altitudinẽ nubium, ſimilis ero altiſſimo, veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. non tamen ſemper hæc vox Lucifer Diabolum ſignificat: ſed interdum veritatis cognitionem vt Petrus in Epiſtola ſua ii. donec dies illuceſcat, & oriatur Lucifer in cordibus ueſtris, ſcribit quoq. Ioan-
Cap. 1. nes. in Apoc. ligatum eum fuiſſe tunc temporis uſq; ad mille annos, & quòd iterum ſoluendus erat, vſq; ad tem-
Apoc. 20 pus modicum: ſed ueh habitatoribus terræ eo tempore, unde, & ſequitur. His partim uinctis, &c. ¶ Potiora. Abuſiua comparatio eſt, quia neutra bona ſed tartari comparatione ſinus Abrahæ in quo detinebantur patres captiui, ſatis poterat bona manſio reputari, maxime propter ſpem inde recedendi. ¶ Interea. In illo triduo quo mortuus eſt, & iacuit in ſepulchro. ¶ Ii. Iudæi ã quibus eſt neci traditus. ¶ Vnum de cœſis. Puta latronibus, & impœnitentibus, qui deſcendunt in Infernum. ¶ Quos humus obruerit. Ideſt, qui obruuntur vt Iudas in Acheldemach abſq; funeris honore. ¶ Proſtratis cadaueribus. Quæ neq; humo teguntur: ſed canibus, feris, & auibus laceranda exponuntur. ¶ Corpus & Extinctum τὸ ἄπτον. Idem repetitur aliis

Sum penes hos factus veluti deſpectus: & omni
Protectore vacans, vtque ope caſſus homo.
Aſt ego defunctos inter, ſine compede ſolus,
Nec manicis vinctus, liber vbique feror.
Non me terribiles vmbræ, ſcelerumvé miniſtri
Includunt: nec me tartarus ater habet.
Luciferum horribilem cunctis præſentia noſtra
Terruit: & ſtigii me timuere duces.
His partim vinctis, partim fugientibus inde
Ad ſecreta patrum me potiora tuli.
Intereà tamen ii, qui me afflixere, putârunt
Vnum de cœſis quos humus obruerit.

Sunt arbitrati ſimilem poſt facta futurum
Me quoq; proſtratis eſſe cadaueribus.

A

Corpus & extinctum fieri deforme cadauer
Expositum diris vermibus, atq; cibum.
Qualia cunctorum mortalia corpora fiunt,
Post mortem vermes, fœtor, & inde cinis.
Nam cum dormierint homines, fuerintq; sepulti.
Nullius illorum crederis esse memor.
Quodq; oblita tibi tot corpora strata videntur,
Te fore dixerunt immemoremq; mei.
Attamen omniscium te nulla obliuio fallit,
Cunctorum memor es, cunctaq; viua tibi.

titur aliis uerbis per lusum poeticum, vt ostendatur uani qui terrenas delitias procurant, & nimia cura in re mox casura consumunt. ¶ Cunctorum. Vltra corpus Saluatoris, quod non uidit corruptionem, etiam id fuit beatæ Virginis, quod à triduo post mortem assumptum est in cælum: sed & corpus B. Ioannis Apostoli tumulus accepit quidem, sed & mox reddidit, nam & ipsum assumptum ad gloriam testatur Ambrosius in ea homelia quæ legitur de sanctis martyribus inter utrumq; Pascha, & Hieronymus in sermone de assumptione Beatæ Virginis, aliiq; doctores alibi: sed sicut hyrundo sola, aut duæ uel tres uiolæ precoques non inducunt ver. sic & tria corpora ex speciali gratia ab incorruptione præseruata, non detrahũt regulæ cunctorum. ¶ Crederis. Maximè à saduceis, qui negabant futuram resurrectionem, & animarum immortalitatem, atq; Angelos. ¶ Videntur. Quia ad nihilũ reduci putantur, dum in elementa, unde fuerant compacta resoluuntur. ¶ Immemoremq; mei. Sicut, & illorum dixerunt, aut crediderunt. ¶ Memor es. Vt suo tempore resuscitentur. ¶ Cunctaq; uiua tibi. unde, & Dominus in Euang. pro confutatione opinionis Saduceorum dicebat, uos erratis nescientes scripturas, neq; uirtutem Dei: non legistis quia Dominus dixerit. Ego sum Deus Abraam, Deus Isaac, & Deus Iacob: non est Deus mortuorum sed uiuorum: nam omnia illi uiuunt. ¶ Tempus. In nouissimo die: cum Dominus mittet Angelos à quattuor angulis terræ, qui tuba sonabunt terribilem illum sonitum de quo diuus Hieronymus ita inquit, siue comedam, siue bibam semper mihi uideor resonare in auribus meis: sonitum tubæ dicentis. Surgite mortui uenite ad iudicium. ¶ Me puerum. Iuxta illud. Ecce puer meus, quem elegi. ¶ Dilligis unum. Præcipuum dixit enim hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ¶ Præ cunctis. Vt scilicet non sinas corpus videre corruptionem. ¶ Incredula turba. De qua prædixit propheta, tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. ¶ Tua manu. A protectione tua: methaphora est ab iratis sumpta de manibus, si quid habent quod eis displiceat, proiicientibus. ¶ Alto. Idest profundo lacu per mortem. ¶ Inferiore lacu. Idest in infernum, vt dictum est supra. ¶ Tenebris. Exterioribus quæ sunt apud inferos. ¶ Mortis in vmbra. Periphrasis est, tenebrarum infernalium. ¶ Indignatus. Quia permisit illum à Sacerdotibus, qui videbantur esse legis zelatores, ita crudeliter affligi. ¶ Vasa furoris. More hæbraico locutus est vates, à quibus omnia instrumenta, cuiuscunq; artis vasa appellantur, vt à latinis arma, per iram flagella intellige, per vasa furoris: mortem horrendam. ¶ Altos fluctus. Abyssum inferni, qui non solum sub terra sed, & sub mare dicitur esse. ¶ Forsan. Modus est loquendi, vt etiam in quibus nihil dubij est, nota dubitationis vtamur. ¶ Consolator. Aliquis ex Apostolis, puta Petrus, à quo præ cæteris diligebatur. ¶ Diffugere omnes. Hoc ex Euangelio patet, in quo dicitur, quia omnes discipuli eius relicto eo fugerunt. ¶ Longe. Et de hoc in Euangelio stabant autem noti eius à longe. ¶ Frater. Singularis pro plurali, idest fratres, Apostoli quos fratres etiã cum resurrexisset ex mortuis nominauit, vade, inquit Magdalena, & dic fratribus meis: quia vadant in Galileam, & ibi me videbunt, est etiam altior sensus vt non tãtum, de fuga, elongatione, atq; absentia corporali sed etiam & multo magis de mẽtali intelligamus nam, & discipuli & noti & Apostoli, mente confusi discrediderunt, fidemque, quam prius in illum habuerant, amiserunt arbitrantes sese etiam fuisse delusos. ¶ Diffugere. Igitur discipuli ab eo non solum passibus corporis, sed & animorum affectibus. Longe steterunt noti corde magis, quàm corpore abfuerunt fratres, fidei amissione magis, quàm corporis elongatione, & hæc dolorem addiderunt, & afflicto afflictionem. ¶ Horrori. Cui sano capiti non esse debuerat horrori, crucifigi tam crudelle spectaculum? sed hic non de illo horrore loquitur, quod ad compassionem attinet, sed de illo quod ad subsannationem tendit. ¶ Perinde ac omen dirum. Descriptio abhominationis est, illud enim abhominamur, quod ita inuitis sese offert oculis, vt mala omnia priscis gentilibus. ¶ Omnis homo. Idest aliqui ex omnium hominum genere, illorum scilicet, qui temporibus illis talia obseruabant. nobis verò christianis talis obseruatio penitus inhibita est, dicente hoc eodem propheta, odisti Dominæ omnes obseruãtes vanitates superuacuè. ¶ Flocci. Idest minime existimationis, qualis est uilissimus floccus. i. minima lanæ particula, quæ ex pannis nouis eminere solet, ac forficibus recidit, quædam res leues ex salicibus estiuo tempore prodeuntes, quæ per auram huc uolitant, atque illuc. sic & ex caricibus spinosis, quin etiam ex robore nascuntur quædam pillulæ nucibus nõ multũ absimiles intus habentes flocculos molles lucernarum luminibus aptos. ¶ Ab uno. Ex xij. Apo-

Matt. 22.
Matt. 22.
Esa. 43.
Matth. 3. & 17.
Esa. 65.
Rom. 10.

B

Nam veniet tempus cum mortua puluere rursum
Surgere cernantur corpora, viua loqui.
Sed quia me puerum præ cunctis dilligis vnum.
Præ cunctis memorem te decet esse mei.
Ast infensa mihi, tibi verò incredula turba
Decidat, ipsa tua sitq; repulsa manu.
Lux mea nonne vides, vt me pressere sub alto?
Vt me immerserunt inferiore Lacu?
Vndiq; me tenebris posuere, & mortis in vmbra,
Caligo, & circum nox volat atra caput.
Suntq; rati, quòd me super indignatus, & iram
Fuderis, & quæ tu vasa furoris habes.
Quodq; tuos omnes fluctus induxeris altos
Me super immersum in stagna profunda lacus.
Hæc mala tanta mihi forsan leuiora fuissent,
Si consolator notus adesset ibi.
Diffugere omnes: qui me nouere steterunt
Longè, etiam frater iussus abesse mihi est.

Matt. 26.
Luc. 23.
Matt. 28.

C

Psal. 30.

Nonnullis etiam fuit horrori mea tristis
Visio, ceu stomachum nausea quæ faceret.
Apposuere meum nomen, mea fata perinde
Ac omen dirum, quod fugit omis homo:

Sum flocci prorsus, nihilque expensus ab vno,
Vt non sit veritus tradere me precio.
Me fastiditum tam vili tradidit ære,
Qui me debuerat magnificare Deum.
Traditus idcirco, quia non Deus egrediebar;
Ostendens illis, quàm mea dextra potens.
Sed quia vilis homo, tristisque videbar apertè;
Ausi sunt in me turpe patrare nephas.
Quin etiam doleo, capitis mea lumina chara
Nube vel exigua languida facta fide.
Propterea facie porrecta ad sydera, tantis
Ad te clamauit vox mea pulsa malis.

D xij. Apostolis. Iuda Ischariothe proditore. ¶ Tra-
dere me. Emphaticos discipulus magistrum, &
Matt. 26. & 27. seruus dominum, amicus amicum, & frater fra-
trem. ¶ Precio. xxx. Argenteorum, equi, uel mu-
li ualore, uel forsan aselli: nã qualis equus xxx.
argenteis phylippeis posset emi? ¶ Vili ære. Vilis
simi mancipij, uel etiam iumenti precio. ¶ De-
buerat magnif. Si quicquam pii cordis habuis-
set, cum parentibus, & magistris pares gratias re-
ferre non ualeamus. ¶ idcirco. Latentem osten-
dit causã propriæ traditionis, quia in omnibus,
& per omnia non sese Deum esse demonstrabat,
nam si pro certo cognitus à cunctis fuisset, quod ue-
rè Deus esset, & ueri Dei filius, neque à Iuda tra-
ditus, nec ab inimicis unquam extitisset crucifi-
xus, quod & Paulus his uerbis asserit. si cogno-
uissent (inquit) nunquam Dominum gloriæ cru-
cifixissent. ¶ Deus egrediebar. Idest diuinitatẽ meam intus latentem minimè ostendebam, subaudiendum est sem-
1. Cor. 2. per, nam & aliquando monstrabat, ne excusationem haberent, ve plurimum & tegebat, ne humanitatis susceptio
supervacanea uideretur, certe, & in ipso passionis introitu sese Deum esse ostendit apertissimè, quando dixit iis, qui
venerant ad capiendum eum. Quem quæritis, ego sum, & mox abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, hoc
Io. 18. fuit insigne deitatis, & quando tetigit auriculam Malchi abscisam à Petro & continuò sanauit eam in cruce cruci-
Io. 18. fixus ostendit suæ diuinitatis insigne, quando immisit horrorem tenebrarum super vniuersam terram, obscurato
Mat. 15. sole, terremotuque ingenti facto, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta, & corpora mortuorum resuscitata,
Matt. 27. quæ deinde venerunt in sanctam ciuitatem & multis apparuerunt, verum vt ait Gregorius Iudæorum corda saxis
ipsis duriora perfractis, ad fidem Christi non sunt emollita. ¶ Ostendens. Ostendit quidem prosternendo eos, sed
continuo retraxit eam, ne passionem impediendo redemptionem humanam retardaret. ¶ Turpe nephas. Quia
imo numquàm turpius est visum, vt serui Dominum. subditi regem, & arietes interficerent pastorem iam cru-
E delli, horribili, atque despecta nece. ¶ Cap. m. lum. ca. Apostolos innuit, qui corporis eius mystici, sunt honorabi-
liora, lucidiora, & præciosiora membra, quales sunt oculi in omni humano corpore. ¶ Nube vel exigua. Idest
obumbratione timoris subiti. ¶ Vel exigua fide. Vnde & à Domino adhuc in carne mortali secum existente sæ-
pe redarguti sunt in indice fidei. ¶ Clamauit. Hely hely lamazabathãni, & Pater ignosce illis, & emittens spiritũ.
¶ Teneras palmas. Clauis in crucem transfixas. ¶ Brachia tensa. In Cruce. το αντεν, Est autem sciendum
per crucem Domini in mysterio, charitatem significari, eo quòd maiorem charitatem nemo ha-
bet, quàm vt animam suam ponat aliquis pro amicis suis, Christus autem in tantum dilexit nos, vt & in cruce ani-
mam suam pro nobis posuerit adhuc inimicis,

Ecce dies tota teneras pater optimè palmas
Ad cœlum expandi; brachia tensa vide.
Numquid eis intus qui iam sunt corde perempti
Carne licet viuant, hæc noua signa facis?
Prudentes medici numquid, fortesúe Gigantes
Ad vitam poterunt has reuocare animas?

summitas ergo crucis notat, quia Christus mor-
tuus est pro obedientia dilecti patris, & pro ea
charitate, quam pater ipse habuit ad nos. Item
& pro Angelorum reparatione, qui sunt in cœ-
lis, quæ etiam ex sola charitate processit: pars
dextra ex transuerso, quia pro amicis passus est,
læua verò pro inimicis, quæ deorsum est & ter-
ræ infixa, quòd & pro defunctis ab inferis edu-
cendis crucifigi passus est, est etiam aliud pul-
cherrimum mysterium, quod tangit Apostolus in illis verbis, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ
sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi,
Eph. 3. portò ad instructionem nostram, sublimitas charitatis nostræ debet ascendere in cœlum vsque ad Deum, recogno-
scentes id muneris nobis à Deo esse, & quòd principaliter ipsius amore cuncta faciamus, latitudo autem amoris
extensionem ab amicis vsq. ad inimicos, longitudo vero perseuerantiam: profundum uero est ipsa humilitas cha-
ritatis, cæterarumque virtutum custodia. ¶ Numquid. Eis hæc noua signa facis, quod est infra, sensus autem is est.
o pater exsuscita me; ut per resurrectionem meam in corpore, resuscitentur in anima discipuli, noti Apostoli, &
F uniuersi, qui prius in me crediderant, sed uisa horribili morte mea subito casu defecerunt, neque enim suscitabit
istos in malitia pertinaces, atque in peccatis inueteratos, quia & si suscitarentur, nihilominus non perseuerarent,
neque tibi confiterentur pro rediuiua animæ uita. ¶ Corde perempti. Propter animam peccato mortuam, cuius
sedes præcipua cor est. ¶ Carne licet uiuant. Idest quamuis corpore uiuere uideantur, quia mouentur, ambu-
lant, & manducant, & bibunt, sicut alij uiuentes. ¶ Hæc noua signa. Miranda quidem, sed talibus parum prosunt,
Psal. 35. quia nolunt intelligere, ut bene agant. ¶ Prudentes medici, for. Gig. Duobus modis accipitur hæc litera primo
in bonam, deinde in sinistram partem, primo sic, numquid medici tui animarum & Gigantes alti atque fortes,
animo præditi excelso, qui fuerunt Apostoli uirtute excelsi poterunt suscitare animas, in peccatorum sepulchro
iacentes, ut postmodùm suscitati, abste recognoscentes tantam gratiam, tibi confiteantur, q. d. minimè alter sen-
sus hic est, numquid gentiles Phylosophi, sectarum inuentores per doctrinam morum, quam ipsi docebant, verè
animarum medici appellati, nec tamen uerè medici, aut Gigantes, idest alta superbia tumentes Scribæ, & Pha-
ryseorum cateruæ suscitabunt in anima, licet corpore uiuant hos extinctos: possunt & ad sensum litteralem facile
reduci, ut intelligamus, uerum esse suscitare mortuorum D. N. I. Christum, quia nisi ipse suscitauerit defunctos,
medici uel etiam altissimi uiri, & fortes, quales audimus fuisse Gigantes nullo modo possunt mortuos uerè susci-
tare.

Vt tibi cum superas rediuiuus spiritus auras
Hauserit, Esse tuum confiteantur opus?

¶ Superas aureas. Quod ad primum sen-
sum atinet, non de his aereis, sed de supernis, atque
cœlestibus, quæ in mentibus hauriuntur, non à
corporibus. ¶ Tuum confit. opus. Q. d. non
confitebitur

Narraturus erit, tua num clementia quisquàm
Quanta sit in miseros, obrutus in tumulo?
Mersus homo quid sit verum, quæ lux tua vera,
Numquid in horribili perditione refert?

A

confitebitur præ superbia, exemplum collige ab Euangelio de illis nouem leprosis à Domino cũ illo Samaritano mundatis, de quibus ita scriptũ est, Nonne decem mundati sunt? & nouem ubi sunt, & non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo: nisi hic alienigena. ¶ Num. Pro numquid coniunctio dubitatiua est, & addi debet ad participium narraturus, sic ordina literam, quia permixta est, num quisquàm obrutus in tumulo narraturus est quanta sit ò Deus tua clementia in miseros q. d. non. nam vt etiam alibi dicitur non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui descendunt in infernum: Sed nos, qui viuimus benedicimus Domino. ¶ Obrutus in tumulo. Peccatorum, quæ perniciosa est vitij consuetudo, sicut de Lazaro fertur quatriduano, Mors mala mors intus, mors peior mors foris: vsus Tũba: puella, puer, Lazarus ista notant. consensus in peccatum, est mala mors animæ, sed adhuc in interiori conscientia latet perpetratio peccati est peior mors, quia ꝙ latebat intus foras exit in actum per aliquem ex corporis sensibus, perseuerantia in vitio seu longa consuetudo peccandi est pessima mors quæ & sepultura dicitur, est ea de qua hic, difficillima valde unde quis suscitetur, in hac iacebant principes Iudæorum Scribæ, & Pharisei, contra quos est istud vaticinium, de his etiam dicit alius propheta. Si potest æthiops, mutare pellem, & pardus varietates suas; & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. ¶ Mersus homo in horribili perditione. De qua dicitur homo cum in profundum malorum uenerit contemnit. ¶ Quid sit verum. Idest quæ nam sit veritas Domini. ¶ Quæ lux tua uera. Expositio est dictionis, verum, est autem lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. ¶ Opera hæc tua mira. Redemptionis humanæ, suscitationis aliquorum mortuorum in peccato, & aliorum induratio. ¶ Nubila. Infidelitatis & malitiæ. ¶ Præfulgeat in istis tenebris. Hoc, & Ioannes in principio sui Euangelij dixit. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, Idest gratiæ diuinæ illuminatio etiam fit in tenebrosis cordibus peccatorum: sed ipsi sunt adeò à propria malitia excæcati, ut neq; illam sentiant aut cognoscant. Et quoniam hæc sententia est difficillima intellectu, adducitur exemplum cæci, cuius oculos, & si radij solares illustrent, ille tamen nõ uidet, neq; enim oculi eius excipere possunt illuminationem ullam à tam grandi lumine, & patet litera usq; ad multos uersus, in quibus est huius exempli quidam lusus poeticus. ¶ Hebet. Idest magis ac magis offenditur. ¶ Candida nulla. Idest nullam speciem ueritatis, candidum enim ponitur pro uero, sicut nigrum pro mendacio. unde quidam poeta satiricus dixit, nigrum in candida uertunt, idest mendacium in ueritatem. ¶ Terram oblitam. Carnis & pectoris sui, quorum dicitur obliuisci Deus, non quia uerè obliuiscatur ipse: sed quia ipsimet peccatores eorum, quæ ad æternam salutem suam faciunt, obliuiscuntur. ¶ Salsugine scabram. Metaphoricè loquitur, nam ceu terra salsa licet colatur, compluatur & à sole illustretur, nullos tamen ex se producit fructus, ut docent ij, qui de agricultura scripserunt, ita homo salsugine uitiorum circonfusus inueteratorum: & si à prædicatore moneatur: quod est complui. licet à proximis exhortetur, quod est coli, & quamuis à diuina gratia interius illustretur, quæ radiorum solis instar habet, non tamen emendatur, aut bene operatur, ꝙ est fructificari. ¶ Salsugine. Salso quodam humore pessimo, quo & ipsa terra corroditur atq; consumitur, & sterilis omnino efficitur. ¶ Scabra. Exesa atq; corrosa, a scabie uidetur esse deductum uocabulum. ¶ Senta situ. horrida ac lanuginosa, tetriq; odoris. ¶ Viret. Tali uirore, qui præstet hominibus fruges ullas, siquidem uirere interdum solet lanugine quadam herbæ inutilis, ut circa muros puteorum, & intra tectorum regulas uidere licet. de qua dicit alibi propheta fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquàm euellatur exaruit. ¶ Nil. Boni operis quod fructificet in uitam æternam. ¶ Quin & Ego. Pro corpore suo mystico, quod est Ecclesia, nunc loquitur Christus. Neq; enim ipse, ꝙ ad personam suam attinet, fuit aliquando ullis peccatorum tenebris adopertus: sed fideles sui membra sua educti sunt de tenebris peccatorum, atq; infidelitatis ad lumen gratię, & ueritatis per solam misericordiam Saluatoris. Est autem animaduertenda, & benè notanda hęc regula in expositione psalmorum, quia sępè fit occultus quidam transitus propter magnam connexionem, & unionem quamdam a capite ad corpus, & contra, idest a persona Christi ad Ecclesiam eius, & uiceuersa, unde ea uerba quæ soli Christo conueniunt pro persona eius, idest pro capite intelligenda sunt, quæ uerò minimè illi conueniunt, Ecclesiæ eius, idest corpori sunt attribuenda: porrò simile quoddam huic loco habemus in actis Apostolicis: ubi Dominus legitur dixisse Saulo Ecclesiæ suæ persecutori. Saule

Luc. 17.
Hier. 13.
Prou. 18.
Ioan. 1.

Numquid & in tenebris opera hæc tua mira ferentur
Aut cognoscentur: nubila corda tegunt.
Nam licet in tenebris tua lux præfulgeat istis,
Vt sol in medio cum micat axe die.
Non tamen hanc lucẽ tenebræ comprendere possunt
Cæcus vt ardenti lumine solis hebet.
Luce quidem clara perfunditur vndiq; cæcus.
Non tamen hanc oculis prospicit ille miser.
Sic peccatores, sua quos caligine densa
Nequitiã excæcat, candida nulla uident.
Quiq; colunt terram oblitam, & salsugine scabram
Iustitiæ Domini numquid erunt memores?

B

Hanc etiam cœlo quànuis Sol lustret ab alto;
Squallida senta situ non tamen inde viret.
Sic contemptores, scelerum rubigine scabri,
Oblitiq; Deum, nil generant steriles.
Quin & ego tenebris, olim contectus opacis.
Ad te clamaui lux mea clara Deus.
Cum fuerit mane, & primo Sol fulserit ortu;
Vox exorantis te mea præueniet.
Vt quid eam tamen intereà Deus alme repellis?
Vt quid & auertis te, faciemq; tuam?
Nonne vides quàm pauper ego sum? diues, & hostis?
Infirmus iaceo, me premit ille potens?
Quàm mea multiplici perfracta labore iuuenta?
Ac deinceps miserum sudor, & algor alant?

Psa. 128.

C

Act. 9.

Saule

D Saule quid me persequeris? idest corpus meum, membra mea, Ecclesiam meam. ¶Mane. Idest principium ad-
uentus illustrationis diuinæ, ante quod nemo potest à tenebris vitiorum ad lumen gratiæ peruenire, iuxta illud
Psal. 126 vanum est vobis ante lucem surgere. Aug. autem hoc mane pro initio resurrectionis intelligit, & beatitudinis
æternæ. ¶Sol Iustitiæ. Christus Deus noster. ¶Exorantis. Idest vehementer orantis vel etiam impetrantis. ¶In-
tereà. Dum veniat tempus resurrectionis. ¶Auertis. Te, faciemque tuam: morem principis exprimit nolentis pre
ces alicuius exaudire. ¶Pauper. Ego sum: in persona Ecclesiæ hæc dici intelligantur, quæ fuit adeò pauper post
illam vastationem à morte Stephani & insecutione Sauli, ut coacta fuerit collatione gentilium ad fidem conuer-
sorum sustentari, cuius collector, idem non amplius Saulus, sed iam factus Paulus extitit, ut ex Epistolis eius cō-
prehendi potest. ¶Diues & hostis. Iudæus, Gentilis, & præcipuè Romanus populus, & vt omnes in vno vocabulo
comprehendamus, pauper Ecclesia, & diues mundus, est autem hic & per plures versus color Rhetoricus, qui dici-
1.Cor.11 tur à contrariis. ¶Infirmus. Imbecillus in fide, de his infirmis dicebat Paulus veluti nutrix infirmorum in Chri
sto paruulorum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? aut quis scandalizatur, Et ego non vror? ¶Premit. Con
culcando fideles, sicut fiebat in initio prædicationis Euangelij. ¶Multiplici labore. Non solum manuum victus
gratia, vt Paulus qui laborabat manibus, ne in Euangelij prædicatione auditoribus grauis esset; & ne videret quē-
admodum falsi Apostoli quæstus gratia prædicare: sed & multò magis de labore regiminis fidelium, qui quan-
tus, ac multiplex nemo scit, nisi qui verè, & non perfunctoriè Episcopi munus exequitur. ¶Iuuenta. Tempus mar
2.Cor.11 tyrum denotat, quo vsque ad sanguinem & uitæ effusionem Ecclesia pro fide Christi laborauit. Lege, & illam Epi-
stolam in qua Paulus enumerat suos labores. In laboribus plurimis (inquit) in carceribus abundantius, in plagis
supra modum, in mortibus frequenter, &c. ¶Ac deinceps. A tempore martyrum citra, & enim aduersus multas
hereses laborauit hactenus, & adhùc laborat Ecclesia contra Lutheranam: quam Domino de cœlo dante victo-
riam per Carolum quintum Imperatorem cepit extirpare. laborat quotidie etiam aduersus uitia de cordibus fi-
delium euellenda. ¶Sudor. Propter discursus ad Euangelizandum, & ad concilia quando fiebant quotannis
prouincialia, & sæpè vniuersalia, & ad conciliandos discordantium principum ac populorum animos: quod cre-
bro tunc faciebant oratores ab Apostolica sede legati. ¶Algor. In studiis hiemalibus, meditationibus assiduis,
& orationibus, possunt etiam hæc intelligi, de sudore martyrum, qui deputabantur ad effodienda metalla, ad
thermas diocletiani astruendas, ad excidendos lapides ex montibus, & demum ad alia quæuis opera publica. vide
E in passione Beati Clementis martyris, & aliorum, & præcipuè xl. Martyrum, qui in gelido stagno glacie fuerunt
extincti, & visibiliter ab Angelo coronis decorati. ¶Alant. Benedicit, alant, quia laboribus, sudoribus, & algo
ribus istis enutrita quotidie magis ac magis crescebat Ecclesia, vide quantùm creuit in solius Caterinæ agone,
à qua oratores, atque Philosophi disputando superati tanto ardore ad fidem conuersi sunt, ut, & ipsi flammis exusti
ad martyrij palmam peruenerint: post illos Regina, duxque militiæ Porphyrius cum millitibus ducentis, & deinceps
vsque ad millia, nunc autem quia nostri prælati dormiunt ociosi, fame tabescit Ecclesia, atque decrescit. ¶Hostis
obesus. Mundus pinguis, & delitiis abundans.

Pacata meus hostis obesus in æde quiescit,
Et dat ei raptu copia parta cibum.
Exaltatus ego mox deprimor, vt salis vnda
Indeque conturbor, fluctus ut ipse maris.
Ille magistratu dudum, solioque potitur.
Dat moriens proli regia sceptra suæ.
In me fecisti tua pertransire flagella
Iudicis irati torta flagella manu.

¶Raptu. Quia per fas & nefas diuitias cogit, vel aliter raptu spiritualiter intelligendo, quia rapit corda, non solum secularium, sed, & (quod grauius est) etiam clericorum, nec non & religiosorum, qui nunc secularibus diuitiis, atque delitiis va cant supra modum. ¶Exaltatus ego. Tempore Constantini magni Imperatoris multū fuit exal tata Ecclesia etiam in sæculo: sed paulò post, à Decio Iuliano apostata, fuit depressa, atque deinceps ab Arianis Imperatoribus, variisque tyrannis est afflicta, ita ut Roma sæpius deuastata, curia sedis Apostolicæ in Galliam fuerit translata.

¶Ille. Mundus, seu mundi amator: quales fuerunt multi Imperatores, sæculi supra modum dilectores, regesque
tyranni, & alij principes mali. ¶Proli regia sceptra suæ. Hæc uidetur maxima consolatio regis morientis relin-
quere filio suo regnum: hanc consolationem interdum & bonis regibus Deus donat, sicut Dauid, qui ante mortē
iussit filium suum Salomonem regnare: verùm hoc in loco non tantùm de regibus intelligere debemus, quan-
tum de generatione mundanorum hominum, quæ perpetua successione duratura est vsque ad finem sæculi, & in ea
semper fit id, quod hic dicitur, quia rex mundanus moriens alteri mundi huius dilectori regnū dimittit: nā in ea
generatione mundana semper est inuenire aliquem sceptra tenentem, idest alios omnes in sæculi dilectione præ-
1.Petr.4. cellentem. ¶Tua flagella. Quia (ut dicebat Petrus) tempus est ut à domo Dei iudicium incipiat, flagellat enim
Hebr.12. Dominus omnem, quem recipit, & quasi in filio sibi complacet: sed aduertendum est verbum Pertransire; nec enim
F permanent quinimo correctus filius flagello in ignem proiecto ad hæreditatem assumitur: contra uerò in repro-
bis, quia permanent flagella super eos in æternum, hinc est, quòd idem hic Propheta dixit multæ sunt tribulatio-
Psal. 33. nes iustorum: sed de his omnibus liberabit eos Dominus, de peccatoribus autem, non additur talis liberatio, sed
Psal. 31. simpliciter dixit. Multa flagella peccatoris: Sperantes autem in Domino misericordia circundabit, & alibi pluet
Psal. 10. autem super peccatores Laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. ¶Iudicis irati. Si-
cut videtur patientibus omnibus, verùm ipse Deus cum omni tranquillitate iudicat. ¶Duras. Monitioni diuinę
renitentes, sicut de populo Israele dictum esse à Domino legimus, cerno, quòd populus iste duræ ceruicis est.
Exo. 32. ¶Nec gena tacta manu. De patre nimis indulgente solet dici, non leuares manum super genam filij tui, quòd est,
nec leuem illi alapam dares. ¶Clamore tuo. Qui fieri solet seruis Dei per rectores seueros. ¶Tremuere minis:
Mediis rectoribus ipsis: sed & per uerbi Dei prædicatores ista plerumque fiunt. nam ex fug est u clamant, atque mi-
nantur ex mandato Dei. ¶Elato indice. Digito illo secundo manus, qui vocatur index, porrò exprimitur gestus patris ita filio comminantis. At si quispiam sciscitaretur, & quisnam potest esse ita fœlix in hoc sæculo amator mundi erga quem tanta fuerit usus indulgentia? respon

Illius at scapulas pueriles verbere duras
Nec dum pulsasti: nec gena tacta manu.
Terribili clamore tuo sunt viscera nostra
Conturbata; tuis & tremuere minis.

de inuenire

Ast illum nec adhuc verbis affatus acerbis.
Elato nec adhuc indice more patris.
Insuper hostiles simul agmina dira cateruæ
Obsedere meas antè, retroq; fores.

de inueniri in gestis Beati Ambrosij Episcopi: quendam hospitem fœlicissimum in bonis sæculi, & numerosa prole.ad quem cum diuus diuertisset, & talem statum illi domui esse cognouisset, mox iussit equos ascendi,& inde recedere,ne grauissima, quæ illi imminebat, ruina se quoq; cum suis deprehenderet, & cum non iam multum longè abesset, ecce repentino terræ hyatu illud hospitium cum habitatoribus absorptum est: idem penè euenit Cræso Lydorum regi,qui sese beatiorem neminem,existimabat: eadem ruina venit super Priamo rege Asiæ quinquaginta filiorum prole diu beato, nostra etiam tempestate aliquos vidimus, quibus penè nihil aduersi contingebat: sed repentè uitam, & omnia, quæ possederant, amittebant. ¶ Insuper. Vltra flagella domestica, & alia cœlitus emissa super Ecclesia Dei. ¶ Hostiles cateruæ. Dæmonum, & iniquorum hominum. ¶ Agmina dira. Crudelia, quasi ex Dei ira, est autem appositio figura. ¶ Meas fores: Non solum templi, vel domus materialis: sed potius introitum ad fidem per baptismum, & exitum ab hac vita per mortem, has fores obseruabant non solum Dæmones, sed & Iudæi, & Pagani, Gentiles prohibentes, ne quis fidem Christi susciperet, aut baptizaretur: demum & cogentes homines, quòd baptizati essent per exquisitissima tormenta ante mortem, vt Christum negarent, idem faciunt heretici, & mali catholici mundi amatores, qui tardant baptisma puerorum propter pompam quandam, & prohibent Sacerdotes acciri aut spontè aduenientes ad ægrotos intrare: metuentes, ne illos absterreant nunciata pœnitentia aut persuadeant malè ablatorum restitutionem, uel aliquid pro animæ remedio ad pios usus relinqui. ¶ Die tota. Idest toto tempore vitæ huius, quæ futuræ æternitati comparata diecula breuis est. item quia dum uiuimus licet agere pœnitentiam atq; bene operari, post mortem verò non operandi; sed accipiendi præmium, aut pœnam pro meritis, ac demeritis tempus erit; de hac die dixit Dominus in Euangelio, me oportet operari, donec dies est. uenit nox, quando nemo potest operari. ¶ Nauis. Non solum Ecclesiæ comparatur, sed etiam conscientiæ hominum, in quam perturbationum venti plerumq; insurgunt, & aquarum fluctuationes, quæ ex multis insurgunt curis, atque anxietatibus in eam conuoluunt, vt obruant. ¶ Tanto discrimine. Tam graui periculo. ¶ Amicus Christus. Qui dixit: vos amici mei eritis si feceritis, quæ ego præcipio vobis, qui interdū longè fit ab inertibus, vt docet Ambrosius, vigilantibus autem, ac strennuè agentibus propè adest auxilio, videbatur etiam tempore persecutionis longè factus esse ab Ecclesia, eo quod sinebat tantam stragem fidelium fieri: non enim aduertebant, quoniam illorum mors preciosa erat in conspectu Domini, atq; inde maximus fiebat Ecclesiæ prouentus, qui modò cessat cessantibus martyrum persecutionibus. ¶ Proximus idem Christus: Qui more Samaritani misertus est generis humani, quod inciderat in latrones animarum. Dæmones: possumus etiam per proximum populum Iudæorum intelligere, qui procul abscessit à Christi fidelibus, iuxta consilium Gamalielis malè perceptum: discedite (inquit) ab hominibus istis, & sinite illos, &c. Potest & tertiò ad literam intelligi, quia temporibus illis discedebant amici, & proximi à Christianis, ne pari pœna cum illis inuoluerentur, quando de illis publica fiebat inquisitio, Sicut etiam modò fieri videmus: nam Tempore fœlici multi numerantur amici; Tempora si fuerint nubila, nullus erit. ¶ Cognorant. Ne cum illis annumerarentur. ¶ Ast aderit tempus. Conclusio psalmi breuis hæc est, quia si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum. Si compassi fuerimus & conregnabimus. ¶ Patienter. Alioquin laborem frustra sustinuerimus, & (vt est in veteri adagio) temporis, ac olei facta erit iactura. ¶ Responderimus. Allusio fit ad principium psalmi, & ad id, quod Dominus ait in Euangelio Beati serui illi, ad quos cū uenerit Dominus, & pulsauerit confestim aperiant ei. ¶ Tonitru. Minarum, quæ fiunt nobis in præsenti tempore. ¶ Hostibus orbe fugatis. Quod fiet in die iudicij. ¶ Excipiat. Dicendo venite benedicti Patris mei possidete regnum uobis paratum à constitutione mundi. Amen.

Ecce die tota circunstant vndiq; densi:
Voluitur in nauim fluctus vt ater aquæ.
Secessit longè tanto discrimine amicus.
Proximus abscessit teq; iubente procul.
Quin & ab ærumna miseri impellente procella.
Qui me cognorant, hinc abiere citi.
Ast aderit tempus, patienter in omnibus istis
Cum responderimus: assumus ecce tibi.
Tunc posito tonitru, tunc hostibus orbe fugatis
Blandus vti natos nos pater excipiat.

A — Ioan. 9. — Ioan. 15. — B — Psal. 115 — Act. 5. — 1.Cor.1 — Luc. 12. — Matt. 25.

INfirmos natura facit. Ne propter naturæ humanæ infirmitatem, auditis iis, quæ ad imitationem capitis tolleranda sunt infortunia tribulationum aliquis desperaret se posse ad salutem, & ad æterna regni gaudia cū sanctis peruenire, spei saluberrimum adhibetur remedium, quæ est in multiplici misericordia Dei; nam & si verè fragilis natura hominis audito angustiarum horrore concutitur, mox tamen in spe diuinæ pietatis consolidatur, qui (vt ait Apostolus) fidelis est & misericors Deus, nec vllum patitur supra vires tentari, quinimò facit etiam cū tentatione prouentum: canit ergo vates. ¶ Infirmos natura facit. Quia natura humana per peccatum saucia, multis infirmitatibus circundata est, puta, fame, siti, lassitudine, cœterisque malis, quibus est obnoxia, & demum corruptione. atq; morte, cuius rei promptissimum exemplum attulit Dominus in Euangelio illius, qui descendendo ab Hierusalem in Hierico incidit in latrones, à quibus expoliatus est, & multis vulneribus acceptis, semiuiuus est relictus: porrò is (vt docet Ambrosius in commem. super Luc.) totius generis humani typus est super lapsu protoplasti figuratus. ¶ Miserosque flagella. Super addita varijs ex causis, vt bonorum amissiones, amicorum vexationes, propinquiorum lāgores, & mortes, corporis, ac animi passiones innumerabiles, qualibus atritus est sanctus Iob, Thobias, veteresq; prophetæ, & sancti martyres, de quibus canit Ecclesia: sancti quāta passi sunt tormenta, vt securi peruenerent ad palmā martyrij. ¶ Eleus. Idest misericordiæ, à Græcis sumpta est hæc dictio variationis gratia. quia latinam versus noster minimè capere potest. ¶ Dona tuæ clem. piet. Et hæc descriptio misericordiæ est, à qua psalmus iste sumit initium. ¶ Veniā multiplicem

C — 1.Co.10. — Luc. 23.

ODE LXXXVIII. EX PSALMO LXXXVIII.
Misericordias Domini.

INfirmos natura facit, miserosq; flagella,
Robustos autem viuida spes eleus.

D multiplici. Quã in varijs sacramẽtis Ecclesie multipliciter, Domin' misericors nobis elargit. ¶Auos. Nõ solum Abraã, Isaac, & Iacob cum xij. filijs capitibus xij. tribum, sed multò magis totum Israeliticum populum de ægiptiaca seruitute eductum, & in terram fluentem lacte & melle collocatum. ¶ Nostrique misertus. Quia à Phylistæis, & alijs gentibus miseræ seruituti antè regnum Dauid suppositi fuerant. ¶Veniæ fertilioris. Abundatioris misericordiæ & gratiæ. Nam huius regis tempore, qui prius finitimis seruierant, dominari victis illis ceperunt: possunt, & ad tempora saluatoris aptiùs ista referri, quando pœnitentia in remissionem peccatorum cœpit à Ioanne prædicari, & aquis baptismi cœperunt homines lauari ab ipso in figura, sed à Domino Iesu Christo in veritate possunt, & tertio de aquis multiplicum gratiarum spiritussancti, per quem
Ioan.7. etiam venia.i. remissio peccatorum conceditur, vnde & legimus illum dixisse. Qui sitit veniat ad me & bibat &c.
Matt.15. ¶Nostri. Iudaicæ gentis, cui missus est primo, non sum (inquit) missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. ¶Misereberis orbis. Per Apostolos ad conuersionem omnium gentium, deinde transmissos propter duricia Iudeorum. ¶Largas aqus. Per baptismum Christi. Ite (inquit) & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritussancti amen, sunt etiam hæ aquæ varia dona spiritussancti in Apostolos in die Penthecostes, & de-
Psal.24. inceps in alios fideles effusi, quibus effectum est, vt totus orbis ad fidem Christi conuerteretur. ¶Veridicum Dominum. Quia vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, idcirco vbicumque de misericordia fit aliqua mẽtio plerunque & de veritate subiungitur: misericordia hic fuit, quia per eam vocauit gentes remittendo eis per fidẽ peccata multa: veritas, quia, quod promiserat patribus de Christo suo mittendo, id opere compleuit, & de hac veritate mox subinfertur. ¶ Nam tu dixisti. Miseratio humani generis &c. reliqua enim horum duorum versuum per parenthesim dicta sunt. ¶Edicto. Etenim ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, sicut habetur in Genesi dixit Deus, fiat lux: & fa-
E cta est lux, fiat firmamentũ, & ita factũ est, & sic de reliquis omnibus. ¶ Vrgebit. Amat pius, ac misericors Dominus à misericordia vinci & urgeri. ¶Cœlos nouos. Apostolos intelligit, de quibus & alibi psaltes ait, Cęli enarrant gloriã Dei. hinc & Dominus Ecclesiam super fundamento Apostolorum, atque prophetarum fundatã, regnum cœlorum in Euangelio, sæpissimè appellat. ¶Aedificare. Allusio est ad prædictum dictũ Apostoli, & ad aliud Dei agricultura, & Dei ædi-
1.Cor.3. ficatio estis. ¶Vt primi. Parentes, ędificij spiritualis, & ciuitatis Dei principales, à quibus cæteri per carnem orti sunt: potest etiam significare omnes viros spirituales antiquos, qui in aliquo defecerunt, vnde neque quod cœperant circa salutem, atque conuersionem populi consumare potuerunt. ¶ Veterascant. Quod autem ueterascit anihilatur, ac
Heb. 8. propè interitum est, vt docet Apostolus: sacerdotibus iudeorum hæc aduenisse nemini dubium est; nam ipsi cum suo sacerdotio, & ceremonijs sacrorum illius temporis ad nihilum deducti sunt. ¶Syderibusq; suis. Aut virtutibus aut successoribus, virtute, miraculis, atque vitæ exemplo præfulgentibus. ¶Lux. Gratiarum spiritussancti, & veritatis verbum, per quod omnes gentes in tenebris ignorantiæ, & infidelitatis iacentes ad lumen verę fidei, & agnitionis ueri Dei adducti sunt. ¶In eis. Primò. ¶Lux noua. Nouæ gratiæ. ¶Lux veniæ. Remissionis peccatorum per baptismi susceptionem. ¶ Pietatis. Idest misericordiæ, quia (vt Ait Apostolus,) non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, & alibi misericordiam Domini, qui non sumus consum-
Tit. 3. pti. ¶Patribus. Antiquis quòd in semine eorum benedicerentur omnes gentes. i. Christo de eorum genere secun-
Gen. 3. dum carnem nasci turo, & de terra promissionis, quæ est terra viuentum danda eis in hereditatem. ¶ Vera probabuntur. Effectu secuto, qui manifestabitur vbique ex eorum prædicatione. ¶Parabuntur. Pectora, quod est infra, sic ordina litteram, namque Pectora hominum prius fusca tenebris (de quibus supra) nitida luce fulgoris eorũ
Luc.3. parabuntur, supple ad excipiendum Dominum, vnde & Ioãnes Baptista præcipuum cœlum regni Ecclesiæ in sua
F prædicatione clamabat. Parate viã domini: rectas facite semitas eius. ¶His cœlis. Electis meis, quod est infra. ¶Testamenti. Noui, sicut & sequitur. ¶Noua quo promissio regni. Nam ipse Dominus in primis verbis prędicationis suæ dixit. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. ¶Fœdera sacra. Pactiones inuiolabiles.
Matth.4. est autem ordo: his electis meis disposui sacra fœdera testamenti, quo noua promissio regni est, scilicet cœlorũ, quod ante missionem apostolorum fuit hominibus clausum. ¶Dauidi: Regi, quò ad literam, nam & illi iurauit Dominus, quod de semine eius poneret super sedem suam, quod & verificatum est in Christo de semine eius orto sicut Angelus ad Verginem Mariam dixit. Dabit ei Dominus sedem Dauid patris eius, & Apostolus de filio suo
Rom. 1. (inquit) Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, & iterum. Memor esto Dominum Iesum Christi
2.Tim. 2 resurrexisse ex mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum, in quo laboro vsq; ad vincula possumus, & secundum altiorẽ sensum intelligere, non de Dauide Rege, qui fuit tipus, & figura Christi tam nomine, quàm factis: sed potius de ipso Christo, nam Dauid interpretatur, manu fortis, & decorus aspectu; vt infra etiã

Dona tuæ clemens pietatis multa per æuum
Cantabo, veniam multiplicemq; tuam.
Tu priscos miseratus auos, nostriq; misertus
Effundes veniæ fertilioris aquas:
Nec solùm nostri, verùm & misereberis orbis:
Fuderis has largas cum pietatis aquas.
Veridicum Dominum generatio sentiet omnis,
Vtq; pij, & veri nuncia verba mea.

Nam tu dixisti (cuius sunt cuncta creata
Edicto, cuius verbaque firma manent.)
Humani generis mihi quæ miseratio cordi est.
Vrgebit cœlos ædificare nouos.
Qui non vt primi veterascant, omne per æuum
Sed durent: niteant syderibusq; suis.
Lux in eis: simul & per eos fulgebit in omnes,
Lux noua, lux veniæ: lux pietatis ea est.
Fœdera quæ patribus pepigi, promissaq; cuncta
Vera probabuntur rebus ab exhibitis.
Namque parabuntur nitida fulgoris eorum
Luce hominum tenebris pectora fusca prius.

His testamenti, noua quo promissio regni est,
Disposui electis fœdera sacra meis.
Dauidiq; meo seruo super omnia charo
Iuraui; faciam fixaq; dicta mea.

dicitur

Ecce tuum semen per sæcula cuncta parabo,
Grande illud semen, forte, fidele mihi.
Illud idem semen patribus memorabile priscis,
Quod sum pollicitus patri, & auo, & genito.
Vt quæ præterijt nostram generatio sedem
In se habuit: sic & quæ modò transigitur.
Proxima post istam generatio quæq; futura
Hanc sedem solij sic habitura tui est.

dicitur in versu, quæ interpretatio optimè conuenit Christo: nam de illo scriptum est, quod fuit speciosus forma præ filiis hominum, & quod Dominus fortis, & potens, & Dominus potens in prælio, & quia in eo, ac semine eius spirituali omnia promissa, de quibus infra sunt perfectè completa, non autem in Dauide rege, quod & ipsemet psaltes infra hoc eodem psalmo conqueritur, de Christo itaq; & nos intelligamus. ¶Super omnia charo. Vnde & Ioannes Baptista dicebat de illo discipulis suis pro se nimium zelantibus. A Ioan. 1. & 3.

Qui de cœlo venit, super omnes est, & iterum pater (ait) diligit filium, & omnia dedit in manu eius, rursus, &
ipse pater voce de cœlo bis emissa. Hic est (inquit) filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. ¶Faciam
fixa. Idest firma allusio est ad pacta Romanorum, quæ cum legibus suis ære figebantur. ¶Tuum semen. Spiri- Rom. 8.
tuales filii, Christi fideles, de quibus scribit Apostolus. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro: quòd su
mus filij Dei, quòd si filij & heredes, &c. ¶Grande. Quia per omnes orbis partes est diffusum. ¶Forte. quòd pa
tuit in multis millibus martyrum. ¶Fidele. Neq; enim potuerunt vel exquisitis generibus tormentorum, aut
blandis vllis promissionibus vrgeri ad negandam Christi fidem. ¶Patri, & auo, & genito. Tribus Patriarchis
præcipuis. Iacob patri .xij. tribuum, vnde fluxit omne Iudæorum genus. Isaac vnigenito Abrahæ legitima ex vxo
re libera. & Auo ipsi Abrahæ quibus facta sunt dicta promissio super semine, quod est Christus, & Christiani uide
Apostolum ad Romanos latè probantem eos, qui fidem patris Abrahæ imitantur, in semine eius computandos es Rom. 4.
se, non autem qui ex carne tantum. ¶Nostram sedem. In cordibus fidelium antiqui testamenti, per fidem enim Eph. 3.
Deus habitat in cordibus fidelium, vt docet Apostolus, qui & sunt thronus eius. ¶Quæ modò transit. Noui sci-
licet testamenti, & ad tempora primitiuæ Ecclesiæ hoc referas, quia sequitur. ¶Proxima post ista gen. Iuxta
illud. Generatio præterit, & generatio aduenit. ¶Hanc sedem. De qua supra, vnde & ipse ait, & ego habitabo Esa. 36.
in eis, & ipsi erunt populus meus, & ego ero illorum Dominus, & in Euangelio vbi fuerint duo, vel tres in nomi Matt. 18.
ne meo, in medio illorum sum. ¶Solij. Pontificij unde & Episcopi omnes in medio fidelium pro illo sedent, &
summus Pontifex super omnes tamquàm vices Christi gerens sedet. ¶Stabilem sedem. Ad differentiam sedis Sa B
cerdotalis antiquæ secundum ordinem Aaron, quæ euersa est. ¶Amore. Quia lex uetus fuit timoris: Lex autem Ioan. 13.
Christi noua, Lex amoris est; in hoc (inquit) cognoscent homines, quia discipuli mei estis: si dilectionem adinuicem habueritis, plenitudo quippe legis est dilectio. ¶Amor. Dei, & proximi. ¶Homines cœli. Quod ita probat Gregorius in homelia Euangelici patris familias, qui nuptias fecit filio suo, cœlum mihi sedes est dicit Dominus, & anima iusti sedes est sapientiæ, teste Salomone. Christum autem dicimus (venit Apostolus) Dei virtutem, & Dei sapientiam: ergo anima iusti, in qua uirtus, & sapientia Dei sedet, immo ipse Deus, Cœlum effectum est tales fuerunt animæ Apostolorum, ac deinceps multorum fideliū ergo, & ipsi homines facti sunt cœli. ¶Mirabile dictu. Propter terrenum fundamentum: verum, & Psal. 81.
dij ab ipso Domino, quod est mirabilius, etiam Ioan. 10.
appellati sunt in alio Psalmo; & in Euang. Ego dixi vos dij estis: & filij excelsi omnes. ¶Confiteantur ubiq. In publicis ad populum concionibus, in canticis psalmorum, & hymnorum, in operibus, atq; miraculis. ¶Tua quæ est Ecclesia. Sanctorum omnium conuentus ad differētiam

Ædificabo tuam stabilem per sæcula sedem,
Qua tu rex sedeas firmius inter eos,
Cordibus inq; hominum Rex tutus amore sedebis:
Regis enim solium firmat, & auget amorum.
Quòd fiant homines cœli (mirabile dictu.)
Quòd sedeas medius rex Deus inter eos.
Hi stabiles cœli tua confiteantur vbiq;
Dicta excelsa Deus, miraq; facta tua.
Sanctorum in cætu (tua quæ est Ecclesia) narrent
Per populos omnes; dictaq;, & acta tua.
Rex vt Alytheiam, quam repromiserat olim,
Fecerit: ac dictis manserit ipse suis.
Est igitur dictis Deus admirabilis, atq;
Non minor in factis ore canendus erit.

Synagogæ Iudæorum. ¶Dicta & acta tua. Quæ in Euangelijs præcipuè scripta sunt. Sed & quæ in ueteri testa-
mento in libris prophetarum continentur, iuxta illud Dominicum præceptum. Bonus paterfamilias profert de
Thesauro suo noua, & uetera, hoc est, utriusq; testamenti præcepta. ¶Dictaq; & acta. Memoratu digna. ¶Aly-
theiam. Idest Veritatem, de hac re etiam Zacharias pater Ioannis in suo meminit cantico, & B. Virgo in suo dul- C
cissimo hymno. ¶Repromisserat. Pluriès. Et erexit (inquit ille) cornu salutis in domo Dauid pueri sui. Sicut Luc. 1.
locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius & ista. Suscepit Israel puerum suum. Sicut lo
cutus est ad patres nostros Abraam, & semini eius in sæcula. ¶Dictis admirabilis. Quia promittit ea magna quæ
nullus hominum sperare auderet, daturum scilicet se nobis, & quia proprio filio non parceret: sed pro nobis tra
deret illum in mortem horrendam, & resurrectionem ex mortuis, & regni cœlestis communem cum proprio, atq;
naturali filio hæreditatem: hæc, & his similia sunt admirabilia promissa Domini ex eius dictis collecta. ¶Ac factis.
Operibus complendo ea, quæ promisit. ¶Canendus erit. Idest laudandus, vnde & poëta secularis legitur dixisse
de quodam rege, qui à suis laudabatur, Regemq; canebant. ¶Nubibus è celsis. Idest ex sanctis prædicatoribus
utriusq; testamenti, qui non solùm cœli, sed etiam nubes vocati sunt, ut docet Gregorius in homelia piscatoris, Esa. 60.
exponendo illud Esaiæ. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant? & tanquam columbæ ad fenestras suas? Sancti (inquit)
prædicatores nubes appellantur, quoniam de terra in altum per contemplationem eleuantur, & per contemptum
terrenarum rerum, uolant autem quia celeriter per orbem discurrunt: tonant autem minis pœnarum absterren-
do peccatores: compluunt humana pectora doctrinis salutaribus, & fulgurant miraculis, ut nubes. Est ergo sen
sus. Quisnam ex sanctis prædicatoribus est similis Deo, & Domino nostro Iesu Christo? responde utiq; nullus,
quia finiti ad infinitum, creaturæ ad creatorem nulla potest esse comparatio. ¶Quisue hominum. Subaudi in
mundo celebratorum, & si dij ob aliquibus æstimati sunt, aut inter Deos relati, ut multi ex his, quos Græci, ac

D Romani ante Christum adorabant. ¶ Dei natos inter: Anastrophe est. Et si omnes homines filij Dei sint per creationem: non tamen omnes per gratiam. Sunt enim quidam, qui homines tantum dicuntur, & quidam filij Dei vocantur, & hi sunt in duplici genere, Angeli, qui in coelis sunt, & homines sancti, atq; electi Dei, quorum nomina sunt scripta in libro vitę, & de istis nunc est præsens comparatio, vt iste sit sensus, quis inter filios Dei, siue Angelos, siue uiros iustos est similis Deo, & Domino nostro Iesu Christo? responde, ut prius, vtiq; nullus. Est etiam alius sensus in omnibus istis comparationibus paulò magis tectus, ò Deus, quis hominum, aut filiorum hominum, vel filiorum Dei siue tuorum, similis est tibi? & modò respondendum est, non utique nullus; sed unus tantū, & filius hominis, idemq;

Nubibus ex altis quis enim æquiperabitur illi?
Quisúe hominum? quisnam par tibi? quis similis?
Quisúe Dei natos inter, seu cælitus alta
Luce micet; siue hic inferius niteat?
Æquari valeat tibi nobilitatis & author,
Et bonitatis fons, culmen & Imperij?
Gloria sanctorum tu, glorificandus ab illis,
Iustorum probitas, tuq; probandus eis.
Magnus & excelsus Dominus, superansq; coronam
Electorum omnem, quo famulentur ei.
Terribilis cunctis; tremebundus & omnibus his, qui
Stant in circuitu; quòd redeant, & eant.

Ioan. 10. filius Dei Deus, & Dominus noster Iesus Christus, qui est æqualis Deo patri: in eo, quòd Deus: & ipse est minor
Ioan. 16. tamen patre, & multum dissimilis, in eo, quòd homo est. de primo dixit ipse ego, & pater vnum sumus de secundo idem dixit: vado ad patrem, quia pater maior me est. ¶ Cœlitus. E cœlo, uel in cœlo: quales sunt Angeli, & animæ beatorum. ¶ Micet. Refulgeat. ¶ Siue hic. In terra mortalis adhuc. ¶ Niteat. Virtutis luce, fama, uita probata, aut etiam miraculorum splendore. ¶ Nobilitatis. Tribus modis solent aliqui splendere aut vno, uel duobus eorum sanguinis nobilitate, vt reges, uirtutis probitate, ut sapientes, fortesq; uiri, & dignitatis celsitudine, ut in magistratu, ac imperio existentes: in ijs omnibus primatum tenet, longeq; superat omnes Dominus noster Iesus Christus, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra; qui sapientia est, atq; uirtus Dei patris, qui habet scriptum in uestimento, & in femore suo Rex regum, & Dominus dominantium. ¶ Gloria sanctorum tu.
Matt. vlt. Quia (ut ait Apostolus) qui gloriatur, in Domino glorietur non enim, qui se ipsum commendat, ille probatus est. sed quem Deus commendat. ¶ Glorificandus. Sed quomodo? dum quotidie canunt, tibi honor tibi laus, tibi gloria. Item in fine psalmorum gloria Patri, & Filio, & Spirituisancto, & in calce Hymnorum. Gloria Patri
E
1. Cor. 1. Domino, natoq;, &c. ¶ Coronam. Idest conuentum, atq; Ecclesiam Sanctorum, quibus coronari, atq; vestiri dicitur
Apoc. 19 Dominus, ut & principes sæculi suis ducibus comitibus, atq; nobilibus. ¶ Famulantur. Non quia famulis,
1. Cor. 1. aut ministris indigeat Dominus qui uenit ministrare, & non ministrari: sed quia illis expedit, ac magno cedit ho
Matt. 20. nori tali Domino famulari, cui Angeli seruiunt. ¶ Terribilis. In iudicijs. atq; pœnis infligendis, quos enim non
Ge. 3. & 7 terreat, pœna primis parentibus indicta; diluuium omnis carnis: Sodomorum, atq; Gomorreorum sulphureum
& 19. incendium, decem plagæ Aegyptiis immissæ, & post eas summersio totius exercitus Pharaonis in mare rubrum
Exo. ca. 5 cum aliis multis similibus, profecto horrendum est incidere in manus Dei viuentis. ¶ Tremebundus. Propter
vsq; ad 15 horrendæ maiestatis decus obseruandum. ¶ Stant in circuitu. Assistentes hi dicuntur à Daniele. ¶ Redeunt, &
Heb. 10. eunt. Hi propriè angeli, ac administratorij spiritus propter nos in ministerium missi vocantur ab Apostolo de
Dan. 7. horum multitudine, scribit Daniel. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.
Heb. 1. ¶ Quis par, aut similis. Vtroq; modo respondeatur, vt supra, primo vtiq; nullus secundo si de persona Dei patris
Dan. 7. intelligatur, nullus nisi filius pariter, ac spiritus sanctus. ¶ Sator. Idest Creator. ¶ Verax. Cuius filius est veritas. ¶ Verum. In genere neutro ponitur vbiq; pro ueritate, quam fecit Dominus in Christi, quem promiserat, exhibitione. ¶ Edicto. Diuina tua uoluntate, atque potestate aliquo exteriori signo patefacta. Nam dum esset in mari, nautas audiuimus dicentes, qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?
Matth. 8. ¶ Fluctibus. Exuberat propter maris feruorem, quo plerumq; ad similitudinem exuperantis, siue super effluentis à fœni, ex nimio ignis, calore. ¶ Notus. Australis ventus, quæ flante, magni imbres, vt plurimum è cœlo descendunt, & cientur in mare nouæ tempestates. ¶ Aquilone sereno. Quo leuiter flante ex toto fugiunt nubila cœlo. ¶ Superbum ceu passum vulnera. Idest Diabolum, qui perinde fugit facto signo Crucis ac si vulneratus esset. nec enim corporeus est Diabolus, vt possit vulnerari: sed per similitudinem humanos ponit Affectus. ¶ Prostrati. Per
F humilitatem crucis, & pacientiam in ea: nam Diabolus, vti furiosus procurauit sibi ipsi vincula, quibus alligaretur, & tela, quibus transfoderetur, procurando necem Christi. ¶ Vilis, & abiectus. A sua Tyrannide. ¶ Spernitur. A fortibus Christifidelibus, & hoc in pœnam suæ superbiæ. ¶ Fortis in extento. Sic ordina litteram, & inde fortis dextera in extento virtutis lacerto vagos quaq; hostes dispersit, sensus vero hic est, & ego si eleuatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: extentis namq; manibus in cruce, per charitatem traxit omnes gentes ad fidei suæ
Ioan. 12. cultum, unde inimici eius Iudæi fuere fugati,

Cunctorum Domine, & virtutum Rector, & orbis
Inspector, quisnam par tibi? quis similis?
Tu Deus oīpotens, superûm sator, atq; hominū rex
Tu uerax Dominus, veraq; verba tua.
Verum dextra tenet tua: verum lenaq; tractat,
Sunt in circuitu cunctaq; vera tuo.
Edicto tu cuncta creas; regis omnia nutu,
Et tonitru terres, fulmine cuncta quatis.
Fluctibus æquoreis licet insit magna potestas
Vis tua sed maior prædominatur eis.
Teq; sinente Notus Boreæ contrarius vndas,
In cœlum tollit, mox & in ima premit.
Teq; iubente fugit Notus; atq; Aquilone sereno,
Nubibus eiectis, æquora strata silent.
Tu fastu tumidum Regem, quasi vulnera passum,
Prostrati: abiectus spernitur vnde modò.
Fortis, in extento virtutis & inde lacerto
Hostes dispersit dextera quaq; vagos.
Nec mirum quæcumq; libent sursum, atq; deorsum
Si facis in mundo: sub ditione tua est,

atq; per

Ecce tui cœli, tua tellus; orbis & oræ,
In se quæq; simul plena decoris habent.
Cuncta tuæ fecere manus; prompsere decorem
Omnibus: his rerum copia larga data est.
Quin etiam gelidos flatus Aquilonis ab Arcto
In certos vsus tu Deus ipse facis.
In mare quod salsum est; lubricũ,qđ mobile uentis;
Naufragio expositum, fluctiuagumq; creas.

A

atq; per totum orbem dispersi. ¶Sursum. Idest in cœlo. ¶Deorsum. Idest in terra. ¶Sub ditione tua est. Idest sub potestate tua. sub dominio tuo. ¶Ecce tui cœli: Ad litteram planus est sensus, Mysticè uerò sic intellige tui sunt cœli, idest Apostoli, de quibus & supra dictum est, tua est tellus, idest terrena Iudæorum corda. ¶Orbis & oræ. Idest quæq; gentes, quæ in uariis orbis partibus inhabitant. ¶Decoris. Idest naturaliũ donorum ciuilium atq; moraliũ uirtutum, quò ad infideles: ad fideles autem etiam theologalium, & charismatum spiritussancti. ¶Manus. Pro Dei operatiua virtute, ubiq; manus ponuntur. ¶Prompsere decorem. Signato usus est uerbo, quo per annulum aut sigillum imago imprimitur; quia & omnes homines in anima Dei imaginem, atq; similitudinem deprompiam habuerunt ab initio creationis illius. ¶Omnibus his. Cœlestibus, atq; terrestribus, fidelibus, & infidelibus, Apostolis & alijs, diues enim paterfamilias etiam filio iuniori, & prodigo mox futuro substantiæ suæ portionem dedit, vtinam non recessisset à patre (ut ait Ambrosius) & ætatis defectum minimè sensisset. ¶Gelidos flatus Aquilonis. Iuxta literam flante hyemali Borea, Niues & Imbres e cœlo affatim descendunt, quibus & inebriatur terra nouo seminum fœtu grauida, & nimia luxuries folliculorum à frigore cohibetur, & uermes interficiuntur, qui teneras segetum corroderent radices. Mysticè Aquilo gelidus, Diabolus est, unde & dixit Propheta, Ab Aquilone pandetur omne malum, quia Diaboli suggestione omne perpetratur peccatum; & tamen in certos usus exercitationis nostræ sinitur flare in homines Diabolus suas suggestiones prauas, ut qui tali in lucta uictores fuerint, coronentur, dedit enim Deus hunc hostem, quem sua adiutus gratia superaret homo, ne segnes in desidia marcesceret, porrò flatus eius in terra cordis humani pares operantur effectus, de quibus ad literam supradictum est: nam & imber abundantior gratiæ diuinæ tentatis infunditur, & uirtutum semina pullulant in cordibus ita inebriatis: luxus superflui uictus & potus restringuntur præ timore casus in peccatum: sed et uermes inanis gloriæ radicibus uirtutum, ac bonorum operum insidiantes extinguntur. ¶Ab Arcto. A Septemtrione, ubi uidetur quoddam sydus quod ursa Latinè, Græcè arctos dicitur: sed assiduo poetarum usu id uocabulum iam nostrum factum est, iccirco autem dicitur ab arcto flare Diabolus, quia ipse legitur dixisse, Ascendam in cœlum ad Aquilonem, ibiq; statuam thronum meum, & ero similis altissimo. ¶Tu mare quod salsum est. Ab initio fidei primitiuæ Ecclesia à duobus hostibus se se inuicem adiuuantibus multa mala passa est: sed in ipsis creuit, ut bene sota seges. Diabolo scilicet, ac mundo: sicuti per aquilonem diabolus exprimitur, ita & per mare mundus, cum autem mundum dico, non elementa, sed amatores huius mundi, & eorum, quæ in mundo sunt, intelligo, iuxta illud. Et mundus eum non cognouit, & iterum. Nolite diligere mundum, porrò in hoc mundo hæc omnia insunt quæ in mari esse describuntur, salsedo quæ amaritudinem tribulationum significat: Lubricitas, instabilitatem earum rerum quæ delectant, & per eas pronitatem ad peccatum. Mobilitas. Insultationem aduersariorum. ¶Naufragio expositum. Per hoc pericula, quæ ex uoluptatibus aduenunt animabus. ¶Fluctiuagum. Per hoc incertitudines bonorum, & tempestates persecutionum denotantur. ¶Mons Thabor. Ille est, in quo penè omnia legis Euangelicæ data sunt mandata, & in quo transfiguratus Dominus Lucem suæ claritatis, tribus discipulis ostendit, iure merito itaq; interpretatur, unde uenit lumen. ¶Hermon. Maledictus ideò dicitur: quia interpretatur anathema, quæ est maledictio pessima, unde & Apostolus legitur scripsisse. Si quis non amat Dominum Iesum Christum sit anathema: & à nostris iuris pontificij doctoribus uocatur excommunicatio maior; hoc autem in loco significat terram illam, cui ab initio peccati maledixit Deus, & per eam peccatores omnes & præcipuè gentiles, qui ante Christi aduentum à Iudæis maledicti reputabantur, ex quo in tenebris infidelitatis tamdiu esse sinebantur: Sed per Apostolos à Christo ad eorum illuminationem transmissos à tam longa maledictione soluti sunt. Sic ergo exponamus locum hunc difficilè intellectu. Et Iudæus, qui in Christũ credidit, per Thabor significatus vnde venit lumen fidei ad alias gentes, & Hermõ idest maledictus olim gentium populus, modò autem & ipse fidei lumine illustratus, in vnum Christianum populum coactus vterq; eiusdem benedictionis particeps erit. ¶Simul. Quia ex duobus populis vna facta est Ecclesia fidelium. ¶Gens tenebrosa prius. Iudæam intelligit peccatorum multorum tenebris obuolutam, cui & Esaias vates de Christi aduentu prænuncians aiebat, Surge, & illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum: & gloria Domini super te orta est. ¶Et maledicta. Gentilitatem innuit. ¶Luce oriente noua. De qua in Euangelio Terra Zabulon, & terra Neptalim trans Iordanem Galileæ gentium populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: & sedentibus in regione vmbræ mortis Lux orta est eis. de hoc lumine prædixit etiam Zacharias propheta pater Ioannis Baptistæ. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Sic & Simeon in cantico. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. ¶Abysso obscura. Ex profunditate tenebrarum, triplicium infidelitatis, ignorantiæ & peccatorum grauissimorum, quæ Apostolus enumerat in Epistola ad Romanos caput gentium destinata. ¶Carmina læta canent. A die conuersionis gentium vsq; hodie adimpletur hoc vaticinium in omnibus Ecclesijs, in quibus Psalmi cantantur, & hymni, atq; alia multa diuersa cantica. ¶Tuus est valedissimus iste lacertus. Fortissimum hoc tuum brachiũ, quo ferrea Romanorũ potentia absq; gladijs, aut telis ullis comminuta est, & Christo Domino subiecta est: sic & alibi, hæc est mutatio dexteræ excelsi. ¶Lubrica. Ad peccandum prona. ¶Via. Huius vitæ, propter infinitas tentationes quotidie in nos insilientes.

Mons Tabor vñ venit lumen, maledictus, & Hermõ
Vnde anathema prius, tunc benedictus erit.
Mons Tabor atq; Hermon simul exultabit vterq;
Luminis aduentu, quod benedicat eis.
Gens tenebrosa prius lustrabitur, & maledicta
Tunc benedicetur luce oriente noua.
Nominis inq; tui virtute, potenter abysso
Obscura erepti, carmina læta canent.
Cantabunt, tuus est validissimus iste lacertus:
Hocq; potens robur mi Deus alme tuum est.

Luc. 15.
Hier. 1.
B
Esa. 14.
Ioan. 1.
1. Ioa. 2.
1. Cor. 16
C
Esa. 9.
Matth. 4.
Luc. 1.
Luc. 2.

D silientes.¶Dextera.Domini,quę est ipse Dominus Iesus Christus,ad dexteram patris eleuatus. ¶Exerto. Ab impedimentis mortalitatis denudato.¶Fortique lacerto. Hoc est,diuina potentia in subiectionem aduersariorum aperto miraculo demonstrata.¶Tollatur.Pro extollatur Aphæresis est, alias malam habet significationem, vt in illo clamore iudęorũ. Tolle tolle crucifige eũ, & alibi tollantur de medio qui,vos conturbant. ¶Nos.Idest mentes nostras.¶Nostraque. Subaudi virtutum ac bonorum operum studia. ¶Ad alta.Cœlestia,s.prœmia.¶Nam duo. De quibus infra,veritas iustitiæ & iudicium diuinum.¶Tecta latent.Quia iudicia Domini abyssus multa,
Psal. 35. iosta quidem sunt & vera, sed modo nobis occulta, & hæc præcipuè, quare magis hunc,quã illum assiduis vexet flagellis? quare larga manu hũc magis,q̃ illũ ditet,& honoribus decorẽ reddat? sed super oĩa latet hoc·quare hũc magis eligat,quàm illum,istum magis ac magis induret,illum verò in dies meliorem reddit,his omnibus quæstionibus re-
Rom. 11 spondendum est cum Apostolo. O sapientiæ & scientiæ Dei diuitiarum altitudo: quàm incomprehensibilia sunt
Psal. 118 iudicia eius:& inuestigabiles viæ eius.Quis enim cognouit sensum Domini.&c.veruntamen firmissimè, tenẽdum
Io. 5. est, quia iustus est dominus:& rectum iudicium suum.¶Tua sedes. Iudiciaria potestas,de qua in Euang. Pater omne iudicium dedit filio,vt quemadmodum honorificant patrem, honorificẽt & filium.¶Præconum more.Qui solent Reges ante ire. ¶Luce palam.Manifestè.¶Nomina clara. Per quæ diuinum numen clarificatur inter homines.¶Duo.Misericordia, & veritas,de quibus infra.¶Quæ miseros releuat pietas.Hæc est misericordia, qua peccatores per indulgentiam modo, releuantur à mi-

Sit tua firma manus in nobis,robur vt insit
Perpetuum: quouiam lubrica tota via est.
Dextera præcipuè,exerto fortique lacerto,
Tollatur,quæ nos,nostraque ad alta leuet.
Nam duo tecta latent modò: sedes vnde paratus
Regula iustitiæ,iudiciumque tuum.
Mirificam at faciem præconum more præibunt
Luce palam,veluti numina clara duo.
Quæ miseros releuat pietas, & nobile verum,
Quod pepigit,seruat,reddit & omne bonum.
Qui miser est,dominum miserantem pronus adoret,
Defleat,& veniam sentiet inde sibi.
Nam veluti nouit misereri;& reddere nouit,
Quàm,quæ promisit,sat potiora Deus.

E seria.¶Et nobile verum.Hæc est veritas, quæ nobiles maximè decet,hac promissa domini adimplẽtur.¶Quod pepigit. Et maximè illud,de quo Zacharias.Iusiurãdum, quod iurauit ad Abraã patrem nostrum daturum se nobis; & beata virgo; Suscepit Israel (ait) puerum suum, recordatus est misericordiæ suæ.¶Reddit. Nũc in spe; post hanc vitam in re.¶Omne bonum. Idest seipsum.¶Defleat. Pœnitentiam agendo. ¶Iubila. Cantus sunt,quibus gaudia mente concepta vellent exprimi,sed plenè non possunt.¶Sequi. Pro assequi,quę prius nec sperare ausi fuissent.¶Ambire.Desiderio circumplecti.¶Adesto.Futuri tẽ-
Psal. 126 poris tertia persona.¶Subsequitur. Lumina di-
Io. 1. uini vultus.i.Gratiam præuenientem, & hoc ga
Io. 3. vanum est vobis ante lucem surgere. ¶In tenebris.De quibus in Euang.Ioannis. Lux in tenebris lucet,& tenebræ eam non comprehẽderũt, & alibi. Lux venit in mundum. Et dilexerũt homines magis tenebras,quàm lucem,quæ autem sint hæ tenebrę,dictum est supra,quia infedelitatis,ignorantiæ,& peccatorum ¶In foueamque cadent. Inferni,nam qui ambulat in tenebris,nescit,quo vadat.¶Recta. Aduerbialiter,per viam iustitiæ non à dextris declinando,nec à sinistris.¶Ardua.Quia vt etiam sapientes sæculi dixerunt.Ar-
Matt. 7. dua virtutis via,& in Euang. Dominus. Lata (inquit) via ducit ad perditionem:arcta uerò ad uitam. ¶Lucerna.
Psal. 18. Verbi Dei illustratione,de qua idem psaltes alibi. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.
Matt. 10. ¶Metam.Ad finem oitæ,nam qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.¶Intus.Interiore gaudio,quo ad
& 24. animam;nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ,& alibi psaltes.omnis gloria filię regis ab in-
Psal. 44. tus.¶Foris.Vt commune sit gaudium spiritus,& carnis:quorum fuit & commonis tribulatio uexationis;nam anima,& caro,actiones,atque passiones sibi inuicem communicant.¶ Nullus inanis. Iactabundus enim fumo uanæ
F gloriæ delectatus ante Deum uacua accedit lucerna,& ob id inter fatuas uirgines deputabitur, quæ cum lampa-
Matt. 25. dabibus minimè sumpserunt oleum secum,& idcirco ianua regni cœlorum illis occluditur. ¶ Propria iustitiæ.
1. Cor. 4. Quid habes (inquit Apostolus) quod non accepisti? quod si accepisti,quid gloriaris,quasi non acceperis? ¶Virum
Matt. 6. Pro uirorum, quas si quæsisset diceretur ei,amen dico tibi, recepisti mercedẽ tuam.Et Attendite (inquit dominus) ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus: ut uideamini ab eis:alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum,qui in cœlis est.¶Persoluetque Deo, Perdiæresim. Idest syllabæ solutionem. ¶Illustrator, animarum.Hic uates reflectit ad Deum sermonem.Aduertendum enim est,peculiarem esse tropum hunc. i.modum loquendi psalmistæ, ut modò ad Deum, modò in persona Dei sibi ipsi respondeat, modò alloquatur homines, & interdum quasi unus ex eis loquatur & pro eis, & rursus ad Deum sese conuertat alloquendum,aut ad orandum, & rursus uices eius gerens increpet peccatores, moneat iustos, & denique creberrimas huiusmodi faciat mutationes, quas illi qui nolunt, aut rudes ne-

Quàm fœlix populus,qui gaudia pectore tanta
Concipit:vt magna iubila voce canat.
Lœtandum miseris,veniæ solatia primùm
Obtinuisse: deinc præmia posse sequi.
Quæ Deus,vt valeant optare,optata tenere,
Syderei vultus lumen adesto tui.
Qui non subsequitur diuini lumina vultus,
Ambulat in tenebris, in foueamque cadet.
Præduce luce Dei rectà procedimus omnes.
Namquo sit hæc quàmuis ardua,tuta via est.
Totum emensis iter quisquis præeunte lucerna
Venerit ad metam, iubila voce canet.
Nomineque in domini plenè lœtabitur intus,
Quotidieque dabit cantica lœta foris.

Nullus inanis ibi propria iactabitur vmquàm
Iustitia;aut laudes quæret ab ore virũm.
Iustitia at Domini se quisque fatebitur altè
Assumptum,grates persoluetque Deo.

Illustrator,& alme Deus, virtutis eorum
Gloria quis, nisi tu ? nempe quis esse potest ?
Gloria nostra Deus; tibi cornua nostra leuare
Sic Domino sedit, sic placitumque fuit.
Muneris estque tui Deus hæc assumptio nostra,
Muneris est sancti regis,& Isacidum.
Quanta futurorum tu præscius aure locutus
Vatibus es sanctis interiore Deus.
Fatus es ista Deus, nostro de Rege, videntum
Pectoribus tacitis: fatus es ista Deus.
Fortis ego adiutorum posui super alta potentem
Arma, manus ambas, auxiliumque dedi.
Millibus electum tota de plebe leuaui;
Cinxi illum telis insuperabilibus,

A
sciunt discernere, nec umquàm ad ueram possunt huiusce profundissimæ doctrinæ intelligentiam peruenire. ¶ Gloria nostra Deus. Ecce pro Deo ad populũ nunc loquitur,& mox ad Deum redit cum dicit. ¶ Tibi cornua nostra leuare. Idest apicẽ dignitatis humanæ ad Angelicos gradus extollere. ¶ Muneris. Quia non ex operibus iustitiæ, quę fecimus nos, sed propter misericor- Tit. 3.
diam suam saluos nos fecit hinc & quidam uersificator aiebat. Quicquid habes meriti, præuentrix gratia donat. Nil Deus in uobis præter sua dona coronat. ¶ Hęc assumptio nostra. Vel quod filius Dei assumpserit humanam naturam, uel quod homines illius gentis etiam uiles assumpserit ad Apostolatum, quod spiritualium culmen est dignitatum,& alios fecit esse discipulos, quosdã Ephes. 4.
doctores, Euangelistas alios,& diuersos denique ad diuersa assumpsit officia, siue propter utrunque, hęc enim omnia diuino ex munere processerunt. ¶ Sancti regis Isacidum. Idest Iesu Christi regis Iudæorum, uelint aut nolint illi. ¶ Aure interiore. Deest in.i. ad cor. Sciendum est totidem esse in anima sensus interiores, quot in corpore exteriores, & perfectiori modo videlicet pro visu intellectus, pro auditu memoria,& pro odoratu discretio, seu scientia. Gustui verò correspondet sapientia.i. sapida scientia,& tactui cogitatus. ¶ Videntum pectoribus. Idest Prophetarum, qui antiquitus videntes dicebantur, sicut de Samuelle scriptum est, eo, quòd præcipuò Dei munere non solùm futura, sed & occulta præ- 1. Reg. 9.
sentia etiam longissimè ab oculis posita viderent. ¶ Fatus es ista Deus. Anadiplosis.i. geminatio querimoniæ causam exquirens.q.d. tu qui es verax, nec potes mentiri, tam bona præconia de nostro rege,& Christo dixisti, quare ergo non adimplẽtur, sed his contraria cernimus euenire? ¶ Fortis ego adiutor. In persona Domini Dei patris

B
nunc loquitur psaltes, multa bona super filio Christo suo ventura, quæ propheta super Dauide ad litteram existimabat esse prædicta, verum quia non videbat in eo adimpleri, excruciabatur, ac lamentabatur: donec à misericorde Domino apertus est eius intellectus,& cognouit propter Dominum nostrum Iesum Christum talia fuisse promissa cuius typus, & figura tantum fuit ipse Dauid Rex, sic itaque & vos intelligite, si non vultis excruciari. ¶ Potentem. Idest Iesum Christum, de quo habemus in Euang. quòd erat potens in sermone,& opere. ¶ Arma, manus. Idest armatas manus. Endiadis est figura, vt & ibi, Arma, virumque cano.i. armatum virum. ¶ Millibus electum. Ordo est, leuaui illum.s. Christum electum ex millibus de tota plebe Iudæorum. ¶ Telis insupera. De quibus alibi psaltes sic ait, Accingere gladio tuo super fæmur tuum potentissimè,& paulò post sagittæ tuæ (inquit) acutæ, po- Psal. 44.
puli tui sub te cadent in corda inimicorum regis,& ne quis obiiciat, quia nunquàm talibus armis fuerit vsus Dominus Iesus Christus, scitote spiritualia esse huiusmodi tela virtutes scilicet, quas etiam ibi & præcipuas enumerat propter ueritatem (inquit), & mansuetudinem,& iustitiam,& deducet te mirabiliter dextera tua. ¶ Robustũ Dauid manu. as. dec. Duæ hic positæ interpretationes sunt huius nominis Dauidis Dom. Nost. Ies. Chr. optimè exprimentes, ipse est enim fortis, qui fortem diabolum vicit, arma abstulit, in quibus ille confidebat, ac spolia ipsius distribuit, ipse Dominus Iesus Christus est speciosus forma præ filiis hominum,& de quo sponsa in canticis iacta- Cant. 5.
bunda exultat, quòd dilectus suus sit totus candidus, rubicundus, electus ex millibus,& totus desiderabilis, in faciẽ etiam eius desiderant Angeli prospicere,& vt (dicebat Agnes Virgo) cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur.

Robustum Dauida manu, aspectuque decorum,
Inueni seruum, præcipuumque mihi.
Vnguine chrisma meum sacro redolentius omni
Vnxit eum, nitido lætitiæque oleo.
Fiet ei auxilio mea dextra, potensque lacertus,
Confortabit eum robore mirifico.
Sæuiat, atque fremat quantùmlibet hostis in illum
Dentibus infrendens, nil sibi proficiet.
Filius incassùm quoque perditionis iniquus
Tendet muscipulas, officietque nihil.
Eius ab aspectu faciei dura secabo
Corda inimicorum: cæsaque comminuam.

¶ Vnguine. Vnctione, siue unguento. ¶ Chrisma meum. Licet chrisma græcè, latinè sit vnctio, nõ tamen passim omnis vnctio chrisma est; nam in propriam quandam sacræ vnctionis speciem trãsiuit, qua soli Christiani vtuntur, quæ quotãnis à solis Episcopis prælatorum multorum astante corona conficitur ex oleo,& balsamo, ad nitorẽ conscientiæ, ac odorem bonæ famæ designandum, de quo chrismate longum sermonem, & elegantem facit Innocentius Papa in cap. primo de sacra vnctione, hoc chrismate vnguntur omnes Christi fideles in baptismate à sacerdote in

C
vertice: demum ab Episcopo in fronte in sacramento confirmationis, ab hoc chrismate deriuatur hoc nomen Christus, secundũ nominis formam,& à Christo Christiani, alias uerè nostrum chrisma à Christo descendit: dictus est.n. Christus, quia vnxit eum Deus oleo lætitiæ præ participibus suis,& beat. Petrus ait. Iesum à Nazareth galileæ, quomodo vnxit eum Deus spiritusancto & virtute, & Psal. 44.
hoc est chrisma de quo in versu nostro, vnctio,s. spiritussancti, qua vnctus fuit Dominus Iesus Christus à Deo patre, ut esset Rex, Sacerdos, atque propheta. ¶ Lætitiæque. Spiritualis, non sæcularis. ¶ Fiet ei auxilio. In eò, quòd homo est, quia non potest à seipso filius facere quicquam. ¶ Dextra. Idest diuinatis potentia. ¶ Lacertus. Virtus ipsa Dei hoc est, filij diuinitas. ¶ Confortabit. Ad humanitatem hoc referas, in qua etiam ab Angelo passionis tempore confortatus est. ¶ Hostis. Diabolus, aut Iudæus, siue etiam Gentilis. ¶ In illum. Idest Christum, ac Ecclesiã, caput & membra. ¶ Nil sibi proficiet, Ad intentionem suam complendam, quę erat Christum penitus de cordibus hominum delere,& in magistratu, atque regimine permanẽtes prædam de excoriatione populi facere, quarum rerum contrarium sibi euenisse propter mortem Christi experimento didicerunt. Nam & nomen Christi longè, latèque

per

D per totum orbem propagatum est, & illi à Romanis de sede eiecti miserum vsque in hodiernum diem patiuntur exilium,& seruitutem.¶Filius perditionis iniquus. Iudas Ischariotis unus cxxij. Apostolis.¶Officietque. Idest no-
Matt. 27. cebit ei nihil;sed plurimùm sibi ipsi nocebit;nam uidens quia damnatus esset, laqueo se suspendit, & crepuit me-
Act. 1. dius,diffusaque sunt omnia uiscera eius.¶Ab aspectu faciei. Tametsi dura uideantur uerba,sequuntur,iudicia si-
gnificare;tamen mitiorē habent sensum,si sanè fuerint intellecta;nā ubicunq; est aspectus faciei Dom. misericor-
diam potius innuit, quàm iudicium,de his ergo loquitur,pro quibus cum fletu, & clamore ualido in cruce fixus
Luc. 23. patrem orauit,nam miti aspectu intuitus eos dixit,pater ignosce illis,quia nesciunt,quod faciunt. ¶Dura corda.
Dura prius,quando videntes eum à Pilato fœdè laceratum nulla moti sunt misericordia: quinimo magis,ac ma-
gis indurata clamauerunt, crucifige, crucifige: nec à clamoribus destiterunt,donec, quod petebāt ab iniquo,sed
Luc. 23. mitiori iudice extorserunt. ¶Secabo. Vt scissa ad pœnitentiam recurrant. ¶Comminuam. Per contritionis do-
Act. 2. num, tales erant quia spectaculo passionis Domini reuertentes percutiebant pectora sua, & ij, qui Apostolis post
missionem spiritussancti Petro prædicante, atq; illis mortem Christi exprobrante dixerunt compuncti, Quid fa-
ciemus viri fratres? at illi pœnitentiam (aiunt) agite: & Baptizetur vnusquisq; nostrum in nomine, D. N. I. Chr.
Exo. 32. ¶Vt est vitulus. Ille aureus, quem, dum Moises in monte Syna paulò longiorem moram traheret, Aaron effigi-
anti populo fudit. vide hystoriam in Exodo. ¶Zelantis. Pro cultu veri Dei derelicto, in cuius contemptum fe-
cerant idolum, & adorauerant, immolantesq; illi hostias dixerant. Hi sunt Dei tui Israel,qui te eduxerunt de ter-
ra Egypti. ¶Effringi, cędi, comminui,atq; bibi. His infinitis simul accurentibus,describitur mira celeritas ducis
pro Deo zelantis in destruendo Idolo: & in vlciscendo scelere: nam in puluerem redacto, & in aquam fuso,iussit
omnes epotare, quotquot autem culpabiles fue-
rant: puluere aureo barba superfusa renidebat, moxq; iubebatur interfici. ita quòd in vno die cæsa fuerunt xxiij. millia. sensus autem huius loci ad nostrum propositum iste est,quòd sicuti spiritualiter mactari dicuntur,& manducari,corporiq; mystico, quod est Ecclesia, vniri, infideles, quando conuertuntur,& baptizantur: ita & effringi,cædi,comminui,atq; bibi,in conuersione ad pœnitentiam,& inde ad Baptismum. Sic ergo exponatur litera,vt vitulus ille aureus cæsus, comminutus est,& ebibitus, ita crucifixores Iudæi cædantur interius à Deo, comminuantur, atque bibantur ab Apostolis, & in corpus Christi traijciantur. ¶ Infensos: De obstinatis nunc in malo proposito loquitur; qui etiam Apostolos per secuti aduersus omnem fidelium Ecclesiam insurrexerunt, bacchantes in cædem discipulorum, eorumq; bona vbiq; diripientes.

E

Iussus vt est vitulus Mosi zelantis ab ira
　Effringi, cædi, comminui, atq; bibi.
Infensos odioq; graui fera bella cientes
　Auertam, & cogam sic dare terga fugæ;
Vt Syrios ægri dura obsidione tenentes
　Samariæ portas flaminis arte mei.
At mea veriditas, mea misericordia secum
　Est, vt ab æterno, sic quoq; semper erit.
Eius & in nostro tolletur ad æthera cornu
　Nomine: quod celso glorificabo throno.
Regnet vt in cœlo, terræ dominetur & imæ,
　Æquoreos fluctus comprimat vtq; manu.
Vt sua dextra regat tectis redeuntia venis,
　Vt refluant lato flumina cuncta mari.

¶Auertam. Ab eorum persecutione. ¶Dare ter-
ga fugæ. Aduentantibus Romanorum exercitibus, à quibus fugientes in vrbem conclusi sunt, & demum capta
3.Reg. 2. vrbe perempti. ¶ Syrios: Sub rege Bennadab. Hystoriam vide in libris Regum. ¶ Flaminis arte mei. Etenim
4. Reg. nocte quadam fecit audiri tantos strepitus, quasi curruum & æquorum aduenrantium, quòd Syrii existimantes
cap. 7. reges alios in auxilium obsessis aduentare, relictis castris, omnes fugere. ¶ Ab æterno. In eo quòd Deus, nec
enim quicquàm habet pater à filio diuisum. in eo verò,quòd homo per prædestinationem. ¶Tolletur. Vt suprà
pro extolletur. ¶Cornu. Idest gloria, atq; potestas quare & ipse Christus cum resurrexisset legitur dixisse data
Matt.vlt. est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. ¶Glorificabo. Sic & in Euangelio pater dixit. Et glorificaui, & iterū
glorificabo. ¶Celso throno. Vt ad dextram patris in cœlo sedeat Empyrico. ¶ Regnet vt in cœlo. Super omnes
Matt.vlt. Angelos, vel in cœlo, idest in Ecclesia sanctorum. ¶ Terræ imæ. Ad literam, quia data est ei potestas in cœlo,&
in terra, vel in Synagoga terrena Iudæorum non nisi terrena ambientium, quia uelint; nolint, rex est etiam Iu-
dæorum, sicut & Gentium. ¶ Aequoreos fluctus. Et ad literam, quod factum esse à Domino Iesu Euangelica
Matth.8. attestata est hystoria, vbi & referuntur dixisse, qui aderant: quis est hic, quia imperat ventis & mari, & obediunt
ei. Sed melior est spiritualis intellectus, vt per æquoreos fluctus maris, intelligamus potestates huius mundi sese
aduersus Ecclesiam superbè erigentes, quas Dominus quando vult & mitescere, & quiescere facit, ac interdum
per catholicos principes domat,vt hoc anno Lutheranos,Saxones,aliosq; Germaniæ popolos duce Lantbgrauio,
Eccle. 1. quos omnes cum ducibus Carolo v. Cæsari victos tradidit,& vinctos. ¶Tectis redeuntia venis. Vt refluant. Salo-
F monis est sententia, omnia flumina intrant in mare: & mare non redundat: sed subteraneis venis rursus aquæ ma-
ris redeunt ad fontes, vt iterum fluant ad mare: per flumina, in sensu spirituali, populi diuersi, variæq; gentes si-
gnificantur, quæ continuo fluxu in mundana studia discurrunt: his interdum Ecclesiastica læduntur officia, in-
terdùm & adiuuantur: sed sunt instabiles, vt aqua fluens, quia uarium, & mutabile vulgus. ¶ Omnipotens vt
erit me filius. Sic & in symbolo Athanasij. qualis pater. talis filius, talis & Spiritussanctus, & sic benè infertur: omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens & spiritussanctus. ¶Vocabit. Idest inuocabit, ex Euangelica lectione patet: hoc sæpè factum esse à D.N.I. Chr. Pater
(inquit) clarifica me,&c. Item. Confiteor tibi pa-
Ioan. 17. ter cœli,& terræ,&c. Et rursus. Deus Deus meus
Matt. 11. ut quid dereliquisti me? ¶ Dulcis susceptor sa-
Matt. 27. lutis meæ. Hæc in orationibus tacitis D. N. I. Chr. dicta fuisse nemo debet ambigere,quia nō omnia dicta, vel acta eius scripta sunt, ut ait Io-

Omnipotens vt erit, me filius ipse vocabit,
　Tu genitor meus es: tuq; corona mea.
Tuq; meæ dulcis susceptor es ipse salutis.
　Protector meus es: tu Deus esq; meus.
Ast ego constituam præ cunctis fratribus illum
　In primogenitum, præcipuumq; ducem,
Imduperatorem præ cunctis regibus illum
　Excelsum statuam; cunctaq; sceptra dabo.

annes Euan-

A

Æternùm miserans, regnum pietatis idipsum
 Illi seruabo; consolidabo thronum.
Illi firmabo mea dicta; fidelia faxo,
 Sint testamenti fœdera pacta mei.

annes Euangelista. ¶Præ cunctis fratribus. Qui ô ad naturam humanam, & susceptam fidem omnes Christiani sunt fratres eius, quia dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius: verùm hoc in loco magis Apostolos accipere debemus, quos ipse in Euang. fratres Matt.28.
sæpe nominauit. ¶Primogenitum. Ex mortuis suscitatum (vt ait Apostolus) ad æternam, immortalemq; vitam. Rom. 8.
¶ Præcipuumq; ducem. Militiæ Christianæ. ¶ Induperatorem. Epenthesis est figura, qua syllaba in medio dictionis adiecta est, vt ab hoc uersu capi posset. ¶Præ regibus omnibus. Et præsertim fideles, de quibus ita dicit Coloc.1.
Petrus Apostolus: vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. ¶Cuncta sceptra dabo. Omnium sedes regnorũ vt regat eos in uirga ferrea, hoc est, in inflexibili iustitia. ¶Regnum pietatis. 1.Petr.2.
Hoc est misericordiæ, & clementiæ, quo vtitur modo in præsenti sæculo in omnes, qui conuertuntur ad cor. ¶ Firmabo. Opere complendo. ¶Faxo. Pro faciam, defectiuum est verbum. ¶Testamenti mei. Noui magis, quàm veteris, vel etiam vtriusq;. ¶Illius semen. Non carnale, sed spirituale per fidem genitum, hoc est, Christianum populum. ¶Coheredes. Iuxta Pauli sententiam, quòd si filij: & hæredes: hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi. ¶Noui. Quibus nulla succedat nox, ut modò. ¶Namq; dies eius regni. Seipsum declarat, & Rom. 8.

Semen & illius ponam per sæcula cuncta,
 Esse cohæredes patris in imperio.
Sempiternus erit thronus eius; sceptraq; in æuum
 Duratura; dies & sine fine noui.
Namq; dies eius regni non temporis huius
 Sunt, ex Sole dies qui nitet, atq; cadit.
Scito dies cœli non deficientibus annis
 Esse dies, quia Sol non cadit vllus ibi;
Ergo dies eius regni sine noctibus vllis,
 Nube carent nitidi; semper & vna dies.
Me tamen ex natis si fortè reliquerit ullus,
 Insidiatoris calliditate mali.
Fortè meam si quis fuerit transgressus oberrans
 Legem: iudicia transieritq; mea.
Iustitias úe meas, si quisquam fortè procaci
 Fœdarit lingua: siue prophanus erit.
Si mea, si proles eius mandata rebellis
 Non custodierit pectore, voce, manu.
Flexibili in virga veluti pater, atq; flagello
 Visere dignabor commiseratus eos.
Atq; emendabo mores, vt censor, iniquos.
 Crimina corripiam sanguineisq; flagris.
Non tamen inde meæ bonitas pietatis ab illo
 Excidet: aut numquàm non miserabor eos.
Semper ero clemens illis culpasq; remittam,
 Non obero, faciam candida verba mea.

loquitur de regno triumphantis Ecclesiæ, & beatitudinis æternæ. ¶Temporis huius. Instabilis, in continuo motu existentis. ¶Qui nitet. In die penes nos versis radijs. ¶Cadit. In noctis aduentu, sicuti mortalibus videtur: nam uerè nunquàm cadit sol: sed circonflectitur, vt omnes orbis partes illustret, sicut docet Ecclesiastes. ¶Ex natis. Idest fidelibus, qui per susceptam fidem efficiuntur filij Dei. ¶ Insidiatoris mali. Idest Diaboli, qui semper circuit, quærens, quem deuoret. ¶Oberrans. Sicut ouis quæ perit. ¶Post habitis. Postergatis atq; contemptis. ¶Iudicijs meis. Et quæ hic occultè fiunt, & in morte vniuscuiusq; & demum in vniuersali, finaliq; iudicio. ¶ Procaci lingua. Deridendo eas. ¶Pectore, voce, manu. Tres modos tangit, quibus offenditur Deus, consensu, verbo, & opere, ij sunt tres mortui, quos legimus à Domino fuisse suscitatos, de quibus, & supra disputatum est. ¶Flexibili in virga. Misericordiæ. ¶ Veluti pater. Qui omne filium, quem dilligit, corrigit. ¶Censor. Romano more loquitur. quorum officium erat etiam mores peruersos corrigere, atq; emēdare. ¶Crimina corripiam. At criminosi magis corripiuntur, ita tamen, vt crimina abijciantur, quæ sola odio habentur, non personæ. ¶ Sanguineisq; flagris. Idest virgis sanguineis, quæ icCirco tali nomine nuncupantur, quia rubri, & sanguinei sunt coloris, & quia facilè per eas flagellando sanguis elicitur. ¶Meæ bonitas pietatis. Idest misericordia, cuius fons indeficiens est Dei bonitas. ¶ Ab illo, qui transgressus est. Si tamen voluerit ipse conuerti, alioquin vt obstinatus æterna dannatione punietur. ¶Nunquàm non. Idest semper, quia non solùm septies, sed & septuagesies septies, & quotienscunq; ingemuerit peccator dimittam ei. ¶Semper ero clemens. Seipsum declarat, misericors & miserator est Dominus, & multus ad ignoscendum. ¶Non obero. Quin potius prodero. liptote est, cum sit ipse iuuans pater, nec officium nocendi noscat; sed peccatores sibi ipsis peccando nocent. ¶Candida verba mea. Idest vera, nam veritas candorem lucis habet, mendacium verò nigredinem noctis, & obscuritatis. ¶Testamenti sancti. Firmæ promissionis meæ, in diuinis scripturis sæpè testamentum ponitur pro promissione diuina, vt firmissima esse demonstretur, atq; irreuocabilis, more eorum, quæ in testamento patrisfamiliàs inueniuntur esse descripta, quæ rata, & firma stare, ac effectui mandari, sepissimè à legumlatoribus & sancitum est, atq; responsum à iurisprudentibus. ¶Prophanabo. Quasi minus sacra essent, vel irreligiosa; cum sacerrima sint, ac religiosissima. ¶ Sanctorum. Vatum. Aliorũq; prophetarum. Isaiæ, Hieremiæ, & sequentium post eos. Nathan quoq;, Samuelis, atq; præcedentium. Matt.18.

B

C

Nec testamenti secum mea fœdera sancti,
 Pacta prophanabo: nec reuocabo fidem.
Irrita non faciam sanctorum oracula vatum,
 Quæ semel ex labijs dicta tulere meis.
Cum semel in sancto iurarim, nempè quid vltra
 Expectas? nihil hoc sanctius esse potest.

¶ In sancto. Per memetipsum iuraui dicit Dominus. ipse est etenim sanctus, vnde sanctitas omnis deriuatur, vel in sancto, idest in filio suo. iuxta illud Danielis, tunc adimplebitur uisio, & ungetur Sanctus sanctorum, qui fuit D. N. I. Christus, quem unxit Deus oleo letitiæ præ participibus suis. ¶Dauidi. Idest Christo, cuius ille rex in multis, & in nomine fuit figura, uel ea, quæ promisi Dauidi regi de Christo, tamen ex Dan. 9. Act. 4. & 16.

D ipsius semine uenturo. ¶Mentiar atq; modò, Interrogatiuè, & admiratiuè per suspensionem uocis legendum est, & subinferendum est, mini mè. ¶Illius semen, pulcherrima proles, Christi, & Christianorum: iuxta illud celeberrimum Ec-
Sap. 4. clesiæ canticum. O quàm pulchra est casta gene ratio cum claritate. ¶Stabit in æternum. In his, qui digni fuerint æternæ beatitudinis regno. ¶Florida. Virtutum floribus decora. ¶Ceu Sol
Ap. 19. lucidus. Quod est infrà. ¶ Eius. Christi Iesu regis regum, ac Domini dominantium. ¶Fulgere.

Si pepigi, statui, & iuraui, nescius vnquàm
Fallere, Dauidi mentiar atq; modò?
Quinimmò illius semen, pulcherrima proles
Stabit in æternum; florida semper erit.
Aureus atq; thronus, ceu sol spectabitur eius.
Fulgere conspectum lucidus ante meum.
Vtq; indeficiens argentea Luna micabit,
Perfecta, æternùm candida, plena, nitens.

Correpta penultima per antiquam grammaticorum regulam, qua verba secunda coniugationis fiebant tertiæ detracta penultima vt fulgeo, fulgo, quæ tamen recessit ab aula, nec nisi in paucis & rarò seruatur. ¶Argentea. Hæc est Ecclesia Christi: quæ modò, dum adhùc in præsenti sæculo est, augetur, & deficit, vt Luna: sed in cœlis nunquàm deficit: perficitur autem in dies crescente numero fidelium, qui ex hoc sæculo illùc ascendunt: tuncq; erit plenè perfecta, cum sancti omnes ex resurrectione mortuorum carnis rediuiuæ stola fuerint induti. de qua Luna hic modò loquitur, dicitur argentea Luna, Christi sponsi comparatione qui, & Sol aureus nuncupatur nam sicut hæc inferior Luna non nisi à Sole lucem habet: ita Ecclesia lucẽ sanctitatis, & gloriæ non nisi à Christo Sole iustitiæ habet. ¶Perfecta. Completo sanctorũ numero. ¶Aeternũ. Aduerbialiter intellige. ¶Candida. Propter immortalis stolam gloriç. ¶Plena. Oium, quæ optauerat, vel plena ipso Deo, quo solo anima põt impleri. ¶Nitens. Splẽdore lucis æternæ. ¶O Deus ops. Hactnus promissionis Dei super Dauid, uerũ, quia in eo, uel in eius progenie nõ uerificabatur ad unguẽ, sed potius multis calamitatibus affligebatur genus illius, quia nondum uenerat illud semen pro quo fuerant factæ, quod est Christus Iesus, idcircò hinc incipit querimonia in modum orationis modestæ concepta. ¶O Deus. Qui uides omnia. ¶Omnipotens. Cui nihil impossibile est. ¶Pater. Quem in filium nullius affectus superare potest. ¶O mitissime. Qui nullius preces, tametsi uilissimæ conditionis spernis. ¶Verax. Quem decet adimplere promissa, sequitur expositio querellæ. ¶Si bona pollicitus. Super Dauide, & semine eius, quæ supra cõmemorata sunt. ¶Vnde mala? Qua de causa, non quia nescis; nam Deus es non quia nequeas, quia omnipotens,
E non quia desit affectus, etenim pater es, non quia dedigneris, mitissimus enim es, non quia noris uerba dare, nam & uerax es, si bona promisisti, unde igitur nobis tanta mala? responde tu lector, omnia tempus habent, quia nondum uenit promissorum tempus bonorum, nec adhùc apparuit is, pro quo talia promissa data sunt. At cum uenerit ille, omnia implebuntur in tẽpore suo. ¶Dauida tuum repulisti. Pluribus modis hoc intelligendum est, primò in persona ipsius Regis Dauidis ad litteram, tunc enim multi existimabant illum à Deo repulsum propter enormia crimina, quando fugatus est ab impio filio Absalone, secundò visus est repelli in semine suo, quandocunque supra modum reges Iuda affligebantur, & præcipuè in Babilonica captiuitate, & in Antiochena calamitate: tertiò in ipso Christo uerò semine Dauidis tempore passionis; nam tunc videbatur omnino à Deo repulsus, atque reproba-
Mat. 27. tus. vnde & ipsemet legitur dixisse. Heloy heloy
Marc. 15 Lamazabactani. i. Deus meus Deus meus, vt qd dereliquisti me? ¶Et despexisti. Spondiacus uersus. i. videris despexisse, neque enim reuera fuerat à Deo dilecto repulsus, aut despectus,

O Deus omnipotens, pater ò mitissime, verax,
Si bona pollicitus, cernimus vnde mala?
Nam Dauida tuum repulisti, & despexisti;
Vnde rogo? Christum tu nisi distuleris?
Id testamentum dederas, quod patribus olim
Auertisti etiam: num tua fracta fides?
Quodque tuo puero Dauidi tu pepigisti,
Tute renouasti: cur modò disperijt?
Ecce prophanasti sanctum, sanctamque coronam
In terra: veluti sancta prophana forent.

sed permissi fuerant in eũ
ij. Maca. 2. sæuire inimici, donec adimpleretur mysterium redemptionis humanæ. ¶Christum tu nisi distuleris. Idest prorogaueris eum emittere. s. in tempore suo per te statuto, & hæc est vera resolutio obiectionum omnium. ¶Id testamentum. Aut eam promissionem, vt supra monstratum est, vel etiam testamentum. i. archam fœderis tempore captiuitatis Babilonicæ ab Hieremia absconditam, nec vnquàm amplius repertam, vel tertiò testamentum vetus succedente nouo, quod quò ad exteriora corticis videtur esse sublatum. ¶ Fracta fides? Minimè, quia quod differtur:
Esaię. 41. non aufertur, licet interim affligat animam. ¶Tuo puero Dauidi. Idest seruo charo, atque fideli, si ad personam regis referas, de illo dixerat Dominus, Inueni virum secundum cor meum, si ad Iesum Christum. Ecce (inquit) puer
F meus, quem elegi. ¶Tu pep. Tutè renouasti. Emphasis est in illo pronomine Tu: Tute, autem syllabica est adiectio non aduerbium, à tutus. ta. tum, & idcircò breuiatur, sicut in illo versu Enniano. O Tite, Tutè, Tati, tibi tanta Tyranne tulisti. ¶Cur modò disperijt? responde, vt supra, & adde, quatenùs loquitur de testamento ueteri, quia non uenit Christus soluere legem, sed adimplere, neque enim ulla præcepta moralia, in quibus consistebat uetus testamentum, sunt à Domino Nostro Iesu Christo sublata, sed repetita, & aucta, & in quibus deficiebant, adimpleta omnia, quæ figurabantur ex eis, facta sunt omnia, & quia non iterum repetenda sunt, neque amplius futura
Paral. vl. sunt semel expleta, ideircò siluerunt; nunquid iterum nasciturus est Christus? aut moriturus! non certè. ¶Propha-
Esdræ, 6. nasti sanctum. Templum, quod à Babiloniis exustum est, reparatumque ab Esdra, & socijs. ab Antiocho rege pro-
Macha. 1. phanatum est, collocato in eo Idolo Iouis olympij, & camerulis quibusdam meretricum in eo factis. ¶ Sanctamq; coronam. Regni. s. sublatam à prædictis, uel ad ipsum Christum referas hæc omnia tempore passionis eius, & facilis est applicatio; nam in eo hæc omnia expleta sunt, quia de eo fuerãt prædicta. ¶Fulmine tuo. Idest furore millitari bellico, & hostili; nã in expugnatione mœnium, & in concussione tormẽtorum fulminis instar habent, tuo autem dixit, quia, à Deo in vltionem scelerum mittebantur hostes ad exterminium iudæorum. ¶Scepta ru-

Fulmine fracta tuo sunt omnia mœnia, muri,
Maceriesque omnes: cunctaque septa ruta.
Quæ firmamentum fuerant, munimen & vrbis;
Formido, & gelidus sunt modò facta pauor.

Præda viatorum factus, quicunque per illam
Præterière viam, diripuere sibi.
Est quoque finitimis vicina tenentibus arua
Factus in opprobrium, spretus vbiq; iacet.
Inque dies magis, atque magis sublata prementum
Dextera præualuit fulta fauore tuo.
Lœtitia inde noua per te exhylarata fuere
Corda inimicorum pulsa dolore ducis.

A

ta. Prodiruta, aphæresis est, supinum nihilominus est sumptum à Ruois, & inde participium, rutus, ta. tum. ¶Firmam. & mun. Ea sunt, arces, mœnia, turres, ualla, aggeres, fossæ & castella, hæc omnia excidij tempore conuertuntur in damnum, & in necem, terrorem, atque pauorem ciuium. ¶Præda uiatorum factus. Populus, s. Iudæorum post prædicta extermnia; adde & tertium, in quo ad unguem hæc omnia completa sunt, excidium, s. urbis hyerosolymorum à Romanis hostibus in ultionem necis Christi, prophetarum, & Apostolorum & martyrum eius. ¶ Dirripuere sibi. Bona, & facultates eorum: ut in depopulationibus oppidorum fieri solet. Nosque in nostra urbe iam ter experisumus. ¶Finitimis. Qui sint exponit. ¶Spretus. Iudæus omnis. ¶ Vbique iacet. Pondere seruitutis oppressus, à qua nec adhuc potuit releuari, sed neque releuabitur usque ad Antichistum, quem non ualde procul esse futurum arbitramur propter abundantiam iniquitatis, & refrigerationem charitatis, atque diminutionem ueræ fidei, & propter discessionē ab Ecclesia multarum iam orbis partium. ¶Sublata. Sursum eleuata ut grauiorem ictum in miseros inferat Iudæos nō ablata ab eorum dorso. ¶ Fulta. Munita. i. fauore tuo. Nec mirum, quia de inimicis meis uindicabo me dicit Dominus. ¶ Lœtitia unde noua. Ex parta uictoria propter expugnationem munitissimæ urbis, in qua diu laborauerunt. ¶ Parte. Quia omnis uictoria ex Deo est. ¶ Pulsa. Ante uictoriam in ipso pugnæ tempore. ¶ Dolore Ducis. Siue hostilis, qui fortasse dolebat ex concepta calamitate urbis ruinæ expositæ; nec mirum si Titus Romanorum dux indoluerit, quia naturæ mitioris erat, teste Iosepho belli huius scriptore, uel ducis Iudæorum cuius dolor materiam gaudij facile hostibus præstare poterat. ¶Miserum. Ducem. Iudæorum, nunc necesse est intelligere. ¶ Vrgerent. Cogerent. ¶Contigit. Iudæorum populo defensionis gratia. ¶Sensit. Tacito Dei iudicio, animos perturbante, & auferente intellectum. ¶Ceu quondam. Temporibus Moysi, Iosue, & aliquorum iudicum[illegible] bus præliantibus, legitur Dominus de cœlo auxilium præstitisse. ¶ Eiaculata. Ordo literæ est. Nec tua fortis dextera vt quondam eiaculata auxiliaria fulmina de cœlo tulit opem populo suo. ¶Ah rex Infelix. Idest Dauid, qui nudis pedibus & aspersus caput puluere cum tota domo sua coactus est fugere à facie irruentis Absolonis, & populi, qui erat cum eo, vel Rex Sedechias, quem vrbe capta fugientem cum familia, & amicis Caldæi insecuti prehendiderunt, & regi Babilonio obtulerunt, qui ante os eius iussit filios, & amicos interfici, & ipsum regem oculis priuari, & in obscurum carcerem detrudi, ubi & miserrimè mortuus est: si verò ad Christum regem Iudæorum, & nostrum referantur hæc verba, nouimus omnes diram crucis necem passum, & membra eius hoc est fideles, scimus omnia genera tormentorum sustinuisse. ¶ Miserrima proles: In captiuitatem ducta, & in miseram seruitutem, si autem hæc omnia ad vltimum excidium Hyerosolimæ referantur, lege Iosephi hystoriam de Bello Iudaico, & inuenies Iudæos cū suis ducibus extrema omnia perpessos esse famem, cædem, pestem, captiuitatem, dispersionem in omnes gentes, & miserrimam seruitutem vsq; in hodiernum diem: ¶Aurum in scoriam versum. Auri, argentiq; feces scoriam dicunt, sensus autem est, quia veluti ex auro in scoriam uerso, & igne eliquato, nil nisi spuma æruginosa restat in vase, in quo positum est, vt dissolueretur per ardentissimū ignem fornacis, sic & de rege Iudæorū, populoq; suo in camino tribulationis exusto nihil boni remansit, nisi memoria peccatorum, & obstinatio durissima in eis, quæ in allis regibus, & populis supra adductis vera sunt; non sic in Christo rege nostro, & in sanctis martyribus, qui pro fide, & iustitia decertantes, velut aurum purissimum de fornace iniquorum exierunt, potes autem hæc verba ad Iudæos, qui erant in vltimo excidio, congruentius referre, in quibus nihil bonitatis erat. ¶Nihil liquidum. Adhuc in metaphora perseuerat, quia ex eis non erat qui faceret bonum: non erat vsq; ad vnum. ¶Fundo. Vasis collatorij per hoc innuit peruersos etiam restitisse, qui à fame, peste, & gladio, euasere captiui. ¶Vstio. Ex ui ingentis tribulationis, nam supra x. centena millia extincta sunt, templum cum suis sacerdotibus exustum, tota urbs æquata solo, neq; lapis super lapidem remansit. ¶ Nullaq; mundicies. Quia eorum, qui super vixerunt nulla secuta est emendatio; quin & deteriores quotidie fiunt reliquiæ Iudæorum. ¶ Quo malo. Pertinaciæ in malum, quod peccatum in Spiritumsanctum dicitur irremissibile in hoc, & in futuro sæculo. ¶ Post hæc. Mala extremi excidij. ¶ Collisio regni. Excisa regia urbe, prouinciæ Syriæ adiecta est illa regio. ¶Minuta. Eo modo, de quo in Euangelio. Propter electos breuiabuntur dies illi: nam nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: Etenim si paulò plus durasset illud bellum, nullus omnino ex Iudæis euasisset: sed & propter electos, qui pro illo precabantur populo, & propter futuros ex gentibus electos, quibus pro uerificatione oraculorum de Christo, & Ecclesia ex eisdem gentibus congreganda futuri erant necessarii Iudæi codicum diuinorum latores, dies illius tribulationis abbreuiati sunt: vt etiā aliqui superessent, & demum vt reliquiæ eorum in finem sæculi conuertantur, vt prædixit Esaias, aliiq; prophetæ. ¶Caput. Regni, ipsa

2.Reg.15
4.Reg.25

B

Horrida tentârunt quoties ardentius hostes
Aduersus miserum bella ciere ducem:
Suggessisti animos toties in pectore firmos:
Vrgerent vt eum, quæ voluere pati.
At si vel gladium nudasse, leuasse vel hastam
Contigit: hanc sensit mox cecidisse manu.
Nec tua ceu quondam auxiliaria fulmina cœlo
Eiaculata dedit dextera fortis opem.
Ah rex infœlix, Regisq; miserrima proles,
Quid grauius potuit, durius atq; pati?
Cum populo ecce suo, veluti fornacibus aurum
In scoriam versum nil, nisi spuma fuit.
Exiit inde nihil liquidum, fundoúe remansit,
Vstio multa fuit, nullaq; mundicies.

C

Destructo est igitur procul emundatio facta:
Deterius potuit quo nihil esse malo.
Vnde secuta fuit post hæc collisio regni,
Ad nihilum ductus Regius inde thronus.

Namq; dies regni, concessaq; tempora per te,
Esse minuta patent: moxq; ruisse caput.
Relliquias tenues confusio tanta secuta est:
Dispersæ vt lateant, diffugiantq; vagæ.
Quò tamen vsq; Deus nobis auerteris ira?
Numquid vt euellas funditùs omne genus?
Numquid ad interitum, sæuus velut ignis, adurer
Isacidas omnes ira, furorq; tuus?
Numquid erit veluti radicitùs eruta pinus?
Inclyta Dauidis Regia progenies?
Esto memor tandem, mea quæ substantia, quàm sit
Chara futura tibi, quàm preciosa vide.

D scilicet Hierosolyma. ¶Reliquias tenues. Idest illi pauci, qui superuixerunt, millitibus ob nimiam cædem fatigatis. ¶Dispersæ. Per omnes orbis partes. ¶ Lateant. Tunc in speluncis, & cauernis, qui fugere potuerunt, nunc verò in domibus habitationis eorum, & vbique conductis quia nullum fundum, nullas ædes possunt proprias possidere. ¶Quò tamen. Tamquàm pater populi nunc loquitur psaltes compatiens tantis calamitatibus, & miserijs eorum. ¶Ira. Idest Propter iram, quæ tamen in Deo non est. Sed in ministris vltionis eius. ¶Omne genus. Iudæorum quod in xij. tribus multorū populorum secutū fuerat. ¶Ira, furorq; tuus. Idest iusta scelerum vindicta per iratos, furibundosq; ministros executioni demandata, quales fuerunt Romani, cęteriq; hostes Iudęorum. ¶Regia progenies. De qua in principio Euang. Matthei, & de qua Christus per beatam Virginem exortus est. ¶Mea substantia. Latenter precatur Dominum Deum patrem pro salute totius populi, eo modo, quo nunc in omnibus orationibus suis vtitur Ecclesia. per Dominum nostrum Iesum Christum filium eius: nam is, quò ad carnem, herat futurus de substantia Dauid, quia de semine eius nasciturus erat. ¶Est ergo sensus. Esto memor, quàm carus, & preciosus tibi sit futurus Iesus Christus filius tuus & meus, quia de mea substantia, quò ad corpus. ¶Si penitus. Pereat progenies Dauid. de qua Christus hominum redemptor. si ad præcedentes Iudęorum calamitates hęc referantur, quæ ante ortum Christi fuerunt, optima precatio est: nam extincta progenie Dauid, neq; Christus saluator hominum inde poterat oriri, neq; mireris, si non omnia ad eandem cladem sunt referenda: sed aliqua ad vnam, alia ad alteram, & multa ad tertiam, & vltimam referri oporteat. Quoniam ante mentem prophetæ aderant omnes calamitates, aduersus progeniem Dauid futuræ, ex quibus uidebantur turbari bonorum promissiones illius semini à Deo factæ. ¶Sunt frustra. Nequaquàm, quia Deus, & natura nihil agunt frustra. ¶Numquid vt intereant? Minimè, quia nihil odit Deus eorum, quæ fecit, & non vult Deus mortem peccatorum: sed magis vt conuertantur, & viuant. ¶ Nempe quis est qui viu. ho. nec cer. am. mor. Quasi dicat nullus, quia (ut ait Apostolus) statutum est omnibus hominibus semel

E

Stirpis Iessææ reminiscere: ne sit inanis
Plasmatura hominum: si penitus pereat.
Numquid homo, natiq; hominum per cuncta creati
Sæcula sunt frustra? numquid vt intereant?
Nempe quis est, qui viuet homo, nec cernat amaram
Mortem? quæ cunctos horrida falce necat.
Quàm mirandus homo, qui animā de carcere duro
Eruat inferni, proripiatq; foras.
Dic pater ò clemens, vbi misericordia dulcis
Sit tua? dic vbi nam sit pietatis honos?
Dic vbi sunt veniæ, proprio quas ore locutus?
Veridico nihil est firmius ore tuo.
Heccine pacta fides Dauidi? fixaq; certa
Iuris iurandi relligione tui?
Talis vt, ac tantus nostræ radicis alumnus
Stirpe ab Iessea progrederetur homo:
Stet radix igitur firma, inconcussaq; nostra:
Eius vt è radiis egrediatur homo.

mori: ¶Amaram mortē. Naturale hoc est, quia ultimum terribilium est mors, ex accidenti tamen, aliquibus uidetur amara ualde, & aliquibus exoptabilis, ò mors (inquit sapiens) quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, uiro quieto, & cuius uiæ directæ sunt in omnibus, & adhùc ualenti accipere cibum? ò mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur uiribus, & defecta ætate, &c. Paulus autem dicebat cupio dissolui, & esse cum Christo. ¶Quam mirandus homo. De quo multa cantata sunt, & in psalmo. Fondamenta, super illo uersu. Numquid Syon dicet homo. Hic est enim Dominus noster Iesus Christus. qui descendit ad inferos, & tertia die resurrexit à mortuis, indeq; exiens captiuam duxit captiuitatem. ¶ Dic pater, ò clemens. His crebris, modestisq; interrogationibus miseratio captatur. ¶Pietatis honos? Quem ille homo, de quò supra promeruit, te super omnia colendo, uerumq; cultum tuum homines docendo, & tibi parendo usq; ad mortem, mortem aūt crucis.

F ¶Veniç. Idest misericordię, uel gratię, seu etiam peccatorū remissiones, quæ omnia supra Deus promisserat. ¶ Heccine pacta fideles, &c. Has lamentatiunculas ad tempus passionis acerbissimæ, atq; ignominiosissimæ D. N. I. Chr. & sanctorum martyrum si referrentur, non ineptæ apparrebunt humano more prolatæ, sicut & ipse conquestus est in cruce. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? possunt etiam referri ad horrida illa vrbis exterminia, in quibus videbatur totius generis fieri excidium, & præcipuè vltimi, nam hic psaltes loquitur more patris affecti grauissimo dolore cędem filiorum intuendo. ¶Talis vt, ac tantus. Quia Deus, & homo, potens sermone, & opere, est autem de Christo repetita repromissio. ¶Radix. Allusio est ad uaticinium Esaiæ prophetæ, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius: & requiescet super eum Spiritus Domini, &c. ¶Incipe iamtandem. Post tenebras lux sequitur, & nubilo serena sucedunt: nam post primam captiuitatem, iterum misertus est Dominus populi sui, & stirpis Dauid: nam soluta captiuitate redierunt in terram suam. Item post Antiochenā cladem per Machabæos fortes viros perdita restaurata sunt Deo propugnatore illorum. Item post mortem Christi, secuta est ipsius gloriosa resurrectio, in cœlum Ascensio, & confirmatio discipulorum per Spiritussancti missionem, & rursus post martyrum cædes secutum est regnum spirituale vbiq;, & temporale multis in locis Ecclesiæ. ¶ Tibi. Quia qui odit

Ioan. 15. filium, & patrem odit, & qui uos tangit (inquit Dominus) quasi qui tangat pupillam oculi mei, verè tamen mul
Zach. 2. ti insultabant Deo Iudæorum, quasi non potuerit illos à tantis calamitatibus defendere, & de manibus eorum liberare.

Incipe iamtandem misereri; mitis ab alto
  Respice, vt insultent castra inimica tibi.
Seruorum opprobrij tandem memor esto tuorum.
  Aure quod audiui, continuiq; sinu.
Ah quantis ignominijs oneramur vbiq;
  Gentibus à multis turpibus, atq; notis.
Purgamenta sumus facti totius, & orbis,
  Atq; Peripsema, quisquiliæq; domus.
Mitius omnino, patientius atq; ferenda,
  Si nos in solos obijcerentur ea.
At quia quotidie tibi non minus ore canino
  Exprobrauerunt: durius illa fero.
Si Deus est Christus (dicunt) vbi Christus eorum?
  Si primogenitus filius estq; Dei?

berare. sicut legimus de Nabuchodonosor, ac A
Sennacherib, quod autem faciebant Reges mul-
tò magis & eorum milites, plæbeiq; ad maledi-
cendum, & blasphemandum promiores, etiam
proprios Deos quanto magis alienum Deum,
& eum, quem neq; Deum reputabant? ¶Conti
nuiq; sinu. Idest non sui ausus respondere, siue
grauiora sibi timens si ausus esset hiscere, siue
ne maledicos ad peiores blasphemias prouoca-
ret, ut moris est indisciplinatorum iuuenū, qui
quò magis redarguuntur, in deteriora prorum-
punt. ¶Turpibus atq; notis. Christianæ perse-
cutionis tempore, durum erat, quòd passim illis
opponebatur, quia erant magi, malefici, & incan
tatores; cum tamen in veritate talia peruerso-
rum hominum genera, semper abhorruerit Ec-
clesia fidelium, ut nihil magis: sed non est miran
dum, quia si patremfamilias Beelzebub vocaue Matt.10.
runt, quantò magis domesticos eius? ¶Purga-
menta. Hoc & beatus apostolus Paulus asserit. ¶Peripsema. Græca dictio est, qua & Apostolus in hoc vsus pro- 1.Cor.4.
posito, est autem peripsema, limatura, & rasura earum rerum, quæ quando mundantur, abiicitur, vt in veteribus ibid.
ferramentis, ueternosis lignis, caseoq;, & carne salsa, cæterisq; huiusmodi. ¶Quisquiliæ. Non nisi in plurali de-
clinantur, & sunt eæ immunditiæ pulueris, fimi, ac cæterorum, quę scopis mundando colliguntur in angulis, &
inde proiiciuntur. ¶Ea. Opprobria; De quibus supra dictum est quia dixit Dominus in Euang. Beati estis, cum Matth.5.
maledi. uob. ho. & pers. uos sue. & dix. om. ma. ad. uos men. propter me, gau. & exul. quia mer. ue. cop. est in cœ.
¶Durius, illa fero. Zelo diuini numinis, quo accensus Helias dicebat. Domine, te dereliquerunt, altaria tua suf 3.Reg.19
foderunt, & prophetas tuos occiderunt, &c. ¶Dicunt. Scilicet Iudæi primo passionis tempore, dum in cruce pen Rom.11.
deret, & deriderent, lege Euang. deinde post illos, & pagani, in persecutionibus martyrum, sicut legimus Bea- B
to Andreæ Apostolo ab Egea Proconsule atrocissimo Christianorum inimico obiectum fuisse: miror (inquit)
te uirum prudentem uelle colere eum hominem, quem siue sponte, siue inuitum, confiteris esse crucifixum:
stultitia quippe uidebatur eis: unde & Paulus ait. Nos prędicamus Christum crucifixum, Gentibus quidem 1.Cor.1.
stultitiam, Iudæis autem scandalum, ipsis uerò credentibus Dei uirtutem, & Dei sapientiam. ¶Ab illo.
Christo, i. ab illa decora specie, qua tunc erat, quando comitantibus turbis cum quodam mundano triumpho
ingressus est Hierusalem ante sextum diem Paschæ, lege Euangelistā. ¶Panxit. Cecinit, laudando. ¶Osan-
na. Idest salua me obsecro, est autem dictio Hebræa, ut docet Hieronymus, composita, ab osi, quod est uerbum, &
anna, quæ est interiectio obsecrantis, & est sumpta ex psalmo. cxvij. obsecro saluum me fac Domine, benè prospe-
rare, Benedictus, qui uenit in nomine Domini. quæ sicuti de Domino nostro Iesu Christo prædicta fuerant, ita &
in eo cōpleta sunt. ¶Melos. Dulce canticum græcanica dictio est, unde & melodia descendit, qua & uulgares nunc
etiam utuntur. ¶Obstrue. Sic & in alio psalmo: quia obstructum est os loquentium iniqua, quod & factum esse cō- Psal. 62.
stāt post resurrectionem Domini, & plenius data pace Ecclesię post conuersionem Constantini Imperatoris, & Ro-
manorum. ¶Duris lupatis. Idest iustitiæ morsu,
translatio sumpta, ab equo duri oris, quem den-
tibus quibusdam ferreis lupinorum dentium si-
militudinem habentibus inchamo compactis
domare, solent, hoc pacto domiti fuere Iudæi du
rissimæ ceruicis per Romanos ferreos. ¶Malco
tuo. Idest pœna suprema mortis: permanet in
Methaphora. Nam si quando, chamo non po-
tuit equus domari, neque uel adhibitis lupatis
iratus equi dominus malco ferreo dentes equi
rebellis effringit. ¶Videant. Post resurrectio- 1.Cor.5.
nem eius, quæ res tunc potuit fieri, quādo plus,
quam. 500. est uisus in monte Galileę, ubi con-
stituerat. ¶Odas. Dulces hymnos liricis versibus,
ut in nostris opusculis licet uidere. ¶Christo tuo C
Quem præ cœteris dilexisti: & super omnes ele-
uasti. ¶Tuque pater benedictus eris. Non quia
Deus nostris indigeat benedictionibus, hæc di-
cuntur: sed quia nil aliud habemus nos, quo
mentem gratam ualeamus illi ostendere ex in-
numerabilibus acceptis ab eo beneficiis, quàm benedicere, laudare, atque magnificare diuinam eius Maiestatem.
¶Vbique. Qui ante Christum in sola cognoscebatur Iudęa, ubi & laudabatur, saltem ore, & si non opere, neque ui-
ta: uerum publicato per orbem Euangelio, Dei notitia sparsa est per omnes gentes; à quibus cœpit benedici, at-
que laudari. ¶Fiat in æternum. Et prædicentis, & optantis prophetę uox est, ideircoque geminata est: sanè, sciendū
est opinionem quorundam extitisse, quòd ubi est geminatio ista, ibi quasdam partes integras psalmorum esse ue-
rùm quia August. eam consutat in fine ultimi psalmi, ideò nec accipitur à nobis. Amen.

Ah quantum Christo nunc est mutatus ab illo;
  Cui pia turba comes panxit Osanna Melos.
Irrisere diu, conuicia tanta tulere,
  Christo insultârunt turba proterua tuo.
Obstrue cunctipotens Deus ora loquacia fræno:
  Incipiant humile colla subire iugo.
Ora refragantum duris contunde lupatis,
  Et dentes malco disijce, rumpe tuo.
Fac precor, vt videant, quæ commutatio Christi
  Facta tui est: Christi gloria quanta noua.
Nos quopue lætati psalmos pangemus, & odas;
  Et dabimus Christo carmina digna tuo.
Tuq ue pater beuedictus eris, laudatus ubique
  Fiat in æteenum, fiat id oro Deus.

AD te confugimus miseri. Vidimus ea, quę in præcedenti psalmo fuerant Dauid, ac semini eius promissa longè aliter, ac arbitrabatur vates prima facie esse intelligenda, quia de Christo Iesu, & semine eius spirituali, quod sumus nos Christiani; in quibus iam pro maiori parte completa sunt: complebuntur autem, & reliqua in temporibus suis, verùm, quia inter ea, quæ nobis promissa sunt, æternæ beatitudinis præmia præci-

puum

D tuum obtinent locum, quæ, ne capiamus, aut etiam speremus, inimici obsistunt, nunc apertè oppugnando per
immissas aduersitates, nunc occultè insidiando per illecebras temporalium rerum, in quibus si fuerimus animo
tenaci obuoluti, proculdubio æternarum iacturam facturi sumus, idcirco in præsenti cantico monemur, ad Do-
minum confugere, qui & aduersarios compescet, & amaritudinem, leuitatemque temporalium nos edocebit: dul-
cedinemque æternæ beatitudinis spirituali gustui distillabit; quo fiet, vt illis omissis æterna magis, ac magis appe-
tamus. Dicat ergo, qui de semine Christi est fidelis quisque, & simul omnes pro inuicem orantes. ¶ Ad te confugi-
mus miseri. Tu factus Asylum Diffugij. Licet Asyllum fuerit templum quoddam, ab Herculea stirpe conditum,
ut esset tutum omnibus ad illud confugientibus refugium, ita vt nemini liceret quemquàm inde extrahere. Ro-

ODE LXXXIX. EX PSALMO LXXXIX.

Domine Refugium.

AD te confugimus miseri: tu factus Asyllum
  Diffugii es nobis à genea in genean.
Te protectorem petiit generatio prisca:
  Te noua progenies appetit ista modò.
Tu nec enim Deus ipse recens. tu primus, & vnus,
  Cunctarum rerum Rector es, atque sator.

mulus quoque simile condiderit, quò facilius
hòmines undequaque congregaret ad implēda
nouæ vrbis mœnia, ex quo tamen pij Imperato-
res leges immunitatis Ecclesiasticæ tulērūt, iam
omnia Christianorum templa Asylla dici pos-
sunt; verùm quia tam verè, quàm interdum
& uiolenter ex his materialibus templis homi-
nes extrahuntur; idcirco Deus solus tutissimum
verè est Asyllum omnibus ad eum confugienti-
bus; nec enim vllus potest eum offendere, quē
uoluerit ipse tueri. ¶ A genea, in geneam. De ge-
neratione vna in aliam, siue de vetere in noua.
¶ Generatio prisca. Omnium, qui fuerunt ante
Heb. 13. Christi aduentum timentium Deum. ¶ Te noua
Psal. 109 progenies. Fidelium Christi baptismate renouatorum. ¶ Tu nec enim Deus ipse recens est. Quia Dominus Christus
Esa. 43. Iesus heri, & hodie, & ante sœcula, & hic idem psaltes. Tecum (inquit) principium: in die virtutis tuæ, & in splen-
Deut. 6. doribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te, & alibi Dominus ipse dicit. Ante me nō est formatus Deus &
Apoc. 1. & post me non erit. ¶ Tu primus & vnus. Audi (inquit Moyses) ò Israel Dominus Deus tuus unus est, & in Apoca-
& 22. lypsi. Ego sum (inquit) α. καὶ. ω. i. principium & finis, primus & nouissimus, & hoc quò, ad essentiam, substantiã,
E naturãq; diuinã, quò ve[...]rò ad personas, tres sunt: pater, filius, & spiritus sanctus, sed hi tres vnus, atq; idem
Deus. ¶ Rector es. Aduersus Manicheos, Priscilianistas, & Mathematicos: qui vel à Dæmonio, vel à fato, aut à stellis
mentiuntur hunc mundum regi, & quidam alij à casu, verùm (vt ait Gregorius) conditor orbis idem est, & rector.
¶ Atque sator. Histeron proteron, i. ordo conuersus; nam, quæ sator ipse condidit, eadem & rector gubernat. ¶ Mō-
tesque priùsquam excelsi fierent. Quid est, quòd ante nominat montes, quàm terram ipsam, elementum & cuius
sunt partes? respondet hic Augustinus ex hoc ordine, ne sit retrogradus debere nos hunc locum altius interpreta-
ri, vt per hos montes excelsos intelligamus Angelicos spiritus, qui ante, quàm terra, fuere creati.

Ante creaturas Deus es; montesque priusquàm
  Excelsi fierent: lux venit vnde recens.
Obruta in vndanti pelago, instabilisque priusquàm
  Aut formaretur terra, vel orbis; eras.
Tu Deus à summo sæclorum es conditor æui,
  Sœcula cuncta creas; sœcula & ante Deus.
Tempora cuncta tenes tecum: nulloque teneris
  Tempore; tu semper; tempora & ante Deus.
Cum tria sint verè tantummodò tempora sœcli,
  Præteritum: præsens: quodque futura parat.
Sunt concessa duo nobis mortalibus, immò
  Sunt ea visa dari: quod fuit, & quod erit.

¶ Lux uenit vnde
recens. Nam recentes à Deo creati lucem, quem
à Deo acceperunt tamquàm omnium rerum su-
periores in inferiores infundunt; sed & iuxta lit-
teram montes primi lucem solis orientis recen-
tem accipiunt, quam & ad conualles, & ad cam-
pestria transmittunt, possumus & tertiò per hos
montes Apostolos interpretari, qui lucem solis
iustitiæ Christi Domini nostri, primi acceperūt,
quam deinde per omnem terram sparserunt.
¶ Obruta terra. Immersa in abysso, i. in aquarū
Gen. 1. profunditate, vt habetur in genesi. ¶ Instabilisq;
quia vagabatur per aquas antequàm separare-
tur. ¶ Aut formaretur. In aridã scilicet, quia ante
erat informis. ¶ Vel orbis. Breuiter quattuor in-
telligit elementa in orbis figuram cōpacta, mū-
dum videlicet, & omnem ornatum eius. ¶ Eras.
Supple Deus: concors est his Ioannes in princi-
pio sui Euangelij. ¶ Sæclorum. Sæcla videtur ini-
tium sumpsisse, vel à prima die creationis rerum, vel à creatione solis, lunæ, & syderum, quia ibi dicitur, idcircò es-
se à Domino ea facta, vt illuminarent terram, & essent in signa, & tempora, & dies, & annos, vt cunque modicū in-
F terest, ab vtrouis incipiatur, sat constat diem. 24. horarum esse, hebdomadam. vij. dierum circulo compleri, men-
sem quattuor hebdomadarum spatio, annum verò. xij. notissimis mensibus expleri. Lustrum, siue olympiadem.
Ecclesi. 24 vt annis contineri. sęculum verò. xx. lustris exitum accipere, i. c. annorum curriculo terminari. ¶ Sœcula & ante
Deus. Vnde & sapientia Domini de se dixit. Ab initio, & ante sœcula creata sum, & vsque ad futurum sœculum
non desinam. ¶ Tempora & ante Deus. Quia sine principio est, & sine fine, cum tamen ipse sit omnium rerū & prin-
cipium, & finis. ¶ Cum tria sint &c. Quoniam in hoc psalmo intentio psaltis est monere homines vt ab his tempo-
ralibus, & transitorijs rebus sœculi huius auertant animos, tanquàm vanis, & ipso cum tempore perituris, ad cœ-
lestia regna beatitudinis æternæ nunquàm peritura, sed in sempiternum duratura, idcircò in carmine facta est Ec-
basis poëtica de temporis transitu velocissimo huic proposito multum accomoda, & adeò clara, vt ferme nulla in-
digeat expositione: sumpta autem est ex doctrina August. ex libro confessionum. xi. dicit autem tria tantùm esse
tempora secundum phylosophos, non secundum grammaticos, qui alia duo addiderunt pro meliori expositione
humanarum conceptionum. ¶ Immò. Color Rhetoricus, qui dicitur correctio. ¶ Quod fuit, & quid erit. Idest præte-
ritum & futurum. ¶ Adesse. Idest præsens esse. ¶ Curriculo celeri. Idest velocitate nimia, translatio sumpta ab exi-
guo curru, qui præ leuitate velocius ab equis, & facilius trahitur. ¶ Semper. Nec enim vnquàm cessant, vel mini-
Iosue 10. mum quiddam à motu solito, nisi miraculosè, quod legimus factum tempore Iosue ducis Hebræorum, & tempo-
Esai. 38. re Ezechiæ Regis Iuda. ¶ Nemo potest. Verè scilicet, attento motu eius continuo, exemplum in hora quæ minima

pars eius,

Nam, quod præteritũ est tempus, non amplius extat,
Sed neq; venturum tempus adesse potest.
Curriculo celeri cum semper tempora currant,
Tempus adest præsens, dicere nemo potest.
Si nec adest præsens, possunt nec adesse futura;
Si neq; iam nobis præteritum super est,
Nulla igitur nobis verè data tempora sunto,
Quid tamen est? non est: non fuit, at nec erit.
Qui sumus ergo? sumus nulli: fuimus tamen ulli;
Atq; erimus cuncti vermis, & inde cinis.
At tu cunctipotens Deus: æternus Deus es, cui
Nullum tempus abest; omneq; tempus adest.
Semper es: & tu semper eris: semperq; fuisti.
Te nihil præteriit: nulla futura mouent.
Omnia te coram: tibi sunt præsentia cuncta,
Quæ modò sunt, uel erunt: quæq; fuere diu.

pars eius, dum scribo hanc paginam, iam prete- A
riit in scriptura linearum superiorum consum-
pta est, altera nondum uenit, dum præsentem
lineam scribo, mox tamen futura in scriptura in-
feriorum impendenda, adeò quòd cum uelocita
te calami, transit & hora uelox, & quantulacũq;
particula cum singulis dictionibus, quinnimò,
& cum ipsis dum formantur literis citò transit.
¶Sunto. Idest erunt, tertia persona est pluralis
numeri futuri imperatiui modi. ¶At nec erit.
Illud scilicet tantillum temporis, quod me scri-
bente tam citò præterit, quàm citò calamus ali-
quam literam, uel syllabam format, uel ad sum-
mum dictionem quamlibet, effingit. ¶Qui su-
mus ergo? Nos homunciones? sub ita labili tem
pore breuem, miseramq; trahentes uitam? ¶Su
mus nulli. Aeternorum comparatione spirituũ,
qui labilitati temporis huius uelocissimi mini-
mè sunt subiecti. ¶Fuimus tamen ulli. Habita
ratione bonorum, malorumq; uitæ præteritæ:
pro quibus præmia, uel pœnas expectare nos de-
cet. ¶Cuncti. Post mortem, excepta tamen ani-
ma. ¶Vermis. Qui ex ipsa corruptione carnis humanæ scatet, unde & Iob, dicebat Putredini dixi, pater meus Iob.17.
es, & mater mea; & soror mea uermibus. ¶ Et inde cinis. Consumpta carnis humiditate, & ossibus putrefactis;
iuxta illam maledictionem diuinam primis parentibus irrogatam: Memento (inquit) homo, quia cinis es. & in Gen. 3.
cinerem reuerteris. ¶Tempus abest & adest. Quia præterita & futura nobis, sibi sunt semper præsentiæ. ¶Mo-
uent. Sicut nos homines, quos præteritorum recordatio, interdùm angit, & presentia mala excruciant, & futura
per timorem torquent. ¶Omnia te coram. Anastrophe. ¶Presentia cuncta. Quò ergo nos miseri peccatores B
a facie Domini fugiemus? nisi ut Adã: cooperiendo nos frondibus, idest futilibus, & uanis excusationibus, quibus
potius aggrauamur, quã ut releuemur, prosint. Certè sanius esset cũ publicano simpliciter dicere, Deus propicius
esto mihi peccatori. ¶ Vt quid ab æternis. Hic redit ad psalmum, vnde per discursum poëticum videbatur esse
diggressus. ¶Nos finis auerti. Quia neq; mala absq; permissione Dei fiunt, responde, quia decet concessum à prin
cipe beneficium esse mansurum, liberi scilicet arbitrij, & quia non placent Deo coacta penitus seruitia, & ut ri-
gor iustitiæ appareat cũ dulcore misericordiæ coniunctus, nam duæ sorores hæ misericordia & veritas simul am
bulant, Iustitiaq; & pax sese inuicem exosculantur. ¶Vana. Quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas, & alibi Eccle. 1.
vidi cuncta, quæ sub sole fiunt, & omnia vanitas.

Vt quid ab æternis ad prætereuntia sæclis
Nos finis auerti tempora vana, mala?
Vt quid ab æternis, quæ te penes omnia, rebus
Vertimur ad vanas, instabilesq; vias?
Verte hominum mentes; ne, quæ sub sole caduca
Suspiciant: inhient: tam vehementer ament.
Auersis etenim dixisti sæpè monendo;
Ah conuertimini progenies hominum.
Nolite ò miseri spectare fugacia sæcli
Tempora: nam vobis nil valet esse diu.
Viuere si detur priscorum ætate virorum
Atq; Mathusaleos posse videre dies.

¶ Mala. Vnde & Iacob interrogatus à Pharao-
ne, quot essent anni vitæ suæ, respondit dies pe-
regrinationis meæ, cxxx. anni & mali neq; per- Gen. 47.
uenerunt ad dies patrum meorum. Apostolus Eph. 5.
quoq; nos admonet dicens, redimentes tempus, Matth. 6.
quoniam dies mali sunt, & Dominus in Euang.
sufficit (inquit) diei malicia sua, icicrcò autem
appellantur mala tempora, quia in his multas
afflictiones, & pœnas sustinemus, quæ nobis,
& mala videntur, & grauia & ita vocantur, verè
tamen & tempora & cuncta, quæ fecit Deus, in
se bona sunt. ¶Quæ te penes omnia. Sunt æter
na subaudi. ¶Verte hominum mentes. Interio
ri scilicet illustratione, sicuti uertit mẽtem Mat-
thæi, atq; Zachei, aliorumq; publicanorum. ¶Su
spiciant. Idest adeò cupiant, vt & cum suspiriis
sursum abste petant, tamquàm nihil melius sit à
te petendum. ¶ Inhient. Idest ore aperto more sitientis in æstate canis illa captare satagant. ¶Tam vehemen-
ter ament. Super cœlestia, quin etiam & super te ipsum, qui fons es omnium bonorum: sed moderatè, & iuxta
necessitatem ea sibi procurent, laborantes etiam manibus suis, vt victum habeant, ac vestitum, sicut & Paulus, C
qui de seipso scribit. Ad omnia, quæ mihi necessaria fuerunt, laborauerunt manus istæ, sed absq; sollicitudine,
& animi anxietate. ¶Auersis. Ab æternorum dilectione, ad fluxa hæc, & temporalia. ¶ Sæpè monendo. Inte-
rius tacitis inspirationibus; & exterius per ora prophetarum, nouissimè & per filium suum, apostolosq; eius, qui
omnes uerbo pariter, ac exemplo monuere nos, vt contempta terrenarum rerum, & mundi huius dilectione ad
ipsius Dei, æternæq; beatitudinis amorem conuertamur. Nolite (inquiunt) diligere mundum, neq; ea quæ in 1. Ioan. 2.
mundo sunt. ¶ Nil ualet esse diu. Eternorum comparatione. ¶Priscorum ætate virorum. Qui fuerunt ante di-
luuium, quorum multi ad nongentos annos vixisse leguntur. fortasse vt mundum citò replerent. ¶Mathusaleos
pos. vid. dies. Qui omnium & ipsius Adæ primi parentis uitam excesserunt, fuerunt anni eius uitæ, nongenti se- Gen. 5.
xaginta nouem, est autem hæc deriuatio à Græco sumpta. Mathusala, addita eos. ¶Et anni mille, ut dies ante
lapsus. Ex hoc docemur ab Apostolis, non debere nos moueri, si videatur adhùc longè aduentus Domini ad iu-
dicium, quia mille anni ante oculos Domini tamquàm dies vnus. Horarumq; trium. Morem millitiæ Romanę
exprimit: in qua vigiliæ singulæ trium horarum spatio claudebantur, & est auxesis figura à contrario scilicet,
sermonis auctio à minoritate sumpta, nam mille anni, non modò reputantur dies vna præterita, sed neq; vigilia
una, quæ trium tantùm horarum est. ¶Statione uigil. Statio propriè locus est, vbi custodes morantur pro tem-
pore sibi

D pore sibi præfixo ad uigilias exercendas, ne incautos improuisi hostes opprimerent. ¶ Mane velut. Aptissima comparatio, nam & propheta, & Petrus Apostolus ad monstrandam uitæ huius breuitatem, & vanitatem quandam, eadem utuntur similitudine: dicunt enim. Omnis caro fœnum, & gloria eius flos fœni. Fœnum exaruit, (Isa. 40. 1. Pet. 1.)

Æterni ante oculos Domini tot sæcula, & anni
 Mille videbuntur, lapsus vt antè dies.
Horarumq; trium spacij vt custodia noctis
 Excubat ante fores qua statione vigil.
Pro nihilo veluti reputabitur hæc breuis hora,
 Vitaq; sic nihili est longior ante Deum.
Mane velut viridis tectorum cernitur herba,
 Arida meridie, vespere trita iacet.
Matutina nitet veluti rosa, fragrat odore;
 Languida meridie, vespere putris erit.
Vita hominum talis: puer herba est: flosq; iuuenta:
 Præterit herba virens: flos iuuenilis abit.
Quæ faciat tremulos artus, & pectus anhellum,
 Mox aderit lento curua senecta pede.
Mors falcata statim, & variis pharetrata sagittis
 Ecce uenit, cœdit, corpora sternit humi.
Decidimus cuncti; tunc indurantur & ossa.
 Arida quæ putrent: deniq; puluis erunt.
Hunc hominis meruit suggesta superbia finem:
 Hinc est visa grauis, iusta sed ira Dei.

& flos decidit, uerbum autem Domini manet in æternum. ¶ Rosa. Species pro genere, pro quouis flore, & plana est litera. ¶ Vita hominum. Applicatio similitudinis. ¶ Mors falcata. Falce armata, qua in pratis cæditur herba virens, allusio est ad picturam. ¶ Pharetrata. Arcu, & pharetris armata: porrò est altera allusio: nam quidam pictores mortem utrouis modo armatam effingunt. ¶ Ecce uenit. Improuisa ut plurimũ, & quando hominem magis delectat uiuere. ¶ Corpora sternit humi. Quo casu cadauera dicuntur. ¶ Ossa. Post mortem duriora fiunt, dum exsiccãtur. ¶ Deniq;. Post longum tempus, euenit ossibus, quod & lignis, nã cæsa duriora sunt, quàm prius, dum exsiccantur, uerùm posteà putrefiunt. ¶ Suggesta. A serpente Diabolo, quando dixit ei, eritis sicut dij, scientes bonum, & malum, experiendo scilicet, nam & antè per scientiam nouerant à Deo infusam. ¶ Visa grauis. Dupliciter, primò, ut pro tam modica culpa, quæ uidetur esse commissa in esu vnius pomi uetiti tam graues pœnas: & secundò nõ modò in ipsos delinquentes, sed in totum genus humanum irrogatas: sed (ut aiunt doctores) inobedientiæ

E crimen est idololatriæ: quæ tantò grauior insurgit, quantò superior in re facili factu contemnitur, præterea omnes legislatores ab initio contemptores legum seuerius puniunt, vnde & legimus quendam lapidatum fuisse, quia quatuor ligna collegerat in sabbato, propter legis nouitatem, & ut metus nobis incuteretur posteris. Si Deus ita acriter primum hominem nullo præcedente exemplo castigauit, quantò magis nos, si maiorum pœna non absterrebimur à peccatis, puniemur? ¶ Inde. Ex culpa primorum parentum: nam & mortem, & omnes defectus corporis inde nobis attrahimus, quin & per originalem culpam inde profluctam etiam ad malum pronitatem quandam extraximus, quæ fomes est, & seminarium quoddam actualium peccatorum. ¶ In ira tua. Idest in pœna vindice iniquitatis eorum vt & in nobis tamquàm in carne, & progenie sua puniantur. prolis enim afflictio in parentum dolorem redundat. ¶ Noster defectus. Infirmitæ carnis primum, ætatisq; breuioris, deinde & culparum per fomitem insitum, vt supra dictum est, nec mirum, sæpè etenim euenit (vt docet, Augustinus) vt sequentia peccata sint pœna præcedentium, nec ob id minuuntur culpa, sed in dies magis, ac magis augentur, quia ex culpa nostra factum est, vt etiam in sequentia incideremus. ¶ Inq; furore tremor. Pœnæ, scilicet æternæ, nam per iram Domini significatur temporalis & transitoria pœna, qualis est præsentis vitæ, & purgatorij post hanc vitam, per furorem uerò, infernalis, atq; æterna, de qua in Euangelio. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. ¶ Ira Tonantis. Præsentis pœnæ vel Purgatorii.

Omnibus inde tua noster defectus in ira
 Iuste Deus iudex; inq; furore tremor.
Quem non magnanimum turbauerit ira Tonantis?
 Quem non excutiat fulmineusq; furor?
Impietas hominum poterit te nulla latere,
 Luce nites totus, conspicuusq; micas.
Tu Deus vt vindex posuisti crimina nostra
 Ante tuam faciem; tu scelus omne notas.
Vultus & illustrat nostri tuus omnia sæcli
 Dicta uel acta Deus: cordis & alta vides.
Defecere dies nostri: defecimus & nos;
 Humanæ vitæ metaq; facta breuis.

de præsenti pœna pone exemplum in Antiocho rege Asiæ, qui adeò elati fuit animi, vt & montes existimauerit se posse facere nauigabiles, & per mare pedestre iter facturum arbitraretur uerùm à Domino correptus uehementer expauit. de pœna purgatorij dicit August. quòd & si sit transitoria, excedit tamen omnes huius mundi cruciatus, etiam inexquisita sanctorum martyrum tormenta. ¶ Fulmineusq; furor. Quò dicetur, Ite maledicti in ignem æternum, vel quo

F etiam in præsenti ulta pro maximo scelere iaculato fulmine de cœlo quempiam nefarium trucidat, & animam detrudit in infernum; sicut legimus factum fuisse in Aegea proconsule Liciæ persecutore atrocissimo fidei catholicæ, & interfectore Sancti Andreę Apostoli, nam fulmine interfectus est, & ciectus in infernum, vide hystoriam passionis Andreæ, quam oẽs clerici Achaię conscripserunt, atq; Ecclesię vniuersali legendam transmiserunt. ¶ Nulla impietas. Quia scrutatur corda, & renes Deus. ¶ Micas. Effulges. ¶ Vt uindex. Pro decore iustitię, cum dulcedine misericordię conseruando, ne remissus, aut crudelis esse uideatur, misericors est, in eo quòd ignoscit culpam pœnitentibus ex corde: iustus in temporariis flagellis, qui corrigit delinquentes, vide exemplum in hoc eodem propheta, Dauid, cui grauia remisit peccata, & tamen grauibus ærumnis afflixit. ¶ Ante tuam faciem. Punienda, scilicet, quia nullum malum impunitum, sicut & nullum bonum irremuneratum. ¶ Notas. Pro qualitate, & quantitate puniendum. ¶ Cordis, &

Ier. 17. alta. Idest inuestigabiles hominum cogitationes, vnde & alius dixit propheta. Prauum, & inscrutabile est cor hominis, quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans cor, & probans renes; qui do unicuiq; iuxta uitam suam, & iuxta fru-

suxta fructum adinuentionum suarum. ¶Defecere dies nostri. A diebus vitæ antiquorum. ¶Et nos. In statura, viribus, & in complexione, sed & in sanctitate vitæ, quod grauius est, vnde & quidam doctor dixit infirmiorē A
ætatem nostram non posse pati seueritatem antiquorum canonum. ¶Metaq; facta breuis, quia neq; ad illos centum viginti annos à Domino post diluuium statutos peruenimus. ¶Futilibus. Quæ facilè funduntur, tamquàm modici valoris vt aqua. ¶Mensq;. Cogitando. ¶Manus. Operando. ¶Toto æuo. Vitæ nostræ tempore. Gen. 6.
¶In interitum. Mortis æternæ propter peccatum cupiditatis annexum, quæ radix est omnium malorum: sicut charitas omnium bonorum. ¶Peritura. Qualia sunt omnia temporalia, & terrena. ¶Arachnæas telas. Quæ & araneæ dicuntur, quibus nihil leuius, ac fragilius. ¶Incassum. Idest qui frustatorius est, aduerbium est à cassibus, idest rhetibus deductum, quæ frustra tenduntur, quando nulla fera capitur. ¶Degeneres facti. Ab antiquis patribus, qui omnia terrena nihili pendebant comparatione cœlestium, quòd in prophetis illis magnis facilè est compræhendere, & post illos in Apostolis, qui relictis omnibus, secuti sunt Dominum regni cœlestis amore, subinde discipuli, ac martyres etiam vitam contempserunt, vt meliore vita, æternisq; fruerentur bonis.

Futilibus, vanisq; labor consumitur ingens;
Rebus inutilibus mensq; manusq; vacat.
Quæ nam mortales toto venamur in æuo?
Nos & in interitum quæ peritura trahant.
Noster Arachnæas conatus texere telas;
Et tamen incassùm nos iuuat iste labor.
Degeneres facti totum consumimus æuum
Illaqueare plagis vana volatilia.
Annorum exiguus nostri quoq; terminus æui
Semper ab antiquis extenuatur auis.
Ad septem dechades est summa redacta, vel octo,
Robore tam forti pectora siqua vigent.
Quam si transierit metam fortasse vel vnus,
Perniciem in grandem nouerit esse sui.

Nos contrà, nedum vitam, aut bona sæculi huius, verùm neque exiguum quid facultatum nostrarum in pauperes volumus impendere, vt regna cælestia, saltem facili hoc modo mercarentur. ¶Vana volatilia. Muscas, scilicet, neq; mireris hac comparatione, etenim phylosophus quidam non ignobilis dixit. Iustitiam terrenam esse telam araneatum. qua muscæ paruæ, idest pauperes, atq; viles homines capiuntur, & puniuntur asyllos uerò, seu tabanos, qui & muscæ maiores dicuntur, hoc est, potentes, & diuites lacerare, & abire. ¶Ad septem Dechades. Idest lxx. annos. dechas enim græcanica dictio est, quæ x. significat, vnde & Liuij Dechades. ¶Vel octo. Idest lxxx. annos, quem numerum annorum rari excedunt sani, & si tunc, multò minus nunc: vidi ego vnum tantum senem montanum, qui se c. annorum diceret, qui mendicato hostiatim cibo uiuebat, cantando vbiq; credo in vnum Deum, tandem infirmus in nostro hospitali exceptus est, & defunctus. ¶Quam metam. Lxxx. annorum. ¶Vel vnus. Idest Rarus, modus est loquendi. ¶Perniciem in grandem. Idest graue sui corporis damnum, quia multis infirmitatibus vexabitur: sed & animo deficiet, vnde & quidam dixit: senectam ipsam morbum esse. ¶Quod superest vitæ. Vltra lxxx. annum. ¶Labor. Præ fastidio, ac membrorum debilitate, ita vt etiam laborent ascendere vsq; in thalamum vel supertus cænaculum. ¶Innumeriq; dolores. Puta podagræ, aut illium, uel capitis. ¶Tussis anhella quatit. In senibus ut plurimum ex indigestione humorum, & arteriarum restrictione causatur tussis; qua & pectoris crates concutitur, & anhelitus impeditur. ¶His stimulis. Senectæ, & morborum, quos secum trahit. ¶Mitescere discunt. Cognita morbosa, & mortali sua conditione per experientiam, quam integro statu corporis contemnebant agnoscere. ¶Hoc modo. Nam uergente deorsum conditione corporea, feruor spiritus ad sublimiora conscendens facilius illustratur, & illustrationem libentius acceptat. Psal. 89. B

Quod superest vitæ labor, innumeriq; dolores,
Pectoris & cratem tussis anhella quatit.
His etenim stimulis tumidi mitescere discunt;
Et fastus hominum corripiuntur ita.
Et quoniam cita mansuetudo superuenit ægris,
Erudiuntur ita corripiente Deo.
Mira quis hæc nouit? sapiens Deus, altaq; quàm sit
Vtilis hæc nobis dulcior ira tua.
Terribilem, almificam tamen illam, multiplicemq;
Iram quis poterit dinumerare tuam?
Nam licet iratus videaris verbera passis,
Tu tamen es potius mitis, amansq; pater.
Fœlices illi, quos torta flagella sequuntur,
Protinus vt lapsi disperiere via.
Ast infœlices, laxis transcurrere frænis
Quos sinis: & nullo verbere terga quatis.

¶Mansuetudo. Non solùm ex mortificatione membrorum sed etiam & multo magis accepta illustratione diuina. ¶Erudiuntur ita. Quia vexatio dare solet intellectum. ¶Mira hæc. Quæ supra dicta sunt, ut per corporis infirmitates ueniatur ad animæ curationem, quæ prius sano corpore negligebatur. ¶Sapiens Deus. Qui ex nostris malis tanta eliciat bona. ¶Ira tua. Præsentis castigationis, qua sanitas animæ procuratur, uerùm hæc utilitas, & dulcedo non sentitur nisi post correctionem. ¶Terribilem. Vt videtur patientibus: quia ut dicitur, horrendum est incidere in manus Domini Dei uiuentis, & uerè terribilis, quia absterret à futuris malis nō solum patientes, sed & alios eam attendentes, unde & dicitur, castigato pestilente, iustus iustior erit, & alibi, lauabit iustus manus suas in sanguine peccatoris, idest visa punitione, quæ ut plurimum fit per sauguinis effusionem si grauis est, mundat opera sua, & cauet à similibus delictis. ¶Almificam. Quia post correctionem emendati sancti efficiuntur, ut patet in Apostolo, & aliis multis. ¶Multiplicemq; iram. Quia multis, varijsq; flagellis castigat delinquentes Deus. ¶Dinumerare. Quia infinitæ sunt morborū species, & animorum afflictiones innumeræ, quibus pro flagellis vtitur Deus ad correctionem hominum. ¶Mitis, amansq; pater. Qui omnem filium, quem diligit, corrigit. ¶Fœlices. Et uerè fœlices, quia non sinuntur per impunitatem descendere in profundum malorum: sed mox vt peccarunt, correcti resipiscunt, & emendantur. ¶Lapsi. Per humanam fragilitatem, quia vt dicitur. Humanum est peccare, Angelicum emendare: sed diabolicum est perseuerare, & quis est, qui non peccet? in multis offendimus omnes. ¶Disperiere. Vt quis illa Euange Hebr. 10. C Prou. 19. & 21. Psal Hebr. 12.

D liça quæ perierat, vnde & hic psaltes alibi dicit. Erraui, sicut ouis quæ periit, quære seruum tuum Domine. ¶Via. Mandatorum Dei. ¶Infœlices. Quia infelicitari æternæ sunt destinati. ¶Terga quaris. Idest non flagellas, difficillima est hæc quæstio, qua nulla infirmorum animos magis ad exponendam querellam contra Deum mouet. Quid est, quòd impij floreant in sæculo, nec pro impietatibus assiduis flagellantur? econtra verò, pij laborant egestate, & penè quotidianis atteruntur flagellis? verum quia habuit in superioribus psalmum, in quò præcipue, & ad amussim discussa est, iccircò hic sufficiat dixisse id, quod Augu. sæpe commemorat in suis sermonibus, Deum facere, vti illum patrem, qui filium, cui disponit hæreditatem relinquere, pro omni modica culpa sæpè alapis, atq; verberibus corrigit; cum verò discolum, & de cuius correctione desperat, quenquàm exheredare constituit, sinit agere quæcumq; lubent, nec oculos super eum leuat. ¶Cognita sit nobis sic. Per assidua flagella. ¶Tua dextera. Duplicem habet sensum, primum, vt cognoscamus, qui erunt in die iudicii ad tuam dextram collocandi, & qui non: nam qui pij sunt, & flagellis assiduis cæduntur; in ea collocabuntur: qui verò impij, & florere permittuntur, minimè, & sic intelligendo erit tropus Methonimia, iuxta secundum sensum. ¶Tua dextera. Idest filius tuus, qui sæpissimè dicitur dextera patris, sic per flagella attritus nobis cognitus sit, ac in exemplum patientiæ præpositus, & huic intellectui concinnius sequentia copulantur. ¶Quàm infirmam fieri. Nam homo factus est. Humanarumq; infirmitatum particeps quin & nostras infirmitates (vt dixit Esaias propheta) ipse portauit, & ægrotationes nostras ipse tulit: adeò vt Deus posuerit super eum iniquitates omnium nostrum. ¶Atq; teri. Pro atteri, in passione. ¶Quiq;. Mutauit genus eodem remanente significato; nam is est filius, qui per dexteram significabatur. ¶Fuerat charus. Adeò vt nihil charius: nec tamen destitit propterea esse charus, quinimò factus est charior: sed loquitur humano more, nobis enim videtur ille charus esse principi, dum ab omni iniuria defenditur, quòd si ab ipso principe contumeliis exponatur, minimè illi charus, sed potius exosus esse creditur à nobis. ¶Super cunctos. Vnde & alius dixit propheta in persona Christi, O vos omnes, qui transitis per viam, attendite; & videte, si est dolor, similis dolori meo. ¶Dira flagella tulit. Lege Euangelia. ¶Eos. Apostolos intelligit, & sequaces eorum martyres, qui & flagellis cæsi, & durissimis fuere tormentis attriti. ¶Vt sapidi fierent. Exquisito dedita opera vsus est vocabulo, quia sal à Domino sunt vocati, idest verè sapientes, & non quales illi, de quibus (ait Apostolus) quòd dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt; nam quæ sapientia est eorum, quæ ab hominibus laudatur, & à Deo reprobatur? atq; pro stultitia reputatur? nam quæ sapientia fuit eorum, quorum nomina in terris celebrantur, animæ vero in inferno cruciantur. ¶Pia lumina. Compassionis, & misericordiæ dulcem aspectum. ¶Ab istis. Qui flagellis atteruntur assiduis. ¶Ne deficiant. Ex grauitate tormentorum, deficerent quidem si de se præsumerent propriis viribus confisi. ¶Conuertere quæso o pater. Videbatur auersus Deus ab Ecclesia sua, quando sinebat honorabiliora ipsius membra tam fœdè à persequutoribus lacerari, cum tamen tunc magis, ac magis operaretur per cædes martyrum ipsius incrementa. orat ergo psaltes affectu paterno pro infirmis, vt conuertatur ad illos Deus, ne deficiant, aut extinguendo incendium persecutionis, aut uires patientibus suggerendo, quo victores euadant ad palmam. ¶Tractabilis, atq; precabilis esto. Passiuè intellige. sinito te tractari, atq; precibus exorari, hoc factum est sæpè interfectis à Domino persecutionum autoribus. ¶Orto sole nouo. Dupliciter intelliguntur hi versus primo de cessatione persecutionis vniuersalis, quæ facta est tèpore magni Constantini Augusti, qui ad Christum cum proceribus palacij à Beato Syluestro conuersus in die sui baptismi, pacem dedit Ecclesiæ, tunc enim post longissimam tempestatè, visus est nouus sol oriri fidelibus in naui Ecclesiæ nauigantibus per hoc mare mundi procellosissimum, secundo de vniuersali resurrectione iustorum, qui fulgebunt omnes in conspectu Domini sicut sol: verùm multò lucidior ipse sol iustitiæ Christus Deus noster in medio sanctorum apparebit, & hic est aptior sensus his, quæ dicta sunt, & quæ iam dicentur. est autem quædã tacita consolatio prophetæ ostensa mœrenti sanctorum agone durissimo, vt scilicet uisa ineffabili gloria, quæ illis per passionem apparabatur, sua tristitia, & vanis quodammodo querellis, nullum præstaret impedimentum tanto eorum profectui. quin & ipsis patientibus est tacita exhortatio, ut uiriliter agant, scientes, quia non sunt condignæ passiones huius sæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in illis. ¶Sarcinula abiecta. Mortalitatis huius. ¶Tum. In die resurrectionis: quando mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionem. ¶Pietate noua. Idest stola secunda, qua mutata, & renouata caro induetur per solam Dei misericordiam. ¶Matutina. Idest optima, quia nullo amplius uespere claudetur. ¶Lætitia noua. Pro salute, & uita æterna corporis recuperata; nam si modò lætantur sancti pro sola glorificata anima duplicabitur tunc lætitia ex noua corporis glorificatione adepta. ¶Exultabimus, in te ibi. Quod est infrà. quia promissum nobis est, quod ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. ¶Delectabimur pace. Quod est infra. ¶His uera nostris diebus. Qui neq; mali sunt ut præsentis uitæ, neque transitorij: sed quibus æternis absq; ulla noctium successione fruemur. ¶Illo tempore. Persecutionum. Loquitur autem propheta in persona beatorum & tam quàm

Esa. 53.
E
Tren. 1.
Matth. 5.
Rom. 1.
Matt. 15.
F
2. Mach.
Rom. 8.
1. Co. 15.
Matt. 24.

Cognita sic nobis fiat tua dextera, quartum
Infirmam fieri passus es, atq; teri?
Quiq; super cunctos fuerat tibi charus, & idem
Ipse super cunctos dira flagella tulit:
Agnoscamus eos etiam, quos sæpè flagella,
Vt sapidi fierent, erudiere tua.
Quò tamen vsq; Deus pia lumina vertis ab istis,
Hostibus in medijs qui mala tanta ferunt?

Ah ne deficiant (tandem conuertere quæso
O pater) innumeris pectora quassa malis.
Mitis vt es, tractabilis, atq; precabilis esto,
Desuper hos sanctos, pignora chara, tuos.
Orto sole nouo secum replebimur omnes
Sarcinula abiecta, tùm pietate noua.
Matutina in nos tua missericordia dulcis
Lætitia explebit pectora nostra noua.
Exultabimus in te, delectabimur omnes
His vera nostris pace diebus ibi,
Aspera quæ tristi sumus illo tempore passi,
Nunc hylares factos iam meminisse iuuat.

quàm unus ex illis eorum existens medio. ¶ Iuuat. Videtur esse tempus præsens pro futuro positum; idest iuuabit: sed si quis attendat ad uisionem prophetę stat propriè: iam enim uidebar in ipsum sese, & illos in ea beata pace. ¶ Heu miseri. Nunc quodammodo redit, unde fuerat per extasim raptus uates ui. ¶ Subeunt tempora læta malis. In sæculo quidam epulantur, & gaudent, dum permittitur, & in puncto rapiuntur ad infernum. hi faciunt solemnitatem ante vigiliam: his subeunt acerba bonis. quidam affliguntur ad multós annos. deinde portantur ab Angelis ad æternam requiem, his vigilia fit ante festum, & his subeũt læta malis. ¶ Procellis. Idest impetu persecutionum. permanet adhuc in ea metaphora, qua dicitur. Nauiculam Petri interdum fluctuare, numquàm tamen esse mergendam .i. ecclesiam Christi interdum vi persecutionum uexari. non tamen omnino pessundari posse. ¶ Lumina fige. Idest miserere, sustenta adiuua illos in agone. Libera illos, ne obruantur à malorum cumulis. ¶ Nam licet miseri. Supple sint. ꝙ est infra, & hoc attenta vulgi sæcularis opinione, qui dum in calamitatibus iacentes putantur miseri.

Pro quibus heù miseri tot acerba diebus in illis
Sustilimus, subeunt tempora lęta malis.
Dum tamẽ his versantur adhûc, subsuntq; procellis
Tu Deus in seruos lumina fige tuos.
Namq; licet miseri, manuum figmenta tuarum
Sunt tamen: ergo tuum respice fictor opus.
Dirige tu gressus per deuia quæq; vagantes,
Dirige; & hanc prolem, quam genuere tibi.
Candida lux, splendorq́; tuus, nos deniq; lustret,
Assiduus foueat, pectora nostra regat.
Vt nostræ quæcumq, manus operantur, ab alto
Lumine recta vehant nos super astra poli.
Dirige nos, & opus nostrum tu rector olympi,
Daq́; manum manibus: nos & ad alta trahe.

Verè tamen beati sunt nunc in spe, & tandem in re. Beati lugentes (inquit Dominus,) & alibi. Beati estis cum maledixerint uobis, & persecuti fuerint. &c. ¶ Manuum figmenta. A figulo uidetur esse deductum, qui operatur in luto. nos enim lutea uasa portamus .i. corpora terrena. ¶ Fictor opus. Etenim unusquisq; ad opus, quod ipsè fecit quandam affectionem habet, ut quàmdiutissimè seruetur, si fieri commodè possit. ¶ Per deuia. Viciorum, & voluptatum, quæ à mãdatis Dei faciunt hominem declinare. ¶ Hanc prolem. Spiritualem, & Christianam, ex quib' & nos sumus, & qui fuerint post nos. ¶ Genuere. Nõ carnaliter modo, sed magis spiritualiter, de quibus ait Ioannes in principio sui Euang. qui nõ ex sanguinibus, neq. ex uolũtate carnis, neq; ex uoluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Apostolus, in uerbo Christi ego uos genui: in figura huius generationis. Virgo Maria de Spiritu Sancto concepit. sic & modò ecclesia. ¶ Candida lux. Quæ est ueritas doctrinæ, & lumen intellectus. ¶ Splendorque tuus. Hoc est uerbum Dei, filius Dei, qui est splendor patris. ¶ Lustret. Interiori lumine Spiritus Sancti. ¶ Foueat. Eiusdem Spiritus Sancti calore. ¶ Regat. Ne propter fomitem, qui in nos .i. in carne nostra quotidianam pronitatem ad malum subministrat, relicta semita mandatorum Dei per abrupta uitiorum deuiando præcipitemur. ¶ Recta. Vt ea intentione fiant, qua glorificetur Deus; non ut nostram gloriam nos inde quæremus: iuxta illud euangelicum. Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. ¶ Dirige nos. Per uiam mandatorum tuorum, ne uelut ouis aberrans pereamus. ¶ Et opus nostrum. In singulari dicit propter charitatem, quæ omnia opera nostra in unum conglutinat opus perfectum. Amen. — Math. 5. / B / 1.Cor.4. / Math. 5.

AT, quoniam est utens hominum. &c. Dictum fuit in præcedenti psalmo uitam bonorum multis afflictionibus expositam: rationem hui' rei unam hic subiungit cum admonitione, ad quem sit recurrendum pro felici exitu tribulationis. Dicit igitur uitam hominis esse quandam tentationem, & examinationem fidei, atque amoris erga Deum sub imagine sæcularis militiæ: in qua imperator experimento cognoscit fortitudinem, fidem, atque amorem militum erga se, & rempublicam: nam qui se se ultrò pugnæ offerunt, nec damna rerum, aut corporis uulnera, neque ipsam mortem pro defensione reipublicæ ferre recusant, & audacter, atque fortissimè confligunt; hos carissimos, ac probatissimos habet imperator: qui uerò transfugiunt ad castra hostium, aut metu terga uertunt, tamquàm abiectos, inutiles, ac infidos ab exercitu amoueri iubet, pœnisq; legitimis affici. Sic in militia Christiana, qui acriter resistentes perseuerant in fide, & deuotione, coronam à Domino præstollantur; qui uerò inertes facilè tentationibus cedunt, abiciantur in tenebras exteriores. Verùm ne quis a uiribus suis ... stare posse, coronamq; mereri, ostendit eos esse ... hostes, qui in adiutorio Domini quotidie permanserint. Dicit igitur quasi dicta dicendis annectendo. ¶ At quoniam. &c. Hæc sententia habetur etiàm in Iob, sub duplici interpretatione, & hic utramque secuti sumus. ¶ Militięq; Typus. Idest figura. distat .n. Typus sine aspiratione, à Typho cum aspiratione; quæ dictio sæpè à Diuo Augustino ponitur pro tumido quodam superbiæ supercilio. ¶ Arida. Scilicet uita hominis, quia caro nostra ex terra est quæ alio nomine arida uocata est. Cæterum hic arida appellatur, quia concupiscentiarũ æstu continuè arescit, nisi aquis Spiritus Sancti assiduè irrigetur. ¶ Pulsa. Non effugata, sed impulsa, atque concussa à tentatore, uel à uehementia tentationis. ¶ Tegi. Idest protegi, aphæresis est. ¶ Sequi pro assequi. ¶ Ab arce. Super qua sibi uidebatur esse locato. ¶ Cadet. Propter temerariam sui fiduciam, quæ mala species est superbiæ. ¶ Quicunq; habitat. Ingressus in psalmum. ¶ Cęlestia castra. Præsentis ecclesiæ. ¶ Protrahit. Idest longè trahit. ¶ Aut fastu. Idest superbia, quæ ex temeraria sui fiducia exori-

C

ODE LXXXX. EX PSALMO LXXXX.

Qui habitat.

AT, quoniam est vrens hominũ tentatio quædã
Vita super terram, militiæq; typis,
Arida largifluo mananti cœlitus imbre
Indiget; atque Dei pulsa fauore tegi:
Nemo suis igitur confidat viribus: et se
Præsumat fortem prælia posse sequi.
Mox etenim quicumq; Dei sine numine pugnam
Aggressus fuerit, victus ab vrce cadet.
At, quicumq; habitat cœlestia castra; nec inde
Protrahit, aut fastu, blãnditijs vè pedem.
Omnino securus in auxiliatibus armis
Adiutoris erit, semper & absque metu.

D sia exoritur. ¶Blanditijs, Idest lenocinijs mali serpentis. Vt Euæ, uel alicuius ex membris eius, puta mulieris,
Gen. 3. ut Adã, aut etiã sensualis propriæ uoluptatis. ¶Auxiliaribus armis, Virtutum à Deo in auxilium nobis concessa-
Eph. 6. rum, quæ, & Paulus induere, nos docet : ut scilicet simus calceati ocreis præparationis euangelij pacis, succinti
Eph. 6. lumbos castitate, accinti gladio ex vtraq; parte acuto, quod est verbum Dei penetrabilius omni gladio ancipiti,
& induti loricam iustitiæ, in omnibus autem sumentes scutum fidei, in quo possimus omnia tela nequissimi ignea
refringere, & galeam salutis assumamus, quæ est charitas, hæc sunt arma spiritualis militiæ, quibus armatur, mi-
Psal. 117 les Christi. ¶Et absq; metu. Iuxta illud. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. ¶Cœli
Deus. Sed & terræ, dicitur autem magis cœli, vt ostendatur supereminere, & omnia videre. ¶Et infestos. Quosli-
bet hostes: præcipuè vero aereas potestates. ¶Gratus. De adiutorio accepto. ¶Is. Quem Deus auxiliaribus armis adiuuit. ¶Diffugiumq; meũ. Idest refugium. mutata præpositione ex metrica necessitate. ¶Salutem. Sed quomodo? supple dicendo. ¶Est Deus ipse &c. ¶Venantes. Diaboli, & membra eius, qui quotidie circumquaque laqueos nobis tendunt : in prosperis, vt desuamus à voluptatibus deliniti : in aduersis, vt decidamus fracti desperatione. ¶Technis. Fraudibus, ac dolis, est enim techna quæuis dolosa machinatio ad aliquem decipiendum composita. ¶Liber abibo canens. Morem volucrum de cauea exeuntium expressit, mox enim ut vacuũ aerem liberæ arripuerunt, dant cantus præ lætitia, quòd carcerem euaserunt. ¶Queis. Pro quibus, scilicet uerbis, quod est infrà ; relatiuum enim in versu interdum præponitur antecedenti, uerùm in ordine constructionis, & sensus semper
E postponitur. ¶Animi. Etiam iustorum, quia primis motibus difficillimè resistitur. ¶Procul faciet. Cohibendo insolentiam turbulentorũ hominum. ¶Auertet : Ne arrogentur, aut inferantur. ¶Vires dando. Fortitudinem animi, sicut dedit sanctis martyribus. ¶Vt Mihi, sicq; tibi faciet. Vertitur hic sermo ad lectorem, seu auditorem : vt & ipse instruatur. ¶Sub scapulis. Idest sub alis. translatio sumpta à pullis paruis, qui à maioribus eo modo proteguntur ab incursibus rapacium volucrum. Item & à viatoribus fatigatis, qui interdum sub arboribus quiescentes hinc inde à ramis prominentibus proteguntur ab æstu solis. ¶Vt alitis alis. Generaliter omnis, vel melius, gallinæ crocitantis, vt sit genus pro specie, est autem allusio ad id. quod
Matt. 23. dixit Dominus in Euangelio. Quoties uolui congregare filios tuos, quem admodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. ¶Ab hoste. Miluo, per quem Diabolus significatur : quadam similitudine circungirationis, atq; rapinæ. ¶Septemplex. Propter vniuersitatem, quæ septenario numero comprehenditur.

Proteget hunc cœli Deus excelsissimus omni
Tempore : & infestos coget abesse procul.
Gratus is vnde canet Domino : Susceptor, & acer
Defensor meus es : diffugiumq; meum.
Discite mortales ex me sperare salutem.
Est Deus ipse meus ; spes mea ; firma salus.
Nam licet insidias dextra, leuaq; parantur
Venantes laqueo, nexilibusq; plagis.
Me tamen inde Deus resolutis vndiq; technis
Eruet : vnde statim liber abibo canens.
Aspera, queis animi plerúmq; mouentur ad iram,
Turbanturq; nimis, verba procul faciet.
Dura vel auertet mihi iurgia, verbera, cædem ;
Suggeret aut vires : vt patienter agam.
Vt mihi, sicq; tibi faciet, quicumq; laboras,
Non tibi, sed tota mente placere Deo.

Item & propter septem dona Spiritussancti contraria vij. vitiis capitalibus, in quibus omnis fortitudo aduersarij consistit. ¶Veridicum lumen. Idest. Veritatis lumen, quo mediate fide corda hominum illustrantur, ad cognoscendas, & euincendas tentationes. ¶Lucidiusq; vitro. Quod à radijs solaribus penetratur, sic & scutum veritatis multò magis fit peruium radiis solis iustitiæ, qui est Christus Iesus. ¶Qui occurrit nocte timo-
Psal. 13. rem. Ne sit de illis, de quibus alibi dicitur. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor, uel de his tentationibus loquitur, quæ nos timore alicuius mali fatigant, nisi, quod tentatio nobis
F suggerit, efficeremus, hac tentatione motus fuit Petrus ad negandum Dominum ; Discipuli ad fugiendum, ac deserendum, quo cum promiserant in carcerem & in mortem ire, hac pectus præsidis tentatione à iustitia declinauit, vel intellige, vt infrà in textu, quoniam se ipsum exponit. ¶Subitum. Quia subiti metus improuisi casus mentes etiã fortium conturbant. ¶Leuis. Idest non talis, qui debeat cadere in constantem virum. ¶Neue sagitta repentè volans. Idest aliquis fortuitus casus, qui nobis, aut nostris improuisus aduenerit, per quem tentemur ad blasfeman-
1. Reg. 30 dum Deum, aut ad desperationem : quæ res contigit Dauid, & socijs, quando regressi à castris Phylistinorum inuenerunt exustam urbem Siceleg, & vxores cum paruulis captiuas esse ductas ab Amalechitis. ¶Cuspide lethifera. Vulnere peccati mortalis, quo infertur læthũ animæ, & plerumq; corpori per desperationem, vt etiam in
Act. 16. actis Apostolorum legimus penè euenisse cuidam custodi carceris, qui terremotu facto, experrectus cum uidisset omnia carceris hostia aperta, existimans uinctos euasisse, euaginato gladio penè se interemit. ¶Negocia. Inter quæ multa inuoluuntur peccata, doli, periuria, usuræ, mutuæ defraudationes, & rerum expoliationes, calumniæ, damna, & multa talia, quæ omnia nimis longum esset enumerare, unde & dicitur, raro inter emptorem, & uendentem non interuenire peccatum, quanto magis in alijs contractibus, & iudiciis. ¶Tenebris nigris. Mendaciorum scilicet, sine quibus uix ulla fiunt, aut contrahuntur negocia. ¶Demonis incursus. Quales euenerunt
Job. 4. sancto Iob. cui in eadem die omnem substantiam, & filios abstulit : deinde, & plaga pessima percussit eum à planta pedis

Sub scapulis protectus eris, ceu fessus in vmbra,
Cum sol in medio feruidus orbe micat.
Sub pennis eius sperabis, vt Alitis alis
Sub matris pullus tutus ab hoste latet.
Te quoq; septemplex circundabit vndiq; scutum,
Veridicum lumen, Lucidiusq; vitro.
Vnde videre queas, qui occurrit nocte, timorem :
Ne metuas subitum, sit licet ille leuis.
Neue sagittã repentè volans in luce diurna
Transigat incautum cuspide lethifera.
Vt possis etiam penetrare negocia certo
Intuitu ; & tenebris peruia quæq; nigris.

A

ra pedis vsq; ad uerticem, hos incursus etiam pertulit Dauid per Absolon filium, quando facta ualida coniuratione populi coactus est fugere pedibus nudis ab Hierusalem, hos incursus passus est Dominus noster Iesus Chr. tempore passionis suæ, & Ecclesia fidelium in persecutionibus à Iudæis, & Gentilibus; quando martyres ubiq; cædebantur tamquàm oues ad macellum deductæ. ¶ Vmbone. Media clypei curuatura, & est eminentior, duriorq; tatius clipei pars, qua etiam ualidissimi repelluntur ictus, per hanc itaq; patientiam summam Domini nostri Iesu Christi possumus intelligere, cuius exemplo omnia mala redduntur tollerabilia. ¶ Meridieq; palàm. Manifestam indicant aduersarij oppugnationem. Quis capit hæc! Q.d. Rarus, & ingenio excellenti præditus, & quia nodus interuenit indignè dignus, idest difficilis intellectu locus, conuenienter fit inuocatio musæ. ¶ Theocharis. Nomen musæ nostræ spiritualis: Significat autem Dei gratiam, qua fœliciter reuelantur abscondita, & oblita reducuntur ad memoriam. ¶ Tecta. Sub his inuolucris, timoris nocturni, sagittæ uolantis in die, negocii perambulantis in tenebris, atq; incursus demonij meridiani, declarantur igitur hæc omnia iuxta diui Augustini doctrinam, & ita planè, ut nulla alia indigeat expositione. ¶ Ignarum inanem. Idest Ignorantem simplicem nimis, intellectuq; penè carentem, quales sunt multi paruuli sensu, & infirmi robore in Ecclesia, qui modica quauis re scandalum patiuntur, de quibus dicitur: uæ qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt. ¶ Si uideatur. Ab interiori oculo intellectus, Idest si intelligatur, atq; dignoscatur. ¶ Abit. Quia cognito peccato, ad quod inducebat illa tentatio, cauet ille pusillus, atq; infirmus, ut puta, in aspectu mulieris impudicæ, nesciens quispiam rudis adolescentulus, aut simplex rusticus absconditos ibi laqueos esse, quibus ad libidinem protrahatur: si fuerit admonitus, ut auertat oculos suos, ne uideant uanitatem, moxq; oculis aliò uersis euadit tentationem, sic & in aliis casibus innumeris. ¶ Cognita. Pone exemplum in adultero, quem iamdudum pœnituit, & tamen adhùc ex aspectu adulteræ, aut alicuius commoditatis oblatæ irritatur ad uomitum: potes etiam ponere exemplum, in sancto illo Iosepho, cui domina amplexo dicebat, dormi mecum. ¶ Tenebrosa negotia. In quibus palliantur usuræ, doli, & fraudulentiæ, aut sub specie alicuius boni malum persuadetur; aut mendacio, periurione aduersarii tegitur peccatum, quod intus latet, ut in his apostatis Luterannis, qui persuadent simplicioribus sanctimonialibus, non esse peccatum illis nubere, filios procreare, crescere & multiplicari. quia Deus ab initio hoc mandauit, adeoq; sunt illis infesti, donec ad peccandum impulerint, quo perpetrato, reas urgente conscientia se esse cognoscunt: idem de fractione ieiuniorum, & esu carnium in Quadragesima faciunt. ¶ Horrida tempestas. Persecutionis, aut manifestæ violentiæ, ve putà, instar hostis armatus, aut princeps superbus quispiam, cui non possis resistere; uel ab eo fugere, nisi mihi consenseris? nisi prodideris? nisi adoraueris idola? damna rerum tormenta, & mors ipsa tibi iminent: ut euenit tribus illis pueris, qui missi sunt in caminum ignis, & vij. fratribus Machabeis, & cunctis martyribus Christi. ¶ Ah quales. Viros doctos intellige, & diuinæ legis prudentes: sunt autem illæ stellæ quæ dicuntur cadere de cœlo. ¶ Homones. Ignaro dedita opera vsi sumus vocabulo, vt demonstraretur in talibus adimpletum esse illud adagium euangelicum de sale infatuato, quod ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. ¶ Qui uirtute sua. Cōtra illud, sine me nihil potestis facere, hi sunt temerarii, atque præsumptuosi, qui cum possent fugere de ciuitate in aliam iuxta monita Domini, per humanam præsumptionem se se ultrò inconsideratè certamini periculosissimo obiiciūt, proprias uires minimè metientes. ¶ Manuelides. Idest fortes, qualis extitit Samson Manuelæi filius: hoc autem patronimicum habet penultimam longam, deductum. A Manuelæo sicut à Tesço Telides: à Peleo Pelides, sic & à Manuelæo, Manuelides. ¶ Iesseos. Pro patronimico possessiuum positum est, ac si essent iusti, ac sancti, qualis fuit Dauid Iesse filius. ¶ Salomones. Appellatiuè. i. sapientes, ut Salomon. ¶ Qui iustos. &c. Expositio est: mos est. n. vatum, ut cum aliquid paulò obscurius dixerint, expositionem mox subiiciant. ¶ A latere. Hic redit ad uerba psalmi, quæ simplicem, & planum habent unum sensum, & alterum ualde latentem. Est itaq; primus sensus, videbis mille temtationes dæmoniacas à latere tuo, & subauditur sinistro cadere. f. frustra, quia non moueberis illis ad peccandum: item & à dexteris tuis decem alia milia. i. multò plures, quia tempore prosperitatis, quæ per dextram significatur, multò pluribus tentationibus uexamur; allicimur, & ad peccandum quasi manuducimur, quàm tempore aduersitatis, per latus sinistrum denotatæ. Alter sensus abditus est, ut propter impetum huius ultimæ tentationis usurus sit Dominus noster Iesus Christus aliquos fideles cadere ex his, qui se sessuros existimabant ad latus eius, cum ad iudicandum uenerit: quibus dictum est, cum sederit filius hominis super sedem maiestatis suæ. sedebitis & uos super sedes aij. iudicantes aij. tribus Israel: & ii sunt, qui relictis oībus, & sæculo sequuntur Dominū, & alios sed & aliàs multò plures casuros esse ex his, qui in iudicio à dextris eius futura

Dæmonis incursus pellesq; vmbone furentis
 Impete terribili, meridieq; palàm.
Quis capit hæc? Tu musa Theocharis ista reuella,
 Abdita sunt etenim, tectaq; luce carent.
Cum leuis ignarum tentatio turbat inanem,
 Nocturnus timor est: si videatur abit.
Cum leuis infirmum tentatio cognita uexat;
 Dicitur hæc, clara luce sagitta volans.
Durius incautum tenebrosa negocia tentant:
 Opprimerentq; nisi luce retecta forent.
Horrida tempestas siquando pectora quassat:
 Vndiq; tunc Dæmon meridianus adest.

Ah quales, quantosq; ferox prosternet homones;
 Qui virtute sua vincere posse putant.
Qui Manuelides, Iesseos; & Salomones,
 Qui iustos, fortes, se sciolosq; tenent.
A latere ecce tuo prosterni mille videbis,
 A dexterisq; tuis millia dena cadent,
Te tamen innixum Domino, cui fixus adheres,
 Nec petere audebit, proximus aut fieri:
Rem tamen admirans tacitus mirabere tecum.
 Qui recidant fortes, qui maneant stabiles.
Prospicies, quæ nam maneat retributio sontes,
 Quasúe luant pœnas, horribilesq; rei.

2. Reg. 15 & 16.
Matt. 12.
Psal. 118.
B
Gen. 39
Gen. 8.
Dan. 3.
Mach. 7.
Apoc. 6.
Math. 5.
Marc. 9.
C

credebantur

D credebantur ; eo quòd fecerint opera misericordiæ in alios : sed miseri animæ suæ non sunt miserti . Iuxta illud,
misericordiæ animæ tuæ placens deo; & qui vult facere ordinatè charitatem,à se ipso dēbet incipere, nec enim
Eccle. 30. res nostras magis,quàm nos requirit Deus,sed potius nos,deinde nostra propter nos diligit. ¶ Te tamen. Fide-
lem quemuis alloquitur, qui totam spem in Domino Deo posuerit, & omnem fiduciam, & cogitatum suum in
Gal. 2. Domino iactauerit,ab eo,ut enutriatur; quemadmodum si infantulus in sinum parentis se se coniecerit. ¶ Fixus
adheres. Sic & Apostolus,Christo confixus sum cruci. ¶ Nec petere. ¶ Pro impetere, quia Dominus uallauit
Iob. 1. eum,ac domum eius ; sicut,& beato Iob antèquam data esset facultas sathanæ illum impetendi. ¶ Qui recidant,
In manus Diaboli per peccatum actuale, à quo prius fuerant detenti per originale peccatum : sed inde exierant
suscepto baptismo; aut etiam per recidiuum,si quando uerè,& ex corde pęniruerint alicuius grauis admissi à mi-
misericorde Domino illustrati . Sed postmodùm propria socordia, uel ingratitudine antè habitæ ueniæ, aut ni-
mia præsumptione suarum uirium iterum per recidiuum in pristina,uel grauiora peccata sunt relapsi. ¶ Fortes.
Sicuti se se existimabant ex propria temeritate. ¶ Stabiles. Sub Diuina protectione per humilitatem . ¶ Prospi-
cies. Longè antè præuidebis etiam eo tempore,quo florere uidentur in hoc sœculo. ¶ Sontes. Peccatores obsti-
natos in malum. ¶ Luant. Pro luituri sunt,uidetur esse positum : nam dum florent in sœculo, non existimantur
pati ullum malum,sed potius alijs inferre : fruuntur enim mundo. Verùm quia (vt docet Augustin') omnis ma-
lus,& si non aliud, seipsum tamen patitur malum : iccircò dicamus propriè uerbum stare, exquo intrasemetip-
sum à propria synderesi torquetur ; nam plerùmque duplici contritione tales conteruntur . ¶ Horribiles. Ex con-
tinua scelerum memoria : ¶ Rei, Quia se iudice nemo nocens absoluitur. ¶ Tunc. Habita tali consideratione.

Tunc oculos tollens clamabis ad æthera mecum,
 Stem firmus,quoniam spes mea tu Deus es.
Quàm celso,firmoq; loco positum stat Asyllum,
 Confugium summa cernimus arce tuum.
Iam non accedent ad se mala : proxima fient
 Nulla tabernaclo torta flagella tuo.
Nam Deus aligeris de te mandauit ab alto,
 Vt tibi sint vigiles omnibus inque vijs.
Teq; suis manibus tollent; ne fortè per aspra,
 Lubricus offendat pes tuus ad lapidem:
Quinetiam tutus tendes super Aspida surdum
 Obturantem aures,ne capiatur iners.
Luridus ignito Basiliscus lumine, plantis
 Se dabit innocuum, subijcetq; tuis.

¶ Oculos. Potius cordis,quàm frontis,uel etiam
utrosque, nam per exteriora indicantur interio-
ra. ¶ Stem firmus, In uia mandatorum Dei.
non declinando à dexteris,uel à sinistris,per gra
tiam Dei mihi semper assistentem. ¶ Quàm cel-
so, firmoq; loco. Quippe in cœlo, non in terra;
tametsi in altis montibus;nam & ad eos accedit
tentator. ¶ Asyllum. Arx refugij, de qua dictio-
ne satis dictum est supra. ¶ Confugium. Ad qđ
E unà omnes confugimur, cum uexamur. ¶ Cel-
sa arce. Olympiaca. ¶ Mala. Culpæ, quæ uerè
sunt mala, cœtera uerò, quibus flagellamur, ut
erudiamur,non mala,sed pœnæ malorum.i.pec-
catorum sunt,& attenta ueritate, atq; corrigen-
tis patris intentione, potius sunt appellanda bo-
na,quàm mala. ¶ Nulla flagella. Quæ,s. te ad
blasphemiam prouocent, uel ad desperationem
impellant, aut de æternis intellige:quibus in in-
ferno etiam post resurrectionem impij torquæ-
bantur, alioquin quomodo uerum erit, quòd
flagellet Deus omnem filium, quem recipit?

Heb. 12. ¶ Tabernaclo tuo. Domui præsentis habitationis,quæ icciteò tabernaculum uocatur, quia in continua militia
degimus ut supra dictum est,nec.n. habemus ciuitatem manentem : sed futuram inquirimus, & rursus taberna-
Heb. 13. culo tuo.i. corpori,quod animæ tabernaculum,& quasi carcer est; superior expositio, quò ad reales, & pecunia-
rias castigationes,inferior autem quò ad personalia flagella. ¶ Aligeris. Idest Angelis, allusio fit ad picturam,
Heb. 1. quia celerrimi sunt ministri,propter nos(ut dicit Apostolus)in ministerium missi . Iccireò pinguntur allati . Sunt
Mat. 18. autem ij,de quibus in Euangelio Dominus ait. Amen dico uobis, quia Angeli eorum semper uident faciem pa-
tris mei,qui in cœlis est; super quibus uerbis dicit Hieronymus, inde nos debere conijcere; quantæ curæ Deo sit
homo : quando unicuique nostrum tutellarem dedit Angelum: qui & à dęmonum uiolentia nos tueatur,à repe-
tinis casibus nos custodiat, uiam uirtutis suggerat,& à uitijs doceat abstinere. ¶ Omnibus inque uijs. Actionum
humanarum,in quibus persępè uitium,uirtutem se esse mentitur,& laquei deceptionum circumquaque tendun-
tur,quos pręcauere,nisi interius monstrante Angelo nesciremus. ¶ Teque suis manibus tollent. Ex superioribus
uersiculis, & ex istis colligit diuus Hieronymus hunc psalmum non de Domino nostro Iesu Christo decantatum
esse,eo quod indiguerit eorum custodia,sed potius Angeli sua protectione continua indigent. Quamobrem mo-
F net nos,ne Dæmonem interpretem scripturarum quouis pacto sequamur, perpèram .n. & fraudulenter ad deci-
piendas animas suam adhibet interpretationem. Scimus enim omnes ijs uerbis usum fuisse contra D. N. I. Chri.
ad corroborandam suggestionem suam de pinnaculi pręcipitio. Verùm. quia Augustinus,& aliqui alij Doctores,
& nos etiam supra aliqua huius psalmi ad ipsum Dominum pertinere monstrauimus; possumus dicere, ea, quæ
ad caput non possunt referri,ad membra corporis eius esse referenda, & sic utraque sententia uera est. ¶ Ne for-
te per aspra, Pro aspera,syncopa est,& Virgil. hac eadem dictione usus est. ¶ Lubricus pes. Et ad literam, & mo-
raliter, hoc est intelligendum, quia ab Angelis custodimur in casibus improuisis,ne corporaliter lædamur, uel
minus offendamur iuxta diuinam dispositionem ordinatissimam. Sed magis quò ad animam, ne pes noster lu-
bricus, idest affectus, qui de facili propter incertas labitur suspitiones. ¶ Offendat. Idest peccet,vel saltem scan-
Eph. 2. dalizetur. ¶ Ad lapidem. Idest ad Christum, de quo apostoli dixerunt, quòd fuit lapis angularis,& preciosus,in
1. Pet. 2. quem quisquis crediderit, non confundetur, & idem est lapis scandali, & petra offensionis, sicut extitit multis
Exod. 2. ex Iudæis & Gentilibus, qui noluerunt in eum credere, item ad lapidem, ad legem decalogi quæ in lapideis ta-
bulis digito Domini descripta fuit, erit ergo sensus,Dominus mandauit Angelis suis, ut custodiant te, qui pote-
state magna te tuebuntur ab infidelitate, & adiuuabunt ad obseruationem diuinorum præceptorum. ¶ Super
Aspida surdum. Hic subijciuntur aliqua nomina Serpentum, & Leonis conuenientia secundum aliquas proprie-
tates Diabolo, quæ licet sint horribilia, verùmtamen non poterunt nocere illi, qui datus fuerit à Domino Deo
in custodia Angelorum, quia refrenabunt eorum uiolentiam, nec permittent appropriare illi : primum itaq;
nomen est Aspidis surdę, cui Diabolus in hoc est conformis, quia non potest ullis commonitionibus ad sanam

mentem

mentem redire, quibus omnibus se surdum exhibet, & quia nullis precibus hominum, aut gemitibus ab eorum noxiis tentationibus potest auerti, se semper surdum illis præstando, quemadmodum aspis nullis incantationum verbis potest incantari, quia illis omnibus aures suas obturat, sicut ait idem hic psaltes in alio psalmo. Sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas, ne exaudiat uocem incantatoris incantantis sapienter. ¶Obturantem aures. Dicitur terra alteram aurem obturare, & alteram cauda. ¶Loridus. Virulentus. ¶Basiliscus. Hic Serpentum Rex esse dicitur, qui solo terribili aspectu necat homines. sic & Diabolus deformitate sua ad laqueum, vel ad præcipitium, aut alioquouis modo desperatos ad necem informem impellit. ¶Leo. Hic aduertenda est illa regula expositionis scripturarum, esse aliqua nomina, quæ pro uarietate locorum interdum in bonam, & interdum in malam necesse est significationem capere, sicut, ignis, aqua, leo, serpens, & alia huiusmodi multa est enim ignis A Psal. 57.

Quiq; feras solo rugitu territat omnes,
Conculcanda tibi iam leo colla dabit,
Qui terras, & aquas corrumpit, vt aerea flatu;
Se tibi calcandum subiicietq; Draco.
Aspis auara tuas terra si compleat aures,
Ne penetrent ad cor viuida verba Dei.
Continuò latos cœli tu suscipe campos,
Sideraq; : & quàm sint hæc speciosa vide.
Regulus inuidia pupugit si corda Beati.
Fraternæ subeat mox charitatis amor.

quem uenit: Dominus mittere in terrã, & ignis tentationis, æternæq; gehennæ, est etiam aqua saliens in vitam æternam, & aquæ, quæ intrant vsq; ad animam, & in quibus homo interior plerumq; demergitur. Est & leo, qui vincit de tribu Iuda: & hic malus leo Diabolus, qui circuiens quærit quem deuoret, sic & serpens malus, atq; tortuosus, à quo primi parentes fuere decepti, & in bonam partem. Estote prudentes, vt serpentes, & simplices, vt columbæ, hic ergo de malo leone, & serpente, seu dracone intelligendum est. Leo itaq; ferus, & rugiens, atq; superbus significat illum Diabolum meridianum, de quo supra dictum est. quia palàm infert aliquã asperrimam persecutionem, à qua Angeli sibi Matt. 10.

commendatos tutabuntur. ¶Draco. Etiam significat Diabolum pestiferis nocentiorem insidiis, quàm aperto Marte leo, hinc est, quòd à Dracone decepti fuere primi parentes, non sic Iob à sæuiente leone, in Ecclesia quoque pacis tempore à lenociniis voluptatum ex draconis suggestione plures incauti ueneno peccati inficiuntur, quàm aperta persecutione malorum à rugiente leone concitata, nihilominus etiam à dracone liberantur ab Angelis custodibus ii, de quibus mandauit Dominus. ¶Aspis auara. Quòd hominis est, attribuitur Dæmoni super auaritia homines tentanti. porrò subiungitur hic necessaria declaratio superiorum versuum, ne lectio foret inutilis, quid enim prodesset legisse aspidem surdam, basiliscum luridum, leonem rugientem, & draconem pestiferum Diabolum vocari? si nescirentur causæ, quibus etiam cognitis possunt discerni, atq; intelligi tentationes, atq; Deo adiuuante præcaueri. ¶Terrena. Idest terrenarum rerum cupiditate, est autem illo Mammon, de quo dicit Dominus. Non potestis Deo, & Mammonæ seruire, & alibi. Caeterum ab omni auaritia nam auaro nihil est scelestius, multi enim (vt ait Apostolus) auaritiam sectantes inciderunt in varias tentationes, & in laqueos Diaboli, quibus in interitum ducuntur. sigemus itaq; cordi, quòd ait Iob. Nudus de ventre matris meæ egressus sum: & nudus reuertar illuc. Sic & Apostolus, Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nihil inde auferre possumus. habentes victum, & quibus tegamur, iis contenti simus. ¶Ne penetrent ad cor. Nam diuitiæ, & voluptates (vt ait Dominus) suffocant verbum, quinimò deridentur ab auaris. Audiebant (inquit Euangelista) hæc omnia Pharisæi, qui erant auari: & deridebant eum. ¶Continuò latos, &c. Hoc est remedium contra huiusmodi tentationem, hinc & Gregorius ait. fratres, si verè diuites esse cupitis, ueras diuitias amate; si honorum estis cupidi, in illa cœlesti curia asscribi curate. ¶Hæc speciosa. Et etiam spatiosa. ¶Regulus. Is est, & Basiliscus, de quo supra, qui aptissimè protentatore inuidiæ ponitur, quoniam ex visione fœlicitatis alienæ mente concipitur, est autem hoc vitium secum ferens, & pœnam, iuxta illud, in nidus inuidia rumpitur ipse sua, & inuidia sicut in non inuenere Tyranni maius tormentum, hoc scelere domestica committuntur parricida, sicut patet in Abel per inuidiam à fratre Caim intercepto, sic & Ioseph inuidia à fratribus est venditus in Aegyptum. Inuidia Dominus noster Iesus Christus à Iudæis fuit traditus, & crucifixus. ¶Charitatis amor. Adsit charitas, & nemo Inuidet quia facit omnia esse communia propter vnius corporis mystici vnitatem: etenim sicut pedes non inuident manibus, nec aures oculis: sed sibi inuicem præstant mutua seruitia, sic & in fratribus, in quibus est charitas; vnusquisq; non sibi soli sapit; sed & aliis, non sibi soli prouidet: sed & aliis, non pro se solo laborat, sed & pro fratribus, remedium ergo optimum contra inuidiam est charitas. ¶Patiens. Cum cæteræ uirtutes magnæ sint; hæc, B Matt. 16. 1.Tim.6. Iob.1. 1.Tim.6.

Cum Leo terribilem te contra suscitat hostem,
Occurras patiens, mitis vt agnus ei.
Iurgia fac surdo iactet: res auferat omnes:
Verberibus scapulas; pectora subde neci.
Cum mala sortè draco specie virtutis inumbrat
Candida legiferi consule verba Dei.

pacientia maxima est, quæ in aduersis vnicum est refugium, & summopere necessaria, per quã trigesimus, sexagesimus, atq; centesimus fructus ex sato uerbo Dei nascitur, & per quam possidetur ab electis animæ, iuxta illud Domini, In patientia uestra possidebitis animas vestras. ¶Vt agnus. Sic & Christus tanquàm agnus, qui ducitur ad victimam occisus est, & patienter acerbissimam, ignominiosissimamq; mortem tulit. ¶Surdo iactet. Idest ac si surdus esses, non reddas conuicia pro conuiciis, neq; maledictum pro maledicto, sicut & Dominus, de quo ait Petrus, qui cum malediceretur, non maledicebat: & cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè. ¶Res auferat omnes. Tunc enim melius philosophaberis, & nudus cum nudo aptiùs luctaberis Diabolo, non habens, vnde retinearis. ¶Scapulas. Idest dorsum cuius superiora tenent scapulæ, sic & Dominus N. I. Chr. scapulas (inquit per prophetam) præbui uerberibus, & genas meas vellentibus, sic & Apostoli, de quibus scriptum est. Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. ¶Subde neci. Sic & Dominus ipse occisus est, & prophetæ, apostoli, & centena millia martyrũ cum paruulis innocentibus, qui omnes pro Christo interfecti ad meliorem uitam transmigrarunt, de quis dicit Apostolus. Quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ¶Specie virtut. Vicia quippè sæpissimè C Matt. 13. 1.Petr.2. Esa.50. Act.5. Rom.8.

D saepissimè se mentiuntur esse virtutes, adeò vt plerúmq; difficultatem ingerant parùm prudentibus. Sic Auaritia parsimoniam, prodigalitas liberalitatem, & saeuicia se simulat esse iustitiam, & remissio pietatem. ¶ Candida verba. Idest ueritatem Euangelij: nam in eo tamquàm in speculo veritas uirtutis à falsitate vicij dignoscetur.
Psal. 54. ¶ Contra hos incursus. Generaliter tentationum omnium, & praecipuè aduersae persecutionis. ¶ Iacias. Sic & alibi: iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet: nec dabit in aeternum fluctuationem iusto, & Aug.
Matt. 11. iacta te in Dominum (inquit,) non enim ita durus est, vt sese auferat, & te cadere permittat. ¶Dicit enim Do
Psal. 117 minus. Hoc in loco, & in Euang. venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego refi ciam uos. ¶Sperauerit. Et alibi, bonum est spe rare in Domino, quàm sperare in principibus, quis enim vnquàm sperauit in Domino, & fuit confusus? ¶Nomenq; meum. Fortè Saluatoris Iesu, uel patris Dei, ac Domini omnium, neq; enim puto hoc in loco de illo nomine, tetragam maton, uel Adonai, necesse esse intelligere, cum sufficiat scire, quòd est ipse Dominus & Deus noster. ¶Clypeo. Defensionis. ¶Alta manus. Morem ducum expressit eleuantium scutum ali cuius defensionis gratia, uel alta manus, idest excelsa Domini potestas. ¶Sibi metuens. A supradictis tentationibus propter humanam fragilitatem. Luteas quippè domos habitamus, terrenumq; habemus fundamentum, & ideò fragiles sumus, & continuo indigemus diuinae gratiae auxilio. ¶Aures illi inclinabo. Humani regis morem expressit, qui inclinat aures illi, quem liben ter audit, & intendit exaudire. ¶Torserit illum. Violenter à rectitudine vitae, quia improuisi casus etiam fortes animos aliquando excutiunt: vt Petrum, ac Marcellinum Papam, qui metu Christum negauerunt. sed mox aspi ciente eos Domino resipuerunt, ac reasumptis uiribus: iterum Christum & confessi sunt, atq; pro Christo mor tem etiam sustinuerunt. ¶ Vimq; animumq; dabo. Potest esse endiadis, idest uirilem animum, quo fortiter
Psal. 8. etiam tormenta cum morte deuincat. ¶Et palma. Martyrii scilicet. ¶Stola. Immortalitatis, & gloriae. ¶Sacra
E corona. Quae datur martyribus, de qua alibi. Gloria & honore coronasti eum Domine: & posuisti super caput eius coronam de lapide precioso, & hoc in signum participationis regni Christi: nam (vt ait Apostolus) si susti
2. Tim. 2. nuerimus, & conregnabimus. ¶Longa dies. Vt potè, quae nocte & fine carebit. ¶Quies. A curris, & operibus huius saeculi, alijsq; laboribus, ac tentationibus huius vitae, non tamen à segnicici rubigine con sumemur, vacabimus enim contemplationi, lau dabimus & Dominum in saecula saeculorum, & hoc erit dulce opus nostrum. ¶Facie ad faciem
1. Co. 13. cernet. Nunc enim in aenigmate, & quasi per spe culum Dominum videmus, tunc autem clarè. ¶Regemq; salutis autorem. Christum Iesum Do minum nostrum, qui & in Euang. dixit, ostendā ei meipsum, & beatus Ioannes. Et videbimus
1. Io. 3. (inquit) eum, sicuti est, quantae autem consola tionis, atq; delectationis futura sit haec visio, ex hoc possumus coniicere, quia Petrus Apostolus sacra Domini transfiguratione visa, optauit ibi
Matt. 17. perpetuò manere. Domine (inquit) bonum est nos hic esse: faciamus tria tabernacula, &c. Si gustus ille modicus tantae fuit dulcedinis, quid erit videre Deum,
Math. 5. & ipsum regem in decore suo? ¶ Iustitiaeq; ducem. Maioris, scilicet quàm pharisaicae, vnde, & ipse dixit. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquàm scribarum, & pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum. Porrò iusti tia illorum erat, benè dicere, & non facere, immò & malè viuere: Christi uerò iustitia est prius benè facere, deinde
Act. 1. alios docere, sicut & de ipso dicitur in Euang. Coepit Iesus facere, & posteà docere. ¶ Qui sibi. Haec est optima, conclusio principio huius psalmi benè conueniens. ¶Non fidit. Sed Domino, quia scriptum est, maledictus ho mo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum: contra verò. Benedictus homo, qui confidit in Deo,
Gier. 17. & in Domino est cor eius. ¶Noua. Magna, incognita, uel inexperta. ¶Deus est foelix. Idest propitius, cum sit ipse beatitudinis autor, & dator foelicitatis, & dicitur foelix ab effectu. ¶ Isq; Beatus erit. Nunc spe, tunc in re. Beatos etiam nos faciat D. N. I. Chr. cui laus est, & honor, & gloria in saecula saeculorum. Amen.

> Hos tamen incursus (opus est super omnia) contra
> Ad Dominum fugias: teq; in eum iacias.
> Dicit enim Dominus, si quis sperauerit in me,
> Eruet à cunctis hunc mea dextra malis.
> Me, nomenq; meum quoniam cognouit: & illum
> Opposito clypeo proteget alta manus,
> Cumq; sibi metuens ad me clamauerit; aures
> Illi inclinabo: suscipiamq; preces.
>
> Horrida siquando vexatio torserit illum,
> Mox adero fautor, vimq; animumq; dabo.
> Hostibus euictis, & parta deniq; palma,
> Victorem nitida glorificabo stola.
> Sacra corona caput cinget: replebit & illum
> Aeui longa dies, & sine fine quies.
> Me facie ad faciem cernet: Regemq; salutis
> Autorem ostendam, iustitiaeq; ducem.
> Qui sibi non fidit, noua cum tentatio surgit;
> Huic Deus est foelix, isq; beatus erit.

F SAbbata cum fuerint celebranda. &c. Nemo ex hoc principio nos iudaismi ritum velle renouare existimet, sed animaduertat tituli inscriptionem, & distinctionis interpretationem iuxta doctrinam, & sensum Augusti ni, quem sequimur quantùm nobis ex alto conceditur; titulus enim psalmi huius est psalmus cantici in die sabbati: interpraetatur autem sabbatum, ocium, vacacio, & quies, porrò triplex est sabbatum, Iudaeorum, in quo (vt ait Augustinus) quiescunt à bonis operibus, & exercent se in malis, quia melius est arare, quàm comessationi bus, ebrietatibus, & saltationibus incumbere, quas res malas olim soli Iudaei in sabbatis, Neomenijs, & reliquis fe stiuitatibus suis facere solebant. Nunc autem (proh dolor) & christiani faciunt in Dominicis, caeterisq; diebus fe stis, cum deberent sacris. & verbo Dei, laudibusq; diuinis tantummodò insistere, & à peccato vacare, quod verè o pus seruile est. Secundum sabbatum est fidelium, & praesentis temporis, vacatio. s. à malis operibus, & mentis qui es. Tertium erit vitae futurae perpetuae, solidaeq; quietis, & vacatio ab omnibus vitae actiuae laboriosis operibus,
Luc. 10. quando circa multa non erimus amplius solliciti, vt Martha: sed optima parte electa, quae non auferetur à nobis in uno illo, quod necessarium est, tota mente delectabimur. De his duobus sabbatis agitur in hoc psalmo, & in principio de uno, in fine de altero. Verùm quia duobus modis hoc primum nostrum acquiritur sabbatum, ic circò dixit sabbata in plurali, aut enim homo Dei gratia semper adjutus, innocentiam in baptismate Dei dono ha bitam toto tempore vitae huius à grauioribus criminibus seruat illibatam, quod rarum, & excellens donum est in

hac aetate

A

hac ætate nostra fragilissima, aut in peccata relapsus ad pœnitentiam per misericordiam Dei reuertitur, & in his duobus casibus, à sollicita mentis anxietate ad dulcem mens humana quietem redit, & hoc utroque tempore sabbata sunt homini celebranda, confessioni uacando, & laudibus diuinis, dicit igitur. ¶ Sabbata cum fuerint celebranda. Christiano.s. ritu non Iudæorum more. ¶ Hoste repulso. Per Dei gratiam, & angelorum custodiam, ut in præcedenti psalmo cantatum est. ¶ Relapsus eris. Per reciduum, quod euenire solet propter superbiam nostram, atque segniciem, quia domus conscientiæ nostræ uacat à bonis operibus, ut in illa parabola euangelica. Cum immundus spiritus exierit ab homini. &c. Mat. 12. ¶ Seu reddas grates. De conseruatione in bono statu. ¶ Siue petas ueniam. De peccatis, in quę es relapsus. ¶ Psallere. Duplex est confessio laudum, & peccatorũ, ut in proximis uerbis, hic de prima agitur. ¶ Nobis expedit. Deus enim non indiget humanis laudibus: sed nos inde efficimur eo meliores, quò gratiores. ¶ Errabundus uti gnatus. Nota est parabola euangelica de filio prodigo. Luc. 15. ¶ Tendit in inficias, se negat esse reum. Hoc postremum est expositio dicti præcedentis aliquantulum obscuri. ¶ Prothoplasti. Primi plasmatis hominis. Adę.s. ¶ Certa propago. Veniens ab eo indubitata progenies, eo quod uanis excusationibus vult culpam suam obtegere, & in alium traijcere, sicut, & ipse Adam nos. . ur fecisse, qui primo in vxorem, deinde in ipsum Deum, qui dederat vxorem culpã retorquebat, in uerbis, Mulier, quam dedisti mihi sociã, dedit mihi de ligno, & comedi, & quia in figura huius rei. sibi consuerat folia ficus, quibus tegeret nuditatem suam; inde tractum est prouerbium in eos, qui ad excusandas excusationes in peccatis tali modò conantur à se culpam reijcere; quæ res apud Deum non alleuiat, sed aggrauat peccatum; expedit ergo peccatoris recognoscere culpam suam, & dicere cum Daniele, Dauid, & publicano, peccaui Domine, & Deus propitius esto mihi peccatori. ¶ Serpentem accusat. Idest Diabolum, ut Eua prima parens. Serpens (inquit) decepit me. ¶ Suggestoremq; malorum. Sed non coactorem, habet.n. licentiam quandoq; tentandi, sed non cogendi, quia (ut ait Apostolus) fidelis est Deus, qui non permittet uos tentari supra illud, quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. ¶ Ac si non monitor. Angelus, de quo in præcedenti psalmo, & in Euangelio. Esto (inquit Dominus) consentiens aduersario tuo. i. Angelo monitori citò, dum es cum eo in uia. s. uitæ huius, ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex ministro, & in carcerem mittaris. &c. Angelo ergo monitori, & appetitibus nostris malis aduersario debemus potius, quàm Diabolo malorum suggestori parere. ¶ Et adsit ei. Hoc potest ad Dominum Deum referri, qui omnibus utiliter agentibus adest fautor, inertibus autem longè se facit, quia longè peccatoribus salus; adest igitur nobis monitor, & fautor Deus, ne uim aduersarij metuamus, non ergo ualida est excusatio eius, qui reijcit culpam in serpentem, cum potius Deo assistenti, quàm malo suggestori parendum sit. ¶ Incusat fatum. Idest necessitatem cuiusdam rerum futurarum connexionis: sed si peccatum esset necessarium, & non uoluntarium, iam (teste Augustino) non esset peccatum, & essent iniquæ omnes leges tam diuinæ, quàm humanæ prohibentes, & punientes ea uitia, quæ homines ex necessitate fati cogerentur perpetrare, quinimò iniustus esset etiam ipse Deus, quæ omnia absurdissima sunt. ¶ Stellis, & crimina figit. Hic sequitur Priscilianistarum heresim damnatam, atque mathematicorum errorem, contra quem Gregorius, & Augustinus latè disputant in homel. super euangelio Epiphaniæ, ibi uide. ¶ Incusatq; Deum. Hic est apertè blasphemus. ¶ Vltor ea. Peccata quæ ipse Dominus ulciscitur, & quare? nisi quia ualde displicent. ¶ Miserator. Idest miserens, quæ dictio uersibus his non capitur. ¶ Mane canendum. Meridie ergo, & vesperi tacenda est misericordia Domini? cum neque tempora, neque mensuras possimus affigere: sed hoc in loco mane, & nox ponuntur pro ante, & post. i. pro utroque aduentu Domini: nam in primo misericordia eius maximè refulsit. in secundo uerò, magis iustitia propter iudicium apparebit. ¶ Per obscuram noctem. In die iudicij, ad quod per similitudinem dixit se uenturum esse tanquàm furem media nocte. i. quando non putabunt homines, & ob id nos paratos esse debere. ¶ Nudo. Sed multo magis opere sermoni consono. ¶ Mane tua hæc pietas. Idem quod supra. i. matutina misericordia, qua maximè in primo aduentu prædictus apparuisti in reparatione generis humani media passione tua. ¶ Nocteq; ueriditas. Idest ueritas nocturnæ iustitiæ, qua in iuditio illustris apparebis. ¶ Denis chordis. Quæ sunt decem præcepta Decalogi. ¶ Cytharaduli. Recta, leraq; intentione, sicut & subiungitur. ¶ Omnibus exemplo

Gen. 3. B

1. Cor. 10. Math. 5.

C

ODE LXXXXI. EX PSALMO LXXXXI.

Bonum est. &c.

Sabbata cum fuerint celebrãda, vel hoste repulso:
Illius in laqueos, siue relapsus eris,
Est operæ precium Domino quæcumque fateri,
Seu reddas grates; siue petas ueniam.
Psallere namq; tibi Deus ò celsissime nobis
Expedit, & nomen tollère àd astra tuum.
Quisquis enim culpas admissi spontè fatetur,
Seq; recognoscit criminis esse reum.
Errabundus vti rediens ad limina gnatus
Mox sibi propitium sentiet esse Deum.
Quisquis at erecta dudum ceruice proteruus,
Tendit in inficias, se negat esse reum.
Frondibus, aut fici Prothoplasti certa propago,
Queis obuoluatur iam perizoma facit.
Serpentem accusat, suggestoremq; malorum,
Ac si non monitor præsit, & adest ei.
Insimulat fatum: stellis & crimina figit.
Incusatq; Deum, ceu velit vltor ea.
Ast ego simpliciter toto tibi corde fatebor.
Et peccasse diu, supplicijq; reum,
Quàm pius extiteris miserator, mane canendum.
Et matutinæ largifluus ueniæ.
Vera per obscuram noctem referantur ad omnes,
Inclyta iustitiæ, miraq; facta suæ.

Nec solùm nudo debent sermone referri
Mane tua hæc pietas, nocteq; veriditas.
Quin etiam denis psalteria consona chordis
Cum cithara dulci cantica mixta sonent,

D templo. Sicut in euangelio præcepit Dominus, lucear lex vest. co. hom. ut uid. op. uest. bo.& glor. pat. uest. qui in cœlis est. ¶ Sparsa. Pro aspersa apheresis est. ¶ Conditor ò magni orbis. Quem ex nihilo creauit iubendo tantum. ¶ Parui orbis. Idest hominis, vnde, & microcosmos dictus est; eo quòd penè omnium, quæ in mundo sunt magno, imago quædã reluceat. ¶ Plasmator. Idest fictor, seu figulus, nam de limo terræ finxint Deus hominem, ut habetur in Genesi. ¶ Plasma tuum. Hominem ipsum à te formatum, ad imaginem, & similitudinem tuam; quò ad animam. ¶ Tua factura. Non mulier sola, ut quidam fatui intelliguut: ex hoc loco ansam accipientes spectandarum mulierum, cum facies earum sit uentus urens, & alibi dicat hic psaltes. Auerte oculos tuos, ne uideant uanitatem: unde est etiam pulcher uersiculus. Si Christum quæris, vultum fugias mulieris: sed homo, & quæuis creatura Dei: in cuius contemplatione manu ducimur ad cognitionem creatoris. ¶ Fracta refecta. Hoc ad hominem maximè pertinet, in quo Dei imago per peccatum quodammodò frangitur, & detrpatur. Sed per dexteram Domini, i. per uerbum eius, per filij sui misericordiam, cum respuerit reficitur. ¶ In factis. Idest in operibus bonis. ¶ Manuum tuarum. Omnes misericordes, & elemosinam pauperibus elargiẽtes manus Domini dicuntur, sicut, & pauperes dicuntur pedes eius, per quos ad nos quotidiè uenit. ¶ Nobis. Tamquam instrumentis, uel ad summũ ministris eius. ¶ Tu facis auctor opus. Nam sine me (inquit) nihil potestis facere. Vt ipse dicebat de se ipso, à me ipso facio nihil: pater autẽ in me manens, ipse facit opera. ¶ Prudens. Qui facit in magna domo sua uasa diuersa, alia quidem in honorem: alia uerò in contumeliam. ¶ Opifex mirabilis, Qui ex uasis iræ facit vasa misericordiæ, & fracta centies, toties, & reficit, ita ut neque cicatrix remaneat. ¶ Magnificata. Ab ijs, qui cum pietate illa respiciunt. ¶ Alta. Profunda, atque inuestigabilis. Vnde, & Apostolus exclamat. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iuditia eius, & inuestigabiles uiæ eius, quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? &c. ¶ A uertice cœli. Hanc comparationem facit ipse Domin[us] in Esaia propheta; quantum distat cœlum à terra, tantum distant cogitationes meæ à cogitationibus uestris, & uiæ meæ à uijs uestris. ¶ Quod floreat. Diuitijs, & honoribus huius sæculi. ¶ Sophos. in sæculo. Idest sapiens mundanus, de quo Apostolus multa ad Romanos, & ad Corinthios. Hi sunt, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & qui cum cognouissent Deum, non ut Deum glorificauerant: sed euanuerunt in cogitationes suas, ij sunt sapientes, ut faciant mala; bona autem facere nesciunt; & de quibus dicit Dominus in euangelio. Quia prudentiores filij huius sæculi, filijs lucis in generatione sua sunt. ¶ Gloria mundi. Quæ in ueritate tamquàm flos fœni est, & uapor fumi ad modicum durans. ¶ Honos. Hic est computandus in numero phariseorum, qui amabant primas cathedras in synagogis: primos discubitus in cœnis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi. ¶ Magistratus. Mondanum hominem latè describit. ¶ Insipiens. Iuxta illud. Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. ¶ Ea. Quæ de nobis Deus meditatur. ¶ Hæc arcana Dei. Vnde est, quod impij floreant, & pij conculcentur. ¶ Aeternis labentia. Per contrarium enim nobis suadet Apostolus, id enim (inquit) quod in præsenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nõ bis, quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur temporaria sunt; quæ autem nõ uidentur æterna. ¶ Quique aliena suis. Aliena sunt omnia, quæ nobiscum ferre non possumus, cum hinc eximus, nostra uerò, quæ exeuntes no biscum portabimus; virtutes, s. & uitia, bona, & mala opera, quæ uerò huius mundi sunt, apud mundum remanebunt. ¶ Non animaduerrit. Comparatione nota probat gloriam mundi fragilem, ut fœnum. ¶ Mox clibanoq; dari. Sic, & Dominus in Euangelio; si fœnum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur Deus sic uestit, &c. ¶ Aliquantisper. Quantùmuis floreant temporis, etiam si centum annis, æternitatis cõparatione, pro modico reputabitur. ¶ Succisi

Math. 5.
Rom. 12.
Mat. 23.
2. Corin. c. 4.
Luc. 12.
E
F

Sint opera, & voces, cordisq; intentio recta
Omnibus exemplo sparsaq; lætitia.
Conditor ò magni, parui plasmator, & orbis,
Vt me delectet, dirige plasma tuum.
Tunc tua me prudens fictor factura iuuabit,
Cum dextra fuerit fracta refecta tua.

In factis manuum tunc exultabo tuarum,
Cum nobis medijs feceris auctor opus.
Figulus es prudens: opifex mirabilis es tu.
O quàm sunt opera magnificata tua.
Quæ tua de nobis mens cogitat alta quis vnquàm
Explicet? aut prudens quis penetrare queat?
Nam quanto spacio tellus à vertice cœli
Distat: & à nobis infera regna iacent.
Quàmq; profunda maris quæuis descendit Abyssus,
Tam procul à nobis, quod meditaris abest.
Præcipuè toto quòd floreat impius æuo:
Lugeat assiduo quòdq; labore pius.
Nam sophos in sæclo, cui cordi gloria mundi est.
Inclytus in terris cuique videtur honos.
Quemq; Magistratus, famulorum longus, & ordo
Quemq; voluptates, diuitiæq, iuuant.
Hic vir, hic, insipiens ea non intelliget vnquàm,
Hæc arcana Dei non capiet fatuus.

Aeternis præfert labentia quisquis, habetur
Stultus apud Dominum: quisq; aliena suis.
Non animaduertit fatuus florentia prata
Mox ferro cędi, mox clibanoq; dari,
Nam peccatores passim exoriuntur, vt herba.
Pulchra virore nouo, flore deinde nitens.
Ast aliquantisper fuerit cum visus eorum
Flos nituisse, cadit, cumq; virore nitor.
Sic cum floruerint omnes, qui operantur iniqua
Succisi curua falce repentè cadent.
Sed (quod erit grauius) miseris per sęcula cuncta
Sempiternus erit (proh dolor) interitus.
Tu verò Deus es iudex altissimus, atque
Iustus in æternum reddere cuique sua.

A

Debita tu præsta, & conuenientia cuique
Præmia, quæq; magis quisquis habere cupit.

curua falce, mortis. Ad cuius picturam alluditur, & satis plana est litera. ¶ Repentè cadent. Vt improuisus casus sit grauioris, & irremediabilis doloris occasio. ¶ Grauius. Quia mors præsentis temporis æternæ morti comparata, est perinde, ac si ignem in pariete depictum uero, & ardenti igni uolueris comparare. ¶ Sempiternus interitus. Perpetuæ damnationis, in qua vellent mori, ut finis esset cruciatibus, nec poterunt. ¶ Altissimus. Idest sapientissimus, & super omnes, & omnia cernens, & quem nullum potest latere secretum. ¶ Iustus in æternum. Non ad tempus, ut aliqui iudices nostri temporis, qui in primis mensibus sui regiminis, ut bonam de se concitent opinionem, etiam in minimis uolunt apparere iusti, postmodùm amplectuntur munera, & sequuntur retributiones. ¶ Reddere cuique suum. Hoc proprium est iustitiæ diuinæ, quoniam homines, quæ foris sunt tantùm spectantes persæpè fallunt, ac falluntur. Deus autem, qui secreta omnia cordium rimatur, neque fallit, nec falli potest. Sciendum uerò est, tria esse iuris humani præcepta. Honestè uiuere, alterum non lædere, & hoc ultimum, quod iudicum magis est, quinimò potius solius Dei, reddere unicuique, quod suum est, vnde bene sequitur. ¶ Debita tu præstas. Quasi dicat, non homines possunt, aut nouerunt semper hoc facere. ¶ Conuenientia. Etiam interdum iuxta desideria, ut Diabolo concessum est, ut intraret in porcos; ad ostendendam ipsius uilem ignobilitatem, & ad iudicandum nobis, quòd si moribus porcinis fuerimus delectati, vt. s. in uolutabro uoluptatum cenoso uolutari uoluerimus, dabimur, ut porci Dæmonijs in profundum inferni summergendi, atque torquendi; sic, & mali homines quandoq; in perniciem suam recipiunt mundanas opes, atque delitias, iuxta eorum uana desideria. ¶ Quisquis habere cupit. His uidelicet, qui desiderant cum Paulo dissolui, & esse cum Christo, propter æternam gloriam, & æterna præmia reddis; ijs uerò, qui magis hoc in sæculo, quæ mundi sunt, concupiscunt, & mundana reddis præmia, ¶ Hinc. Ratione prædicta, ad quam pauci animaduertunt: ut quæ quisque magis desiderat, & pro quibus Deum colit, illa & in mercedem recipiat. ¶ Flos caducus. Mundanæ gloriæ. ¶ Pro modicis bonis. Operibus, scilicet de genere bonorum, quæ iuxta intentionem hominum iudicatur. nullus enim est ita peruersus, quin aliquandò boni faciat aliquid, & quia ut plurimum idcircò benefaciunt ij pro successu, & prosperitate rerum vitæ præsentis, qua sola delectantur iniqui, ob id à Deo etiam in præsenti conuenientem recipient mercedem. ¶ Hic ingratus. Quia largifluo Deo non agit debitas gratias abutendo etiam muneribus eius. ¶ Efficitur peior. Quia cum patientia Dei, & liberalitas, cum ad pœnitentiam, & ad cognitionem benefactoris inuitent, contrà ille per obstinatam pertinaciam thesaurizat sibi iram in die iræ, & iusti iudicij Dei, dum etiam ipsum Deum obliuiscitur, maleq; absumit substantiam, ut ille filius prodigus viuendo luxuriosè, ac pauperes aspernatur, ut diues Epulo Lazarum. ¶ Qui sine fine reus. Voluissent impij (vt ait Gregorius) sine fine viuere, vt possent sine fine peccare, & idcircò sine fine torquebuntur, quia numquàm debet carere supplicio: qui numquàm voluit carere delicto. ¶ Libra. Iustitiæ: nam ipse Dominus noster Iesus Christus est constitutus à Deo iudex uiuorum, & mortuorum, vt docuit Petrus Apostolus. ¶ Amici. Iuxta illud. Vos amici mei eritis si feceritis, quæ præcipio nobis. ¶ Qui coiere mali. Non soli latrones, sed & hæretici, qui conueniunt de uanitate in idipsum. ¶ Capitis nostri. Iesu Christi, est enim ipse caput Ecclesiæ, quæ est corpus eius, nosq; inuicem alter alterius membra. vt docet Apostolus. ¶ Cornu. Regni gloria, atq; potestas. τὸ ϰέρας. est. in bonam, & in malam partem ponitur passim diuinis in scripturis: vt i illo uersiculo, cornua peccatorum confringentur, & exaltabuntur cornua iusti. ¶ Gloria summa. Expositio est uersus præcedentis. ¶ Virgineus quadrupes. Vnicornis, qui & græcè monoceros dicitur. eò quòd vnicum in fronte cornu gerat, virgineus autem idcircò dicitur, quòd uirginis puellæ cantu adeò delectetur, ut in eius sinu capite posito obdormire dicatur, sicq; ab ea ubi sopitus fuerit, ligatur, & uenatoribus relinquitur occidendus propter cornu, quod aiunt esse contra uenena saluberrimum. hæc siue sint uera, siue conficta, capiamus similitudinem, propter quam adducitur, quæ talis est, sicut unicornis amator uirginitatis ubi transfoderit Elefantem, siue Barrum, quo cum perpetuas gerit inimicitias, in signum victoriæ leuat in altum cornu, & lætabundus exultat, sic & Dominus noster Iesus Christus de virgine natus amator eius de qua dicit Apostolus: Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo, vbi cornu crucis transfodit Diabolum, eleuauit illud in signum in nationes, lætabundusq; & resurrexit, & ascendit in cœlum, vbi exaltatum est cornu eius gloriæ, & regni propter illos sanctos, qui à sæculo fuerant, secum adductos. ¶ Barrum. Elefantem sic dictum à sono vocis, vt grunitus, & serosa. ¶ Vbertate nitens olei. Abundantiam diuinæ misericordiæ non solùm in ijs, qui futuri erant de genere Iudæorum, sed & in ipsis animabus piorum, qui in sinu Abrahæ tam diu steterant misericordis redemptoris aduentum præstollantes, quin & in cunctis gentibus effusam iri significat, loquitur in persona Ecclesiæ, cuius ætas ab Abel iusto cœpit, & per incrementa temporum tunc peruenerat ad senectam, quando uenit Dominus noster Iesus Christus redemptor eius, de qua nunc loquitur. ¶ Cana. Ad reuerentiam pertinet. ¶ Senectus. In cuius figura, oblatus in templo Dominus ab annoso illo, canoq; Simeone uoluit suscipi in ulnis, & benedici. ¶ Et viridis. Propter abundantiam eorum, qui conuertendi erant ad fidem, & propter tolerantiam laborum, quæ omnia ex actis Apostolo-

Math. 8.

Phil. 1.

B

Hinc florere sinis, quem flos iuuat iste caducus:
Pro modicis merces congrua uisa bonis.
At pro mille malis, quibus hic ingratus abundat,
Efficitur peior pro bonitate, tua.
Æternam mortem, tormentaq; dura parasti
Quæ sine fine luat, qui sine fine reus.
Norint hoc omnes Deus ò iustissimè iudex,
Norint hoc omnes, quòd tibi libra manu.
Namq; tui ad vitam veluti seruantur amici,
Sic inimicorum cætus ad interitum.
Ibit in interitum dubio procul omnis iniquus.
Et dispergentur, qui coiere mali.
At capitis nostri tolletur ad æthera cornu.
Sicq; erit æterni gloria summa ducis.
Virgineus quadrupes ceu telum frontis acutum
Foderit, vt barrum victor, ouansq; leuat.

Rom. 2.
Luc. 15.
Luc. 16.
Act. 10.
Ioan. 15.
Rom. 12.
Psal. 74.

C

Vbertate nitens olei mea cana senectus
Tunc erit, & viridis, tunc pietate decens.

Quiq; modò plerùmq; latent mea lumina clarè
  Prospicient hostes, despicientq; meos.
Inq; malignantes, quos surgere cernitis in me,
  Percipiam uoces Regis ab ore graues.
Iustus at hic mecum florebit, vt inclyta palma.
  Victrix palma manus, cæsariæq; decor.

D Apostolorum nouimus esse completa in discipu
lis Domini, cæterisq; fidelibus ad fidem Christi
conuersis, de quibus scriptum est, quòd multitu-
Act. 4. dinis credentium erat anima vna, & cor unum,
in iis erat uiridis senectus Ecclesiæ, at in nobis,
qui multùm degenerauimus, incipit esse decre-
pita. ¶ Pietate. Maiori in Deum cultu, ita ut
pro honore, & fide illius non dubitarent animas
tradere. ¶ Quiq; modò. Ordo est, mea lumina
idest oculi clarè prospicient, atque despicient
meos hostes, qui modò plerùmq; latent, sensus autem is est, quando cum Christo in cœlum conscendere in per-
sonis patrum de carcere inferni eductorum tunc clarè cognoscam, & despiciam, idest non timebo meos inimicos,
Mat. 7. qui modò propter hypocrisim plerùmq; latent, vnde & Dominus monuit eos lupos esse cauendos, qui ueniunt
Act. 5. ad nos in vestimentis ouium, potest etiam, & de his fidelibus intelligi, qui pleni spiritu sancto dignoscebant fictè
Act. 8. accedentes ad eorum consortia, vnde & legimus Petrum apertè redarguisse. Ananiam, & Saphiram, atq; Simo-
Act. 13. nem magum, sic & Paulum quosdam alios. ¶ Malignantes. Iudæos, atq; gentiles persecutores intelligit, nec non
2. Tim. 4 & hæreticos, atq; falsos fratres. ¶ Voces graues. De interitu illorum, quales fuer unt illæ. Hierusalem Hierusalem,
Matt. 23, quæ occidis prophetas, &c. Item uideris hæc omnia, amen dico uobis non relinquetur super lapidem lapis, qui
Mar. 13. non destruatur. Item uidens Hierusalem fleuit super illam, & alia, quæ sequuntur cum multis similibus, potest, &
Luc. 19. hic locus intelligi de plena resurrectione mortuorum in die iudicij, quando Ecclesia ad dexteram collocata vide-
Matt. 25. bit omnes reprobos ad sinistram, & despiciet eos, audietq; ab ore iudicis illa dura verba in eos proferri. Disce-
dite à me maledicti in ignem æternum, &c. ¶ Iustus. Idest omnis iustorum cœtus, dixit in singulari propter
vnitatem capitis atq; membrorum corporis mystici, quod est Christus, & Ecclesia. ¶ Palma. Iccircò palmæ com-
paratur iustus, quia superat omne pondus super impositum, & tandem emicat. Sic & iustus omne pondus tribu-
lationis & angustiæ Dei gratia per patientiam superat, & tandem ad alta uirtutum cacumina extollitur. Item iu-
stus palmæ comparatur propter alias proprietates eius, quæ perbellè ei adaptantur ut in uersibus, qui cum sine
satis clari, non longa indigent interpretatione. ¶ Victrix palma. Quia victoribus in signum victoriæ manu por-
tanda datur. ¶ Cæsariæq; decor. Per cæsariei, vt die pro diei: nam & à quibusdam fiunt inde tricæ quædam,
quæ pro sertis capiti victorum adaptantur. ¶ Vt cedrus libani. Mons est in finibus Iudeæ, & Syriæ Damasci cedris

Vt cedrus libani, sic multiplicabitur idem.
  Quæ circum radiis pullulat innumeris.
Ab radice velut surgens est horrida palma,
  Asper rugoso cortice truncus hyat.
Ast vbi se vacuas procera erexit in auras.
  In gyrum expansa pulchra fit illa coma.
Vestitur folijs, iisdemq; armatur acutis.
  Nam uelut hæc anceps ensis utrinq; micant.
Floret ibiq; nitens: oneratur & vndiq; fructu,
  Quo nullus gustu suauior, aut melior.
Dactylides caricas baccarum robore firmas
  Aëris à vicio, sub foliisq; tegit.
Quæ licet exterius uili sint schemate tectæ,
  Quòd pluuia, & ventis obriguere diu.
Sunt tamen interius dulces, stomachoq; salubres,
  Vt reparet vires, quasq; viator edat.

E proceris abundans, vnde & in canticis Ecclesiæ
dicitur. Quasi cedrus exaltata sum in libano. de
hac arbore alijs, nam hic est posita, nisi pro simi-
litudine ferulatum, quibus circumquaq; pullu-
lantibus abundat, sic & iustus senex discipulorū
turba nouorum vbiq; circundatur. ¶ Idem. Iu-
stus senex. ¶ Radijs. Plantulis nouellis, quæ ad-
modum radiorum circunfusæ insurgunt ad au-
ras. ¶ Ab radice uelut surgens. Hic incipit de-
scribere naturam palmæ cum proprietatibus
eius, & ut uidetur, allusio fit ad eam palmam,
quam describit Hyeron. in vita Pauli primi He-
remitæ, quæ ad fores antri eius uestibulo emi-
nens uictum fructibus, & folijs vestitum illi san-
cto præbebat. ¶ Velut. Aduerbium similitudi
nis, de quo infra. ¶ Horrida. Quia spinosa, seu
fruticosa. ¶ Hyat. In fissuras, ut uidemus penes
nos fieri in corticibus populeæ arboris, vnde &
ille secularis poeta. Populæ uiue precor, quæ cō-
sita margine ripæ, Hoc in rugoso cortice carmē
habes. ¶ Procera. Alta, magna, & erecta. ¶ In
gyrum. Per circuitum, quasi rotundum. ¶ An
ceps ensis. Ex utraq; acuta acie secans. ¶ Ibiq;
In summitate. ¶ Suauior. Ego uolui gustare, & uerè sic est. ¶ Melior. Quia nutrit hominem etiam absq; pane.
¶ Dactylides caricas. Licet palmæ fructus dactylus solummodò uocetur, quòd ad similitudinem digitorum, qui
græcè dactyli appellantur, sub folijs ex uno capite simul annexi dependeant, tria tamen hic uocabula data sunt
F propter maiorem qualitatis fructus expressionem. Dactylides enim dicti sunt propter iam dictam similitudinem
digitorum, & propter quasdam vuas ita dictas, quarum granis assimilantur, caricas autem propter saporem, in
quo ficis aridis, & quadragesimalibus, quæ caricæ appellantur, non sunt absimiles. ¶ Baccarum robore. Pro-
pter ossa durissima, quæ intra carnem fructus sunt, paulò longiora his, quæ intra oleas sunt. ¶ Vili schemate.
Idest pelle super carne fructus extensa, aliquantisper rugosa, passa, & exterius humili, nec benè colorata. ¶ Quasq;
Subauditur eas & est sensus. sunt adeò bonæ, aptæ esui, & talis refectionis, vt eas viator fatigatus edat reparan-
darum uirium gratia. ¶ Sic ò sic. Exponitur similitudo, & adaptatur. ¶ Plantatur. Per fidem susceptam baptismi
tempore, radicatur autem, & coalescit per charitatem. ¶ In æde Domini. Idest in Ecclesia. ¶ Horridus. Erga se-

Sic, ò sic Domini quisquis plantatur in æde,
  Horridus exurgat, fructificetq; pius.
Horridus ex habitu, vita quoq; durus in ipsa
  Aspera pro Domino sustineatq; suo.

ipsum, irascendo sibiipsi aduersus uitia prateri-
1. Cor. 9. ta, more Apostoli dicentis, Castigo corpus meū,
& in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicaue-
rim, ipse reprobus efficiar, & si quis quærat, quo
nam pacto? in vigilijs multis (inquit) in ieiunijs
multis, in laboribus & itineribus, in fame, & si-
ti, &c. ¶ Fructificetq;. Deo, vt ex bonis operi-

Floreat in summis, & frondibus armet acutis
Sese verborum, pectora quæ penetrent.
Condantur fructus operum popularibus auris
Ne pereant. auida neúe ferantur aue.
Ex humili succo virtus procedat eorum.
Intus erunt dulces ex charitate Dei.
Exteriorq; licet vigor extenuetur eorum,
Proximi amore tamen pingueat intus opus.

bus, uerbo doctrinæ,& uitæ exemplo alios conuertat, & enutriat conuersos, atq; confirmet. A ¶ Ex habitu. Etenim,qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt, non tamen habitus solus asper,& incultus facit monachum: sed indicat,& contemptum mundi cæteris demonstrat. est autem summoperè cauenda hypochrisis, ne sub horrido lateat habitu: sed verè in animo sit mundi contemptus, qui in habitu exterius ostēditur, sicut erat in Helya,& in Ioanne Baptista. ¶ Durus. Sibi, vt supra dixi, non alijs. ¶ Aspera. Verba, & uerbera, cęterasq; difficultates uitę huius, quas, suggerente Diabolo, mundi amatores seruis Dei solent obiicere, atq; inferre data opportunitate. ¶ In summis. Virtutibus. ¶ Frondibus. Verborum, sæpissimè diuina in scriptura, per folia uerba significantur, & per fructus opera bona, ut in primo psalmo monstratum est. ¶ Pectora quę penetrent. In Apocalypsi legimus. Ex ore uiri gladium exire ex utraq; parte acutum, quod esse uerbum Dei affirmat, & Apostolus ait. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionem animę, ac spiritus, compagum quoq; ac medularum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, &c. Heb.4. ¶ Condantur. Pro abscondantur. ¶ Popularibus auris. Idest populi laudibus, atq; fauoribus propter periculum inanis glorię, iuxta pręceptum Domini, Attendite ne iust.ue.fac.cor.hom. ut uid. ab eis, alioq. merc. non hab. ap. pa. uest. qui in cœ. est. ¶ Ne pereant. Idest priuentur ęterna mercede. ¶ Auida aue Diabolo. Per tumorē inanis iactantię, iuxta illud Euang. de semine sparso secus uiam, qđ uolucres cęli comederunt, idest Diaboli abstulerunt, potest.n. sicut de uerbo Dei, ita ēt de fructu boni operis intelligi. ¶ Ex humili succo. Ex humilitate. ¶ Procedat eorum. Operum.s. hoc est in exteriori adsit humilitas uera, & in interiori charitas perfecta, ¶ Extenuetur à malis estimatoribus, dicendibus, ut plurimùm deuotionem esse hypochrisim,& inuertentibus opera bona iustorum, sinistreq; interpræetantibus eā. ¶ Superùm, Angelorum, qui & orationes nostras,& memoriam operum bonorum ad Deum referunt, non quòd indigent eorum relatione, sed præ gaudio illud agunt optantes aliquid boni pro nobis ab ipso Deo sibi imperari, ut in Apocalipsi,& in libro Thobię legitur de archangelo Raphaele. B

Deniq; sint quales superùm manus aurea carpit,
Colligit inque sinus: ponit & ante Deum.
Optimus inde pater stillat dulcedine mira
Nectareos haustus, Ambrosiamq; pijs.
Indeq; pectoribus cathaplasmata conficit ægris
Fratris, ut exemplo molliat illa pij.
Hinc aliæ florere parant in liminæ palmæ.
Quæ fuerant steriles,& sine honore diu.
Multiplicabuntur rursus grauiore senecta.
Quò senior quisque est, fructibus vberior.
Vt veteri Cedro ferularum sylua cohęret,
Fertilior fructu fit quoque palma uetus.
Sic multi iuuenes retrahentur ad atria templi,
Vbertate pij fertiliore senis.

¶ Inq; sinus. Idest in unum multorum operum memoriam colligit, atque cuncta enumerando exponit, ut etiam ipse Dominus Iesus Christus recensuit sigillatim ea, quæ facit sibi peccatrix illa in petitione ueniæ. Intraui (inquit) in domum tuam. & aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis lauit pedes meos.&c, Vsque in finem, sic, & in die iudicij dicit se enumeraturum esse bona opera pietatis ab omnibus suis gesta. Esuriui (dicet) & dedistis mihi manducare, sitiui,& dedistis mihi bibere,& reliqua. Luc.7. ¶ Inde. Ex memoria illorum operum bonorum. ¶ Stillat. Interius in corda hominum per gratiam suam fortes cogitationes, uel compunctionis, quia talia hactènus non fuerunt facta: uel delectationis,& gratulationis de bono profectu proximorum, aut desiderij talia peragendi. ¶ Dulcedine mira. Quam nemo nouit, nisi qui gustauerit. Gustate ergo,& uidete quàm suauis est Dominus, ¶ Nectareos haustus. Idest dulces inspirationes, ¶ Ambrosiamq; Dulcem cibum animæ, quæ talibus delectationibus pascitur, & ad meliora roboratur. ¶ Cathaplasmata. Idest emplastra, per similitudinem ostendit ex memoria bonorum operum, quæ à proximis facta sunt, remedia quædam animabus infirmis adhiberi, sicut corporibus per cathaplasmata. ¶ Molliat. Molis enim sermo frangit iram; sic,& opus mansuetudinis unius, mitigat furorem alterius, & auarus aliquando inspecto opere misericordiæ à pauperiore impenso, mollit duritiam cordis sui ad elemosinam impendendam. ¶ Aliæ palmæ. Alij fideles: sed frigiduli, & quodammodo inertes. ¶ In limine. Non intus: quia, & si nomine, non tamen opere adhuc sunt fideles, uel in limine, i. de numero incipientium. ¶ Steriles. A fructu bonorum operum. ¶ Et sine honore. Apud Deum;& sanctos licet apud sæculum uideantur honorabiles: sunt similes ficui illi, de qua in Euangelio sunt tres anni, ex quibus quæro fructum in ficulanea hac,& non inuenio, succide ergo illam: ut quid terram etiam occupat, sed pro illa intercedit uinitor, dicens sine illam,& hoc anno, donec fodiam, & apponam stercora,& si fructificabit bene quidem, sinautem in futurum succides illam. ¶ Multiplicabuntur. alij exemplo eorum accrescent numero fidelium. ¶ Senecta. Non quæ annis tantùm computatur, sed moribus. ¶ Senior. Morum grauitate,& maturitate sensus. ¶ Fructibus. De quibus supra abundè dictum est. ¶ Vt ueteri cedro. Nota comparatio ex superioribus; sed repetitur continuationis gratia, & vt aliquid addatur. C ¶ Benè moratos. Ex frequenti conuersatione cum illo pro sene. ¶ Patientia. Maxima uirtutum, quia durius cæteris patitur,& superat certamen, unde, & sapiens dixit. Meliorem esse uirum patientem, quàm fortem, & eum, qui dominatur animo suo expugnatore urbium: hanc docuit Dominus uerbo, & magis exemplo in passione sua. ¶ Præcones. Summi regis. ¶ Vt eant. Absq; timore, sicut olim

Quos benè moratos reddat patientia fortes
Maxima virtutum pectore magnanimo.
Præcones vt eant, alta referantq; per orbem
Voce, quòd est iustus; rectipotensq; Deus.

Aequus, vt est Dominus: sic est pater omnibus idem
  Iustus item iudex: nemini iniquus erit.
Esto igitur fortis, patiens, & ad omnia promptus,
  Subdere colla iugo, & dura flagella pati.
Nec tibi, dũ pateris; mẽs alta remurmuret unquàm,
  Quòd dulcem hic requiem diues iniquus agat.
Sabbata vera nequit celebrare viator iniquus
  Conscia mens scelerum nulla quieta manet.
Pectore dum viuit, furijs terretur iniquis.
  Post mortem dabitur discruciandus eis.
Sabbata tu verò celebrabis mente quieta,
  Hic dum viuis adhuc, si patienter agas.
At cum dormieris cum patribus, optima secum,
  Es celebraturus sabbata mente pia.

D olim Apostoli. ¶ Alta uoce, Prædicando. ¶ Iustus. Reddens unicuique condignam retributionem, & si non hic, certè in altero sæculo. ¶ Idem pater. Et iccircò quantum in se est (ut ait Hieronymus) neminem vult perire, & (ut air Apostolus) vult omnes homines saluos fieri. ¶ Iustus iudex. In absoluendo, & condemnando pro meritis, & culpis. ¶ Nemini iniquus erit. In pœnis irrogãdis, quinimò dicunt doctores, quia supra merita præmium cumulat, & minori, quàm culpa meretur, exercentur pœna rei. ¶ Esto igitur fortis. Moralis exhortatio, & psalmi ipsius conclusio. ¶ Iugo. De quo dixit Dominus in euangelio, tollite iug. me. super uos, & dis. à me, quia mit. sum, & hu. cor. iu. n. me. su. est, & on. me. le. ¶ Dura flagella. Vt Dominus columnæ alligatus: ut Aposto. xij. de quibus scriptum est, quia ibant Apostoli gau. à conspe. Conc. quoniam dig. hab. sunt pro nomi. Iesu contu. pati:
Act. 5. & Paulus à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepit, & à gentibus ter uirgis cæsus est. Nos autem degeneres, & nimis delicati, benè uellemus cum istis regnare, sed nullas tribulationes cum illis sustinere, misereatur itaque nostri Deus. ¶ Mens alta. Idest secreta
Luc. 12. cogitatio. ¶ Dulcem requiem. Qualem uidebantur agere, diues ille, qui induebatur purpura. & bysso, & epu-
Luc. 16. labatur quotidie splendidè, & ille alius, qui dicebat animæ suæ. Anima mea habes multa parata in annos plurimos, comede, bibe, & lætare. ¶ Sabbata uera. De quibus in principio psalmi dictum est. ¶ Nequit. Propter
Esa. 17. remordentem synderesym, unde, & alibi. Non est gaudere impijs dicit Dominus. ¶ Viator. Omnis homo, qui uiam
E huius uitæ perambulat; sumus .n. omnes peregrini, & non habemus hic ciuitatem permanentem: sed futuram inquirimus. ¶ Furijs iniquis. Idest stimulis scelerum, quæ furiæ iniquæ dicuntur, attenta mente scelerati, & iniqui, quem excruciant. ¶ Eis. Furijs uel Dæmonijs, quia quos habemus suggestores malorum, eosdem patiemur, & tortores scelerum, uel eius stimulis conscientiæ acrioribus post mortem; sunt enim illi uermes, qui nunquam moriuntur. ¶ Tu uerò. Fortis, & patiens. ¶ Dormieris. Somno mortis propter futuram resurrectionem. ¶ Optima sabbata. Idest æternam requiem cum sanctis omnibus, ad quàm Dei gratia perducamur. Amen.

SIcut ab antiqua, &c. De uictoria uitiorum, atq; aduersitatum actum est in præcedenti psalmo, per quam ad mentis requiem peruenitur in huius vitæ via, & ea finita fit transitus ad æternam, in qua cum Christo regnabunt, quicumq; fuerint cum eo hic dura perpessi; & quia exempla magis mouent, quàm verba; iccircò in huius psalmi cantico proponitur nobis duplex exemplum; primùm, quod Deus, antequàm requiem sanctificaret, perfecit opus creationis; & præcipuo die vj. feriæ, quæ fuit ante sabbatum, idest sanctificatam requiem fecit hominem, cuius causa iam cætera condiderat, per hoc innuens nobis, quòd assistente semper nobis eius gratia, dum in hac ætate sæculi, quæ sexta est, degimus, debemus nostram salutem operari; vt deinde ad requiem perueniamus æternum, secundum est regis nostri Domini nostri Iesu Christi, qui sexta feria in cruce pendens perfecit opus redemptionis humanæ, propter quod uenerat, & eo peracto transijt ad æternam requiem, & ad sibi paratum regnum, nobis innuendo, quòd si fuerimus secuti uestigia eius hac vj. & vltima nostra ætate, patienter aduersa quæq; tolerando, transibimus cum illo ad requiem æterni regni: quia (vt docet Apostolus) si compatimur, & conregnabimus. Eia igitur cantantes Christi regnum accingamur ad prælium; vt cum eo parta uictoria perueniamus ad regnum, proponitur itaq; primum exemplum. ¶ Sicut ab antiqua mundi origine. Quæ describitur in principio Geneseos, ibi illam perlegito. ¶ Ante suam requiem. Idest ante sabbatum, quod requiem significat, est animaduertendum, Dominum Deum nullo labore fatigatum cuncta creando propter nos, non propter se requieuisse; ut ostenderet nobis non antè; sed post, & toto labore completo quiescendum esse. ¶ Opus. Maximè plasmatis humani, propter quod cætera iam facta fuerant. ¶ Sic modo. In fine temporum. ¶ Susceptam quietem. Sabbati, quo iacuit in sepulchro quietus, & paulò post ad meliorem quietem pertransijt resurgendo. ¶ Reparator. Christus, qui & redemptor dicitur. ¶ Vespere, Mundi scilicet; nam Gregorius, & ante illum Aug. computant diem vnum totius æui mundi, hoc modo, hora prima diei huius fuit ante Diluuium: tertia post

ODE XCII. EX PSALMO XCII.

Dominus regnauit.

SIcut ab antiqua supremus origine mundi,
  Ante suam requiem fecerat autor opus.
Sic modò susceptam reparator & ante quietem
  Vespere subueniens grande refecit opus.
Inclytus hinc factus regali schemate sumpto
  Progrediens Rex est visus adesse palàm.

F illud vsq; ad Abraam; sexta inde vsq; ad Moysen, nona vsq; ad Christum; à quo vespera incipit ad diem vsq; iudicij, quod erit finis huius lõgi diei. ¶ Subueniens. Homini lapso, qui ceciderat in latrones, qui sunt dæmones, perpetui hostes humani generis. ¶ Grande opus. Redemptionis humanæ, media passione sua. ¶ Hinc. post passionem. ¶ Regali schemate sumpto. Corpore, regio decore per resurrectionis gloriam ornato, uel etiam assumpta uerè regia potestate, atq; dignitate: sicut ipse post resurrectionem discipulis apparens dixit, data est mihi omnis potestas in
Matt. vlt. cœlo & in terra, sic & in Apoc. dixerunt Angeli.
Cap. 5. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtu-
Ap. 5. tem, & diuinitatem. ¶ Progrediens. De sepulchro in mundum. ¶ Visus adesse palàm. Non omni populo: sed
Act. 10. testibus præordinatis à Deo, vt ait Petrus Apostolus, His, qui post resurrectionem eius manducauerunt, & bibe-
1. Cor. 15 runt coram illo: Apostolis scilicet & plusquàm quingentis fratribus simul, vt refert Paulus Apostolus. ¶ Decore. Gloriosæ resurrectionis. ¶ Apparuit. Septies in die resurrectionis, & deinde vsq; ad Ascensionem multis uicibus,

quarum

quarum nonnullas enumerat Apostolus his verbis. Christus resurrexit à mortuis tertia die secundum scripturas, & quòd uisus est cephæ: & post hoc vndecim: Deinde uisus est plusquàm quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsq; adhùc, quidam autem dormierunt: Deinde uisus est Iacobo: Deinde apostolis omnibus: nouissimè autem omnium tamquàm abortiuo uisus est & mihi: cæteras apparitiones colligere licet ex Euangeliis. ¶Syderea facie. Immò lucidiore Luna,& cunctis syderibus cum ipso Sole. verùm temperabat splendorem suum, vt illum humanus sustinere posset intuitus, possunt nihilominus hi uersus intelligi de prima apparitione illius in carne mortali: nam & tunc ante passionem apparuerat speciosus forma præ filiis hominum. ¶ Fortis bellator, A Ibidem.

Indutus primò præstanti membra decore
Apparuit populis syderea facie.
Nec minus vt fortis bellator robore miro,
Prodijt in regnum strenuus arma ferens.
Se quoq; præcinxit Rex mansuetudine mira,
Vt posito quiuis possit adire metu.
Orbem terrarum firmauit & ante labantem
Bissenis basibus, cardinibusq; nouis.

Vt potè qui uicit mundum,carnem,atq; Diabolum hostem humani generis infensissimum: qui & deuicta morte,fractisq; portis inferni,expoliauit inimicum, & cum trophæis victor ascendens in altum, captiuàm duxit captiuitatem. ¶Arma. Virtutum, & crucis,atq; clauorum,cæterorumq; insignium passionis eius. ¶Rex. Est enim rex ille constitutus à Deo super omnes gentes, de quo in Apoc. dicitur quòd est Rex regum,& Dominus dominantium. ¶ Præcinxit. Et ante passionem,& post;nam in die cœnæ magnæ præcinxerat se linteo, impositaq; manibus propriis aqua in peluim, lauit pedes discipulorum, deditq; mansuetudinis,& humilitatis mirifico cum exemplo documentum; vt si is, qui uerè erat Dominus, & magister, lauit seruorum,atq; discipulorum pedes; quanto magis & ipsi,& nos debemus alter alterius lauare pedes? post resurrectionem nihilominus extitit etiam mansuetissimus: vt qui gloriosa indutus erat stola immortalitatis, regijq; decoris ornatu, non est aspernatus uilem piscatorum mensam. ¶Quiuis. Etiam paruuli, & post resurrectionem mulieres: de quibus legimus, quòd apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat vij. Dæmonia: deinde & alias mulieres mansuetissimè salutauit, quæ accesserunt ad eum, tenueruntq; pedes eius, & osculatæ sunt. ¶Orbem terrarum. Idest Ecclesiam per vniuersum orbem diffusam,ac ex omnibus gentibus congregatam. ¶ Firmauit. Præceptis Euangelicis,& robore Spiritussancti. ¶Ante labantem. Propter varios errores gentilium, & auaritiam Iudæorum, atq; infirmorum adhùc imbecillitatem discipulorum. ¶ Bissenis basibus: xij. Apostolorum, qui accepta in die Penthecostes Spiritussancti gratia, facti sunt post Christum firmissima Ecclesiæ fundamenta: de quibus suprà in alio psalmo cantatum est. ¶Cardinibusq; nouis. Eisdem Apostolis, & lxxij. discipulis, in quorum locum successere,qui modò sunt in Ecclesia Cardinales, quòd pondera portarum regni cœlorum ipsi sustineant,in totius Ecclesiæ regimine. ¶Toto æuo. Huius sæculi tempore usq; ad diem iudicij. ¶Moueatur ut amplius. Quia Dominus ipse rogauit pro Petro. idest Ecclesia ne deficiat fides eius. ¶Supposita petra. Petra autem erat Christus. Fondamentum aliud nemo potest ponere, præter id,quod positum est,quod est Christus Iesus. ¶Ex illo tempore. Quò iniquè iudicatus est ab hominibus: meruit, vt ipse decerneretur hominum iustus iudex. ¶Summa arce: Olympi, idest excelsissima iudiciaria potestate. ¶ Rex mitis. In eo quòd homo, qui tanquàm agnus ductus est ad occisionem; qui & nihilominus remansit mitis,ac humanus, ut suprà dictum est. ¶Clemensq; Ab. 19. Ioan.13. Marc.16. Matt.28. B 1.Cor.3.

Non metus est, toto moueatur vt amplius æuo.
Supposita Domini firma Adamante petra.
Qua sessurus eras ex illo tempore, summa
Est solij sedes arce parata tui.
Rex mitis, clemensq; Deus, iustissime iudex
Æternus tuus est, sæcula & ante, thronus.
Ecce leuauerunt uiuentia flumina vocem:
Ecce tulere suos sydera ad alta sonos.
Ingentes fluctus rorantia ad astra tulere,
Concita spiritibus flumina viua nouis.
Vndiq; cum ruerent celsis ex montibus amnes,
Vocibus immensis, impete terribili.
Plurima quin etiam maris est elatio visa
Horridior solito bella ciere noua.
Tanta procellarum pelagi mirabilis orta
Tempestas equidem est: terribilisq; nimis.

Deus. Pœnitentibus etiam crucifixoribus, & percussoribus Iudæis ignoscendo. ¶Iustissime iudex. Est enim (vt ait Petrus) constitutus à Deo iudex viuorum,& mortuorū. ¶Aeternus thronus. Christus enim (vt ait Paulus) hodie,heri,& ante sæcula Deus est. ¶Ecce. Repente, & mox accepta Spiritussancti gratia. ¶Viuentia flumina. Apostoli, qui biberunt ex ea aqua, de qua dixerat Dominus.Qui biberit ex ea aqua,quàm ego dabo. fluent de ventre eius flumina aquæ viuæ. hoc dixerat (inquit Ioannes) de spiritusancto, quem accepturi erant credentes in eum. ¶Vocem. Prædicationum magnalium Dei primò,deinde Euangelij. Loquebantur (ait Lucas) Apostoli, variis linguis magnalia Dei, & post pauca. stans autem Petrus cum xj. leuauit vocem suam & locutus est eis.viri Iudæi,& qui ha. Hierusalem hoc vo.no.sit,& aur.perc.verb.mea, & reliqua. ¶Ingentes fluctus. Impetuosas disputationes, de Petro,Stephano,& Paulo post conuersionem eius: significantur etiam per fluctus signa, & prodigia, quæ fiebant per manus apostolorum: quibus impetuosè compellebantur animi audientium, & videntium ad credendum, vt narratur in actis Apostolicis, de claudo illo à natiuitate, post cuius erectionem adauctus ualde est numerus credentium. ¶Vndiq;. Non solùm ex omni Iudæa, sed, etiam ex potestatibus gentilium concitabantur persecutores Apostolorum, & vniuersæ Christi Ecclesiæ; nam hic describuntur per torrentes, principes sæculi inimici Ecclesiæ, nec mirum, si pro Christo flumina aquarum, & contra Christum torrentes etiam aquarum, quia scriptum est, aquæ multæ populi multi. Sed hoc interest, quia flumina perennia sunt, & ex fontibus deriuantur, torrentes vero repentini, & ex imbribus subitis causantur, ita Apostoli ex fontibus saluatoris aquas suæ prædicationis hauserunt in æternum duraturas: illi verò ex sæculari sapientum doctrina, quæ à Domino reprobata est,& pro stultitia deputata. ¶Vocibus immensis, &c. Crucifigantur, occidantur, torqueantur, de lapidibus obruantur. ¶ Impete terribili. Vt in Stephanum, de quo scriptum est, Act.10. Ioan.7. Act.2. Ibidem. C Act.2.

Quia

D ui a impetum vnanimiter in eum fecerunt, & eiecerunt extra ciuitatem, vbi & lapidauerunt eum: deinde facta
est (vt scribit Lucas) in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, ita ut dispergerentur omnes
Act. 8. per regiones Iudeæ, & Samariæ præter Apostolos: nonne torrens horribilis erat Saulus? qui spirans minas, & cæ-
& cap. 9. des deuastabat Ecclesiam per domos intrans trahebat viros, ac mulieres vinctos in custodiam, vt punirentur, nec
his contentus etiam accepta publica potestate persequebatur eos usq; in exteras nationes: tales impetuosos per-
secutores admodum torrentium diu passa est Ecclesia. ¶ Maris elatio. Gentium omnium, & precipuè Romano
rum, qui tunc orbi dominabantur, orta persecutio sub Nerone primà, deinde sub aliis Imperatoribus. ¶ Noua
bella. Pro vano idolorum cultu aduersus ueram, sanctamq; Dei religionem. ¶ Pelagi. Mundi totius: videbantur
enim principes omnium gentium conspirasse in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum, eiusq; Eccle-
siam ad omnimodam internitionem fidelium, ut de terra nomen Christianum delerent. ¶ Tempestas. Idest aspe-
ra persecutio: hic autem est ordo, tanta procellarum pelagi orta tempestas equidem mirabilis est, & nimis terribi
lis: mirabilior tamen est Dominus, vt infra. ¶ Sed Deus, & Dominus. Christus Iesus. ¶ Leuatus. Vsq; ad dexte-
ram patris super omnes altos Angelorum ordines. ¶ Præsidiumq; potens. Contra torrentium impetus, & elatio
nem maris. ¶ Freta concita. Nationes omnes commotas in nomen Christi, & fideles eius. ¶ Rabidis ventis. Fla
tibus Dæmoniorum, quibus impellebantur cul-
tores idolorum ad persecutionem Ecclesiæ.

Sed Deus, & Dominus super omnia celsa leuatus
Est mirabilior: præsidiumq; potens.
Vnde nihil metuunt rabidis freta concita uentis
Flumina quin pergant in mare plena tua.
Hinc tibi veridici testes per cuncta fideles.
Credibiles facti sunt, & vbiq; nimis.
Ædibus vnde tuis noua sanctificatio fulsit,
Vt decuit, domus est sanctificata tua.
Duret in æternum tua sanctificatio mater.
Vt liceat longos posse videre dies.

¶ Flumina plena tua. Predicatores tui, de qui-
bus suprà diximus. ¶ Quin pergant. Ad prædi-
candum uerbum Dei. ¶ In mare. In medium
nationum, & ad omnes gentes. ¶ Hinc. Ex tan
ta magnanimitate illis concessa per spiritussan-
cti abundantiam, qui illos omni uirtute, sapien
tia, atq; doctrina repleuerat. ¶ Veridici testes.
Act. 1. Vt ipse prædixerat, Accipietis uirtutem Spiri-
tussancti in uos, & eritis mihi testes in Hierusa-
lem, & in omni Iudea, & Samaria, & usq; ad ul
E timum terræ. ¶ Credibiles facti. Propter sapien
tiam, & facundiam, cui non poterant aduersa-
rii resistere, & præcipuè additis miraculorum
signis, atq; prodigiis; quibus etiam crudelissimi persecutores interdum commouebantur, & ad Christum con-
uertebantur: sicut & demum Constantinus ipse maximus Imperator. ¶ Nimis. Pro ualde ferè semper po-
nitur in diuina scriptura. ¶ Aedibus tuis. Apostrophe, idest conuersio sermonis ad ipsam Ecclesiam, quæ
licet tacita sit, ac vix comprehensibilis: frequens tamen est in omnibus prophetis, & multò frequentior
in psalmis, & est adeò necessaria cognitu, ut illa non apprehensa intellectus psalmi quemlibet fugiat ocula-
Apoc. 7. tum. ¶ Noua sanctificatio. Per effusionem sanguinis martyrum in uirtute Christi, unde in Apocalysis dicun-
tur dealbasse stolas suas in sanguine agni. ¶ Duret in æternum. Etiam in nos, & in omnes, qui futuri sunt
post nos. ¶ Longos dies. Absque noctibus hæc est illa longitudo dierum, de qua in Prouerbijs. In sinistra sapien-
Prou. 3. tiæ diuitiæ sunt, & gloria: Et in dextera eius longitudo dierum: tametsi textus psalmi hic desinat: quia tamen,
dum carmina componeremus, non potuimus cohibere spiritū intelligentiæ, qui à Domino per gratiam datus est;
iccirco, & nobis quasi reluctantibus, hæc breuis metrica interpretatio subsecuta est. ¶ Pande tamen nobis. Ver-
ba sunt psaltis, ut in præcedentibus ecclesiam
matrem pro expositione obscuritatum in psal-
mo existentium interpellantis.

Pande tamen nobis ænigmata tecta precamur,
Nouerimus, quibus es sanctificata parens.
Fluminibus quianam torrentes, & freta pugnant?
Cum torrens amnem ditet, vtrumque mare.
Clara animos pascunt; exercent tecta pudicos,
Ænigma hinc vobis, vel paradigma datur.
Rex specie insignis, virtute decorus, & armis.
Præcinctus, meus est sponsus, amansq; Deus.
Flumina sunt proceres nostri, præconia, voces,
Fluctus signa, quibus sermo probandus erat.
Torrentes subiti qui insurrexere Tyranni,
Et mare mundus erat, motio Roma sali.
Aëreæq; potestates sunt flamina dira:
Vnde procella meis; Et fera bella mihi.
Regis at ex alto virtute superueniente
Vicimus audacter cuncta ferendo mala.
Hinc ego iam pario veluti regina triumpho.
Incedo Ducibus concomitata nouis.
Vos quoque dilecti superetis, vt omnia gnati,
Este viri fortes, corda leuate Deo.

¶ Aenigmata.
Mirabilia, quæ in hoc psalmo nimis obscurè ca-
nuntur. ¶ Quibus. De martyrum sanguinibus
(si grammaticè dici potest) intelligit, & miris il-
lorum virtutibus. ¶ Parens. Quæ nos omnes
(ut virgo Maria) ex Spiritu Sancto concipit: sed
cum doloribus passionum nostrarum parturit:
perit autem in exitu de hoc sæculo ad beatitu-
dinem æternam: & propterea dicitur in Euange-
Joan. 16. lio. Quia cum peperit non meminit amplius
pressuræ præ gaudio, hinc, & festiuitates marty-
rum dicuntur eorum Natales. ¶ Quianam. Ad-
uerbium interrogandi. ¶ Torrentes, & freta pu-
gnant. Sensus est, quare Torrentes, & mare di-
F cuntur in hoc psalmo pugnare aduersus flumi-
Eccl. 1. na? cum torrentes impleant flumina, & ipsa ma
re? nam (ut ait sapiens) omnia flumina intrant
in mare. ¶ Vtrumq; mare. Notanda locutio:
cum de duobus est sermo, absq; discretione ge-
nerum neutro clauduntur eleganter: ita monet
Valla Laurentius. ¶ Clara animos. Et hic taci-
tè (move, de quo supra) fit mutatio personæ lo-
quentis: est enim responsio sanctæ matris eccle-
siæ. ¶ Tecta. Obscurè dicta. ¶ Pudicos. Non
adulterantes uerbum Dei falsis intelligētijs: sed
pudicè, atque ingenuè se se non intelligere con-
fitentes; quod abhorrent hæretici nolentes ignorantia notari: sed nulla peior ignorantia est, quàm eius, qui vult
uideri se scire, quod nescit: his numquàm aperitur occultorum intellectus. ¶ Paradigma. Prouerbium, siue pa-
rabola.

rabola. ¶ Rex specie insignis. Hæc omnia supra sunt exposita. ¶ Sponsus. Vt in canticis canticorum: & Augustinus. Sponsus est Christus, nullo dubitante, & sponsa est Ecclesia. ¶ Proceres nostri. Præcipui prædicatores, ut Apostoli, & eorum successores Episcopi. ¶ Roma. Tunc mundi caput. ¶ Sali. Idest maris. ¶ Leuate Deo. Vnde uenit auxilium, & uirtus. Cui laus, & gloria in sæculorum sæcula. Amen. A

LAmpade perpetua lustrat sol aureus orbem. Quoniam uetus est querela seruientium Deo intuitu mercedis, & non affectu amoris libero murmurare contra Dominum, & amicos eius, quòd malè hunc mundum regat; quia permittit, ut plurimum malos in sæculo florere: bonos uerò deprimi; illos diuitijs, & delicijs abundare: hos autem etiam necessarijs indigere, cuius occasione querelæ duo mala oriuntur impedimẽta pijs, unum blasphemiæ, alterũ retractio infirmorum à seruitute Dei, nec non, & tarda morâ proficientium: iccircò Spiritus Sanctus in hoc psalmo medetur utrisque: calcar etiam proficiẽtibus addendo, ut ueIociùs uiam mandatorum Dei percurrant. Et quia isti sunt aliorum duces electi, quorum uestigia subsequuntur infirmi; eos primùm exhortatur, ut syderum cœlestium more, cœptum diu cursum prosequantur; non attendentes terrenos homines, quid appetant, aut quid assequi uideantur. Sicuti sydera à solito cursu propter ea, quæ in terris aguntur, minimè retardantur: deinde ultorem Deum, & impiorum, & murmurantium futurum esse testatur: exponit subinde causas, quibus impij sinuntur hoc in mundo à rectore Deo florere: postremò mali ad pœnitentiam, boni uerò inuitantur ad patientiam, spe nõn huius temporis, sed æternæ retributionis. Dicit ergo psaltes. ¶ Lampade perpetua. &c. Quamuis hæc pulcherrima similitudo non ex uerbis psalmi fuerit assumpta; ex titulo tamen, qui clauis est intellectus eius, optimè colligitur, ut apertissimè super eo docet, hic Augustinus: Quare simplicem studiosum, atque fidelem lectorem moneo, ne cum inuenerit toto hoc opere nostro aliquos excursus etiam uagos, mox uersificatorem reprehendat, quasi Psalmistæ tenorẽ non obseruauerit: sed potius ad Augustinianam expositionem, ac cæterorum recurrat, & inueniet uerum sensum, ac mentem prophetæ Spiritu Sancto duce nos esse secutos. Titulus itaque psalmi est: Psalmus Dauid pro his, quæ fecit Deus quarta sabbati, lege Genesin, & inuenies luminaria mundi facta fuisse: uide & Augustinum hoc in loco, & certissimus efficiens eorum, quæ hic cantantur, quòd ad amussim sensui prophetæ conueniant. ¶ Præfixaq; lumina. Idest stellæ in ipso firmamento fixæ ad differentiam errantium syderum, quæ, & planetæ uocantur, de quibus, & statim subiungit. ¶ Tempora quæq; su o. Quæ si uolueris deprehendere, astrologos consule; poteris etiam non omnium, sed principalium breuem habere notionem si Virgilianum carmen olim perlegeris, & præcipuè in Georgicorum libris, nihil n. facit ad hunc locum ortus, aut occasus eorum temporis notitia: nam satis est scire, quòd statuta sibi à conditore tempora oriendo seruant, & occidendo. ¶ Latratus. Clamores eorum, qui crimina stellis infigunt, de quibus in superiore psalmo. ¶ Vana minantum. Quasi dicat potest atrox miles aduersus sydera? ¶ Non excandescunt. Sed neque possunt excandescere, quia sensu carent: sed ab angelica uirtute mouentur ad nutum conditoris Dei. ¶ Ducum. Exercitus armatæ militiæ, qui uicti ab hostibus, aut parta facti insolentes uictoria, grauius cæteris non solùm in sydera: sed in Deum ipsum, ac sanctos eius irascuntur, & iactant blasphemias. ¶ Votis. Quæ à paganis, aut à Christicolis gentili ritu fiunt interdum, & præcipuè ab his, qui magicas artes exercent, uel incantationibus deseruiunt. ¶ Meta. A solito cursu, qui sibi in zodiaco præfixus est. ¶ Olympiaci. Splendidissimi, quod, & paradisus uocatur, & in Euangelio regnum cœlorum dicitur: sed partim hic sola spe, partim posursum habetur. ¶ Pia lumina. Sancti Dei, qui icciréò lumina appellantur, quia lucis exempla cæteris ostendunt: unde, & Dominus dixit eis. Vos estis lux mundi: & rursus, sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona. &c. & denuò. Iusti fulgebunt, sicut sol in conspectu Dei, & alibi. Erunt sicut stellę in perpetuas æternitates. Apostolis quoque de quibusdam ait. Estis in medio generationis peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in firmamento cœli. ¶ Curritis. Isti sunt uerbi Dei præcones: de quibus dicitur, in omn. terr. exi. son. eorũ, & in fin. orb. ter. uerb. eorum, & alibi: Quàm speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona. ¶ Plagas. Idest per diuersas mundi regiones. ¶ Pectore seu cœlo præfixos. Toto animo cœlestibus intentos per contemplationem. ¶ Luce superna. Idest Diuina. ¶ Sol melior. Christus Iesus; de quo dicitur, sol iustitiæ illuxit nobis: hinc ad beatam uirginem canit Ecclesia. Quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster, melior autem dicitur, quia & si sol iste, quo mundus diurno tempore illuminatur, bonus est, ut pote Dei creatura, quantò melior est ipse creator eius? vnde & illi lux data est, & à cuius spiritali luce omnis creatura rationalis illustratur. ¶ Fouet. Sinu dilectionis, & charitatis. ¶ A solito fulgore. Præbendi cæteris exemplum benè uiuendi; atq; doctrinam legis diuinæ. Lex enim (vt dicebat Moyses) Lux est, & hic idem psaltes: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. ¶ Cordi. Sunt enim mercennarij, & Deo seruiunt pro temporali mercede, quam concupiscunt.

B

Matth. 5.
C
Matth. 13.
Dan. 12.
Phil. 2.
Rom. 10.

ODE XCIII. PSALMO XCIII.

Deus vltionum.

LAmpade perpetua lustrat sol aureus orbem,
Candida nocturno tempore luna micat.
In firmamento præfixaq; lumina fulgent.
Syderaq; obseruant tempore quæq; sua.
Non hominum curant latratus vana minantum.
Non excandescunt opprobrijs úe Ducum.

Nec magis exultant votis, aut laudibus vllis,
Non meta exiliunt, fulgidiúsúe micant.
Sic & olympiaci vos ò pia lumina regni.
Qui varias nostro curritis orbe plagas.
Pectore seu cœlo præfixos luce superna
Clarior illustrat Sol, meliorq; fouet.
Non vos à solito fulgore retractet inertum
Vox, quibus est cordi mundus, & eius honos,
Murmure multiplici conuicia, & ore canino
Audent in dominum dira mouere Deum.
Ecce mali florent (ait vnus; & alter) abundè,
Subdit, vbiq; miser concutiturq; bonus.
Cur patitur florere malos? nec vindicat vsquàm,
Hic spoliat miseros, floret at inde tamen.

D concupiscunt. ¶Mundus. Contra illud præceptum. Nolite diligere mundum, neq; ea, quæ in mundo sunt: quia peribit mundus, & concupiscentia eius. ¶Conuicia. Blasphemias, de quibus mox subiungitur. ¶Ait vnus. Ex his, qui diligunt mundum, Deumq; blasphemant. ¶Et alter. Ex eisdem socius in tragœdia. ¶Abundè. Idest in numerosa copia sunt, qui floreant mali. ¶Miser bonus. Non uerè miser, quinimo beatus iuxta illud. Beati estis, cum maledix. vob. hom. & persec. vos fue. &c. Item, Beati qui persec. pat. prop. iust. quon. ip. est reg. cœ. & alia multa similia: verùm mundi amatores, quia existimant se miseros, quando mundanis non affluunt delitijs, idem indicium de cæteris faciunt: sed falluntur, vnde & Iacobus Apostolus dicebat. Existimate omne gaudium, cum in varias tribulationes incideritis: contra vero. Agite nunc diuites (inquit) plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, aurum, & argentum vestrum æruginem traxit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. ¶Cur patitur florere malos? Responde, vt infrà: vt sint exercitio bonorum, seruientes eorum profectui: nam Abel esse non potest, quem Cain malitia non exercet, vbi enim esset sanctorum martyrum gloria? nisi florentes in sæculo tyranni illos in patientia per tormenta exercuissent! nam vbi non est bellum, neq; palma victoribus dari potest. ¶Nec vindicat vsquàm. Hic falleris, vtiq; vindicat vsquàm, aut hic, aut in futuro sæculo; & tanto grauior erit, quanto tardior vindicta: nam tarditatem supplicij grauitate compensabit. ¶Floret. Sed non in æternum; etenim flos hic aliquandò cadet. ¶Exhaurit. Exsicat, omnem substantiam, vnde uiuebant, illis tollendo. ¶Viuit uterq; tamen. Tibi forsitan viuit, sed non Deo, cui peccatores mortui sunt, quò ad animam. ¶Flor. vt. ta. Sed non diu. cadet enim flos, & succedet spino.

Jacob. 5.

Hic viduas torquet, exhaurit & ille pupillos.
Viuit vterq; tamen: floret vterq; tamen.
Hic rem defuncti expillat, dum quæritur hæres,
Publica solus habet, relligiosa vorat.
Latro viatores cædit; populatur & agros;
Vitales auras carpit, & iste tamen,
Inuidus hic fratrem frater paricida trucidat;
Impius hic matrem pulsat, & ille patrem.
Hic bello patriam incendit, versatq; penates,
Vrit templa, sacros & necat ense patres.
Sacrilegus temnit Diuos, cœloq; minatur
Vincula: patrem ipsum trudere & inde Deum.

¶Expillat. Vnde tenetur crimine expillatæ hæreditatis, nec si homines modò latet, semper latebit, aut Deum effugiet ultorem. ¶Publica. Et hi lupi, aut leones dicuntur, & si humanum forsan, minimè diuinum latebunt aspectũ, nec iudicium eius euadent. ¶Religiosa vorat. Vt malus Ecclesiæ prælatus, qui res Ecclesiæ hoc est pauperum vitam, & Christi patrimoniũ malè uiuendo cum canibus, & meretricibus, atque
E gnatonibus absumit, ò clerice (ait Hieronymus) de redditibus Ecclesiæ licet tibi honestè vitam ducere, non luxuriari, verùm tales grauius iudicium sustinebunt. ¶Et agros. Siue uillas, quæ agri appellatione comprenduntur; q in agris sitæ sint. ¶Et iste. Sicut cæteri, de quibus suprà: verùm non semper carpet: nam aut hic, uel in inferno suspendetur. ¶Inuidus. Qualis Caim, & fratres Ioseph, & Iudæus, qui Christum fratrem per inuidiam morti tradidit. ¶Parricida. Simplici describe; quia à parente, uel à patre componi videtur, licet significet etiam aliorum quorundam, quàm parentum interfectores, ut in legibus. ¶Trucidat. Quasi truculenter cædit. ¶Patrem, & matrem. Nostris temporibus ex Dei gratia rari sunt hi: tamen interdùm hic euenit casus; sed omnes malè moriuntur isti. quia à Deo maledicti sunt. ¶Sacros patres. Sacerdotes describit, qui patres spirituales appellantur: hæc omnia in bellis intestinis, idest, diuersarum factionum sæpè fiunt: multæ quippè vrbes hoc pacto vastatæ sunt uigente inter Gelfos, ac Gibellinos pessima dissensione, qua misera, & perdita facta est Italia. ¶Diuos. Sanctos, quibus cum etiam nomen suum Dominus Deus participare dignatur. Ego dixi (inquit) uos Dij estis, & filij excelsi omnes. ¶Vincula. Hi pessimi sunt tyranni, & uani lusores interdùm præ nimio dolore iacturæ supra modum succensi in iram: quippè inuenti sunt, qui ferro ipsas imagines sanctorum, & Dei appetiere, atq; oculos suffoderunt. ¶Et viuunt isti. Non uerè. ¶Florent. At marcescet eorum flos: vnde & Isaias clamat, omnis caro fœnum, & gloria eius flos fœni: exaruit fœnum, decidit flos, & emarcuit. ¶Dominantur? Quinimò seruiunt Mammonæ, cæterisq; dæmoniis, & proprijs cupiditatibus, à quibus, velut à furijs continuè exagitantur, atq; torquentur. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati. ¶Cur silet! Expecta paululum, non semper silebit, audi, quid is dicat. Tacui, numquid semper tacebo! & alibi. Existimasti (inquit) iniquè, quod ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. ¶Patitur. Huic re-

Et viuunt isti, florent, dominantur in orbe.
Cur silet? aut patitur, si videt ista Deus?
Dormit an? aut ridet? vel non mortalia curat?
Intentus superis, cardinibusq; poli?
Quid latras? Deus, ecce Deus, qui vindice dextra
Vlciscatur eos, impie, teq; simul.
Ecce Deus vindex, Deus ecce tricuspide telo
Armatus, vultu terribiliq; minax.

Rom. 2. spondet Apostolus. An ignoras, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? tu autem secun-
F dum duritiam, & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram, in die iræ, & iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. ¶Si videt ista Deus. An dubitas? qui fecit te videre, non videbit. ¶Dormit an? Certe non dormit, neq; dormitat, qui custodit Israel. ¶Aut ridet. Non vtiq; dixit enim veh vobis, qui ridetis, quoniam plorabitis. ¶Curat. Qui proprio filio non pepercit: sed, vt mortales ad vitam reduceret æternam, in sæuam crucis mortem tradidit; tibi videtur mortalia non curare? qui mortales pascit, mortalia non curat! ingrate si te non curaret, vnde viueres? ¶Superis. Idest, Angelis cœlestibus. ¶Cardinibusq; poli. Cœli summis verticibus, hanc quæstionem, vide in libris Iob, & expositionem in homelia Gregorij super eodem loco cardines (inquit) cœli perambulat, & nostra non curat, mira stultitiam, curat cœlos, & non curabit eos, propter quos fecit & ipsos cœlos? ¶Quid latras. Responsio est uatis hunc blasphemum increpantis. ¶Deus ecce Deus. Hic ingreditur in textum psalmi. ¶Eos. Iniquos, qui tibi florere uidentur. ¶Impie. Murmurator, & Blaspheme. ¶Teq; simul. Subaudi, vlciscetur vnà cum illis, deest autem præpositio, in vltus sum in eos: dicit alibi psalmes idem, vbi & Augustinus subiungit. Quid est, vltus sum in eos! vindicaui me de ipsis inimicis meis, quomodo me vindicaui!

A

me vindicaui? occidendo in eis errorem, & suscitando fidem. ¶Deus vindex. Malefactorum. ¶Tricuspide telo.
Propter tria flagella, quibus in populos malos interdùm vlciscitur, peste, scilicet bello, & fame. Item in inferno Matt.13.
tribus pœnis vrgentur iniqui, ignis, frigoris, & vermis immortalis, sicut in Euangelio nos ipse docuit, ibunt (ait) Luc.13.
in gehennam, vbi fletus, & stridor dentium, & vermis eorum, qui non moritur. ¶Vultu. Sic & alibi, oculi Do- Psal.33.
mini super iustos, & aures eius in preces eorum. vultus autem Domini super facientes mala, vt disperdat dè ter-
ra memoriam eorum. ¶Liber. Ab omni affectu, quo perperam iudicium fieri posset, & præcipuè à metu, quo
etiam aliàs iusti iudices humani discedunt à recto iudicio, sicut legimus de Pilato, qui Christum, quem inno-
centem cognouit, & metu tamen commotus cruci addixit. ¶Personarum ratio. Quia scriptum est.
Ita magnum iudicabis, sicut paruum: & rursus. Non erit apud te acceptio personarum; potentes enim potenter Deut. 1.
tormenta sustinebunt, si fuerint inuenti culpabiles, ¶Munera. De quibus scriptum est: ꝙ iudicum animos ple- Sap.6.
rúmq. corrumpant. ¶Sordes. Munera propter Deut.16.
corruptionem iudicibus data in iure, sordes ap-
pellentur, ad differentiam eorum, quæ licet da
re, & accipere i sunt tamen, & alij modi corrum
pendorum iudiciorum, vt pecunia non in mu-
neris modum, sed alio quouis pacto data: item
pactio de quota litis, item spes, aut oblatio stu-
pri, vt in causis viduarum fit interdum, & deniq;
quæ ius alia dicta, uel acta ad hunc finem gena-
raliter sordes vocantur: quia sordidus inde red-
ditur animus Iudicis. ¶Gratiaùe vlla. Vt alicui
mos geratur contra iustitiam: hæc autem sunt,
quibus humanum iudicium plerúmq; peruerti-
tur, Ira, odium, metus, & fauor, ignorantia, sor
des, quæ nullo modo possunt in Deo habere lo-
cum. ¶Fastus reos. Luciferum regem superbiæ,
& Angelos sequaces. ¶Plasma suum. Hominem Gen. 3.
à se plasmatum, nota est hystoria expulsi homi-

Liber ab antiquo veluti fidenter in omni
Egit iudicio: nunc quoq; liber aget.
Non personarum ratio; non munera; sordes,
Inuenient in eo, gratiaúe vlla locum.
Nonne Deus vindex cœlo deiecit ab alto,
Quos nouit fastus criminis esse reos?
Nonne Deus vindex paradisi sede fugauit
Plasma suum? pœnas indidit atq; graues?
Fraternam cædem simili quoq; cæde piauit,
De quo septemplex vltio sumpta fuit,
Nonne Deus vindex hominū genus omne profundo
Diluuio immersit? semine vix reliquo?

B

nis à paradiso voluptatis, propter præuaricationem præcepti. ¶Indidit. Iniunxit, imposuit. ¶Pœnas graues.
Quis fando numeret illas? Quotidiana magis experientia cognoscuntur; sed vt breuiter dicamus exilium, corru-
ptionem, & mortem. ¶Fraternam cædem. Abel, Scilicet. qui à fratre Cain per inuidiam interfectus est eo ꝙ Gen. 4.
Dominus ad munera illius aspexisset, & non ad sua. ¶Simili quoq; cæde, Nam & ipse à Lamech dicitur occisus
vltra tremorem membrorum, quo fuerat post cædem fratris à Domino percussus. ¶Septemplex vltio. Hic tangi Cap. 4.
tur hystoria, quæ in Genesi sub ijs verbis posita est, omnis, qui interfecerit Cain, septuplum punietur, & paulo Gen. 4.
post, dixit Lamech vxoribus suis, septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies, quæ verba
confiteor me nunquàm potuisse intelligere, qualiter fuerint super vtroq; adimpleta. Lectori itaq; studioso hunc
locum soluendum relinquere satius duxi, quàm apponere expositionem, quæ neq; mihi ipsi satisfacit. ¶Diluuio,
Quia omnis caro corruperat viam suam, notissima diluuij est hystoria, & latè describitur in genesi. ¶Semine vix 6.& 7.ca.
reliquo. Pro relicto: nam pauci, idest octo animæ tantummodo superstites, à quibus tanquàm ab exiguo se-
mine iterum multiplicatum est genus humanum. ¶Igneq; sulphureo. Quem de cœlo pluens Dominus subuer-
tit quinq; vrbes, Sodomam videlicet & Gomorram, & socias ob pessimum crimen, late in Genesi describitur hæc
hystoria. ¶In cinerem. In testimonium incendij, nec in ea tota ragione quicquam nasci potest, non seges, non Gen. 19.
vinea neq; arbores vllæ, præter arbutum quandam, quæ post flores satis pulchros visu, quædam poma facit pul-
chra oimis; verùm intus plena cinere, nigraq; fauilla: ita Solinus in lib. de mirabilibus mundi, & latè nouus Chri
sti vates Hieronymus vida Episcopus Albæ in Christcide sua. ¶In mare mortis. Idest mare mortuum, sic appel-
latur ingens lacus, ubi post incendium suborttus:
per quem transiens Iordanis fluuius absq; aqua-
rum commixtione pergit ad rubrum mare, di-
citur etiam hoc mare mortuum nō solum, quia
aquæ illius stent perpetuo mortuæ, nec usquam
fluant, aut refluant, sed quia nullis vsibus hu-
manis patet propter fœtorem, & crassitudinem:
sed neq; pisces in eo uiuere possunt, nec volucres
supra impunè volare: credo hæc omnia ritis fuis
se relicta uestigia, in detestationem horrendi
criminis, ne de cætero homines tale scelus au-
deant perpetrare. ¶Exaltare. Ad dexteram pa Ioan.5.
tris, qui filio dedit omne iudicium, vel cum ue-
neris ad uniuersale viuorum, ac mortuorum
examen. ¶In ipso verbo. Prædicationis com-
minatorio, vt patet in prophetis, & magis in
Euangelio: in quo liberè redarguuntur auari,
& iniqui principes tam sacerdotum, quàm secu- Matt.16.

Igneq; sulphureo sceleratas vltus in vrbes
Transtulit in cineres, in mare mortis humum.
Exaltare igitur verbo qui liber in ipso,
Liberior facto semper es inq; tuo.
O cœli, & terræ, totius & arbiter æui,
Sydereum iudex optime scande thronum.
Quæ tribuere pijs hæc impia turba; superbis
Talia tuq; illis, tantaq; retribue.
Quò Deus vsq; adeò iactabitur impia turba?
Quò Deus vsq; tumor tollet inanis eos?
Quò Deus vsq; feres illorum grandia verba?
Os tumidum fastu sesquipedale sonat?

C

larium: quorum hypochrisis apertissimè impetitur. ¶In tuo facto. Quo populos ingentes, regesq; superbos de-
molitus est. ¶O cœli. Idest uirorum, qui cœlestem uitam in terra ducere existimantur, sed præ superbia, hypo-
crysi, vel alia cordis nequitia reprobi fiunt: unde & stellæ de cœlo cadentes nocitantur. ¶Terræ. Mundanorum
hominum apertè terrenis inhyantium. ¶Aeui. Sæculorum omnium ab initio mundi usq; ad finem. ¶Scande
Thronum. Vel ut puniat malos in sæculo florentes, bonorumq; oppressores: uel ut generale iudicium acceleret,
precatur: quo cœlestibus condigna premia, terrenis autem dabuntur emeritæ pœnæ. ¶Superbis impiis. Qui præ
superbia pertinaces in malo sunt, nec dignantur agere pœnitentiam. ¶Retribue. Eadem quippè mensura reme

D tietur eis. ¶Quo Deus vsq;. Thmesis figura, ideſt ſectio dictionis cum alterius interpoſitione, nec niſi in compoſitis fieri debet, pro quouſq;, eſt autem pulcherrima exclamatio pro infirmorum animis refocilandis. ¶Sex qui pedale verbum, pro tumida ſuperborum oratione hic ponitur, proijcit ampullas, & ſeſquipedalia verba. Horatius de arte poëtica. ¶Procaci. Infrunito atq; immodeſto. ¶Corda mala. Propter cogitationes malas, quæ (vt ait

Matt. 15. Dominus,) De corde malo exeunt. ¶Fecimus hæc. Verba inſultantium iniquorum ſunt, qui lætantur cum male

Prou. 2. fecerint, & exultant in rebus peſſimis. ¶Terribilis Deus. Deriſoriè hoc dicunt. ¶Aiunt. Impij ſcilicet hac ſermocinatione volunt concludere, aut Deum non eſſe, vel mortalia non curare: & icirco ſibi licere impunè, quæcumq; libuerint, facere. ¶Gloria noſtra diu. Ex longa Dei patientia hæc præſumunt: vnde & ſapiens: quia

Eccle. 8. (inquit) non cito profertur contra malos ſententia, ideò mala multiplicantur ſuper terram. ¶Tuum populum. Chriſti fideles intelligit diræ perſecutionis tempore, quamuis etiam aliàs iſta fiant: ſed rarò, & non ita palàm. ¶Tribula, trahæq;. Ruſtica ſunt inſtrumenta, quibus in area frumenta à paleis excutiuntur. Sic etiam in Eccleſia Domini, preſſuris malorum boni à malis diſcernuntur, & mundantur, vt ad horrea Domini cœleſtia purgati portentur. ¶Tuam ſortem. Ideſt hereditatem tuam, quæ olim ſorte diuidebatur, vt ex illo Catonis verſu colligitur. Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato, & nouimus factitatum eſſe in diuiſione terræ promiſ-

Ioſ. à xiij. & vlt. ſionis, quæ inde ſors Domini, ac hæreditas eius appellata eſt. Sic etiam modo clerici, ſunt vocati, ꝙ in ſortem Domini fuerint aſciti; & ad eius miniſterium ſpecialiter adſcripti. porrò verè hereditas Domini, ipſi ſunt electi, ſicut & ipſe Dominus hereditas electorum eſt. ¶Olim. Tempo-

E re Ducis Ioſue, qui populum Iſrael in terram

Ioſu. xiij. & infra. promiſſionis introduxit, ſorteq; patribus illis diuiſit, hic autem de Eccleſia intelligendus eſt magis loqui vates: quæ ab initio multùm à perſecutoribus, & Iudæis, atq; Gentilibus vexata eſt.

Effabuntur enim velut hactenus ore procaci,
Quorum corda mala, & peſſima ſunt opera.
Fecimus hæc, admiſſimus illa, patrauimus iſta:
Terribilis nobis vltor & vndè Deus:
Si Deus eſt (aiunt) iudex, vindexq; malorum:
Quare non in nos vindicat iſta Deus?
Viuimus, & floremus adhùc, viuemus & vltra:
Inclyta florebit gloria noſtra diu.
Talia verba ſuis onerant grauioribus actis.
Nam tendunt auidas ad ſcelus omne manus.
Ecce tuum populum duris terere flagellis,
Tribula ceu paleas dura, Trahæq; terunt.
Vexauere tuam ſortem, quam patribus olim
Munere pro magno pollicitus dederas.
Interfecerunt viduam, ſimul atq; pupillum,
Sanguine fœdarunt proſelytiq; manus.
Atq; exultantes, non hæc intelliget vnquàm,
Dixerunt, immò nec videt iſta Deus.

¶Pollicitus. Non ſolum Abraæ, Iſaac, & Iacob: ſed & illis ipſis per Moyſen ante, quàm introducti eſſent, in exitu de Egypto, ac in mora longa deſerti annis xl. ¶Viduam, pupillum. Per necem perſonarum harum exaggeratur impiorum crudelitas, qui ſæuiunt in iis, quorum oporteret miſereri licet myſticè per viduam Eccleſiam, quæ poſt aſcenſum ſponſi in cœlum quodammodo vidua remanſit in terra: & per pupillum, cœtum diſcipulorum Domini, qui poſt mortem Chriſti patris ſui, remanſit & ipſe pupillus. vnde & hæc præuidens Dominus dixerat. Non relinquam uos orphanos: ſed iterum ueniam ad uos &c. interim ergo orphani, quòd idem eſt cum pupillis, extitere. ¶Sanguine proſelyti. Ideſt aduenticij ex gentibus ad fidem conuerſi, hi quoq; vexati ſunt, & multò magis quaſi transfugæ. ¶Atq; exultantes. In rebus peſſimis, vt ſuprà dictum eſt, ſunt enim hi, qui lætantur, cum male fecerint; quod peſſimum eſt hominum genus, & ualde procul à ſalute. ¶Fallimini. Optima confutatio eorum ex vatis perſona. ¶Caligine. Ignorantiæ craſſæ, & ſupinæ, atq; affectatæ, qua nullus excuſatur à culpa: ſed ag-

Pſal. 35. grauatur. ¶Corda. Quæ propria excæcauit malitia. ¶Opifex. Deus. ¶Opus. Hominem, etiam peccatorem. ¶Inſipiens. Benè inſipiens eſt, qui talia ignorat. ¶Intellige. At ſunt ex his, qui noluerunt intelligere, vt benè agerent. ¶Aliquandò, vel ſerò poſtquàm monita es, ¶Ergone. Interrogationes hæ ſunt ita rationabiles & apertæ, uti nemo poſſit aliter reſpõdere, quàm id quod uates intendit. ¶Aures. Reſponde, non vtiq;. Sed omnino audiet, qui facit alios audire. ¶Cæcus erit. Reſpon. non utiq;: ſed apprimè videbit, qui aliis viſum præſtat. ¶Corripit. Inſitæ legis naturalis impulſu, & ſynderеſis morſu: demum, & flagellis innumeris poſt admonitiones ſapientum, & in examine iudicij extremi, quod etiam fit priuatim in morte vniuſcuiuſq; etenim qua-

F lis hinc quiſq, egreditur, talis in iudicio apparebit: ſuper omnes autem correptiones excellentiſſima eſt ea, quam facit per præcones ſuos prædicatores, vt ab initio per prophetas: ſecundo loco per apoſtolos, & per ſucceſſores eorum ad finem ſæculi vſq;. ¶Ille vias. Reſponde vtiq; neq; enim illos ſinet abſque debita caſtigatione, qui omnium caſtigator eſt. ¶Tantæ. Ita magnæ de qua ſupra. ¶Erudiit. Tribus datis legibus naturali, moſaica, & per ipſum filium euangelica. ¶Ceſſet vt impietas. Factæ ſunt quippè leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia, & ipſis improbis formidato ſupplitio dematur nocendi facultas. ¶Docet. Reſpon. vtiq;. ¶Vel ſibi non ſa-

Fallimini, ah quanta caligine veſtra teguntur
Corda; opifex proprium, nonne videbit opus?
Ah popule inſipiens aliquandò intellige quæſo.
Turbaq; vulgaris ſtulta aliquandò ſape.
Ergonè ſurdus erit, vobis qui præſtitit aures?
Quiq; dedit fronti lumina, cæcus erit?
Ergonè qui gentes per totum corripit orbem,
Non etiam veſtras arguet ille vias?
Impietatis opus tantæ non arguet ille?
Qui mundum erudijt, ceſſet vt impietas.
Neſciet is, qui cuncta docet? ſapientia nobis
Omnibus vnde fluit, uel ſibi non ſapiet?
Qui te ſcire facit, venit vnde ſcientiæ menti,
Si tamen vlla tuæ eſt, neſciet acta tua?
Omnia cunctiſciens dubio procul omnia nouit,
Quæ loquitur, facit, & quæ meditatur homo.
Scit Deus, humanis quantum eſt in rebus inane:
Nam niſi, quod vanum eſt, cogitat omnis homo.

piet.

piet. Respon. sapiet, est enim virtus ipse & sapientia patris; ¶Si tamen ulla tuæ est. Icciro dicitur hoc, quia ni si sapientia hotus mundi stulta fieret apud Deum, non ignorarent Deum, qui factor est hominum, eorum etiam rectorem esse; sed sapientes sunt, vt faciant mala benè autem facere nesciunt. ¶ Acta tua. Respon. vtiq; & uerba etiam, & cogitationes, quæ sunt arcana cordis; quod ipse fecit, atq; scrutatur, vnde & sequitur optima, verissimaq; conclusio, Deum omnia nosse. ¶ In rebus inane. Hoc etiam dictum fuit, ut refert hic Hieronymus à quodam seculari poeta. ¶Cogitat. Ex se, hoc intellige: nam & bonas cogitationes,& quæ frugi sunt Deus inspirat. hinc.& Apost. dixit. Non quod simus sufficientes cogitare aliquid à nobis;quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. ¶ Mandata perennia. Idest perpetua, qualia sunt præcepta decalogi, & præcipuè illa duo A

Fœlices animæ,quas tu correxeris; & quas
Ceu pater erudiens legibus imbueris.
Sæpè docebis eas mandata perennia vitæ:
Et quæ vis fieri,quæq; cauere velis
Mitius vt tolerent,quæ sunt mala temporis huius,
Venturi sæcli,ne grauiora ferant.
Lenius ista ferant, donec fodiatur in altum
Huic,peccatori fossa profunda lacum,
Sarcula (me miserum) foueam duriúe ligones
Non hanc effodiunt,sed mala passa diu.
Sustinet ingratos patientia longa superbos:
Vt vel pœniteant,altius vt ire cadant.
Leniter intereà,tamen,& patienter agendum,
Et præstollandum,donec ab arce cadant.
Nec nisi defossa miseros sepelire uelimus;
Ne simul elatos nosq; ruina trahat.
Intempestiuas quicumq; exaggerat iras
Impatiens: metus est,ne cadat ipse prior.

de dilectione Dei,ac proximi; in quibus est totius legis plenitudo: hinc & dicitur. habe charitatem,& fac quod uis. (2.Cor.3.) ¶ Quæ uis fieri,&c. Quæ his duobus naturæ præceptis tanquàm in breui summa includuntur. (Rom.13.) Omnia quæcomq; vultis, ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. (Math. 7.) & contra,nemini feceritis,quę pati non vultis; in his duobus lex, & prophetæ consistunt. ¶ Mitius ut tolerent. Subaudi, sæpè docebis eas; quod est supra, ut tolerent mitius mala præsentia; ut euitent futura multò grauiora. ¶ In altum. In profundum malorum,de quo scriptum est. Peccator cum profundum malorum uenerit,contemnit. (Pro.18.) ¶ Lacum. Inferni. ¶ Huic peccatori. Diuinam iustitiam contemnenti, atque deridenti,insultantiq;. ut uisum est suprà. ¶Sarcula,& ligones. Instrumēta sunt rustica,quibus effodiūtur fossæ in cimiteriis pro sepultura mortuorum. Me miserum. Dolet graui talium euentu: quòd adhuc uiui sepeliantur, videlicet. in pessima consuetudine, figurati per Lazarum quatriduanum; de quo alias dictum est. ¶ Sed mala passa diu. Patienter à Deo: qui patienter peccatores suffert,interdùm expectans eos ad pœnitentiam. ¶ Pœniteant. Licet apud grammaticos hoc uerbum non nisi in numero impersonalium coaptetur, quia tamen apud doctores excellentissimos catholicæ ecclesiæ,ac præcipuè Augustinum qui etiā professus est grammaticam sæpè inuenitur personale, icciro,& nos hic posuimus illud. ¶ Agendum. A piis qui conuersantur inter illos,& affliguntur ab eis. ¶ Præstollandum. Idest expectandum,nec ita citò de Diuino murmurandum est iudicium. ¶ Ab arce cadant. A celsitudine potentatus, & gloriæ; non tamen hoc etiam desiderandum est à bonis; sed potius,ut conuertantur,& uiuant. Vnde,& Augustinus ait, vtinam qui nos exercent conuertantur ad Dominum,& nobiscum exerceantur & ipsi,sicut euenit Saulo,quando factus est Paulus: plura nāq; passus est,quàm prius intulerat. ¶ Nec nisi. Hæc dicuntur quodammodo ad solatium infirmorum,quos tædet tam longè fœlicitatis iniquorum,& propriæ miseriæ. ¶ Elatos. Superbus est enim omnis, qui sese cæteris præfert,& peccatores quos contemnit more Pharisei illius dicentis: Gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri peccatores velut etiam hic publicanus. (Luc. 18.) ¶ Intempestiuas. Sic & Dominus nolite (inquit) ante tempus iudicare, donec ueniat is,qui illuminabit abscondita tenebrarum,& occulta cordium;& tunc laus erit unicuiq; à Deo. (2.Corin. c.4.) ¶ Vltor. Deus qui adest omnino,sed patiens est, neq; irascitur per singulos dies: alioquin si quotiens peccant homines, mox perderet illos, exiguo uacua tempore terra foret. ¶ Nec releuator adest. Vt is existimat, alioquin adest omnino certaminis spectator,fautor,& ociiuum suggestor; sicut legimus de beato Antonio,cui dicenti, o Domine ubi eras, quandò à Dæmonibus percutiebar! Respondit, aderam quidem agonis inspector,& tacitas uires tibi suggerebam,quibus superares. ¶ At sperate. Vox est uatis consolantis eos. ¶ Presto. Licet aduerbium sit, ab aliquibus tamen putatur nomen adiectiuum omnis generis, & indeclinabile,& significat id quod sonat, citò adesse, & in fauorem,atque auxilium: ut in illo uersu. Fuit nobis clementia prestò. ¶ Denique. Post aliquā expectationem; quæ & si uerè breuis sit, laborantibus tamen diutina uidetur. ¶ Propè fiet ei. Non quòd aliquando longè fuerit, qui ubiq; est, & omnia complet; sed auxilium manifestum differendo uidetur longè esse, & quando subuenit apertè proximus fieri. Dilectæ fortis. Idest hæreditatis, quæ olim in populo Hebreo consistebat; modò quia gens illa (ut docet Ioa. in Apoc,) facta est Sinagoga Sathanæ,est in populo Christiano, & uocatur Ecclesia Dei: quam adeò dilexit pater Deus, ut filium suum unigenitum dederit in mortem, (Apo. 2.) in mortem crucis horrendam pro redemptione illius ab æterna morte; cui propter præuaricationem uniuersum genus

B

Dum florere diu prauos uidet; anxius atque
Hinc dolet? ac si,non vltor adesset eis.
Si uerò, similesq; sui,ceu pondere magno,
Dum gemit oppressos,nec releuator adest.
At sperate graui vos,qui sub fasce doletis,
Fautorem vobis affore præstò Deum.
Namq; suam Dominus miserator deniq; plebem
Non procul expellet; sed propè fiet ei.
Sed neq; dilectæ, pro qua miranda patrauit,
Funiculum sortis deseret illæ suæ.
Iustitia illorum donec vertatur in altum
Iudicium,& pateant, quæ latuere diu.
Qui gemuere modò sub iniquo iudice pressi,
Quos velut iniustos perculit impietas.

C

D genus humanum addictum fuerat. ¶ Funiculum. Ad litteram chordam hereditatis diuisoriam intellige; hic uerò & mysticè unitatem charitatis significat; qua ueri fideles re, & nomine in unum corpus capiti (Christo colligantur; & qua ab infidelibus, uel falsis fidelibus, qui nomine tantùm, & non opere sunt dicti Christiani separantur modò, licet inuisibiliter. Separabuntur autem palàm, & omnino in die iudicij; ouibus ad dextram, & ad sinistram collocatis. ¶ Pateant. Manifestentur omnibus. Quæ latuere diu. Sub hypocriseos uelamento, & bona iustorum opera, quæ modò abscondunt ob periculum inanis gloriæ. Tunc reuelabuntur. ¶ Qui gemuere modò, Dum hic uiuitur. ¶ Pressi. Vt Christus, & martyres, & reliqui omnes, qui propter iustitiam defendendam ab iniquis opprimuntur. Vt Ioannes baptista. ¶ Insultabunt. Sic etiam dicitur in lib. Sap. Stabunt iusti in magna constantia aduersus, eis qui se angustiauerunt. &c. ¶ Illorum. Bonorum qui nunc iniustè torquentur ab impijs. ¶ Patefiet. Manifestabitur. ¶ Eis. Iniquis, dicent enim intra se. Ecce hi, quorum uitam reputabamus insaniam, & finem illorum sine honore, quomodo computati sunt. inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. ¶ In prauos. Vice uersa, sicuti nunc in hac uita, praui in bonos quotidie insurgunt, ita tunc boni in malos insurgent, & sedebunt (ut dixit Dominus) super xij. sedes, iudicãtes xij. tribus Israel. ¶ Assessores. Iuxta iudices sedentes; non quòd iudex ille indigeat eorum consilio, ut iudices terreni consiliarijs, qui uocantur assessores; sed ut eos penes se honorabiles esse ostendat. ¶ Instar. Ad similitudinem. ¶ Intereà. Dum ueniat in iudicium. ¶ Modò. In præsenti uita, dum affligimur. ¶ Horrida bella. In quibus nõ solùm res, sed & animæ periclitantur, paciscitur enim Diabolus cum iniquis, quos aduersus iustos concitat: date mihi animas, cætera tollite uobis, tot instructos. Diaboli, & mundi satellites, assiduè contra iustos conspirant. ¶ Neci. Non corporis tantùm, sed magis animæ. ¶ Obiecto clypeo. Inuisibilis protectionis suæ. ¶ Cæsus. Non de cæde corporis hoc intelligendum est, sed magis animæ per desperationem, quæ præ nimia perturbatione interdùm mentibus omninum insurgit. ¶ Tartareosq; lares. Vbi torquentur impij, & maximè desperati. ¶ Vermis. Hic remorsus est sontis conscientiæ, qui alio uocabulo dicitur synderesis. ¶ Propugnator. Blandientis est, timoratæ conscientiæ signum.

Sap. 5.

vbi sup.

Luc. 21.

Iob. 20.

E

Tunc insultabunt hylares aduersus iniquos,
Iustitia illorum, tunc patefiet eis.
In prauos (recti qui sunt modò corde) subactos
Tunc assessores iudicis instar erunt.
Quis tamen intereà mecum modò surget in illos?
Inq; malignantes quis mihi fautor erit?
Quisue modò lateri præcinctus ad horrida bella,
Iunctus erit nostro, præstet ut auxilium?
Namq; tot instructos cerno, qui operantur iniqua,
Quorum acies ferri stricta parata neci est.
Quòd nisi cuncti potens Dominus, bellator et acer
Obiecto clypeo sustinuisset eos;
Cæsus ad obscuras paulominus ire tenebras
Inferni vrgebar, tartareosq; lares.
Spiritus in stygijs habitasset sedibus æger:
Immortalis vbi vermis, & ignis edax.
At si clamabam, mi propugnator adest,
Pes propè iam motus labitur ecce meus,
Protinus assistens miserantis dextera sursum
Erexit, primo restituitq; loco.
Vulneraq; incautus si cominùs vlla recepi,
Eminùs, aut telo saucius ingemui.
Mox aderat medicus lætalia vulnera curans,
Ambrosiæ succo saluificante manu.

¶ Propè motus. Non tamen omnino: sed affectus mentis, qui pes animæ dicitur, ad improuisos casus impetuosæ uehementiæ tentationis urgentis, propter fragilitatem humanam labat in primis illis motibus; sed mox Dei gratia resumptis uiribus, & animo corroboratur ad extrema quæq; ferenda pro fide Christi, & iustitia defendenda. ¶ Labitur. In consensum nequitiæ uel in blasphemiam, de qua supra, Deum res humanas minimè curare. ¶ Miserantis, quia (vt dicit Apostolus.) Non est uolentis, neq; currentis: sed miserantis Dei. ¶ Vulnera. Si peccata ulla contraxi, uel murmurationis indignæ. ¶ Cominùs. Ob fragilitatem carnis, quæ de propè, & domesticus hostis est: unde dicitur in vulgari adagio. Nulla pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus, est enim ea, quæ dormit in sinu nostro, & quocumq; circunfertur à nobis vel inuitis. ¶ Eminùs. A longè, puta ab hoste Diabolo, vel à mundo. ¶ Medicus. Hic est, Christus Iesus; qui dicit de seipso. Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. ¶ Ambrosiæ succo. Idest Misericordiæ dulcedine. ¶ Saluificante manu. Idest potestate saluandi sibi à patre tradita, vnde & homines illius temporis, cum paralytico peccata dimisisset, & in signum remissionis etiam sanasset, iussissetq; curatum subleuato grabbato domum abire; clamabant, & laudabant Deũ, qui potestatem talem hominibus dedisset. ¶ Multiplices causas. More periti medici, qui prius causas morbi inuentas remouere studet: deinde, fugato morbo, sanitatem introducere. ¶ Sydereo intuitu. Aspectu sereno, ad gratiam infundendam verè pœnitenti paratissimo. ¶ Consolatio dulcis. De remissione peccatorum, & spe ueniæ. ¶ Cur tamen hos. Redit ad principalem quæstionem, vt pro solatio infirmorum eam soluat, & modestà vtitur interrogatione, non damnabili murmure, vt suprà: nec enim repræhendi debent: qui cum modestia quærunt rationem à Domino de eo, quod ipsi non intelligunt pro animarum salute, & ad compescendum murmurationem infirmorum: hanc quæstionem etiam Abachuc propheta proposuit coram Domino, & solutionem inuenit: quæ & clarissimè ponitur hic in textu, scilicet pro exercitatione piorum ad maiorem eorum profectum permittit Dominus aliquandiu florere malos. ¶ Tibi adhæret. Idest placet responde nequaquàm, quemadmodum nec patri familias seruus malus, & tamen aliquan-

Rom. 9.

Matth. 9.
Marc. 2.

F

Ab. 1.

Multiplices causas tamen & si mille dolorum
Corde meo vidit sydereo intuitu.
Expulit has omnes tua consolatio dulcis
Interiùs cordi fusa repentè meo.
Cur tamen hos regnare diu, & sæuire tyrannos,
In seruos pateris tu Deus alme tuos?
Numquid iniquorum tibi sedes impia adhæret?
Num facies oculis impia grata tuis?

diu to-

Non equidem ſcelerata placent tibi facta, nec vlla
Iniuſti facies impia grata tibi.
Sed quia finxiſti duri præcepta laboris.
Sudoriſq;, opus eſt, adſit & vnde labor.
Socordes etenim vitam traheremus inertem,
Quæ nos exercent; ni mala tanta forent.
Nec mala tanta forent, ſi non toleraret iniquos;
Et ſæuire diu, ni pateretur eos.
Ergo exercentes animas captare laborant
Iuſtorum; & ſimiles reddere quaſq; ſibi.
Quòd ſi non poterunt blandis, terroribus illas
Concutient, damnis afficientq; nouis.

diu tolerat eum pro neceſſitate domus, ac vtilitate familiæ. ¶Tuis. Reſponde non, ſicuti nec patri filius fratrum oppreſſor; & tamen non ita citò illum eiicit de domo ſub ſpe correctionis, vel alterius communis vtilitatis. ¶Non equidē. Sententia eſt veriſſima: quia non placent Deo mali: alioquin neq; morte, neq; gehenna inferni, aut aliis pœnis reos puniri mandaret. ¶Finxiſti. Non ſimulaſti: ſed verè, effingendo ſtatuiſti; vnde & luti compoſitores figuli vocantur. ¶Duri laboris. Nam ſicuti auis naſcitur ad volandum, & piſcis ad natandum: ſic homo ad laborem. ¶Sudoriſq;. Et præcipuè poſt primum præuaricationem hominis: cui ante de labore tantùm dictum fuerat: ꝙ poſuit Dominus hominem in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret eum, verùm ſecuta præuaricatione, dixit ei, Maledicta terra in opere tuo: cum operatus fueris in ea, reddet tibi tribulos, & ſpinas: & in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. ¶Opus eſt. Neceſſarius eſt malus, per quem in aſſiduo labore exerceatur bonus. ¶Captare. Fraudibus allicere, & in ſuum conſortium attrahere. ¶Mulctabitur. Non ſolùm pecunia, & rerum iactura; ſed etiam morte: exemplum habes de antiquis Naboth, qui & vineæ, & vitæ iacturam paſſus eſt; de nouis. Beatam Agatham à Quintiano Proconſule, & re familiari, atq; vita mulctatam. ¶Proh dolor. Color Rhethoricus, qui dicitur exclamatio. ¶Aſt ego. Nunc ad ſeipſum redit vates; ſimul & alios exemplo ſuo docens, quid ſit agendum, cum inciderimus in has difficultates. ¶Anfractibus. Aliis, atq; aliis impiorum foueis ad nocendum præparatis, ita doloſe, vt ſi vnam uelis euitare, in aliam incidas incautus, eſt autem ſimilitudo deducta, ab obſcuris cauernarum reflexibus, tortuoſiſq; receſſibus. ¶Confugere. Ad Dominum: hoc eſt optimum remedium in humanis neceſſitatibus; cum non habemus, quid agamus ad ipſum Dominum confugere: vt vel uiam nobis aperiat euitandi periculum; aut uirtutem patienter agendi. ¶Aſylum. Locus refugij tutiſſimus. ¶Qui facit vt ſperem. Spei bonæ cogitationem inſpirando: neq; enim ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. ¶Prorſus me. Per mortem: neq; enim minus eripuit Machabæos pueros, permittendo illos igne torreri, & per mortem ab omni deinceps periculo liberari, quàm tres alios pueros ante eruerat de fornace ignis ardentis, non ſinendo illos igne comburi, quin imò melius proſpexit Stephano; quàm Paulo per ſportam demiſſo: ille ſiquidem ſemel tantum lapidatus eſt, & peruenit ad coronam gloriæ. iſte poſt nodum non ſolùm ter lapidatus eſt; ſed & pluribus aliis tormentis multotiens ad necē vſq; deductus eſt, ita vt etiam frequenter tæderet eum viuere, cuperetq; diſſolui, & eſſe cum Chriſto. ¶Faucibus orci. Ideſt inferni, cui appropiat is, qui tentatur propter periculum fragilitatis humanæ, ne uictus à tædio, vel à doloribus, uel ab ipſo metu, ut Petrus, nequitiæ conſentiat, vel deſperet, ut Iudas. ¶Terrifico fuſte. Alicuius aduerſitatis in impios potenter emiſſæ, uel etiam mortis eorum; ut in Nerone & Diocletiano perſecutoribus Eccleſiæ, factum legimus. ¶Putarant. Aduerſus ſanctos conati fuerant, ſed ſubita morte præuenti nequiuerunt conatus ſuos ad effectum perducere. ¶Enſe manu. Ideſt armata manu, per exercitium poteſtatis ſæcularis, qua ſunt abuſi in dira cæde ſanctorum. ¶Tandem. Poſt longam expectationem. ¶Comminuetq; pilo. Etenim potentes potenter tormenta ſuſtinebunt. ¶Perdet eos. Quis? Reſponde. Iudex iuſtus, &c. ¶Notanſq; Deus. Contra fatuam eorum opinionem, quia non credebat actiones, ſuas à Deo uideri uel curari: ſed uidet, & curat omnia Deus: cui honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

A | Gen. 3. | 3. R. 21. | B

Iudice ſub prauo demùm mulctabitur inſos:
Fundetur ſanguis (proh dolor) innocuus.
Aſt ego quid faciam tantis anfractibus actus?
Quid mecum pulſus quiſq; fidelis agat?
Confugere ad Dominum properemus pectore toto,
Paſtor vti pauidas qui tueatur oues.
Spes mea viua Deus, meus & protector, Aſylum,
Qui facit, vt ſperem; ſpem iuuat inde meam.
Namq; uel eripiet prorſus me ex faucibus orci,
Terrifico aut coget cœdere fuſte procul.
Nec minus iis reddet, quæ prauo corde putarunt:
Quàm, quod patrarunt enſe, manuq; nefas.
Iuxta nequitiam peruerſi cordis eorum
Retribuet tandem, ſed grauiore manu.
Et diſperget eos varijs cruciatibus vrgens:
Conteret vt vitrum, comminuetq; pilo.
Perdet eos iudex iuſtus; Rex inclytus; atq;
Omnipotens Dominus; cuncta notanſq; Deus.

2. Cor. 16 | C

QVi procul à recto, &c. Inuitantur omnes homines tam Iudæi, quàm Gentiles, tam peccatores, quàm iuſti ad canendas laudes, diuinas, & ad acquieſcendum monitionibus D. N. I. Chr. ne duris ceruice eueniat, quod patribus antiquis in deſerto extinctis, eo quòd monitionibus diuinis per Moyſen famulum fidelem exhibitis noluerunt obtemperare: ſed quia minimè ſpecioſa laus eſt in ore peccatoris, icircò in primis, & ante omnia admonet eos vates, ut qui peccando à uia recta declinauerunt, iam per pœnitentiam redeant in uiam, & quia ſatis planus eſt textus, icircò breui ſermone exponendo tranſcurrimus. ¶Qui procul. Peccatores intelligit. ¶A recto calle. De quo in Euangelio, Arcta eſt uia, quæ ducit ad uitam: eſt autem ſemita hæc obſeruatio mandatorum Dei. ¶Moribus abſque ſale. Ideſt inconditis, incompoſitis, inſulſis, & inſipientibus: contra illud preceptū. Omnis uictima ſale ſalietur: & ſit ſermo ueſter ſale

Luc. 7. | Mar. 9.

ODE XCIIII. EX PSALMO XCIIII.

Venite Exultemus.

QVi procul à recto ſcelerum per deuia calle
Declinauiſtis moribus abſque ſale.

Sponte redite viam conuersis moribus, atq;
Explosis vicijs, húc & adeste citi.
Currite, quid statis segnes; properaté, venite;
Vna exultemus voce, manuq; Deo.
Ore salutari nostro concepta canamus
Iubila: nam Deus est noster, & vnde salus.
Hunc pia præueniat confessio nostra prius, quàm
Adueniat iudex iustus, & ore minax.

D sale semper conditus. ¶ Sponte redite. Sicut, & sponte recessistis. ¶ Viam. Pro in uiam, mandatorum Dei, uel ad uiam, qui Christus est. ¶ Explosis vicijs. Effugatis cum detestatione quadā uocis; quæ fit maximè in confessione uocali.
Eccl. 17. ¶ Húc & adeste. Ad laudandum Dominum, qui nos ab errore reuocat, ueniamque promittit, & inde etiam præmia. ¶ Citi. Iuxta illud sapientis: Ne differas conuerti ad Dominum, de die in diē; nescis enim quid mali parstura sit dies crastina, & ut benè nos Augustinus monet. Et si dominus promiserit in omni tempore ueniam peccatori pœnitentiam agenti; nulli tamen promisit uitam usque in crastinum: per hoc nos reddens sollicitos ad citam conuersionem: quia quocunq; ingredimur, sequitur mors corporis umbram. ¶ Currite. Ad confessionem peccatorum, & deinde ad Dei laudem, uel currite non passibus corporis; sed affectibus mentis. ¶ Voce, manuque. Idest opere, quia fit plerùmq; manu, ut eleemosina. ¶ Concepta. Prius in corde, per bonam cognitionem à Deo infusam. ¶ Iubila. Sunt ea maxima gaudia
1.Cor. 2. mente hylari concepta, quibus exprimendis nulla uox etiam summi cantoris sufficit: & tenera, si oculus non uidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus eum, quæ nos canora poterit exprimere iubila ineffabilis gaudij? ¶ Deus noster. Est utiq; Dominus Iesus Christus saluator noster, & Deus noster unà cum patre, & Spiritu sancto. ¶ Pia confessio nostra. Hæc est duplex, peccatorum, & laudis: illa prior, hæc posterior: ne sit pharisaica, & reproba. ¶ Adueniat. Duplex etiam celebratur aduentus Domini, qui præteriit in humilitate, & infirmitate carnis: qui futurus est in uirtute magna, & maiestate: de quo hic modò loquitur. ¶ Confiteamur ei. Hic est primus modus confessionis, videlicet: peccatorum, sequitur alter laudum.

Confiteamur ei: nostrum scelus omne, nefasq́ue:
Illius at proprium soluere vincla reis.
Confiteamur ei, quòd clemens, atq; benignus:
Indúltor veniæ; quòd miseransq; pater.
Confiteamur ei, meritis & laudibus illum
Cantemus; psalmi iubila nostra sonent.
Gaudeat, exultet, caro, mens, vox iubilet illi.
Optimus est quoniam, cuncta sciensq́; Deus.
Gaudeat, exultet, caro, mens, vox iubilet illi;
Maximus est quoniam, cuncta potensq; Deus.
Gaudeat, exultet, caro, mens, vox jubilet illi,
Est Dominus, cunctos subijciensq́; Deos.
Gaudia nos hylares teneant, & iubila voces,
Quòd Rex armipotens, cuncta regensq́; Deus.
Gaudia nos hylares teneant, & iubila voces,
Quòd Deus est. omnes exuperatq́; Deos.
Gaudia nos hylares teneant, & iubila voces:
Quòd Dominus plebem, non fugat ipse suam.

¶ Nostrum. Subaudi, totum, nam culpa omnino tota nostra est, quādo peccamus. ¶ Soluere uincla reis. Idest reatus culpam dimittere, absoluendi uerò ministerium sacerdotibus
E concessit. ¶ Clemens. Ignoscendo. ¶ Benignus. Iterum in gratiam pristinam recipiendo. ¶ Indultor ueniæ. Etiam pœnam in toto, uel in parte remittendo. ¶ Miseransq; pater. Vitulum
Luc. 15. saginatum occidendo, & celebrādo lætum conuiuium. ¶ Confiteamur ei. Hic est secundus
Rom. 5. modus confessionis, laudum. s. laudandus est siquidem Dominus, non solùm, quia indulsit; sed & quia ubi abundauit delictum, plerùmq; facit, & gratiam superabundare, nouis muneribus posteà concessis. ut patet in publicano ad Apostolatum, & ad scribendum Euangelium assumpto: sic & in Saulo facto Paulo, ac multis alijs. ¶ Gaudeat mens. Interiori gaudio. ¶ Exultet caro. Exterius. ¶ Iubilet uox. Resonando, & alios quodammodo ad cōmunem lætitiam inuitando. ¶ Optimus est quoniam. Duplex causa iubilationis. Gaudeat. &c. Nemo miretur has repetitiones quasi nouæ sint, uel à me præsumptæ: sunt enim Augustini, qui hoc in loco dicit, id quod est in psalmo. Iubilemus ei, omnibus clausulis repetendum esse, hoc pacto. Quoniam Deus magnus. Iubilemus ei, & rex magnus. Iubilemus ei, & sic successiuè. Ego uerò uarietatis gratia, & ut euitarē fastidium lectoris; multipliciter uersum intercalarem uariaui, mutatis tantummodò uerbis, eadem tamen repetita sententia, nec nisi ter quilibet intercalaris repetitur. ¶ Cunctos subijciensque. Subaudi alios Do-
F minos ditioni suæ, & hæc omnia de Christo Deo rege regum, & Domino Dominantium, intellige: nam de patre: nulla erat dubitatio, de Christo uerò, quia uiderant eum humana passum, ambigebant homines, ad quorum ambiguitatem tollendam; hæc omnia de ipso prædicantur. ¶ Armipotens. Non lancea, uel ense pugnando ut homines, sed uirtute superando, ut Deus, ideò de cœlestibus armis, hæc dicta intellige, quæ docet Paulus in uarijs Epistolis. ¶ Gaudia. Alius intercalaris eiusdem sensus ut superior. ¶ Omnes Deos. Siue Deos gentium, qui sunt Demonia, siue potius angelos, & quosdam sanctos, qui participatiuè, ab ipso Domino uerò, & natura Deo sunt appellati dij, ut in psalmo Deus Deorum Dominus locutus est, in eo uersiculo. Ego dixi, uos Dij estis, & filij excelsi omnes. ¶ Non fugat ipse suam. Sed potius ipsa se fugitiuam, retrogradamq; constituit, atque rebellem: pro parte tamen, non omnis, potest etiam esse Lipote figura, ut minus dicto plus intelligatur: quia sæpissimè reuocauit eam, per Prophetas, per Apostolos, & per seipsum. ¶ Sit Domino laus. &c. Alius intercalaris eiusdem sensus. ¶ Ampla. Idest lata potestas eius. ¶ Excelsos montes. Modò ad litteram, paulò post in textu mysticè exponuntur, uerè enim potestas Christo data est in cœlo, & in terra: quòd si in terra ita in excelsos montes, sicut, & in planiciē camporum potestatem exercet, in Christianos maximè, qui utrobiq; habitant. ¶ Immensum

Sit Domino laus, sit confessio consona nostro,
Quòd fines terræ continet ampla manus.
Sit Domino laus, sit confessio consona nostro.
Excelsos montes quòd tenet ampla manus.

pelagus.

A

Sit Domino laus, fit confeſſio conſona noſtro,
Immenſum pelagus quòd tenet ampla manus.
Ampla manus ſiccamq; tenet quam finxit, & inter
Vndantes pelagi ſiſtere iuſſit aquas.
At ſi propterea Deus eſt laudabilis: illi
Lætaq; mellifluo iubila danda ſono.
Commendabilior quanto, laudabiliorq;,
Dignior utq; hylares confiteamur ei.
Quòd plebem Hebræam populum cũ gentibus vnũ,
Vt lapis anguleus iunxerit ampla manus.
Quòdq; poteſtates ſæcli, populoſq; minaces,
Vt pelagi fluctus ſtrauerit ampla manus.
Inſtabilemq; prius, concuſſamq; vndiq; gentem
Siſtere chriſticolûm fecerit ampla manus.

pelagos. Etiam ad litteram propter inſulas maris, quæ receperunt fidem Chriſti: & quia dum
eſſet in naui cum diſcipulis, commouebit primo mare, deinde imperanit mari, & uentis. &
quieuerunt. ¶ Siccamq; tenet. Ideſt elementum
ipſum aridæ telluris, ut in Geneſi. In principio Math. 1.
creauit Deus cœlum, & terram, paulò poſt, cum
diſcreuiſſet aquas ab aquis, remanſit arida, & vocauit aridam terram: aquarum uerò congregationes appellauit maria. &c. ¶ Quam finxit, Ideſt formauit, quo ad literalem ſenſum, ad myſticum, ut infra. ¶ At ſi propterea. Argumentum à minori ad maius trahens nos ad intellectum ſpiritualem. ¶ Quòd plebem Hebræam cũ gentibus. Hi ſunt fines terræ, quos ſupra dixit ab ampla manu contineri. ¶ Populum unum. Fidelem, & Chriſtianum, qui ex Iudæis, & gentib' ad fidem Chriſti conuerſus eſt; iuxta quod ipſe
Dominus in Euangelio dixerat. Alias oues ha- Io. 10.
beo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illa, oportet me adducere: & fiet unum ouile, & unus paſtor: q, & factum eſt, Pſa. 117.
ut uidemus. ¶ Lapis anguleus. Ideſt angularis, alludit ad pſalmum, & ad Apoſtolos Petrum, & Paulum, nec non; Rom. 9.
& ad Euangelium, ex quibus omnibus habetur, quod D. N. I. Chr. eſt ille lapis angularis, quem reprobauerunt Pet. 2.
ædificantes Iudæi, qui factus eſt in caput anguli. i. Eccleſiæ ex duobus parietibus conſtructæ. i. ex duobus populis Matt. 21.
Iudæis, & gentibus compaginatæ. ¶ Poteſtates ſæcli. Nam mare, ſæculum, & fluctus maris, poteſtates eius ſignificant, ut ſubiungitur. ¶ Populoſq; minaces. Hi ſunt aquæ maris, de quibus ſuprà, & infrà, & eſt tractum ex Apo- Apocal.
calypſi, ubi aquæ multæ dicuntur eſſe populi multi. ¶ Inſtabilem. Propter nimias perſecutiones hoc dicitur nã 17.
tunc fiebat, quod Dominus ipſe monuerat, ſi perſecuti uos fuerint in hanc ciuitatem, fugite in aliam: eſt autem
hæc illa ſicca, quam finxit Dominus. & tandem ſiſtere iuſſit in Romano Imperio, fugatis perſecutionum tempe- B
ſtatibus, quæ res cedit à conuerſione ad fidem Conſtantini magni Imperatoris. ¶ Chriſticolûm. Syncopa eſt
pro chriſticolarum. ¶ Ergo uenite. Concluſio, ſeu potius illatio ex ſuperioribus collecta, quia tanta bona recepimus per D. N. I. Chr. ergo adoremus, & laudemus eum.

Ergo venite citi, ſimul & properate frequentes,
Proni ut adoremus, ſtemus & ante Deum.
Nec peccatorum nos ſarcina terreat vlla,
Quominus vt patri ſponte cadamus ei.
Flere licet nobis, flendo placabimus iram.
Plorando fas eſt dicere: parce Deus.
Qui nos effinxit, noſtri miſerebitur vltro,
Agnoſcet Deus nos opus eſſe ſuum.
Paſtor is eſt; at nos populus per paſcua ductus,
Sub manibus mites nos ſumus eius oues.
Quare hodie vocem ſi grex audiueris eius,
Currite dicentes, adſumus ecce tibi.
Auribus obſtruſis, nec carnea corda, cauendum
Obdurentur vti ſaxea facta forent.

¶ Proni. Inclinata in terram facie more publicani inſignum humilitatis. ¶ Stemus, & ante Deum. Benè, moraliq; uiuendo; & qui ſtat, uideat ne cadat, ſi per ſuperbiam alios uoluerit contemnere etiã peccatores. ¶ Nec peccatorum. Hic remouetur deſperatio ex mole peccatorum inſurgens. ¶ Sarcina ulla. Etiam põderoſa, etiam innumerabilium peccatorum, etenim fidelis eſt ſermo (teſte Apoſtolo) & omni acceptatione dignus: quia Chriſtus uenit in 1. Tim. 1.
mundũ peccatores ſaluos facere: nec vult mortem peccatoris; ſed magis ut conuertatur, & uiuat; nullus ergo deſperet, ſed intueatur, peccatricem in pace dimiſſam remiſſis peccatis: publicanum a Theloneo ad Apoſtolatum aſſumptum; & Petrum poſt trinam negationem in primo gradu confirmatum. Latronem in cruce confitentem, & ad paradiſum mutatum. Saulum ex crudeliſſimo perſecutore ad tertium cælum humilem factum eleuatum; quid plura? accedamus ſecurè ad mitem Agnum, qui uenit tollere peccata mundi, ſuſcipiet reduces, quin & ouem perditã pro-
priis humeris ad ouile, quod eſt eccleſia dignabitur reportare. ¶ Cadamus in faciem. Quod proprium eſt electo-
rum: nam retrorſum cadere peruerſorum eſt. ¶ Flere licet. Ecce remedium lachrimarum, aduerſus grauitatem C
peccatorum fœlix lacrimula (ut dicit Hieronymus) nam ſola poteſtas eius ſufficit ad reuocandum peccatorem
in priſtinam gratiam: ea uincit inuincibilem, & de manu eius extorquet parata in peccatores flagella, & ſi ſola
ad regem ſemper habet aditus expeditos, numquam tamen ſola redibit: ſed impetrat id, quod requirit. ¶ Parce
Deus. Sic, & Daniel orabat dicens. Parce Domine, parce populo tuo. ¶ Qui nos effinxit. Ideſt plaſmauit ad
imaginem, & ſimilitudinem ſuam. ¶ Vltrò. Quia non delectatus in perditione morientium: ſed in conuerſione uiuorum. ¶ Agnoſcet. Demum & ignoſcet. ¶ Paſtor is eſt. Dominus Ieſus Chriſtus, qui dicit de ſe ipſo.
Ego ſum Paſtor bonus. ¶ Per paſcua ductus. Per campos latiſſimos diuinæ ſcripturæ, per prata florida, atq; re- Ioan. 10.
dolentia pſalmorum, & per meſſes Euangelij uberrimas. ¶ Sub manibus. Ideſt obedientes, & ad nutum ſemper
paratos præceptis eius obtemperare. ¶ Mites oues. Ideſt nemini nocentes, & Domino ſemper aliquem fructum
boni operis reddentes, quales ſunt oues. ¶ Currite. Mutatio numeri, nec reprobanda; quia grex, & plebs, multitudinem ſignificant, & ſi ſint ſingularis numeri, quò ad inflexionem, præterea in diuina ſcriptura, & præcipuè in
pſalmis frequens eſt hæc figura. ¶ Auribus obſtruſis. Ideſt obturatis; eſt autem ordo. Cauendum eſt, ne carnea
corda auribus obſtruſis obdurentur. &c. ¶ Saxea facta forent. Alluſio eſt ad uaticinium Ezechielis, qui in Do- Ezec. 36.
mini nomine pollicetur nobis cor carneum in locum lapidei, quod dicit, habuiſſe patres antiquos in deſerto, unde & lex lapidea illis data fuit, hoc eſt, dura, & in tabulis lapideis deſcripta, ad duritiam cordis eorum deſignandam. ¶ Contradixere. Dum eſſent in deſerto, & uiuerent ad terram promiſſionis. ¶ Sæpè. Et præcipuè quan-

Ac veluti vestri contradixere parentes
 Olim multiplici murmure sæpè mihi.
Tempore; quo toties duri tentatio vulgi
 Meq; lacessiuit, meq; momordit atrox.
Ah quoties vasta fuerim tentatus eremo
 A patribus vestris, quid numerare refert?
Me tentauerunt dura ceruice proterui,
 Et sunt experti, num Deus inter eos.
Cumq; potestatis coràm miranda dedissem:
 Est Deus in nobis? expetiere tamen.
Vnde quaterdenis toties offensus in annis,
 Mirum, quo pacto proximus astiterim.
Et licet ista mihi generatio displicuisset,
 Attamen in donis officiosus eram.
Verùm Ductori sum contestatus; oberrant
 Hi ceruicosi pectore, & ore malo.
Cordeq; prorumpens exinde patebat eorum
 Nequitia; edoctas cernere nolle vias.
Vnde ego iuraui toties commotus in ira,
 Non ingressuros in mea regna malos,
In requiem quicunq; meam, mea regna deinceps
 Ingressurus adest: ne similetur eis.
Audiat ille meas voces, edoctus & illas
 Impleat; ac paruos instruat inde meos,

D do ad reditum exploratorum uersi in seditionē dixerunt constituamus Ducem super nos, & reuertamur in Aegiptum. &c. ¶ Toties. Decies dixit Dominus se fuisse tentatum ab illis. ¶ Lacessiuit. Molesta mihi fuit. ¶ Momordit. De me maledicendo, detrahēdo, & blasphemando. Vnde & alibi dicitur. Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus. ¶ Quoties. Iam me tentauerunt per decem uices, dicit Dominus. ¶ Num Deus inter eos. Subaudi esset, sunt autē uerba eorum, qui tentabant Dominum: dicebant .n. est Deus in nobis? ¶ Potestatis. Meæ. ¶ Miranda. In x. plagis, Aegiptiorum in transitu maris rubri, alloquendo eos de cœlo. Manna illis quotidie ministrando, & aquam de petra exhibendo, cum multis alijs signis, & prodigijs: quæ miracula erant omnia diuinæ potestatis indicia. ¶ Quaterdenis annis. Tamdiu moram traxerunt in deserto post exitum ab Aegipto, donec morerētur omnes, qui murmurauerunt contra Dominum. & ex sexcentis millibus armatorum hominum absque vulgi multitudine, qui paulò post transitum maris rubri numerati sunt primo, vix duo Caleph, & Iosue ingressi sunt in terram promissionis, cæterorum cadaueribus in deserto prostratis: sed intrauerunt filij eorum pro ipsis, pulcherrima quidem iuuentus, & in bello fortissima. ¶ Offensus. Varij interpretes uariè hunc locum expresserunt, quidam, offensus, & quidā, proximus, & alij, cum displicuisset mihi, quæ prima facie quasi repugnare uidebantur, namsi, offensus, quomodo proximus? & si proximus, quomodo displicuit sibi? nos autem omnia ad concinnam consonantiam redacta, omnia expressa fuisse ostendimus. ¶ Astiterim. Idest præsens auxilio fuerim, & ita proximus, ut nec eos dereliquerim, licet meruerint. ¶ Officiosus. Liberalis, ac munificus, multa pro illis faciendo, & multa donando. ¶ Ductori. Moysi. ¶ Sum contestatus. Præcipuè in monte Synai post aureum vitulum, quem adorauerunt; cerno (inquit Dominus) quòd populus iste duræ ceruicis sit; sine me, ut irascatur furor meus, disperdamque illos terra, & faciam te in gentem magnam. &c. ¶ Pectore, & ore. Cogitatione, & locutione. ¶ Cernere nolle. Mala generatio, quæ non vult intelligere, ut benè agat. ¶ In ira. Firmiter, & ad similitudinem regis irati in rebelles populos. ¶ Mea regna. Cœlorum, non modò in promissionis terram, quæ figura tantùm fuit. ¶ In requiem meā. In paradisum, & est conclusio. ¶ Similetur eis. In culpa, alioquin erit, & similis in pœna. ¶ Audiat, impleat, & instruat. Ordo pulcherrimus quem seruandū nobis præstet, ut in requiem æternam ingrediamur. Laus Deo. Amen.

Num. 14

Num. 14

E

Exo. 32.

INueterata domus licet olim fulta columnis, &c. Agitur in hoc psalmo ingens lætitia de spirituali renouatione Ecclesiæ, quæ facta est post abiectionem ueteris synagogæ Iudæorum: sub parabola ueteris domus destructæ, & in melius reparatæ. potest etiam applicari moraliter ad reparationem peccatoris, quæ fit per pœnitentiam: uerùm superiorem sensum, tanquàm uniuersalem amplectimur, quia omnes fuimus aliquando peccatores, & per misericordiam D. N. I. Chr. domus conscientiæ nostræ restaurata est. quæ ergo hic dicentur generaliter, unusquisq; de se ipso dicta intelligat. ¶ Inueterata domus. Israeliticæ gentis, in qua olim habitabat Deus speciali cultu: eo quod cæteræ gentes ad idolatriam defluxerant. ¶ Olim. Temporibus iudicum, ac Regum fidelium. ¶ Fulta. Sustentata benè recta. ¶ Columnis. Summis principibus Sacerdotum, & seniorum populi, unde & Paulus dixit sese contulisse uerbum prædicationis cum Petro, Iacobo, & Ioanne, qui uidebantur columnæ esse, ¶ Parietibusq;. Vtraque potestate Sacerdotali, & sæculari. ¶ Nunc. tempore aduentus Christi. ¶ Malè tecta. Per aphæresin, idest protecta, à diuina gratia, subtracta inde angelorum custodia, propter malitiam populi. vnde & ei à Domino dictum legimus. Ecce derelinquetur vobis domus vestra deserta, & refert Iosephus Iudaicæ calamitatis hystoricus auditas fuisse voces Angelorum ex adyto abeuntium, qui inuicem dixerunt, abeamus hinc. ¶ Imbribus assiduis. Quid significent infrà, dicitur in textu, porrò tanguntur hic tria ruinæ domus spiritualis semper incumbentia, quæ posuit Dominus in Euangelio sub parabola dom' materialis, dicit enim si quis audit sermones meos, nec opere complet ea, quæ dico, est similis homini ædificanti domum super arenam, & venit imber, flauerunt venti, & irruerunt flumina in domum illam, & cecidit, & facta est ruina eius magna. ¶ Resoluto Glutine. Compactione. ¶ Vi flatus. Ventorum: hæc omnia infra declarabuntur in textu. ¶ Fundamenta. Auaræ,

Gal. 2.

F

Matt. 23.

Math. 7.

ODE CXV. EX PSALMO XCV.

Cantate Domino 1.

INueterata domus licet olim fulta columnis
 Parietibusq; foret, nunc malè tecta ruit.
Imbribus assiduis resoluto glutine calcis,
 Vi flatus motis parietibusq; loco.
Impete torrentis cum iam nudata paterent
 Fundamenta; domus cumq; labaret hyans,
Ecce repentè furens diuerso missus ab orbe
 Horridus hostis adest, irruit inq; domum.
Vndiq; terribilis muros quatit ariete crebro;
 Ardentes iactat culmina ad alta faces,

A

cupidæ, & ambitiosæ intentionis sacerdotum, & principum illius tempestatis. ¶ Labaret. Nutaret. ¶ Hyans. In fissuris multis. ¶ Diuerso orbe. Idest ab inferno. ¶ Irruit. Tentationibus, ac malis suggestionibus ad seditiones intestinas, & defectionem à Romanis prouocando, vel potius ad necem Christi, & discipulorum eius persecutione incitando. ¶ Muros quatit. Vtranq; potestatem, vt suprà dictum est. ¶ Ariete crebro. Instrumento quodam bellico, quo milites utebantur in murorum deiectione, quò ad literam, cæterùm significat illum metū perdendi locum, & gentem, quò quatiebantur sæpissimè magnatorum animi. ¶ Faces. Ambitionis, iracundie, odii, & inuidiæ, gulæ, atq; concupiscentiæ, cæterarumq; cupiditatum, quibus mundi amatores solent inflammari. ¶ Fores. Diuini timoris, quæ benè duplices sunt, quia docet abstinere à malo, & facere bonum. ¶ Muri. De quibus supra. ¶ Laquearia. Spes cœlestis auxilij, quæ ferè numquàm in totum perditur, & ideò dicitur inclinata pendere, & quia ad terrena potius auxilia, quàm diuina fugiebant. ¶ Denique. Post longam expectationem ad

Ecce fores, muriq; cadunt, laquearia pendent
    Inclinata; domus deniq; tota ruit.
Hostis atrox latè furit intus, & omne trucidat
    Ense virile genus; fœmineumq; capit.
Arripit infantes, cunisq; allidit; & ipsos
    Prostituit pueros: inualidosq; necat.
Irrumpit thalamos; vastans rapit omnia prædo.
    Illicet ignis edax. Relliquiasq; vorat.
Cernitis, en quantam dederit domus ampla ruinam?
    Tractaq; captiua est; pressaq; seruitio.

pœnitentiam: nam & post necem Christi, qua Iudæi meruere ruinā, expectati sunt nihilominus adhuc xl. annis. ¶ Ruit. Sub Tito, & Vespasiano Imperatoribus Romanis, destructa vrbe extroq; templo, & interfectis cum populo Sacerdotibus, ad decies centena millia fame, gladio, ac peste consumptis, reliquiis captiuis, & in oēm ventum dispersis. ¶ Hostis atrox. Tametsi hæc omnia uerè, ad literam in ruina urbis Hierosolymorum genti Iudeæ euenerint teste Iosepho, hic tamen de spirituali ruina Synagogæ autoris est intentio· quæ etiam fuerat non solùm à prophetis: sed & ab ipso D. N. I. Chr. prædicta in illis verbis. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, &c. vsq; in finem, & in illa para- Matt.23.
bola. Cum immundus spiritus exierit ab homine, & reliqua vsq; in finem. ¶ Hostis atrox. Lucifer. ¶ Furit intus. Inter ipsos principes, ac reliquum vulgus eius gentis. ¶ Virile genus. Idest Cogitationes bonas, & sana monita à virtute procedentia. ¶ Fœmineumq;. Idest malè suadas exhortationes: qualis fuit illa Caiphæ, vos nescitis quicquàm, quia expedit vobis vnum hominem mori pro populo, &c. ¶ Infantes. Bonorum operum principia. Item illos paruulos, qui iam fidei Christi incipiebant adhærere, de quibus (ait Apostolus) quòd lacte adhùc opus habebant, & nondum solido cibo, & rursus ait de talibus. Lac dedi uobis potum, & non escam, &c. ¶ Cunis. Primis fidei rudimentis, ne crederent Deum Patrem filium habere, ne crederent I. Chr. conceptum ex Virgine, quia naturæ repugnat, nec possibile fuisse D. N. I. Chr. fuisse filium Dei: eo quòd permisit eum turpissima nece vita excedere, nec Deum extitisse, quia mori non potuisset, his, & similibus quicumq; fidelis ignarus, atq; rudis persuadetur à fide suscepta retrocedere, dici potest infans cunis allisus. ¶ Prostituit. Malis uoluptatibus, & præcipuè uenereis inquinando, unde & Apostolus dixit. An nescitis, quia templum Spiritussancti estis uos? quod si quis templum Dei violauerit, destruet illum Deus, & iterum. Accipiam membrum Christi, & faciam membrum meretricis? absit. ¶ Inualidosq; necat. Idest infirmos metu mortis, vel damni rerum ad negandum Christum inducit, uel fidem, quam uellent suscipere, non permittit absterrendo eos, quòd malè perituri sunt, vt Christus, & discipuli. ¶ Thalamos. Collegia, & particulares Synagogas, uel etiam conscientias hominum singulares. ¶ Vastans. Quicquid bonorum consiliorum ibi reperit. ¶ Ignis edax. Malarum concupiscentiarum. ¶ Reliquias. Semina uirtutum, quæ in uno quoq; natura sunt insite, sicut exemplum singulare habemus in Iuda, qui pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, dicens peccaui tradens sanguinem iustum: sed mox hoc bonum propositum tamquàm reliquias bonitatis ignis desperationis exussit, quò accensus ui furore nimio abiens laqueo se suspendit, idem contigit in illa Synagoga: nam cum uenisset ad extremum, & si aliquo reliquiæ bonitatis inessent, ab igneo desperationis furore consumptæ sunt, cætera quæ sequuntur non indigent multa interpretatione, cum ipse ea, quæ sunt in textu supra posita sub obscurè exponat. ¶ Vetusq;. Ad ueterem pertinens hominem peccatorem, de quo latius in alio post proximum psalmo Deo Dante dicetur. ¶ Inueterata malis. Fi-

B
Ioan.11.
1.Cor.5.
2.Cor.6.
1.Cor.3.
1.Cor.6.
Matt.27.

Hæc domus, Israel domus est, synagoga vetusq;,
    Nequitia & cunctis inueterata malis.
Litibus, ac rixis velut imbre soluta fatiscens
    Glutinio pacis dissociata fuit.
Afflauit proceres tumor, ambitioq; superbos;
    Vnde loco moti, præcipitesq; dati.
Ater auaritiæ torrens nudauit eorum
    Terrestres animos; cordaq; duplicia.
Lucifer hostis atrox super astitit, vndiq; diris
    Accintus furijs; irruit inq; domum.
Impete quæ vasto traxit concussa ruinam.
    Procubuitq; cadens heu malè firma domus.
Hinc cædes animorum, operumq; dolenda bonorū
    Pernicies; miserum seruitijq; iugum.

gura huius extitit ille præsb. aduersarius Susannæ. cui dictum fuit à Daniele. Inueterate dierum malorum, &c. quod autem ueterascit (vt ait Apostolus) prope interitum est, notandum aūt est, propter uitiorum nequitiam animas, & collegia hominum, atq; ciuitates ueterascere, & prope interitum fieri: cōtra uerò uirtutibus florere, ac iuuenescere. ¶ Ater. Obscurus ab effectu: nam auari reddūtur obscuri, & apud ciues, & in animo cæci. ¶ Nudauit. Manifestauit, & quodammodo discooperuit, quod tegebant sub specie religionis, & factum fuit, quando Dominus Iesus iecit de templo ementes, & uendentes, dicens, scriptum est. Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncam latronū, super quibus uerbis uide omnino Diuū Hieronymum in commentarijs super Matt. technas eorum denudantem. ¶ Cordaq; duplicia. Propter hypocrisim, simulabant enim sanctitatem, & longas orabant orationes, ut domos viduarum deuorarent, & ad pontificatus promouerentur. ¶ Vndiq; diris accinctus furiis. Hic verificatur parabola Saluatoris de spiritu immundo ingrediente iterum in domum, vnde exierat, cum septem spiritibus nequioribus

Dan.13.
C
Luc.19.
Luc.20.

D fe, ideft vniuerfis vicijs cuius domus nouiffima efficiuntur peiora prioribus,& fubiunxit, fic erit generationi huic peffimæ:nam circa tempus proximum mortis Christi, rediit in eos fpiritus ille malignus, qui in Aegypto per idolatriam eos poffederat; fed in tranfitu maris rubri, in quo (licet in figura) baptizati funt, egreffus fuerat ab eis, & facta funt opera Iudæorum nouiffima multò peiora prioribus, donec ad interitum gentis eft deuentum. ¶ Cædes animorum. Quamuis animæ fint immortales, quo ad fubftantiam eorum fpiritualem,dicuntur tamen quodammodo per peccatum interimi, quia fiunt dignæ gehenna, & æterna damnatione, quæ mors æterna vocatur, vnde & alibi dicitur mors peccatorum peffima. ¶Operum bonorum pernities. Quia interini quodammodo fructus eorum, quantum ad vitam attinet æternam amittuntur, quia fcriptum eft. Defleat peccator, quia offendens in vno, factus eft omnium reus, nam & omnes virtutes ex uno uitio detrimentum patiuntur, vt docet Aug. ¶ Seruitiiq; iugum. Etenim tefte Domino, qui facit peccatum, feruus eft peccati. ¶Quis nam. Quærit, & refpondet. ¶ Te reparabit amans. Refponfio eft more Echo repetentis vltima verba. porrò amans ifte Deus eft, qui adeò dilexit mundum, vt filium vnigenitum dederit in mortem crucis pro redemptione mundi. ¶Rurfus. Quia & ante fæpè miferatus eos de afflictionibus, & calamitatibus, atq; miferijs eripuit, & de feruitute peccati. Nam & per alium prophetam di-

Hier. 3. xerat ei.vulgo dicitur,fi mulier reliquerit virum fuum, & adhæferit alij viro,nunquid redibit ad primum vltra? nequaquàm, quia polluta eft huiufmodi mulier. Tu verò fornicata es cum amatoribus plurimis, veruntamen iterum reuertere ad me,& ego fufcipiã te,dicit Dominus.¶A fundamentis. De quibus pulcherrimè cecinimus,in eo pfalmo, cuius initium eft. Fundamenta eius in montibus fanctis. ibi vide. ¶Rex tuus. Hinc & Pilatus noluit corrumpere titulum. Iefus Nazarenus Rex Iudæorum,at nunquid Iudæorum

E tantùm? quinimo tefte apoftolo & gentium, vnde in Apocalypfi dicit, Rex regum,ac Dominus dominantium: fed allufio eft ad illud propheti-

Luc. 11. cũ. Dicite filiæ Syon ecce rex tuus tibi venit, &c.

Heu deflenda domus lachrimarum fonte perenni:
Poft cafum, quifnam te reparabit amans?
Te reparabit amans rurfus miferatus amantem,
A fundamentis te reparabit amans.
Rex tuus ecce venit; qui fortior hofte reuincto
Eripiat duro fubdita colla iugo.
Qui viuos lapides fecernat, & erigat altas
Moles; ac aurum fufflet in igne probum.
Montibus excelfis tua fundamenta locabit.
Eq; domo fies vrbs fpeciofa Dei.
Ergo viri mecum Domino cantate redempti,
Mellifluo refonet carmen ab ore nouum.

¶ Fortior hofte reuincto. Hic tangitur illud Euangelij. Cum fortis armatus cuftodit atrium fuum, in pace funt omnia quæ poffidet, quòd fi alter fortior illo fuperueniens vicerit eum, alligabit, & deinde vafa eius diripiet, fpo-

Iob. 41. liaq; diftribuet. Porrò ille fortis Diabolus eft, de quo dicitur in Iob. non effe potentiam, quæ comparetur ei fuper terram: fed fortior illo Chriftus eft, qui illum vicit & alligauit, vafa dirripuit, ideft corda hominum, in quibus habitabat, & quæ tamquàm vafa fua poffidebat, fpolia diftribuit, eofdem homines difcipulis fuis curandos affignauit. ¶Duro iugo. Diaboli, vitiorum, atq; voluptatum, quibus præcipitatur in omne malum, & periculum. ¶Viuos lapides. Sanctos apoftolos, & reliquos lxxij. difcipulos. ¶Moles. Magnorum geftorum,& præcipuè terrenorum, ac vitæ dulcis huius contemptus. ¶ Aurum probum. Corda aurea charitate flagrantia. ¶ In igne. Tentationis per tormenta, & horrendam mortem. ¶Montibus excelfis. Ideft apoftolis,& prophetis,de qui-

Pfal. 45. bus alio in pfalmo. ¶Vrbs fpeciofa Dei. Ideft Ecclefia iuftorum, de qua alibi dicitur. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, de qua & Aug. multos libros compofuit aduerfus gentiles, quibus titulum præfixit de ciuitate Dei. ¶Ergo. Hucufq. de titulo pfalmi, quæ faciebant ad neceffariam eius intelligentiam iuxta doctrinam doctorum, & præcipue Aug. præmiffa funt, nunc autem in uerba pfalmi ipfius fit ingreffus, quæ deinceps habita dauc facilius patebunt. ¶ Domino. Redemptori Chrifto Iefu, non propterea feiunglmus patrem, uel Spiritumfanctum à cantu, etenim qui laudat filium, laudat, & patrem, nec non & amborum Spiritumfanctum, quia quorum una eft Diuina Maieftas, eorum & vna laus: fed quia nefcirem difcernere huius Trinitatis fanctiffimę pfonas, idcircò quandoq; cantus & laudis uerba uni, & quandoq; alteri, & rurfus alij dirigimus. ¶Carmen nouum, Aut quod Angeli in Domini huius redemptoris natiuitate cecinerunt, fcilicet

F Gloria in excelfis, uel ex illis quæ beata Virgo, Zacharias Ioannis pater, uel fenex ille Simeon cantaffe leguntur, uel forfitan etiam hoc noftrũ carmen præuidebat, aliorumq; vatum Chrifti,

Carmen in orbe nouum Domino cãtemus: & omnis
Concinat id tellus carmen in orbe nouum.
Rex nouus, excelfusq; Deus dominator ab alta
Arce canendus adeft; concinite ergo Deo.
Huic Domino cantate nouo: benedicite magno
Nomini, & illius; quod Deus ipfe dedit.
Nuncia læta Dies cantus hodierna diei
Sitq; fecuturo poftera cuiq; dies.
Vt vetus acta dies venienti eft facta diei
Nuncia; fic luci, lux noua miffa polo.

qui laudes eius in odis, hymnis & alijs canticis fpiritalibus decantauerunt. ¶Carmen in orbe nouum. Anadiplofis figura, ideft geminatio eorundem uerborum,quibus animi iubilantis effectus exprimitur, ideò nulli mirum, fi vbicumq; vates nos inuitat ad canendum,& iubilandum Deo, hoc utitur colore,quo & ipfe præcipuus vates Dauid, cæteriq; cantores fæpiffimè vtuntur, nec imperitiæ hoc affignandum eft, quafi nefciiffet per tautologiã alijs verbis eundem fenfum explicare: nam ex fertiliffima verfuum copia fatis apparet alijs potuiffe,fed noluiffe propter affectus iubili demonftrandos. ¶Ab alta arce, A patris fummi dextera, vnde venit, & quò Afcendit. ¶Concinite. Simul canite propter excellentiam charitatis, quæ magis inter plures elucefcit, & flagrat, quàm inter fingulares. ¶Domino nouo. Dominus nofter Iefus Chriftus (vt ait Apoftolus) heri, & hodie, ideft ab initio mundi, & ante modò, atq; femper: fed quò ad diuinam maieftatem, quo verò ad humanitatẽ propter nos affumptam in mundi vefpere dicitur hic, & alibi interdum nouus Dominus, item quia hominem veterem, & in nequitia inueteratum renouauit, vt in alio cantabitur pfalmo. ¶ Magno nomini. De quò Apoftolus. Neq; enim aliud no-

Act. 4. men eft fub cœlo datum, in quo oporteat nos faluos fieri, nifi in nomine, Domini noftri Iefu Chr. ¶Quod Deus ipfe dedit,

A

ipse dedit, & os eius ominauit, vt dicit alius propheta, & docet Ambrosius in commentariis super Luc. ¶Nuncia læta dies. Multa uarietas expositorum uarietatem & obscuritatem intulit huic loco, hij ergo duo versus ad literam sunt (vt sonant) intelligendi. Subsequentes verò aliter atq; aliter. ¶Vetus dies. Veteris testamenti prophetia, quæ intelligentibus dies erat; cæteris autem nox. ¶Venienti diei. Nouo testamento, atq; Euangelicæ legi. ¶Sic luci. Lux noua, generaliter, christianus alteri christiano; specialiter, Angelus Beatæ virgini Mariæ, in die Annonciationis, & rursus ipsa Virgo, Elisabeth: & Christus Ioanni; in die uisitationis, & iterum. Lux Christi uari Angelicæ luci, in die natiuitatis eius, & lux Angelica apparens Pastoribus cordis simplicitate lucidis. Lux etiā Stellæ Magis fide nitentibus, & deinceps multis modis, ut Christus lux uera Apostolis, qui lux mundi dicti sunt, & vox paterna filio in baptismo, & transfiguratione, & demum lux Spiritussancti discipulis, & illi aliis; aliisq; alii, & maximè doctor doctori. ¶Lux quæcunq; nites. Prædicatoribus, & bonis prælatis hoc præcipuè dicitur, qui doctrina, & moribus fulgent. ¶Fulgenti luci. Fideli cuiuis; uel suo compari. ¶Sed à tenebris. Peccatorum, in quæ interdum & ipsi propter humanam fragilitatem labuntur. ¶Surge. Iuxta illud Apostoli. Surge, qui dormis, & illuminabit te Christus, & in Apocalypsi, Memento, unde cecideris, & prima opera fac, uel admonitio est, vt fugias à consortio hæreticorum; quia difficillima est eorum conuersio, & periculosa congressio, & multò periculosior conuersatio, vnde, & Apostolus monuit discipulum dicens. Hominem hæreticum post primam, & secundam correctionē deuita: sciens quòd subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. ¶Præcones. Generaliter prædicatores, & doctores omnes uerbi Dei, & specialiter Apostoli, quibus à Domino dictum est. Vos estis lux mundi. ¶Parui mundi. Idest humani generis; nam homo græce dicitur etiam microcosmos, idest paruus mundus, eo quòd participet omnibus elementis, & quandam similitudinē habeat etiam cum cœlestibus. ¶Salutiferi. Christi, qui iccircò dictus est Iesus: quòd saluum esset facturus populum à peccatis eorum iuxta angelicam interpretationem. ¶Tenebras. Etiam peccatorum, propterea securè cum publicanis, & peccatoribus interdum conuiuabatur, vt luce sua tenebras eorum fugaret: quæ res patuit in Matthæo, Zacheo, & aliis compluribus. ¶Ignea. Ardens, & non consumens: Ignem (inquit ipse) veni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut ardeat? ¶Israelitis. Sic & Apostolus dixit Iudæis, uobis oportebat primùm prædicare uerbum Dei: sed quia uos indignos iudicastis: ecce conuertimur ad gentes. ¶Patrio solo. Quod & factum legimus, nam Apostoli post acceptam Spiritussancti gratiam in Iudæa prædicantes remanserunt usq; ad illam deuastationem Ecclesiæ factam à Saulo post necem Stephani, tunc enim multi ex discipulis usq; quaq; uagati sunt per circumadiacentes regiones. ¶Inde recedentes. Propter incredulitatem eorum, & cordis duritiam, excitatamq; persecutionem duram contra fideles. ¶Properato per orbem. Petrus conuerso gentili Centurione, Anthiochiam, deinde Asiam, Bithiniam, aliasq; regiones Româ usq; lustrauit. Paulus à Iudæa usq; ad Illiricum circumquaq; prædicauit Euangelium Christi, ut ipse testatur, & inde Romam adductus cum Petro post multorum conuersionem pro Christo martyrij coronam est adeptus. Matthæus quoq; Aegyptum, & Aethyopiam peragrauit, Thomas utranq; Indiam, & alij alias terrarum orbis oras perlustrarunt, donec hoc uaticinium impleuerunt. ¶Saluiferi regis. Christi salutem afferentis. ¶Gloria. Qua surrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, & sedet ad dexteram patris constitutus princeps regum terræ, & iudex uiuorum, & mortuorum, & in gloria patris existens cœlestia moderatur, atq; terrena. ¶Mirandaq; facta. De quibus infrà in psalmo huic simili latè cantabitur.

Eph. 5. — Tit. 3. — Matth. 1. — B — Luc. 12. — Rom. 15.

Lux quæcumq; nites fulgenti nuncia luci
Esto; sed à tenebris surge; recede procul.
Dicite præcones, parui noua lumina mundi;
Ecce salutiferi lux noua Regis adest.
Lustraturus adest (cantate) salutifer orbem;
Lux eius tenebras ignea sola fugat.
Israelitis resonent præconia primum
Vestra viris: patrio cantica prima solo.
Inde recedentes totum properate per orbem,
Currite per gentes, currite per populos,

Quanta saluriferi sit gloria Regis, in omnem
Propagate locum, quantus eiq; decor.
Concinite io populis eius mirandaq; facta,
Vrbis vt accurrant mœnia ad alta nouæ.
Dicite: Rex noster verbo mirabilis alto est,
Facundus, verus, lucidus, & sapiens.
Re mirabilior, factis & promptior ipsis,
Virtute, & signis, prodigiisq; nouis.
Exiguus paruis, nigraq; sedentibus vmbra
Igniculus visus, paruaq; Luciuola.

¶Vrbis nouæ. Idest Ecclesiæ, de qua suprà, & in Apocalypsi Ioan. vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo, tanquàm sponsam ornatam viro suo, &c. ¶Verbo alto. Idest doctrina euangelica; vt patet ex lectione quatuor Euangeliorum: sed maximè Ioa. Euangelista sermonum, verborumq; eius altitudinē vbiq; prosequitur. ¶Mirabilis. Vnde & dicunt Euangelistæ, quia mirabantur omnes super doctrina eius, & gratia quæ egrediebatur de ore illius. ¶Facundus. Copia uerborum. ¶Verus. In sententiis, contra oratores sæculi, qui & si sint facundi, modò persuadeant, non curant de ueritate dicenda; sed magis de verisimilitudine, mille mendosis figuris colorantes sermonem. ¶Lucidus. Clarus, & intelligibilis. ¶Sapiens. In sensu, notantur hic quatuor qualitates, quas deberent habere doctores, ac prædicatores uerbi Dei, dum concionantur & docent, ut uestigiorum Christi, & omnium magistri, sint imitatores. ¶Re. Breuis est syllaba, & dictio, sed multa continet. hic ponitur pro effectu operis perfecti. ¶Factis ipsis. Expositio est eius dictionis, Re. ¶Signis, & prodigiis. De quibus plena sunt Euangelia, differunt autem prodigia à signis, sicut species à genere; nam omnia prodigia signa sunt: sed ea tantum; quæ aliquid aliud in futurum significant ultra exhibitionem miraculi, ut de ficu facta arida per maledictionem Domini, significabat enim Synagogam ipsam, ac gentem Iudæorum maledictam iri. ¶Exiguus uisus, paruis. Hic ponuntur quædam antitera, idest colores à contrariis ornatissimi, & primus est, quod Dominus noster Iesus Christus propter assumptam infirmitatem humana carnis ab his, qui parui erant sensu, & intellectu, etiam exigua præditus uirtute uidebatur, unde & dicebant. Nonne hic est fabri filius? & mater eius dicitur Maria? cuius fratres, & sorores apud nos sunt, & scandalizabantur in eo, apud eos uerò qui magni erant sensu,

Apo. 21. — C — Mat. 21. — Matt. 13. — Marc. 6.

D. sensu,atq; intellectu, & etiam futuri magni in regno cœlorum, magnæ existimationis erat sicut Nicodemus, Cen
turio Capharnai, & Petrus, & socij. ¶Luciuola. Minimum volatile, quod tempore messis nocte uolans alternatim quandam paruam lucem sub alulis absconditam expandit. ¶Magnus at in magnis. Idest inter magnos, qua-
Matt.16. les fuerunt tres Magi, Io. Baptista vbiq; eius magnitudinem, & diuinitatem prædicans,& Petrus, qui pro se,& so-
cijs dixit, tu es Christus filius Dei viui, & illi quos supradixi. ¶Autor. Quia per ipsum (vt ait Euangelium) facta
sunt omnia,& sine ipso factum est nihil. ¶Lux. De qua ipse dixit. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non am-
bulat in tenebris, & idem Euangelista Ioan. de illo dicit. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenien
tem in hunc mundum. ¶Lumine. Intellectus,

Magnus at in magnis; cunctorum & maximus autor
Maxima lux lustrans lumine cuncta suo.
Seruus & à seruis, vinctisq; in carcere tetro
Seruilem formam visus habere Deus.
At dominos inter, Dominus: Dominator & orbis,
Omnia Rex noster sub ditione tenet.
Vilibus & vilis, contemptibilisq; videri
Contempti in terra qui iacuere diu.
Laudatos verò celeberrimus inter, & omni
Laude probabilior; celsior atq; nimis. I

& doctrinæ, gratiæ, & gloriæ. ¶Seruus,& à ser
uis. Peccati,scilicet quia qui facit peccatum,ser-
uus est peccati. Re vera autem dicit Apostolus,
Phil. 2. quòd cum esset æqualis Deo patri, exinaniuit
semetipsum formam serui accipiens, Idest huma
Ioan.14. nitatem nostram: sed in eo nec dolus, neq; pec
catum ullum fuit: vnde & ipse dese dixit. Venit
princeps mundi huius, idest Diabolus:sed in me
non habet quicquam. ¶In carcere tetro. Cupi
ditatis,qua nihil obscurius;cum sit omnium ma
lorum occasio; quibus excæcantur, & priuan-
tur intellectu, quod est lumen mentis, & gratia
Dei,quæ est lumen animæ: deputāturq; ad teter
timum inferni carcerē propter peccata. ¶Inter
1.Cor.8. Dominos. Siquidem dicit apostolus, sunt Domini multi, nobis tamen non est nisi vnus Dominus noster Iesus
Christus, & alibi. Ipse est rex regum, & Dominus dominantium, sunt autem angeli, qui vocantur Domini, &
præcipui illius ordinis Dominationum, in terra verò multi dicuntur Domini, & maximè principes tam Ecclesia-
stici, quàm seculares: sed participatiuè; is verò vnus est verè omnium Dominus, & Angelorum, & hominum,
Rom. 14. & inferorum quoq; dæmonum,quia viuo ego dicit Dominus,ante me flectetur omne genu cœlestium, terrestriū,
E & inferorum & alibi, hic idem psaltes. Dixit Dominus domino meo sede à dextris meis, idest pater filio. Item ex
Euangelio vos me uocatis Dominus, & magister, & benedicitis, sum etenim. ¶Ditione. Idest potestate, hinc &
Psal. 109 ipse dixit Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, & in Apoc. Dignus est agnus accipere omnem creatu
Ioan. 13. ram,quæ in cœlo, & sub cœlo est &c. ¶Vilibus. Terrenis rebus deditis, quæ cœlestium comparatione uilissima
Matt.vlt. sunt. Item & crucifixoribus, & illusoribus eius. ¶Vilis. Ita ut non modo fabri filium, & Samaritanum: sed &
Apoc. 5. impostorem, seductorem, & dæmonem habentem, non erubuerint illum appellare. ¶Contemptibilis. Adeò ut
Matt. 27. illi Barrabam præponerent pessimum latronem,& homicidam: & inter iniquos deputarunt. ¶Contempti. Ab
Ioan. 8. angelis,& Deo, unde & per multa sæcula non misit ad eos prophetas, ut solebat. ¶In terra. Idest in cupiditate so
la terrenarum rerum. ¶Laudatos. Quales fuerunt Patriarchæ, Prophetæ, Duces, & Reges omnes gentis illius
ab initio usq; ad ipsum, & deinceps usq. in finem sæculi. ¶Nimis. Non hic sonat in uitium; sed ut ait Aug. cum
lingua uellet explicare, quòd neq; mente capiebat, dixit. Laudabilis nimis, idest plusquàm dici, aut cogitari po
test. ¶Inualidus. Propter infirmitates nostras, quas in corpore suo pro nobis ipse pertulit. ¶Tristi formidine
plenus. Quia dixit in ipso passionis introitu, dū

Visus & inualidus, tristi formidine plenus
His; quorum tremulo corda pauore nutant.
Terribili at vultu, nutuq; acerrimus omnes
Horrendos homines, exuperatq; Deos.
Sed quid ad horrorem mortalibus incutiendum
Siue homines possunt tendere, siue Dei?
Inualidi vermes, lutei, terrenaq; vasa
Sunt homines: possunt hi nihil absq; Deo.
At portenta Dei, quos iamdudum coluere
Delusæ gentes, omnia Dæmonia.
Incultiq; tument fastu, falluntq; colentes,
Humano generi sunt inimica quidem.
Nec prodesse volunt vobis: sed obesse laborant.
Verùm nec possunt id, nisi dante Deo.
Quid Dodonæas quercus? cortynnia Phœbi
Consulitis fatui? templaq; vana Deûm?

ingrederetur in hortum, ubi captus est. Tristis
est anima mea usq; ad mortem, & Pater si possi-
Matt.26. bile est; transeat à me calix iste, & hæc ideò, ut
ex humano affectu se uerè hominē assumpsisse
demonstraret; cui natura insitū est mortem hor
rere. ¶Tremulo pauore. Ab effectu, quia pa-
uor tremorem membris inducit, sunt autem hi,
Psal. 13. de quibus hic psaltes alibi dicit. Illic trepidaue-
runt timore, ubi non erat timor. De temporali,
scilicet uita,& rebus huius temporis. ¶Terribi
Matt. 21. li at vultu. Quem ostendit iis, qui uendebant,&
emebant in templo foras illos omnes eiiciendo,
& sursus illis millitibus, atq; ministris,qui uene
rant ad capiendum illum, quando absterriti ab-
euntes retrorsum ceciderunt in terram. ¶Deos,
Ioan.18. Intellige, ut supra monstratum est, siue gentiliū
F falsos: siuè sanctos: aut etiam angelos participa
tiuè, tamen & ex gratia, non natura, quia uerè
nullus Deus, nisi unus, pater,& filius,& Spiritus
sanctus. ¶Possunt. Intellige à seipsis,uero Deo,
non iubente, neq; permittente. ¶Portenta. In
malam partem cape, Idest fœdissima monstra.
¶Dei. Appositio est. ¶Delusæ gentes. Ab errore, & insipientia eorum: in quam inciderunt propter superbiam,
& ingratitudinem, ut docet Apostolus, quia cum per creaturarum cognitionem etiam Deum ipsum cognouis-
Rom.1. sent inuisibilem, non sicut Deum glorificauerunt, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, &c. ¶Demonia.
Quæ sicut ab initio diuinum honorem præ supebia semper ambiuerunt. ¶Inimica. Propter inuidiam. ¶Dan
te. Idest concedente, uel etiam iubente, sunt enim ministri diuinæ iustitiæ, unde & Apostolus, datus est (inquit)
mihi angelus Sathanæ, qui me collaphizet, & alibi: quos tradidi Sathanæ, ut discant non blasphemare. ¶Do-
donæas quercus. Apud quas fatui existimabant à Deo suo Ioue dari responsa. ¶Cortynia Phœbi, Vbi idem pu
tabant, sed utrobiq; dæmones fallebant,& deludebant eos. ¶Templaq; uana Deum. Romæ,uel etiam aliis in ur-
bibus.

bibus. ¶Dabit? Responde, non bonum, nec utile: dicebat quippe Andreas Apostolus, hac de causa dæmones homines toto tempore vitæ illorum uariis tecnis, & astutijs illudere; ut nihil penitus benè operantes cum morerentur, prorsus nudi hinc abirent, nihil secum præter peccata portantes, secumq; ad æterna deputarentur suplicia. ¶Perdita gens. Quæ se se per superbiam perdidit, atq; in dies hominum perditioni intendit. ¶Sibi. Ergo multò minus alijs. Qui cœlos. Ad literam, & mysticè, Apostolos, animasq; sanctorum, hine & præsentis temporis Ecclesia dicitur regnum cœlorum. ¶Cuius in aspectu. Hoc est in paradiso, vbi spectatur facie ad faciem. ¶Confessio laudum, Quia ibi non habet locum peccatorum confessio, vbi nullum admittitur peccatum, & alibi, hic idem psaltes dicit. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. ¶Cœlituū. Omnium tam beatorum spirituum, quàm animarum sanctarum. ¶Idæa. Quid sit exponitur in textu; est enim exemplar, & forma quædam in mente Dei rerum omnium, sicut in quouis artifice, & præcipuè architecto, qui in mente sua prius fabricat ingenio domū, quàm designet in papyro, vel quemuis modulū ex tabulis faciat, deinde lapidibus iuxta modulum, ipsam domū materialem ædificat, qua etiam completa, restat eius exemplar in mente, & hoc est quod vocatur Idea, sed hæc incomparabiliter excellentior in mente Dei, est. ¶Horrenda. Ne contemnatur. ¶Sed amanda. Ne formidetur, & ob id fugiatur. ¶Iucunda. Vt summopere, & plusquàm dici potest delectentur omnes in eius faciem continuo intuitu prospicere, quæ beatitudo sanctorum, & angelorum est. ¶Sed ueneranda. Ne ad risum, uel scurrilitatem intuentes alliciat. ¶Alta. Quin & altissima. ¶Augusta. Imperialis, & quæ semper videtur augeri aduentante quotidie numerositate sanctorum, non quò Deus ipse in sua substantia ullum recipiat argumentum, cum sit simplex omnino: sed quia penes hominum reges sic usu euenit, vt quo plures circa se habēt sedentes proceres, eo & augusta magis uideatur eorum maiestas. ¶Magnificentia. Quia cuncta, quæ facit magna sunt, & admirabilia sanis intuentibus oculis. Licet forsan minima forma existant. ¶Alit. Sustentet, alioquin auertente luce faciei suæ cuncta destruerentur. ¶Manat. Vnde & sanctus sanctorum dicitur, quia exteris omnibus ipse solus sanctitatē præstat. ¶Lux indeficiens. Quia numquàm exhauritur, sed cunctis abundè sufficit, & superest, nec vmquàm minuitur. ¶Gloria. Etiam indeficiens, sic & vita, ita & decor, & adde omnibus his cunctis spiritibus, quod est sursum. ¶Deum. Idolorum. ¶Iam tandem. Post longos errores. ¶Resipiscentes. Sapientiam quodammodo amissam, si non in vobis, saltem in maioribus vestris recipientes. ¶Idola vana. Quia, vt dicit Apostolus, Idolum nihil est, sed quæ immolant gentes, dæmoniis sacrificant, & non Deo. ¶Sponte. Quia non multùm placent Deo coacta seruicia, & sicuti sponte recesserunt à Deo. ¶Huic verò. Illi enim de quibus supra dictum est, non sunt veri Domini, sed sicuti fuerunt iniquitatis serui, sic modo sunt & gehennæ captiui. ¶Fide. Et ea quæ per dilectionem operatur nam impossibile est sine fide placere Deo. ¶Victima pacis. Benè pacis victima dicitur, quia homo seipsum quodammodo mactat, & vincit, dū punit in se, quod Deo displicebat, & per quod bellum fuerat exortum. ¶Cymbia. Vasa, seu pocula in cymbæ similitudinē, & est species pro genere. ¶Sanguinis. Vt antiquitus offerebatur, & vero Deo à Iudæis; & dæmonijs à Gentilibus. ¶Humanas mentes. Plenas, scilicet quia hoc in loco pro vasis, & poculis positæ sunt. ¶Pietate. Diuini cultus, & misericordia in proximum, clementia quoq; erga inimicum. ¶Sed vos, & corpora viua. Hæ sunt rationales hostiæ, & viuæ, quas iubent Apostoli, Petrus, & Paulus Deo à nobis offerri. ¶Cruci. Hi sunt, qui crucifigunt carnem suam iuxta monita Pauli cum viciis, & concupiscentiis. ¶Reputate Deo. Dicenti sine me nihil potestis facere, alioquin deteriores essetis pharisæo reprobato, qui & si iactabatur, inde tamen Deo gratias agebat: & meritò, quia non sumus sufficientes à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui operatur omnia in nobis, & uelle, & posse. ¶Gloria. Hinc Ecclesia consueuit in finem omnium psalmorum, atq; hymnorum gloriam Deo reddere, vt doceret nos non in nobis: sed in Domino gloriari.

A

Consiliūmne dabit vobis hæc dæmoniorum
Perdita gens? quæ nec consuluere sibi?
Ad dominum, verumq; Deum iam vertite mentes,
Qui cœlos fecit; quiq; gubernat eos.
Cuius in aspectu resonat confessio laudum,
Angelici cantus, cœlituumq; melos.
Cuius in aspectu species pulcherrima rerum,
Idæa, exemplar, viuaq; forma decens.
Sanctaq; maiestas, horrenda quidem, sed amanda
Est iucunda quidem, sed veneranda Dei.
Alta, augusta, decens cui magnificentia; cuius
Lucis adorandæ cunctaq; fulgor alit.
Spiritibus cunctis hinc sanctificatio manat.
Lux indeficiens, gloria, vita, decor.
Quare agite ò gentes, patriæ, populiq; per orbem
Immensum, colitis qui simulachra Deûm.
Iam resipiscentes Idola relinquite vana,
Ad cultum veri sponte redite Dei.

B

Huic vero cœli Domino terræq;, marisq;,
Huic afferte Deo munera plena fide.
Gloria, laus, & honor sit sancta oblatio vestra
Cordis contriti victima pacis eat.
Huic afferte Deo non pinguia lancibus exta,
Sed pingues animas intus amore pio.
Huic afferte Deo non cymbia sanguinis vlla;
Humanas mentes sed pietate magis.
Huic mactate Deo iam non animalia bruta,
Sed uos: figentes corpora uiua cruci.
Cumq; ea feceritis; non uestris uiribus illa,
Non vestris meritis; sed reputate Deo.
Nomini & illius; non vestro, tota feratur
Gloria proueniens, indeq; partus honos.
Sic ò sic manibus plenis, sic plurima vobis
Hostia tollatur, Thuris acerra simul.
Atriaq; his donis intrate decenter onusti,
Cernui adorantes numina magna Dei.
Cuius ab horrenda facie moueatur ab ortu
Solis ad occasum facta fidelis humus.

C

Heb. 11.
1. Petr. 2.
Rom. 12.
Eph. 5.
Gal. 5.
Ioan. 15.
Luc. 18.
1. Cor. 3.

D siari. ¶Tolluntur. Per extollatur, morem exprimit offerentium aliquid Deo, leuant enim in altum cum oblatione manus. ¶Thuris. Incensi, cuius fumo in altum tendenti significantur orationes sanctorum, vt idem psaltes alibi precatur. Dirigatur (inquit) oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, & in Apoc. stetit (inquit) Angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, quæ sunt (inquit) orationes sanctorū, & ascendit fumus aromatū in conspectu Domini. ¶Acerra sumul. Vasculū est, in quo thus à clerico sacerdoti benedicendū offertur, quod & nauiculam dicunt p p similitudinē. ¶Decēter onusti. Quia
Exo. 33, scriptū est: non apparebis in conspectu meo uacuus. ¶Cernui. Inclinati more religiosorū, quasi cernentes humū curua facie, & toto corpore proni. ¶Numina magna Dei. Propter tres personas, & unā diuinitatē. ¶Horrenda. Et amanda subaudi, rōnibus de quibus suprà. ¶Humus. Idest homo ex humo factus, hinc & in Hæbrea lingua Adā dicitur quasi hum' rubra: cuiusmodi coloris dicit esse terra noua, nec adhuc exculta. ¶Dominus. Chri. ¶Regnauit. Ab alto ligno, tametsi modernis in codicibus in verbis psalmi nō adsint hæ duæ dictiones: ab alto ligno, in Augustinianis tamen, & in his, quib' Cassiodorus, utebantur, & alij antiquiores, aderant. Vnde, & ipsa ecclesia, quæ non potest errare, approbauit hanc sententiam canendo ipsa in hymno, sanctæ crucis. Dicite in nationibus, quia regnauit à ligno Deus, & intelligitur de ligno crucis ad literam, & hoc uidemus adimpletum esse. ¶Altum quis nouit? Hic tangitur id, quod ait Apost. Vt positis comprehendere cum ceteris sanctis: quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimatas, atque profundum; quod dictum passim

Eph. 3.

Dicite, quod ligno Dominus regnauit ab alto
Gentibus in cunctis, quæ ratione vigent.
Altum ligni huius quis nouit? siue profundum?
Quàmq; sit id longum? Brachia lata quoque?
In cœlum pars alta docet spem ponere ligni.
Ad charitatis opus brachia lata monent.
Perseuerare docet ligni pars longa; profundum
Inscrutabilia iudicia esse Dei.

Diuus Augustinus exponit, ut hic etiam uos de mysterio crucis, & charitatis Christi prius, deinde & nostræ: nam alta illa crucis pars, quæ supra caput fuerat erecta, significat Christum passum esse, ut superiam patri obsequendo
E sedes uacuas angelorum ex redemptis per crucēm hominibus impleret, per latitudinem, quæ in transuerso ligno crucis extenditur, innuit charitatem Christi per opus redemptionis apertissimè demonstratam ab amicis usq; ad inimicos crucifixores, & Iudęos, & Gentiles extensam fuisse, per longitudinem uerò pali, siue stipitis, quo regebatur reliqua corporis pars usque ad pedes; signata est perseuerantia charitatis Christi usq; in finem. Vnde & Ioan-
Joan 13. nes Euangelista dixit. Cū Dominus Iesus dilexisset suos, usque in finem dilexit eos .i. usq; ad ponendam animam
Joan. 15. pro illis, quia maiorem charitatem nemo habet, quàm, ut animam suam ponat quis pro amicis suis: pars autem profunda eius ligni, quòd altè defossum est in terra, nobis indicat inscrutabile iudicium Dei, de morte filij pro redemptione serui, & quare Iudæus inde, qui erat populus dilectus excæcatus sit: gentilis uerò prius cæcus intellectu, inde ad salutem illuminatus est. Item significat Christum non solùm pro uiuorum redemptione, qui tunc erant, & post uenturi fuerant, esse passum: sed etiam pro omnibus electis, qui à mundi initio in profunda terra ante defuncti tenebantur inclusi, & hæc quò ad Christi charitatis mysterium, quò ad nostram attinet, expone ut in textu. ¶Altum. Idest altitudinem, sic & longum .i. longitudinem. ¶Brachia lata. Idest latitudinem, quæ dictiones hoc genere uersuum minimè capiuntur. ¶Spem nostram. Laborum optatam mercedem qui ex charitate fiunt. ¶Monent. Quia per manus, & brachia, ut plurimum talia exercentur pietatis, & charitatis opera. ¶Perseuerare.
Matth. x. Nam perseuerantia opus integrum perficit. qui enim perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. ¶Inscruta-
c.14. bilia. Sicut, & Apostolus monuit his uerbis. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incompre-
Rom. 11. hensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius? ¶Molliat illud. Interiori inspiratione per misericordiā. ¶Pectus. Vt Mathæi, Zacheiq; publicanorum, Mariæ Magdalenæ, Latronis, & Sauli persecutoris. ¶Hoc durum. Vt Iudę proditoris, & multorum ex principibus sacerdotum sicut Annæ, & Caiphæ, & Latronis alterius, qui à sinistris pendebat, cum mille alijs, qui omnes iusto quidem Dei iudicio ex proprijs eorum culpis sinuntur in dies magis, ac magis indurari, & Pharaoni per similes esse, donec in sua obstinatione usque ad finem perseuerantes, de medio per mortem rapiantur ad æternos cru-
F ciatus. ¶Diues hic. Impius, & pertinacissimus in malo. ¶Ille miser. Cuius pectus emollitum est ad pœnitentiam: de his causam rationabilem uide, supra in psalmo nonagesimo tertio, in quo quæritur, quare mali florent? & boni hoc in sæculo affliguntur? ¶Enitendum. Et uis no-
Matt. 2x. bis ipsis faciēda est, quia regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud: nam carnis appetitus, malaq; consuetudo uincenda cum Dei gratia, & spiritui reluctanti subijciēda est. ¶Vocat. Prima uocatione ad fidem.

Non est quęrendum, cur pectus molliat illud?
Cur sinat hoc durum? Diues hic? ille miser?
Est enitendum, cum te vocat intus, vt adsis,
Auersum reuocat; sponte redire velis.
Hoc veluti sceptro terrarum concutit orbem,
Corrigit, ac firmat; ne moueatur adhûc.
Cumq; thronum veluti iudex conscenderit æquus,
Hæc sua virga potens iudicialis erit.
Hac populus omnes olim discernet; ab hædis,
Vt solet interdùm cernere pastor oues.
Hinc superi iam nunc lætentur; & atria cœli
Pandantur; ciues excipiantq; nouos.

¶Auersum. Post modum per peccatum graue. ¶Reuocat. Ad pœnitentiam. ¶Sponte. Propter liberum arbitrium, cui uim non vult Dominus facere. decet enim concessum à principe bene-
Matt. 24. ficium esse mansurum, ut & bonum nostrum conuersionis sit gratum, ex quo spontaneum: nam non placet Deo coacta seruitia. ¶Hoc ueluti. Redit ad lignum crucis. ¶Concutit. Sano, & utili terrore ad pœnitentiam. Nam hoc signum filij hominis apparebit in cœlo, cum uenerit ad iudicandum; & tunc plangent se super se omnes tribus terræ. &c. ¶Corrigit. Modò dum moram facit ad ueniendum. ¶Orbem terrarum. Idest homines, continens pro contento, & est tropus Metonomia, quæ locutio frequentissima est in prophetis, & maximè in psalmis. ¶Ne moueatur adhùc. Vt olim ad Idololatriam. ¶Iudiciali. Qua iustos ab impijs discernet. ¶Olim. Quod modò in singulos fit in die mortis uniuscuiusque; tunc uniuersaliter in omnes homines fiet generale iudicium. ¶Ab hædis.

hædis. Idest à peccatoribus, qui ædorum appellatione propter fœditatem, petulanciam, scurrulitatem, & uexationem bonorum, & infructuositatem comprehendi solent, & ita in Euangelio colligere licet, vbi dicitur. Cum Dominus uenerit in maiestate, mittet angelos, qui congregabunt omnes ad iudicium, & tunc separabit eos, sicut pastor segregat oues ab hædis, & oues à dextris, ædos autem à sinistris ponet. ¶ Lætentur. De conuersione hominum, & eorum redemptione per mortem Christi. ¶ Pandantur. Quæ usque ad ascensionem Christi numquàm patuerant hominibus. ¶ Ciues nouos. Ad fidem conuersos sanctos, qui ab Abel iusto usque ad illa tempora descenderant in carcerem inferni in sinum Abraæ. ¶ Colonia cœlo pro ad cœlum. Tangit morem Romanorum, & aliarum quarūdam gentium, quæ interdum mittebant ex suis habitatores nouos ad prouincias sui iuris factas; sic & tellus mittit homines ad cœlum per D. N. I. Christum sui iuris factū. ¶ Et mare. Sæculum præsentis temporis, qui & mundus in Euangelio dicitur. ¶ Feruescat. Furore prius, deinde re intellecta, etiam exultatione sanctorum, qui è mūdana conuersatione ad fidem conuersi post mortem non ad infernum, ut prius, sed ad cœlum conscendunt. ¶ Aequora tunc campi. Isti sunt mites, & mansueti; quibus datum est, ut possideant terram uiuentium. ¶ Plenaque rura. Vel ad literam, præ gaudio ascensionis Domini secuta est telluris vbertas magna, uel mysticè impleta sunt fidelibus ad Christum conuersis: prædicantibus Apostolis resurrectionem, & ascensionem Domini Iesu, quæ est initium, ac spes resurrectionis humanæ, & indicantibus regnum cœlorum patere fidelium animabus, & coronas gloriæ cum immortalitatis stolam iam donari uictoribus in cœlo. ¶ Arbor. Mysticè altitudo perfectorum. ¶ Et herba virens. Simplicitas adhùc lactantium in Christo, de quibus alibi. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudum. ¶ Syluarum ligna. Gentilium corda prius sterila, & aspera; nunc autem conuersa bonorum operum facta fructifera. ¶ Rubiq;. Peccatores nequissimi, & maximè ecclesiæ persecutores, qui sanctos ut spinæ pungebant, ex eis tamen, & multi sunt ad fidem conuersi, & factæ sunt rosæ, per martyrium. ¶ Mites. Qui supra æquora campi dicebantur. ¶ Steriles. Hæc sunt ligna syluarum. ¶ Fructu uberiore. Pietatis, misericordiæ, & aliorum bonorum operum. ¶ Verebuntur. Subaudi id, quod sequitur: pœnas in iudicio à prædicatoribus comminatas. ¶ Veniens. Ad iudicium, sicut, & angeli dixisse leguntur. Hic Iesus, qui assumptus est à uobis in cœlum sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cęlum. ¶ Luteas mentes. Idest ex terrenorum delectatione, quasi terrenas factas, innuit autem illos immisericordes, & auaros, quibus iudex dicturus est, ut habetur in Euangelio. Ite maledicti in ignem æternum. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c. ¶ Ore graui. Dura faciæ, vultuq; minaci, ¶ Ex æquo. Idest æquitatis iure. ¶ Ex ucrò. Idest iustitiæ ueritate, puniendo malè meritos: ut prædixerat se facturum. ¶ Secet ense. Idest iudicij seueritate, ex Daniele sumptū est, qui peruerso seni dixit. Ecce angelus Domini super te est, qui accepta sententia secet te mediū. ¶ Eia age. Cōclusio est qua exhorratur reliquias Iudæorum, ut fide suscepta transeant ad nouam ciuitatem Dei, idest Ecclesiam ex utroq; pariete. i. ex gentibus, & Iudæis collectam antequàm iudex Christus adueniat. ¶ miser. Iudæus multis ut uidemus afflictis miserijs. ¶ Captiuus. Diaboli, & Romanorum, & exul ab utraque patria cœlesti, & terrena. ¶ Euersæq; Domus. Synagogæ, & urbis Hyerosolymorum. ¶ Reliquiæ minimæ. Allusio, est, ad illud uaticinium Esaiæ prophetæ; si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. ¶ Vrbis nouæ. Ciuitatis Dei, de qua supra satis est dictum. ¶ Melioraq; mœnia. Quantò melius, & excellentius est testamentum nouum ueteri: Euangelium lege; baptismus, & reliqua sacramenta circoncisione, & ueteribus illis carnalibus obseruantijs, & demum quantò melius est regnum cœlorum terra promissionis, ¶ Dum licet. Licet autem, dum uiuit unusquisq;; quàmdiu moram facit ueniendi iudex Christus. ¶ Ligno. Crucis. ¶ Insignia. Misericordiæ, quæ fuerant acerbæ passionis mysteria, sicut claui, lancea, & reliqua, quæ circa crucem pingi solent: potest etiam intelligi de cicatricibus in manibus Christi: quæ patri usq; ad diem iudicij ostenduntur captandæ ueniæ gratia. Sed in die iudicij erunt insignia exprobrationis, iuxta illud. uidebunt in quem pupugerunt. ¶ Regnet ubiq; Deus. Vtinam, & in nobis regnet, vt et nos in illo, cum illo, & per illum regnemus, cui cum patre, & spiritussancto, honor, & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

A

Matt. 25.

Exultet tellus; quòd missa colonia cœlo
Iam teneat sedes, possideatq; nouas.
Et mare feruescat, fluctus tollantur in altum.
Par tempestati sit noua lætitia.
Aequora tunc campi gaudebunt: plenaq; rura,
Ridebunt in eis arbor, & herba virens.
Omnia quinetiam syluarum ligna, rubique;
Tunc exultabunt à facie Domini.
A facie Domini mites, mansuetaq; corda
Collætabuntur, proficientq; magis,
Quiq; diu steriles fuerant, & pectore duro,
Tunc fructu fient vberiore pij.
Namq; verebuntur; veniens nouus arbiter æqui,
Ne luteas mentes iudicet ore graui.
Ex æquo venturus enim qui iudicet orbem,
Ex vero populos qui secet ense malos,

B

Dan. 13.

Eia age quisquis adhùc miser es, captiuus, & exul,
Euersæq; domus reliquiæ minimæ.
Vrbis ad alta nouæ, melioraq; mœnia transi,
Dum licet, ac Iudex protrahit vsq; moras.
Dum ligno pietatis adhùc insignia pendent.
Dum pius à ligno regnat vbiq; Deus.

C

Ao. 1.
Hach. 12

INclyta terra fuit sæuo usurpata Tyranno. Inuitantur hoc in Psalmo fideles ad Spiritualem exultationem super recuperatione terræ sanctæ. i. totius orbis sanctorum omnium, cuius terræ tyrannidem sibi Diabolus usurpauerat partim idolatria, multisq; alijs superstitionibus uanis, & partim cupiditate, peccatorum, & malorum omnium radice, Iudæos. s. iis laqueis; Gentiles uerò superiori sagena sub misera seruitute diu tenens irretitos. At aduent⁹. D. N. I. Chr. perdidit utrosq;. ¶ Inclyta terra. Non solùm Iudæa, sed electorum omnium, & prædestinatorum corda tunc temporis terrena, quia terrenis dedita. ¶ Sæuo Tyranno. Diabolo, qui adeò diligit, teste Ambrosio, sibi subditos, ut Gluto procellos. ¶ Corruptum. Carnis uoluptatibus, quæ mortem inducunt. ¶ Diris sedibus. Et corporum, sed magis animarum. ¶ Miseri ciues. Naturali adhùc intellectu prædit; & pij adhùc, præ-

D cipuè in Iudæorum gente: in qua ſemper reliquiæ proborum remanſerunt, uſque ad Chriſtum; cui poſtmodùm adhæſerunt. ¶ Languere. Pro languebant, figura eſt non poetarum modò, ſed & ſcribentium hyſtorias: ut ponatur infinitus modus pro imperfecto indicatiui. ¶Et taciti. Quia non audebant apertè malos redarguere; ne deteriores illi euaderent, & ſeipſos in diſcrimen inutile conijcerent: nam extremæ dementiæ eſt (ut ait Hieronymus) nihil aliud redarguendo proficere, ſed odium tantùm quærere. Luminaq; ad cœlum. Supremum, ſed optimum remedium, pro peccātium ſalute Deum orare: ut pro peccatorum uinculis, quibus tenentur aſtricti per Sathanam, à potenti Deo ſoluantur. ¶Rex pius. Chriſtus, qui ſola pietate terram noſtram à ſeruitute Diaboli ſua morte redemit, & liberauit. ¶ Ab alta ſpecula. De cœlo prius, deinde ab alta cruce; ubi teſte Paulo pro noſtra liberatione cum gemitu, & lachrimis orauit; & exauditus eſt pro ſua reuerentia. Diu tortum: Diabolum, dixiſſe ſiquidem illum legimus, Quare ueniſti ante tempus torquere nos? Item diu tortum hac ambiguitate, utrùm eſſet Ieſus filius Dei; ſi.n. cognouiſſent (inquit Apoſtolus) numquàm Dominum gloriæ crucifixiſſent. ¶Corpore ſumpto. Ex uiſceribus beatæ virginis Mariæ: & ut inimicum falleret, & qui in ſua deitate impaſſibilis erat, & im-
E mortalis: noſtra carne infirmitates noſtras pateretur, & ipſam mortem. ¶Deluſit. Vt patet ex tribus illis tentationib⁹ notiſſimis, & ex morte. ¶Conſeruitq; manus. Pugnando contra illum, ut ipſe teſtatur in illa parabola. Cum fortis armatus poſſidet atrium. &c. ¶Horrendo cōflictu. Supremò paſſionis eius, & crucis. ¶Acerba vulnera. Quinq; plagas, manibus, pedibus, & latere perfoſſis. ¶ Carceris. Inferni, ut dixit Io. Euangeliſta in Apoc. & Auguſtinus in ſermone feſti Reſurrectionis. ¶Inde. Ex inferno tertia die reſurgens. ¶ Pulcherrimus. Gloria reſurrectionis, & ſtola immortalitatis indutus. ¶Exiliens. Inuitis cuſtodibus, clauſo etiam ſepulchro. ¶Ci-
Matt. vlt. ues. Et eos, quos ex inferno ſecum adduxit; & alios, qui in mundo adhùc uiuebant, ad alta uirtutum ſpe ad cœ-
Io. 12. lum aſcendendi induxit. ¶Regnandam. Per conuerſionem hominum ad chriſtianam religionem. Data eſt (inquit ipſe) mihi omnes poteſtas in cœlo, & in terra. ¶Iuſtitiæ. Maioris, quàm fuerat illa ſcribarum, ac phariſeorum, Euangelicæ. ſ. ¶Iudicijq; uia. Tunc diſcretionis, de quò iam ante dixerat. Nunc iudicium eſt mundi, nunc
Matt. 10. prin. hu. mun. eijcie. for. & ego ſi exalt. ſu. à ter. om. trah. ad meip. & rurſus. non ueni pa. mit. in ter. ſed gla. ueni enim ſep. hom. adu. pat. ſu. & fil. adu. mat. ſu. & nur. adu. ſocr. ſu. & ini. hom. dom. eius. ¶Exultet tellus. Humana. ſ. hoc eſt hominum pectora. ¶Ab alto. Ligno crucis, & ab alto cœlo. ¶Inſulæ, & æquoreæ. Hoc eſt habitatores maritimarum inſularum, quæ multæ ſunt. ¶Aequa mente. Vt ſeruiant ei propter ipſum, & regnum cœlorum: ſed plurimi ad mercedes temporales: quibus ceſſantibus, aut ſeruire deſiſtunt, aut præ rabiæ cupiditatis in hæreſim lapſi conuertuntur in lupos. ¶Sine mente. Ideſt ſine intellectu, & im-
F memores ſalis, quem manducauerunt in aula principes noſtri, & Eccleſiæ, quando benè erat eis, & omnia ad vota fluebant. ¶ Nubes obſcura. Negatur eis ſana intelligentia ſcripturarum, & cœci fiunt, vnde & Dominus legitur dixiſſe.
Io. 9. In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non vident, videant, & qui vident cœci fiant, & alibi. Viſu uidebitis, & non uidebitis: & rurſus, ut uidentes non uideant, obſcurauit.n. eos malicia cordis eorum, & Apoſtol⁹: Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. ¶Caligoq; denſa. Propter craſſam, & ſupinam eorum ignorantiam. ¶Conſpicuam faciem. Claram D. N. I. Chr. notitiā, & diuinitatis, & humanitatis, eo tamen modo, quo poteſt agnoſci Deus in ſæculo, tamquàm per ſpeculum in ænigmate. ¶In quibus. Ideſt in quorum cordibus: nam per fidem (ut ait Apoſt.) habitat Deus in cordibus noſtris. ¶Sedet. Etenim anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ: porrò Chriſtus eſt ſapientia, & uirtus patris. ¶ Nitidis radijs. Interioris inſpirationis. ¶Luſtrat. Purgat, & illuminat. ¶Pios ſedem ſuam. Appoſitio eſt, ſunt enim pij, & iuſti ſedes Domini, ut dictum eſt,

¶ Fulgore

ODE XCVI. PSALMO XCVI.

Dominus regnauit exultet terra.

INclyta terra fuit ſæuo vſurpata Tyranno;
Corruptum & diris cędibus omne ſolùm,
Propterea miſeri ciues languere relicti:
Ingemere; & taciti rore rigare genas.
Luminaq; ad cœlum, ſuſpiria pectore ab imò,
Quandoquidem voces tollere non poterant.

Rex pius vnde graues ſpecula miſeratus ab alta
Languentum gemitus, attulit vltor opem.
Namq; diu tortum mortali, corpore ſumpto
Hoſtem deluſit; conſeruitq; manus.
Vulneraq; horrendo conflictu paſſus acerba,
Strauit eum tandem pectore magnanimo.
Proſtratum vinxit, vinctumq; retruſit in ima
Carceris; hunc manicis, compedibuſq; premens.
Indeq; victor ouans hylari pulcherrimus ore,
Exiliens, ciues liber ad alta vocat.
Regnandamq; iterum tellurem ſuſcipit almam,
Iuſtitiæ ſceptro, iudicijq; via.

Iam nunc exultet tellus regnante per ipſam
Hoc uero Domino; factaq; læta canat.
Carmina læta canat, Dominus regnauit ab alto
Lætetur tellus, inſulæ, & æquoreæ,
Sed quia non omnes ſunt æqua mente fideles,
Huic magno Domino, ſed ſine mente graues.
Hunc nubes obſcura tegit, caligoq; denſa.
Conſpicuam faciem: ne penetrare queant.
In quibus at veluti ſolio ſedet intus eburno,
Iuſtitiæ nitidis luſtrat eos radijs.
Iudicijq; pios ſedem fulgore coruſco
Corrigit ipſe ſuam; ne maculoſa fuat.
Namq; potens ignis mira virtute præibit
Nubibus exiliens, in quibus ipſe latet.
Mira quidem, ſed vera cano. incendentur iniqua,
Hoc inimicorum pectora ab igne graui,
Inflammabuntur nihilominus intus, & ipſa.
Mollia amicorum pectora ab igne leui.

¶ Fulgore coruſ. Ideſt terrore diei iudicij, & gehenæ, atque pœnarum æternarum. ¶ Fuat. Verbum antiquum, quo, utimur, niſi in hac perſona, & ſignificat idem quòd fiat, nel ſit. ¶ Potens ignis. De quo ipſe dixit in Euangelio. Ignem ueni mittere in terram: & quid uolo, niſi ut ardeat? non enim intelligendum eſt hic de igne illo materiali, quò mundus ante iudicium corripiendus eſt, de quo Petrus in Epiſtola, & Ioan. in Apoc. & de quo canit Ecclesia. Quia uenturus eſt Dominus iudicare ſæculum, per ignem. ¶ Nubibus. Ideſt à prædicatoribus verbi Dei, de quibus. Eſaias propheta dixit. Qui ſunt iſti, qui ut nubes uolant. &c. Et Gregorius in humilia piſcatoris Petri apertè interpretatur nubes verbi Dei concionatores eſſe, eo quòd leues abſq; terrenarum rerum cura diſcurrant, & fulgurent miraculis, terrent minis; & compluant corda terrena doctrina ſalutari. ¶ In quibus ipſe latet. Per ſpiritum ſuum ſanctum. vnde & eis dictum fuit, Non eſtis vos, qui loquimini; ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in vobis, & Apoſto. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum, qui datus eſt nobis. ¶ Mira quidem. In hoc eſt mirum, quia contrarios effectus uidetur hic ignis operari, in aliquibus mollire corda ad pœnitentiam: in alijs duritiem quãdam ad perſecutionem ſanctorum: ſed hoc eſt propter malam diſpoſitionem animorum, ſicut dicimus in eadem medicina, quæ in diuerſis corporibus uitam, & mortem operatur, propter uariam humorum diſpoſitionem: ſimile quodam dixit Apoſto. de odore bonæ famæ ſanctorum. Chriſti (inquit) fumus bonus odor in omni loco, alijs quidem odor vitæ in vitam; aliis uerò odor mortis in mortem; poſſumus etiam dicere, quod in alio cantatum eſt pſalmo, hoc eſſe unum ex inueſtigabilibus iudiciis Dei. Non eſt quærendum, cur pectus molliat illud. Cur ſinat hoc durum: Diues hic, ille miſer. ¶ Igne graui. Iracundiæ, & furoris, ut patuit in principibus ſacerdotum Iudęorum, & Gentilium; qui incenſi ſunt audita Chriſti prædicatione ad perſecutionem Eccleſiæ. ¶ Amicorum. Futurorum per conuerſionem ad fidem, non qui tunc eſſent. Simile huius habemus in Euangelio, & alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: ſed illas oportet me adducere, & fiet unum ouile, & unus paſtor, non quæ tunc oues eſſent: ſed quæ futuræ erant; per prædeſtinationem ergo tales ſermones ſunt intelligendi: nam ex quo, & amici, & oues prædeſtinati ſunt, poſſint uerè, & amici, atque oues nominari. ¶ Igne leui. Spiritusſancti, qui calefacit, inflammat, & non conſumit. ¶ Ardebunt. Expoſitio clarior eſt ſuperioris ſententiæ. ¶ Necent. Hæc omnia in Chriſto, & Diſcipulis, ac ſanctis Martyribus facta eſſe conſtat; diripuerunt enim perſecutores eorum bona, caruē inexquiſitis lacerauere tormentis, & tandem necauerunt eorum corpora, quia animas non potuerunt. ¶ Vt tribuant. Propria pauperibus Chriſti ſeruis; ſicut illi, de quibus in Act. Apoſt. legimus: qui mox ut fuerant conuerſi, uendebant agros; preciumq; afferebãt ad pedes Apoſtolorum. ¶ Solident. Infirmos adhùc, & recentes in fide; quam rem non ſolùm Paulum, & Apoſt. legimus feciſſe: ſed & Sebaſtianum, qui ſub chlamyde militari, Chriſtũ gerens abſconditum, exhortabatur, & conſolidabat infirmorum animos, quos uidebat in tormentis deficere. ¶ Nubibus ex illis. Spiritualibus. ſ. electis prædicatoribus. ¶ Iaculari fulgora. Coruſcare miracula, ut ſuprà dictũ eſt. ¶ Terroris. In malos. ¶ Amoris, In bonos. ¶ Erant. Subaudi, quæ fulgora miraculorum. ¶ Sparſaq;. Subaudi fulgura, quod eſt infra. ¶ Dein. Prò deinde, apocope eſt. ¶ Terra. Rationalis pectoris humani. ¶ Fluxerunt montes. Superbi regnorum potentatus. ¶ Liquefacti. Ab illo igne ſpiritusſancti interius ad prædicationē electorum cooperante. ¶ Coquens uis. Ardens potentia diuini ſpiritus, iuxta quod legimus quoſdam Diſcipulos inuicem dicentes. Nonnè cor noſtrum erat ardens in uia, dum loqueretur, & interpretaretur nobis ſcripturas? ¶ Omnis tellus. Humanorum cordium. ¶ Defluxit. A priſtina duritia. ¶ In glebas putres. Quaſi habiles ad ſuſcipiendum ſemen, & ad frugem ferendam; hoc autem fit intra pectus humanũ corde ab interiori calore ſpiritusſancti reſoluto per compunctionem ad pœnitentiam. ¶ Qui uerò montes fluxere? Expoſitio eſt ſuperioris ſententiæ, quia metaphorica fuerat, & nimis obſcura: uolumus enim intelligi; quia tranſijt tempus figurarum; & ſciſſo templi uelo, aperta debent eſſe omnia. ¶ Iugo. Chriſti, quod eſt Euangelium, de quo iugo dixit ipſe. Tollite iug. me. ſu. uos, & diſc. à me qu. mi. ſum, & hu. co. iu. n. me. ſu. eſt, & on. me. le. ¶ Metu. Diuini iudicij, extremique examinis: in quo totius ante actæ uitæ ratio eſt reddenda Deo iudici iuſto, & incorruptibili: qui omnia nouit etiam ſecreta cordium, & ideò falli non poterit, aut circumueniri. ¶ Cum cœli. Qui, & ſupra nubes appellati ſunt. i. uerbi Dei prædicatores excelſi, quos & pſalte alibi cœlos appellat. Cœli (inquit) enarrant gloriam Dei. &c. ¶ Legatos miſit. Vnde, & Paulus dixit de ſe, & ſocijs. Poſuit in nobis Deus uerbum reconciliationis: pro Chriſto ergo legatione fungimur, tamquàm Deo exhortante per nos, & alibi. Pro quo legatione fungor in hac cathena. ¶ Ad noua iuſſa. Euntes (inquit) in uniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturę. Baptiz. eos in no. pa. & fi. & ſpir. ſan. & doc. eos ſer. vniu. quæ mand. vob. ¶ Iuſtitiam. Nouæ legis obſeruantiam, quæ præcipuè conſiſtit in fide uiua per dilectionem operantem. ¶ Regis, & acta noui.

A

Luc. 12.
2. Pet. 3.
Apoc. 6. & 21.
Eſa. 60.
1. Cor. 2.
Ioan. 10.
B
Luc. 24
C
M. 10.
2. Cor. 5.
Eph. 6.
Matt. vlt.

Ardebunt illi, ſed ad iras, atque furores;
Vt rapiant, lacerent; & lacerata necent.
Ardebunt iſti magno pietatis amore;
Vt tribuant, ſolident: conſolidata regant.
Nubibus ex illis: iaculari fulgura viſa,
Plenaq; terroris, plenaq; amoris erant.
Sparſaq; luxerunt hæc circumquàq; per orbem,
Terrarum ſumma fulgura miſſa polo.
Territa tum primùm viſis fulgoribus illis,
Admirata dein, motaq; terra fuit.
Fluxerunt montes liquefacti vt cęra; coquens vis
Tanta caloris erat, tantus, & ardor eis.

Flagranti à facie Domini defluxit & omnis
Tellus; in glebas eſtq; ſoluta putres.
Qui uerò montes fluxere? ſuperba potentum
Suppoſita eſt ceruix, duraq; colla iugo.
Quæ uerò tellus fluxit? niſi terrea corda
Mundanorum hominum, quę reſoluta metu.
Nam cui non quateret gelidus tremor oſſa, vel artus?
Cum cœli ferrent nuncia verba Dei.
Legatos miſit (dictu mirabile) cœlos,
Sed rationales, ad noua iuſſa nouos.
Iuſtitiamq; nouam præconum more per orbem
Propagauerunt Regis, & acta noui.

D Christi uerba, & miracula, nunc in quatuor Euangelijs redacta, ad perpetuam memoriam maximè contra hæreticos. ¶Maxima gloria. Est enim gloria Dei patris de qua dicit Apost. Propter quòd dedit illi nomen, quod
Phil. 2. est super omne nomen, & omnis lingua confiteatur, quia Christus est in gloria Dei patris. Hæc autem gloria patuit non solùm ex miraculis ante passionem factis: sed multò magis ex prædicatione resurrectionis eius à mortuis. Ascensionis in cœlum, missionis spiritussancti tam apertè etiam ad impositionem manuum Apostolorum: & prætereà, per miracula, signa, & prodigia, quæ fiebant per ipsos prædicatores verbi Dei ad inuocationem nominis Christi. ¶Iam confundantur. Prædicit, quod futurum erat, agnita ueritate Euangelij ad Apostolicam prædicationem, confusæ sunt enim gentes super stultitia sua de adoratione sculptilium, imaginum, & dæmoniorum, & clara est litera. ¶Insensata. Omni sensu, penitus carentia, visu scilicet auditu, gustu, odoratu, & tactu: nam vt alibi dicit, os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, &c. ¶Ingens gloria. Romani præcipuè in hoc peccabant: qui magnis sumptibus ad sculptilia fabricanda minimè parcebant, & deinde in illis multùm gloriabantur. ¶Saxea. Ludit hic vates, & Romanos illudit, qui interdum plenos habebant thalamos argenteis, & aureis imaginibus Deorum suorum: quibus maiorem impendebãt, & impendi curabant honorem à vulgari plebecula ob preciosiorem idolorum materiam, sicut etiam legimus de Nabu-
Dan. 3. chodonosore Rege Caldæorum, qui statuam auream erexerat: quam ab omnibus adorari uolebat. ¶Quid si Phylosophus. Hic respondet ad eos, qui volebant videri cæteris prudentiores, cũ
E de adoratione simulachrorum nimis aperta stultitia conuincerentur, dicebant enim se non muta, & surda illa simulachra colere: sed numina quædam illis præsidentia. ¶Numen adoratur magnum. Vt puta Iouis, Phœbi, Iunonis, aut Mineruæ, cæteraq; huiusmodi portenta, quæ delusæ gentes pro Dijs colebant. ¶Vos infelices. Phylosophi, & scioli, qui volentes uideri sapientes, stulti magis efficiebantur in cultu pessimorum dæmoniorum humani generis inimicorum, nam sculptilia, quæ vulgares colebant, si non poterant se, nec cultores suos iuuare, neq; poterant nocere, dæmonia verò numquàm poterant prodesse, quia imò semper obesse studebant. ¶Superi ciues. Angelos intelligit, & respondet tacitæ obiectioni, dicebant enim phylosophi, non dæmonia infernj nos colimus, sed Angelos cœlestes, verùm his respondetur, quia si verè essent Angeli boni, non finerent se adorari:
Apo. 22. sed Deum monerent adorandum, vt legimus in Apocalypsi, Angelum prohibuisse Ioannem, ne se adoraret: sed Deum, vide (inquit) ne feceris, conseruus enim tuus sum: sed Deum adora, similiter homines sancti non pateren
Act. 14. tur se adorari, vt legimus de Paulo, & Barnaba, quibus cum sacerdotes templorum vellent offerre sacrificia, eo quòd existimarent Deos esse. Barnabam quidem Iouem, Paulum verò Mercuriunt: quia Dux erat verbi, at illi
Act. 14. Protinus scisis tunicis exilientes clamauerunt, nolite fratres ita facere: sumus enim homines similes vobis mortales, annunciantes uobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, &c. Et sic cohibuerunt eos, ne sibi sacrificarent. ¶Hunc ut adorarent. Christum
Heb. 1. c. Iesum filium Dei vnigenitum, sicut & Paulus intellexit, qui in Epistola ad Hæbreos hunc versiculum psalmi adducit in hæc verba. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit, Et adorent eum omnes angeli Dei. ¶Militiæ cœli. Apostrophe ad angelorum exercitus. ¶Mascula thura date. Quæ sunt orationes sanctorum, vt ait Ioannes in Apoc. porrò quòd hic ait mascula, non vacat à mysterio: nam quemadmodum mascula thura lucidiora sunt, & puriora, meliorisq; odoris: sic & viriles orationes
F dicuntur eæ, quæ puriori mente à terrenorum affectu, ac mundiori corde à noxijs cogitationibus ardentium suspiriorum valentiori, & constantiori fumo ad Deum emittuntur, siue à uiris, siue à fœminis; quia non habent animæ sexum, ut ad imparia iudicentur. ¶Syonia mater. Sanctorum antiquorum Synagoga, quæ nouæ dicitur esse mater Ecclesiæ, vnde & vnus ex eis hic psaltes dicebat ei. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum, &c. ¶Gesta noui regis. Miracula Christi. audijt autem illa per Ioannem Baptistam præcursorẽ Domini, non solum in hoc mundo; sed etiam apud inferos ad patres, qui erant in sinu Abrahæ redemptionem expectantes, qui & typum Syoniæ matris gerebant. ¶Tulit Iudas. Animæ Apostolorum eæ sunt, qui pro maiori parte fuerunt ex tribu Iuda, possunt & illæ mulieres significari, quæ sequebantur Dominum Iesum, & ministrabant ei: nam & ipsæ audita, ac uisa resurrectione Domini, post quàm regnare cœpit, gauisæ sunt, & factæ nunciæ huius communis letitiæ. ¶Propter te Domine. Quia quem planxerant morientem, modò viderunt cum ingenti gaudio resurgentem. ¶Iudicia alta tua. Profunda, & inuestigabilia, vt supra dictum est. Et ecce vnum, exempli gratia, cur citius ostendit se ipsis mulieribus, quàm apostolis fratribus? & quare noluit apparrere principibus Iudæorum,

Maxima tum primùm populis apparuit eius
Gloria; Diuinus claruit eius honos.
Iam confundantur, qui tamquàm numina toto
Insensata colunt pectore sculptilia:
Iam confundantur, quibus ingens gloria visa est
Exculti lapides, & simulachra Deûm.
Saxea quid si non? Argentea sint simulachra?
Aurea vel potius? gloria inanis ea.
Quid si Phylosophus sapiens, & quisq; videri
Vult sciolus, dicat, non simulachra coli?
Numen adoratur magnum, inuisibile numen:
Namq; suis præsunt numina sculptilibus:
Vos infelices, aut verius insipientes,
Sculptile non colitis, sed mala Dæmonia.

Nam superi ciues diuinum numen adorant;
Sed nec adorari se pateretur homo.
Hunc vt adorarent, semel est à patre supremo
Omnibus edictum ciuibus æthereis.
Militiæ cœli Regem cognoscite vestrum:
Hunc & adorate, & mascula thura date.
Audijt hæc olim longæua Syonia mater
Gesta noui Regis, lætaq; facta fuit.
Quasq; tulit Iudas, exultauere puellæ,
Propter te Domine, & iudicia alta tua.
Iudicia alta Dei natæ, mirataq; mater,
Iubila lætitia voce dedere noua.
Cantemus Domino, qui Rex altissimus vnus
Orbi terrarum præsidet, atq; mari.

Iudæorum, & Sacerdotibus, vt uidentès eum, quem crucifixerant, à mortuis resurrexisse, crederent in eum? vni uersumq; populum suo ad fidem adducerent exemplo? propter hæc, & similia, dicuntur alta iudicia Dei. ¶Domino. Iesu Christo. ¶Atq; deis. Et illis, de quibus alibi dicitur, Deus stetit in Synagoga deorum, & in medio Deos dijudicat, & dæmonijs, qui à gentibus Dei esse putabantur: nam in nomine Iesu omnia genua tam inferorum, quàm terrestrium, atq; cęlestium flectenda sunt. ¶Exaltatus. In die Ascensionis. ¶Cęlituumq; choros. Qui nonem sunt, tres in singulis tribus hyerarchiis, idest sacris principatibus, infima, media, & summa: in infima sunt, Angeli, Archägeli, & Virtutes, in media Potestates, Principatus, & Dominationes, in suprema, Throni, Cherubini, ac Seraphini, super omnes exaltata est sancta Dei genitrix, & super ipsam filius eius Christus Iesus Rex regum, & Dominus dominātium, qui sedet ad dexteram patris: de quo totus iste psalmus est conscriptus. ¶Lustrata mente. Per fidem, qua corda mondantur, atq; illustrantur, vt docet Apostolus, fide mundans corda eorum. Act.15. ¶Exosi. Quod odio habere debetis. ¶Omne malum. Culpæ, hoc est peccatum, nam id solùm verè malum est: nam malum pœnæ bonum est præcipuè in hoc sæculo, quia per illud diuina innotescit iustitia, & inde corriguntur homines, aut purgantur, seu probantur, ut aurum in camino ignis, ac deinde probati coronantur. ¶Autoremq; mali. Diabolum qui primus exstitit autor peccati. Etenim cum naturam bonus esset à

A

Cantemus Domino, qui rex altissimus vnus
Præsidet & populis, præsidet atq; Deis.
Exaltatus enim super omnia sydera cœli,
Atq; super cœlos, cœlituumq; choros,
Qui Dominum colitis lustrata mente fugate
Exosi omne malum: & pangite dulce melos.
Autoremq; mali latronem odisse malignum,
Cura sit: & Domino cantica læta dare.
Vnde pusillanimes ne formidetis, ab illo.
Interitum; rebus perniciemúe pati.
Namq; chamum mandit; fræno cohibetur, habenis
Flectitur huc, illuc, nec fine rege Deo.
Pro libito in nullum ferri valet impete uasto
Quàmlibet ore fremat, calcitret atq; pede.
Quin etiam laxis si quando feratur habenis,
Permissu Domini mordeat, atq; premat.

B

Deo creatus, per se factus est malus, homo verò Diaboli suggestione peccauit. ¶Latronem. Qui viatorem illum ab Hierusalem in Hierico descendentem cum satellitibus suis expoliauit, ac semiuiuum reliquit. Luc. 10. ¶Malignum. Idest malo igne plenum, hoc est inuidia: nam inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Sap. 2. ¶Cura sit odisse. Quia de illo nulla spes est correctionis, cum indies deterior efficiatur ex hominum persecutione. ¶Pusillanimes. Propter metum Diaboli, cuius cultum relinquitis, quasi ob id uobis iratus quærat nocere. ¶Chamum mandit. Translatio ab equo sumpta, qui contra uoluntatem sessoris frustra nititur. ¶Nec sine rege Deo. Nec etiam in porcos ius habet introeundi, nisi Deus ante iusserit, aut permiserit, vt patet ex Euangelio, hinc est, quod Luc. 6. neq; Iob potuit quidquam molestiæ inferre, nisi prius à Deo permissa facultate. Deum ergo solùm timere debemus, non Diabolum. ¶Quamlibet. Idest quantum uoluerit, minitetur, quid faciet? nihil: uoluntatem quidem habet nocendi, sed nequit, nisi Deus permiserit, ut dictum est. ¶Calcitret atq; pede. Hoc est reluctetur, persistit in methaphora. ¶Mordeat. Res auferendo. ¶Atq; premat. Carnem corporis nostri conculcando, affligendoue doloribus, & uariis tormentis, uel ægritudinibus. ¶In vilem terram. Corporis humani, in animam non, nisi homo sua sponte se se illi subiecerit, quare de illo, & membris eius dixit Dominus in Euangelio. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, ultra verò non habent, quid faciant, timete autem eum, qui habet potestatem, Matt. 10. & corpus, & animam mittere in gehennam. ¶Solaq; terra cibus. Alludit ad maledictionem datam Sathanæ sub specie serpentis, in qua seduxerat primum parentem. Dictum quippe est ei. Gene. 3. terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, quod etiam potest intelligi super iis, qui cupiditate rerum terrenarum per peccatum sese voluntarie illi subiiciunt. ¶Licet. Licentia tamen ante à Deo obtēta, vt legimus de sancto Iob, & Tobia. ¶Hauseris infusum. Sicut uirtutes, quæ dona sunt Dei. sicut docet Iacobus Apostolus Omne Iac. 1. datum (ait) optimum, & omne donum perfectū desursum est, descendens à patre luminum, &c. ¶Te sine. Nisi consenseris eius malæ suggestioni, ut primi parentes. ¶Vigil custos. Vnde & Samaritanus passus est appellari, quia custos interpretatur. Ioan. 8. ¶Manu. Misericorditer protegentis. ¶Sustulerit sponte auersus, & in peccatum prolapsus. ¶Ab ore canis. Diaboli, qui nunquàm cessat, vt canis latrare aduersus electos Dei. ¶Hamo. Vt piscis ex aqua solet interdum extrahi, hoc autem facit, quando blandis promissionibus, & donis, ac gratiis allicit peccatorem ad conuersionem, nec mirum, si tali utimur similitudine; quia & Dominus Apostolos prius piscatores piscium, fecit hominum esse piscatores. ¶Gemendo. Nam in quacumq; die ingemuerit peccatum suum peccator, ego dimittam Ezec. 18. ei, dicit Dominus. ¶Igitur. Totius psalmi conclusio est, nos omnes ad communem lætitiam inuitans, quia Dominus

In vilem terram solùm concessa potestas.
Est ori rabido, solaq; terra cibus.
Rem terrenam illi, terrestria corpora tantùm
Conculcare licet: dilacerare licet.
Verùm cœlestes animas, & quicquid olympo
Hauseris infusum, te sine ferre nequit.
Namq; vigil custos animarum protegit illas
Rex Deus omnipotens, & sibi seruat eas.
Quin etiam si sponte manu se transfuga quisquam
Sustulerit Domini, sorptus ab ore canis.
Extrahet hunc hamo, si sponte redire paratus
Obtulerit se se, corde gemendo fugam.
Cum sanctorum animas igitur custodiat ipse,
De peccatoris liberet atq; manu.
Almaq; cum iustis Lux inde refulgeat orta
Lætitia, & rectis cordibus inde noua.
Exultent iusti; sancti lætentur & omnes:
Pectore, & ore, manu confiteantur ei.
Rex etenim iustus, iustorum nomine dignos
Reddit eos; sanctos sanctificatq; Deus.

C

D minus noster I. Chr. regnat in nobis, & nos facti sumus regnum eius. ¶ Peccatoris. Diaboli, autoris peccati. ¶ Manu. Potestate. ¶Lux. Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, de qua supra. ¶Pe
Ioan.1. ctore, & ore, manu. Hoc est corde, voce, & opere, & hæc est perfecta harmonia spiritualis: qua delectatur Deus, & D. N. I. Chr. cui cum patre laus, & honor, ac gloria in sæcula sæculorum, Amen.

VT veteratus homo, &c. De communi totius humani generis lætitia ex reparatione ueteris hominis per nouum agitur in hoc psalmo, estq; ferè eadem materia cum duobus psalmis præcedentibus variè tractata, & ad uitandum fastidium, & ut tali varietate decoretur hæc armonia spiritualis, nam & Spiritus Domini super mel dulcis, ita & melius nouit uates suos uarietate sermonis fœcundare, sicut & illa musarum nouena cohors poetas sæculi, in quibus non nisi nemorosæ frondes absq; fructu inueniuntur, in his autem, & frondes quidem; sed minimè caducæ: sed semper uirentes, fructus uerò saluberrimi, & uitam præstantes æternam. ¶ Vt veteratus homo. Per quem genus humanum significatur, quod ex veteri homine Adam sicut originem, ita & peccatum traxit, atq; imitationem, & pronitatem quandam ad peccandum. ¶Fieret nouus. Per lauachrum baptismi, & noui hominis imitationem, vnde Apostolus, Exuitæ (inquit) veterem hominem, & induite nouum, qui secundum Deum creatus est. Nam primus homo de terra terrenus, & secundus homo de cœlo cœlestis, qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes pro modulo. ¶ Inclytus. Christus gloriosus. ¶Descendit cœlo. Quando exinaniuit seipsum formam serui accipiens, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis. ¶ Nouus esset homo. Quia & Deus, & homo; & quia sine peccato, & quia sine virili semine conceptus ex sola Virgi. Matre in terris, qui & ex patre absq; matre genitus est in cœlis; & quia per illum factum est illud nouum à propheta prædictũ. Nouum (inquit Dominus) facio super terram: fœmina circundabit virum, idest Maria Dei filiũ. Item & alius dicebat, recedant uetera, noua sint omnia. ¶Immortalis. Post resurrectionem ad æternam vitam, quæ cœpit in Christo, qui primogenitus ex mortuis resurrexit, & ideò non amplius moritur, mors illi vltra non dominabitur. ¶Fieret cœlestis. Quia nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis, qui descendit de cœlo, & qui est in cœlo, hoc intelligere in eo, quòd caput est Ecclesiæ, quæ tamquàm corpus caput suum secutura est. ¶ Ergo nouum carmen. De quo abunde diximus in alio psalmo similis initij, atq; materiæ: propterea forsan in hoc erimus breuiores. ¶Nouari. Nunc moribus, & demum resurgendo per depositi corporis resumptionem. ¶Mira. Quæ licet ex Euangelio colligere, si cui vacat, mirabilis siquidem tota Christi vita, & doctrina fuit. ¶Non fecisset. Neq; potuisset facere: nam vt dicit Io. cæteris datur spiritus ad mensuram: filio autem vniuersa à patre data sunt, & de plenitudine eius accepimus oẽs. ¶ Nec ausus. Etiam sperare. ¶Inclytus hic. Dominus Iesus, de quo suprà. ¶Domini summi. Idest patris dextera, idest virtus, ac potentia. ¶Dominus quoq;. Idest æqualis patri. ¶Iacens. In peccato, saucium, & semiuiuum à latronibus relicto vt habemus in Euangelio in parabola Samaritani, & hic enumerantur aliqua è multis mirabilibus, quæ fecit Dominus noster I. Chr. pro ostendenda deitate sua, quæ sub infirmitate carnis latebat. ¶Langore perenni. Fomite quodam uitiorum, & pronitate peccãdi, quia omnis ætas (vt dicit scriptura) ab adolescentia sua in malum prona est, & hæc est illa lex, de qua dicit Apostolus, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, huic pronitati ante Christi baptismum, aut uix, aut nullo modo poterat resisti. ¶Optatam opem. Gratiæ suæ in Sacramento baptismi collatæ, per quam fit, vt facilius illi pronitati, fomiti, atq; legi carnis resistatur. vnde & ipse Apostolus subiunxit, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Domini nostri Iesu Christi. ¶Collyria. Oculorum sunt medicamenta, & est hic allusio ad illuminationem cæci nati, latè à Ioanne descriptam: in qua Dominus legitur lutum ex sputo in terram fecisse, & oculos cæci liniisse, deinde ad natatoria Syloe eum ire iussisse, quòd interpretatur missus, qui abiit, lauit, & vidit porrò illud factum figuram extitisse illuminationis generis humani, quod ante Christum cæcum erat, & Greg. in hom. & Aug. super Ioan. attestantur, quos hic vide, si pleniorem optas figuræ huius expositionem, porrò Colyrium ex sputo & terra factum, significat diuinitatem humanitati nostræ in Christi corpore coniunctam, cuius rei fides cum Baptismo animatum cæcitatem illustat. ¶ Superæthereum lumen. Idest non huius creationis, cuiusmodi est solis, Lunæ, & ceterorum infra luminum: sed lumen fidei huius, est lucis illius ueræ, quæ illum. om. hom. ven. in hunc mun. ¶Potens tactu. Tangitur hic etiam in typo, seu figura, curatio illius muti, & surdi, quem refert Euangelista oblatum Domino ita curatum esse, ut seorsum à turba abductum suspexerit Dominus, & tetigerit linguam eius, & in aures digitos apposuerit, dixeritq; effeta, q; est adaperire: continuoq; linguæ vinculo soluto, apertisq; aurium meatibus, & locutus est mutus, & audiuit, qui erat surdus, uerùm hæc mysticè in conuersione generis humani ad prædicationem Christi, ac Discipulorum eius perfectius impleta sunt: nam inprimis Dæmonium fugatum est, gratia spiritussancti, tum corda prius obtusa auditui fidei aperta sunt, & lingua in confessionem

[Margin notes: E — Hie.32. ; Ioan.3. ; Ioan.3. ; F ; Mar. 7.]

ODE CXVII. EX PSALMO XCVII.

Cantate Domino.

VT veteratus homo fieret nouus: Inclytus alto
Descendit cœlo, qui nouus esset homo.
Vt mortalis homo foret immortalis; olympo
Delapsus summo est: qui nouus esset homo.
Vt terrenus homo fieret cœlestis; ab arce
Syderea venit: qui nouus esset homo.
Ergo nouum carmen Domino cantate, nouari
Quicumq; optatis; pangite dulce melos.

Carmen ei cantate nouum; quia mira patrauit;
Quæ non fecisset; nec vetus ausus homo.
Inclytus hic, Dñi, Dominus quoq;; dextera summi
Humanum erexit iam genus omne iacens.
Inualidoq; hominum generi langore perenni
Attulit optatam dextra salubris opem.
Dextra potens artis medicæ collyria cæcis
Cordibus imposuit, lumen vt acciperent.
Quod superæthereum lumen de luce suprema
Prouenit, atq; animas lustrat; alitq; pias.

ſeſſionem peccatorum, & laudis fide ſuſcepta· rectè locuta eſt, hæc etiam quotidie in conuerſione peccatorum, (teſte Hieronymo) explentur. ¶Auditum. Interioris hominis, vt pateat verbis fidei, quia (vt docet Apoſtolus) per fides eſt ex auditu; auditus autem per verbum Dei. [A] [Rom.10.] ¶Mundat & immundum. Leproſum, ſcilicet cuius mundatio ſignificat gentilis etiam populi in ſanguine idolotitorum, & luxuriis fedè inquinati curationem, quæ facta eſt per ſacramentum baptiſmi. ¶Contagia. Peruerſas dæmoniorum, malorum phyloſophorum, hæreticorumq; doctrinas, quæ ſerpunt, ut cancer morbus, ſicut ait Apoſtolus. [2.Tim.2] ¶Lauacro. Baptiſmi, ac pœnitentiæ. ¶Vulnera. Magis animarum, quàm corporum: tametſi etiā hæc cum volueris ſanet. ¶Medica ope. Inuiſibilis gratiæ. [Mar. 5.] ¶Siue domi iaceāt. Vt filiam Archiſynagogi, quàm in penetralibus & adhùc in lectulo iacentem præſentibus ſolis parentibus, & tribus ex diſcipulis. Petro, Iacobo atq; Ioāne ſuſcitauit. ¶Efferat ad tumulum. [Luc. 7.] Vt filium viduæ apud ciuitatem Naim, quem iam loculis impoſitum, & elatum coram multis turbis, & omnibus diſcipulis ſuſcitauit, & reddidit matri ſuæ, noviſſima eſt ea hyſtoria. ¶Aducit. Vt Lazari. [Ioan. 11.] ¶Moles Sarcophagi. Ideſt lapidis illius magni, quo claudebatur tumuli ſpelunca, eſt autem græcanica dictio ſarcophagos, Ideſt carnem deuorans, quæ ponitur pro ſepulchro, in quò a uermibus, & aliis beſtiis cadauerum carnes abſumuntur: tanguntur hic per tres mortuos à Domino ſuſcitatos corpore, tria genera mortuarum animarum, quas quotidię Dominus ſolet à morte peccati excitare, per quam ad æternā mortem progredimur: nam per puellam adhùc in domo iacentem, ſignificatur anima per conſenſum ſolum ad peccandum extincta quæ forâs adhùc per operis nefarij patrationem nō prorupit, per adoleſcentem ex porta iam elatum, ſignatur is, qui non ſolùm intus in mente peccato conſenſit: ſed etiam ad opus perpetrandum eſt egreſſus: per quatriduanum Lazarum, & fœtentem in ſepulchro, notatur is, qui iam longa conſuetudine peccandi in profundum malorum deuenit, pleniſſimam ſuper his doctrinam ponit Aug. ſuper Iannem eo in loco ubi Lazarus narratur à Domino ſuſcitatus, damus & hi duo, verſiculi. Mors mala, mors intus: malus actus, mors foris: uſus. Tumba puella, puer, Lazarus iſta notant. [B] ¶In corpore viuo. Defunctas animas, at ſi dixerit quiſpiam, cum anima ſit uita corporis, quo pacto mortua anima uiuit corpus? Reſponde, duplicem eſſe vitam, animalem & ſpiritualem, quò ad primam, anima eſt immortalis in ſua ſubſtantia, & idcircò quandiu manet in corpore facit eum uiuere, cum uerò deceſſerit, mortuū iaceat cadauer eſt neceſſe uſq; ad tempus reſurrectionis uniuerſæ carnis, tunc enim redeunte anima ad priſtinum corpus reformatum uirtute Dei redintegrabitur, & eius uita, quò ad ſpiritualem uitam, tunc anima uiuit, quamdiu gratia Dei perſeuerat in illa, q ſi per peccatum graue, quo cum dedignatur eſſe, receſſerit illæ, moriatur ea morte neceſſe eſt, uiuificanda tamen plerùmq; noua illuſtratione eiuſdem gratię, qua effugabitur peccatum. ¶Se propter. Non quia iis indigeat, ſed propter bonitatem ſuam cum illis communicandam. ¶Inualidum. Hominem ex ſe, & propriis uiribus derelictum. Sine me (inquit Dominus) nihil poteſtis facere, & Apoſtolus. ſufficientia noſtra ex Deo eſt [Ioan.15. 2.Cor.3. Pſal. 67.] ¶Seq; ſibi. Hoc eſt humanitatem aſſumptam propriæ diuinitati ſuæ. ¶Captiua. Subſtantiuè intellige, ideſt captiuitatem, illam ſcilicet de qua alibi dicit idem pſaltes. Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem animas uidelicet ſanctorum patrum, quæ captiuæ uſq; ad illud tempus à Diabolo detentæ fuerant in illa parte inferni eminentiore, quæ ſinus Abrahæ dicta eſt. ¶Lacertus. Ideſt Brachiū Domini, quod eſt ipſe Chriſtus, qui & dextera patris apellatur, ut paulò ſupra annotatum eſt. [C] ¶Tetro carcere. Noſtri aeris comparatione. ¶Seq; ſimul. Et ſeipſum à mortuis ſuſcitauit, & egreſſus eſt de inferno ſpoliato illo non penitus; ſed animabus ſanctis electorum omnium ab Abel iuſto vſq; ad latronem ſecum, qui in cruce pependit, vt etiam adimpleretur aliud vaticinium. O mors ero mors tua, & ero morſus tuus, ò inferne. [Oſeæ.13.] ¶Sancta captiua. Per eandem figuram, ideſt ſanctorum captiuitatem de qua ſupra. ¶Seq;. Subaudi, redemit ſimul cum illis ab infernis reſurgendo ¶Dextra potens, fortiſq; lacertus. Ideſt Chriſtus Dei filius ut ſuprà. ¶Ad alta ſydera. Et ſupra ſydera, in die aſcenſionis. ¶Seq; ſimul. Corpus ſuum, vt dictum eſt. ¶Ignea doua. Spiritusſancti, ſcilicet qui in linguis igneis in die Pentecoſtes ſuper cxx. diſcipulos in vnum congregatos deſcendit, ſub ſpecie ignis quidem, vt eſſent charitate feruidi: ſub linguarum verò figura, ut uerbis eſſent profluі. [Act.2.] ¶Nubes. Præcones uerbi Dei, vt in ſuperioribus viſum eſt. ¶Cœli ſui. Ideſt Eccleſiæ regni ſui, in qua ſpiritualiter regnare, & ſedere filium Dei certum eſt. ¶Flaminis impulſu. Ideſt Spiritusſancti interiori inſtinctu, quæ ad prædicandum ferebantur. ¶Quæ. Nubes rationales, uerbi Dei præcones. ¶Motæ gentes. Aliæ ad iracundiam, & furorem: aliæ ad compunctionem, & pœnitentiam. ¶Fulgure. Miraculorum corruſcatione. ¶Imbre. Grauioris diſputationis, cui nequibant aduerſarij reſiſtere: ut patet in actis Apoſto. diſputante Stephano, & ſæpiſſimè Paulo, obmuteſcebant ſcolaſtici, & phyloſophi, & ſtridebant dentibus, ac diſſecabantur cordibus in eos. ¶Quieuerunt. Ab initio multi, deinde cognita ueritate Euang. Conſtantini magni Imp. tēpe acquieuerunt oēs. ¶Tonitru minaci. Propter minus diei iudicij, &

Dextra potens tactu, dum ſuſpicit, intus & extra
Soluit & auditum; ſoluit & ora ſono.
Mundat & immundum; contagia dira lauacro
Abluit; & medica vulnera curat ope.
Suſcitat hæc etiam defunctos lumine vitæ;
Siue domi iaceant, atq; fleantur adhùc.
Seu iam ploratos funebris pompa per vrbem
Impoſitos loculis efferat ad tumulum.
Fœtida quin etiam educit rediuiua ſepulchro
Corpora, quæ moles ſarcophagi obruerat.

Quodq; magis mirum luſtrali, in corpore uiuo
Defunctas animas lumine uiuificat.
Omnia ſe propter curatrix dextera ſaluat,
Inualidum ſeruat, viuida, ſeq; ſibi.
Eius & inuictus captiua lacertus ab imo
Et tetro eduxit carcere, ſeq; ſimul.
Robore ſancta ſuo captiua redemit ab Orci
Faucibus, aſperſus ſanguine ſeq; ſimul.
Hæc ſua dextra potens, fortiſq; lacertus ad alta
Euexit captos ſydera, ſeq; ſimul.
Ignea dona dehinc ſummo demiſit Olympo
In nubes, cœli quas facit eſſe ſui.
Flaminis impulſu totum per orbem.
Hinc motæ gentes fulgure, & imbre prius,

Deinde quieuerunt tonitru cessante minaci
In pluuiam verso, nec minus imbre iugem.
Terrea dura prius madefacta humore salubri,
Reddita sementi corda parata nouæ.
Vnde serenatus verbi sator ille superni
Cordibus infudit semen in orbe suum.
Sic notum Dominus gnatum, autoremq; salutis,
Sic saluatorem prodidit ipse suum.
Sic demonstratus totiq; salutifer orbi,
Est σωτηρ, magnum nomen Iesus id est.
Ecce reuelauit populis, & gentibus almam
Institiam Dominus protulit ecce suam.
Nempe recordatus pater est miserator, eorum,
Quæ patribus quondam pollicitus fuerat.

D dicij, & extremi examinis, atq; damnationis æternæ. ¶Pluuiã iugem. Salutiferæ doctrinæ sanctorum prædicatorum, atque doctorum. ¶Terrea corda. Quod est infra. ¶Dura prius. Propter consuetudinem sacrorum ueteris religionis circa idola; quæ ab eis à Dæmone delusis Dij putabantur esse. ¶Humore salubri. Doctrinæ Euangelicæ, ¶Reddita. Sunt parata, ¶Sementi nouæ. Verbo fidei christianæ, & religionis ueræ. ¶Serenatus. Translatio sumpta ab aere. ¶Verbi sator ille superni. Deus pater D. N. I. Chr. ¶Semen suum. Cogitationem filij sui, de quo scriptum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes; quod est Christ⁹. ut docet Apost. ¶In orbe. Non solùm in Iudæa: sed in uniuerso orbe. ¶Saluatorem. Nominis Iesu interpretatio est; nec refugiendum est hoc nomen, quasi minus latinũ, cum doctores omnes, & emunctæ naris. quales Hieron. & Leo Papa eloquentissi, Ambrosius, & cæteri passim eo fuerint usi, nec attendendi sunt nimis scrupolosi obseruatores uerborũ dicẽtes pro saluatore, seruatorem esse dicendum: quasi Hieronymus, & alij nescijssent uti illo uocabulo: si plenè per illud exprimeretur Iesus, & soiis; quare animaduertenda est utriusque uocis propria significatio. nam seruator, propriè loquendo, Is est, qui ciues non adhùc perditos, sed ab aliquo imminenti periculo seruat incolumes ne pereant: saluator uero is est, qui iam perditos & captiuos de manu saluat hostili, dum cæsis, aut fugatis hostibus prædam iam factam potenter eripit, & ad pristinam libertatem, atque salutem perducit; quam rem saluator noster optime est

Gal. 3.

E executus; nam & animas in inferno captiuas potenter eripuit, & ad patriam supernam adduxit; & captiuum, atque perditum genus humanum de seruitute Dæmoniorum eripuit, & in christianam libertatem reduxit. ¶Prodidit. Modò manifestauit, aliàs etiam tradidit. σωτηρ Græcè: Iesus, Hebraicè: Latinè Saluator: ita dicit Hieronymus, & alij magni doctores nostri. ¶Almam. Virginem absconditam Mariam. s. matrem Domini, quam putabant cognitam à Ioseph sponso, & ex eo genuisse Iesum Christum: sed omnibus patefactum est de spiritusancto, concepisse, virginemq; ante partum, in partu, & post partum semper extitisse. ¶Iustitiam suam. D. I. Chr. ipse enim uirtus, sapientia, & iustitia patris, sicut est & dextera, ac brachium eius. ¶Protulit. In mundo manifestatam fecit; nam per passionem eius satisfactum est diuinæ iustitiæ, pro culpa generis humani, ex præuaricatione contracta. ¶Recordatus. Ab effectu dicitur esse hæc recordatio more humano: non quia obliuio cadat in Deo: sed quia solemus dicere in exhibitione promissi. Ecce quod pollicitus sum, tibi do, ut scias me promissionum mearum memorem esse, etiam si fortasse numquàm illarum fuerimus obliti, sed expectauimus tempus opportunum. ¶Patribus. Abraam, Isaac, & Iacob, sic & Zacharias in cantico. Ad faciend. miser. cum pa. no. & mem. test. sui, san. Iusiur. quod iur. ad Abr. pa. no. dat. se nobis. &c. Sic beata virgo in cantico. Suscepit Israel pu. su. recor. mis. suæ, sicut loc. est ad pa. no. Abr. & se. eius in sæc. ¶Semen. Quod est Christus, ut supra dictum est. ¶Salutarem Domini. Ipsum D. N. I. Chr. unde salus nobis omnibus facta est. ¶Videre. Non oculis carnalibus, nisi in sacramento altaris uelatum in mysterio: sed oculis fidei. vnde & ab ipso dictum legimus. Beati qui non uiderunt, & crediderunt. ¶Cum tribubus. Iudæorum, qui erant de genere suo, quò ad carnem, & circumcisionem legaliaq; sacramenta, & ceremonias illius temporis: quæ umbræ, ac figuræ erant futurorum. ¶Populi. Ex gentibus. ¶Humana accinta trabea. Idest regia, sed mortali carne indutum ante resurrectionem, post uerò non omnibus: sed ut dicebat Petrus, testibus præordi-

Exhibuit verax id, quod promiserat olim
Dulce salubre suum semen in orbe dare.
Hancq; salutarem Domini vidêre per omnes
Terrarum fines cum tribubus populi.
Humana accinctum trabea potuere Iacobi
Cernere Bissenæ, si voluere, tribus.
Ex mirabilibus signis intusq; latentem
Nosse Deum mentes præualuere piæ,
Ast alienigenæ gentes, nec cernere signa,
Nec carnem poterant lumine corporeo,
Luce sed infusa fidei nouere salutem,
Omnibus ex illo gentibus esse datam.
Iubila dent igitur gentes: dent iubila cuncti
Per terras populi, cantica læta canant.

F natis à Deo ipsis Discipulis; qui manducauerũt, & biberunt cum eo, datum est uidere eum carne immortali indutum, & palpare quibusdam: apparuit autem non paucis, duobus aut tribus; sed pluries, & multis, etiam quingentis fratrib⁹ simul; ut docet Apostolus. ¶Bissenæ tribus. Iuxta numerum xij. filiorum Iacob, qui numerantur multis in locis diuinæ scripturæ, & habentur passim in libro missarum, in Epistola, quæ legitur in festiuitate

10. Ap. 7. omnium Sanctorum, ex Apoc. Ioan. ¶Si uoluere. Propter contemptores hoc dictum est; qui nec uolunt uidere, aut intelligere, ut benè agant. ¶Ex mirabilibus signis. Quarum plena sunt Euangelia, & ut ipse Dominus Ie-

Matt. 11. sus dixit Discipulis Ioannis, Cœci uident, claudi ambulant, surdi audiunt, leprosi mundantur, infirmi sanantur, mortui resurgunt, & pauperes euangelizantur. &c. Deum latentem. Quia inuisibilis est: sed ab effectu cognoscitur, hinc, & dicebat ipse. Si non facio opera patris mei, nolite credere, sed si facio, & mihi non vultis credere, operibus credite. ¶Signa. Quæ dum uiueret in sæculo in persona propria fecit; sed benè viderunt ea, quæ per ma-

Rom. 15. nus Apostolorum ipse nihilominus faciebat. ¶Carnem. Nisi in sacramento altaris sub specie panis, & uini, ut dictum est. ¶Luce sed infusa fidei. Est enim donum Dei, vnde & Apostolus. Dico (inquit) Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas promissiones patrum propter ueritatem Dei, gentes autem super misericordia honorare Deum. ¶Iubila dent igitur gentes. Præ lætitia salutis inspiratæ etiam ad eos transmissæ.

¶ Iubilet.

Omnis & exultet tellus,& concinat hymnos;
Inbilet, exultet, psallat,& omnis homo.
Psallite vos vates, citharam qnoque tangite plectro,
Melliflua dantes carmina voce Deo.
Inter psallendum vox dulcis concinat odas.
A sonitn citharæ personet alta domus.
Ductilibusq; tubis tollatur ad æthera clangor;
Misceat his dulcem cornea musa sonum.
Inbilet æterna mens exhylaranda salute,
Exultet victa morte nouanda caro.
Angelicis inngenda choris vox intonet hymnos.
Vatibus & priscis concinat ore melos.
Ante tamen plectro cithara est pulsanda trichordis.
Carnem crux pulset spe, charitate, fide.
Ante decem chordas modularier estq; necesse
Psalteri, digitis, arte mouente manum.
Sancta decem mandata Dei discreta manusq;
Instanter verset lecta operando benè.
Ductilis ante tubę sonus exeat ære canoro,
Hic sonus altitonans,& super astra volat.

¶Iubilet. Interiori gaudio, quò nullum maius A
esse potest. ¶Exultet. Etiam signis lętitiæ exte-
rioribus, puta uoce festiua. ¶Psallant. Benè o-
perando. ¶Vos vates. Prophetæ Domini præ-
sentes, & futuri: poetæ quoque Deo sacri, non
sæculn: qualis extitit Vida Hieron. Eps Albę:
christiadis autnr: fortasse,& nos hui' nouæ psal-
modiæ cōcentores, eiusdemq; expositnres. ¶In-
ter psallendum. Pulcher modus loquendi, idest
dum psallitis. ¶Odas. Cantilenas, græca dictin
est, quo nomine Horatius sua appellauit canti-
ca lyrico modulamine, & pulchra uarietate di-
stincta. ¶Ductilibusq; tubis. Quid significent
hęc instrumenta infra dicetur. ¶Clangnr. Aqui-
larum,& tubarum sonus est. ¶Carnea musa. In-
strumenta quædam sunt ex cornu retorta, qui-
bus,& uenatnres, & cursores pro tubis utuntur,
sunt & alia, quibus citharedi interdum depnsi-
tis lyris, ac citharis uarietatis gratia, atq; leuan-
di fastidij uti solent, & dulcem snnum auribus
reddunt, quare puto de his hoc in loco magis
psaltem uoluisse intelligi cum alijs delectabili-
bus instrumentis musicæ permixtis, cornua.n.
illa horrendum strident. ¶Aeterna salute. Et
hæc est pntissima causa lætitiæ spiritnalis;& per
transitum ostendit differentiam horum uerbo-
rum: nam iubilare mentis est: exultare uerò B
carnis. ¶Victa morte. Per Christum, qui mortem nostram moriendn destruxit, & uitam resurgendo reparauit,
ut canit ecclesia. ¶Nouanda carn. Per resurrectionem futuram; tunc enim mortale hoc induet immortalitatem,
& corruptibile incnrruptionem, tunc fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Dei. ¶Angelicis choris. Quibus fide- Matt. 13.
les admiscebuntur loco illorum, qui ceciderunt: nam ex hominibus, ruinæ angelornm quotidie reparantur. ¶Va-
tibus,& priscis. Subaudi iungenda, ò si Dnminus per suam misericordiam nos quoque inter eos uoluerit annu-
merari? ¶Ductilis tuba. Dicitur etiam ductilis quædam species tubæ canoræ, qua citharędi utuntur cum alijs

Mallens æs raucum ducit tusum, atque retusum.
Ductilis vt fiat inde canora tuba.
Malleolo sic rancus homo, quem dextera fabri
Sustinet; hanc vocem sæpè retusus habet.
Tunde, retunde Deus faber optime; forcipe versa
Hanc massam carnis; sed prius igne coque.
Tnsa, retusa caro tuba ductilis ære fiet,
Altius,& clanget flamine mota tuo.
Dulcior at fiet sonitus, si cornea secum
Buccina inngatur, maior vtrimq; sonns.
Nam veluti cornu fronti supereminet altæ,
Fortis,& vnde tuba est, cuspis acuta tenax.

musicis instrumentis, eo quòd inter pulsandum
quædam pars eius introrsus manu sursum, ac
deorsum ducatur: verùm in textu propter my-
sterium secuti sumus Augustini doctrinam, &
quod omnibus tubis commune est, quando fiūt
à fabro. ¶Malleolo. Diabolo, quo Deus utitur
ad contundendam hominum superbiam, & ad
flagella piorum, ut per patientiam magis, ac
magis mereantur, de hoc malleo dixit Hieremia
propheta. Contritus est malleus uniuersæ terræ, Hier. 50.
quod uaticinium adimpletum est in Christi pas-
sione,& tempore Constantini, quando pax uni-
uersæ ecclesiæ data est: verùm non unum tan-
tùm; sed multos habet malleos faber iste: iccir-
cò segniter agendum nulln est tempore. ¶Dexte-
ra fabri. Christus Dei patris dextera, eo quod
sit potentia,& uirtus eius: nam per uerbum suū
idest filium De' operatur omnia. vnde, & Ioan.
Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil. ¶Hanc uocem. Dulcisonam in aure Dei,& sanctorum:
Vt Iob. Quando multiplicirer,& fortiter hoc mallen percussus dicebat. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut C
Dnmino placuit: ita factum est, sit nomen Domini benedictum,& rursus mulieri insultanti, ut malediceret Deo, Iob. 1.
& citò moreretur. Quasi una (inquit) de stultis mulieribus locuta es; si bona de manu Domini suscepimus, ma-
la quare non sustineamus? Sic & nos in tribulationibus positi discamus has uoces dulcissimas per patientiam e-
mittere,& ductili tuba resonabimus. Tunde retunde. Apostrophe ad Deum; vt hic potius nos duris atterat fla-
gellis, vrat, hic, atque secet, ne æternis ignibus cruciandi in inferno mancipemur: hac etiam uoce quidam phylo-
sophus Anaxarchus nomine cum à ministris Tyranni tunderetur flagellis,& fustibus utebatur dicens. Tunde, re-
tunde Anaxarchi sacculum; nam Anaxarcum nihil tundis; animum per patientiam demonstrans inuictissimum;
hunc nostri martyres non solùm sunt imitati: sed & uicerunt, quin imò, & puellæ tortores suos leguntur derisis-
se: vt Agatha, Lucia,& aliæ multæ. Sed prius igne. Spiritussancti, alioquin, ut Petrus Apost. ad solam mallei ele-
uationem cederent. ¶Tusa retusa caro. Idest multis atrita flagellis, est autem concinnus vatis lusus. ¶Flamine
tuo. Spiritussancti, ut iam dictum est. Cum steteritis (inquit Dominus) ante reges,& præsides, nolite cogitare, quo Mar. 13.
modo aut quid loquamini: dabitur.n. uobis in illa hora quid loquamini: non enim estis uos, qui loquimini: sed
spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. ¶Cornea Buccina. Quam paulò supra corneam musam appellauit
uarietatis gratia. ¶Tuba est. Facta.s. ¶Merces cœlestis speranda est ab ipso Deo: quinimò ipse fiet nostra mer-
ces; ut pollicitus est Abraæ, dicens. Noli timere. Ego ero merces tua magna nimis. Laborumq; bipermetrus uer- Gen. 14.
sus, cui syllaba superabundat; quæ tamen abijcitur ab initio sequentis uersus, cuius prima syllaba incipit à uoca-
li. ¶Et super astra uolet. Ad Deum cuncta referendo. ¶Penetrabile telum. Vehementia verbi Dei, quo fugatur

D Matt.4. hostis, ut exemplo Saluatoris. Qui cùm respondisset tentatori ultimo loco cum quadam uehementia. Vade Sathana, scriptum est enim. Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies; Iac. 4. protinus aufugiens reliquit eum, quare à Iacobo Aposto. monemur in hunc modum. Resistite Diabolo, & fugiet à uobis, sic, & Aposto. Pe- 2. Pet. 5. trus monuit. Sobrij es. ac uig. quia adu. ue. Diab. tamquàm leo ru. cir. qu. quem deu. cui re. for. in fide. ¶Harmonia hæc cœli. Dicunt phylosophi ex cursibus cęlorum sub firmamento vario, & motu syderum, quemdam dulcem sonitum fieri, quem harmoniam uocant, & quia sancti uerbi Dei præconis, & cœli spirituales, & fulgentia sydera dicuntur: quæ sub Ecclesiæ firmamento concinnè ad Dei nutum mouentur, iccircò congruè motuum illorum dulcis sonitus harmonia iuremerito potest appellari. ¶Symphonia. Diuersarum uocum, siue sonorum in unum concent' à musicis esse dicitur: sic & uariarum uirtutum canora in unum laus, symphonia dicetur. ¶Spiritualis. Magis quàm carnalis. I. quo non carnis aures: sed spiritus delectabitur, sicut, & Paulus ubiq; docet. Eph. 5. Nolite (inquit) inebriari uino, in quo est luxuria: sed implemini spiritusancto. Eph. 5. Loquentes uobismetipsis, in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in corde uestro Domino: gratias agentes semper pro omnibus in nomine D. N. I. Chr. Deo, & patri. 1. Cor. 14. Item alibi Orabo spiritu, orabo, & mente: psallam spiritu psallam, & mente. ¶Mota procella. Persecutio, uel aduersitas, aut quæuis tribulatio ab amatoribus mundi huius commota, quem maré supra mysticè sæpè diximus appellari. ¶Quicquid intus habet. Amaritudinis, uel aduersi. ¶Discutiat. A dulci E sono concentum uirtutum in unam consonantiam benè conuenientium. ¶Cōncitos orbis. In uniuersali fideliũ persecutione, quæ sub diuersis Imperatoribus Romanis sæpè mota est: sicuti Nerone, Diocletiano, Maximiano, Traiano, Decioq;, & sub alijs regibus in uarijs terrarum partibus. ¶Millia multa nimis. Nam innumerabilia nobis omninò sunt: non autem Deo, qui omnia constituit in numero, pondere, atque mensura. ¶Flumina facti. Ioan. 7. Apostoli omnes, & hi, de quibus scriptum est in Euangelio Ioannis. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, fluent de uentre eius flumina aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritusancto, quem accepturi erant credentes in eum. ¶Voce manu. Idest uerbo, & opere, in quibus elaborantes, teste Apostolo, duplici sunt honore digni.

Sic desideriũ, & merces operumq;, laborumq;
Emicet à terris, & super astra volet.
Hostis in occursus omnes penetrabile telum
Forte sit, & constans, propositiq; tenax.
Harmonia hæc cœli Domino, & Symphonia dulcis,
Concentus vobis spiritualis erit.
Nec vos à dulcis concentu absterreat ingens
Mota procella maris; quicquid & intus habet,
Nec vos discutiat terrarum concitus orbis.
Quiq; habitant in eo millia multa nimis.
Flumina quin facti, quorum de ventre fluenta
Manant, cuncta simul plaudite voce manu.

¶Fluminibus futuris. Hi sunt Apostolorum per tempora successores epi uerbi Dei Doctores, & operarij strenui. ¶Flumina cum montibus. Doctores ecclesiæ cum pricipibus catholicis, sęcularibus, & ecclesiasticis. ¶Applaudent. Iuxta illud euangelicum: vos autem cum uideritis hæc fieri; suspicite, & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra, porrò leuare capita, significat exhilarare corda interprete Gregorio. ¶Adueniente die. s. Iudicij uniuersalis: nam quo tristantur impij lætari debent pij; quia & si appropinquet eorum æterna damnatio: sed horũ sempiterna consolatio. ¶In aspectu. Pijs blando, uerùm impijs horrendo, atque terribili. ¶Exultabunt. Duplici stola induti, gloria. s. animæ, & carnis reassumptæ. ¶Throno eburno. Iudiciali sede solida per iustitiam, & candida propter ueritatis, atq; occultorum apertã manifestationem. ¶Terras. Non solùm materialis elementi: F quæ comburentur vnà cum cęlis, ut purgentur, & in melius reformentur: sed magis terrenis rebus implicitas mentes intelligit propter cupidã auaritiæ tenacitatem, contra quas profertur du- Matt. 25. ra illa, & si iusta sententia. Ite maledicti in ignẽ æternum. Esuriui enim, & non dedistis mihi mãducare. &c. Quòd si damnabuntur immisericordes, qui (ut ait Gregorius) de suo non dederunt pauperibus, quid fiet de illis, qui pauperum bona diripuerunt! ¶Rex nouus. Christus propter humanitatem sumptam nouus esse Rex dicitur, ut expositum est in psalmi huius initio. ¶Iudicij gladio. Qui est separationis, & æternæ damnationis: nam, & Matt. 13. si modò permixti sint cum bonis impij: sicuti cum granis paleæ, & cum ouibus hædi: tunc Angeli separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis ardentis. ¶Iustitiæq; libra. Eo quòd pro modo culparum erit, & modus plagarum: & in quo iudicio alios iudicauerunt, & ipsi iudicabuntur, & in qua mensura mensi fuerunt, remetietur eis: nam iudicium sine misericordia fiet his, qui non fecerunt misericordiam: ita ut qui nõ dederunt micas panis Lazaro esurienti, neque aquæ guttam ipsi sitientes recipiant. ¶Vt populos. Fidelium. ¶Mente leuatos. Pro terrenis cogitationibus cœlestium rerum desiderijs inhęrentes. ¶Qui uetus est ergo. Propter ueteris hominis imitationem, & est conclusio. ¶Serpentum esca. Quæ terra est, terram comedes, ut etiam supra do-

Insuper effecti montes (miserabile dictu)
Excelsi, & stabiles plaudite voce, manu.
Dicite fluminibus vobiscum in regna futuris,
Montibus atq; alijs plaudite voce manu.
Flumina namq; simul cum montibus omnia celsis
Applaudent manibus adueniente die.
Regis in aspectu Domini dulcedine mira
Vnà exultabunt adueniente die.
Namq; throno iudex aderit sessurus eburno,
Iudicet ut terras adueniente die;
Rex nouus ecce venit, terrarum vt iudicet orbem
Iudicij gladio, iustitiæq; libra.
Iudicet ut populos ad sydera mente leuatos;
Vt cœlos æqua lance rependat eis.
Qui vetus est ergo, serpentum & pascitur esca,
Hunc timeat gladium, iudicijq; diem.
Sed renouatus homo, bruta tellure relicta,
Qui iam cœlituum vescitur ambrosia.
Expectet cœlos æqua sibi lance rependi,
Proposito perstet, ne veterascat adhùc,
Iubilet, exultet, psalendo & concinat hymnos,
Regis in aduentu, iudicijq; die.

cuimus, significat autem terrenis rebus per cupiditatem adhuc deditos. Gladium, Separationis à bonis, & æter- A
næ damnationis de quo supra. ¶Bruta tellure relicta. Propter brutorum animalium similitudinem, qui soli ter-
ræ propter pastum innituntur. ¶Ambrosia. Dulci contemplatione cœlestium. ¶Ne ueterascat. Per reciduum
in peccatum. ¶Iudicijq;. In quo gloriæ corona decorabit, quam, & nobis donare dignetur D. N. I. Chr. cui la°
& honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

INclytus in solio cum Rex sedisset eburno, &c. Monentur hoc in psalmo Iudæi, atq; Gentiles, ne frustra per
iracundiam refragentur Christo regi, & Domino, & Deo velint, nolint etiam suo, sicut & omnium, quia à
die resurrectionis eius, quo ad humanitatem pro nobis assumptam, & depositam in morte, reasumptamq; in
resurrectione, data est ei omnis potestas in cœlo, & in terra: nam quo ad diuinitatem in omnibus, & per omnia Matt.vlt.
æqualis est patri, rerum omnium Dominus, & opifex earum. ¶ Inclytus Rex. Christus gloria, & honore super
omnes decoratus, qui & infra omnes ignominia, & opprobrijs fuerat deturpatus. ¶Sedisset. Post Ascensionem
ad dexteram patris, non enim de sessione, qua sessurus est, cum ad iudicium uenerit vniuersale, loquitur hic: de
qua in calce præteriti psalmi locutus est. ¶In solio eburno. Idest in stabili sede regni, exultationis, atq; lætitiæ
plena, solum enim stabilitatem significat, & candor lætitiam. ¶ Proceres. Apostolos, quibus & discubitus in Matt.19.
mensa, & sedes in iudicio disposuit, fratresq; sæpius appellare dignatus est. ¶Adesse. In cœnaculo montis Syon, Luc.18.
in monte Oliueti, & in Galilæa, & vbicumq; post resurrectionem uolebat illis apparere. ¶Mandauit. His uerbis, Matt.vlt.
quæ à Mattheo, & Marco referuntur in fine Euangeliorum suorum, Euntes (inquit) in vniu. mun. præd. Euang. Marc.vlt.
om. crea. Baptiz. eos in nom. Pa. & Filij, & Spir. san. Amen. Doc, eos ser. quæc. mand. uob. omni qui cred. &
baptiz. fue. sal. erit, qui verò non cred. cond. &c. ¶ Signa. Crux uexillum, & reliqua passionis mysteria, quæ etiam nunc in processionibus circumferri videmus.

ODE XCIII. EX PSALMO XCIII.

Dominus regnauit.

INclytus in solio cum Rex sedisset eburno,
　Imperij proceres iussit adesse sui.
His mandauit, vti totum sua signa per orbem
　Vrbibus inferrent, atq; colenda darent.
Mox illi intrepidè Regis præcepta facessunt.
　Regnaq; sortiti regia signa ferunt.
Per tota cumq; noui canerent præconia Regis
　Vexilla enixi figere vbiq; noua.

¶Colenda. Habita semper consideratione mentis ad filium Dei, qui in assumpta humanitate ijs medijs passus est mortem, vt docet Amb. in oratione de obitu Theodos. col. vij. neq; enim crux ipsa Deus est, qui solus est adorandus: sed propter Christum filium Dei, qui pependit in ea, veneranda à fidelibus venit, & adoranda: nō pro Deo habēda, sed Christus in ea Deus est adorandus, hæc de reliquiis sanctorum, & sacris imaginibus dicta intelligantur, vt non pro diis, neq; tamquàm Dei colantur, neq; credātur esse Dei. sed in memoriam, & in repræsentationem quandam Dei, & sanctorum, quorum sunt imagines venerentur, & adorentur à fidelibus, nequaquā verò sunt audiendi hæretici, qui sub specie idololatriæ prohibendæ, prædicant ea pœnitus tolli, & abradi de templis, verè enim memoriam Christi passionis, & sanctorum hoc pacto de cordibus fidelium conantur auferre, omnemq; simplicium deuotionem anihilare, quæ tamen sacrificiorum noui testamenti est pinguedo: & in hoc mihi uidentur præcursores Antichristi esse, qui vt solus adoretur, veri Christi, & Dei per abrasionem imaginum memoriam abolere conabitur, docenda est ergo simplex plebecula super adoratione crucis, & imaginum: non autem imagines valde utiles in Ecclesiam Dei vllo pacto sunt abradendæ, nonne & serpens æneus adorabatur ab ijs, qui morsi fuerant à serpentibus pro sanitate recuperanda? nonne & Cherubini, & archa testamenti, ac propiciatorium summa cum veneratione colebantur à Iudæis? certè quando populus conueniebat: ad templum coram omnibus his genuflectebant, & adorabant, nonne dicit hic psaltes in præcedenti psalmo. Adorate scabellum pedem eius, quod non nisi de archa testamenti ad literam, vt intelligebant Iudæi tempore suo, potest accipi: siquidem, propiciatorium, quod erat super archa, & videbatur sustineri à Duobus Cherubinis hinc inde, dicebatur sedes Dei, quia inde dabantur oracula, vt infra in hoc eodem psalmo dicitur. Qui sedes super Cherubin, &c. Nihilo ergo refert, si coram cruce, vel imaginibus sanctorum genoflectat populus, modò cor ad adorandum Deum semper habeat intentum. ¶Nouitate rei. Prædicatione Christi crucifixi, quæ res Gentibus quidem stultitia uisa est: Iudæis autem scandalum erat: ipsis verò credentibus Dei virtus, & summi sapientia Patris. 1.Cor.1.

Hac nouitate rei, populorum mota repentè
　Pectora sunt; ira percita suntq; graui.
Precipuè simulacra Deûm, quòd Dæmoniorum
　Assererent thecas; nec veneranda fore.
Alta noce Deos, & numen habere negarent,
　Quin homines illos, atq; fuisse malos.
Impius ante diem, Saturno patre fugato,
　Iuppiter extiterat Rex Hecatompoleos.
Plenus adulterijs, stupris, homicida, sorori
　Turpiter admixtus, flagitiosus homo.
Persimiles illi, fratres, gnati, atq; nepotes.
　Dijq;, Deæq; omnes impietate graues.
Vocibus his motæ gentes irascier omnes;
　Atq; in præcones arma parare nouos.

¶ Techas. Arcas quasdam, seu armaria. ¶Deos. Gentium, de quibus, infra. ¶Malos. Malis moribus instructos, ac sceleratos. ¶ Impius ante diem. Mortis paternæ: postquàm filius iure successit in regnum. ¶Saturno patre fugato. Hanc siue fabulam, seu potius hystoriam ex poetis sæcularibus pete, vel ab hystoricis Romanarum rerum scriptoribus. ¶Iuppiter. Qui maximus, optimusq; ac pater omniū deorum dicebatur. ¶Hecatompoleos. Idest, Cretæ insulæ, quā nunc Veneti possident, & Candiam uocant, olim dicebatur centum ciuitates habere: & ob id vocabatur Hecatonpolis, idest 100. vrbium Regio: modò nescio, an decem habeat, in ea regnauit iste Iuppiter expulso parēte: qui cum fugisset in Italiam à rege Iano in consortem regni est assumptus ob peritiam agriculturæ, quam docuit rudes illius temporis homines. ¶Sorori. Quam Iunonem vocāt, ex qua nullum genuit filium nisi turpissimum illum fabrum Vulcanum. ¶Fla

D gitiosus. Idest flagitiis, & cunctis sceleribus plenus; quæ à poetis sæcularibus, & præcipuè ab Ouidio passim decantantur quasi inclyta facta, quæ dum leguntur à iuuenibus in exemplum plerumq; trahuntur, quia studia transeunt in mores. ¶Homo. Et non Deus. ¶Persimiles. Nam qualis Dominus, tales & serui, & qualis Rex, tales & eius domestici ac familiares; ¶Fratres. Neptunus, & Pluto quem inferni Deum, Neptunum verò maris esse putabant. Horum scelera stupra, atq; rapinæ ab Ouidio in Metamorphosi legi possunt. ¶ Gnati. Non ex Iunone, sed ex pellicibus puellis, & vxoribus aliorum, quas adulteras faciebat vel inuitas, ut Herculem, ex Alcmena, Helenam, & Geminos ex Leda. Bachum ex Semele, & alios ex aliis. ¶Nepotes. Esculapius ex Phæbo, & ex Hercule, centum. ¶Diiq;, Deæq; omnes; Quorum nomina nunc aboleuerunt, licet ea videre in poeta Nasone in lib. de fastis; nec non in Augustino de ciuitate Dei, ubi contra eorum diuinitatem, quam sibi usurpabant, sufficienter disputat. ¶Irascier. Pro irascebantur: nota figura. ¶Arma. Idest persecutiones. ¶In præcones nouos. Prædicatores noui testamenti, ¶Ast irascantur. Ironia est. ¶Arma. Grauissimæ persecutionis. ¶Calce petat. Verba sunt, quibus in simili proposito etiam Dominus noster Iesus Christus usus est in Saulum persecutorem acerrimũ

Act.9. Ecclesiæ, cum ait, Durum est tibi contra stimulum calcitrare. ¶Dominus. Iesus Christus etiã in eo quòd homo. ¶Regnauit. Iam dudum quò ad nos, & regnat, verùm tẽpore huius prophetæ, positum erat præteritum tempus pro futuro propter certitudinem adimpletionis, & quia prophetæ passim abutũtur temporibus, quare nos, qui sequimur prophetam, idem si facimus, redarguendi non sumus, eo maximè, quia fere oĩa, quæ tunc erant ventura completa sunt in Christo. ¶Frœna tenens. Metaphora ab æqui, & muli sessore, nec mirũ quia facti erant, sicut æquus, & mulus, in quibus non est intellectus, ideoque chamo, & fræno astringendæ erant eorum maxillæ. ¶Populos feros. Vt pote Barbaros, & Belluino more uiuentes, feros etiam, idest bellicosos, & indomitos, quales erant ea tempestate Romani.

E ¶Quiq; super Cherubin. Ad literam hoc intelligendum est, vt etiam paulò supra dictum est, propter propiciatorium, quod super alis utriusq; Cherubin imminebat, in sanctis sanctorum templi, quæ sedes Dei dicebatur, vnde à Domino responsa dabantur. ¶Contempta in gente, Iudæorum, scilicet qui ab omnibus spernebantur propter dissimilitudinem cultus Dei, cerimoniarum, habitus, & circoncisionis, in quibus longe dissidebant à cunctis populis. ¶ Sedet. In cordibus christianorum propter fidem. ¶ Quique sibi structo. Expositio est superioris sententiæ paulò obscurius enarratæ. ¶ Exiguum numen. Quasi topicum idest locale. Iudæorum tantùm vnde & Pilatus in titulo Crucis. Iesus Nazarenus Rex Iudæorũ. Modò autem declaratus est esse, & Gentium. ¶Nunc. A tempore Syluestri Papæ citra. ¶Vbiq;. Dum uiuerẽt, atq; florerent quatuor Doctores Ecclesiæ præcelsi; Nam nostris temporibus deficit Luna: nam in sola Europa, nec in tota, regnat Christus, Africa Saracenorum est, Asiam & penè totum Orientalem tractum cum Græcia Turcarum arma occupauerunt, Maumetanæ sectæ adhærentes. ¶ Terribile. Impiis. ¶ Primum peccasse. Quia duplex est confessio peccatorum, & laudis, & utraq; necessaria. ¶ Olim. Cum ad iudicandum uenerit omnes tempore vniuersalis resurrectionis. ¶Modò. De misericordia Domini magna, qua nunc utitur Dominus in omnes omnino delinquentes, quos verè pœnitet peccasse, & de graui, iustoq; iudicio futuro, latè fauente Domino dicetur in psalmo centesimo, cuius initium est. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. ¶Vnde. Ex misericordia. ¶Viam rectam. De qua alibi. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. ¶Et lumen. Hoc est uerbum Dei, de quò in alio psalmo dicit idem psaltes. Lucerna pedibus meis uerbum tuum: & lumen semitis meis, Christus est etiam nobis uia, & lumen.

Ioan.14. Ego sum (inquit) via, veritas, & vita, & rursus.

Ioan.8. Ego sum lux mundi. ¶Rectum iter. Per custodiam mandatorum Dei, nec à dextris declinando, uel à sinistris.

F ¶ Iudicet. Per sanam discretionem boni, ac mali: virtutis, ac uiciorum: iusti, atq; iniusti: utilium, atq; inutilium cogitationum, est quippe magnum Dei donum discretio spirituum: nam quemadmodum sathan se in Angelum lucis quandoq; transfert, vt decipiat simpliciores: sic & uitia sese mentiuntur esse virtutes: & sub specie commodi temporalis, quæ sunt iniusta videntur esse iusta, & æqua plerũq; videtur iniqua: & noxiæ cogitationes apparent innoxiæ, atq; frugi esse, quare benè monuit Apostolus, probate spiritus, si ex Deo sunt, & iterũ,

1.Tho.5 Omnia probate, quod bonum est tenete, & subauditur, quod malum abiicite. ¶Iudicium. Idest donum discretionis, quod inter alia spiritussancti dona numerat Apostolus dicens.

1.Co.12 Alii genera linguarum, alij discretio spirituum, & alij inter-

Ast irascantur populi, moueatur & orbis,
Inq; furore graui protinus arma parent.
Quid faciẽt miseri in Dominum serui, atq; rebelles?
Calce petat veluti fossus equus stimulis.
Gentibus inuitis Dominus regnauit in orbe.
Fræna tenens populos contudit atq; feros.
Quiq; super Cherubin contempta in gente sedere
Visus erat; toto nunc sedet orbe Deus.
Quiq; sibi structo Solymis in Syone templo
Creditus exiguum numen habere Deus.
Magnus, & excelsus toto nunc imperat orbe
Eius adoratur numen vbiq; modò.
Structaq; nunc mille ingentia templa,
Per populos omnes thura adolentur ei.
Nunc agnoscentes, quàm magnum numen adorent,
Terribile, & sanctum; confiteantur ei,

Confiteantur ei primùm peccasse: Deinde
Vt Domino laudes pectore, & ore canant.
Iudicium nam Regis honos ita diliget olim,
Vt dator est veniæ, largifluusq; modò.
Vnde viam nobis rectam Deus ipse parasti,
Et lumen, rectum quò teneamus iter.
Iudicet vt iustè populus; tu cordibus altis
Iudicium figis, iustitiamq; tuam.
Cum mala iudicio populus discreuerit alto
Vt mala reijciat muneris estq; tui.
Vt bona quæ norint faciant tua gratia præstat.
Omne bonum populo tu Deus vnde venit.
Laudibus ergo Deum, Dominumq; extollite uestrũ,
Nam Deus in vobis perficit omne bonum.
Procidite in faciem; laudate; pedumq; scabellum
Eius adorate, & thura adolete Deo.

prætatio

Namq; pedum Domini subsellia sancta, verenda,
Dignaq; adorari, mente, manuq; coli.

A

prætatio sermonum, hæc autem operatur omnia vnus, atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult, possumus etiam intelligere iudicium idest gratiam rectè iudicandi in causis litigantium, & in criminalibus, absoluendi innoxios, & puniendi uerè reos, atq; sceleratos. ¶ Iustitiamq; tuam. Idest imitationem quandam iustitiæ tuæ, ut quos Deus absoluit, & nos absoluamus: quos uerò condemnat, & nos cōdemnemus. ¶ Alto iudicio. Idest profundo diutinæ cogitationis humanæ, quæ diutius, & prudentius solito benè cogitat antequàm quicquam agat, aut definiat: ne in utramuis partium temerè, aut ignoranter iudicando declinet, & faciat litem suam. ¶ Vt mala reijciat. Non solùm ut discernat: sed etiam ne sciens, & prudens manum in ignem admoueat. ¶ Tua gratia præstat. Quia sine me (inquit) nihil potestis facere. ¶ Tu Deus. Sic ordina literam. Tu Deus es, vnde uenit omne bonum populo. ¶ Deum & Dominum. Christum Iesum. ¶ Vestrum. Propter fauorem, & specialem cultum. ¶ Perficit. Sicut & incohat, ita prosequitur. ¶ Procidite in faciem. Genuflectite uos in signum humilitatis, uiuo ego (dicit Dominus) ante me flectetur omne genu, & benè dicit in faciem: quod piorum est, sicut & de Apostolis legimus, quia ceciderunt in faciem suam: nam impiorum est abire retrorsum, & cadere, quod iis contigisse legimus, qui uenerant ad capiendum Iesum: nam cum dixisset. Ego sum. quasi telo tormenti perculsi abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. ¶ Pedumq; scabellum. Quod fuerit iuxta literalem sensum expositum est suprà: quia erat archa fœderis infrà propiciatorium locata; super quo dicebatur sedere Deus, oraculorum tempore, uerùm quicumq; ad templum orationis gratia uenisset, non solùm ante propiciatorium genuflectebat, sed & ante archam, ibiq. Dominum adorabat, uerùm quia omnia in figura illis contigisse testatur Apostolus, & quia propheta dicit apertè non solùm Deum adorandum; sed & scabellum pedum eius, iccirco necesse fuit ad mysticum sensum transire, iuxta Augustini doctrinam, quem ita clarè uersuum textus exprimit, ut alia non indigeat declaratione, procedit autem per modum quæsiti, ac Responsi. ¶ Thura adolete Deo. Hoc quotidie fieri videmus in solemnibus missis: nam dum eleuatur sacramentum corporis, & sanguinis D. N. I. Chr. quod verè scabellum Dei est, diaconus illi thura adolet, donec à populo adoratur. ¶ Deo. Christo Deo, & homini, qui verè est in illo sacramento transubstantiatis speciebus panis, & vini in corpus, & sanguinem suum, vt ad designandum mysterium vnitatis capiamus ipsi nos de suo, quod ipse assumpsit de nostro. ¶ Dic age musa precor. Quia videbatur durum hoc mandatum, & absurdum, ut iuberemur scabellum pedum Domini adorare; cum solus Deus sit adorandus, iccircò ad nostram Theocarim musam recurritur, quia nodus est vindice dignus, nec potest humana scientia eum soluere. ¶ Homo. Qui & scabello, & cunctis creatoris ab Angelis infra positis longè dignior est: nam propter hominis obsequium creatæ sunt omnes. ¶ Dicitur. Ab ipso Deo per os prophetæ. ¶ Sydera adorare. Ne forte, inquit eleuatis oculis ad cœlum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in ministeriom cūctis gentibus, quæ sub cœlo sunt, & alibi, iubentur sine vlla misericordia interimi, qui ex Iudæis adorauerit ea, est enim species idololatriæ prouenīēs ex errore gentilium, qui capti syderum pulchritudine, & utilitate, putabant omnia Deos esse, & ob id colenda, atq; adoranda. ¶ Venit. Quæ multò vilior, & inferior est, vtq; cunctorum animantium pedibus conculcetur. ¶ Terra colenda quidem. Responsio musæ soluentis difficultatem. ¶ Non omnis at illa. Hæc distinctio tollit ambiguitatem. ¶ Sedet. Hæc est humanitas nostra à verbo Dei assumpta ex Virgine Mariā, & in cœlos eleuata & vsq; ad dexteram patris, vbi sedet euecta. ¶ Cœlituum. Omnium beatorum spirituum. ¶ Choris. Nouem Angelorum etiam super seraphinos, inter quos & Deum nullus medius esse creditur, nisi beata virgo Maria, & super eam filius eius. ¶ Mystica. Quia prece mystica, idest sacra atq. secreta conficitur virtute uerbi omnipotentis Dei. ¶ Terra. De qua alibi psalies idem dixit. Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum, sumpta quoq; fuit de illa terra, de qua scriptum est, veritas de terra orta est, porrò quis est ueritas? nisi qui de se dixit. Ego sum via, ueritas, & vita, & quæ nam est hæc terra: nisi beata Virgo, de qua prædixit Esaias propheta. Aperiatur terra, & germinet saluatorem. ¶ Hominis. Christi Iesu. ¶ Per nubila quædam. Idest per figuras rerum obscuras, sicut, in sacrificio panis, & vini à Melchisedech oblato, in manna de cœlo vl. annis patribus in deserto ministrata, & in agno paschali, & aliis similibus figuris. ¶ Ante rubum. Quam uisionem exponit Ecclesia canens. Rubum quem viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem Dei genitrix, intercede pro nobis. ¶ Florenti virga. Quam uisionem subobscurè declarauit Esaias. Egredietur (inquit) uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. ¶ Petra. De qua percussa emanauerunt aquæ largissimæ, hanc figuram exposuit Apostolus, ita dicens. Nolo vos ignorare fratres, quia patres nostri sub nube fuerūt, & omnes mare transierunt, & in Moyse omnes baptizati sunt in nobē, & in mari, & omnes escā spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, bibebant enim de spirituali, sequente eos petra, petra autem erat Christus. ¶ Samuel. Hystoriā uide in libro Regū

Esa. 45.
Ioan. 18.
De sum. Trin. c. 1. §. vna.

B

Dic age musa precor, quod nā tam nobile scamnum
Hoc sit? adorare vt debeat illud homo?
Nempe Dei sedes est cœlum; terra scabellum
Inferius Domini dicitur esse pedum.
At cum non liceat cœlum, nec lucida cœli
Sydera adorare, & terra colenda venit?
Terra colenda quidem, non omnis, at illa
Quæ super & cœlos, & super astra sedet.
Inclyta virgineo terra hæc de corpore sumpta
Celsior est cœlis, cœlituumq; choris.
Mystica plena Deo cunctis proponitur aris
Hæc vt adoretur terra, hominisq; caro.
Hancq; sacerdotes prisci per nubila quædam
Terram agnoscentes excoluere diu.

Esa. 60.
Deut. 4. & 17.
Deut. 17

C

Ioan. 14.
Esai. 45.
Gen. 14
Exod. 3.
Isa. 11.
1. Cor. 10

Ante rubum Moses hanc nouit; nouit & Aaron
Florenti virga; nouit vterq; petra.
Nouit & hanc Samuel; reprobata stirpe priori,
Suffectus cathedræ pro seniore sacræ.
Inter eos positus Domini qui nomen honorant,
Qui nomen Domini pectore, & ore vocant,

¶ Reprobata

Nempe ſacerdotes hi magni ſæpè vocabant
Pro populo Dominum ſupplice voce Deum.
Ipſeq; propitius ſæpè exaudire vocantes,
Illorum precibus parcere ſæpè reis.

D ¶ Reprobata ſtirpe priori. Duobus filijs Heli ſũmi ſacerdotis, Ophni, & Phinees in bello vna die interfectis cum xxij. millibus populi, & archa fœderis Domini ab hoſtibus capta, intellexit enim Samuel ſacerdotium uetus cum hoſtijs reprobatum iri, nouum verò Sacerdotium cum nouo agni immaculati ſacrificio ſucceſſurum eſſe, quem & ipſe in figura primùm legitur obtuliſſe pro ſalute populi, & exauditus eſt, ſicut & modò nos, quando offerimus agnum, quem Ioannes demonſtrabat dicens. Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi. Exaudimur ad ſalutem populi ſpiritualem. ¶ Suffectus. Quia ſucceſſit ei in honore ſummi pontificatus, tametſi alienæ ſtirpis eſſet. ¶ Pectore, & ore. Non ore tantùm, vt hypochritæ, non animo tantùm, ut puſillanimes: ſed corde, & uerbo, ut uiri fortes: qui non metuunt confiteri ore, quem corde credunt Dominũ Deum ſuum eſſe, ſiquidem
Rom. 10. corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. ¶ Hi magni. De Moyſe, & Aaron, habes in Exodo, num. & Leu. atq; Deuteron. in quibus inuenies eos rogaſſe Dominũ pro ſalute populi Iſraelitici, aduerſus
1. Reg. 7. Aegyptios, Amalechitas, & in alijs periculis, & exauditos eſſe. De Samuele in libro Reg. contra Phyliſtæos, & Ammonitas, ipſum quoq; fuiſſe exauditum: nam ad preces eius, & ad oblationem agni pluit Deus lapides de cœlo in hoſtes, quibus in fugam conuerſis, facta eſt uictoria magna populo Dei. ¶ Sæpe. Non ſemper propter adauctam nimis malitiam populi. ¶ Columna nubis. Ab hoſtio tabernaculi. ¶ Ceruicis ahenæ. Hoc eſt duræ: unde & Dominus legitur quandoque
Rom. 32 Moyſi dixiſſe, cerno, quòd iſte populus duræ ceruicis ſit: dimitte me, ut iraſcatur furor meus in illum, deleboq; eos de terra, faciamq; te in gentem magnam, & beatus Stephanus dicebat Iu-
Acto. 7. dæis improperando. Dura ceruice, & incirconcisi cordibus, & auribus: uos ſemper ſpirituiſancto reſtitiſtis, ſicut patres ueſtri, & uos. quẽ Pro-
E phetarum non ſunt perſecuti patres ueſtri? & occiderunt eos, &c. ¶ Diligerentq; Deum. Quod eſt maximum mandatorum omniũ: ſecundum
Matt. 22. autem proximum eſt huic, videlicet ut dilige-
Luc. 11. rent proximum, ſicut ſeipſos: nam in his duobus mandatis uniuerſa lex pendet, & prophetæ, plenitudo enim legis eſt dilectio. ¶ Labantibus il-
Num. 20 lis. In aliquod peccatum ſicut Moyſes, & Aaron increduli in emiſſione aquæ de petra contradictionis, & Samuel in mala correctione filiorum,
1. Reg. 8. qui declinauerunt in auaritiam, ſecuti munera in iudicando. ¶ Veniam dabas. Ne extirminares eos, uel æterna morte mulctares, aliquo tamen modo temporali pœna affligendo corrigebas, unde ſubditur. ¶ Vlciſcens. Propitius fueras, uidentur repugnare hæc duo dicta: nam ſi ulciſcebatur, quomodo propitius? & ſi propitius, quomodo ulciſcebatur? reſponde optimè, ut pater flagellando caſtigat puerum, & parcit reatum; adeò ut etiam hereditatem illi reſeruet. ¶ Propitius. Culpam remitendo. ¶ Et ultor. Corrigendo flagello temporaneo. ¶ Patris. Cuius regni fient hæredes. ¶ Dum uiuunt. Hi, ut diues epulo, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto deſcendunt in infernum. ¶ At uos. Pſalmi, concluſio. ¶ Liba ſacra. Euchariſtiam, panem, qui de cœlo deſcendit. ¶ Sancto monte probato.
F Qui eſt Eccleſia, eſt enim mons domus Domini in uertice montium, ¶ Externis montibus. Diuerſarum hereſum, & ſectarum. ¶ Thura adolenda Deo. Cui honor, & gloria in ſæcula ſeculorum.

Ah quotiens fulua nubis ſcandente columna
Eſt dignatus eis blandiùs ore loqui.
Vnde Deo grati, ſuccenſiq; eius amore
Seruabant legem, iuſſaq; lege ſacra.
Autoreſq; citi populo ceruicis ahenæ,
Vt ſeruarentur fœdera legis, erant.
Moribus vtq; probis præcepta faceſcere vellent:
Diligerentq; Deum cordis amore pio.
Hinc dignabaris noſtri dominator, & orbis,
Suſcipere illorum vota, preceſq; Deus.
Natura infirmis quandoq; labantibus illis
Tu veniam facilis, propitiuſq; dabas.
Nec minus vlciſcens iudex quaſi ſæuus eorum
Affectus omnes propitius fueras.
Nam grauia illorum quæcumq; inuenta fuiſſent,
Mox his propitius, iuſtus & vltor eras.
Fœlices, quos tu correxeris illicet; ut mox
Correcti redeant mitis ad ora patris.
Aſt infœlices, quibus & peccantibus in te
Dum viuunt, nullo verbere dorſa quatis;
At vos inſtanter correcti extollite patrem
Laudibus, & Dominum voce vocate pium.
Credite corde Deum, pura quoq; mente litate
Liba ſacra; & dignis moribus excolite.
Eius adorantes in ſancto monte probato
Numen, ab externis montibus effugite.
Nam velut eſt Dominus Deus vnus, ſanctus & vnus,
Mons eſt illius ſanctus, & vnus ita.
Solus adorandus Deus eſt altiſſimus unus,
Solo monte ſuo thura adolenda Deo.

QVæ dabitur, quæ digna Deo confeſſio laudum? Ad confitendum nos inuitat pſaltes in hoc cantico cuius titulus eſt pro confeſſione, porrò confeſſio eſt dupplex peccatorum, & laudum: ſicut & duplex hominum ſtatus, peccatorum, & iuſtorum: iuſti inuitantur ad confeſſionem laudis Dei, qui illos iuſtificat, & in iuſtitia conſeruat, verùm quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris; ideò prius, qui ſunt adhuc peccatores, inuitan-
Eccl. 15. tur ad confeſſionem peccatorum, in qua ut ille Publicanus à longè ſtans, & percutiens pectus ſuum, & confitens.
Luc. 18. Deus propicius eſto mihi peccatori, deſcendit iuſtificatus in domum ſuam; ita & hi iuſtificabuntur, & per humilitatem deſcendent in domum Eccleſiæ, vbi poſtmodum cum alijs fidelibus, & iuſtis confitebuntur Domino confeſſione laudis, dicit itaq; ¶ Quæ dabitur, quæ digna Deo confeſſio laudum? Admiratiua, non dubitatiua eſt hęc interrogatio. ¶ Qui cœlum & terram. Ad literam patet intellectus per ea, quæ habentur in principio geneſeos, & in ſymbolis fidei. Myſticè verò, per cœlum, ſpirituales uiros intellige, per terram ſæculares terrenis implicitos negocijs: per aquas maris, tribulationes huius mundi, quæ à Deo creatæ ſunt, vt profectibus ſanctorum deſeruiant; nos enim (vt ait Apoſtolus) oportet per multas tribulationes introire in regnum Dei. ¶ Syderibus. Myſti-
Act. 14.

cè. Apoſto-

cè. Apostolis, & prælatis eorum successoribus. ¶Variis animantibus. Diuersorum studiorum hominibus, ut doctoribus, medicis, mercatoribus, artificibus, & agricolis, principibus, nobilibus, militibus, atq; plebeis. ¶Piscibus innumeris. Idest uarijs tentatoribus, & impetitoribus iustorum, iuxta sermonem diui Ambrosij, qui dixit. Nauigantibus nobis per hoc mare magnum, & spaciosum huius sæculi, in quo reptilia sunt, quorum non est numerus, idest diuersa inimicorum genera, quæ compensato nobiscum agone luctantur, &c. ¶Sui similem. Quò ad mores, quia, sicuti Deus est bonus, iustus, pius, benignus, & misericors. talem pro modulo decet esse hominem, si uerè vult esse filius Dei. vnde & in Euangelio dicitur. Estote perfecti, sicut & pater uester perfectus est, & rursus. Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est, & iterum. Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui uos oderunt, ut filij sitis patris uestri, qui solem suum facit oriri super bonos & malos: ac pluit super iustos, & iniustos. ¶Trina sub imagine. Hæc animæ substantiam respicit: nam ut docet Aug. in libro de Trinitate. In anima est memoria generans, quæ comparatur patri, intellectus inde genitus, filio, & uoluntas utrinque procedens Spirituisancto. ¶ Dominum. Mysticè, quia sapiens dominabitur astris, quantò magis terrestribus, & aquatilibus, uel hominem Dominum Iesum Christum intellige, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra, & cui subiectæ sunt omnes creaturæ, ut in Apocalypsi. ¶Iussit. Mysticè hæc non possunt intelligi, quia Dom. I. Christus æternum habet imperium, eò quód semper obedierit imperio patris, & usque ad mortem, mortem autem crucis. ¶Amęna sede. In paradiso voluptatis in quo perpetua sunt tempe. ¶ Delinita. Blandulis, & dolosis uerbis, ac pollicitationibus allecta, quod dij efficerentur, scientes bonum, & malum. ¶Draconis. Diaboli, qui sub specie serpentis latebat, de quo scriptum est, quod inuidia Diaboli mors intrauit in mundum. ¶ Sustinuit. Ne suas delitias contristaret; nec.n. seductus est, ut mulier, teste Apostolo: sed sciës, & prudens manum misit in ignê. ¶Experiensq; malorum. Sicut ante solorum bonorum fuerat experiens, & hoc pacto per experientiam factus est sciens boni, & mali, nemo quippè perfectè nouit bonum, nisi qui, & malum fuerit expertus. Hinc illa arbor dicta est sciëtiæ boni & mali, quia per esum pomi illius coactus est homo probare malum, qui ante bonum tantummodo probabat, & ex noua mali probatione multò melius agnouit bonum, quod amiserat, quia contraria contrarijs opposita melius dignoscuntur. ¶ Infernam humum. Terram huius uallis miserię nostræ habitationis, quæ illius superioris paradisi comparatione, vnde fuit eiectus, benè inferna dici potest, tum quia longè inferius sita iacet: tum quia intemperies, quasi perpetua hic est, & inferno multæ similes pęnæ, calor, & frigus, varijq; cruciatus. ¶Resilire. Retro ire, atque resistere; ut sunt omnes feræ, volucresq; rapaces, quæ non obtemperant homini: sed fugiunt, interdum trucidant, ac deuorant hominem. ¶Durum jugum. Seruitutis Diaboli, etenim qui facit peccatum, seruus est peccati, & uictus, captiuus efficitur eius, à quo superatur. ¶Malis. Innumeris, quibus hæc misera huminum uitä subiecta est. ¶Diu profugum. Ab eiectionis suæ tempore usque ad resurrectionem D. N. I. Chr; tunc.n. reuocatus est ab inferis cum sanctis patribus ueteris testamenti, ad has nostras oras, inde, & ad paradisum delitiarum reductus ad Ascensionem usque: tunc cum Christo ascenderunt omnes in cœlum, iuxta illud. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. ¶ Metanea. Pœnitentia, græca dictio, qua tamen, & alij catholici poetæ usi sunt. ¶Vlla quies. Quæ in hoc sæculo non haberi: sed uix gustare potest: quia hic, & homines, & res omnes sunt in perpetuo motu. ¶At pater. Domini nostri Iesu Christi, & noster; sed aliter atque aliter, illius natiua generatione; noster autem creatione, & adoptione. ¶Aerumnas. Humanas miserias tam multas, ut numerari non possint. ¶Defessumq; hominem. Idest genus humanum laboribus, & impietatibus fatigatum. ¶ Difficilesq; vias. Legalium obseruationum, & cerimoniarum, atque circoncisionis, quòad Iudæos: quoad Gentiles autem infinitarum superstitionum, quibus libri augurum pleni erant. ¶Medicum. Animarum, & corporum Dominû Iesum Christum, qui dixit de seipso. Vtiq; dicetis mihi hanc similitudinem. Medice cura te ipsum. Item nô est opus valentibus medicus: sed male habentibus. ¶Saluatorem. Vnde, & Angelus dixisse legit. Vocabis nomen eius Iesû, ipse.n. saluum faciet populû à peccatis eorum. Et ipse Iesus de se ipso dixit. Venit enim filius hominis saluum facere, quod perierat. ¶Peruigilemq; ducem. Qui, & pernoctabat in orationibus, &

A

Matth. 5. Lucæ. 6. Apo. 5. Gen. 3.

B

Sap. 2. Gen. 2.

C

Psal. 67. Luc. 4. & 5. Mat. 1. Mat. 24.

ODE XCIX. EX PSALMO XCIX
Iubilate.

QVæ dabitur? quæ digna Deo confessio laudum?
Qui cœlum, & terram, quiq; creauit aquas.
Syderibus cœlum, varijs animantibus orbem,
Piscibus innumeris quiq; repleuit aquas.
Quiq; sui similem trina sub imagine factum
Omnibus his hominem præposuit Dominum.
Eius & imperio parere per omnia iussit,
Edicto donec staret & ipse suo.
Delitijs florens, & amęna sede locatus
Fœlices paucos duxerat inde dies.

Nam delinita malesuadi fraude Draconis.
Coniuge sustinuit rumperę iussa Dei.
Nudus, & hinc factus, miser, experiensq; malorum,
Pro patria infernam pulsus oberrat humum.
Atque suo imperio resilire rebellia multa,
Quin durum collo passus, & ipse iugum.
Iamq; malis doctus bona, quæ possiderat ante
Ingemere, & lachrimis ora rigare solet,
Pœnitet, atque diu profugum metanea flagellis
Insequitur doris, nec datur vlla quies.
At pater erumnas tandem miseratus ab alto
Defessumq; hominem, difficilesq; vias,

Vt pius, & clemens medicum demisit Olympo,
Et saluatorem, priuilegemq; Ducem.
Mitis hic ærumnas in se tulit; atque labores,
Seruitio eripuit; vulnera fouit ope.
Incolumes recta Dux præuius ipse reduxit
Ad patriam ciues, qui voluere sequi.

D nibus,& monebant vigilandum esse, atq; orandum, ne intraretur in tentationem. ¶Mitis hic.
Mar. 14. Iesus. Discite (inquit) à me, quia mitis sum, &
Matt. 11. humilis corde. ¶Erumnas. Vide Esaiam toto
Esa. 53. capite liij. & passionem eius ab Euangelistis descriptam. & inuenies uerè infirmitates nostras ipsum tulisse, atq; egrotationes ipsum portauisse: ¶Seruitio Diaboli. sublato per passionem peccato, uicto atque ligato Tyranno. ¶Vulnera. Magis animarum, quàm corporum. ¶Ope.

Iubilet ergo Deo gens omnis vbiq; locorum,
Iubilet à dira morte redempta caro.
Iubila det Domino, non mundo, gaudeat intus,
Non extra petulans ora cachinnus hiet.
Atque hilari Domino famuletur mente, nec ore
Murmuret, aut musset, siue dolendo gemat.

Adiutorio opportuno, ex sanguine, & carnibus eius facto quodam temperamento, & dulcissimo medicamine. ¶Incolumes. Animas sanctorum patrum intelligit in sinu Abrahæ reconditas, quas inde resurgens Dominus eduxit. Item & eos, quòd tunc temporis ad prædicationem Euangelij
Ioan. 1. conuersi in Christum crediderunt. Deinde & omnes post illos, nos quoque, ac posteros, quotquot in eum uolue-
Col. 1. runt credere, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Perseuerantes in fide, & bonis operibus incolumes ad patriam
Ap. 1. paradisi perducturus est. ¶Dux præuius. Quia primogenitus est ex resurrectione mortuorum, & ascendens in cœlum antecedebat omnes: illiq; omnium primo cœli patuere, qui hactenùs omni humanæ creaturæ fuerant occlusi. ¶Qui volnere. Vt liberi notet omnes esse arbitrij: nec enim placent Deo coacta obsequia. Licet aliquã-
Act. 9. do per flagella faciat de nolentibus uolentes. Vt Saulum persecutorem, quem flagello correxit, & fecit gentium doctorem esse. ¶Gens omnis. Non sola Iudæa ut olim: sed omnis penitus gens à quatuor orbis partibus ad cultum ueri Dei, per apostolicam prædicationem conuersa. ¶A dira morte. Animæ, & æternæ damnationis, mors enim peccatorum pessima. ¶Domino. Patri, creatori, & redemptori. ¶Non mundo. Falso hospiti, atq; deceptori, qui non exultat, nisi in rebus pessimis, & lætatur, cum male fecerint homines, qui sunt ex parte sua. ¶Cachin-
Ecc. 2. nus petulans. Inmoderatus, atque solutus risus, de quo dixit Sapiens. Quòd abundet in ore stultorum, & iterum.
Luc. 6. Risum (inquit) deputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis, & Dominus in Euangelio. Veh uobis, qui nunc ridetis, quoniam flebitis, & rursus; veh uobis (inquit) qui habetis consolationem uestram nunc. ¶Hylari
Matt. 6. mente. Nam hylarem datorem diligit Deus: & in Euangelio. Monemur faciem lauare, & caput ungere cum ie-
E iunantes: hoc est mundos corde, atque hylari vultu esse, menteq; lęta nostrum Domino ieiunium offerre. ¶Murmuret. Voce summissa Deum incuset. ¶Aut musset. Etiam labiis digito pressis tacitè secum de Domino oblo-quatur: hoc est enim mussare, uelle quidem remurmurare: sed os ad loquendum aperire minimè audere. ¶Sine dolendo gemat. Intus in corde, quando neque audet mussare. ¶Seruitij ueteris. Quando erat subiectus Dæmoni per peccatum, & sub antiquæ legis iugo, de
Act. 15. quo dixit Petrus Aposto. Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruice discipulorum, quod neque nos, neq; patres nostri portare potuimus? ¶Participem fieri. Nam seruire Deo uerè regnare est: hinc & beatus Petrus: Vos
1. Pet. 2. estis (inquit) gen' electum, regale sacerdotiũ. &c. ¶Vos sistite. Idest præsentiam uestram exhibite, ut puta in templo uos ipsos, dum oratis, offerentes. ¶Mollia iussa. Dilectionis Dei, & mutuæ. ¶Hunc dominum. Iesum Christum à Iudæis seductorem, & à gentibus stultum reputa-
1. Cor. 1. tum, sed ipsis fidelibus, tam ex Iudæis, quàm ex
cap. 2. gentibus conuersis cognitum uerè Dei uirtutẽ, & Dei sapientiam esse. ¶Hauriat. Leuiter feriat, est enim exultandum Domino cum tremore, & pauore. ¶Decens. Ne sit seruilis: sed filialis reuerentiæ. ¶A uestris maioribus. Illorum nepotes alloquitur, qui crucifixerunt Dominũ Iesum. ¶Cœcis pectora. Intellectum carentib', nota figura. ¶Nequitia. Malitia, & inuidiæ malignitate; qua dicta sunt eorum pectora excecata. ¶Sordida corda. Gentilium ignorantia ob-
F tusa, & sordibus peccatorum immunda. ¶Numen. Diuinam quamdam maiestatem atq; potentiam: de hac re latiùs disputatum est in alio psalmo. ¶Idola. Quæ sunt Dæmonia, ut alibi psaltes: Omnes Dij gentium Dæmonia. ¶Opi-

Quin reminiscatur potius, quàm pondere iniquo
Dorsa premebantur seruitij veteris.
Quo procul excusso, exultet ceruice soluta
Suaue iugum Domini se subijsse nouum.
Nam seruire Deo, & Domino, nisi iusta iubenti,
Illius est regni participem fieri.
Ergo exultantes illi vos sistite; prompti
Seruitio; prompti mollia iussa sequi.
Hunc Dominum scitote Deum; exultantia quaro,
Corda pauor pulsans hauriat; atque decens.
Nam licet à vestris fuerit maioribus ille
Contemptus cœcis pectora nequitia.
Sordida corda licet quorundam numen habere
Aut Idola putent, vel simulacra Deûm.
Solus hic est uerè Dominus Deus, omnipotensq;,
Cunctarum rerum solus, & est opifex.
Egregius plastes verè plasmauit, & ipse
Nos omnes: verè nos sumus eius opus.
Lac velut emulsum Deus ipse coagulat omne
Humani generis semen; alitq; globum.

Psal. 95. fex, Orbis totius: ut in alio psalmo. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. ¶Pla-
Psa. 101. stes. Figulus, qui ex limo uasa facit: dicitur & plasmator: nam ab initio ex limo terræ fecit hominem; ne ut angelus ex cœlesti, seu spirituali materia creatus in superbiam erigeretur. ¶Lac uelut emulsum. Hæc omnia etiã
Iob. 10. Iob est confessus sub similibus uerbis. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? ossibus, & neruis compegisti me, uitam, & misericordiam tribuisti mihi. ¶Globum. Massam illam coagulatam, atque condensatam. Organa omnia. Membra corporis, & sensuum instrumenta. ¶Compegerit. Copulauerit, atque coniunxerit. ¶Faciem. Idest formam, non modò vultus, sed, & totius hominis. ¶Adytis. Ex sacrario suo, quod ipse solus habet in pectore. ¶Creat. Ex nihilo, nulla præiacente materia: sed quomodo? Deus ac omnipotens; qui etiam alios spã ex nihilo creauit. ¶Viuificat. Vita spirituali, atq;

Vertit & in carnem; paulatim durat, & ossa
Artus distribuit; colligat inq; vicem.
Organa cumq; manu compegerit omnia docta,
Corporis humani finxerit & faciem.

rationali

Mox animam ex adytis cœlestibus, & creat ipse,
Corpori & infundit, viuificatq; Deus.
Spiritus excellens anima est noua, namq; sigillo
Prompta Dei est, similem seruat, & effigiem.
Sic plasmatus homo Domini vestigia seruat;
Exilit in mundum sic Microcosmos homo.
Non igitur figuli nos; non nos fecimus ipsi:
Sed Deus est figulus, nos Deus ipse facit.
Fictor vt estq; Deus; populi sic ductor & ipse;
Sic educit oues pastor, & ipse Deus.
Nos figmenta Dei, populus sumus eius; ouesq;
Carpimus in pratis pabula lęta suis.
Illius in portas igitur properate patentes,
Vos vnà mecum plasmaq;, grexq; Dei.
Vnaq; vox cunctis resonet confessio duplex
Proferat hæc culpas; concinat illa Deum.

rationali: cuius uitæ cætera animantia minimè A
sunt capacia. ¶ Sigillo. Hinc & à doctoribus
catholicis dicitur esse numisma census quia no-
bis Deo regi nostro debetur super illo Euange- Luc. 20.
lico. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ
sunt Dei Deo. ¶Similem effigiem. Vt pote quę
ad illius imaginem, & similitudinem facta est.
¶Domini uestigia. Quò ad trinitatē, & unitatē
animæ, & quò ad similitudinem bonitatis, de
qua re dictum est suprà. ¶Exilit in mundum. Ex
vtero matris maturo tempore, & nudus nasci-
tur quiuis etiam Imperatoris filius: nudusque
reuertitur in terram, de qua sumptus est. ¶Mi-
crocosmos homo. Idest minor mundus: nam
totius magni mundi partibus, & constat, & quā-
dam habet similitudinem cum eo: de qua re
consule medicos, & physicos: nec enim est præ-
sentis speculationis. ¶Fictor. Ab effingendo,
quia unumquemq; effingit, & format, vt figulus
uasa terrea. ¶ Ductor. Quia militiæ princeps
est nostræ, educit in aciem nos, atque reducit.
¶ Pastor. Ab alendo, quia pascit nos non solùm
esca corporali: sed & spirituali, uerbo s. & exemplo. Vide parabulam illius, qui habebat centum oues, quarum Matt. 18.
una amissa, reliquit 99. in montibus, & abijt quærere illam, quæ errauerat: inuentamq; proprijs humeris repor- Luc. 15.
tauit ad ouile cum ingenti gaudio: vide, & auream diui Gregorij Homiliam super eam: cuius initium est æsti-
uum tempus. ¶Pratis. Metaphoricè, diuinis in scripturis, & præcipuè in psalmis. ¶Pabula læta. Documenta le-
gis, & prophetarum. ¶Portas patentes. Non solùm templi materialis: sed magis fidei, spei, & charitatis. ¶Plasma. B
Opus figmentum, de quo satis suprà. ¶Vnaq; vox. Concors. s. sicut ab initio fidelium, de quibus scriptum est.
Quia multitudinis credentium erat cor unum, & anima una: & vt ait Apost. Vt oēs uno ore honorificemus Deū. Act. 4.
¶Duplex. Omnibus, nec. n. est ullus expers à peccato etiam infans unius diei. ¶Culpas. Imprimis, & ante omnia, Iob. 15.
quia iustus ab initio accusator est sui, & sic sanctus Daniel, ac reliqui exorsi sunt iusti. ¶Concinat. Idest canendo
laudet, quia pius, misericors, & propitius ad ignoscendum. ¶Videat. Deus. ¶ Spaciosa atria. Magnorum tem-
plorum, quanta uidemus ubiq; cōstrui apud fi-
deles. ¶ Alta domus. Dei, sancta sanctorum
templi. Deum. Qui creauit, ac uidet omnia.
¶Dominum. Qui regit omnia, cœlestia, terre-
stria, & inferna. ¶ Vnumquemq; fateri. Qui mo-
dò noluerit uiuens, mortuus uelit nolit, coge-
tur. Viuo ego (dicit Dominus) quia mihi flec- Rom. 14.
ctetur omne genu. ¶Miserator amati. Nouit
enim Dominus, quia fragiles, ex quo terreni. ¶Sū-
ma arce. Aut è cœlo, uel potius, ab arce mentis
nostræ, tacitis inspirationibus. ¶Veni. Verbum,
sponsi, ad sponsam, Christi ad ecclesiam, Dei ad
fidelem animam: quod habetur in canticis can-
ticorum. Veni (ait) columba mea, ueni specio- Cant. 2.
sa mea. &c. ¶ Reuocet. Pœnitentiam (inquit)
agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: Matt. 4.
& per prophetam: Conuertimini ad me in toto Ioel. 2.
corde uestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. &c.
& iterum clamat. Reuertere, reuertere, sunami-
tis reuertere reuertere, ut intueamur te. ¶ Re- C
belles. Iuxta illud. Audite rebelles, & increduli. Cant. 6.
¶Atque renitentes. Vt Paulum Aposto. quem
ex persecutore atrocissimo fecit acerrimum ec-
clesiæ defensorem, & ex lupo in agnum conuer-
tit. Vt docet Augustinus super illis uerbis. Be-
niamin lupus rapax, mane rapiet prædam; &
vesperi diuidet escas, de Paulo fuit hoc uatici-
nium, & in eo completum est. ¶Si uellent ho-
mines. Quia, ante hominem, uita, & mors, bonum, & malum: quodcunq; uoluerit, dabitur ei: seipsos igitur cul- Eccl. 15.
pent. qui hactenus noluerunt, & iam uel serò uelint. ¶Potentes. Vt sibi uidentur per obstinationem. ¶Terq; qua-
ter. Numero septenario comprehenditur uniuersitas uocationum, etiam si septuagies septies, ut in Euangelio, re-
uocarentur. ¶Amant. Quia in profundum malorum uenientes contemnunt monitores omnes, & malum ipsum
quasi rem licitam defendunt. ¶In omni genea. Pro generatione, latè intellige: nam singula sæcula. i. C. anno-
rum spacia, unam constituunt generationem.
¶Dura mentis. Obstinatæ in peccatum. ¶Vera
procul dubio. Origenis, & sequacium remouet
errorem; qui dicebant uerba illa maledictionis
æternæ: minatoriè prolata esse, & non uera, vt.

Hymnidicisq; choris videat spaciosa repleri
Atria; concentu personet alta domus.
Esse Deum Dominum, decet vnumquemq; fateri.
Nos autem famulos, nos opus esse Dei.
Illius excelsum nomen laudate; canentes,
Quàm dulcis Domini, quàmq; suauis amor.
Hic cibus est animæ languentis, amoris & esca,
Quo mage laudatur, crescit amorq; magis.
Dulcis in æternum pater est; miserator amati
Est hominis, summa quem vocat arce veni.
Viscera sunt huius tanta pietate parentis
Prædira, vt auersos nos etiam reuocet.
Est adeò clemens genitor, miseransq; rebelles,
Atque renitentes, vt procul arce petat.
Propria sunt eius misereri, & parcere dona:
Si vellent homines hac pietate frui.
At quia sunt multi dura ceruice potentes,
Qui modò præcipites in scelus omne ruunt:
Nec redeunt, etiam si terq; quaterq; vocentur;
Nec vocem patris iam reuocantis amant.

Iudicis aduentum genea testatur in omni
Qui duræ mentis puniat omne nefas.

Vera procul dubio sunt hæc non verba minantis;
Verè aderit iudex, quem modò spernit homo.
At nos hinc alij Dominum timeamus, amemus,
Assistamus ei; confiteamur ei.
Da pater, oramus, veniam; peccasse fatemur;
Et post errores adsumus ecce tibi.
Confiteamur ei, quia mitis, amansq;, parensq;.
In peccatores largifluus veniæ.
Laudibus innumeris Domini tollamus ad astra
Nomen; in æternum confiteamur ei.

D Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diaboli, & angelis eius; quasi post aliqua sæcula Deum illorum misertutum esse, sicut & ipsius Diaboli: sed falsum est hoc commentum, & pessima interpretatio, quia in inferno nulla umquàm erit redemptio: quinimò sicut sunt uera benedictionis uerba, vz. Et ibunt iusti in vitam æternam, sic sunt uera maledictionis uerba, & ibunt impij in ignem æternum, quid est æternũ utrobique? nisi quia numquàm est habiturum finem: ita docemur ab Augustino, Gregorio, & alijs doctoribus catholicis, & ita firmiter est tenendum. ¶Aderit. Cum ad iudicandum uenerit: ut habetur in Euangelio, & in Actis Apostolicis.

Act. 1. Hic Iesus, qui assumptus est à uobis, ita ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. ¶Spernit

Pro. 7. homo. Incredulus, quia differtur in longum aduentus eius. Vnde, & adultera illa dicebat corruptoribus suis. Venite, fruamur dulcibus amplexibus: non est enim uir in domo sua, uiam obijt longinquam: sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ Lunæ reuersurus est: porrò Adultera est hæresis: corruptores, quos alloquitur, sunt vecordes, & arundinea capita, quæ facilè ab omni uento doctrinæ circumferuntur. Dulces amplexus, mundi pompæ, & carnis sunt voluptates: uir qui non est in domo, Christus est uerus animarum sponsus: qui non est in domo, Christus est uerus animarum sponsus: qui non est in ecclesia corporali, visibiliq: præsentia eo modo, quo post resurrectionem cum discipulis conuersabatur: sed abijt uiam longinquam, quando ascendit in cœlum: sacculus pecuniæ corpus eius preciosum: unde effluxit sanguis precium redemptionis humanæ, dies plenæ Lunæ dies iudicij est quando plenus erit electorum numerus: qui dies ex quo differtur, modo ab hominibus mente corruptis spernitur Deus: ut hæc ait vates. ¶Nos alij. Verè fideles. ¶Timeamus. Eo timore sancto, qui permanet in sæculum sæculi. ¶Amemus. Toto corde, mente, animaq;, & cunctis uiribus. ¶Assistamus ei. Parati ad obse-

E quium. ¶Confiteamur ei. Nunc peccata nostra, dum fragili carne circundamur. ¶Confiteamur ei. Post remissionem peccatorum obtentam. ¶Quia mitis. Ignoscendo libenter his, qui gemunt peccata. ¶Amansq;. Etiam

Matt. 11. peccatores conuersos: unde & dictus est peccatorum, & publicanorum amicus. ¶Parensq;. Quia ut gallina sub alis pullos fouet, & à miluo defendit: sic ipse penitentes protegit à Diabolo, & sub alis charitatis calefacit, & quodammodo ueluti carbones nigros, & extinctos accendit, ac illustrat, peccatores ad misericordiam suam confugientes. ¶Laudibus innumeris. Quia maior omni laude, nec laudare sufficimus. ¶In æternum. Hoc fiet in æterna beatitudine, qua utinam potiamur. Amen.

ODE C. PSALMO C.
Misericordiam.

QVàm tua sit pietas, Deus, & clementia magna,
Iudicij tui quàm grauis ira, canam.
Nempe creaturas sola pietate creasti;
Fœlices fierent, vt bonitate tua.
Nam superæ thereos diuino lumine ciues,
Vt Deus illustras, vt misetator alis.
Nec minus horrendo nutu, & fulgore corusco,
Arguis ingratos, degeneresq; tipho.
Sicut Olympiacas præclara palatia sedes,
In quibus illustres te potiantur, habent.
Sic, & abyssus eis spelæa carentia luce,
Carcere pro duro, perpetuoq; dara.
Tu genus humanum vacuæ quod sufficit aulæ
Vt plastes fingis; blandus vt altor alis.
Vt genitor mores, præceptor vt instruis actus.
Componis gressus, vt comes aptus eis.

QVàm tua sit pietas Deus, & clementia magna. De diuina misericordia, & iusto Domini iudicio agitur in hoc psalmo, ut peccatores spe ueniæ ad misericordem Dominum reuertantur, dum licet, & metu futuri iudicij absterreantur à peccatis, ne pœnas luant æternas, cum dies aduenerit iudicij: proponit itaq; uates, de quibus rebus est dicturus directo ad ipsum Deum sermone dicens. ¶Canam ò Deus, quàm magna sit pietas tua, & clementia. Idest clementis misericordia, quã dictionem uersus hic non potest capere: nisi geminetur .s. in principio. ¶Super æthereos ciues Angelicos omnes spiritus. ¶Alis. Ecce misericordia. ¶Arguis. Ecce seueritas iudicij. ¶Degeneresq;. Apostatas angelos intelligit, qui natura quidẽ à Deo creati sunt boni: uerùm ipsi per se facti sunt mali. ¶Tipho. Tumore supbiæ, Augustiniana dictio est, quoniam frequentius ea utitur in hoc sensu. ¶Præclara palatia. Appositio est. ¶Illustres. Angeli .s. quod in fide, & deuotione stabiles permanserunt cum Michaele Archangelo, & principe cœlestis militiæ. ¶Te potiant. Tãquàm desiderabili cunctis gentibus. ¶Habent. Et hæc est misericordia. ¶Abyssus. Vasta inferni profunditas. ¶Eis. Lucifero, & se-

F quacibus, qui à Deo recesserunt. ¶Spelæa. Speluncæ, atque cauernæ infernales. ¶Data. Sunt & hoc est de iudicio. ¶Genus humanũ. Post angelorum deiectionem. ¶Quod sufficit aulæ. Breuiter exponitur causa creationis hominum .s. ut impleantur ruinæ angelorum. ¶Plastes. Ad similitudinem figuli, de limo terræ siquidem facti sumus. ¶Fingis. Componis, vnde, & figuli sunt dicti, luti compositores iuxta doctrinam Gregorij in Homelia peregrini, super uerbo. Finxit se longius ire, ubi uide. ¶Alis. Nam omnia à te expectant Domine, ut tu des illis escam in tempore opportuno: nam ut ait August. super Ioan. Qui pauit ex quinq; panibus quinq; millia uirorum. Idem omne genus alit humanũ ex multiplicatis frugib', & hoc ex misericordia. ¶Vt genitor mores. Sollicitã, ac diligentissimã curã erga salutẽ humani generis, quam habet Dominus, his uersibus ostenditur. ¶Sacra iura. Leges ciuiles, canones pontificios, & utriusq; testamenti mandata diuina. ¶Artisq;. Non solius opis medicæ: sed uniuersaliter intellige cuiuscunq;. ¶Insinuando. Quasi latenter per tacitas inspirationes, quæ intrinsecus fiunt, & hæc omnia ex misericordia, quæ verò secuntur ex iusto iudicio. ¶In refugas. Idest transfugas, ex castris Dei ad castra Diaboli: uel refugas,

fugas, ideſt apoſtatas, retrocedentes à ſancto,quod cœperant,propoſito. ¶Ignes,& gelu. Hoc eſt quod dixit Do- A
minus, Mittite eum in tenebras exteriores, illic
erit fletus, & ſtridor dentium; fletus ex igne ſul- Matth.8.
phureo, & fumido: ſtridor dentium ex frigore & 21.
nimio, ſic & in Iob. Ab aquis niuium tranſibũt Iob.24.
ad calorem nimium, & alibi. hic idem pſaltes.
Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulphur, Pſal. 10.
& ſpiritus procellarum pars calicis eorum. ¶Tar
tareas tenebras. Illas exteriores, de quibus ſuprà
& in Euangelio. ¶Indefeſſosq; miniſtros. Dæ-
mones infatigabiles, & tortores, qui numquàm
laſſantur: hic notanda eſt, quanta ſit humana mi
ſeria, ut eos, quos uitiorum habet ſuggeſtores,
eoſdem habeat deriſores, eoſdem acerrimos ex-
periatur accuſatores, eoſdem aſperimos patia-
tur & tortores. ¶Se lactans. Ideſt nimis præſu-
mens de diuina miſericordia. ¶Deliniat. Ideſt
Blandiendo fallat, hoc etiam eſt ſapientis conſi-
lium, Ne dicas: miſeratio Domini magna eſt; Eccl. 5.
multitudinis peccatorũ meorum miſerebitur.
Miſericordia enim, & ira ab illo citò proximant.

Doctor ut excellens ſacra iura, artisq; magiſter
Virtutes omnes inſinuando doces.
Nec minus vt iudex horrenda flagella paraſti
In refugas, ignes, & glaciale gelu.
Tartareas tenebras, indefeſſosq; miniſtros,
Tormentis varijs qui lacerare queant.
Se lactans igitur nemo deliniat vnquàm,
Quòd bonus eſt Dominus, ꝙ miſeransq; pater.
Vt pius, vt clemens, veniæ & largitor opimæ,
Promptus ut ignoſcat debita cuncta reis.
Eſt indulgendum Genio, laxandaq; blandæ
Fræna voluptati, dum iuuenilis equus.
Per fas, atq; nefas eſt res augenda tenaci,
Donec in immenſum creſcat aceruus opum.

& in peccatores reſpicit ira illius: non tardes conuerti ad Dominum; & ne differas de die in diem. Subitò enim ue
niet ira illius: & in tempore uindictæ diſperdet te. ¶Eſt indulgendum. Ironicè hæc omnia legenda ſunt: nam
dicit Apoſtolus. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, &c. ¶Genio. Ideſt Rom.13.
uoluptati, ad quam per malum genium inuitamur: nam per fomitem originalis peccati, quo cum quiſq; gigni Gen. 8.
tur: omnis ætas ab adoleſcentia in malum prona eſt, additis autem & ſtimulis cacodæmonis grauius urgemur
ad peccandum, meritò itaq; dixit Apoſtolus. Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis Rom.7.
meæ, & reliqua, uſq; ibi. Infœlix ego homo, quis me liberabit de carcere mortis huius? & ſubiunxit. Gratia Dei B
per Ieſum Chriſtum. ¶Iuuenilis equus. Decens, & neceſſaria metaphora: nam & alibi dixit pſaltes. Homo cũ
in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus; & ſimilis factus eſt illis. nolite ergo fieri
ſicut equus, & mulus in quibus non eſt intellectus. ¶Tenaci. Auaro, quo nihil eſt ſceleſtius. eſt enim auaritia
(ut ait Apoſtolus) idolorũ ſeruitus, de auaro uetus eſt prouerbium illi deeſſe tam quod habet, quàm quod non ha-
bet. ¶Ambit. Vnde & uocatur ambitioſus, contra quem lata eſt lex Iulia ambitus. ¶Mactet, adurat. Hæc omnia
ſcelera perpetrare non verentur (vt regnent) im-
pij Tyranni in patriam ipſam latronum more ſę
uientes. ¶Sons, inſons. Impius, & iuſtus. ¶Ibunt.
Subaudi de hoc mundo ad uitam æternam, iux-
ta illud. Omnia tranſibunt, nos ibimus, ibitis,
ibunt. ¶Diſcrimine nullo. Indifferenter, & re-
ſponde. nequaquàm, quia exibunt Angeli. & Matt.13.
ſeparabũt malos de medio iuſtorum; & mittent
eos in caminum ignis. ¶Impius, atq; pius? Re- Matt.25.
ſponde, minimè, quia ſeparabuntur, ſicut oues
ab hædis, & ibunt hi in ſupplicium æternum, pij
verò in vitam æternam. ¶Iuſtus, & æquus erit.
Hæc duo ſemper iunguntur, miſericordia boni
patris, & ueritas iuſti iudicis. Vnde & in alio pſal Pſal. 84.
mo. Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi: Iu
ſtitia, & pax oſculatæ ſunt, & iterum veritas de
terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit. Ete-
nim Dominus dabit benignitatem, & terra no-
ſtra dabit fructum ſuum. Iuſtitia ante eum am-
bulabit, & ponet in via greſſus ſuos. ¶Gladium.
Separationis, & necis æternæ, interdum, & tẽpo-
ralis. ¶Libramq; examine recto. Vt æqua lan- C
ce, bona, & mala examinentur. ¶Præmia cuiq;

Per ſcelus omne ruat, quiſquis regnare per orbem
Ambit, diripiat, mactet, adurat atrox.
Cuncta remiſſurus facilis Deus, omnia clemens
Omnibus ignoſcet, ſponte dabit veniam.
Ergóne ſons inſons ibunt diſcrimine nullo?
Ergo pares ibunt impius, atq; pius?
At bonus eſt Dominus; bonitas quin ipſa, fatendum
Nónne etiam iudex iuſtus, & æquus erit?
Ecce vibrat gladium, libramq; examine recto
Suſtinet; vt reddat præmia cuiq; ſua.
Tempora diſcreuit blandæ pietatis, & vſus
Iudicij; pater eſt; ſæuus & ultor erit.
Quoúe magis blandus, patiens, animæquior vlli eſt,
Hoc mage plectet eum: durius anget eum.
Ne moueare caue recto tu, quiſquis inhæres,
Iniuſtum Dominum neúe putare velis.

ſua. Medium eſt uocabulum, ideſt bonis bona, & malis mala. ¶Tempora diſcreuit. Vnde & illud generale di-
ctum. Diſtingue tempora; & concordabis ſcripturas. ¶Blandæ pietatis. Ideſt miſericordiæ. ¶Et uſus iudicij.
Subaudi tempora. ¶Pater eſt. Modò ſcilicet miſericors. ¶Et vltor erit. Poſteà ſcilicet in tempore opportuno.
¶Quoq; magis blandus. Sententia eſt Apoſtoli. An ignoras (inquit) quia bonitas Dei ad pœnitentiam te addu- Rom.2.
cit? Tu autem ſecundum duritiam tuam, & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ, & iuſti iudicij
Dei? qui reddet vnicuiq; ſecundum ópera ſua. ¶Animæ quior. Pro æquiori animo, ac patienti, hoc uocabulo
interdum uſus eſt Hieronymus in tranſlatione diuinæ ſcripturæ, ut in lib. Sapientiæ. Baruch. Machabeorum, & Sap. 18.
in Euang. animæ quior eſto, ſurge uocat te, & in actis apoſt. animæquiores facti omnes ſumpſerunt cibum. ¶Ple Baru. 4.
ctet. Puniet. ¶Anget. Excruciabit. ¶Recto. Subſtantiuè, pro rectitudine iuſtitiæ. ¶Putare. Quia eſſet blaſ- Mach.13
phemia. ¶Dulci in uita. Sicuti uidetur interdùm infirmis adhuc, & præcipuè amatoribus huius ſæculi, alioquin Marc. 10
perfectis ſeruis Dei miſera eſt hæc vita, unde & Acto.27.
Apoſtolus ait, ſi in hac uita tantùm in Chriſto 1.Co.15.
ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus
hominibus. ¶Imbre Deum. Sententia Euange Matth.8.
lica eſt.

Iuſtos, iniuſtos pariter diſcrimine nullo
Cum dulci in vita videris eſſe diu.

D lica est. Diligite (inquit) inimicos uestros, benefacite iis, qui oderunt uos: ut filii sitis patris uestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos. ¶Foribus. Idest nunc est tempus misericordiæ: iudicii post erit. ¶Frameam. Gladiũ de quo suprà. ¶Tortor. Diabolus diuinæ iustitiæ minister. ¶Equuleum. Species est pro genere, significat enim hoc in loco omne tormentorum genus, quibus affligentur iniqui habita maledictionis sententia. ¶Vt homo. Simulator, qui palpet hominum uitia, à quibus aliquid sperat, aut mala pati formidat. ¶Nescius. Vt homo subaudi, qui secundũ faciem iudicat, & iuxta auditum auriũ arguit, vnde & sæpè per ignorantiam fallitur, quempiam uirum bonum existimat, qui verè hypocrita est, & contra, hypocritam esse autumat eum, qui verè bonus est. ¶Arte. Mala scilicet & dolosa, vt puta blanditiarum lænocinio. ¶Pro iusto sæuus. Vitia enim se se mentiuntur esse uirtutes, ut crudelitas iustitiã, & remissio pietatem, vnde quidam iudices, dum uolunt esse nimis iusti, in sæuitiam cadunt, & qui nimis misericordes, efficiuntur remissi. est

Syderea sontes, insontes luce potiri;
Arua boni, atq; mali compluere imbre Deum.
Nunc tempus pietatis adest; clementia partes
In foribus ueniæ nunc agit alma suas.
Post aderit tempus cum missericordia clausis
Iam foribus surda transeat aure preces.
Iudicij tunc tempus erit; uibrauit acutam
Tunc iudex frameam; tortor & eculeum.
Non Deus est vt homo, qui norit fallere quẽquam
Nescius aut falli; vel queat arte capi.
Pro iusto sæuus, vel pro clemente remissus,
Vt sit; sed seruat tempora cuiq; sua.
Ast ego, dum facilis ueniæ sunt tempora, psallam.
Mens leuet vt duri læta laboris opus.
Difficilis nodi psallendo uincula soluam,
Sic poterit uerum teq; docente capi.
Sic intellectum quem tu spiraueris, aura
Mens inuisibili candida percipiet.

ergo à nobis miscenda cum benignitate iustitia. ¶Tempora cuiq. sua. Idest propria, ut prius misereatur, deinde diiudicet. ¶Ast ego. Qui utriusq; temporis naturam noui; inuitat & alios suo exemplo, dum tempus est miseri-
E cordiæ, vt pœnitentes ad ueniam citò recurant, dum uiuunt, & sani sunt, ne subita morte præoccupati tunc nelint pœnitere, quando iam non proderit. ¶Psallam. Idest hylariter benè operabor. ¶Difficilis nodi. Idest huius quæstionis, unde est, quòd impij in tanta fœlicitate modò tamdiu à Domino tolerentur? cum pij multis difficultatibus toto tempore uitæ huius interdùm affligantur. ¶Psallendo. Nam in psalmis inuenitur repetita frequenter hæc solutio, & multiplicer. ut in præsenti, paulò supra soluta est, quòd nunc tempus est misericordiæ, post autem iudicii erit, aliter atq; aliter in aliis psalmis exponitur. ¶Candida. Pura à nebulis peccatorum, & fumo iniustitiæ expurgata; hoc est, munda, & hylaris: nam utrumq; candor significat. ¶Sic ea uia. Virtutis arcta, & difficilis. ¶Duris spinis. Erumnarum, laborum, & curarum. ¶Plana. Ex desiderio aduentus tui, quem ualde amo: nam omnia difficilia, & penè impossibilia, facilia reddit amor. ¶Norim. Te inspirante. ¶Delapsus olympo. Per

Phil. 2. exinanitionem, de qua Paulus. Exinaniuit (inquit) semetipsum formam serui accipiens, &c. ¶Ad me. Suscipiendum, idest humanam carnẽ ex semine meo. ¶Venire uolens. Pluribus modis ad homines dignatur uenire Deus, & in assumpta carne; quæ tempore huius prophetæ assumenda erat, & quotidie in altaris sacrificio, & ad iudicium uniuersale manifestè uenturus est, uenit & inuisibiliter in mentes hominum, sed hũc modum nemo potest cognoscere nisi is, qui fuerit expertus, solet autem cum uenit primò redarguere uitia præterita: deinde docere, quæ sciri desiderantur, & interdùm ordinare totum sermonem futurum, aut lectionem si is prædicator sit, aut lector, ad quem uenit, postremò tanta cõsolatione replet eum, ac gaudio spirituali, ut nullius laboris cum pigeat, & nulla difficultate ab agendis absterreatur. Et de hoc postremo potest

Sic ea, qua gradior, modò duris obsita spinis,
Plana erit, & simplex, immaculata via.
Ad terras norim quando delapsus olympo,
Ad me sic norim quando venire voles.
Te Deus opperiens insons penetralia cordis
Scrutabor; sordis siquid inesset eis.
In medioq; domus dum nostra perambulat altè
Anxia mens oculos flectit ubiq; suos.
Ante meos oculos si quicquam apparet iniqui,
Protinus eiicitur me minitante foràs.
Si res iniustas ausus proponere quisquam,
Excandescenti pulsus ab ore fugit.

etiam hic intelligi. ¶Opperiens. Idest expectans. ¶Insons. Absq; macula peccati grauioris, alioquin uenire de-
F dignaretur. ¶Penetralia cordis. Idest intimas cogitationes. ¶Si quid sordis. Superbiæ, & reliquorum uitiorum spiritualium, quæ non ita facile deprehenduntur, ut carnalium, & tamen facillimè subrepunt. ¶In medioq; domus. Et ad literam pro regio palatio uatis huius, & mysticè capi potest pro conscientia hominis, quæ Dei do-
Eph. 2. mus est, iuxta illud Apostoli. Templum Dei sanctum est, quod estis uos, & alibi. Per fidem habitare Deum in cordibus uestris. ¶Altè. In profunda cogitatione. ¶Oculos suos. Rationis, & intellectus: nam hi sunt oculi mentis interiores. ¶Ante meos oculos. Vtroq; modo, & ad literam, quæ plana est, intelligenda sunt hæc omnia, atq; mysticè, ut exponemus, quia hic sensus paulò obscurior est. ¶Eiicitur. Per contritionem, & confessionem. ¶Minitante. Mihi ipsi scilicet iuxta illud. Irascimini scilicet vobis ipsis, & nolite peccare, scilicet amplius, quæ dicitis in cubilibus uestris, idest in secretis conscientiarum uestrarum, & in cordibus uestris compungimini, idest in tacitis cogitationibus apud uosmetipsos. ¶Proponere. Subaudi coram me: forte sub specie iusti, atq; honesti: nam apertè rem iniustam non facilè quis ausus esset proponere. ¶Excandescenti ore. Etiam cordis iuxta spiritualem intelligentiam: nam resistite diabolo (inquit Apostolus) & fugiet à vobis. ¶Preuaritores. Qui sint infrà exponitur. ¶Odi. At Dominus Iesus in Euang. iubet inimicos diligere, & Ioannes ait. Qui fratrem odit homicida est responde, est perfectum odium, quo impij iniquitas, non persona odio habetur, & hoc licet, vnde & hic vates alibi. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi, Item. Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi: Est rursus fraternum odium, quo persona etiam bona non habito respectu ad uitium odio habetur, & hoc perniciosum

A

ciosum est, sed hic de perfecto loquitur odio, quo præuaricationis crimen nullo ad personam intuitu infenso persequitur odio; ita ut uellet uitium à præuaritore deponi, quo posset eam uerè, ut fratrem habere, & diligere. ¶ Transgrediuntur eam. Vt primi parentes generis humani, vnde & acrius punientur, iuxta illud Dominicum. (Luc. 12.) Qui scierit voluntatem Domini, & non fecerit eam, plagis uapulabit multis, qui verò nescierit uapulabit quidẽ, sed paucis. ¶ Vellere uario. Prouerbium est, quale & illud, Dibapbum induit. est autem is, qui duobus dominis, aut pluribus vult seruire, Deo, & Mammonæ, item Deo, & mundo. Item Deo, atq; Diabolo, & rursus Deo, ac ventri, uel alijs quibusuis noxiis uoluptatibus. ¶ Pardus. Animal fetum pellis uariæ, de quo dixit Dominus per alium prophetam. (Hier. 13.) Si posset Aethiops mutare pellem; & Pardus uarietatem suam: ita & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. ¶ Variatq; vices. Modò illi seruiendo, & modò relicto eo, seruitium Diaboli, aut mundi amplectendo. ¶ Nec minus instabilis. Subaudi, quàm pardus mobilissimum animal, & inconstans. ¶ Deserit. Vt patronus erga clientulum infidelis. ¶ Diligit odit. Lusus est poeticus per antitheta mirificè præuaricatoris exprimens malos mores. ¶ Has pestes uarias. Idest præuaricatores more pestis contagiosæ noxij. ¶ Figere gressus. In uia mandatorum Dei, ecce perfectum odium boni persecutoris, vt ex impijs fiant pij, ex instabilibus ut stabiles efficiãtur, profecto sic odisse, potius amasse est. ¶ Sæpius attriti. Pœnis, quas meriti sunt, ut earum metu, & plagarum dolore resipiscant à laqueis Diaboli, quibus renentur astricti: nam sæpè uexatio reddit hominibus intellectum. ¶ Vix aliquando. Sic & sapiens ait peruersi difficilè corriguntur. (Esa. 28. Eccle. 1.) ¶ Cor prauum. Iniqua cogitatione plenum. ¶ Tortæ mentis. A regula diuinæ iustitiæ, hi sunt, qui dicunt bonum malum, & malum bonum: quiq; nigrum in candida uertunt, idest mendacium in ueritatem, & qui sub aliqua specie boni uitia propria defendunt, uellentq; Deum, aut legem eius suis fauere nequicijs.

B

¶ Velle quod. Et quia, absq; Deo sibi ipsi sapere uidetur: & quia proprijs affectibus explendis studet. (Esa. 5.) ¶ Reluctatur. Diuinæ voluntati, quasi possit contra stimulum calcitrare. (Act. 9.) ¶ Cum quicquam. Aduersi. ¶ Ore labra. Præ impacientia, quia non audet apertè blasphemare. ¶ Submurmurat.

Præuaricatores odi, qui pectore legem
Nouerunt docto, & transgrediuntur eam.
Vellere qui vario hûc illûc ceu Pardus oberrat,
Non placet, in Dominum qui variatq; vices.
Nec minus instabilis causam præuertit amici,
Quam modò protexit, deserit hancq; modò.
Diligit, odit; adest, & abest: sequiturq;, fugitq;:
Vult, non vult; animo mobilis, atq; pede:
Persequor has pestes varias, vt figere gressus
Sæpius attriti, vix aliquandò velint,
Nec mihi cor prauum, cor tortæ mentis adhæsit
Quod minimè suffert velle, quod ipse Deus.

Quòdq; reluctatur, cum quicquam euenerit illi,
Quod minimè vellet; rodit & ore labra.
Pectore nec solùm tacito submurmurat intus,
Voce sed audaci corripit inde Deum.
Moribus absimiles cum declinare maligni
A me sunt uisi, displicuere mihi.
Auerti faciem; nec eos cognoscere passus.
Si quid suggererent protinus id repuli.
Si quid detraheret mordax, tacitusq; susurro
Fratribus, ut famam læderet ore probam.
Protinus insurgens turbata fronte fugabam
Hunc detractorem; cede susurro procul.
Quiq; supercilio conceptum corde tumorem
Indicat, elata mente superbus homo.
Quiq; fame rabida corde insatiabilis extat:
Vipereis oculis luridus inuidia.
Huius sustinui numquàm discumbere mensæ;
Conuiua accubuit, nec minus ille meæ
Quin potius paterer cum peccatoribus esse.
His quoq; qui rapiunt publica iure fori.

Paulò post infortunio perseuerante. ¶ Corripit inde Deum. Quasi iniustum, & iniquum. ¶ Absimiles. Nequaquam mihi similes: sed omnino dissimiles. ¶ Declinare. A recta dilectionis uia. ¶ Maligni, Inuidi, & odio insanabili aduersus proximum correpti, quasi malo igne succensi. ¶ Auerti faciem. Ego, scilicet ab eis malignis. ¶ Cognoscere. Approbando maleuolentiam eorum. ¶ Suggererent. Maledicendo contra proximum, vt me in illum prouocarent. ¶ Repuli. Tamquàm nõ uerùm, nec credendum, legimus etiam diuũ Augustinum hos versiculos in frontispicio cœnaculi ante mensam habuisse descriptos. Quisquis amat dictis absentum rodere uitam: Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. ¶ Susurro. Maledicus, ad aurẽ de proximis obloquens. ¶ Supercilio. In altum erecto. ¶ Conceptum tumorem. Ex scientia quæ (ut ait Apostolus) inflat, uel ex generis nobilitate, aut dignitate noua, ad quam rusticæ mentes eleuatæ plerùmq; tument. ¶ Indicat. Nam per exteriora corporis plerùmq; indicantur mentis interiora. ¶ Fame rabida. Non panis: sed infœlicitatis, ac ruinæ proximorum, quibus inuidet. ¶ Insatiabilis. Quia neq; morte ipsa exaturatur: sed & in mortuos desæuit, famam etiam, & defuncti memoriam omnem de terra cupiens absumere, & de cordibus hominum delere. ¶ Mensæ. In qua non uictimarum carnes: sed hominum apponuntur maledicis, atq; caninis dentibus dilacerandæ.

C

¶ Conuiua. Ne me, ac domesticos meos ad similes epulas prouocaret. ¶ Cum peccatoribus. Alijs puta auaris, usurarijs, fornicatoribus, lurconibus, & ebriosis, ac similibus, qui apertè sese uel ore fatentur, uel ex aspectu dignoscuntur esse peccatores, & ex negocijs, quæ tractant. ¶ Qui rapiunt publica iure fori. Periphrasis est publicanorum, quibus cum etiam Dominus Iesus legitur manducasse conuersionis eorum gratia. ¶ Iure fori. Non iure poli. hinc & à Chrysostomo legitimi latrones appellantur, quibus aliena rapere lege conceditur. ¶ Solitis dapibus. Consuetis humano generi. ¶ Carnibus ast hominum. Alienis quippe doloribus, & ærumnis pascitur inuidus. ¶ Nec satur esse potest. Etiam post mortem sæuit in famam defuncti, quam satagit ad nihilum deducere, exemplum habemus Phariseorum, atq; Scribarum, quorum inuidia Christus occisus est: nam & post mortem apposuerunt sepulchro custodes volentes resurrectionem eius, si possent, impedire, qua videbant nomen illius gloriosiorem fore. ¶ Exuperatq; sitis. Superextat adhuc crudele desiderium no-

[D] rium nocendi, vnde & latus Domini iam defuncti lancea perfossum esse legimus. ¶Hyenna. Seuæ, atq; inhumanæ huic feræ comparatur inuidus, quòd in mortuorum corpora, & famam desæuiat; sicut Hyenna, quæ per sepulchra noctu oberrans effodit cadauera recentiora, quibus rabidam famem alleuiet. ¶Putri tabo. Humore iam corrupto, & propè in saniem conuerso. ¶Fame. Idest propter famem. ¶Pestis. Inuidus quiuis, nam morbus eius, ut cancer crescit. ¶Respiciunt. Idest miserentur. ¶ Homines pios. Veros Domini Dei cultores. ¶ Vt sedeant. Mecum, si ad Dominum nostrum Iesum Christum hæc uerba referantur, verificabuntur in his, de quibus ipse dixit, sedebitis super sedes [Luc. 22.] xij. indicantes xij. tribus Israel, & alibi, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meã, & sedeatis super thronos iudicantes xij. tribus Israel. ¶Fideles. Quibus est dicturus, quòd vnĩ [Luc. 12.] promisit in Euang. Euge serue bone, & fidelis; quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituam intra in gaudium Domini tui. ¶Eligimus. [Ioan. 15.] Iuxta quòd & dixit, non uos me elegistis: sed ego elegi uos, & posui uos: ut eatis, & fructũ afferatis, & iterum, ego elegi uos de mundo; propterea odit uos mundus. ¶ Agglomerant. Hinc inde condensati adiunguntur, ut stipatores. ¶Gressus. Non pedum, sed affectuum, qui mysticè dicuntur pedes animæ. ¶Via immaculata. Mandatorum, de qua alibi. Lex Domini Dei immaculata conuertens animas. Itẽ beati immaculati in uia, qui ambulant in lege Domi- [E] ni. ¶Superbè. Indignabundus tali Domino seruire, quasi ipse dignior esset, cui Dominus ipse seruiret. ¶ Ad obsequium. Vt tamquàm vnus ministrorum mihi uelim obsequatur; nec mirũ, si mitis Dominus, & humilis corde; refugiat mi- [Eccle. 10.] nistri superbi obsequium. ¶ Displicuere superbi. Quia initium omnis peccati superbia. ¶Elatos homines. Nec mirum, qui neq; Angelos passus est ibi esse superbos, vnde & beata Virgo cecinit. Dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. porrò ad Christum si hæc retuleris, ij superbi fuere Scribæ, Pharisæi, Pontifices, & principes populi illius temporis, nec nõ & gentilium Philosophi, sapientes, sæculiq; potentes, quibus omnibus ob superbiam spretis, uiles, & humiles ad apostolatum, ac regimen Ecclesiæ sunt assumpti, videte fratres (inquit Apostolus) vocationem uestram, [1. Cor. 1.] ꝙ non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. ¶Loquuntur iniqua. Isti sunt [Tit. 3.] hæretici, atq; (vt ait Ioannes) Antichristi. ¶ Stant procul. Iuxta monita Pauli, dicentis. Hæreticum hominem post primam, & secundam monitionẽ deuita, subuersus est enim huiusmodi, & proprio iudicio damnatus. ¶Cur tamen. Pulcherrima quæstio, & magis per mysticum sensum, ad Christum referenda, quàm iuxta literã ad ipsum [1. Pet. 2.] Dauid regem. ¶In urbe tua. Militantis Ecclesiæ, quæ ciuitas Dei dicitur, eo ꝙ ex uiuis lapidibus ædificatur iuxta doctrinam Petri Apostoli. ¶ Tuos inter. Anastrophe, idest tuis ciuibus bonis malos pateris admixtos esse. ¶ Tanto tempore. Ab initio sæculi usq; ad finem. ¶ Aedibus esse tuis. Mansionibus illis, de quibus in Euange- [F] lio, In domo patris mei mansiones multæ sunt, &c. ¶ Nocte sub obscura. Clara quidem quæstionis propositio: sed obscura solutio, & penè ænigmatica, exercitationis gratia, est autem talis, idcircò Deus patitur in hoc sæculo malos bonis admixtos, ut ostendat tempora misericordiæ esse in præsenti vita, in qua multi ex illis ad ueram pieta- [1. Tim. 1] tem conuertuntur antequam per mortem hinc recedant, ut de seipso dicit Apostolus, qui prius fui Blasphemus, [Ibidem.] & persecutor, & contumeliosus: sed & misericordiam consecutus sum, &c. Et paulo post, fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: Sed ideò misericordiam consecutus sum: vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam æternam. Impios tamen usq; ad finem obstinatos à supernis ædibus excludit eo ꝙ tempora misericordiæ contempserint, & iam iudicij reddendi tempus in illis aduenerit: nam qualis hinc quisq; egreditur, talis in iudicio apparebit, vt docet Gregorius est ergo sensus horum uersuum, dum militans Ecclesia, ad similitudinem Lunæ crescit interdum, & decrescit in hoc sæculo tenebroso, tempora sunt misericordiæ constituta: verùm cum pleno electorum omnium num. quasi in plenilunio uenerit Dominus ad reddendum vnicuiq; iuxta opera sua, tunc clausis misericordiæ foribus, iudicii tempus erit, porrò tangitur hic parabo- [Prou. 7.] la mulieris procacis, quæ dicebat inter alia, uir non est in domo sua, abijt viam longiquam, in die plenæ Lunæ reuersurus est, quam parabolam alibi retulimus, & exposuimus. ¶ Menstrua Luna. Quæ singulis mensibus deficit, & reparatur, sic & Ecclesia, ut suprà dictum est, aliquandò uirtutibus fidelium floret, & numero augetur: sed & aliquando

Nam solitis dapibus vescuntur, & inde quiescunt,
Peccantes alij, cum saturi fuerint.
Carnibus ast hominum laceris conuescitur ille,
(Horrendum dictu) nec satur esse potest.
Haustum vipereo lambit de more cruorem;
Exhaustis venis exuperatq; sitis.
Dente cadaueribus nec parcit Hienna sepultis;
Quin putri tabo polluat ora fame.
Tempore non vllo dira hæc, immundaq; pestis
Commensalis erat, nec valet esse mihi.
Ast hilari vultu semper, facieq; serena
Respiciunt homines lumina nostra pios,
Nobiscum vt sedeant; terræ quoscunq; fideles
Nouimus, eligimus: blandiùs alloquimur.
Ad fidos comis; conuiuas opto fideles
Se nostro comites agglomerant lateri
Quiq; via gressus defixerat immaculata,
Ille minister erat charus vbique mihi.
Qui verò fastu tumidus facit acta superbè,
Iunctus ad obsequium non erit ille mihi.
Namq; adeò cuncti mihi displicuere superbi,
Vt nolim elatos ædibus esse meis,
Nec minus inuisi, quicumq; loquuntur iniqua,
Sunt mihi; conspectu stant procul atq; meo.
Cur tamen ò sapiens Rex, & iustissime iudex.
Peruersos pateris viuere in vrbe tua?
Esse tuos inter cur tanto tempore suffers?
Si non vis illos ædibus esse tuis?
Nocte sub obscura dum menstrua Luna recepto,
Quod iam perdiderat, lumine crescit adhùc.

aliquando vitijs penè arescit, numeroq; minuitur, ut licet uidere temporibus nostris, in quibus duæ eius partes Asia, & Africa penè defecerunt; quæ magnorum quatuor doctorum temporibus fidelium virtute, & numero florentissimæ fuerunt. ¶Recepto lumine. Fidei, & sanctitatis. ¶Perdiderat. Varijs temporibus, & præcipuè Saracenorum, Turcarum, atq; Antichristi. ¶Crescit adhuc. Mortuo Antichristo, & extinctis Maumetarum, Turcarumq; & aliorum hæreticorum sectis. ¶Emendantibus acta. Per ueram pœnitentiam: quia venia non nisi correctis dari potest. ¶Perfecta at Luna. Expleto scilicet electorum num. hom. cœstium qui ad numerum, atq; mensuram Angelorum, teste Greg. coæquabitur. ¶Matutinus sol. Scilicet iustitiæ Christus Deus noster, quando in virtute magna, atq; maiestate in iudicio apparebit. ¶Gladij. Separationis extremæ, & æternæ. ¶Ore. Vel acie gladij, vel sententia firmissima ore domini prolata ea scilicet, venite benedicti, pro pijs, & aduersus impios. Ite maledicti in ignem æternum, &c. ¶Ab urbe. Hierusalem superna, quæ & triumphans Ecclesia dicitur. ¶Labis. Peccati nec minimi. ¶Lues. Idest macula, de Apocalypsi hoc sumptum est, vbi dicit nihil coinquinatum intrabit in eam. ¶O peccatores. Hortatoria conclusio ad delictorum pœnitentiam, vitæ emendationem, & ad veniam promerendã, dum locus, & tempus est misericordiæ, quia in die iudicij frustra clamabitur, pater Abraam miserere mei, tunc enim iudicium sine misericordia fiet iis, qui non fecerunt misericordiam, frustra quoq; clamabitur. Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? Dæmonia eiecimus? & uirtutes multas fecimus? quia respondebitur. Amẽ Amen dico vobis, quia nescio uos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Incassum etiam à virginibus fatuis clamabitur. Domine, Domine, aperi nobis, etenim deinius respondebitur, nescio vos, pœnitentiam itaq; dum licet agamus, & misericordiam consequemur à piissimo Domino, cui laus honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Aptus erit veniæ locus emendantibus acta:
Tempora clementis sunt pietatis adhuc.
Perfecta at Luna; cum matutinus obortus
Sol radijs toto fulserit orbe nitens.
Tum foribus veniæ clausis, clementia abibit:
Cædentur gladij iudicis ore, mali.
Vt peccatores sancta perdantur ab vrbe,
Nullaq; permaneat labis iniqua lues.
O peccatores ergo qui operamini iniqua,
Flectite iam mentes, dum locus est veniæ.
Terribili vultu Iudex cum venerit acer,
Tormenta & pœnæ vos sine fine manent.

A B

QVi locuples, rerumq; potens, & diues agrorum, &c. Totus hic psalmus (vt habetur in titulo) continet orationem capitis, & membrorum, Idest Ecclesiæ Christi, cuius ipse caput est, fideles autem corpus, atq. inuicem membra, habitam pro patientia obtinenda aduersus persecutores, vnum præcipuè monendus est lector vt ea, quæ capiti Christo propriè conueniunt, illi tribuat, reliqua corpori. Dicit itaq; Christus. ¶Qui locuples natus eram. Modò pauper; qui potens rerum, modò egenus; & qui diues agrorum, modò iaceo inops: sunt autem tria antitheta pulcherrimi ornatus. De hac re scribit, & Apostolus in hunc modum, scitis enim gratiã D. nostri I. Chr. quod propter uos egenus factus est, cum esset Diues, ut illius inopia uos diuites essetis, est enim locuples, quia in eo sunt omnes Thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, factus est adeo pauper, ut mox natus in sæculo fuerit reclinatus in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio, estq; adeò rerum potens, ut omnia per ipsum facta sint, & sine ipso nihil potest fieri, factus est adeo egenus, ut nudus in cruce cum valde sitiret, neq; pauxillum aquæ inuentus est, qui porrigeret ei, & est adeò diues agrorum, vt canat alibi hic psaltes. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo, factusq; est adeò inops, vt viuens non haberet, vbi caput reclinaret, moriens verò in alieno sepeliretur tumulo. ¶Curis mordacibus. Cor enim urunt curæ. ¶Intus. In mente, propter imminentem sibi horribilem passionem, & infensissimam Ecclesiæ persecutionem. ¶Exterius. In corpore suo, & sanctorum martyrum qui uincula, carceres, & ludibria, atq. omnium generũ tormenta passi sunt. ¶Sublato. In altum, subaudi, hoc est eleuato in cœlum vt solet fieri ab his qui orant spiritu, & mente: psallunt spiritu; & mente. ¶Querulas. Cum modestia tamen, ne querellam in blasphemiam euaderet, questus est Dominus in cruce dicens. Heloi, Heloi lamazabathani, idest Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? ¶Mitis & alme Deus. Hoc est initium orationis toti Christo conueniens, idest pro se capite, & pro membris suis, in angustia positis. ¶Ab aure. Quæ misericordia est. ¶Sydereos oculos. Idest hylares, atq; pacatos, translatio sumpta, à serenitate cœli utroq; tempore nocte atq; die, tunc enim lucida apparent sydera. ¶Faciemq; serenam. Metaphora à regibus, qui uolentes exaudire serenitatem quandam, & vultus hilaritatem ostendunt, nolentes uerò turbulentam, & minitantem prætendunt, aut omnino aliò auertunt, quasi nec dignantes eum respicere cuius non miserentur. ¶Tribulor. Verbum notissimæ significationis, à tribulis deductum, quibus Gedeon vir fortissimus contriuit corpora seniorum Sochoth additis & spinis deserti, quia negauerant ei panes dum persequeretur reges hostium madianitarũ. ¶Deorsum. In corpore suo tempore, quo mortalis in terris inter homines conuersatus est. Sed postquàm ascendit in cœlum tamquàm caput Ecclesiæ patitur in membris, quæ hic deorsum tribulantur in terris, unde & legitur clamasse de cœlo. Saule Saule, quid me persequeris, idest membra mea. ¶Aures inclina. Idest attende, & miserere. ¶Alto.

2. Cor. 8. Luc. 2. Ioan. 19. Luc. 9. Ioan. 19. 1. Co. 14. C Matt. 27. Iud. 8. Act. 9.

ODE CI. EX PSALMO CI.
Dñe exaudi orationem meam.

QVi locuples, rerumq; potens, & diues agrorũ,
Natus eram, iaceo pauper, egenus, inops.
Anxius excrucior curis mordacibus intus;
Opprimor innumeris exteriusq; malis.
Clementem ante Deum porrecto lumine mentis
Effundo querulas pectore, & ore preces.
Mitis, & alme Deus, clemens pater, omnipotensq;
Orantis miseri suscipe, quæso, præces.
O miserans Domine, & veniæ largitor opimæ
Ad te perueniat clamor ab aure meus.
Sydereos oculos à me, faciemq; serenam
Ne vertas aliò, sed tueare magis.

Vt pote

In quacumq; die tribulor, patiorq; deorsum;
  Aures inclina tu Deus alte mihi.
In quacunq; die te voce vocauero mœsta,
  Protinus exaudi vota, precesq; meas.
Defecere dies (possunt caligine tanta
  Noctis obumbrati si tamen esse dies.)
Defecere dies nostri, ceu fumus inundans;
  Fornacis medio quem vapor ater alit.
Quò magis intumuit globus, & conscendit in altum,
  Vanescit citius, soluitur inq; nihil.
Talis & humanæ conflata superbia vitæ.
  Quò magis alta tumet, deficit atq; magis.
Ossaq; iamdudum, quæ mollibus uncta medullis
  Intus erant tenera pinguia carne foris.
Arida sunt veluti cremium sartagine frixum:
  Protinus vnde rapit pabula flamma vorax,
Florida, falce necis sic sum percussus, ut herba
  Aruit ardenti caumate corq; mihi.
Aruit vt fœnum exhaustis humoribus intus:
  Nec memini panem sumere in ore meum.
Cumq; diu gemerem, & traherem suspiria ab imo
  Pectore: adhæserunt firmiùs ossa cuti.
Solus, & hic mærens, desertæ cultor arenæ
  Non minus afficior, quàm Pelicanus auis.
Multa super natis lachrimans, vbi pectore fosso
  Extinctos lustrando viuificare studet.
Nec minus ore gemo, querula quàm voce ruinis
  Peruaga Nicticorax: quæ crocitando gemit.
Solus vti passer per culmina tecta domorum
  Peruigil incedens carmine mulcet aues.
Sic ego pernoctans insomnes mulceo curas,
  Excutioq; graues: dum vigil ore cano.
Nam mihi tantorum solamen dulce laborum
  Hoc superest solum, ut voce gemendo canam.
Quod superest facio: quàmuis opprobria iactent
  Diræ malignantes vocibus assiduis.
Quotidieq; mihi veniæ pia dona probanti
  Quàmuis improperent: obijciantq; reos.

D Vt pote qui in cœlo est, & nos infra in terra. ¶In quacumq; die. Quia rara est illa dies, in qua fideles non mole
stentur à mundanis hominibus, uel à dæmonijs tentatoribus, aut ab aliqua corporis ægritudine: nam multæ sunt
tribulationes iustorum: sed de his omnibus liberabit eos Dominus. ¶Possunt cal. t. n. ob. si tamen esse dies. Per
parenthesim hoc totum interseritur, ad denotandum uitæ præsentis dies æternæ uitæ comparatos, magis noctes
dicendos esse, quàm dies; propter tenebras peccatorum, & ignorantiæ, quibus humanæ mentes inuoluuntur.
¶Ceu fumus. Pulcherrima comparatione ostendit superborum uanitatem. ¶Globus. Ea fumi densissima nebula
Psal. 36. quæ ab initio surgitur in altum. ¶Deficit atq;
magis. Sic & alibi, uidi impium superaxaltatū,
atq; eleuatum, sicut cedros libani, transiui, & ec
ce non erat, exempla capite, in Saule, Roboam,
& Aman, alijsq; quàmplurimis, qui mox eleuati
euanuerunt, ut fumus. ¶Ossaq;. Per quæ mysti-
cè uirtutes, & robur animæ significantur, & à su
perbię uitio nimis extenuantur, ad literam uerò
in passione ipsius Domini, & martyrum eius hęc
uerificata sunt. ¶Cremium. Quicquid in frixo
rio coctis piscibus, & extractis, nimis aridum, ac
semiustum remanet, cremium dicitur; eo quòd
ab ancillis in ignem mox eiicitur, raptimq; cre-
matur. ¶Sartagine. Frixorio, quæ & vulgò pa-
tella dicitur, in qua pisces, & oua, carnesq; frigē
do coquuntur, mysticè tribulationem quācum-
que grauem significat, qua per passionem frigū
tur corpora, & animi excruciantur. ¶Florida
herba. Altera comparatio, de qua planè dictum
Esa. 4. est in alijs psalmis, & est etiam Esaiæ prophetę, &
1. Pet. 1. à B. Petro, in epistola relata uidelicet omnis ca
E ro fœnum: & gloria eius flos fœni, &c. ¶Cauma
te. Vehementissimo æstu. ¶Exhaustis humo-
ribus. Ad literam propter effusionem totius san
guinis multiplicatis vulneribus tam in corpore
Domini in cruce, quàm sanctorum martyrum
in tormentis, & præcipuè ignibus adhibitis, vt
patuit in Laurentio. ¶Memini. Præ nimia tri-
Matt. 26. stitia. ¶Solus. In cruce, quia omnes discipuli,
eo relicto, fugerant. ¶Desertæ arenæ. In Aegy
pti confinibus desertū uersus. ¶Pelicanus auis.
De quo Hierony. scribit, quod cum e pastu domum
rediit, si pullos fortè inuenerit ab hoste perpe-
tuo serpente necatos, diu luget, deinde acutissi
mo rostro sibi ipsi pectus effodit, vnde calidissi-
mus cruor erumpit: quo aspersi pulli iterum ui-
uificantur, sic & cruore Dominici corporis ho-
mines à serpente Diabolo interempti, quò ad a-
nimam nunc uiuificantur, deinde & quò ad cor
pus in die iudicij uiuificabuntur, propter hanc
similitudinem super frontispicio crucis Domini
pingitur hæc auis. ¶Extinctos. A morsu serpen
tis, vel (ut alij dicunt) ex parentum colaphis quā
si correctionis gratia inflictis; nec ob id discedi-
tur à prædicta significatione: nam & Deus per-
cuiit, ac sanat, mortificat, ac uiuificat, & omnem
filium, quem diligit; corrigit. ¶Ruinis. Do-
morum spiritualium mysticè loquēdo, quæ per-
F ditorum sunt hominum conscientiæ, ad literam
ruinis Iudæorum imminentibus. ¶Nicticorax.
Græca dictio significat coruum nocturnum, qui
per ruinosas domos nocturno tempore volitat, & gemitus multos ædit. ¶Solus uti passer. Hic solitarius dicitur,
eo quòd non cateruatim, ut cæteri, sed solus matutino tempore per culmina uolitando canat, quasi homines ad
diurnum laborē suo cantu è stratis surgere inuitans, sic & Dominus diluculo ab inferis resurgens, & mulieribus,
atq; discipulis uarijs in locis apparens ad predicandum Euangelium dulci afflatu exhortatus est eos. ¶Pernoctans.
Tametsi de Domino nostro Iesu Christo dictum est, quia pernoctabat in oratione, ueruntamen hoc melius intel-
ligitur de Ecclesia, quæ post Resurrectionem, & Ascensionem Domini pernoctabat in tempore persecutionum, in
psalmis, hymnis, & alijs canticis spiritalibus: ut cum orationibus adiuncta non leue malorum tantorum solatium
Iac. 5. essent afflictis. ¶Insomnes curas. Quę lucrebertimis punctionibus somnum ab hominum cordibus effugant.
Luc. 2. ¶Cano. Iuxta consilium Apostoli. Tristatur quis in vobis? oret æquo animo, & psallat. ¶Gemendo canam. Mo
re turturis, & columbæ, quibus est pro gemitu cantus, unde & Dominus tales aues in sacrificio sibi iussit offerri.
& à parente pro eo paruulo oblata fuere: significant enim religiosorum tam in congregatione uiuentium, quàm
in solitudine, gemebundos concentus. ¶Facio. Gemens cano. ¶Iactent. Opprobria. Seductorem, magum &
Dæmonium habentem uocantes eum, eadem & in Christianos quosq; sæpè iactata fuere. ¶Veniæ pia. D. P. Nōs
enim sanos.

A

enim sanos, sed egrotos medico indiguisse probo. Nec ueni (inquit) vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. ¶ Reos. Quòd scilicet, erat peccatorum, & publicanorum amicus homo uorax, & potator. ¶ Ore blando. Vt quando dicebant, Magister scimus, quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, nec tibi est cura de aliquo: neq; enim personam hominis accipis. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? licet tributum dare Cæsari, an non? ¶ Virus amarum. Fraudulentiæ, hæc enim dicebant tentantes eum: vt possent eum capere in sermone, & tradere uinctum præsidi. ¶ Dulci sermona. Vt quando dixerunt ei. Quousq; animas nostras tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam, item Magister, quod est magnum mandatum in lege? & rursus. Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio, &c. ¶ Iosti. Ironicè, cum essent pessimi peccatores, superbi, Auari, & Hypochritæ. ¶ Hoc pietatis opus. De receptione ouium errantium. ¶ Quod cinerem immundum. Idest quod peccatores pœnitentes, quibus panis subcinericius cibus esse debet, dum transigunt debita, & statuta tempora pœnitudinis, cinereq; aspergi, atq; in cinere sedere more Niniuitarū conuenit, in corpus meū mysticum conuertendo eos traijcio. Vndè, & beato Petro dictum fuisse legimus. Macta & manduca: loquendo de conuersione gentilium, hinc & in Mysterio refert Matth. Dominum venisse Bethphage, Idest ad domum maxillarum, qui uiculus, & Sacerdotum erat, & est (ut interpretatur Hieronymus) pœnitentiæ typus: eo quòd Sacerdotes peccata populi à propheta comedere dicuntur. ¶ Hoc scelus infandum. Derisoriè loquitur, & est eiusdem sententiæ repetitio, nisi forsan intelligere uelimus de alio graui crimine à Scribis, & Phariseis obiecto Domino: quòd Discipuli eius manducarent panem absq; manuum ablutione, quasi ab eo tanquàm à magistro didicerint, uel id facere iussi fuerint.

Matt.9.
Luc. 5.
Matt.22.
Ioan.10.
Matt.22.
Ioan.8.
Act.10.
Matt.21.

Quin coniurantes in me, ceu scorpius ore
Blando applaudebant laudibus innumeris.
Cuspide sed tecta retrorsum virus amarum
Cuncti occultabant, saucius vnde forem.
Ah quoties dulci sermone labella peruncti
Tendebant laqueos, insidiasq; mihi.
Cum nihil obiectu dignum prætendere possent
Omnia scrutati verba; vel acta mea.
Obiecere mihi diro pro crimine insti
Coràm insultantes hoc pietatis opus.
Quod cinerem immundū, ceu panem manducabā,
Proh scelus infandum, quòd cinis esca mihi.
Quod mea cum tristi miscerem pocula fletu
Turpe nephas, iactant, hoc scelus esse graue.
Hæc in nos igitur sunt probra, cinis, lachrimæq;,
Quas tamen in nobis promouet ira Dei.

B

¶ Cum tristi fletu. Eadem sententia: nam & pœnitentes uerè decet flere, sicut legimus beatum Petrum fecisse, qui post trinam negationem egressus foràs fleuit amare. Sic & illa peccatrix, quæ in domum, conuiuij ingressa inter epulas lachrimas effundebat: nam stās retro secus pedes Domini lachrimis rigabat pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. ¶ Iactant. Sed frustra, quia dixit Dominus. Misericordiam uolo, & non sacrificium, prætereà, hæ sunt oues perditæ, & infirmæ, quas requiri vult Dominus, & sanari, ut in Ezechiele propheta latè docemur. ¶ Cinis lachrimæq;. Idest peccatorum susceptio, qui flere, & cinere capita solent aspergere, unde & eius inuidos dixisse legimus, quoniam hic peccatores recipit, & manducat cum illis. ¶ Ira Dei. Idest Diuinæ metus ultionis, quæ ira, & furor à pœnitente uocatur, ut in alio psalmo. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. ¶ Fulmineæ facies iræ. Existimat enim peccator cuncta fulmina, quæ mittuntur in se, eiaculari propter conscientiam scelerum. ¶ Elicit à nobis. Iure merito, & magno fructu: nam qui in semetipsum seuerus est iudex puniens sese, grauiorem à Deo pœnam euadit, iuxta consiliu Apostoli. Quod si nosmetipsos iudicaremus: non utiq; à Domino iudicarēmur, cum autem à Domino iudicamur; corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. ¶ Summo honore. Regio, & diuino. Dignus est enim agnus, qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, &c. ¶ Puluereq; erectum. Non quia mortuum corpus eius fuerit in puluerem resolutum, quia scriptum erat, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. sed quia terrenum, & simile nobis corpus habuit, quod summæ diuinitati conglutinatum est vnione indissolubili. ¶ Leuas. In die Ascensionis, ut alibi. Qui ascendis super Cherubin, &c. Item, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, &c. ¶ ingratum. Non dé persona Christi intellige, qui gratissimus semper extitit: sed de corpore eius, in quo multi sæpè inueniuntur ingrati, iuxta illud. longe à salute mea uerba delictorum meorum, nō quæ ipse admiserit, sed quæ in se puniendo suscepit. ¶ Dura ceruice. Et si toti humano generi hoc aptissimè conueniat, præcipuè tamen Iudæorum populo, quem Deus ipse duræ ceruicis asserunt. & Moyses, ac prophetæ, atq; protomartyr Stephanus. ¶ Ecce dies nostri. Captat miserationem à celeritate cursus humanæ uitæ, quæ labitur, ut unda fluxibilis, quia & ut umbra fugax, quæ uelocitatem cursus solis prosequitur. ¶ In fœnum.

Matt.15.
Mat. 26.
Luc. 7.
Matth.9
Ezec.34
Psal. 6.
1.Co.11.
Apoc. 5.
Psal. 15.
Psal. 17.
Psal. 64.
Psal. 21.

Fulmineæ facies iræ, indignatio iusta
Elicit à nobis talia summe Deus.
Nam quia me summo vt natum, dignatis honore;
Puluereq; erectum me super astra leuas.
Iustiùs ingratum, & dura ceruice rebellem
Terræ alisisti, meq; genusq; meum.
Ecce dies nostri fluxa velociùs vnda
Declinauerunt, sicut & vmbra fugax.
Nos quoq; ceu pratis succisæ falcibus herbæ,
Conuersæ in fœnum protinus aruimus.
Tempora nostra quidē, vt fumus labuntur, & vmbra
Tu verò æternus, maximus esq; Deus:
Semper & ipse manes idem Dominusq; Deusq;,
Et promissorum semper es ipse memor.

C

Exod.32.
Act.7.

Nota similitudo, & de qua in superioribus psalmis dictum est, omnis caro fœnum, &c. ¶ Labuntur. Nam sicuti fumus quanto magis in altum erigitur, tanto citius euanescit sic & uita humana quanto uidetur longius extendi, tanto magis appropinquat ad interitum. ¶ Idem. Nec enim mutatur, ut homo de ætate in ætatem, ut puta de pueritia in adolescentiam: ex adolescentia in iuuentam, indeq; in senium: sed nec ullo pacto ueterascit. ¶ Promissorum memor. Quæ multo ante patribus, sese nepotibus daturum promisit, tametsi tardet exhibere, non tamen propterea obliuiscitur: sed expectat reddere in tempore suo, ut omnia pulcherrimè disposita suis appareant

Esa.40.

D congruere temporibus. ¶ Ab antiquo. Puta exitu ab Aegypto, tunc enim cœpit Dominus nepotibus reddere ea, quæ patribus eorum Abraham, Isaac, & Iacob longè ante promiserat. ¶ Præsens. Quæ tunc fuerat, siue ad prophetam referas; siue ad Dominum Iesum Christum, in quo consumata sunt omnia. ¶ Mille futuræ. Numerus finitus pro infinito, & precipuè de conuersione gentilium, de aduentu Antichisti, & Pseudo prophetarum eius, de multiplici persecutione Ecclesiæ, & de uniuersali resurrectione, atq; iuditio, & demum de omnibus, quæ in Apocalypsi futura describuntur. ¶ Pollicitis diues. Non ut principes sæculi, qui multa pollicentur, sed pauca reddunt; quinimò maiora, & plura reddens, quàm fuerat pollicitus. ¶ Exurgens. A mortuis. Verba sunt prophetæ ad Dominũ nostrum Iesum Christũ. ¶ Altæ speculæ. Idest Syoneæ arcis, hoc est Ecclesiæ fidelium adhùc nouellæ, quæ tempore mortis, & resurrectionis eius, & deinceps per multos dies morabatur in Syon, ut licet comprehendere ex actis Apostol. ¶ Dandæ ueniæ. Etiam

Act.4. crucifixoribus, qui ad prædicationem Petri, & aliorum apostolorum compuncti pœnitentiam egerunt, & tanto ardore ad Christi fidē conuersi sunt, ut uenditis agris, & precio pedibus Apostolorum proiecto uiā perfectionis statim arripuerint. ¶ Rediuiuus. τὸ αρτον. Idem quod supra: sed alijs uerbis. ¶ Vt phenix. De qua alias suprà dictum est. Vide Solinum in lib. de mirabilibus mundi. ¶ Rediens. Ab inferis. ¶ Matris. fidelium, quæ est Ecclesia. ¶ Ea tempora xl. annorum à resurrectione Domini usq; ad eius vrbis ruinam. ¶ Fixa. Statuta, siue decreta

Omnis ab antiquo veluti generatio sensit,
Atq; habuit, quæ tu pollicitus fueras:
Sic habet & præsens, & habebunt mille futuræ.
Pollicitis diues, redditor esq; memor.
Tu simul exurgens speculæ misereberis altæ,
Dulcis enim dandæ tempus erit veniæ.
Cum superæthereas iterum rediuiuus ad auras:
Veneris, vt Phœnix, quæ renouata micat.
Tuncq; Syoneæ rediens miserebere matris.
Sunt ea nam veniæ tempora fixa suæ.
Principibus, seruisq; tuis Rex alme redemptis,
Quàm grati lapides illius arcis erunt?
Inde fatiscentis nec non in puluere terræ
Tunc miserebuntur pectora blanda pij.

E ad agendam pœnitentiam, de morte Domini, prophetarum, & discipulorum eius populo Iudæorum, in quibus aliquot millia conuersi sunt, quibus est uenia data, cæteris omnibus in sua peruicatia durantibus peste, fame, & ferro, flammisq; consumptis. ¶ Principibus. Ecclesiæ Apostolis, cæterisq; discipulis eius, qui adeo diligebant gētem suam, vt vix ab ea ipsa expulsi uoluerint ad alias gentes transmigrare, & hoc ad literam intelligendo: uerùm mysticè, lapides sunt fideles tunsionibus infidelium conquadrati, & in templum viuum coaptati, iuxta doctrinam

1. Pet.2. Petri, ac Pauli Apostolorum, & isti fuerunt adeò grati apostolis omnibus, ut pro eorum salute animas ponere non recusauerint. ¶ Fatiscentis terræ. Idest peccatricis turbæ, quæ non, nisi terrena tractare nouit, unde & Ioannes di-

Ioan.3. xit. Qui de terra est, de terra loquitur. ¶ Pij proceres Domini. Misericordes Apostoli. ¶ Pectora blanda. Appositio est. ¶ Pietatis opus. Conuersionis etiam peccatorum. ¶ Reges. Quos decet esse clementes. ideoq; clementissimum Dominum Iesum Christum diligent, & admirabuntur. ¶ Syona. Fidelium omnium matrem Ecclesiam ex omnibus gentibus undecumq; collectam. ¶ Nuper. Immisione Spiritussancti, quem abundè in credentes etiā visibiliter linguis igneis effudit. ¶ A fundamentis. De quibus in alio psalmo dictum est. similitudo autem hæc deducitur à materiali domo ruinosa, quam paterfamilias uolens reparare, à summis culminibus quidem incipit soluere uetustatem, ut docet Ambrosius, uerùm à fundamentis incohat reparationem. ¶ Manu suprema. Coaptatis his lapidibus uiuis, qui ultimis temporibus Domino sunt credituri. ¶ Celsior. Virtutibus, & meritis. ¶ Alta sydera. Mysticè etiam super aliquos Angelorum choros: nam (vt docet Gregorius in homelia ouis perditę, cuius initium est Æstiuum tempus) aliqui sanctorum miscebūtur etiā cum tribus ordinibus supremæ Hierarchiæ. ¶ Inclytus D. N. I. Chr. Rex, & Iudex omnium consti-

Act.10. tutus à Deo, ut dixit Petrus. ¶ Aduenienis. Ad iudicium. ¶ Super alta arce. Idest excelsior cun-

F ctis. ¶ Gloria quanta. Supple, videbitur, uel admiratiuè lege, & est allusio ad id, quod ipse præ-

Matt.25. dicit in Euange. cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, &c. ¶ Electi lapides. Metaphoricos, de quibus supra

Quod pietatis opus gentes quæcumq; per orbem
Vt norint; tollent nomen ad astra tuum:
Id venerabuntur, metuent, & magnificabunt.
Hinc & apud reges gloria magna tua.
Ecce Syona Deus nuper reparabit ab alto,
A fundamentis ædificabit eam.
Impositaq; manu suprema celsior ipso
Cum fuerit cœlo, sydera & alta super.
Inclytus adueniens super arce videbitur alta,
Induperatoris gloria quanta Dei.
Dum tamen electi lapides, & marmora viua,
Structuræ aptantur, Rex latet ipse faber.
Sic tamen ipse latet, moles vt cernat vbiq;:
Scrutatur minimos qninetiam lapides.

dictum est. ¶ Structuræ. Ordini pulcherrimo. ¶ Rex ipse faber. Architectus D. Christus Iesus, unde & Paulus.

1. Cor.3. Dei (inquit) structura estis. ¶ Latet. Intus operando, ipse enim est. qui facit opera, sine quo nihil nos possumus facere, tametsi etiam nos Dei cooperatores simus ministerium nostrum exhibendo. ¶ Moles. Murorum ingentes structuras. Idest multitudines fidelium ad se plenè conuersas quales & quantæ per diuersas religiones licet uidere præter seculares Ecclesias in diuersis orbis partibus constitutas. ¶ Minimos lapides. Sunt autem illi pusilli,

Matt.18. de quibus Dominus in Euang. videte (inquit) ne contemnatis vnum ex his pusillis, qui in me credunt, dico enim vobis, quia Angeli eorum, semper uident faciem patris mei, qui in Cœlis est. ¶ Orantes humiles. Expositio est uersus superioris. ¶ Nec spernit. Vt principes mundi huius, qni tales nec uidere dignantur, est autem & liptote

Eccl. 35. figura: nam minus dicendo plus innuit, quia scriptum est: oratio humiliantis se penetrat nubes. ¶ Proximus aure. Idest ad exaudiendum promptissimus uidete (inquit August.) Magnum miraculum, humilias te: & Deus uenit ad te. Extollis te: & Deus elongatur à te, quare hoc? quia excelsus est Dominus; & humilia respicit, alta uerò

Psal.137. à longè cognoscit: sed non ignoscit. ¶ Sed quis ad hæc prudens? Alloquitur propheta rudes, ac ignaros legis Dei homines

Respicit orantes humiles; nec spernit eorum
Interius tacitas proximus aure preces.
Sed quis ad hæc prudens? vetus hæc generatio nostra
Obscura tegitur nube; nec alta videt. (est,
Scribantur tamen hæc: generatio clara nepotum
Omnia percipiet lumiue sydereo.
Cumq; nouus populus, qui fortè creabitur ista
Senserit impleri concinet inde Deum.
Laudabit Dominum, quoniam prospexit ab arce
Excelsa, & sancta sedis olympiacæ.
Vt pius, & mitis cœlo prospexit ab alto
In terras humiles syderea facie.
Cordis vt ardentes gemitus audiret eorum,
Quos dura astrictos compede carcer habet,
Vt pius aspexit soluenda ad vincula prolis,
Carcere detenti quam genuere patres,

A

homines suæ tẽpestatis, & deinceps vsq; ad Christum, qui uti lux uera multos illustrauit, & secreta scripturarum referauit. ¶Vetus generatio. Veterem hominem sapiens, qui de terra est, nec nouum intelligens, qui de cœlo veniens non terrenos, sed cœlestes facit homines, quorum conuersatio in cœlis est, ut docet Apostolus. ¶Obscura nube. Ignorantiæ, & peccatorum. ¶Nec alta. Cœlestia hæc arcana, & profunda mysteria. ¶Scribantur tamen hæc. Et si modò à nostris minimè intelligantur. ¶Gen. cl.nep. Christianorum. ¶Lumine sydereo. Luce Spiritussancti superinfusa; quod quidem cœpit facere Dominus Iesus Christus, quando aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas: sed plenissimè in die Penthecostes, quando Spiritussancti dona super illos effudit. ¶Nouus populus. Fidelium. ¶Fortè. Non nota dubitationis: sed euentus est certissimi. ¶Concinet inde Deum. Idest laudabit in hymnis, & cãticis spiritualibus ad hoc compositis: vt uidemus quotidie fieri in Ecclesia, præcipuè in magnis solemnitatibus tunc figuratis, & rerũ olim à prophetis prædictarum. ¶Vt pius, & mitis. Pater, non ut seuerus iudex, & hoc in prima missione filij: nam in secunda cœlis ardentibus ueniet iudicaturus uiuos, & mortuos, & sæculum per ignem. ¶Syderea facie. Hoc est sereno, & placido uultu. ¶Eorum. Sanctorum patrum, in sinu Abrahæ per multa sæcula adhùc detentorum, & inde exire ad regnum cœlorum per optantium. Item eorum, qui in tenebris infidelitatis, ignorantiæ, & peccatorum sedebant, atq; in regione umbræ mortis antiquæ legis, & ueterum obseruantiarum. ¶Dura compede. Diuinæ vltionis, ut in patribus. Item durissimo legis, & cærimoniarum iugo, ut in Iudæis. ¶Carcer. Infernalis, longè tamen remotus à Tartaro per intermedium ingens obfirmatumq; Chaos: quo ad patrum animas. Item carcer, idest seruitus Diaboli quò ad Gentiles, & quosuis peccatores, & carcer unius templi tantùm, quò ad Iudæos, quibus nullibi licebat offerre sacrificia, nisi Hierosolymis. ¶Soluenda ad vincula. Infedelitatis, peccatorum, & legis, ut modò dictum est. ¶Prolis. Nouæ fidelium Christi discipulorum. ¶Patres. Prophetæ. ¶Ardens ultor. Persecutor fidelium, & præcipuè Iudæorum populus durissimæ ceruicis: nec non & Gentilis: nam in hoc uterq; frementes conuenere. ¶Electos proceres. Apostolos, & martyres. ¶Tum ferit agrum. Domini, qui est mundus, vt patet ex illa parabola Euangelica, simile est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo, &c. Quam exponens Dominus ipse dixit, ager est mundus, bonum semen, hi sunt filij regni, &c. Serit autem vltor agrum nolens: nam ex cæde unius martyris plurimi ad fidem Christi conuertebãtur, partim constantiam, & uirtutem animi admirati: partim ex aliquibus miraculis, quæ tunc operabatur Dominus. ¶Cædibus ex hominum. Non quorumquunq;, sed sanctorum martyrum duntaxat. ¶Nepotum. Fidelium inde conuersorũ. ¶Læta seges. Inde pullulauit Ecclesia toto orbe terrarum diffusa. ¶Oppressa diu. Persecutionibus Iudæorum, & Paganorum omnium, necnõ & hæreticorum. ¶Modò libera. Temporibus Catholicorum Principum. ¶In speculis. Idest pro palàm, & absq; metu. ¶Præcones. Verbi Dei prædicatores. ¶Per compita. Et ad literam ut in omnibus urbibus uidemus. ¶Ad arcem. Idest ad illam, quæ sursum est Hierusalem, hoc est ad regnum cœlorum. ¶Fortes uiros. Qui ualeant dæmonem cum malis operibus; mundum cum pompis & uanitatibus: nec non & carnem cum illecebris, & voluptatibus contemnere, crucemq; suam tollere, & Dominum sequi. ¶Aere. Idest forti, & canora uoce, est autem allusio ad id prophetæ Quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, &c. ¶Ciere. Concitare, & commouere, modi infiniti est à cieo.es.et. secundæ inflexionis. ¶Cantores. Tam sæculares, quàm religiosos intellige, qui quotidie in hymnis, & canticis spiritualibus, vt Deum laudare possint, aluntur à populis, & ab Ecclesia. ¶Solymorum. Non ad literam tantùm: sed potius mysticè pro ciuitate Dei, quæ militans Ecclesia dicitur ubiq; terrarum diffusa. ¶Nocte, dieq;. Vnde & nocturnum, atq; diurnum dicitur officium. ¶Hinc. Prodeinc temporis hoc in loco magis, quàm loci aduerbium est. ¶Discordes animis. Nam & si prius in unum conuenerant aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, inter se tamen animis dissidebant, quod patet ex bellis inuicem gestis, non & à Romanis Iudæa gens excisa est, aliæq; multæ. ¶Ritibus. Circa deorum culturam ¶Atque sacris. Pro sacrificijs, quæ pro gentium uarietate etiam uariabantur, ut patet ex hystorijs. ¶Conuenere. In vnam fidem, in cultu unius Dei, in unam doctrinã Euangelicam, in unum Baptisma, in eodem ritu uno eodemq; sacrificio, & demũ omnes in una religione Christiana. ¶Vnanimes. Quales erant ab initio fideles (antequàm hæreses, & scismata pulularent in Ecclesia) de quibus scriptum est, quia multitudinis credentium erat cor unũ, & anima una. ¶Sæuire. In fideles, ut Christi nomen ex orbe delerent,

Phil. 3.

Luc. 24.
Acto. 2.

1. Pet. 3.

B

Mira, quis hæc credat? dum morti destinat ardens
Electos proceres, tum ferit vltor agrum.
Cædibus ex hominum surrexit tanta nepotum
Progenies; facta est sanguine læta seges.
Vnde syon oppressa diu, modò libera mater.
Nunciat in speculis nomen ubiq; Dei.
Libera præcones per compita mittit, ad arcem
Qui valeant fortes ære ciere viros.
Libera cantores Solymorum pascit in vrbe;
Qui laudes Domini nocte, dieq; canant.

Matt. 13.

C

Esa. 38.

Hinc variæ gentes linguis, & moribus olim
Discordes, animis, ritibus, atq; sacris.
Conuenere pij: populum iunguntur in vnum
Vnanimes vna relligione noua.

D delerent, si quo quomodo etiam per asperrima tormenta ualerent: sed nihil profecerunt, quinimò Christus falsas eorum religiones extinxit. ¶ Suaui iugo. De quo dixit ipse. Tollite iug. me. su. vos, & disc. à me, qu. mit. sum, & hu. cor. Iug. en. me. sua. est: & on. me. le. ¶ Regibus. Fidelibus, & catholicis, vt magno Imperatore Constantino, & proceribus ad Christum à B. Syluestro conuersis: nec non & Theodosio, de quo diuus Ambrosius multa scripsit: Carolo quoque magno, Ludouico, & alijs multis Regibus sanctis, qui uirtute, & miraculis claruerunt. ¶ Ad arcem. De qua suprà. ¶ Sponsi sui. Domini Iesu
Matth. 8. Christi. ¶ Voce. Illa dulcissima uenite benedicti patris mei possidete regnum paratum vobis à constitutione mundi. ¶ Exhylarata. Ex aduentu sponsi ad iudiciū, quia illi deinceps inseparabiliter copulabitur. ¶ Via. Licet arcta qua itur ad uitam per immitationē eius. ¶ Sug
Ioan. 13. gestor amicus. Vnde & dixit, vos me uocatis magister, & Domine, & benè dicitis: sum etenim, si ergo, ego Dominus, & Mag. uobis pedes laui, quāto magis nos debetis alter alterius lauare pedes? exēplū enim dedi uobis ut quē-
Ioan. 15. admodum ego feci, ita & uos faciatis, & alibi uos amici mei estis si feceritis, quæ ego præcipio uobis, suggessit aūt præcipuè contemptū terrenorū, & amorē regni cœlorū. ¶ Protector. Dabo. n. (inquit) uobis, & os, & uirtutem, cui non poterūt resistere oēs aduersarij uostri. ¶ Ductor. Iuxta illud: qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen uitæ, & alibi. Ecce ego uobiscum sum usque ad consumationem sæculi. Quæ uirtus? Responde infirma, & nulla. Prudentia. Hæc humana prudentia tantùm, stultitia est apud Deū, & ab
1. Cor. 3. eo reprobata, ut docet Aposto. ¶ Te sine. Iuxta illud. Sine me nihil potestis facere, & alibi. Om-
E nia per ipium facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Robur. Animi fortitudo. ¶ Inesse potest? Equidem debile, & nullum, quod paruit in au-
2. Co. 4. dace Petro. Ter Dominum abnegante. ¶ Tua uirtute. Quia sufficientia nostra ex Deo est, teste Paulo aposto. Est autem animaduertenda mutatio personæ loquentis ab illo uersu. Tu mihi uirtutis uia, est enim ipsa mater Syon quæ loquitur .i. Ecclesia properamus. Ambulandum quippe est semper de uirtute in uirtutem, donec perueniatur ad metam, ubi uideatur Dominus Deorum in Syon .i. in regno cœlorum. Vnde, & Diuus Gregorius super illo, & comedetis carnes agni festinanter. Item super eo caput cum pedibus, & intestinis uorabitis: his uerbis (inquit) quid aliud, quàm pigritię nostræ torpor reprehenditur? qui eius uerba, ac mysteria, & per nosmetipsos non requirimus, & dicta ab alijs audimus inuiti, & rursus, præcepta Dei cum festinatione implere curare, quia enim licet hodie benè agere, scimus: utrum cras liceat, ignoramus: nemo huius uitę itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo motas ad apperenda studia innectat: sed cępta perficiat. &c. ¶ Viam difficilem. Ab initio dum rudis adhùc est fidelis, & parùm amat; uerùm cum assueuerit, & quanto in eo magis amor Dei augetur, tanto facilior redditur uia mādatorum Dei, quia ut ait August. Ea, quæ uidentur difficilia, & prope impossibilia, facilia reddit amor. ¶ Adesto. Quod, ascendens in cœ-
Matt. vlt. lum promisit. Ecce (inquit) vobiscum sum usque ad consumationem sæculi. ¶ Longum iter. Vitæ præsentis. ¶ Inter eundum. Pulchra locutio, dum ambulamus per uiam mandatorum Dei. ¶ Stata. Pro statura, ac præfixa. ¶ Meta. Terminus uitæ nostræ, uel aduentus diei iudicij. ¶ Breuia. Aeternitatis comparatione, ad quam tendimus. ¶ Labor leuis. Ad maximæ mercedis præmium, hinc, & Gregorius si consideremus fratres carissimi quæ,
Eph. 4. & quanta sunt, quæ nobis promittuntur in cœlis, uilescunt animo omnia, quæ habentur in terris. ¶ Instabillem. Contra monet Paulus. Ne circumferamur omni uento doctrinæ, optimum est enim gratia stabilire cor. ¶ De-
F speratam. De consequenda meta. ¶ Dimidio dierum. Putarunt enim quidam propter pondus persecutionum
Luc. 12. defecturam esse ecclesiam: sed non attenderunt Dominum dicentem. Petre ego pro te oraui, ne deficiat fides tua:
1. Cor. 10 nec animaduerterunt fidelem esse Dominum, qui nec patitur nos supra id, quod possumus tentari, quinimò faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. ¶ Gens inimica. Paganorum, perfidorumq; Iudæorum, qui talia uociferabantur, adducebantq; falsorum suorum responsa Deorum, & uatum insanorum. ¶ Duos annos. Ordo est: sed tua generatio penes te est semper eadem, & potest intelligi, de æterna filij à patre generatione, cuius quandam speciem sub ænigmate uidemus, in sole: qui splendorem suum semper eundem generat: qui & si esset æternus, æterna etiam foret splendoris eius generatio. ¶ Nobis. Metientibus interdum diuina more humano. ¶ Noua. Respectu incarnationis filij. ¶ Siue uetus. Respectu suæ diuinitatis, uel aliter, una est generatio sanctorum penes Deum, quæ constituitur ex omnibus iustis, qui fuerunt

Quiq; truces animo soliti sæuire feroci
Reges; & tota cum legione duces,
Tunc mites facti Domino seruire studebunt,
Gaudebunt suaui subdere colla iugo.
Regibus his decorata Syon procedet ad arcem,
Cum fuerit sponsi uoce uocata sui.
Exhylarata syon tunc, & quandoq; vocata
Respondebit ei, nulla mora est, venio.
Tu mihi virtutis uia, tu suggestor amicus,
Tu mihi protector, tu mihi ductor eris.

Nam mea quæ virtus? aut quæ prudentia? quodnā
Te sine forte mihi robur inesse potest?
Nempe tua virtute viam properamus anhelo,
Difficilem cursu, fidus adesto comes.
Longum iter emensis veruntamen inter eundum,
Quæsumus enarra, quàm stata meta procul.
Quàm breuia existant miseræ data tempora uitæ?
Exigui cursus quàm labor iste leuis?
Ne uelut instabilem reuoces, fessamúe relinquas:
Aut desperatam cursibus in medijs.
Namq; in dimidio quòd sim retrahenda dierum
Sint ementiti gens inimica fidi.
Quin potius concede, tuos videamus ut annos
Expletis nostris, qui velut vnda fluunt.

Aeterni sunt quippè tui, nec eunt, redeuntúe,
Vt nostri; sed sunt perpetui, & stabiles.
Labilibus nostris generatio præterit annis:
Altera subsequitur, mox abitura simul.
Te penes est eadem tua, sed generatio semper,
Dicatur nobis seu noua, siue vetus.
Principio, terræ tu fundamenta locasti:
Instabilis fluidas ne foret inter aquas.

ante Chri-

Sunt opera & manuum cœli conuexa tuarum,
Inferiora quibus tanta elementa tegis.
Sed tamen & stabilis tellus,& labilis vnda,
Quiq; fluit circum rarior aër aquis.

A

ante Christi aduentum, & horum ratione dicitur uetus, & ex his,qui post illum, & horum respectu dicitur noua, & planior est hic sensus, cōuenitq; Augustinianæ doctrinæ: quam nos (ut ex alto conceditur) subsequimur. ¶Terræ. Idest generationis huius,quę propter stabilitatem terra dicitur: iuxta illud. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terra Et alibi. Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. ¶Fundamenta. Prophetarum,& Apostolorum, vt docent Apostoli Paulus,& Ioannes. ¶Fluidas aquas. Maris huius, qui mundus dicitur, cuius delitiæ,ac fluxę uoluptates mobilibus undis comparantur. (Eph. 2.) ¶Cœli conuexa. Doctorum omnium, & prædicatorum sapientiam, vnde, & secundum Danielem. Qui ad iustitiam plurimos erudiunt firmamento comparantur. ¶Inferiora elementa. Diuitum,sed rudium,misericordum tamen,quibus reliqui fideles aluntur, ac sustentantur, sicut ab elementis cœteræ res, aut nutriuntur,aut sustentantur. ¶Sed tamen. Vix mysticè hi uersus intelligi possunt,nisi de iis casibus intelligamus,de quibus scriptum est. Septies in die cadit iustus, & si dixerimus,quia peccatum non habemus,ipsi nos decipimus,& ueritas in nobis non est; rarus, est enim, qui non aliquando cadat etiā in graue facinus; sicut Dauid, Petrus,& Marcellinus papa. (Prou. 24. 1. Ioan. 1) ¶Cœli. Etiam Apostoli. Omnes in passione Domini scandalizati sunt, & relicto Domino fugerunt.

Quin etiam cœli moles immensa, peribunt
Omnia namq; simul destruet ignis edax.
Cum veluti vestes fuerint elementa vetusta;
Putida cum caries læserit atque polos.
Tu mutabis eos veluti tentoria trita,
Vel cortinarum ceu veterata saga.
Et mutabuntur, tu verò semper es idem,
Æternus Dominus semper es ipse Deus.
Idem qui fueras ante omnia sęcula; rerum
Conditor, idem opifex, rector & ipse Deus.
Tu veterascentis nostri reparator, & æui.
Omnia tu renouas, nec renouandus eris.
Æuum semper idem, atque eadem tibi degitur ætas,
Ijdem anni, numquàm deficientq; tibi.
Quando erit, vt natis seruorum habitare tuorum
Fas ibi sit? nobis hoc aliquando dabis.
Perpetuum in seclum nos dirige semen eorum,
Sunt vbi uertibili iam sine sole dies.

¶Peribunt. Hinc uates. Erraui sicut ouis quæ periit. Et Esaias nos omnes,sicut oues erranim⁹, unusquisque abiit in uiam suam,& alibi psaltes. (Matt. 26. Esa. 53.) Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: nō est usq; ad unum, & Aposto. omnes peccauerunt, & indigent gloria Dei. (Rom. 3.) ¶Ignis edax. Spiritussancti, de quo Dominus in Euang. Ignem ueni mittere in terram: & quid uolo, nisi ut ardeat? (Luc. 12.) hoc igne omnium peccatorum nostrorum rubigo, tametsi tenacissima consumitur. ¶Veluti uestes. Vide Apost. Exuite (inquit) ueterem hominem, & induite nouum, qui secundum Deum creatus est, hæc fiunt in baptismo, & in uitæ emendatione, morumq; mutatione. (Col. 3.) Vnde Augustinus. Emendate uitam,& mutate mores, si uerè estis pœnitentes.

B

¶Caries. Vermis peccati, qui præcipuè uocatur inanis gloria, quæ nascitur in bonis operibus,& laude dignis. ¶Polos. Præcipuas summorum prælatorum uirtutes. ¶Mutabis eos. Hæc mutatio maximè apparauit in discipulis Domini effuso super eos igne spiritussancti in die Pentecostes. Tunc enim uisi sunt omnino renouati, & quodammodo facti sunt cœli noui. de quibus scriptum est. Verbo Domini cœli firmati sunt. Item cœli enarrant gloriam Dei. Cortinarum. Quibus olim opertum fuerat tabernaculum Domini, quod etiam fuit typus ecclesiæ,ut docet Apostol. ¶Saga. Illa. xj. cilicina, per quæ significabantur transgressiones legis: hæc & si mysticè fuerimus interpretati, non tamen ob talem interpretationem sensum extenuamus literalem,quin,& asserimus amplectendum ab his,quorum mentes adhuc lacte,& non solido aluntur cibo,est enim vaticinium apertissimum, & uerissimum secundi aduentus Domini, qui uenturus est iudicare sæculum per ignē de quo,& Petrus in epistola, & Ioannes in Apocalypsi latè disputant,& quia iuxta hunc sensum plana erat litera, nec ullius expositionis indiga, ideò mysterium exquisiuimus, in quo laboraremus. (2. Pet. 3. Apo. 22.) Rector est contra mathematicos,qui stellarum influxibus nos regi opinantur, contra quos Augustinus, & Gregorius in homelijs Epiphaniæ disputant,eundem asserentes rectorem humanæ creaturæ,& conditorem Deum. ¶Nos semen eorum. Appositio est. i. progeniem spiritualem eorum cœlorum, hoc est doctorum, de quibus suprà. ¶Sine sole. Hoc materiali: sed ibi est sol iustitię Christus Deus noster, cui cum patre, & spiritusancto honor,& gloria, in sęcula sęculorum. Amē.

C

SPiritus illustris. &c. In hoc psalmo unusquisque uatis exemplo exhortatur animam ad benedicendum Domino pro multis beneficiis ab eius bonitate receptis, ne ingrati notam subeamus. Et quia satis prolixi fuimus in carmine spiritu Domini sic volente pro vtilitate nostri alumni, per quo præcipuè decantatū est. sic tamen, vt etiam omnibus conueniat: iccircò erimus in expositione breuiores. Superior itaque pars animæ, quæ mens dicitur, alloquitur spiritum suum dicens. ¶Spiritus illustris factoris imagine summi. Tametsi uideamur hic ludere per tautologiam, hoc est sępè uariatis verbis idem dicere. hic tamen lusus secretam habet, & optimam rationem, ponuntur enim complures animæ dotes excellētissimè quibus singulis inuitamur ad laudandum Deum, prima est quòd facta sit ad imaginem Dei, quò ad essentiam & triplices personas unam sicut enim pater,& filius,& spiritus sanctus, tres sunt quidem personæ, una uerò tantū essentia, seu natura: sic & anima humana pro modulo suo trinitatem hanc,& unitatem refert memoria siquidem patri: intellectus filio,& uoluntas spiritui sancto comparatur. ¶Superæ bonitatis ad instar. Hæc est secunda, quòd ad similitudine

ODE CII. EX PSALMO CII.

Benedic. pr. pro. D. P. M.

SPiritus illustris factoris imagine summi
Expromptus, Domino concinat inde suo.
Spiritus exculptus superæ bonitatis ad instar,
Hinc studeat Dominum magnificare suum.

Vitaq; viua Deo, rationis honore refulgens,
Extollat Dominum laudibus inde suum.
Viuificans anima, intellectus munere magno
Prædita, dic Domino carmina digna tuo.
Tu meaq; imprimis anima insignita decore
Aetherei Regis, tu benedic Domino.
Nomini & illius benedicant intima cordis,
Virtutes, vires, viscera, & ossa mea.

litudinem Dei sit facta. Quæ ad bonitatem morum refertur iuxta illa euangelica iussa. Estote perfecti; sicut & pater vester perfectus est. Item estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. & rursus. Diligite inimicos vestros &c. usque ibi. Vt sitis filij patris vestri, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores. & alibi. Sancti estote, quia ego Sanctus sum, dicit Dominus. ¶ Rationis honoris refulgens. Tertia causa Laudandi Deum, quia ratione anima dotata est, qua differt ab anima bruti animalis. ¶ Viuificans anima. Corpus humanum, s. quod viuit ex anima. Moritur autē ea discedente; vt dicetur infra. ¶ Intellectus munere magno. Quo peruenimus in cognitionem creaturarum, & Dei. Et hæc est quarta causa laudandi Deum, quam dotem amissam hic psaltes alibi deplorat. Dicens. Homo cum in honore esset, non intellexit comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et alibi. Nolite inquit, fieri sicut equus, & mulus in quibus non est intellectus. ¶ In primis seipsum vates inuitat ad exemplum cæterorum. ¶ Insignita decore Etherei regis. Nominis Christiani, & adoptionis filiorum Dei. Vt sit ipse Christus Rex æthereus primogenitus in multis fratribus. Et est supra causa. ¶ Nomini & illius. Dominus est nomen illi. Item Deus. Item qui est. Et rursus, Tetragramaton. Et Adonay. Quod neque patribus ante Moysen indicatum est. Quibus exceptis etiam de Domini nostri Iesu Christi nomine possumus intelligere, Dicente apostolo. Quapropter dedit illi Deus nomen, quod est super omne nomen. Vt in nom. D.N.Y.Ch. omne gen. cœlest. terrest. & infer. Item alibi. Nec enim est aliud nomen sub cœlo datum: in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine D.N.Y.Christi. ¶ Intima cordis. Cogitationes sunt, & affectus. ¶ Virtutes animæ. Vires corporis, & viscera misericordiæ, & ossa roboris, & constantiæ. Hæc omnia si bona, & ad bonum sunt, à Deo sunt. Et iccircò illi benedicere tenentur. ¶ Tu mea, Anima. Hæc repetitio crebra eiusdem sententiæ, affectus amoris immensi est expressiua. Benemeritus de te. Propter infinita beneficia & præcipuè creationis, protectionis, custodiæ, & alimentorum. ¶ Notam. Maculam. ¶ Quæ tibi retribuit. Subaudi, noli obliuisci. ¶ Vt regem. Cuius propria sunt clementia, & larga munificentia. ¶ Patrem. Cuius propriæ sunt eruditio, & alimenta ministrare & amor inextimabilis. ¶ Mille. Numerus finitus pro infinito. Seipsum in persona totius generis humani alloquitur. ¶ Olim, Creationis temporum. Quando ad imaginem, & similitudinem suam factum tulit hominem in paradisum delitiarum, ac præposuit cunctis, quæ pro illo fecerat. ¶ Quot mala, Responde omnia. Nam offendens in vno peccato efficitur omnium reus: & præcipuè propter ingratitudinem tam multorum, atque immensorum beneficiorum, quæ à Deo receperat. ¶ Agebas. Ruendo de peccato in peccatum. Nam vt ait Gregorius, Tanti ponderis, & maliciæ est peccatum, vt nisi quàm primū remedio pœnitentiæ fuerit ab hominis dorso sublatum, mox ad alia grauiora perpetranda peccatorem miserum impellat, deinde in profundum malorum per contemptum præcipitet. ¶ Quot bona, Redemptionis tempore. Quando filium suum misit, vt seruos sanguine proprio redimeret ex inferno, & per adoptionem faceret eos filios Dei, & hæredes regni Cœlorum, Christi quoque cohæredes, & participes regni. ¶ Si potes. Impossibile quippe est vnicuique Dei beneficia in se referre collata. ¶ Blasphemo. Qui Deo attribuit ea mala, quæ sua sponte patrauit; bona verò, quæ ex Dei gratia fecit, sibi ipsi per inanem iactantiam ascribit. ¶ Peccatori. In seipsum: cui enim bonus erit qui sibi ipsi malus est, dum per peccatum occidit animam suam, corporis vitam extenuat, & facultates mulctæ debitæ exponit. ¶ Impio, In Deū quem offendit. ¶ Iniquo, In proximum, cui damnum in corpore, vel honore, aut in facultatibus infert, & ꝙ graue est in anima, quam interdum malo suo verbo, aut facto interficit.

Tu mea, tu Domino benedic ex pectore toto
O' Anima insignis nobilitate Dei.
Quàm bene sit meritus de te, obliuiscier vmquàm
Noli hanc ingrati ne patiare notam.
Quæ tibi retribuit, quàm sis expertus & illum
Vt Regem officijs, vt pietate patrem.
Nam pro mille bonis, tibi quæ pater optimus olim
Impartitus erat, quot mala reddideras?
At pro mille malis, quæ tu malè gratus agebas,
Si potes enumera, quot bona retribuit?
Quid tibi blasphemo, peccatori, impio, iniquo,
Quid debebatur? quid nisi supplicium?
At culpas omnes Dominus tibi sponte remisit,
Propitius: veniam ceu pater inde dedit.
Cumq; ex vulneribus latronum incautus agendo
Langueres medica vulnera fouit ope.

¶ Sponte. Per mortem Filij, cui non pepercit: sed propter nos tradidit illum in mortem, mortem autem Crucis. Et hoc quia misericors, & miserator est Dominus. Nec enim vult mortem peccatoris: sed magis vt conuertatur, & viuat. ¶ Incautus. Pro incautè agendo. Nomen pro aduerbio. ¶ Vulnera fo. op. Hic per transitum tangitur parabola euangelica descendentis ab Hierusalem in Hierico, qui cum incidisset in latrones, spoliatus, & vulneratus est Semiuiuus relictus. Porrò hanc fuisse figuram generis humani à Dæmonibus malè habiti, & à Christo Suscepti, atque sanati testantur doctores, & præcipuè Ambr. in comentis super Luc. & suprà nos etiam diffusius exposuimus. ¶ Robur. Hoc fit in Sacramento confirmationis, quando Chrismate baptizati inunguntur. Sicut in actis apostoli legimus actitatum esse per infusionem Spiritus sancti, quo dabatur fortitudo animi, & constantia apertè Christum confitendi, & prædicandi. ¶ Aeterno interitu. Adortis animæ, quæ est gehenna, homini debita propter transgressionem primorum parentum, & vnde nos omnes originale peccatum contraximus, quo filij iuræ nascimur; & maledictionis æternæ. ¶ Ereptum. Per passionem Christi medio Baptismi sacramento. ¶ Carcere perpetuo. Infernali scilicet. Vnde nulli vmquam patuisset egressus, nisi à. D. N. I. Ch. redempti fuissemus. ¶ Muscipula iniqua. I. laqueo diaboli, in quem etiam post baptismum sæpè à voluptatibus allecti incidimus, sicuti mures tracti ab esca. ¶ Ingratæ. Gratiæ in baptismo donatæ. ¶ Præcip. er. Precedium in peccatum.

Marginalia: Matth. 5. Luc. 6. Luc. 19. Phil. 2. Act. 4. D Luc. 10. E

Quo deteriores efficimur. Iuxta illud Euangelium. Cum immundus Spiritus exierit ab homine. & reliqua. vsq; ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. ¶ Speculator. Dicitur episcopus. Hine Petrus dixit, A

Neue remansisses ex hoc languore diurno
Debilis; infirmo robur & ipse dedit.
Aeterno interitu potius reminiscier olim
Te decet ereptum, & carcere perpetuo.
Muscipula ah quoties ingrate exceptus iniqua
Inferni in foueam præcipitandus eras?
Ni tibi præcelsa veluti Speculator ab arce
Accurrens vincto sponte tulisset opem.
Quis tibi currenti recta, metamq; petenti
Suggessit vires? te pupugit stimulis?

nos de uana nostra conuersatione, ad episcopũ & pastorem animarum nostrarum esse conuersos. Qui Christus est. Quare & Samaritanus noluit appellari, qui custos interpretatur. Ad quẽ propheta, custos, inquit, qui de nocte? ¶ Vincto. Laqueo peccatorum inuoluto. Nam vt ait Sapiens, vnusquisq; Funiculis peccatorum suorum constringitur. Et hic psaltes. Funes peccatorum circumplexi sunt me. ¶ Sponte. Quia non nisi præueniente gratia à lapsu surgere possumus. ¶ Recta. S. virtutis via, quæ est obseruatio mandatorum Dei. ¶ Metam. Regnum cœlorum; cuius potissima pars est diuina fruitio. ¶ Suggessit vires. Quia à nobis nihil possumus. Sed sufficientia nostra ex Deo est. Et Paulus cum de se dixisset. Ego plus omnibus laboraui. Statim subiunxit. Non autem, sed gratia Dei mecum. Mercedis æternę. ¶ Brauium licenter mediam corripui. ¶ Quis sue coronam. Quæ martyribus, Virginibus, & Doctoribus præcipua datur. Vltra illam gloriam que communis est omnibus, eo ꝙ vicerint, Diabolum, mundum, & carnem. De qua diuus Gregorius ait. Sed ad magna præmia perueniri non potest, nisi per magnos labores. Nec coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Delectet igitur mentem magnitudo præmiorum, sed non deterreat certamen Laborum. ¶ Fungitur officijs. Responde. vtique. Nam ipse dixit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, & vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. & alibi. Venite benedicti patris mei, possidete regnum, quod uobis paratum est à constitutione mundi. Et rursus. Tunc fulgebunt iusti, sicut Sol in conspectu Dei. ¶ Desiderium honestum, Hoc varium est, ac multiplex, pro varietate mentium humanarum. Nam aliqui Sapientiam exoptant, alij paupertatem amant, alij continentiam exosculantur, alij diuitias, ut in pauperes ualeant esse benefici, appetunt; nonnulli præesse, vt prosint, exoptant. Alij martyrium efflagitant, alij quietem amant. Talia desideria in bonis Deus exaudit. Quando nouit eos gratia sua benè vsuros. ¶ Salutiferas. Noxias enim quandoque appetimus, quas profuturas nos stulti sperabamus. Sicut Filij Zebedæi. Sedere ad dextram Christi, & ad sinistram: sed ipse nobis prospicie non nisi salubres concedit. ¶ Summe bonitatis. Hæc est Charitas, quæ Deus est. ¶ Ex-

Matt.12.
1.Pet.2.
Eccl.25.
Pro.5.
1.Co.15.
Ioan.12.
Mach.35
Marc.13

B

Quis brauium ostendit? preciosam quis uè coronam
Prætendit dextra? qua decorandus eras?
Nonne pius Dominus, clemens, miserator, abundè
Omnibus his tecum fungitur officijs?
Quis desiderium (dic quæso) repleuit honestum?
Noxia cum fugiens, optima quæq; petis.
Quis nisi munificus rerum largitor earum?
Quas nouit nobis esse salutiferas?
Quis desiderium summæ bonitatis amandæ
Omnino explebit? Ni bonus ipse Deus?
Militiæ emeritæ vestes cum effœta senectus
Exuerit veteres, indueritq; nouas.

plebit. Non modò in præsenti vita; Sed tunc satiabor, cum apparuerit gloria tua, inquit psaltes. ¶ Bonus ipse Deus, per essentiam. Vnde in Euangelio legimus. Nemo bonus, nisi Deus est enim. Fons totius bonitatis; Quam creaturis pro libito suæ voluntatis communicat. ¶ Militiæ emeritæ. Translatio sumpta à Romana militia, in qua, qui vsq; ad statutum tempus deseruiuissent, remissionem accipiebant, & vnde viuerent reliquum temporis, & hoc apertè quidem. Nam vita Christiana continua militia est. ¶ Veteres. Hoc fit per mortem, per quam animæ exuunt corpora, quibus vestitæ fuerant. Indueritq; nouas. Duplicem .s. stolam gloriæ. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. & hoc complebitur in die iudicii, & vniuersalis resurrectionis. ¶ Aquilæ. Quæ vt ait Augustinus, vbi propter nimiam ætatis grauedinem senserit se viribus destitui: eo quia rostro nimis adunco, & unguibus pedum nimis, uncatis, prohibeatur prædam captam retinere, vel si retinuerit edere toties percutit petram rostro, & unguibus, donec nimiam abiecerit Longitudinem. Tunc enim capta aliqua uel leui præda. Paulatim reficitur, donec uires pristinas exceperit, & hoc pacto renouata quodammodo reiuuenescit. Sic homines deposita uetustate per Christum, qui petra dicitur, in resurrectione renouabuntur. ¶ Preciosa petra. De qua Petrus in epistola. Ecce inquit, ponam in Sion lapidem præciosum, & angularem electum: & erit omnis, qui crediderit in illum, non confundetur. ¶ Artificium cœlo. i. Scalpello. methaphoricos. idest Iudæorum clauis, atque flagellis, quibus usq; ad mortem tusus, atque retusus est. De his. n. scriptum erat per nostrum psaltem. Lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. ut supra duos in se uno coniungeret parietes. Hoc est duos populos in unam conglutinaret ecclesiam. Iudæos. s. & Gentiles. ¶ Interea, Toto tempore presentis uitę, in qua sicut Christum oportuit pati. & ita intrare in regnum suum. Sic & nos oportet (ut ait Apostolus) per multas tribulationes intrare in regnum Dei. Vnde necesse est & nos uti Petrę, si uolumus superædificari in domos Spirituales; ut cœlo artificum tundamur, atque retundamur. ¶ Rugas, Corporis huius, quo anima sicuti ueste induitur. ¶ Vellicet, Molestias ingerendo. ¶ Iudicium. De illis malis executoribus fidelium. Qui & si per suas infestationes profectui nostro deseruiant. Quia tamen malo nos excarnificant animo debitas suæ nequitiæ pœnas luent. Sicut & Iudæi crucifixores Domini, & discipulorum acerrimi persecutores, Qui per Titum, ac Ves. Ro. Imp. extremum passi sunt exitium. ¶ Grauis aura. i. Persecutionis atrocitas. Per metaphoram, nauigantium, qui à uentorum procellis sæpe concutiuntur. ¶ Probrosam pauperiem. Quæ vulgò pro contumelia objicitur. Et reddit homines opprobriis obnoxios.

Matt.10.
Luc.18.
1.Cor.15
D
1.Pet.2.
Luc.24.
Act.14.
Ioseph: de bell. iud.

Cum tua more Aquilæ fuerit renouata senectus,
Flexilæ cui nostrum petra retusa secat.

D noxior. ¶ Iniuriut. Qui facit iniuriam, & iniusse aliqua reperta calumnia miseros suit facultatibus exuit, & pauperes probrosos facit.
Luc. 21. ¶ Suffer: Patientia (inquit, Dominut) uobis opus est. ¶ Nam Deus Vltor erit. Meritis cum pœnit afficiendo præsentibus aut futuris. Vt
Act. 7. Saulum persecutorem, de quo dixit, ostendam illi quanta oporteat eum pati. Et inter supplicia, qui semel Stephanum lapidauerat, ter ipsa lapidatus est. Et qoi alios in carcerem detruserat, sæpius & longo tempore vinctus incarceribus ast detentus. Herodem autem, Anthiochum, & alios Tyrannos præsenti, atque æterna pœna affecit. ¶ Subiectis. Illuminibus sesa

Sic homines olim duro preciosa nouabit
Artificium Cœlo sæpè retusa petra.
Attamen interea si rugas vellicet vllus:
Iudicium Iudex sæuus, & vltor agit.
Quàm pius in miseros Dominus? miseratio quanta
Manat ad oppressos, quos grauis aura quatit.
Cum tibi probrosam quiuis iniurius egit,
Pauperiem; suffer, nam Deus vltor erit.
Præbet enim veniam subiectis: probraq; passis
Iudicium iudex omnibus ipse facit.

Iob. 2. patri etiam per flagella corrigenti sponte subijcientibus, atque dicentibos. Si bona de manu Domini suscepimus, mala etiam quare non sustineamus. ¶ Plærisque. Rudibus, infirmis, & incapacibus adhuc, & multò magis durit, atque in malo pertinacibus. ¶ Vias. Da quibus infra. ¶ Legifero Duci: Moysi. ¶ Qui mente tuentur. Hæc est interpratatio nominis. Israelis.s. vir videns Deum. None qoidem oculis fidei. Et eleuatus penna contemplationis. ¶ Notificauit eas. Vias, quibus in cœlum conscendant. Sunt autem. hæ. vniuersæ viæ Domini. Misericordia, & veritas. Confessionis peccatorum veritas. & misericordia veniæ seu remissionis. Verùm quia venia non nisi correcto, & pœnitenti dari potest. Populus autem Iudæorum duræ ceruicis erat, & cum se iustum existi-
E maret, nonquàm sese corrigebat, nec peccatore se confitebatur. Quamobrem neque veniam aut remissionem per misericordiam consequebatur. Iccircò Data est eis Lex scripta, per cuius transgressionem cognoscerent sua peccata, & cognitta confiterentur. Vt sic ad misericordiam per redemptorem, & mediatorem Christum licet venturum sperarent sese posse peruenire.

Occultas pleris que vias, quibus æthera scandant,
Legifero notas fecit ab aure duci.
Israelitis etiam, qui mente tuentur
Sincera Dominum, notificauit eas.
Namque homines olim tumido sese ore fateri
Criminis esse reos erubuere diu.
Vnde superueniens latè transgressio legis
Multiplicat culpas, prægrauat atque scelus.
Vix crescente malo se tandem senserat ægram
Temporis illius ferrea progenies.
Vnde sub excelsis iamdudum quinque iacebat
Porticibus pandens vulnera cuncta palàm.
Expectabat aquas turbari fortè salubres
Descensu angelico languida turba gemens.

Quod & factum est. Hæ sunt viæ olim multis occultę, Moysi, & prophetis, alijsq; Deum timentibus, & acie ingenij pollentibus indicatæ. Nunc autem ferè omnibus manifestè. Ex his patet sententia in subsequentibus alioquin
Act. 3. obscura. ¶ Erubuare diu, Iusti volentes videri. ¶ Multiplicat culpas. Addita præuaricatione, & scientia, primæ culpæ: aut excusabilis erat, aut saltem leuior efficiebatur. Iuxta illud apostoli. Iccircò veniam merui, quia ignorans feci. & beatos Petrus. Scio (inquit) fratres quia ignorantiam fecistis sicut & patres vestri, & reliqua, vsque ibi. Pœniteat vos igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. ¶ Quinque porticibus. Quibus my-
Ioan. 5. sticè, significat lex Moysi in quinque libris exposita. Tāgitur autem hic Spiritualis intallectus eius historiæ, quā refert Ioannes de probatica Piscina, quæ cognominabatur hebraicè Bethsaida quinque porticus habens, in quibus iacebat multitudo Languentium expectantium aquæ motum per angelum Domini descendentem in Piscinam, qoia primus post aquæ motionem in Piscinam dascendens sanabatur à quacunque detinebatur infirmitata. ¶ Aquas turbari. Descensu Angelico: populos Iudæorum turbatos contra Christum magni testamenti Angelum: dicebant enim qoidam, quia bonus est: alij non. Sed seducit turbas. Hæc autem magna aquæ commotio præcipuè facta fuit in eius passione clamantibus populis crucifige, crucifige. ¶ Fortè. Non ex proposito Iudæorum, qui per inuidiam dederunt eum neci. ¶ Salubres. Els ipsis etiam crucifixoribut, quos postmodum
F sceleris tanti pœnituit, & aqua misericordiæ, quam turbauarant, baptizati sunt: Sanguinemq;, quem effuderant, biberunt. ¶ Languida turba. Ex veteribus peccatis. ¶ Gemens. Ex nouo, & grauissimo, quod addiderant, peccato. ¶ Primus enim, Ad literam hoc intellige, vel Petrum significat caput Ecclesiæ futurum post Christum. ¶ Bethsaide Hebraicum nomen est: Latinè. pecuariæ.i.in qua lauabantor pecudes viciniorum pastorum Primo, deinde carnes immolandæ. Per hanc significatur illud ouile, de quo Dominus in Euangelio. Qui non intrat per ostium in ouile ouium. & iterum. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: illas oportet adducere. Et fiet vnum ouile, & vnus pastor. ¶ Vnus. In signum vnitatis Ecclesiæ .i. membrorum, & capitis, quæ faciunt vnum corpus. Da quo dictum est. Vna est columba mea, vna est formosa mea, vna est enim omnium fidelium mater Ecclesia, extra quam nullus omnino Saluatur. ¶ Inde Pij. Sicut modò in sacramento baptismi. In quo præcipua est animarum cura non corporum. Licet interdum & corpora fuerint curata. Sicut constantini Cæsaris à Lepra. ¶ Magni La-

Primus enim quisquis mota se tinxerat vnda
Bethsaidæ; exibat protinus incolumis.
Vnus at, è, multis tantummodò sanus abibat
Corpore; non animi cura erat inde pij.
Quod typus illa forent, magniq; figura lauacri,
Plena modò est animis omnibus vnde salus.
Vnde salus cunctis, vitæ quos pœnitet actæ,
Vulnera nec mentis nunc aperire pudet.
Hæc fuerant obscura prius; nunc clara patescunt.
Has notas Mosi fecerat ille vias.
Quin etiam veris Deus hæc patefecerat olim
Israelitis consilia alta sua.

necl.

Quàm dulcis pater, & longum miserator in euum,
Et quàm clementi pectore, corde pio.
Est quoque longanimis, patiens, miseransq; laborū
Tantorum; miseris compatiturq; diu.

uacri. De quo Dominus. Nisi quis ren. fuer. ex Aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in reg. Dei. & iterum. Euntes bapt. om. gen. in no. patris, & filij, & spi. sancti. Amen. ¶ Vitæ actæ. Malæ. s. ne- mo. o. uitam nouam bene potest iochoare. Nisi prius eum veteris pœnituerit. ¶ Aperire. i. Pro- D

pria confiteri peccata non verecundatur sacerdoti. vt conuersi ex Iudæis confitebantur apostolis. ¶ Priusquàm (adimplerent) in passiooe Christi. Qui venit non soluere legem, sed adimplere. ¶ Veris Israelitis. Qualis exti- Ioan. 1.
terat Nathanael, de quo Dominus. Ecce (inquit) verè Israelita, in quo dolus non est. Nam sicuti non omnes filij Abrabæ secundum carnem, sed qui fidem Abraeæ imitaootur, Si verè filij Abraæ, & in semine promisso depora- buntur: Sic & veri israelitæ, in quibus dolus non est, vias Domini occultas intelligunt. Quia conclosit omnia sub peccato: vt omnium misereatur. ¶ Consilia alta. Profunda, & inuestigabilia, & nisi his, quibus uoluerit ip- se reuelare, omnibus occulta. ¶ Longum in æuum. Quia à sæculo vsque in sæculum. Ab initio mundi vsque Eccl. 17.
ad finem, à principio vitæ vsque ad mortem, vt pater in latrone. Cui dictum est. Mecum hodie eris in paradiso. Sed nimis periculosa est taoi sera pœnitentia; iccircò monemur à sapiente, vt dum viuimus, & sani sumus, pœ- nitentiam agamus. ¶ Longanimis. Diutius peccatores ad pęnitentiam expectando, quàm nobis æqoum videa- tur. Qui interdum scelera nostra anteacta obliti vellemus alios peccatores, mox vt deliquerūt feriri ab vltore Deo. Quæ res si in nobis ipsis ante acta fuisset, iamdudum noo viueremus. ¶ Patiens, Vt medicus diutinos langores curare non cessat, nec abhorret & si non ita citò, vt cuperet, saneotur. Ita & Dominos patienter animæ languen- ti medicamenta non cessat apponere. & si in longum morbus extendatur. ¶ Compatitur. Et quia fragiles sumus, vtpote terreni, vt infra dicit. Et quia alieno etiam laboramus vitio exhæreditario semine infecto parentum de- scendente. ¶ Terq; quaterq; i. Septies. Quo numero vniuersitas sigoificatur. ¶ Et quoties verè, Noo fictè. Quia

Nec semel, aut iterum miseret, sed terq;, quaterq;;
Et quoties verè pœnitet esse reos.
Vitandum tamen est, ne dura mente benignum,
Quis modò contemnat; censor & asper erit,
Vitandum; veniæ sperata remissio culpæ
Addere ne faciat crimina criminibus.
Nam maledictus homo, cui spes temeraria culpæ
Est fomes; flammæ suggerit atque faces.
Nam licet altitonans sua fulgura concitus ira
Multiplicet, tonitru terreat & populos.
Dira tamen semper non iaculatut ab alto
Fulmina, nec semper grandine sternit agros.

Spiritus disciplinæ sanctus per quem datur re- missio peccatorum, effugiet fictum. Porrò tan- gitur hic per transitum, quod habetur io Euan- gelio. Quoties (inquit Petrus,) peccauerit in Matt. 15
me frater meus, & dimittam ei? Vsque Septies? Noo dico tibi (ait Dñs) vsq; Septies: sed vsq; sep- tuagies Septies. Quod intelligitur secondum Augustinum toties, qooties. i. semper. Quam rem optimè seruamus io assiduis, & precipuè annalibus confessionibus populi. Qui quotam- nis agit peccatorum pœnitentiam, & semper E
absoluitur. & si quispiam crebrius confitetur vt religiosi semper illis remissio denuntiatur, & fit absolutio. ¶ Vitandum tamen est. Optima caotella. ¶ Dura meote. Obstinata ceruice in peccatis perseuerando sub spe demum in fine vi- tæ pœnitendi, quæ temeraria est. Quia vt docet Augustinus, nemini dedit Deus spatium pec-

candi nec vnius horæ certitudinem. Et si promiserit, qui in quacumque hora ingemuerit peccator, se dimissu- rum illi. Quamobrem vt plurimuoi tales immatura, atque insperata morte rapiuntur ad inferos. & meritò quia longa Dei patientia fuerunt abusi quoties ergo cumqoe propter fragilitatē carnis nostræ labimur, toties & absq; mora per pęnitentiam veram resurgaotus, & misericordiam consequamur. ¶ Maledictus homo. Qui peccat io spe, dicit propheta. Quod qualiter intelligendum sit, habes hic in textu. ¶ Spes temeraria. Quæ præsumptio di- citur, tantum noxia, quantum & desperatio. Immo magis quia plures fallit. ¶ Suggerit. Sumministrat. ¶ Excan-

Humano generi licet excandescere visus
Cum Spinas, tribulos porgere iussit humum.
Exilium, duros & cum sudore labores,
Aerumnas, morbos, & mala molta nimis.
Terribilemq; licet mortem præfixerit ardens:
Inq; suam vt redeat putre Cadauer humum
Non tamen æterna Deus excandescet in ira
Perpetuæ nec erant eius ab ore minę.
Quin etiam duris cum pectora nostra flagellis
Discutit vt censor; non sinit esse pater.
Sed neque nos iuxta culparum pondus iniquum
Exagitat; pœnæ diminuitq; modum.
Sed neque retribuit nobis ex more tributi;
Pœnaque nec meriti nos talionis habet.
Nam bona cum nobis diues prior ille dedisset,
Multa'e diuerso, nos mala reddidimus.
Sed neque retribuit nobis mala; quin bona rursus
His pro demeritis contulit ipse pius.

descere, Vehementer, & supra modum irasci, more humano hæc dicta intelligendo, vt sæpius est expositum, nec enim verè irascitur Deus: qui cum omni tranquillitate iudicat. ¶ Iussit humum. Hæc maledictio sumpta est ex genesi. vbi dicitur. Maledicta terra in opere tuo. In Gen. 3.
laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ suę. Spinas, & Tribulos germinabit tibi: &c. ¶ Porgere. Pro porrigere, syncopa est. ¶ Exi- F
lium. Quia eiecit eum à Paradiso voluptatis in haoc mundi huius misetiæ vallem. ¶ Ardens. Ni- mis iratus vt nobis videtur. ¶ Præfixerit. Statutū Hebr. 9.
siquidem est (vt ait Apostolus) omnibus homi- nibus semel mori. ¶ Aeteroa ira. Hoc est ge- hennæ inferni, quæ in æternum duratura est, & ob id ira vocatur æterna. ¶ Minæ. De quibus suprà. Quia non oisi ad diem iudicij proferen- tur, tunc. n. in electis cessabūt: cum mortale hoc induerit immortalitatē; & corruptibile incorru- 1. Cor. 15
ptionem. ¶ Flagellis. Quibus erudimur in præsen ti vita. ¶ Censor. Vt morum corrector. ¶ Sinit. Pro desinit, apheresis est. ¶ Pondus iniquum. Aut graue. Vel resolue in substantiuum. i. ini- quitatis grauedinem iniquitas. u. (vt ait alius)

Zach. 2. propheta talentum plumbi. est. ¶ Modum. i.
D Mensuram semper enim Dominus nos mitius punit, quàm mereamur. Animaduertit quid possimus sustinere, alioquin citissime nos occideret. ¶ Retribuit. Nobis ex more tributi.s.humani. Qui mos est, vt vel æqualia reddamus; si maiora & grauiora non possumus, his quæ nobis ante tributa sunt, siue bona ea fuerint, siue mala. ¶ Talionis .i. Similitudinis supplicij. Vt qui gladio ferit: gladio peribit. Et qui effuderit humanum sanguinem, effundatur & eius. De
Matth. 5. hac lege talionis loquebatur Dominus, quando dicebat. Audistis, quia dictum est, antiquis. Oculum pro oculo, dentem pro dente, ego autem dico vobis non resistere malo &cæt. ¶ Diues. Omnium rerum, &
1. Thi. 2. in omnes qui inuocant illum. Vt ait Apostolus. ¶ Mala. Peccata, & iniquitates, quæ verè mala sunt. Pœnæ autem & flagella, quibus erudimur, mala non sunt; quinimmò bona. ¶ Mala.s. Pęnæ de quibus modo dixi. Nam mala culpæ à Deo non sunt. Qui inculpabilis est. Neque delinquere potest, cum sit summa bonitas, & perpetua iustitiæ regula. ¶ Bona Rursus. Vnde in Euangelio dicitur. Qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Et pluit super iustos, & iniustos. Interdum & bona reddit gratiæ & virtutum. Sicut Saulo, & multis ex Iudæis crucifixoribus, quos ad fidem suam plenè conuertit. ¶ Nam pulcherrima comparatio. Qua ostenditur superiores munificos in inferiores, & si ingratos, semper esse debere. ¶ Picea facie, Nigra ac obscura. Nam omne nigrum obscurum est. ¶ Tetrum.s. Cęlum, quando nebulosum est. ¶ Minatur. i. Minari videtur. ¶ Soluit in pluuiam primo. Deinde in serenitatem. ¶ Et densa relaxat. Nubila.s. quæ nihil aliud sunt. Quàm aer condensatus. ¶ Frugiferas. Quas irrigando facit esse frugiferas. ¶ Expansis; Bene dilatatis. ¶ Complectens omnia. Et à nemine ipse complexus est. ¶ Palmis
E Manuum .s. Quæ clementia & misericordia vocantur. ¶ Flagris aspris. Pro asperis, i. duris verberibus. ¶ Fuste ferrato. Claua militari. Translatio sumpta à principio gentium. Qui manu militari rebelles domant, quos uexatione tributorum non possunt emendare. ¶ Ardens. Ira, vt videtur hominibus. ¶ Inexorabile. Quia non ita celeriter amouet illatas plagas, & flagella, vt vellemus nos. Sed in castigatione perseuerat. ¶ Picea nube, Obscuritate cuiusdam horroris. ¶ Lumina. Solitæ pietatis oculos. ¶ Aeternos ignes. Gehennæ inferni. ¶ Visuros nunquam. Hæc est futura omnium pœnarum grauissima teste Ambrosio. ¶ Superætherea aqua. Spiritus
Ezec. 36. Sancti gratia. De qua dictum est. Effundam super vos aquam mundam: Et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. ¶ Lumine. Intellectus, & nouæ gratiæ. Nec mirum si diuina gratia, interdum aqua, & interdum lumen appelletur ab effectibus varijs, quos in hominum mentes operatur. Nam ex quo lauat, ac emundat animarum maculas ab iniquitate contractas, aquæ nomen assumpsit. Ex quo autem tenebras ignorantiæ, infidelitatis, ac viciorum expellit, atque illustrat. Lumen appellatur. Vnde propheta. Asperges (inquit) me Domine issopo, & mundabor: lauabis me: & super niuem dealbabor. Et
F alibi. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. ¶ Nubila corda. Obscuritate, & caligine quadam desperationis ex nimio mœrore contracta. ¶ Lætificat. Infusa consolationis serenitate. ¶ Frugiferas. Sanctarum meditationum, & sanorum propositorum operum bonorum. Quæ aliàs non fierent, aut facta; bona nec essent, vtpote intentione mentis bonæ carentia. ¶ Cunctos. Bonos, & malos: fideles, & infideles. Nam passim cunctis in vniuersum multa beneficia largitur. Vt Solis Lunæ, cæterorumq; syderum obsequia. Pluuiæ & frugum terræ abundantiam, animantium seruitia, volucrum, & Piscium copiam ad escam. Et hæc pro victu corporis. pro anima, intellectum, rationem; ad varias artes prompta ingenia, & imaginem quandam ciuilium ac moralium virtutum. ¶ Imbre vberiore, maioribus, & pluribus donis Spiritualibus, & gratijs cęlestibus. Verisq; virtutibus, & præcipuè Theologicis, fide, videlicet. Spe, & Charitate virtutum excellentissima, & gratiarum potissima. Vide apostolum ad Cor. de his donis fidelibus infusis & gratijs, virtutibusq; distributis secundum beneplacitum Spiritus sancti. ¶ Robore. Fortitudinis animi. Quo valeant inter aduersa tribulationum pondera sustinere. Sicut orantibus discipulis Domini factum esse legimus in libro. Actus apostolo. ¶ Misertus eorum. Terrenæ fragilitatis. ¶ Adamante idest. Columna adamantina, quæ durissima. Et semel super basibus stabilita firmissima esse dicitur. ¶ Præteriti Lapsus Auia Dei, Qua prius benè ambulabatur. ¶ Erecti. A misericordis manu Dei. Quia & si à nobis ipsis per culpam propriam labamur in cœnum iniquitatis, non in fine præ uia Dei gratia à lapsu surgere valemus. ¶ Ne formidemus. Ex eorum memoria, si modò inde minimè oblectemur. Alioquin redire dicuntur. Nam sicuti nihil melius memoria peccati cum gemitu & displicentia. Ita & nihil peius cum risu, & oblectatione noxiæ voluptatis. ¶ Procul. Quo ad æternam pœnam. Non ad correctionem debitam, & ad humilitatem conseruandam. Ne alij peccatores fortasse despiciantur. ¶ Lampadis. i. Solis. ¶ Arte. Et mathematica, vel Astrolo. ¶ Nullus potest quæ dicta. Attenta veritate. Nam & si coniectando aliqua de huiusmodi spatio nitantur asserere.

Nam veluti terris (quas cœlum excelsius ambit,)
  Eminet imbre rigat, protegit, atque fouet.

Terreat has quàmuis interdum: quando coruscat,
  Fulgure multiplici, terribili aut tonitru.
Ah quoties picea facie, tetrumq; minatur
  Aeternam noctem, & perpetuas tenebras.
Soluitur inde tamen paulatim, & densa relaxans
  Frugiferas terras irrigat imbre leui.
Sic Deus expansis complectens omnia palmis,
  Subiectas gentes protegit, atque fouet.
Quas licet interdum flagris diuerberat aspris.
  Duraq; ferrato pectora fuste domet.
Ah quoties ardens, & inexorabile numen
  Prætendit picea lumina nube tegens.
Æternos ignes, dira & tormenta minatur,
  Visuros nunquàm sydeream faciem.
Mitis at inde tamen paulò post soluit & iras.
  Et superætherea pectora spargit aqua.
Lumine perlustrans, & nubila corda sereno,
  Lætificat mentes, frugiferasq; facit
Larga super cunctos pietas diuina; sed imbre
  Qui sese metuunt vberiore rigat.
Robore confirmat collapsa, misertus eorum,
  Firmius & solido stare adamante facit.
Præteriti posthac erecti crimina lapsus
  Ne formidemus sunt abiecta procul.

Orbis ab occiduo præclaræ lampadis ortus
Quo diſtet ſpatio, noſſe quis arte poteſt?
Quo radio, vel qua dimenſus arundine, cœli
Aſtrologo cuinam tractus vterque patet?
Tam procul à nobis culpas abiecit iniquas
Mentibus in noſtris gratia oborta noua.
Nam ſol iuſtitiæ noſtris in cordibus ortus
Culpatum occaſum nequitiæq; facit.
Exoriens igitur noſtris in ſenſibus vllos
Neſciat occaſus, ſemper ibi maneat.

Diuinant tamen. Nemo quippe mortaliũ vera, certaq; menſura poteſt hoc ſpatium diffinire. ¶ Quo radio. Phyloſophi virga, qua in dimenſionibus, & deſignandis locorum ſpatijs vti ſolent. ¶ Arundine. Geómetrica pertica, qua terrarum quantitates metiuntur. Angeli quoque ab Ezechiele propheta, & à Ioanne Euangeliſta viſi ſunt arundine, templi, nouæq; vrbis ſpacia metiri. ¶ Tractus vterque. Orientis, & Occidentis. ¶ Noua gratia, Remiſſionis peccatorum. Per baptiſmi primo, deinde & pœnitentiæ ſacramentis. ¶ Sol iuſtitiæ. Chriſtus Deus noſter. Culparum occaſum pulcherrima ſimilitudo. Quæ hic latè. Ab Auguſtino exponitur. ¶ Exoriens. Hæc noua Chriſti gratia. ¶ Metuemus eum. Quia timor Domini cuſtodit hominem à peccatis. Et metuentibus Dominum omnia coóperantur in bonum. ¶ Timidam ſui. Non mundi & eorum, quæ in mundo ſunt diſcriminum. ¶ Piam. Deuotionis cultu. ¶ Immitis. Licet hoc videatur impoſſibile. Quia non eſt affectus, qui paternum vincat, aut maternum. Sunt tamen aliquando inuenti parentes, qui propriam prolem necauerunt. vt Herodes Aſcalonita, qui tres filios interfecit. Alexandrum & Ariſtobolum cum eorum matre, & Antipatrum. Athalia quoque crudeliſſima fœmina quotquot erant ex genere regio regnandi cupiditate necari fecit. ¶ Miſeretur. Coniunctiui modi eſt, & præſentis temporis à miſeror, raris, primæ coniugationis. ¶ Non tamen immitis. Hoc ex alio propheta aſſumptum eſt. Per quem dicit Dominus. Si obliuiſci poteſt mater infantis, quem genuit. Sed & ſi illa oblita fuerit, Ego tamen non obliuiſcar tui. ¶ Non memor eſſe nequit. Lippote eſt: minus dictum. & amplius ſignificatum: pro eo quòd eſt. Semper recordatur, nec vmquàm obliuiſcitur. ¶ Pectora. i. Animam, cuius ſedes præcipua pectora ſunt & in eis cor. ¶ Illum. Ipſum Deum. ¶ Caſto metu. Qui permanet in ſæculum ſæculi. Nam alter ſeruilis Charitatis aduentu ab hominum mentibus effugatur. Iuxta illud Ioan. apoſto. Perfecta Charitas foràs mittit timorem ſeruilem. ſ. qui ſolo metu pœnæ, quicquid boni facit, operatur. ceſſante verò timore flagelli, in omne facinoris barathrum ſponte deſcendit. ¶ Figmentum noſtrum. Quod totum terra putris eſt. Vnde & ſapiens quidam dixiſſe legitur corpus quod corrumpitur aggrauat animam. & impedit ſenſum multa cogitantem, terrena inhabitatio. ¶ Putrem puluim. Antiquus accuſatiuus. i. puluerem. ¶ Plaſma ſuum. τὸ αὐτὸν. Idem quod ſuprà ſed alijs verbis. Nam plaſma, figmentum eſt. i. opus figlineum. & Plaſtes. Idem qui figulus. ¶ Ceu fœnum. Nota comparatio, frequensq; apud prophetas.

A
Ezec.40.
Apoc. 21

Dulcis enim pater eſt, prolisq; miſertus amatæ
Quàm timidam cernit, quàm facit eſſe piam.
Si pater in natos immitis, & impia mater
Eſſe poteſt vmquàm, quin miſeretur eos.
Aut obliuiſci, ſi quos genuere parentes
Infantum poterunt, quin foueant, & alant.
Non tamen immitis Dominus, non impius vmquàm,
A ſe plaſmati non memor eſſe nequit.
Quin miſerans, & amans foueat quos fecit, alatq;
Quin memor Illuſtret pectora luce ſua.
Eſtq; ideò noſtrum, miſerator amansq; piorum,
Illum, qui caſto pertimuere metu.
Figmentum quoniam nouit reſolubile noſtrum
In putrem puluim ipſe Deus figulus.
Plaſma ſuum plaſtes limoſo puluere ſumptum
Quàm fragile, infirmum, labile & eſſe videt.

Ioſephus Regum.
Eſa.49.
B
Ioan.4.
1. Apo.9

Eſt homo ceu fœnum viridanti rore caducum,
Ceu flos in pratis gloria magna viri.
Sole ſub æſtiuo ſuccisis falcibus herbis,
Quod prius extiterat, deperit omne decus.
Pallor ineſt herbæ, fit protinus arida fœnum.
Abſque colore iacent Lilia languidula.
Sicq; caducus homo viret extra; floret ad horam
Diuirijs fultus, gloria, honore potens.
Falce necis. ſuccisus homo fit putre cadauer
Diuitiæ, vires, gloria, honosq; perit.
Spiritus en vitæ demiſſus ab æthere ſummo
Flos erat vnde virens, mox reuocatus abit.
Spiritus exiliens tenues diſcedit in auras
Nec redis ad ſedes amplius ille ſuas.
Quo fugiente citò, & iaculo velociùs omni
Non ſubſiſtit homo, nutat, & inde cadit.
Non igitur mirum tam labilis, atque caduci
Plaſmatis adueniam ſi eſt opifex facilis.

¶ Viri, Hoc in loco. virtute præditi. Talium namq; ſolet eſſe gloria. ¶ Aeſtiuo. i. Feruenti ab æſtu. Per quem graue pondus tribulationis immenſæ myſticè ſignificatur. Tunc enim vita ſanctorum, & gloria, quò ad mundum periclitatur. ¶ Lilia languidula. Per quæ etiam magnos reges, & duces ac principes ſæculares necnon & clericorum prælatos poſſumus intelligere. ¶ Gloria honore potens. Dyalithon, ſiue Aſyntheton. Color rhetoricus, à noſtris. dicitur diſſolutum, hoc eſt conſtructio abſque copula. Quæ ſi vehementer & cum affectu proferatur, ornatum quendam præ ſe fert. ¶ Diuit vi. gl. ho. pe. De temporalibus, & mundanis intellige. Quia etiam. Gloria & diuitie in domo Domini ſunt, & honos. Sed aliæ & aliæ. Hæ veræ, ille autem falſæ. ¶ Spiritus & vitæ. Anima hominis eſt. Qua viuimus omnes. Ab opifice ſummo ex nihilo creata, moxque in corpuſculum humanum infuſa. ¶ Vnde. Ex quo Spiritu. Flos virens mundanæ gloriæ, opum, atque potentiæ. ¶ Mox reuocatus. A Deo: vel Angelis eius, quibus vtit, tamquàm miniſtris ad regimen rationalis creaturæ. ¶ Abit. Ad iudicem Chriſtum Dominum, qui conſtitutus

C

nouem sunt. Quos enumerat, ac exponit Diuus Gregorius, in Homelia pastoris ouem perditam domum reportantis. cui congaudent vicini. Incipit æstiuum tempus Homelia hæc. ¶ Magistratus. Qui sunt potestates principatus Dominationes secundæ hierarchiæ chori. ¶ Sequi. Pro exequi, & est apheresis figura. ¶ Causando, quam rem sæpissimè faciunt homines quando inuiti, aut sibi metuentes quicquam faciunt. ¶ Regia facies; diuina, necnon & humana Christi Regis Regum. Nam de ea scriptum est. In quam delectantur angeli prospicere. ¶ Celeres. Vocabulum est militiæ Romanæ. In qua leuis armaturæ equites celeres dicebantur. ¶ Sistitis Pro assistitis. ¶ Virtutes. Hæ primæ hierarchiæ tertij sunt chori, quorum officia non solum miracula faciendi, verum etiam cœlos cum suis syderibus regendi pulcherrimè describuntur in textu. ¶ Mira patrare. Miracula facere. ¶ Grande opus. Flectendi cœlum continuo flexu. ¶ Indefessi. Quia ab initio mundi nuncusque nec deinceps fatigabuntur, aut fessæ desistent. ¶ Flectitis. Ab oriente in occidentem. ¶ Vtrumque polum. Arcticum, & Antarticum: aquilonarem, & australem. ¶ Annum. Sic dictū. ꝙ in seipsum reuoluatur per gyrum. Vnde, & annulus. ¶ Circuitu vario, Quia hyeme declinat paulatim ab arctico. Estate verò ab Antartico. ¶ Ostenso, deinde recepto. Duplicem opinionem de lumine lunæ. Vide Augustinum Psalmo decimo, super illo versiculo, vt sagittent in obscura Luna rectos corde. Et ibi plenè instrueris. ¶ Per tēpora. Quatuor anni.s. in quibus crescunt, & decrescūt. Fiunt solstitia, & æquinoctia. ¶ Flexus, aliosq; reflexus. Nam quædā cum cœlo; quædam contra cœlum, quædam flexuosè feruntur, de quibus consule astrologos, si pleniorem appetis instructionem: mihi sufficiat scire, quia à virtutibus ad Dei nutum reguntur. ¶ Luminibusq; poli, Modò totius cœli, à parte totum. Quia circa arcticum Polum plura & notabiliora sydera cernuntur. De quibus in tali arte periti multa scripserunt. ¶ Præcepta secuti. Etiam hominum sanctorum. ¶ Flectitis & cursus. Retrò.s. vt ad imperium Iosue filij Nun Iof.10.

Vos quoque virtutes Domino benedicite; vobis
Vnde venit virtus; mira patrare potens.
Ille dedit vobis tantas in pectore vires;
Grande indefessi; vt sustineatis opus.
Sub firmamento magnum vos flectitis orbem
Per quoscumque dies inter vtrumque polum,
Vos celerem deducitis, atque reducitis annum
Circuitu vario Sole obeunte Polos.
Vos facitis menses ostenso, deinde recepto
Lumine; quo variat candida Luna vices.
Noctes, atque dies facitis per tempora; sole
Quà flexit cursus; hac redeunte via.
Vosq; ministratis flexus, aliosq; reflexus
Syderibus cunctis, luminibusq; poli.
Vosq; voluntatem Domini, & præcepta secuti
Flectitis, & cursus, figitis atque moras.
Vos cœlum toto clausistis nubibus anno;
Ne solitum lumen cernere posset homo.
Immensas cœli cataractas pandere iussi,
Vt mortale genus perderet imber aquis.
Vos contra toto vetuistis nubila Cœlo:
Vreret ingratam Solis vt ardor humum.
Iudicis Aduentu mirabiliora daturas
Signa per immensum credimus esse polum.
Virtutes igitur Domino benedicite cœli,
Vnde potens vobis gratia tanta venit.
Omnia quin etiam miranda opera eius ab alto
Imas ad terras vsque profunda maris.
Cuncta nono regi, & Domino benedicite vestro:
Et date materiam laudis vbique Deo.
Quæ regio in terris, aut quæ plaga inhospita cœlo,
Cui minimè hic præsit Rex ditione potens?
Regnat vbique Deus; toto dominatur in orbe.
Pax igitur nobis, Hymnus vbique Deo.
Tuq; anima ò dulcis mea, cui miranda videre
Tanta datum est, magno tu benedic Domino.

maximi bellatoris, & ducis acerrimi, qui conferta manu cum hostie iam Sole ad occasum tendente, præcepit ei. vt staret simul, & Luna, his verbis. Sol contra Gabaon ne mouearis. Et Luna contra vallem Aylon: steteruntque Sol; & Luna, donec vlcisceretur se de inimicis suis. Stetit itaque Sol in medio cœli & non festinauit occumbere spacio vnius diei: non fuit antè, & posteà tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel. De reflexu solis vide in libro Paralipomenon, vbi inuenies tempore Ezechiæ regis solem.x. lineis horologii retrocessisse. In valitudinis regis, & liberationis Hierosolymorum ab obsidione Assyriorum sub Sennacherib. ¶ Toto anno. Hoc factum est tempore diluuij. ¶ Solitum lumen; Solis, & Sydorum. ¶ Homo. Humanum genus. Maximè in his, qui perferunt in aquis. ¶ Catharactas cęli. Hoc ex Genesi sumptum est. vbi dicitur. & apertæ sunt catharactæ cœli. Porrò catharactæ quædam clausuræ sunt ferreæ, quibus hostia Nili fluminis clauduntur, quando irrigantur agri, ac prata: aut quando negant positis infra regionibus aquas irriguas. Per quandam similitudinem & portarum vrbis claustra quædam ferrea, sicut & cęli Catharactæ vocantur. Quibus illa aqua, quæ super cœlos est, ne defluat, retinetur. ¶ Vetuistis nubila. Tempore illius vrgentissimæ famis quando precibus Helye tribus annis, ac mensibus sex nunquàm pluit. Vt populi illi affligerentur fame. ¶ Ingratam humum. Operibus hominis; quæ pro tritico spinas sæpè, & tribulos eduxit. ¶ Iudicis aduentu. Hoc habetur ex Euangelio vbi dicitur. Nam & uirtutes cęlorum mouebuntur. Item Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ de cœlo cadent. ¶ Virtutes igitur. Conclusio. ¶ Domino cęli. Quanto magis & terræ? Nam Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum. Et vniuersi qui habitant in eo. ¶ Vnde. Pro à quo. Aduerbium est pro nomine positum. ¶ Omnia miranda opera eius. Non solū magna, sed & minima quæque opera Domini miranda sunt, si diligenter considerentur. Quis enim non miretur, in paruo culice membra esse, quæ in boue? Quis non miretur distinctionem artuum, & subtilitatem eorum? Et aculeū ita modicum & sic nocuum hominib, & bestijs? Sic & in arboribus, ac plantis & herbis; in quibus vix duæ penitus similes reperientur? Quis non mirentur in paruo semine tam grandem arboris molem virtute contineri, Vnde paulatim ab radice vsque ad summum cacumen egreditur, & in altum aera conscenditur. ¶ Nouo regi.

Par.4.
Esa.38.
Gen.7.
3.Reg.17 &.18.
Matt.24.

Quo

D Quò ad humanitatem assumptam: nec enim Deus est recens. Sed Christus heri & hodie,i. in præteritum,& semper. ¶ Materiam laudis. Hominibus scilicet. Qui laudant autorem in operibus suis. vt tres pueri in camino ignis illæsi benedicebant Nomino, & inuitabant quodammodo eas ad benedicendum secum. Sic etiam Psaltes hic in pluribus psalmis, & præcipuè in psalmo, cuius initium est. Laudate dominum de cœlis &c. ¶ Quæ regio in terris. Etiam si glatialis, aut feruida. ¶ Cęlo. Puta Torrida zona, vel frigida. Et responde. vtique nulla. Quia nullus est locus, vbi non sit Deus. ¶ Ditione. Potestate iuris dicendi, atq; exequendi. Quod in nullo vnquam fuit homine & si potentissimo Rege. ¶ Pax igitur. Hymnus hic est angelicus: ordine retrogrado. videlicet. Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ Tuq; anima. Subaudi vna cum angelis. ¶ Tanta, in hac psalmodia continentur. ¶ Videre. Oculo fidei, & intellectus in ænigmate tamen. Posthac facie ad faciem.

MVneribus fœlix anima insignita supernis. Innuitantur omnes ad benedicendum Deum, Laudandū, atq; magnificandum pro imensis beneficiis vniuerso generi humano impensis, & præcipuè creationis rerū, & recreationis hominum factæ per infusionē Sp, sa, dicit ergo Sp, vatis aīæ suæ. O aīa mea insigni nobilitate decorata, supernisq; muneribus dotata, quib. es fœlix nunc quidem spe, post autem re, inde benedicere Domino ne cessaueris. ¶ Spiritus ętherea. Sic contra, anima reinuitat Spiritum suum ad benedictionem Domini. Non q anima sit res diuersa à spiritu. Nam in existentia idem sunt. Vnde & Dominus in Euangelio de seipso dixit. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Demum. In manus tuas (inquit) Domine commendo Spiritum meum. & rursus. Et hæc dicens emisit spiritum. Verum spiritus pro superiore parte animæ, quæ mens est ratione, intellectuq; pollens hic capitur, anima verò pro inferiori, quæ sensualis est. Quæ & animalis ab apostolo appellatur. Animalis (ait) homo non percipit ea, quæ sunt Dei spiritus. ¶ Dic age. Tuò, spiritus. ¶ Cunctipotens. Deus &c. vocatiui casus est. ¶ Magnificata. Magnis laudibus decantata. ¶ Choris. Angelorum nouem, sanctorumque, qui iam illò ascenderunt, & sortem inter illos obtinuerunt. ¶ Insipiens. Eo quòd neque creatorem suum, rectoremq; vniuersi cognoscentes idola surda, & muta colebant, & quibusdam villissimis creaturis diuinum honorem impendebant. ¶ Ante, s. Christi aduentum. Nā præter Iudæos, & paucos gentiles veram Dei cognitionem totius orbis nationes minimè habebant. ¶ Insinuari. Quasi latenter intrare, & demonstrari, per secretam Spiritussancti infusionem. ¶ Magnificatus. Magnipensus, & magnus æstimatus. ¶ Vehementer amas. Sic enim (inquit Ioannes Apostolus) dilexit mundum Deus, vt vnigenitum suum daret. ¶ Magnus & efficeris. Nihil est profecto, quod quemquam maiorem æxistimari faciat, quàm amoris vehementia. ¶ Ast his. Ostendit, quo pacto Deus ab hominibus non solum vt magnus laudetur. Verùm etiam magnus effici videatur. Ex sententia Ambrosii in expositione cantici beatæ Virginis. Cuius initium. est. Magnificat anima mea Dominum. Et Augustini hic. Et in quodam sermone, quo exponit idem Canticum. ¶ Quantus eras. Non mole, sed virtute. ¶ At quibus ætherea. Hi sunt fideles diuino repleti Spiritu. ¶ Magnus in his. Subaudi existimatus. ¶ Dudum. Ab infusionis gratiæ tempore. ¶ In his. In animarum spiritali parte. In qua sculpta est imagó Dei, quí quantò magis à nobis cognoscitur, tantò maior dilatatur in nobis ipsius imago, & hoc dicitur magnificari Deus ab hominibus. ¶ Crescit. Propter nouos ciues, qui

E

ODE CIII. PSALMO CIII. Benedic. II.

MVneribus fœlix anima insignita supernis,
Carmine multiplici tu benedic Domino.
Spiritus, ætherea superûm qui missus ab arce
Viuificas artus, tu benedic Domino.
Dic age; cunctipotens Deus, ò, Sapientia summa
O superis bonitas magnificata choris.
Qui prope desipiens hominum genus ante fuisti
Vilis, & abiectus, pro nihiloq; habitus.
Ast hominum postquàm dignatus es insinuari
Pectoribus, valde magnificatus ades.
Dumq; hominē vehementer amas; vehementer amaris
Dumq; facis magnos: magnus & efficeris.
Maximus ipse quidem es; fieri nec maior ab vllo
Tu potes, aut minui: magna sed ipse facis.
Ast his parua tamen tua magnificentia visa;
Qui nec adhûc norant te benè, quantus eras.

F in dies illuc ascendunt. Ex quorum profectu materia laudum augetur. Nec enim à seipsis, sed Deo dante adeò profecerunt; vt in supernos ciues ascriberentur. ¶ Ex aucto numero, Ciuium, ex fidelium salute. ¶ Prisco decore. Ante ruinam angelorum. ¶ Recepto. Per assumptionem sanctorum, qui sufficiuntur in sedes lapsorum. ¶ Quæ vacuæ fuerant. A die lapsus eorum vsque ad ascensionem Christi, qui ascēdens in altum captiuam duxit captiuitatem. ¶ Sanctorum. Patrum veteris testamenti, quibus eum more vestis circundantibus conscendit in cęlum. Vbi & omnibus choris angelorū, vt eorum Dominus, est circondatus. ¶ Rutilo decore. Splendido gloriæ lumine. ¶ Trabea. Imperiali, sacerdotaliq; veste. Rex enim est regum, & summus omnium sacerdotum pontifex. ¶ Rubra. Potest esse allusio ad illud Esaiæ vaticinium. Quis est iste, qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, &c. Vsque ibi. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Et reliqua, ibi vide. ¶ Tentoria figi iubent. Est animaduertendum hic

Esa. 62, & 63.

At quibus ætherea perfusis luce videris,
Magnus in his dudùm magnificatus ades:
Ciuibus vnde tuis laudum confessio maior
Quotidie crescit; mauis, & inde decus.
Ex aucto numero, priscoq; decore recepto
Sedibus expletis, quæ vacuæ fuerant.
Sanctorum hac (veluti speciosa veste) corona
Indueris; rutilo præq; decore nites.
Purpureo veluti Reges donantur amictu,
Lumine pro trabea fultus es ipse rubra.
Magnanimiq; Duces veluti tentoria figi
Pellibus ex pictis quadricolore iubent.
Purpura, cum bysso, Coccusq;, Yacinthus obambit
Atria campestris Regia magna domus.

Hic longa, & multiplex comparatio principum ad Christum omnium principem. Ea.n.quæ supra nos sunt, non nisi aliqua similitudine (Licet longè impari,) eorum quæ apud nos sunt, dignosci possunt. ¶ Quadricolore. De quibus statim dicit. Fit autem allusio ad illa tentoria, quæ à Moyse magno duce populi pro operimento tabernaculi arcæ fœderis facta fuerunt, ¶ Purpura. Quatuor hi colores adhibiti sunt ad similitudinem elementorum. Nam purpureus æthereum ignem refert. Byssynus terram. Coccineus mare, & hyacinthinus aërem. Diuus autem Hieronymus dicit, purpura mare significari, coccineo autem æthera. cui ego quoque magis assentio. ¶ Campestris domus.i. Tabernaculi, in quò pro domo habitant duces in expeditione militari. ¶ Cœli. Mysticè, est diuina scriptura, quæ in veteri testamento tamq. liber inuoluta est figuris, & vaticinijs obscuris: in nouo autem cuncta explicantur. ¶ Domus tuæ, Hæc est ecclesia, cuius inferiora hoc sunt in sæculo, superiora in paradiso. ¶Nullis columnis. Vt in manufactis porticibus, & tentorijs videmus, quæ aliter expandi non possunt. A

Tuq; velut pellem extendis tentoria cœli;
Inferiora domus contegis vnde tuæ.
Quodq; magis mirum, nullis effulta columnis
Stant expansa tuæ maxima vela domus.
Quod mirabilius multò, supera alta polorum,
Amplaq; suspensis vela teguntur aquis.
Bellatoris equi dorso ceu forte feruntur,
Aut curru Reges quadriugo celeres,
Nube sedés vt niueà tu scandis ad æthera victor,
Ventorum pennis ociùs atque volas.
Vt præcursores illis præmittere mos est;
Qui palmæ, aut pacis nuncia læta ferant.
Legatos aliò belli; pacisq; ministros:
Armatosq; aliò cum legione Duces.
Alituum tua iussa ferunt, referuntq; cateruæ
Spirituum: tuus est nuncius ille chorus.
Orator Gabriel quoties est missus Olympo?
Et Raphael medicus? strenuus & Michael?
Militiæ princeps Michael, Sabaotq; magister
In tumidas gentes flammea tela mouet.
Namq; tuos ignem vrentem facis esse ministros,
Ardentes flammas pro legione tenes.
Vtq; illos regnum stabilire, propensior instat
Cura, armis, opibus, consilioq, Ducum.
Munitas celsis fundant in sedibus arces:
Oppida circundant mœnibus apta suis.
Aggeribus, fossisq; vrbes; & turribus altis
Ambire, & muro multiplici satagunt.
Tu quoq; Rex regum terrarum funditus orbem
Fundasti stabilem perpetuis basibus.
Firmaq; tu terris ea fundamenta locasti
Impete ne vasto mota labare queant.
Sæclorum haud poterunt inclinari ordine longo
Quæ semel alta tua sunt stabilita manu.
Quisue tuas est mensus opes? numerauit & auri
Infecti, & facti quotue Talenta tui?
Arma quis expandat? peditumq;, equitumq; tuorũ
Exponat numerum? quis nisi mentis inops?

¶ Suspensis aquis. In modum Chrystalli, quæcirciò super firmamentum positæ dicuntur, vt frigiditate sua feruorem ex continuo spheræ motu causatum temperent. Sine hac, siue alia causa nobis ignota ibi sint, certum esse, scimus ex lectione Genesis, & ex hoc loco. ¶ Quadriugo. Quatuor equis vecto, c.1.
¶ Nube niuea.idest Lucida præ candore. Hoc vaticinium adimpletum est in Ascensione Domini. Sicut scriptum est. Et cum hæc dixisset, videntibus illis eleuatus est. & nubes suscepit eum ab oculis eorum. ¶ Illis. Regibus. ¶ Armata cum legione. Singularis locutio pro plurali, & species pro genere. Ponitur enim pro toto exercitu. In quo & legiones peditum, & turmæ sunt equitum. ¶ Alituum Spirituum, i. Angelorum. Alluditur ad picturam, omnes enim sunt (vt docet Paulus,) administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. B Heb.1.
¶ Gabriel orator q.m. ol. Danieli bis legimus missum, Zachariæ semel, & beatæ virgini. Dan. 89. Luc. 1. ¶ Raphael medic. Vt docet beatus Gregorius in Homilia. Sæpe citata cuius initium est. Estiuum tempus. vbi multa loquitur de Angelis, & ordinibus eorum. Raphael interpretatur medicina Dei. Gabriel fortitudo Dei. Et Michael quis vt Deus? Missus autem fuit Raphael, ad Tobiam, vt eum à cæcitate curaret, & nurum eius Saram à vexatione dœmonis Asmodei, qui iam interfecerat. vij. sponsos eius, mox vt intrauerant cubiculum puellæ. Vide librum Thobiæ. Tob.3.8. & 12. ¶ Michael. Hic dicitur. Militiæ cœlestis vnus ex primis principibus, qui (vt ait Daniel) venit in adiutorium populo Dei. & consurget in adiutorium Ecclesiæ tempore Antichristi; hic altercatus est cũ Diabolo de corpore Moysi. Dan.10. & 12. Iudæ.1. De Michaele. Scribit Ioannes in Apocal. Michael. & Angeli eius pugnantes cum dracone, quem & deiecerunt. Apo.12. Hic modo Ecclesiæ protector est, sicut olim fuerat synagogę. Sunt enim, qui dicant eum angelum fuisse, qui toties Moysi locutus est. ¶ In tumidas gentes. Dœmones superbos intelligit, & quicumque honores diuinos sibi præsumpserunt vsurpare. Potest etiam significare barbaros eos, & gentiles, qui aduersus Sipontinos & Beneuentanos mouerant bellum, contra quos in ipso conflictu ex Gargano monte, vbi nunc etiam colitur in Ecclesia, & nomini suo, & ab ipso dedicata, legimus fulmina eiaculatum esse, in fugamque conuertisse. C ¶ Sabaoth. Exercituum, nomen est. Hebraicum. ¶ Magister, More Romani Dictatoris, qui sibi magistrum militiæ diligebat.
¶ Ignem vrente. Vt patet, in V. vrbibus. Sodoma.i. cum Gomora, & alijs eius criminis, ac ruinæ consortibus. Super quas duo Angeli Sulphureum ignem de cœlo pluerunt, ac exusserunt vsque ad ima fundamenta. Et ex illo tempore solum adeò cinefactum est, vt nullum omnino potuerit vnquam fructum producere. Tempore quoque Ezechiæ regis Iudææ. Missus à Domino angelus aduersus Sennacherib Assyriorum regis una nocte interfecit centum octogintaquinque virorum exercitus eius: quorum corpora in cinerem exusta redegit (mirabile dictu) saluis vestibus, & armis. ¶ Vtq; illos. Terrenos Reges. ¶ Propensior. Omnibus maior. ¶ Armis op.cons. du. Hæc tria sunt nerui totius regni. Quibus existentibus omne regnum conseruatur, & augetur: deficientibus verò imminet ruina. ¶ Multipli. Vt Hierusalem, quæ olim triplici muro circundata fuerat: & Hierico septemplici. ¶ Fundasti, Vt alibi. Initio tu Domine terram fundasti. Mysticè de Ecclesia ex omnibus gentibus collecta possumus hunc locum interpretari. De cuius fundamento primo, & principali dicit Apostolus. Fundamentum nemo aliud potest ponere, præter id.

D ter id, quòd positum est, quod est Christus Iesus. ¶ Perpetuis Basibus. Mysticè. apostolorum, & prophetarum
suot superposita fundamenta, de quibus idem Apostolus ait. Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues
Eph. 2. sanctorum, & domestici Dei, supereædificari supra fuodamentum apostolorum, & propbetarum ipso summo an-
gulari lapide Christo Iesu, io quo omnis ædificatio constructa crescit to templum sanctum in Domino: in quo
& vos coædificeamini in babitaculum Dei in Spiritu sancto. dicuntur autem bases propter duodecim fundamen-
ta. De quibus Ioannes in Apocalypsi. Dicuntus & columnæ propter structuram ædifici spirituális, quam susti-
Apo.21. nent. Vnde & idem Apostolus. Petrus, & Ioannes (inquit) qui videbantur columnæ esse. Et hic psaltes alibi. Ego
Gal. 2. confirmaui columnas eius. Fundamenta prædicta, & firmæ fidei de qua. Dixit Dominus Petro. Tu es Petrus,
Matt.56. & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi oon præualebunt aduersus eam. Ac iterum.
Luc. 22. Ego pro te rogaui ne deficiat fides tua. ¶ Vasto. Persecutionum insurgentium. ¶ Labarum. Moueri à stabilitate
Act. 1. fidei. ¶ Inclinari. Quia ipse dixit. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi. ¶ Ordioe longo.
Sed hominibus ignoto: nec enim nostrum, est scire tempora, & momentà, quæ pater posuit in sua potestate.
¶ Alta. Pro altè, est.n, nomen pro aduerbio. ¶ Opes. Quia, vt alibi dicitur. Gloria, & diuitiæ in domo eius. &
2. Cor.8 Apostolus. Cum esset (ait) Diues, propter uos egenus factus est: vt illius ioopia vos diuites essetis. Verùm & si
in sinistra illius diuitiæ sint, & gloria, & omnes opum thesauri sunt io ditione illius. Hic de aliis diuitiis loqui-
tur. Misericordia. s. atque clementia, gratiis, & donis spiritualibus. Iuxta quod ait Apostolus. Deus, qui est di-
ues io misericordia, & alibi. Vt sciatis, Quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius. & iterum. Diues io omnes qui inuo-
Rom. 10 cant illum. ¶ Auri. Mysticè de charitate intellige, quæ virtutes omnes, gratias, & dona superexcellit: sicut an-
rum metalla omoia. ¶ Arma. Spiritalia ad destruendas munitiones dæmooum, per arma Iustitiæ à dextris, & à
sinistris ait apostolus. Dicuntur & arma lucis, ad quæ induenda nos hortatur idem apostolus. ¶ Millia mille.

Cum tibi sint peditum legionum millia mille.
　Armatus poterit ferre quis hostis eas?
Cumque tibi decies centenaque millia mille
　Agmina sint æquitum. quis tolerabit ea?
Consilium omne tuum est: tuaq; est prudentia: & oīs
　Te prope calliditas stultitia hostis erit.
Prudentes tibi sunt proceres: fortisq; iuuentus:
　Aligerum celeres ad sua iussa manus.
Vim licet inuictam cunctorum discere ab vno
　Quo cedente, fugam Rex ferus Assur init.
Nam centum octoginta duces cum millibus vna
　Nocte suis rutilo strauit humi gladio.
Hoc igitur stabile est & inexpugnabile regnum.
　Longa nec id poterunt sæcla mouere loco.
Alta licet quandoque fremens insurgat abyssus
　Cuncta tegens tumidis sicut amictus aquis.
Exuperet quamquàm montes & fluctibus altos;
　Cumq; suis arces turribus vnda tegat.
Diluuio ne iterum terris incumbet apertæ
　Viuentum ex illis perdat vt omne genus?
Quò furet insanum mare? non ne fugabitur uno
　Increpitu supera vocis ab arce tuæ?
Non ne tuo tonitru rugiente per aëra densum
　Territus abscedet pontus, & vnda fugax?

2. Cor.6 Hoc ex Daniele sumptum est. Qui ait, Millia
Dan.7. millium ministrabant ei: & decies centena mil-
lia millium asistebant ei. Est autem numerus
finitus pro infinito. Nam beatorum spirituum
nemo nouit oumerum, nisi Is, qui creauit eos.
¶ Consilium. Quis autem hominum potest sci-
re consilium Dei? ¶ Calliditas. Inueterata astu-
tia malitia. ¶ Stultitia. Hinc apostolus. Vbi sa-
1. Cor.1 piens? Vbi scriba? Nonne stultam fecit Deus sa-
pientiam huius sæculi? & iterum. Perdam Sa-
pientiam sapientum: & prudentum prudentiā
reprobabo. Et rursus. Sapientia huius mundi
stultitia est apud Deum, qui & compræhendit
prudentes in astutia eorum. ¶ Proceres. Vtri-
usque testamenti patres. ¶ Fortisq; Iuuentus,
Sanctorum martyrum, quorum inclyta & for-
E tia facta canit ecclesia io illo bymno, cuius ini-
tium est. Sanctorum meritis. Lege illum. ¶ Al-
ligerum, Angelorum. Allusio est ad picturam.
¶ Quo cedente. Rompbæa ignita. De hoc di-
ctum est supra. ¶ Rex. Assyriorum Sennache-
rib, qui dominum Deom blasphemauerat per
superbiam. ¶ Init fugam? xv. tantùm millibus
peditum relictis vt fugiendo confunderetur.
¶ Centum octoginta Duces. Tribunos, seu
millenarios. Vnde & beoè subiuogit. Cum suis
millibus. Siquidem. Centum octogintaquinq;
millia interfecit Angelus. ¶ Stabile. Propter
Esa.37. fundamentum Christi. ¶ Et inexpugnabile. A
munitionibus hostium. ¶ Longa sæcula. Cen-
tum annalia. ¶ Quandoque. Interdum. ¶ Fre-
mēs abyssus. Maris immensa profunditas à ven-
tis io altum eleuata. Per quam designatur my-
sticè sæcularis, & præcipue Romana potestas à dæmonijs in Christianos concitata, temporibus apostolorum, &
sanctorum martyrum. ¶ Cuncta tegens. Impediens fœditate prædicationem uerbi Dei. ¶ Tumidis aquis. Ira-
F tis militibus, & populis. ¶ Exuperet. Non uerè, sed vt videbatur eis. Capiendo, in vincula detrudendo, & affli-
gendo, demum & occidendo. Verùm corpora tantùm erant illis data in prædam, cæterùm animis superiores
reperiebantor, quia vt dicunt Doctores, occidi possunt sancti, vinci verò oon possunt. Dum enim occidebantur,
victores euadebaot. ¶ Altos montes. Apostolos atque eorum successores episcopos. ¶ Fluctibus. Persecutionum
vndationibus. ¶ Arces? Mysticè, Ecclesias, quas tunc temporis principes importunitate sua obruere, satagebant,
disperdere, atque dissipare. ¶ Cum suis turribus. Doctores hi sunt, atque prædicatores, quorum ora obstruere
conabantur, ne docerent, aut prædicarent. ¶ Diluuio aperto. Manifesta atque vniuersali per totum orbem
persecutione. ¶ Viuentum. Per fidem. Quia (ut scriptum est) iustus ex fide viuit. Reliqui mortui sunt, & si vi-
uere videantor (vt docet Augustinus) quia uiuere diceodi non sunt, qui finem benè viuendi ignorant, aut per
superbiam scire contemnunt. ¶ Insanum mare? Foribunda huius mundi potestas. ¶ Vno increpitu. Pro incre-
patione. Hæc facta fuit tempore magni Constantini imperatoris, qui à Domino increpitus resipuit, & à beato
Syluestro baptizatus, pacem dedit Ecclesiæ: tuncq; impleta est illa figura Euangelica, quæ hic tacta est. videli-
cet quando formidaotibus apostolis à maris tempestate, atque clamantibus. Domine salua oos, perimus. Sur-
gens à somno dixit. Quid timidi estis modicæ fidei, & Imperauit mari. & ventis, Et facta est tranquillitas magna.
¶ Tonitru. Rugiente. Cum percussit Constantinum morbo incurabili Lepræ elephantinæ. Propter asperrimam
christianorum

Christianorum (quam commouerat) persecutionem. ¶ Pontus & vnda fugax. Compressa persecutione iussu Imperatoris. ¶ Densentur, fluctus. Coadunentur persecutores sese inuicem exhortantes. ¶ Moles aquarum. A

Densentur fluctus: moles conscendat aquarum:
Excelsos montes vt procul esse putes.
Nonne tuo iussu zephiris perflantibus orbem
Formidans omne defluet ille globus?
Atque ita descendent, vt sint velut æquora campi
Imas in valles, quas prius ijs dederas.
Terminus est illis positus, finesque statuti,
Quos vltra nequeant transilijsse vada.
Nec metus est, redeat terras operire relictas,
Quas semel imperio texerat unda tuo.
Fluctibus explosis igitur, procul esse iubetur
A terra sterilis salsus amaror aquæ.

Impetuosa populorum inimicorum multitudo insurgentium aduersus Christi fideles. ¶ Excelsos montes. Magnas potestates, & vt videbatur aliquibus sanctos & iustos, quasi sacrilegos, atque magos persequentes. Aduenerat enim tempus à Domino primogenitum. Quando omnis, qui interficiebat eos, arbitrabatur se obsequiũ præstare Deo. ¶ Vt procul. Benè pròcul, quia longè à peccatoribus salus. ¶ Putes. i. Putare posset aliquis ex eorum numero, qui hominum magnitudine non ex virtute, quã per illum ministrat Deus: sed ex prosperitate rerum ad vota sequentium metiuntur. Hoc pacto non solùm potentes in sæculo viri famosi oppressores Ecclesiæ putati sunt montes Dei, quin & omnes Heresiarchæ potentes in disputationibus, & multi loquaces phylosophi, qui tamen omnes iussu Domini cessere fidelibus Spiritu Dei plenis. Vnde & benè sequitur. ¶ Nonne tuo iussu, Alioqnin si ex se loquerentur nihil proficerent dicente Domino. Sine me nihil potestis facere. Et iterum. Non enim estis vos, qui loquimini: sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. ¶ Zephyris perflantibus orbem. Mysticè. Prædicatoribus septem donis sacri flamminis repletis qui bene vocantur Zephyri. Nam quemadmodum hi venti flantes ab occasu nubila fugant, serenitatem inducunt, & omnia suo leni tempore fouent: sic & apostoli, alijque præcones verbi Dei à morte Christi prædicare incipientes nubila Ignorantiæ, & tenebras peccatorum à mentibus humanis effugarunt, lumen veritatis introduxerunt, qua serena sunt reddita turbata prius hominum pectora, quæ & dulcedine misericordiæ, leniq; tempore Charitatis demulcentes & fouent, & ad fortia facta succedunt. ¶ Formidans, Timore gehennæ, & damnationis æternæ; si se iterum commouerint ad infestandos Ecclesiæ filios. ¶ Ille globus. Densa inimicorum caterua quæ licet inter seipsam dissideat: verùm tamen in hoc conueniunt omnes iniqui, vt bonos persequantur, qui etiam sunt illis graues ad videndum. ¶ Aequora campi. i. Lata, æquataq; aruorum planicies. Mysticè hæc est latitudo Charitatis: quæ & si crescat in immensum: plana tamen pacataq; inde fiunt pectora. ¶ Ijs dederas. Pro eorum conuersione. ¶ Illis. Montibus tumidis, & vanis persecutoribus Ecclesiæ. ¶ Finesq; statuti. i. Metæ persecutionum, nam ordinatione tua perseuerat dies, & nox. ¶ Vada. Fluuiorum impetuosorum. ¶ Redeat. s. Mare, pollicitus est siquidem Dominus se non missurum amplius diluuium, quod cooperiat vniuersam terram. Mysticè, non permittet amplius Dominus aquas gentilium populorum persecutione sua deuastare vniuersam vbique Ecclesiam. Orauit quippe Dominus pro ea, ne deficiat. Promisitq; portas inferi non præualebunt aduersus eam. ¶ Fluctibus explosis. Persecutionum undationibus. ¶ A terra. Mysticè ab Ecclesia, quæ est ager Domini. ¶ Sterilis aquæ, Infructuosæ gentilitatis ante fidei receptionem. ¶ Salsus amaror. Intensum aduersus Christianos odium. ¶ Ast humiles colles. Ordo est. Tu iu. sc. fon. dulcis aq. inter hum. col. med. in conual. sensus est spiritualis. Prædicatores, & doctores, atque prælati humiles, haurient aquas in gaudio de fontibus saluatoris. & fiet in eis fons aquæ salientis in vitam æternam. Et flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. ¶ Celsos montes. B C

Ast humiles colles medijs conuallibus inter
Dulcis aquæ fontes tu scaturire iubes.
Atque inter celsos decurrere flumina montes,
Irriguæ terris vnde trahantur aquæ.
Atque lacus varios, fœcundaque stagna parasti:
Vnde greges sedent; & pecus omne sitim.
Potabunt armenta, hinc tendent vbera vaccæ.
Hinc onager sitiens, & fera quæque biber.
Et super hos montes volitare videbimus altos
Aereas volucres; atque habitare petram.
Vnde dabunt dulces cœlestia carmina voces,
Concentu vario, pegaseumq; melos.
Ne tamen exustis herbis feruore ilici
Semina deficiant vnde cibentur aues.
Tu pater, è supera montes regione rigabis
Prospiciens plenis nubibus imbre tuo.

ταμεμεσομ. medium est. in bonam, & malam partem capit hic locus interpretationem. In malam quidem sic mentes elatas superborum prælatorum gratiarum Spiritus sancti aquæ, & sanæ doctrinæ disfugiunt, & ad humiles accedunt. In bonam uero, flumina gratiarum Spiritusancti, & sanæ doctrinæ exeuntia de ore magnorum doctorum, quales fuerunt apostoli, descendunt ad mentes humilium auditorum. vnde irrigantur & fructus pietatis emittunt. ¶ Lacus varios. Comentaria diuersorum doctorum pulchra uarietate decorata. ¶ Fecundaq; stagna. Regulas uiuendi optimas omnium religiosorum. ¶ Greges. Conuentus fratrum, & monachorum simul uiuentium. ¶ Pecus omne. Sæculares omnes. ¶ Armenta. Doctores prædicatores, atque omnes animarũ curatores. ¶ Vaccæ. Scolasticorum, & collegiorum secularium scolæ. Ac diuersæ urbium Ecclesiæ. ¶ Onager sitiens. Rusticus propriæ salutis auidus. Qui ruralibus negotijs impeditus rarò potest audire verbum Dei, tametsi illud exoptet interdum. ¶ Fera queq;. Montana gens, & turba quæque syluestris. ¶ Hos altos montes. Celsam apostolorum doctrinam, magnorumque prælatorum. ¶ Aereas uolucres. Contemplatiuas animas, quæ dulcedine uerborum Dei pascuntur, impinguantur, & nihilominus in altum adeò eleuantur, ut eorum conuersatio fiat in cœlis. ¶ Petram. Petra autem erat Christus. sunt autem eorum animæ, quas ipse tanquàm columbas ad se se uocat dicens. Veni columba mea, speciosa mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, i. in passionis meditatione. ¶ Dulces uoces. Gemendo tamen, & suspi-

D rando more turturis, & columbe. ¶ Cœlestia carmina. Psalmorum, atque hymnorum. ¶ Exustis herbis. Exinanitis, & obliteratis doctrinis, atque præceptis iam dudum auditis. ¶ Feruore diei. Estu alicuius manifestæ tententationis multum urgentis. ¶ Semina. Bonarum cogitationum, quæ plerumque ex memoria sanorum monitorũ ex salutari doctrina perceptorum insurgunt. ¶ E supera regione. Cœlesti, quia omne donum optimum desur-
Iac. 1. sum est descendens, à patre luminum, & omnis sapientia à Domino Deo est. ¶ Montes. De quibus suprà dictum
Eccle. 1. est. ¶ Plenis nubibus. Prædicatoribus. De quibus Esaias. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant? ¶ Imbre tuo.
Esa. 60. Abundanti doctrina. ¶ Hinc. Ex spirituali gratia cœlestium donorum, & præcipue sanæ doctrinæ. ¶ Terra. Ecclesia, de qua suprà. ¶ Nobis. Sæcularibus in actiua uita sese exercentibus. ¶ Alitibus. Contemplatiuis, &
& maximè religiosis, quibus uacat mente quieta cœlestia speculari. ¶ Iuuencis. Mysticè, scolasticis in Theologia studentibus. Nam per boues, ueteranos significant predicatores. Iuxta
illud Apostoli. Non alligabis os bouis trituran-
1. Cor. 9. tis: i. ne defraudaueris prædicatorem cibo suo.
Etenim constituit Dominus, euangelizantes
de Euangelio uiuere. ¶ Armenta. Prædicatorum conuentus, & prælatorum collegia, Syno-
Ezec. 34. dos, & sacra concilia. ¶ Gregesq;. Reliquorum
Ioa. 10. fidelium cœtus. ¶ Viridante toro. Herbarum
uirentium pascuis. De quibus Ezechiel & Dominus in Euangelio. Ego sum pastor bonus, &
reliqua. ¶ Cuncta, Ideò tu læta facis. Melius ad literam, quàm mysticè hi uersus intelliguntur.
E Neque enim necesse est semper omnia ad mysterium trahere. ¶ Arte. Per artificiosè. Nomen pro aduerbio. ¶ Vineta. Vineas quascumque. ¶ Liquor uini. Vinum enim humanis corporibus gratissimus liquor, si modicè summatur. Si immodicè venenum. & sapiens inquit, da bibere uinum his, qui amaro sunt animo: ut obliuiscantur egestatis, & ærumnarum, quas patiun-
Matth. 6. tur. ¶ Exhilaret faciem. Morem tangit Hebræorum. Et Palestinorum, qui in diebus festis in signum lætitiæ oleo, & unguentis optimis caput ungebant. Hinc Dominus in Euangelio. Vnge (inquit) caput tuum, & faciem tuam laua. Mysticè, panis est ille viuus, qui descendit de cœlo, & dat uinum, Sanguinem Christi significat. Oleum verò misericordiam eius, quæ effusione sanguinis sui omni humano generi facta est. ¶ Panis. Quem frangimus communicatio Corporis Domini est. ¶ Inbribus assiduis. Prædicationibus frequenter auditis. ¶ Niuibusq; calore solutis. Lectionibus obscuris feruore spiritus, & intentionis ardore explicatis, quæstionibusq; resolutis. ¶ Cedrorum Scholasticorum indolis egregiæ, de quibus magna spes est. ¶ In libano. Qui interpretatur candidatio. Significat autem simplicitatem puræ mentis talium iuuenum virtutis studiosorum præcipuè si mundi sunt ab inquinamentis carnis. ¶ Plurima sylua viret. Copia magna viget. Et in spe fructificandi est in tempore suo. ¶ In libano cr, tem, ad laq, cedri. Metaphora est ab hystoria assumpta, verè enim Salomon Cedris vsus est à Libano sumptis ad laquearia templi Dei. Quod mysticè significabat Ecclesiam, quæ viuum, & rationale Dei templũ est. Cuius laquearia .i. magna, & aspecta decora sustentacula, & varia ornamenta semper fuerunt iuuenes Legis Dei studiosi, & amatores. ¶ Odoratus. Et propter virtutis, ac bonæ famæ odorem suauissimum. ¶ Seuit. Plantauit, aut inseruit, spirando sanctas in eorum cordibus cogitationes. ¶ Tua dextra. Filius tuus. D.N.I.Ch.
F Qui primùm seuit Apostolos. Deinde doctores, variorumq; ordinum prædicatores. Et in alio sensu, quem ponit Augustinus per cedros significantur potentes, & nobiles, ac opulenti in sæculo, qui tamen non ponunt spem suam in incerto diuitiarum, nec seruiunt mammonæ propter eas, quales extiterunt olim patriarchæ Abraam, Isaac, & Iacob, Dauid, & multi sancti reges. Qui tales sunt, faciles sunt ad tribuẽdum ex suis superfluis copijs pauperibus Christi seruis. Edificant eis Ecclesias, & monasteria, dant hortos, & aliqua prædiola recreationis gratia vltra necessaria, quæ ad victum pertinent, & vestitum. Et ideò dicuntur passeres inter earũ densas frondes nidificare. Quid enim sunt passeres? Nisi pauperes serui Domini, qui omnia sua reliquerunt, vt leues absq; vllo terrenarum pondere rerum volarent post Dominum suum, quorum assidua conuersatio in cœlis. ¶ Nidum. Multarum virtutum, & fructus bonorum operum. ¶ Garrula auis. Propter continuas Dei Laudes, quas religiosi die, noctuque canunt non quidem semper melodis vocibus. Sed magis gemendo, & suspirando more columbæ. Vnde, & ab irrisoribus garrire dicuntur. ¶ Petra domus fulicæ, Auis est aquatica, quæ in foraminibus petrarum, & cauernulis scopulorum ab-

Fertilis hinc, fructuq; operum saturata tuorum
  Terra dabit nobis, alitibusq; cibum.
Germine multiplici tellus fœcunda iuuencis
  Producet fœnum, & semina cuique sua.
Læta boum passim cernes armenta, gregesq;
  Ludere pascentes in viridante toro.
Cuncta ideò tu læta facis pater; vtq; supersint
  Vsibus humanis; seruitioq; iuuent.
His etenim medijs hominum labor arte leuatur,
  Panis &, è terra ducitur esca datus.
Hinc leuius vineta colunt; humanaq; corda
  Lætificans vini ducitur inde liquor.
Hinc oleæ baccas producunt pinguis oliui:
  Exhilaret faciem quo sibi quisque suum.
Namque hominis veluti cor, panis robora firmat:
  Sic oleo facies exhilarata nitet.
Ligna quoque irriguo campi veniente superno
  Crementum capient exaturata nouum.
Imbribus assiduis, nimioq; calore solutis
  Cedrorum in Libano plurima sylua viret.

In Libano crescent templi ad laquearia cedri,
  Seuit odoratas quas tua dextra potens.
Hũc densas inter frondes quàmplurima nidum
  Congestura volat garrula passer auis.
Petra domus fulicæ, quæ tonditur vndiq; fluctu,
  Passeris est huius duxq; comesq; viæ.
Ardea quam phinin graij, sed Herodion actem
  Nostri dixerunt, incolit atque petras.
Fortis auis, pugnaxq;, Aquilam quæ deuorat host
  Vnguibus, & rostro durior ossifraga.
Sæpitis hæc cædros Libani, semel sa relinquens,
  Saxa, petit: magnus vt speculetur aues.
Hanc circa volucres minimè glomerantur; earum
  Efficitur tutrix, duxq;, comesque viæ:

vndarum

A

vndarum fluctibus tusorum, atque retusorum, solet nidificare. Sensus autem huius loci est obscurus. Quem capiat, qui potest: qui non potest, credat. Non debent pauperes religiosi passerum nomine nuncupati in eis diuitibus, à quibus aluntur, & induuntur spem æternam ponere: sed & si à vento motæ frondes, excussique rami deiecerint nidum eorum. i. Si facultates ipsas, quas illis dederant, subtraxerint, minimum inde turbari, aut moram trahere debent. Sed inde auolantes ad petram humilem domum fulicæ confugere, quæ Christus est. Nihil metuentes, quia & si Christus passionibus vexatus est, non tamen immersus. Sic & illi. Christus enim pro nobis passus est. Et resurgens mox regnum obtinuit. Sic & nos passeres eius si compassi fuerimus, & conregnabimus. ¶ Ardea quam phinin graij. Sed Herodion acrem. &c. Eadem auis, quam Augustinus in his commentarijs fulicam dixit appellari. In alijs translationibus tribus ijs nominibus variè appellatur. Sed à pluribus herodius dicitur. Quàm hic psaltes latè describit, & ita clarè, vt nulla indigeat expositione. ¶ Aquilam hostem. Qua cum certamen init, ubicumque offenderit eam. Nec mireris, quòd Aquila dicatur Auium Regina. Nam aliæ quædam sunt ea maiores, ac fortiores. vt Falco Toriphes, & Phenix. Sed quia raræ in nostris regionibus apparent, & propter imperium Romanorum, cuius præcipuum signum est Aquila, iccircò Auium regina nuncupatur. ¶ Ossifraga, Auis hæc ægiptia est, habens rostrum adeo obdurum, vt etiam arida ossa frangere dicatur. ¶ Magnas aues. Quarum venatu pascitur, paruas enim dedignatur aggredi. ¶ Volucres minimè. Vt passeres, luscinię. ¶ Glomerantur. Vt ab accipitribus defendantur. ¶ Rupes. Mysticè, petra Christus est. Herodius verò, prælatus aliquis magnus, & fortis miles Christiani Dei zelo. Feruidus persequitur aquilam, hoc est Dæmonem, aut persecutorem fidelium grandem, aut etiam Heresiarcham. Passeres, & aliæ volucres minimæ, quique fideles, vel simplices idiotæ, ac vulgares, autorem eum ubique sequentes, contra accipitres, hoc est membra Diaboli, hæreticos, infideles, & malos catholicos in arcū prauum versos, qui interdum sunt in seruis Dei, paganis ipsis crudeliores. De quibus canitur, Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus. &c. ¶ Domus alta. Protectio fortissima. ¶ Dux est passeribus. Nolite (inquit) timere pusillus grex. Quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. ¶ Duxq; comesq; viæ. Nam cepit Iesus facere, & postea docere. Venite (ait) post me &c. Et rursus. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. ¶ Diffugiumq;. Si fortis es, & fert animus, congredere, & pugna, reminiscere tamen, quia non aliunde victoria est, nisi à Christo: quòd si imbellis es, ac pusillanimis, ad Christum fuge, ipse enim timidis lepusculis refugium est, ac petra herinacijs. Hunc locum sic interpreratus est Augustinus. ¶ Asper erix. Qui & chrinacius dicitur. Porcellus est totus spinis obsitus. Vnde & spinosus appellatur. Hic peccator est publicus, & maximè auarus, quia diuitiæ à Domino spinæ esse dicuntur. Talis fuit Zacheus, & Matthæus publicanus, qui ambo ad Christum confugerunt. Et salui facti sunt. ¶ Pluuia. Mysticè, cœlesti doctrina, atque spiritualium gratiarum rore mellifluo. ¶ Terris. Varijs ecclesijs. ¶ Nobis. Paulo humanioribus, doctioribusq; vel iuxta priorē sensum nobis communiter, & pro maiori parte actiuis, & alitibus. i. contemplatiuis in altum mente volantibus. ¶ Cibū. Vnicuiq; congruum porrò hic cibus verbum Dei est, & Eucharistiæ sacram. quę palato cordis humani pro refectione interioris hominis pro singulorū gustu sapiunt, vt olim māna Hebræis. ¶ Algentem, veteremq; lunam. Quò ad literam patet sensus. Nam auiditas hominis nimio labore consumeret humanas vires breui tēpore, si continuè laborare posset. Ideòq; D. Deus noctem interposuit, qua vellet nolet, vt requiesceret. Verùm ne tetra omnino odiosa esset, obscuritatem illius Lunæ, ac stellarum luminibus temperandam duxit quin & alterna vice gratiosam esse fecit. Mysticè verò luna Ecclesiæ militantis typus est, Quæ interdum ex abundantia iniquitatis algente charitate minuitur, & quodammodo deficere videtur. Verùm rursus Dei gratia resipiscentibus hominibus, abiectaq; iniquitate iterum ferueseit Charitas multorum. Vnde & incrementum capit hæc nostra rationalis Luna, i. Ecclesia. Has autem vices crementi, & defectus in prælatorū, principum, ac regum mutatione plerùmque fieri videmus. Præcipuè tamen hæc magna mutatio facta est ab excelsi dextera, à synagoga veteri Iudæorum in nouam Ecclesiam ex omnibus gentibus collectam apostolorū prędicatione. Nam in aduentu Christi penè, quæ defecerat Luna, cepit renouari. Vnde & benè subiungitur. ¶ Sol scilicet Iustitiæ Christus Deus noster. ¶ Aureus, i. Optimus. Nam de eo scriptum est. Caput eius aurum optimū. Cognouit occasum: idest mortem, hinc & beatus Ioannes Euangelista narrat in proximo passionis suæ eum discipulis dixisse. Sciens Iesus, quia hora est, vt transeat ex hoc mundo ad patrem &c. Item. Sciens Iesus omnia, quæ ventura erant super eum. &c. ¶ Quò rediturus. Per resurrectionem. ¶ Tenebras. Quæ in morte Christi factæ sunt, sunt super vniuersam terram ab hora sexta vsque ad nonam. Lege Euangelium specialius, hæ tenebræ, tunc fuerant, ignorantiæ, infidelitatis, & peccatorum: quæ corda omnium per vniuersum orbem oppresserant. ¶ Qua fera. Ad literam generaliter intellige: mysticè verò, fera hæc Diabolus, est. Qui in tanta peccatorum caligine, quouis pro libito ferebatur, sibiq; deuorando uniuersorum corda infidelium incorporabat. ¶ Sinet. Iusto, & recto iudicio tametsi nobis occulto. Neminē enim nisi volentem potest decipere Diabolus, & quem deseruerit Deus gratia sua protegente. ¶ Syluæ latebras. Gentilitatis conscientias, in quibus tanquàm in suis speluncis tunc temporis latebant. ¶ Dira semina. Vitiorum omnium, & præcipuè Idola. Qui Dij gentium dicebantur. ¶ Per iuga. Altas mentes prædicatorum significat, qui iugū Christi vbique portant. ¶ Fremunt. Quia fraudulentias

Quin etiam rupes huius domus alta volucris
Dux est passeribus, diffugiumq; suis.
Nec minus est lepori domus hæc tutissima petra
Tutus ad hanc spinis confugit asper Erix.
Nec pluuia solùm terris alimenta ministras
Vnde creet nobis, alitibusq; cibum.
Algentem veteremq; nouas in tempora lunam,
Vt tacita fessus nocte quiescat homo.
Sol quoque cognouit, qui nostrum temperat orbem
Aureus occasum, quò rediturus abit.
Tum quoq; iussisti tenebras incumbere terris,
Luminibus nostris nox fit ut atra nocens.

Qua fera liberiùs possit discurrere campis,
Vt rapiat prædam, quam tua cura sinet.
Tum syluæ latebras, spelæaq; dira ferarum
Semina linquentes per iuga dente fremunt.
Tum catuli rugiunt, terrentq; armenta Leones
Tum lupus ad caulas dentibus ora quatit.

Luc. 12.
Act. 1.
Matt. 11.

B

C

Cant. 5.
Ioan. 13.
Matt. 27

D lentias suas illi frustantur. ¶ Catuli generaliter omnium ferarum paruuli, qui rugiunt præ fame expectantes à
parentibus escam. Mysticè paruula adhùc membra Diaboli, quia factis nocere non possunt sanctis, aduersus eos
remurmorant, maledicunt, & detrahunt, atque potentiores quoq; in illos instigant, ¶ Armenta. Fortiores quos-
que in Ecclesia Dei: qui & si forsan sibi ipsis non metuant cupientes dissolui, & esse cum Christo, imperfectiori-
bus tamen semper metuunt, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita & sensus eorum corrumpantur, aut
tormentorum terroribus cedant. ¶ Leones. Illius socij. De quo beatus Petrus inquit. Fratres sobrij estote, quia
1. Pet. 5. aduersarius vester tamquàm Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Membra quoq; eius potentiora. Qua-
les peruersi iudices, & perniciosi principes. ¶ Lupus. Heresiarcha quiuis. De quo Dominus in Euangelio. Mer-
Ioan. 10. cennarius videt Lupum venientem, & fugit. ¶ Ad caulas. Ad religiosa monasteria, regularesque canonicos,
nec non & ad sæcularium Ecclesias. ¶ Ora quatit. Verbosa, & clamorosa disputatione. ¶ Faucibus exp. & aper.
gut. Per hæc auiditatem nocendi intellige simul,
& profundam voracitatem, auaritiamq; inexple
bilem hæreticorum. ¶ Escam suam, Vnicuique.
Propriatam, ac moribus sibi similem. Hi sunt, qui
solo nomine religiosi & Christiani sunt: reuera
pestes vbiq; latentes, qui visa opportunitate erum
1. Co. 11. punt. Vnde & Apostolus ait. Oportet hæreses
esse; vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vo-
bis. ¶ Nues. Pro annues, idest permittes. Iusto
licet occulto suo iudicio. vt suprà dictũ est. ¶ No-
cte sub obscura. Ignorantię, & infidelitatis tem-
pore. ¶ Sol oriens. Christus. Qui prædicantibus
Apostolis illuxit in corda gentilium, & nunc ét
prædicantibus seruis suis effulget interdùm in
corda malorum, vt conuertantur, & sanet eos.

Faucibus expansis, & aperto gutture quærunt
  Escam quisque suam, quam Deus ipse nues.
Nocte sub obscura quorsum fert impetus illos
  Errantes omni parte licenter eunt.
At cum Sol oriens radijs lustrauerit orbem,
  In syluas redeunt, antraq; nota petunt.
Exit homo dulci recreatus membra sopore
  Matutinus, opus prosequiturq; suum.
Vix reparans cantu vires, potuq; ciboq;,
  Quàm sit longa dies irrequietus agit.

¶ Radijs. Gratia, & miraculis. ¶ Orbem. Populos per vniuersum orbem. ¶ Syluas redeunt. Ad eos, quos perti-
E naces norunt, & in malo obstinatissimos. ¶ Antraq; nota. Iniquorum pectora. ¶ Homo. i. Genus humanum.
Est enim species pro genere. ¶ Exit. De tenebris peccatorum, & ignorantiæ ad lumen veritatis, & gratiæ.
¶ Dulci soporem. Sub lege Christi, quæ charitatis, pacis atque quietis plena est. ¶ Recreatus. Iuxta pollicitatio
Math. 11. nem Domini. Venite (inquit) ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. ¶ Prosequitur
opus, suum. Ambulando de virtute in virtutem. Etenim hoc modò salutem nostram operamur, quod propriũ
est opus, nostrum. ¶ Vix. Ad literam propter solicitam anxietatem humanam semper metuentem sibi, ac poste-
ritati. Mysticè. propter incertitudinem mortis, ne imparatos, & bonis operibus male munitos ex hoc sæculo con
Eccl. 9. tingat exire. Quid .n. sperat in alio inuenire, qui nihil ante se præmisit? Benè itaq; nos monuit sapiens. Quod-
cumque facere potest manus tua, instanter operare. Quia nec opus, nec ratio, nec sapientia nec scientia erunt apud
Gal. 6. inferos, quò tu properas. Et Apostolus. Dum tempus habemus, operemur bonum. ¶ Cantu. Spirituali. vt psal-
morum, hymnorum, aliorumq; canticorum, in quibus Dei laudes, & sanctorum continentur. ¶ Vires. Animæ
primum. ¶ Potuq; ciboq;. Corporis; & sanguinis Domini, & pane vitæ, ac intellectus, & aqua sapientiæ salu-
taris. ¶ Quæ sit longa dies. Huius vitæ tempus. Nec enim qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem,
hic saluus erit. ¶ Omnia quam miranda, Color Rhethoricus, qui dicitur exclamatio. Hæc moralia sunt nec
alium, quàm literalem sensum requirunt. ¶ Om-
nia verbo. Dei filio. Nam, ut ait Ioannes, omnia
per ipsum facta sunt. Et Apostolus. Quoniam ex
Ioan. 1. ipso, & per ipsum, & in ipso omnia. ¶ Agis. Re-
gis, atque gubernas. ¶ Noua creatura. Per baptis
11. Cor. 5 mum renouata. Hinc & Apostolus. Si qua in
Christo noua creatura. Vetera transierunt, ecce
facta sunt omnia noua. ¶ Hoc Mare tam magnũ.
F Hic vltra literalem sensum, & spiritualis requiren
dus est. Nam Mare pro mundo sæpè ponitur. De
quo diuus Ambrosius sic ait. Nauigantibus no-
bis per hoc Mare magnum & spaciosum, in quo
sunt reptilia magna, &c. ¶ Spatiosa. Mundanæ
potentiæ, & maximè Romanorum. qui tunc tem
poris latissimè regnatori erant in Aduentu Mes-
się cuius præconia sunt in hoc psalmo. ¶ Manus-
que minaces. Ducum, ac exercituum ab eis in di-
uersas orbis partes transmissorum. ¶ Littora cir-
cundant, Ecclesiarum Christi septa, & munimen-
ta. ¶ Concutiuntq; solum. Fidem credentium,
minis, ac terroribus impugnant. ¶ Transiliunt
terras. i. Diuersas prouincias, in quibus sunt col-
lectæ Christianorum, infestant. ¶ Venis cond. &
altis. Per insidias quærentes illos à recta fide per-
uertere; ac si non possunt perdere. ¶ Flumini-
bus. Magnis prælatis, atque prædicatoribus verbi
Dei. Qui cum viderint periculosa tempora in-
stare subuersioni populi Dei. Inde sumunt occa-
sionem magis ac magis orandi, magis ac magis fluere lachrymis, fluere doctrina, instare confirmationi fidelium
opportunè, & importunè discurrere hùc, & illùc, & in omnibus laborare, opusq; Euangelistæ facere. ¶ Materiam.

Omnia quàm miranda Deus rectorq;, satorque
  Sunt opera excelsa, & magnificata tua?
Omnia fecisti in sapientia: & omnia verbo
  Virtutis dextræ facta potenter agis,
Quàm tua cunctarum diues possessio rerum?
  Quàmq; creatura terra repleta noua?
Hoc Mare tam magnum, quod terræ circuit oras;
  Quis non miretur? non stupeatq; magis?
Brachia sunt illi spaciosa, manusq; minaces;
  Littora circundant; concutiuntq; solum.
Transiliunt terras; venis conduntur in altis,
  Vt dent fluminibus, protinus vnde fluant.
Quin etiam sursum tolluntur ab aere denso,
  Vt dent materiam nubibus, vnde pluant.
Inde niues gelidæ generantur, & inde procellæ:
  Horridaq; hinc nimio grando coacta gelu.
Forsan & hinc lapides duri (mirabile dictu)
  Horrendum & terris, quos pluit ira Dei.
Sanguis at hinc certè, demissus ab aere fuluo,
  Et qui mutato fluxit ab amne cruor.

Et Occa-

Et Occasionem. ¶ Ab aere denso. A caliginoso superbiæ vento. ¶ Nubibus. Prædicatoribus. De quibus Esaias. Esa. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant. Vidi ego multas epistolas diui Gregorij sancta doctrina repletas, & ad varias orbis partes directas ad reprimendam patriarchæ Constantinopolitani superbiam, qui volebat vniuersalis Papa vocari, & nisi facta fuisset illa elatio, minimè conscriptæ fuissent. vel directæ; quid mouit Augustinum, reliquosque Doctores catholicos tantos libros componere? Tantas aggredi disputationes? Nisi ventosa hæreticorum in altum eleuata superbia? ¶ Niues gelidæ. Ex abundantia iniquitatis in prauorum cordibus multiplicata propter algorem Charitatis ex superborum inflatione hæreticorum. ¶ Procellæ, Ecclesiarum persecutiones, quas vanam occasione' principum sibi similium mouent hæretici. ¶ Horrida grando. Sanctorum afflictio in rerum temporalium dispendio. ¶ Nimio gelu. Ex desperata quadam iniquitatis pertinatia. ¶ Lapides duri. Per sensu literali lege Plinium, Liuium & præcipuè libellum Iulij obsequentis de prodigijs. Vbi inuenies & lapidibus, & sanguine pluisse. In libro quoque Machabæorum, & in Iosepho de bello Iudaico talia euenisse quandoq; referũtur. Nec mirum est in humido aere talia fieri: cum in Aegypto in Nilo flumine, & in aere multa horrenda prodigia Deum per Moysen demonstrasse liquidò constat. ¶ Sanguis. Sanctorum martyrum, qui per superbiam mundanorum hominum in altum eleuatam contra Dominum, & aduersum Christum eius effunditur. ¶ Ab amne mutato. Nili in sanguinem conuersi recolitur hystoria, qua significabatur multa sanguinis paruulorum effusio Hebræorum ab Aegyptijs olim intentata. ¶ Cuncta repentia. De quibus suprà dictum est in adducta autoritate Ambrosij doctoris eximij. ¶ Profundo Mari huius sæculi. ¶ Quæ generantur, Hæreses, sectæq;, & variæ errorũ

Cunctaq; quis numeret? repentina viua profundo?
Quis numeret, latis quæ generantur aquis?
Quot volucres cœlum? quæ dant animantia terræ?
Tot quoq; fœcundis pluraque dantur aquis.
Grandia cum paruis illic animalia viuunt,
Quod mors est nobis, vita perennis eis.
Sunt mittes vasto ludentes æquore pisces.
Sunt quoq; terribiles dentibus, atque feri.
Sunt tamen humano generi freta peruia facta,
Nauibus hùc illûc namque vehuntur aquis.
Fluctibus emensis; pulso prædone; procella
Excussa; fœlix qui vada tuta tenet.
At Draco Leuiathan superest horrendus, & ingens;
Qui freta, qui ventos concitat ore graui.
Tantæ molis hic est effictus, vt alta profundi
Possideat; magnas sorbeat atq; rates.
Hunc tu formasti, venientes æthere summo
Illudant vt ei piscibus & minimis.
Namq; velut quondam tecto est deprensus ab hamo,
Quem super æthera misit ab arce Deus.
Eius & ex vtero reseratis faucibus Orci,
Eduxit prædam, quam fera sorbuerat.
Sic quasi per lusum, grandi quas sorbet hyatu,
Educunt Naues, nam patefacta via est.

opiniones. ¶ Volucres. Contemplatiuorum animas. ¶ Animantia. Actiuorum cateruas. ¶ Pluraq. Quia stultorum infinitus est numerus. ¶ Viuunt. Animali vita. ¶ Mors est nobis. Verè christianis re, & nomine. Nam vt ait Apostolus, si secundum carnem vixerimus, moriemur. At si Spiritu facta carnis mortificauerimus, viuemus. & alibi. Secundum carnem viuere mors est. ¶ Vita perennis. Non æterna beatorum. Sed perpetua miserorum. Nam qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio apparebit. Voluissent enim impij sine fine viuere, vt possent sine fine peccare, ergo & sine fine torquebuntur. Ad iudicis iusti examen attinet, vt hi nunquàm careant supplicio, qui dum viuerent, nunquàm voluerant carere delicto. ¶ Mites pisces. Simplices, & innocui, qui si offendunt ex ignorantia, non ex animo offendunt. ¶ Terribiles. Ecclesiæ deprædatores. ¶ Feri. De quibus in psalmo xxj. ¶ Humano generi. His, qui ratione reguntur, Nam id proprium est hominis. ¶ Per uia facta. A Christi, & discipulorum eius prædicatione. ¶ Nauibus. Varijs rectè viuendi regulis, ac præcipuè religiosæ vitæ. ¶ Fluctibus emensis. Calcatis mundanis, & carnalibus delicijs. ¶ Pulso prædone. Diabolo, & satellitum eius. ¶ Procella excussa. Imminentium persecutionum, per patientiam superatarum. ¶ Vada tuta. Portus æternæ beatitudinis. ¶ At Draco leuiatan. Lucifer, qui & tortuosus serpens propter implicitas fraudes. & mille nocendi artes dicitur. Qui & Draco, & Leo. Propter insidias tectas, & apertas persecutiones appellatur. ¶ Superest. Describendus. ¶ Freta. i. Populos innumerabiles. ¶ Ventos. Superbòs principes, ac elatos hæresiarchas. ¶ Ore graui. Persuasio est pestifera. ¶ Tantæ molis. Ad litteram, de Balena & ingentissimo cete intellige. Qui mole corporea vastissimi esse dicuntur. Cæterum mysticè de magnitudine militiæ Diaboli hęc intelligenda sunt. Quia Spiritus est malignus, nec habet corpus. ¶ Alta profundi. Romanam rempublicam significare videtur, quæ olim erat innumerabilium dominorum populorum, & tota ab idololatria possidebatur. ¶ Magnas rates. Malè rectas Ecclesias contemptas, atq; religiones. Heu me miserum. Vbi nunc sunt florentissimæ olim, Ecclesiæ patriarchales Hierosolomitana, Alexandrina, Antiochena, & Constantinopolitana. & totius Orientis, & Africæ? Omnes absorptę sunt ab hoc Dracone. Legi ego epistolas Diui Gregorij ad episcopos harum omnium directas. Nunc autem omnes desolatæ sunt. ¶ Venientes æthere summo. Et de Angelis, & de Spiritibus humanis hoc intelligi potest. Nam & Angeli, & homines à Deo directi Diabolo illudunt. ¶ Piscibus & minimis. i. Simplicibus quibuluis de faucibus eius ereptis. ¶ Namque velut. Rem obscuram apertiùs exponit adducto exemplo. Porrò hic ponitur Doctrina diui Gregorij super capite. xl. Iob. super illis verbis. An extrahere poteris Leuiathan hamo? Et fune ligabis linguam eius? Leuiathan (inquit) iste hamo captus est. Quia in redemptore nostro, dum per satellites suos escam corporis momordit, diuinitatis illum aculeus perforaoit. ¶ Tecto deprensus ab hamo. Quasi hamus quippe fauces glutientis tenuit: dum in illo & esca carnis paruit, quàm deuorator appeteret. Et diuinitas passionis tempore latuit, quæ necaret. ¶ Misit ab arce. Per lineam illam propaginis Christi ab Euangelista Mattheo duplicatam. Nam cum dicitur. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Cumque cæteri successores interposito Ioseph nomine vsque ad Mariam virginem desponsatam describuntur. Quasi quædam linea torquetur. In cuius extremo in carnatus Dominus. i. hamus iste ligaretur. Quem in his aquis humani generis dependentem aperto ore iste cetus expeteret. Sed hic hamus raptoris fauces tenuit, dum se mordentem momordit. ¶ Eius & ex vtero. i. Ex inferno,

qui

Esa. 60.
A
Eccle. 1.
Rom. 8.
B
C
Iob. 8.
Math. 1.

D qui, vter Diaboli ideò dicitur, Quia quos ille decipiendo vorauerit, hic tenet inclusos, & ignibus excoquit. ¶ Prædam. Animas piorum ad Adam vsque ad latronem. Cui dixit. Hodie mecum eris in paradiso. ¶ Fera. Diabolus fera truculentior omni. ¶ Sorbuerat. In limbo, qui & sinus Abrahæ dictus est. Vnde Christus exurgens, & in Cœlum ascendens (teste psalte) captiuam duxit captiuitatem. ¶ Sic quasi per lusum. Angeli, & prudentes prælati. ¶ Educunt naues. Ecclesias liberant, quas persecutores penè destruxerant, aut hæretici deceperant. ¶ Patefacta uia est. Pœnitentiæ remedio. ¶ Pisces euomere. Peccatores resipiscentes & ad Deum suppliciter ingemiscentes. ¶ Ore trifauci. i. Triplici tentatione, ad quas cæteræ reducuntur omnes. Hæ sunt quibus & dominum Christum tentauit, & victus coactus est prædam euomere. Superbia. s. Auaritia & gula. Vel eas tendit. De quibus. Ioannes in Epistola. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. ¶ Euomere. E suo satellicio, & malorum corpore exire, vt in corpus Domini, quòd est, Ecclesia Sanctorum, transeat per conuersionem. ¶ Dira minante Deo. Vt cesset ab eius infestatione. ¶ Pisciculos, idest. Humilium simpliciumq; monachorum, seculariumq; rudium, sed benè fidelium animas. ¶ Exertas. Denudatas, & apertas vias fallaciarũ eius. ¶ Faucibus apertis. i. Instantissima infestatione vrgentissime tentationis, & maximè per apertam persecutionem, putans animas ad desperationem posse attrahere. ¶ Prædam. Alicuius multitudinis, vt interdum euenit hostilitatis tempore. ¶ Leuis. Patienter omnia aduersa tolerando, rerumque temporalium iacturam pro nihilo ducendo, quin & ipsas tamquàm impedimenta proijciẽdo. Tũc

E enim. Cantabit vacuus coram latrone uiator. ¶ Ingens Nauis. Multarum animarum mercibus onusta. Vt fit in noua populi, aut gentis ad Christum conuersione. Sicut olim factum legimus non solum Apostolorum tempore, sed & diui Gregorij Papæ de gente Anglorum in Britannia, & Gothorum in Africa, & modo in ætate nostra in India, vbi multi populi, ac Reges, & regna dicuntur ad fidem Catholicam conuerti. ¶ Remigibus superis, Angelico ducatu. Et diuinarum auxilio gratiarum. ¶ Frustra dentes dentibus. Pulchra allusione conatus Diaboli frustratos esse dicit. ¶ Esuriens. Animarum perniciem i. ¶ Rapit interdum. Hei misero mihi. Iam quatuor patriarchales Ecclesias cum innumeris suis populis absumpsit, Vngariam inuasit, Turcarum armis, & Germaniam atque Eluetios olim fidelissimos sanctæ matris Ecclesiæ defensores, nunc autem lu-

F therana peste infectos quotidie deuorat, & in altuum vastissimam traijcit. ¶ Datur. Ita poscentibus malis eorum demeritis. ¶ Sub vndis liquidis. Mysticè. Tentatores hominum per varias carnalium voluptatum infestationes. ¶ Colunt terras. Per Auaritiam, & ambitionem principatuũ terrenorum. ¶ Aera. Per superbiam. Mundanæ excellentiæ. ¶ Viuentia cuncta. Vniuersalis sententia vniuersaliter accipienda, nec per mysticum sensum restringenda. Nam & beati in cœlo Spiritus, & terrena animantia, aereæq; volucres, & pisces ponti, homines, & dæmones à Deo cuncta sibi congrua esca pascuntur. ¶ Compresseris. Nihil dando. ¶ Nubilus. Subiratus, morem regis alicui ex suis ducibus irati expressit, cum ei etiam stipendium negat. ¶ Spiritus illorum. Animantium cunctorum. ¶ Feretur. Diuersimodè tamen, nam irrationabilium in elementum, vnde sumptum fuerat, resoluetur; rationabilium pro meritis, ac demeritis manens immortalis ad requiem, vel ad pœnam feretur. Sicut habemus in Euangelio. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno: mortuus est pauper Lazarus, & portatus est ab Angelis in sinum Abrahe. ¶ Moxq; cadent. Hinc & cadauera dicta. ¶ Putredo. Corruptio, sanies cum vermibus scaturiens. ¶ Terram suam. Vnde sumpta sunt. Iuxta illud. Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. ¶ Mortua peccatis. Pulchra allegoria ex Apostoli dictis assumpta. Nam qui baptizati sunt in Christo, mortui sunt peccatis. Itaque

Roma. 6. debemus existimare mortuos nos esse peccato, viuentes autem Deo. ¶ Corpora nostra. Quandò castigantur, & in seruitutem rediguntur. Hoc autem fit ab his, qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. ¶ Typhus. Pomposus ille fastus, atque superbia. Vocabulum est Augustinianum. ¶ At nouus adueniat. Mors est malorum veteris vitæ morum, depositio & resurrectio nouorum. Hoc est assumptio melioris institutionis vitæ secundum Christum. ¶ Spiritus ille tuus. Qui, sanctorum pectora discipulorum descendens innouauit eos. Nam ex rudibus piscatoribus excellentissimos fidei prædicatores, & sapientissimos reddidit Doctores, æternique Iudicis potentissimos assessores. ¶ Pneuma tuum spira. τὸ αὐτὸ. Idem dicit. Nam pneuma græca dictio est, quæ Spiritum significat.

Luc. 23.

Ioann. 2.

Cogitur & Pisces, quos hauserat ore trifauci,
Euomere interdum dira minante Deo.
Pisciculos, ridet superùm chorus ille beatus
Dentibus exertas ire redire vias.
At magis irridet, cum faucibus instat apertis
Vt rapiat prædam, quæ fugit ante leuis.
Illudunt quoties capto? Cum ducitur ingens
Ante oculos Nauis, quam petit ore vorax.
Remigibus verò superis citò labitur acta,
Et frustra dentes dentibus ille quatit.
Non tamen esuriens semper ieiunus anhelat,
Nam rapit interdum, quæ datur esca sibi.
Nempe, Draco, & liquidis viuũt quæcũq; sub vndis,
Quæq; colunt terras, aëra quęque secant.
Escam nempe suam viuentia cuncta morantur,
Quam tu opportuno tempore cuique dabis.
Te tribuente Deus capient animantia cuncta,
Vnde trahant vitam, congrua quæq; sibi.
Te pandente manum magnam, cui copia rerum,
Cuncta replebuntur mox bonitate tua.
At si quandò manum merita compresseris ira,
Auersa & facie nubilus esse velis.
Turbabuntur tristi mœrore relicta;
Cordaq; cunctorum victa dolore gement.
Spiritus illorum te præcipiente feretur
In tenues auras: corpora moxque cadent.
Protinus absumet putredo cadauera; donec
In terram redeant corpora cuncta suam.
Mortua peccatis vtinam sint corpora nostra:
Auolet elatus noster & ille typhus.
At nouus adueniat summo delapsus olympo,
Mortua qui foueat; Spiritus ille tuus.
Pneuma tuum spira; lenem placatus & auram
In nobis sufla mitis, & alme Deus.

A

gnificat. ¶ Lenem auram. Adhùc & tertiò idem dicit. Nam & in Oreb locutus est Dominus. Ter autem icciredò repetit. Quia ter legimus in Euangelio, & in actis apostolorum datum esse spiritum sanctum discipulis. Primò, quando post resurrectionem insufflauit in eos dicens. Accipite spiritum sanctum, quorum remi pco. Item in die Pentecostes. Et tertiò, postquam dimissi sunt à principibus sacerdotum, & orauerunt: vt daretur eius cum fiducia loqui verbum. Cumque orassent, motus est locus, in quo erant congregati. Et repleti sunt Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia. Hinc etiam & nos ter vngimur omnes. In baptismate, ante .s. & post. Ac tertiò Chrismate ab episcopo. ¶ Cuncta. Bona opera. ¶ Orbis. Ex noua paganorum conuersione ad verum Deum. ¶ Flamine tuo. Gratia Spiritus sancti tui. ¶ Terrà. Rationalis vt hominū. Vel Ecclesia ex terrenis. Prius hominibus collecta. ¶ Inclyta gloria sit Domini mea, nonuè tua .i. Nullius particularis hominis, & si excelsi prædicatoris. Quid enim est Apollo? Quid Paulus? Quidue Cephas? Ministri, Do. non cui credidimus. Vnusquisq; eorum sicut donauit ei Dominus. ¶ Mutatis animis. Diuina inspiratione ad eorum prædicationem. ¶ Reparatio nostra: Christi sanguine causata, in cuius nomine baptizati sumus. ¶ Hominum. Operi, aut sapientiæ attribuenda. ¶ Nouatio nostra. Qua veterem hominem cum actibus suis deposuimus. Et nouū induimus, qui secundum Deum creatus est. ¶ Delebitur. Ipsa gloria Domini, quam dixit sese alteri minimè daturum esse. Gloria Domini, (inquit) meam alteri non dabo. ¶ Memores. Accepti à Deo multiplicis beneficii, creationis, redemptionis, peccatorum remissionis, gratiæ collationis, spei quoque futuræ gloriæ, quæ reuelabitur in nobis. ¶ Suis operum actis. i. Actionibus operum suorum. Ipse siquidem præcipuus est opifex, & artifex. Nos verò cooperatores eius. ¶ Sed Domino. Neq; enim sufficimus aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis. Item sine me (ait) nihil facere potestis. ¶ Operatur. Bona .s. quæ nos agimus. ¶ Omnia cernit, mala .s. opera nostra, quæ sine ipso nos misceri facimus. Nec enim malorum autor est Deus, sed bonorum. Videt ea tamen, vt iudex ad puniendum seruando decorem iustitiæ. ¶ Durius) Sicuti videtur nobis. Propter duriciem cordis nostri. ¶ Despexit. Aut deorsum aspexit, vel contempsit elatam animorum nostrorum superbiam, propter quam recalcitramus. ¶ Tremit tellus. Vt in ipsa Christi passione, & resurrectione, ac deinceps multotiens. Nam & ego dum essem mantuæ tempore quo Rex gallorum captus est ab exercitu Karoli imperatoris quinti in liberatione Papiæ ab obsidione Gallica, magnum sensi fieri terræmotum, quo pauefacti sumus. ¶ Fremit. Dum intonat. ¶ Fulgura multiplicat. Ex frequenti nubium collisione. ¶ Omne solum. Etiam fortium pectora virorum. ¶ Viscera. Montium saxa sunt. ¶ Ardet & intus humus. Vt in montibus Siciliæ. ¶ Sulphureo fumo. Maximè ex Ethna. ¶ Procul Vt à catinensibus tempore, quo adimpletum est illud Eulogium angelicum, insculptum tumulo beatæ Agathæ. Mentem sanctam spontaneam: honorem Deo; & patriæ liberationem. Etenim anno post altero, cum eructasset mons æthna incendium tam vastum, vt torrentem flammæ diceres, quo impete vasto descendens versus urbem prædictam, metuentes totius vrbis dispendium cives cucurrere ad sepulchrum diuæ Agathæ, Et inde arrepto pendenti velo, contra aduolantem flammam apposuerunt iuxta quod ignis sese continuit, nec vlterius processit. Lege historiam passionis eius. Hæc ad literam. Mysticum autem sensum in orbis conuersione ad apostolicam prædicationem, inuestiget lector omnia. neque enim sunt aperienda vt remaneat aliquid in quo vnusquisque sese pro modulo ingenii exerceat. Siquidem Apostoli, intonuere minis, fulsere miraculis, pluere doctrinis, eiaculauere fulmina necis, & excommunicationis in rebelles & hypocritas. ¶ Ast ego. Vates ipse volens Deo gratus esse, proponit semetipsum in exemplum cæterorum. ¶ Noua carmina, hæc quæ legis innouata. ¶ Reget. Et postea quid? multò melius. Quia nunc corpus, quod corrūpitur, aggrauat animam & impedit sensum multa cogitantem terrena inhabitatio. ¶ Longo æuo. idest. Eterno Nam qui habitant in domo tua domine in sæcula sæculorum laudabunt te. ¶ Vita deus. Etenim sicut anima est vita corporis. Sic & animæ vitæ Deus est. ¶ Viuo Deo. Et quis est qui viuat Deo? Nisi Is, cuius uita est Deus. Est autem Is, qui seruat illius mandata. ¶ Eloquium. Laudum. scilicet. ¶ Confessio grata. Peccatorum. s. Veluti illius publicani, qui dixit. Deus propitius esto mihi peccatori. Est etiam confessio laudum, ut ea. Confiteor tibi pater... Quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis &c. ¶ Dulcia uitæ. itē, alibi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori

Sap. 9.

Luc. 18.

Cuncta creabuntur, faciesq; nouabitur orbis.
Tota reflorebit flamine sparsa tuo.
Inclyta mutatis animis reparatio nostra
Gloria sit Domini, non mea, nonue tua.
Nullius est hominum speciosa nouatio nostra;
Solius Domini gloria tanta Dei.
Sæclorum nullo delebitur ordine longo;
Hæc benè apud memores fama perennis erit.
Vnde suis operum Dominus lætabitur actis.
Nam benè si quid homo perficit, eius idest
Quo duce quicquid agunt rectè, peraguntq; fideles,
Iam non ascribant id sibi, sed Domino.
Omnia qui in nobis operatur, & omnia nouit,
Grandia qui solus cuncta potenter agit.
Durius ex alto qui si despexit Olympo,
Ipsa tremit tellus, cordaq; nostra pauent,

B

Aere cumq; fremis, rugiens & voce minaci
Fulgura multiplicat, concutit omne solum.
Horribili, & celsos cum tangit fulmine montes
Viscera pulsa tremunt; ardet & intus humus.
Sulphureo videas horrescere & aera fumo,
Visaq; terribilis scandere flamma procul.
Ast ego cantabo Domino noua carmina laudum,
Dum mea cœlestis spiritus ossa reget.
Psallere docta manus longo nec desinet æuo;
Dum mihi vita Deus; dumq; ego viuo Deo.
Dulce meum eloquium sit ei; & confessio grata,
Sint iucunda Deo carmina nostra precor.
Delectabor enim super omnia dulcia vitæ
In Domino, vt mecum psalmus, & hymnus eat.

C

D ori meo. ¶ Pſalmus ,& hymnus eat. Bona operatio ex hilaritate cordis procedens . ¶ Labilium rerum . Earum. ſ.quæ vident oculis corporalibus. Nam (vt ait Apoſtolus ,) quæ videntur tranſitoria ſunt; quæ verò non videntur æterna. ¶ Noxia. Quia immoderatè concupita,morte afferunt æternam, multò magis immoderatus earum rerum vſus. ¶ Deficiant. A tam mala concupiſcentia caducarum rerum.¶ A terra.i.Ab amore, & affectio-
Prou.12, ctione terrenorum. ¶ Vt non ſint.ſ. amplius iniqui; quod prius erant . Iuxta illud alterius prophetæ. Verte impium, & amplius non erit.ſ.impius. ¶ Nec ſit. Subaudiendum eſt in eis. ¶ Iniquus amor . Iniquitatis amor per Endiadin figuram. ¶ Impietas oro &c. Expoſitio eſt ſupradictorum.Nam poetæ ſeipſos interdum exponunt, ſi paulò obſcurius animaduertunt rem quampiā ceciniſſe,quando volunt eam paſſim à cunctis intelligi præſertim cum vident admodum vtilem fore intellectum . ¶ Abſterſa macula . Sic & hic idem pſaltes pro ſemetipſo orauit cum factus eſſet impius , adulterij.ſ. ac homicidij reus. Aſperges (ait) me Domine Iſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.¶ Dicat vt is,Impius ad Deum , conuerſus , & à maculis peccatorum per pœnitentiam emundatus , & humilis Chriſti ſanguine aſperſus , qui eſt aſpergi Iſopo atque mundari , lauari & ſuper niuem dealbari. ¶ A mortis tenebris. Quæ ſunt interiores tenebræ? Niſi peccata infidelitatis,ac ignorantiæ? ab his tenebris,qui non fuerit (dum viuit) erutus , poſt mittetur in exte-
E riores tenebras , vbi eſt frigus, & ſtridor dentium. Oremus ergo continuè,vt ab his tenebris eruti ad æternam lucem peruenire valeamus ; vbi perpetuò illi gratias agamus , Benedicamus , laudemus , & exaltemus in ſæcula ſæculorum . Amen.

At peccatores , quibus eſt iucunda voluptas
Labilium rerum noxia , deficiant .
Sic precor , à terra cuncti tollantur iniqui.
Vt non ſint ; in eis nec ſit iniquus amor.
Impietas oro penitus perdatur iniqui ,
Abſterſa macula reſtet vt ipſe pius.
Dicat vt Is mecum iam fœlix : eruta mortis
O' anima , à tenebris tu benedic Dominò .

Alleluia Αιμεῖ τε θεόμ : Laudate potentem. Titulus Pſalmi huius ex initio verſus, patet quia geminatum eſt Alleluia , quo inuitamur ad Laudandum , & confitendum Domino Deo, per beneficia antiquo populo collatis, maximè in exitu de Aegypto, & hoc ad literam. Nobis verò multò magis Laudādus eſt Deus per erutione noſtra ex tenebroſo infidelitatis errore . Quo tenebantur captiui maiores noſtri gentiles, idololatriæ vinculis alligati. & hoc allegoricè: tertiò inuitantur etiam peccatores ex populo fideli,ad laudem & magis ad confeſſionem: quia maximo Dei beneficio eruuntur ab obſcuro carcere peccatorum , in quo tenebantur captiui, vinculis propriæ conſcientiæ alligati. Vnuſquiſq; itaque eligat , quem mauult intellectum . Nos enim allegoricum interpretando ſequemur.Quia hyſtoricus ſatis ex litera patēs eſt:moralis verò facilè ex allegorico conijcietur. Nā ꝑꝑ hos tres intellectus,trib. linguis in his duobus primis verſib.ter inuitamur ad laudādū Deū. Dicit igitur Hebraicè.¶Alleluia,quod eſt laudate inuiſibilem , & ſubauditur Deum. Ia. Si quidem eſt vnum de nominibus Dei, nulli alij conueniēs. Et ſignificat inuiſibilem. Alleluia , vero verbum eſt ſignificans laudate. ¶ θεομ. Græce. Laudate Deum, latinæ . Qui cuncta videt; & à nemine videtur maximè quanta eſt ſua eſſentia , propter incapacitatem creaturarum. ¶ Laudate potentem &c. Iam noſtis omnes Latinam hanc
F eſſe locutionem. Debent autem Chriſti Sanguine redempti præcipuè , Laudare Deum ; quia non habent vltra , quæ Deo pro immenſis eius Beneficijs reddant , niſi laudes,& gratiarum actiones. Non quòd his indigeat Deus, ſed quia in mentibus gratis ſibi complacet, atque his delectatur. Quæ tamen omnia redeunt in noſtram vtilitatem. Nam deuota laudatio , & grata accepti beneficij gratiarum actio, eſt alterius Beneficij tacita petitio ; eo ꝙ diſponat animum donatoris ad ea conferenda , tamquam benemerito, & grato. ¶ Magnificare Deum . Dixerit quiſpiam apprimè doctus, & argutus ex his ſciolis , quonam pacto minimus poterit maximum magnificare? Tribus modis magnificatur Deus , corde, lingua, & operibus. Corde quidem, vt docet diuus Ambroſius, credendo in eum,& ornando animam multis ac magnis virtutibus boniſq; moribus. Ore vt modo in pſalmo,& in alijs multis canticis: operibuſq; melioribus. Nam libentiſſimè cor intuetur Deus, Libentius animam in ſenſibus corporis benè rectis linguamq; ſua verba reſonantem . Laudemus itaque Dominum, quia redemit nos. Sanguine proprij filij. ¶ Eccleſia ſancta.Allegoricè, ex Iudæis atque gentibus collecta. ¶ Magnalia geſta. Non ſolùm ea, quæ pro hebræis olim geſſit. Sed & quæ per ea ſignificabantur gerenda ad noui populi conuerſionem , & ædificationem. ¶ Propagare. Dilatare per omnes populos. ¶ Miraque facta Dei. De quibus infra. ¶ Hymni. Laudes Dei ſunt metrico carmine certa quadam muſicæ ratione vt cantentur compoſiti . Quales ſunt illi. Conditor alme ſyderum. Item vt queant laxis reſonare fibris. ¶ Pſallite cantantes. Myſticè,dulcis eſt in auribus Domini ea cantilena, qua creditur id, quod ore canitur , & operando manibus impletur . Hæc ſunt cythara , vox , & pſalterium . ¶ Priſci patres.Moyſes & prophetæ, ¶ Apud gentes. Omnes. Non ſola amplius in Iudæa , vt olim dicebatur . Notus in Iudæa Deus.Sed ut nunc laudent Dominum omnes gentes , & collaudent eum omnes populi. ¶ Sanctum
Phil. 2. nomen, Ieſu Chriſti , de quo ſcriptum eſt . Vt in nomine Ieſu omne genuflectatur cœleſtium terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus eſt in gloria Dei patris. Neque eſt aliud nomen ſub cœ-
Act. 4. lo datum, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in N. D. I.Ch. ¶ Studete . O vos diſcipuli Domini . Et ſucceſſores eorum. ¶ Quærentium. Dominum Ieſum, non quomodo quæſierunt Iudæi, vt perderent. Quibus dictum eſt.
Ioan.7. Quæretis me, & non inuenietis; & quò ego vado,vos non poteſtis venire . Sed quomodo quæſierunt apoſtoli , vt

ODE CIIII. PSALMVS CIIII.
Confitemini. I.

Alleluia . Αιμεῖ τε θεόμ: laudate potentem ,
Atque inuiſibilem magnificate Deum .
Confiteare Deo , Dominoq; Eccleſia ſancta ;
Inque tuum auxilium nomen amando voca.
Excelſas inter gentes magnalia geſta
Propagare iuuet, miraq; facta Dei.
In populis hymni modulata voce ferantur ,
Pſallite cantantes , tangite plectra manu.

hic psaltes. Et Esaias. Quærite (inquit) Dominum, dum inueniri, potest inuocate eum dum prope est. ¶ Quærite sollicitè. Magis quàm terrena, ipse enim in Euangelio nos monuit dicens. Nolite solliciti. i. Anxij esse animæ uestræ dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, neque corpori uestro, quid induamini: & reliqua. ¶ Sese offeret. Sicut Magdalenæ, & alijs mulieribus quærentibus cum mortuum in sepulchro, & ecce uiuus à resurrectione se se illis obtulit inueniendum osculatæ sunt. ¶ Moras. Nimis procrastinando. ¶ Dilectā faciem. In quam desiderant angeli prospicere. Hæc est enim spes præmij nostri, vt qui modò videmus tamquàm in ænigmate per speculum, tūc eum uisuri sumus facie ad faciem, secūdum Paulum, & secundum Ioannem, sicuti est. ¶ Obuius occurret. In Spiritu per gratiarum collationem. ¶ Quærite semper. Vsque ad supremum uitæ halitum. Donec plenissimè inueniatur, & securissimè teneatur. Toties iccirco monemur eū quærere. Quia dum uiuimus, sæpè se se nobis subtrahit. Interdum culpa nostra, & interdum ad vtilitatem nostram pro augumento desiderij, & ardoris amoris sui. Sumus enim nos natura gelidi, vnde & desides efficimur. Hinc & habita dona paruipendimus; interdumque fastidimus. Verum ex subtractione eorum dolemus, & dolendo accendimur eorum desiderio. Sit nobis exemplo mulier, quæ amissa dragma totam euertit domū, nec quieuit donec inuenit. Sic & nos facimus circa gratam Domini amissam. Conscientiam euertimus, nec quiescimus donec in nos redeuntem aduertimus. ¶ Cordis affecti. Ardenti desiderio. ¶ Arterias. Meatus uocis. ¶ Halitus. Spiritus ex aere qui sumitur, & redditur. ¶ Grauat. Hactenus defectus, qui ex proprio cursu solent euenire, dū aliquem amicum charissimū quærimus amissum. Nunc enumerantur beneficia collata ex hoc spirituali cursu animæ, dum quærit Deum. ¶ Aetherea aura. i. Spiritus sancti gratia. ¶ Viarum. Mandatorum eius, quibus facilis ad Deum ascensus. ¶ Patres. Prophetæ, & Apostoli. ¶ Quæ. i. Quam grauia. ¶ Signa. Nam miracula in Aegyptios facta adeò stupefecerunt eos. Vt dixerint, fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro illis. ¶ Quantaq;. Ad magnitudinem signorum, quæ uerò, ad grauitatem supplicij. ¶ Nec minus. Subaudi digna, immò magis, vt & in aliorum notitiam possint deuenire. ¶ Consilia alta Dei. i. Profunda, atq; inuestigabilia. Iuxta illud apostoli. O altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. ¶ Responsaque sacra. Vatum priorum uaticinia, de salutifero rege uenturo, & de humani generis futura redemptione per eum. ¶ Iustaque iudicia. De reprobatione multorum Iudæorum. Et assumptione populorum gentilium, item de superborum, atque pharisæorum depositione, & de humilium piscatorum exaltatione. Et rursus de diuitum exinanitione sapientum huius mundi, & de repletione esurientum stultorum. Quæ omnia prædixerant antiqui uates. ¶ Nō caro uel sanguis. Ita & Ioan. in Euang. Qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. ¶ Sed facit esse fides. Sic & Apostol. Non qui filij carnis hi filii Dei Sed qui filii sunt promissionis æstimantur in semine. Et alibi, sicut credidit Abraam Deo: & reputatum est illi ad iustitiam, sic & nobis credentibus fides reputabitur ad Iustitiam. ¶ Patrem. Vnde, & immutatum est ei nomen. Vt qui prius Abram dicebatur. i. Pater excelsus Modo Abraam vocetur. Quòd est pater multarum gentium. ¶ Morum. Licet multa fuerint in hoc homine laudabilia; præcipuè tamen prompta obedientia, qua & domum patris cum patria, & cognatione deseruit, fuitque peregrinus toto tempore vitæ, & qua proprio filiò non pepercit propter Deum. Virtus autem hospitalitatis, atque humilitatis cum viua fide in eo mirabiliter effulgebant. Tales mores nos etiam & filios Abrahæ. i. promissionis, & commendabile Deo, atque hominibus reddent. ¶ Conseret in patrio trunco. i. Facit reputari, atque connumerari inter filios Abrahæ, quibus promissa est hæreditas regni cœlestis. Est autem allusio ad id, quod ait Apostolus de oleastro conserto in bonam oliuam, propter fractionem ramorum. ¶ Cædier. i. Imolari, siue per martyrium, siue per mortificationem carnis in vigilijs, ieiunijs, laboribus & alijs Ecclesiasticis disciplinis, vt spiritui possit esse subiecta. Hi sunt qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Hi sunt, qui tollunt crucem suam, & sequuntur Dominum. ¶ Isacon. Cui pater persuasit post immolationem corporis sui, iterum resurrecturum esse, vt verbum Domini viuificaretur in eo. Quo promiserat multiplicandum semen eius, vt stellas cœli, & arenam Maris. Qua spe facilè passus est iuuenis. xxx. ann. à sene patre. Centenario & supra pro hostia

Esa. 55.

A

Matth. 6.

Matt. 28.

1. Cor. 13

3. MDCC

B

Rom. 11.

C

Rom. 9.

Gal. 3.

Rom. 11

Omniaque intrepidi psallendo mira referte
 Facta Dei: prisci quæ cecinere patres.
Carminibus vestris quàm sit laudabile nomen
 Eius; apud gentes pangere nitimini.
Laudibus, & modulis vt sanctum nomen adorent,
 Omnes hortari mente studete pia.
Pectora quærentum dominum lætentur, & vnà
 Quærendo exultent, qui cecinere prius.
Quærite solliciti, sese offeret inueniendum.
 Quærite; quò longas ducitis vsque moras?
Quærite Dilecti faciem; quærentibus vltrò
 Obuius occurret: quærite, semper adest.
Non opus est alas velocibus addere plantis;
 Sed magis affecti cordis amore pio.
Non artus tremulos quassat, non membra fatigat;
 Hic animi cursus nobilis, atque leuis.
Non facit inualidos, non corpus robore priuat.
 Non arterias halitus inde grauat.
Quin magis infirmos artus corroborat; addit
 Debilibus vires; tollit ad astra graues.
Insuper ætherea recreatur anhelitus aura
 Liberior solitas itq;, reditq; vias.
Quærite mente Deum, memores estote viarum
 Quærentes illum, quas tenuere patres.
Et reminiscimini, quæ, quantaq; signa patrauit
 Illorum in medio prodigia atque noua.
Admiranda quidem memoratu, digna relatu,
 Nec minus existunt omnia facta Dei.
Consilia alta Dei vobis, responsaq; sacra
 In mentem veniant, iustaq; iudicia
Vos inquam, appello, quos verum semen Abrami
 Non caro, vel sanguis, sed facit esse fides.
Illum pura fides ex seruo fecit amicum;
 Multigenæ gentis constituitq; patrem.
Vos sincera fides, similisq; imitatio morum,
 Vt genitos tronco conseret in patrio.

D alligari, atquè imolari, si Deus permisisset. Videte hystoriam in lib. Genesis. ¶ Supplantatio fratris iniqui .i. Diaboli. Sensus est: sicut appellatus est Iacob. Quia supplantauit fratrem Esau surripiẽdo paternam benedictionem,
Gen. 22. atque persequens hæreditatem. Sic & vos Iacob filij reputabimini si supplantaueritis Diabolum surripiendo illi ęternam hæreditatem. Sopplantamus autem Diabolum, qoando illo suggerente sese offert oobis aliqua opportuna peccandi occasio. Per quam is potat nos omnino facinus suggestum admissuros. Et tamen diuina aspirante, gratia libenter à vitio abstinemus. Sic Ioseph castus oblata adulterij opportooitate abstinendo supplantaoit inimicum. Sic & oblata occasione vlciscendi in iouidos fratres abstioendo supplao-
Gen. 39. tauit inimicum. Sic & Dauid parcendo neci Sao-
Gen. 42. lis. ¶ Et vota soluta pia. Quæ in baptismo voui-
1. Reg. 24 mus. Abrenoociantes Diabolo, & operibus, ac pompis eius: Vel quæ in habitu assumptæ religionis pollicẽtur regulares. Obedientiam. s. castitatem & paopertatem. Sicut & Iacob persoluit votum, quod vooit Domino dicens. Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo: & dederit mihi paoem ad vescendũ, & vestimentum ad induendum, reuersusq; prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum: & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei. Cunctorumque quæ dederis mihi, decimas dabo tibi. ¶ Præque omnibus
E vnùm. Quia impossibile est sine fide placere Deo. Vnde & oportet accedentem ad Deum, primum credere qoòd sit: & ꝙ inquirentibus se remunerator sit. ¶ Iodicia illius. Recta quidem licet occulta nobis. ¶ Pacti fœderis. Et antiqui, & noui testamenti. ¶ In geneas .i. Generatiooes. Nos finitus pro infinito. ¶ Fidei. Videlicet qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ¶ Memorat. Per expositores, lectores, & cantores Euangelij. ¶ Testamenti .l. Promissionis. Quia. s. in semine tuo benedicentur omnes gentes. Semen autem hoc Christus est. Cum omnibus Christianis ad se pertinentibos. ¶ Ad Isacon. Locutio familiaris diuinæ scripturæ vt & alibi. Iusiurandum qood iorauit ad Abraham patrem nostrum daturum se oobis. Item alibi. Sicot locutus est ad patres ooltros Abraham, & semini eius in sæcula. ¶ Olim. Post mortem patris sui, dum peregrioaretur ingeraris, & pararet descendere in Aegyptum propter obortam famem. Apparuit ei Dominus, monuitque ne descenderet in Aegyptum, sed maneret ibi. Confirmauitq; quæ facta & ante Abrahæ pacta promissa fuerant. ¶ Filius. ¶ Isaci. Qui fuit Abrahæ filius. ¶ Atque. Nepos Abrahæ. s. & filius Isaci. ¶ Ab ortu. Namque nascens plantam pedis fratris Esau manu tenebat. Hinc & sopplantator est appellatus. ¶ Suplantato. In surripienda benedictione. ¶ Certa sub imagine. Deus enim verè in sui substan-
F tia essentia seu natora inuisibilis est oculis corporalibus istis, atque mortalibus. Et propterea dixit: Non videbit me homo, & vioet. & teste Ioanne. Deum nemo vidit vnquam. Verùm quando voluit apparere patribus antiquis, assumebat sibi aliquam speciem visibilem, siue humanam, siue ignis, siue cuiussis alterius rei. Iacob quidem visus est in humana specie. Et propterea dixit. Vidi Dominum facie ad faciem: & salua facta est anima mea. ¶ Hæc regna. Peregrinationis tuæ. Caoanæorum. s. Iebosæorum cæterorumq; adiacentium populorum. De quibus in Libro Iosue. ¶ Tibi .i. Generi tuo per hæc autem regnã, mysticè intelligenda sunt regna cœlorum. Vnde eiectæ sunt dæmoniorum innumeræ phalanges. ¶ Arua gigaotum. In quibus olim fuere gigantes viri statura proceri, & bellicosissimi. Quibus viri Israelitici comparati, locustæ videbantur. Per hos autem magna magnorum spirituum potentia significatur. Si à Domino permitterentur oocere quantum valent, & quibus vellent, in vna die perderent homanum genus: Verumà Deo sub fræno velut eqoi calcitrosi compescontur. ¶ Funiculus .i. Partita vniuscuiusque hæreditatis portio. Eo quòd per funiculos longè latèque per tractos arte geometrica terræ partiebantur. Vt in supradicto Iosue videre licet. Mysticè significat vnumquemq; recepturum in æterna hæreditate, secundum opera, laborem atque merita soa, condignam portionem. ¶ Multi. Puta. LX. ¶ Oppidulum. Sichem, qoem per insidias (cũ aperto marte non possent) filij Israel deuastarunt in vltionem Dinæ sororis à filio regis vi raptæ & stupratæ. ¶ Indigenæ. Inde geniti, sed peregrini & aduenæ. ¶ Auxilium. Ad expugnandos & propellendos hostes. ¶ Subsidium, si ab alijs oppugnarentur, aut obsidione rurà premerentur. Sic

Vos (inquam) appello, quos sacræ cædier aræ
Isacon vt quondam spes rediuiua facit.
Vos, inquam, quos supplantatio fratris iniqui
Electos facit, & vota soluta pia.
Hoc vnum meminisse decet, præq; omnibus vnum:
Cunctorum nobis esse Deum, & Dominum.
Iudicia illius terram diffusa per omnem,
Et bonitate eius cuncta repleta fore.
Sicut & ipse Deus sæclum dignatur in omne.
Nobiscum pacti fœderis esse memor.
Mille quoq; in geneas fidei ceu nobile verbum,
Mandatum nobis quotidie memorat.
Vt testamenti reminiscitur eius: Abramo
Quod se olim nouit disposuisse patri.
Vt iuramenti meminit quod cœlitus olim
Oblatæ proli se meminisse videt.
Vtq; recordatur, proprio quod ore statuti
Amborum excepit filius, atque nepos.
Qui quoniam fratri supplantaturus ab ortu
Haud dubia exhibuit signa: Iacobus erat:
Hoc supplantato, quoniam cum milite cœli
Colluctando diu fortis athleta fuit.
Quodq; Deum certa voti sub imagine compos
Viderit, Israel amodò nomen habet.
Huic testamentum pepigitq; fidelis in æuum.
Æternum: dicens hęc tibi regna dabo.

Hæc Chananæorum tellus, hæc arua gigantum
Funiculus vestræ pinguia fortis erunt.
Fœdera cum fierent, nec erant hoc tempore multi:
Oppidulum vt possent vix superare manu.
Indigenæ nec erant, adiuncti sanguinæ regi:
Vnde his auxilium, subsidiumùe foret.
Incolæ erant, varijs peregrinabantur in oris,
Vt profugis nusquàm certa relicta domus.
In gentes alias alia de gente migrabant,
Atq; remigrabant inde iubente Deo.
Iguotum ad populum tentoria sæpè profecti
Pandebant alio fixa, refixa loco.

& homines

Insurrexissent homines ? mox atq; tonabat
Protector Deus, & corripiebat eos.
Sæpè etiam afflixit reges, populosq; minaces :
Tentarent animo ne, vel obesse malo.
Dum torquerentur nocturna uoce monebat
Ceu pater afflictos ; cur paterentur eà.
Audaces nolite meos contingere Christos,
Nolite illorum commaculare torum.
Dente meos rabidi nolite lacessere seruos,
Aut probris mentes dilacerare pias.
Vatibus inq; meis, mea qui præconia docto
Ore canunt, fieri quæq; maligna veto.
Compulerat siquidem ad terras migrare iacentes
Annona, & Domini uoce vocata fames.
Percitus humano scelere & contriuerat escam ;
Quæ firmamentum est cordis, & omne virens.
Vt nossent populi, quanto discrimine seruos
Gentibus à reliquis iudicet ipse suos.
Miserat ante virum, qui illis alimenta pararet,
Quantaque sufficerent, adueniente fame.
Hic vir Iosephus sapiens, hic prouidus ille est ;
Cui data venturi præscia mens fuerat.
Inuidia fratrum foueam defossus in imam
Vix inde emersit, mancipium vt fieret.
Venditur externis ; Nili transfertur ad vndas,
Seruitij durum sustinuitque iugum.

& homines in terra geniti, & de terra plasmati. Non sunt superæ regionis indigenæ ciues, sed aduenticij. ¶ In alijs oris. Inferæ regionis huius, quæ vallis miseriæ non immeritò appellatur. ¶ Certa domus. Non quò ad affectionem ædificantium domos Luteas, & alta palatia, qui solent dicere, Hæ nobis certæ sedes, requies hæc certa laborum, quam nostræ fecere manus. Veruntamen plerumq; eis dicitur, stulte hac nocte repetent à te animam tuam. Hæc quæ parasti cuius erunt? Ab quamtus dixit, Barbarus milles: Hæc mea sunt ; veteres migrate coloni. Ah quoties in aula regia nutritus in stabulo, uel in Sterquilinio moritur. Hæc diximus quo ad allegoricum sensum, ne quis existimet etiam hic se non esse peregrinum. Cum Rex & propheta de se dixerit. Nam & ego peregrinus sum, & aduena sicut omnes patres mei. Et Apostolus. Quamdiu uiuimos peregrinamur, à Domino. ¶ In gentes alias. Alia de gen. mig. de Vt caldæorum primum, in Mæsopotamiam Syriæ. Inde in terram Cananeorum. Atque illinc interdum in Palestinam & interdum in Aegyptum, vnde & in terram Canaan iterum atque iterum regrediebantur. ¶ Insurrexissent homines. Subaudiendum est in eos, q. d. non insurrexerunt metu Dei protectoris corū absterriti, sed & si insurrexissent, veh illis. Hoc autem dixit, quia aliquando voluerunt insurgere aduersus eos, sed cohibiti sunt à Domino. Sicuti post deuastationem Sychimorum. Recedente inde Iacob cum omni domo sua ; vt ascenderet, & habitaret in Bethel, ubi aliàs votum uouerat. Terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates: & non sunt ausi persequi recedentes. ¶ Reges. Aegypti, & Geraræ palæstinorum. Cum ausi fuissent rapere Sarai vxorem Abraam ; credentes sororem eius esse, vt sibi ipsis uxorem assumerēt. ¶ Nocturna voce. Hoc factum esse Abimelech regi Geraræ narrat hystoria geneseos, quam hic uidere poteris. ¶ Paterentur. Difficultatem. s. coeundi, & pariendi. ¶ Audaces. In malum ; pro eo quod est temerarij. atque præsumptuosi. verba sunt Domini increpantis eos, qui illis erant molesti. ¶ Christos. i. Vnctos mihi in prophetas unctione spiritali. Ex hoc loco arguunt doctores nomen Christianorum non esse nouum, nec temerè vsurpatum, sed antiquissimum, & à diuina scriptura comprobatum. Nam si perfectiores antiqui patriarchæ inuisibiliter à Deo in prophetas vncti Christorum nomine sunt vocati, sed & Cyrus persarum Rex alienigena, quia tipum Christi, gessit, à Domino vocatus est Christus, quanto magis nos serui ueri Christi, qui unctus est à Deo præ participibus suis ; inremerito appellamur Christiaoi? Cum & nos ipsos in reges, ac sacerdotes unxerit, non solùm visibiliter per ministros suos: sed & inuisibiliter per semetipsum intus in anima! ¶ Torum. Eo quòd vxores abstulerant aut forsan auferre parabant, earum pulchritudine succensi. ¶ Annona. Prouentus frugum annuus. ¶ Fames. Ter hanc memorat sacra historia regiones Cananæorum uexasse, & ob id patres antiquos coactos fuisse in Aegyptum, siue alibi peregrinari. Semel tempore Abraam, & iterum tempore Isaac, & tertiò in senectute Iacob. Quando dominante Ioseph in terra Aegypti coacti sunt fratres eius ad illum descendere pro alimonijs. ¶ Percitus. Promotus, & prouocatus. ¶ Humano scelere. Hæc est causa flagellorum Dei. Famis pestis, atque belli. ¶ Quanto discrimine. Quanta differentia, quia alijs fame pereuntibus, uel saltem tabescentibus, prouidet suis abundantem uictum. ¶ Ante virum. Iosephum verè uirum multa uirtute præditum. Quod supra generaliter retigerat, nunc specialiter exequitur de prouisione facta populo suo tempore famis VII. annorum, quæ non solum chananeorum terram, sed & ipsa oppressura erat Aegyptū. ¶ Iosephus. De hoc uiro vide historiam in libro Geneseos. ¶ Præscia mens. Per somniorum interpretationem, nō quorumcunque, quia multa uana sunt, nec curanda; sed eorum tantùm, quæ à Deo immittuntur. Quæ autem sint, is, cui data est gratia interpretandi, habet munus & discernendi. Vidi alias talem fieri distinctionem somniorum. Quia quædam procedunt ex nimia repletione cibi, vel potus: alia contra, ex nimia inedia, seu uacuitate; nonnulla ex nimia curarum anxietate ; aliqua ex nimio desiderio habendi, vel metu habita perdendi. Nec ulla talium somniorum curanda, quia uana sunt omnia, atque mentis affectæ delusoria. Quædam uerò sunt à malignis spiritibus, & deceptoria, ieccirco flocipendenda. Quædam & rata à diuino spiritu menti infusa, & hæc sola curanda, quia semper veritate fulciuntur. Talia erant, quæ à Iosepho, atque Daniele curabantur, & interpretationem congruam accipiebant. Siue à se, siue ab alijs visa fuissent. ¶ Inuidia. Multis occasionibus exorta, & aucta & quia iustus, atque innocens erat, illi verò iniqui, & peccatores. Nam accusauit eos crimine pessimo apud patrem. Et quia plus illis diligebatur, & polimyta veste fuerat decoratus. Et quia uisa quædam narrauerat somnia fœlicitatem sibi & dominium portendentia. ¶ In imam foueam. In cisternam ueterem, in qua non erat aqua. Nota est hystoria ex lectione Genesis, quæ etiam in Ecclesijs legitur. Quam hic vide. ¶ Nobile mancipium. Nobilis seruus, non quia ex nobili genere fuit exortus. Sed quia præditus erat uirtute, quæ sola est vera nobilitas. ¶ Virtus. Ipsa tam excellens. Et tamen non dedignatur seruitutem uel ullam infimam conditionem. Vnde bene dicebat Apostolus. Apud Dominum neque seruus neque liber & bona seruitus & bona libertas æqua lance

Margin: A; Gen. 35.; cap. 20.; B; C; Gen. 39. & 40.; Gen. 37.

D penduntur. Hinc est, qui sacramenta Ecclesiæ, vnde salus animæ, vtrisque sunt communia. ¶ Transfertur. Per Medianitas mercatores, quibus fuerat à fratribus venditus. ¶ Seruitij iugum. Sub phutifere magistro militiæ Pharaonis regis Aegypti. ¶ Mens libera. Quæ non nisi à vitijs captiuari potest. ¶ Dominabatur. Iuxta sapientis eulogium: seruus sapiens dominabitur stultis filijs. ¶ Seruiles ocellos. Qui voluptati deseruiebant. Non animaduertebat. Quia mors intrat per fenestras nostras, & ingreditur in domos nostras. Hoc est per oculos ad cor, vbi sedes est animæ. ¶ Oblita. Sui generis, & honestatis, matrisfamilias. ¶ Turpique libidine. Quia redduntur turpes, & infames, qui illi seruiunt. ¶ Proh scelus.

Nobile mancipium virtus haud ipsa reliquit,
  Fortis in aduersis, dulcis vbique comes.
Præpositus cunctis vt prudens seruus; herili
  Mens dominabatur libera sola domo.
Cumque hera seruiles misera iniecisset ocellos.
  In faciem iuuenis, capta decore pij.
Mox oblita sui, turpique libidine cæca,
  (Proh scelus) ausa viri commaculare thorum
Pertentat iuuenem, nec sæpe repulsa quiescit,
  Addit & amplexus perdita facta nimis.
Ast animo liber, licet esset corpore seruus,
  Virtutis vera nobilitate potens.
Fœmineo luxu spreto, scelus horruit illud,
  Aufugiens miseram sicque reliquit heram.
Spreta hera virtutem pueri execrata pudici,
  In rabiem verso prorsus amore, furit.
Hunc exosa nimis, nimis vt dilexerat ante,
  Perdere festinat; cuius amore perit.
Clamat io iuuenes dominæ succurrite vestræ,
  Attrectare ausus me puer iste fuit.
Inque rei signum vestem ostentare relictam,
  Laciniam cuius languida perdiderat:
Questa deinde viro redeunti; expendere pœnas
  Pro scelere (exclamat) læse marite iube.
Credulus ille nimis vesti, lachrimisq; subortis,
  Queis dudum edoctæ mox maduere genæ.
Imperat apprændi iunenem, manicisq; ligari,
  Compedibus duris, stringier atque pedes.
(Proh dolor, atq; nefas) in vincula truditur insons:
  Tunc pupugit iustus pectora casta dolor.
Sed patienter agens, vitam pro laude pacisci
  Certus, forti animo quælibet aspra tulit.
Tertius annus erat, quo duro carcere pœnas
  (Sic placitum superis) immeritas luerat.

Iccirco exclamat, quia grauissimum scelus est adulterium. Vnde & Augustinus dicebat. Quid in omnibus adulterio grauius? vltore ferro olim vlciscebatur. At nunc lex Iulia dormit. ¶ Verùm non dormit, neque dormiet Christus iudex: qui impœnitentes adulteros atque adulteras in gehena perpetuò cruciabit. ¶ Ille animo liber. Discant serui resistere blanditiis malarum dominarum etiam viduarum. Quæ plerùmque in delitijs viuentes (vt ait Apostolus) mortuæ sunt, & alios ad æternam mortem secum trahunt. ¶ Aufugiēs. Cætera uitia repugnando vincuntur, libido verò fugiendo superatur. Fœlix qui citò fugiens vitat occasionem oblatam peccandi: & hoc ideò, quia caro nostra non est ferrea, nec animus est adamantinus, citò mollitur, citò delinitur, citò flectitur, & superatur. Sanum ergo consilium est mox fugere. ¶ Pueri. Non ætate, sed seruili conditione. ¶ Furit. Verum est illud adagium, fœmina, aut impatienter amat, aut execrabiliter odit. Nescit enim modum seruare. ¶ Perit. Pro perijt, syncopa est, aut tempus pro tempore. ¶ Ostentare. Pro ostentabat; figura non modo poetis, sed etiam hystoriarum scriptoribus concessa. ¶ Laciniam. Partem extremam. ¶ Languida. Prius, dum amore langueret. Iam enim furore vexabatur, quærens perdere, quem nimis amauerat. ¶ Lachrimis. Hic non nouerat consiliū sapientis. Instruit insidias lachrimis, dum femina plorat. Nil temerè vxori de seruis crede querenti. Sæpè etenim mulier, quem coniux diligit, odit. ¶ Quis. Pro quibus lachrimis. ¶ Edoctæ. Iuxta illud, Neue puellarum lachrimis moueare dolosæ, vt flerent oculos erudiere suos. ¶ Stringier. Pro stringi, est enim paragoge. Non tamen diu stetit astrictus, nam inuenit anniuente Deo gratiam in conspectu custodis carceris, qui solutum ab his vinculis præposuit ministrum cæteris vinctis. ¶ Proh dolor, atque nefas. Iusta exlamatio, talem fecit etiam diuus Chrysostomus in sermone decollationis. Io. Baptistæ proh nephas (iuquit) Herodes tu adulterium facis, & in carcerem truditur Ioannes? ¶ Obfuit esse probum. Ita quandoque videtur infirmis fidelibus. Verè enim nunquam nocet, quin multum prodest. Aeternam quippe beatitudinem secum affert. ¶ Tunc pupugit. Perculsit. ¶ Iustus dolor. Etenim leniter ex merito quicquid patiare, ferendum est. Quæ venit indignè pœna dolenda venit. Attamen monemur ab ipso Domino nostro Iesu Christo, & à beato Petro Vicario eius, vt nemo nostrum patiatur tanquàm fur, vel adulter, aut peccator quiuis. Sed potius propter iustitiam, quia beati erimus. Legimus & Socratem iniustè damnatum ad potionem veneni more Græcorum, redarguisse vxorem suam, quæ eiulabat virum sanctum atque innocentem iniustè morti addictum: dicens illi. Quiesce ab eiulatu nonne satius est insontem, quàm reum sceleris mori? ¶ Patienter agens. Nec mirum, quia figuram Christi in passione sua gerebat, qui patientissimè durissima quæque laturus erat. ¶ Pro laude. i. Virtute, ab eo quod sequitur id, quod præcedit intelligendum est. Nec enim pro sola laude humana licitum est seruis Dei quicquam attentare, alioquin æternam amitterent mercedem. Iuxta illud, Attendite, ne faciatis iustitiam uestram coram hominibus, vt uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum, qui in cęlis est. Sunt enim hi virgines fatuæ, quæ in uasis suis oleum habere negligunt. Et ob id excluduntur à foribus sponsi, & sponsæ. ¶ Tertius annus erat. Tandiu permissus est angi, vt virtus longanimitatis ad exemplum nostrum in eo esse demonstraretur. ¶ Sic placitum superis. Siue causa prædicta, siue alia fortiori sic òptimè respondemus curiosis hominibus iusta Dei iudicia volentibus perscrutari, & maximè super afflictionibus piorum, vel qui uidentur iniqui vt dicamus. Si placuit Deo, Cui non licet dicere cur ita facis? Sic tamen ut in corde nostro fixum teneamus. Iustus es Domine; & rectum iudicium tuum. ¶ Luerat. Sustinuerat. ¶ Vt foret exemplo. Ecce causa, quæ piè quærentibus exponenda est. Ne fortè scandalizarentur, & retrò cederent videntes iniquos prosperè agere, & pias affligi. De hac relatiùs in alio psalmo disputatum est. Ibi vide. ¶ Tandem.

Gen.39. & 40.

E

F

dem. Post longos labores. ¶ Compressa. More palmæ, quæ quanto magis premitur, tantò fortius exurgit. ¶ Probataque uirtus. Nam sicut aurum probat fornax. Sic & virum iustum tentatio. ¶ Somnia. Duorum seruorum A
Pharaonis, pincernarum principis, principis & coquorum. Nota est hystoria. ¶ Exitus. Reditus in gratiam vnius, Gen.40
& necis alterius. ¶ Succensus Iosephus, Nam Spiritu Dei plenus erat, qui vocatur ignis, eo quòd inflammet hominum corda amore Dei, & proximi. ¶ Indiciũ. Persolutionem prædictorum somniorum, quam veram, mox subsecutus ostendit euentus. Nam pistore suspenso, pyncerna restitutus est in locum suum. Qui & regi de Iosephi prudentia suggessit in somniorum interpretatione. ¶ Sordibus & positis. Propter squalorem diutini carceris. Neque enim fas erat quemquam in habitu sordido sistere regi. ¶ Somnia. vij. Vaccarum pinguium, & Gen.40.
totidem extrema confectarum macie, quæ primas deuorarunt: nec vllum saturitatis signum dederunt. & iterum. Vij spicarum plenarum, atque pulcherrimarum, & totidem tenuium, atque vredine percussarum, à quibus primæ simili modo sunt consumptæ, nec propterea meliores hæ redditæ fuerunt. ¶ Panis. i. Tritici, vnde conficitur panis. ¶ Canos senes. Canicie dealbatos. Non itaque debent erubescere grandæui ab his iunioribus erudiri, quos nouerunt Spiritu Dei plenos esse. Vnde & legimus seniores Israel in Babilone patienter tulisse à Daniele etiam cum cõ- B
tumelia redargui, dum ab eo addiscerent, quo pacto falsum testimonium deprenderent aduersus Susannam à pessimis illis præsbyteris prolatum fuisset. ¶ Viri. Qui fuerat præpositus uniuersæ terræ Aegypti. ¶ Noua fertilitas. Magna, & insolita primi. videlicet septennij. ¶ Vbere. Vubertate. ¶ Horrea plena. Non modò vetera, sed quæ de nouo iusserat ædificari, pro condendis spicis, in quibus tamquàm in naturalibus thecis multò melius frumenta seruantur, quam nuda grana super solariis. ¶ Fruges. Omnis generis, nõ tritici tantum. ¶ Aegra seges. Subaudiendum futura est. ¶ Repentè. Hoc ad fatuitatem referas rusticarum mentium. Nam tam longa fertilitate delusi ruricolæ famem minimè venturam reputabant. ¶ Ferrea claustra. Allusio est ad vaticinium cuiusdam prophetæ comminantis penuriam in personam Domini. Dabo (inquit) vobis cœlum sicut ferrum desuper, & deorsum terram æneam. Hoc est prohibebo rorem, & pluuiam: vnde terra fęcundatur à cœlo, & continebo flumina, ne fluentibus deorsum aquis terra possit irrigari, & inde fertilis fieri. ¶ Phariæ regionis. Aegyptiacę à Pharo insula contra Alexandriam, & ostia nili. Modo dicitur continenti esse coniuncta: vide Lucanum. ¶ Rogant. Iosephum .s. fratrem huic rei præpositum. ¶ Lesus. A fratribus. ¶ Iuuat. Siquem iuuat ista potestas. Sunt C
enim qui nec uellent sibi dari hanc potestatem, ne per eam inducerentur ad sumendam vindictã, quæ dulcior uidetur, quando à seipso sumitur, quàm si ab alio expetatur, vel ab ipso Deo irrogetur. ¶ Sat est. Nobili, ac generoso animo, non rusticano. ¶ Vt ignoto. Ac si alieni essent, nec ab eo cogniti. ¶ Durius alloquitur. Vt deprehenderet, an dudum tanti sceleris in fratrem admissi pœnituisset eos, quòd si non adhùc uel modò pęniteret. Nam vexatio solet etiam pectora dura ad pœnitentiam emollire; vide mitissimum fratrem charitate plenum, magis sollicitus est de fratrum salute quàm de vleiscenda iniuria. ¶ Autorem sceleris Simeonem. Et si ex lectione Genesis hoc apertè non habeatur, innuitur tamen ex eo, quòd pro cæteris fratribus durius est habitus. ¶ Redire. Iterum ad sese cum minimo fratre Beniamin, qui sibi erat etiam vterinus, & ob id teneriùs dilectus. Siquidem tamquàm exploratores appellauerat, qui venissent infirmiora terræ Aegypti explorare. Et in hoc dixerat se velle huius rei periculum facere. Vt si uerè essent pacifici, adducerent secum etiam minimum fratrem ex xij. quem dixerant domi ad solatium patris remansisse. ¶ Defessi. Rerum .s. & frumento, quod prius emerant consumpto. ¶ Redeunt, in Aegyptum ad Iosephum, ut aliud emant triticum. ¶ Minimo cum fratre Beniamin.

Vt foret exemplo, quæ quantaq; debeat ardens
  Pro virtute pati; quisquis ad alta volat.
Emicuit tandem compressa, probataq; virtus,
  Noctis vt à tenebris candida luna micat.
Eius enim verbum, quo somnia soluerat ante,
  Exitus ostendit certus vtrinque datus.
Eloquio Domini succensus Regis ad aulam
  Indicium flammæ miserat ante suæ.
Regis ad imperium quare de carcere ductus
  Sordibus & positis, sistitur ante thronum.
Sollicitus princeps populorum somnia narrat,
  Quæ pro communi visa salute sibi.
Prouidus interpres septennem voce futuram
  Miram vbertatem præcinit; inde famem
Dat quoque consilium seruandi in tempora panis,
  Ne populi pereant adueniente fame.
Sed quis ad hæc (inquit Rex,) te prudentior ullus
  Esse potest? in quo spiritus estq; Dei.
Esto domus nostræ rector: regnique secundus
  Aegypti princeps à Pharaone datus.
Præpositos regni erudias tu numine plenus;
  Vt sapiant, canos tuque doceto senes:
Relligio, cultus, virtus, sapientia veri
  Propaganda Dei est, cum pietate tua.
Ductus Iosephus curru, decoratus honore,
  Ad populum, vt nosset gloria quanta viri.
Iam noua fertilitas producitur ubere glebæ,
  Frumento videas horrea plena nouo.
Conduntur fruges iussu rectoris in annos
  Iam propè venturos, in quibus ęgra seges.
Ecce repentè fames subit horrida; ferrea cœlum
  Claustra regunt; sterilis terra alimenta negat.
Audijt Isacides Phariæ regionis aperta
  Horrea; prouictu protinus ire iubet.
Solliciti parent gnati, Aegyptumque profecti
  Vendi frumentum supplice voce rogant.
Quid faciet læsus? penas ex hostibus istis
  Pro meritis sumat? summere se iuuat?
Sumere posse sat est. dulcis clementia uocat,
  Vt tamen ignoto duriùs alloquitur.
Autorem sceleris Symeonem in vincula trudit,
  Dat fruges gratis; deinde redire iubet.
Defessi redeunt, minimo cum fratre salutant.
  Ignotum fratrem, suscipiuntur adhùc.

¶ Blandiot.

D ¶ Blandior. Quàm prima vice, qoia cognouit nil fuisse ab eis intentatum aduersus vterinum fratrem suum, quod prius potuerat suspicari, ex eo quòd venerant cæteri omnes absqoe illo. ¶ Collacrimatus eis. Præ gaudio, & anj-
Gen.45. mi teneritudine. ¶ Ferunt. Pro offerunt, per apheresin, amigdalas. s. resinam, & stacten, quæ de terra Canaan, vbi nascuntur, attolerant. ¶ Pauidi. Quia fuerant introuocati, vt ipsi arbitrabantur propter argentum, quod inoenerant in ore saccorum. ¶ Adorant. Non ut Deum, sed ut principem Dei ministrum. ¶ Fratre recepto, Simeone, quem in vinculis ante retinuerat. ¶ Annonam. Pro vsu necessario domus paternæ. ¶ Insuper atque cibos. i. Viaticum. ¶ Equites. Missi à Iosepho. ¶ Pateră. Quæ consultò fuerat in ore sacci iunioris recondita de mădato Iosephi, vt uideret, q̃ laboraturi essent pro salute. Fratris in periculo positi. ¶ Beniamin. Inuentū ot manifesto in furto. ¶ Pater. Metuens ne quid sinistri ei contingeret in via. ¶ Exponūt corpora seruitiu Ecce Charitas fraterna, cuius indiciū hac teena exquisierat Iosephus. ¶ Funera acerba. Immaturā mortē prę nimiu dolore dilecti amissione huius filij post Iosephum. ¶ Cognoscite fratrem uestrum, quem adeò odistis, quem adeò vilem habuistis, vt summo cū dedecore & summa iniuria velut inutile mancipium seruituti subiugastis, vendidistis, & à vobis proiecistis. Quem animum crediderimus iis tunc fuisse? Nonnè iure merito sese crucifigendos esse sperassent? At ille clementissimè exosculatus est omnes, & præ gaudio fleuit super colla sin-
E gulorum. Nimirum ergo si Spiritus Domini in tam mitissimo pectore sedem fecerat stabilem. Hic à nobis omnibus modis imitandus est, vt fratribus etiam malis salutem, vbi procurauerimus quoquomodo siue blandis, siue asperis non solū ignoscamus, sed & toto complectamur animo. ¶ Obstupuit. Tam repentinu nuncio. ¶ Sis benedictus ait, Discamus, non insanire. Nimio gaudio repentinæ prosperitatis, sed inde toto corde gratias Domino Deo referre bonorum omnium
Gen.56. largitori. ¶ Desiderio gnati. Sufficit (inquit) mihi si adhùc filius meus Ioseph viuit. Vadam, & videbo illum antequàm moriar? Cumque ad eū peruenisset, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit, dixit, Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. ¶ Et numerosa domus. Nam omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt Aegyptum fuere. Lxx. quorum nomina licet videre in Genesi. ¶ Cami.
Ge.c.46. Siquidem diuina scriptura Aegyptus vocata est terra cam, & hoc in loco à psalmista sic appellatur, eo quòd Cam filius Noe fuerit pater Mesraim à qoo Aegyptii, qui & in hebreo Mesraim dicuntur. Porrò hæc quæ de Ioseph vendito, & præmisso in Aegyptum, ut prouideret de pane populo Dei tantæ famis tempore post quam pro-
F uisionem secuta est multiplicatio eius in immensum, allegoricè ad Christum referenda sunt. Nam & ipse à patre missus est nō solum in Aegyptum, vbi seruatus est à baiulo Ioseph, sed & in vniuersum mundum, vt tempore famis (non panis) vt ait altus propheta, sed audiendi verbi Dei, panē Euangelicę doctrinę toti orbi ministrandum per xii. Apostolos tamquàm per xii. Patriarchas suggereret. Vnde & factum est vt vniuersa domus Dei in lxx. animabus. i. in lxx. discipulis descēderet in Aegyptum (quæ tenebræ interpretatur, i. in tenebrosam gentilitatem merito infidelitatis, vbi latissimè creuit Ecclesia, quæ vera domus Dei est lapidibus viuis ædificata. ¶ O felix proles. Christiana. s. ¶ Breui tempore. Nam uiuentibus adhùc Apostulis, penè in vniuersum orbem dilatata est fides catholica. Lege Ecclesiasticam hystoriam. ¶ Dedit. Quia sine ipso nihil fieri potest. Nemo (inquit Dominus) venit ad me, nisi pater meus traxerit eum, quod non violenter intelligendum est, neque per chordas vt attrahuntur interdum feræ bestiæ, sed efficaci interius inspiratione, addita quandoq; exteriori persuasione per ora mo-
MDccc. nitorum, aut ex sacra lectione, vel propter uisa miracula. Nam uerum est trahit sua quemque voluptas. Sic & à nobis trahuntur oues ostensa herba, & pueri nucibus, aut pomis, quin & magni uiri pollicitatione præmiorum quandoque trahuntur ad id, quod ante uolebant, aut etiam oderant. ¶ Numero populi. Simplicium quorumcumq; fidelium. ¶ Fortiq; iuuenta. Sanctorum martyrum, qui fortes in hello pugnauerunt cum antiquo serpente Leone, & adepti sunt victoriam. ¶ Robore. Per Spiritus sancti gratiam ministrato. Neque enim à seipsis

Blandior est factus, reddit, quem vinxerat ante,
Beniami viso collachrimatus eis.
Dona ferunt pauidi, rectorem gentis adorant,
Conuiuas recipit lætaq; mensa nouos.
Mane remittuntur gaudentes fratre recepto,
Annonamque ferunt, insuper atque cibos.
Ecce equites adsunt improuisi, atque reposcunt
Sublatam pateram: Beniaminque ligant.
Quid faciant miseri? durum sine fratre reuerti,
Vix adiuratus quem pater ijs dederat.
Ergo vnà redeunt, crimen communo fatentur,
Pro fratre exponunt corpora seruitio.
Addunt & lachrimas; gemitusq; suspiria ducunt,
Ante oculos ponunt funera acerba patris.
Non tulit vlterius pietatis viscera claudi,
Se dedit agnosci; nec tenuit lachrimas.
En ego Iosephus, fratrem cognoscite uestrum;
Ite; referte patri gloria quanta mea est.
Cumq; cito reditu retulissent ista parenti,
Obstupuit primò; dirriguitq; senex.
Lętitia inde noua perfusus ad astra leuando
Lumina cum palmis, sis benedictus (ait)
O superùm atq; hominū Rector, qui cūcta creasti,
Imperio, & dulci qui moderaris ea.
Sis benedictus (ait) sed dicere plura volenti
Vox abijt, lachrimis & maduere genæ.
Hinc desiderio gnati descendit ad oras
Ægypti Israel, & numerosa domus.
Sic duodena tribus veniens ex patre Iacobo
Sic noua Niliaci est incola facta Camia.
Auctus in immensum populus; fœcunda parentū
Hæc stirps sanctorum germine multiplici.
O' fœlix proles, superi cui Rector olympi
Incrementa breui tempore tanta dedit.
Vt numero populi pollens, fortiq; iuuenta,
Præsidij & miro robore fulta Dei.
Indigenæ genti iam formidabilis esset,
Atque videretur iam nimis esse potens.
Inuidiæ stimulis hinc expunguntur acerbis.
Inde malignantum pectora virus agit.

iam

tam aspera potuissent superare tormenta, cum infirma carne sicut & nos circondati essent. ¶ Indigenæ genti, Mysticè non nisi de sacerdotibus idolorum cultoribus, & Iudæis intelligi potest, qui formidabant amittere locum, & gentem. Nam de regimine sæculari nullus erat metus. Quia non armis, sed uerbis pugnabant; neque regnum huius mundi, sed spirituale ad saluandas animas moliebantur. ¶ Inuidiæ stimulis. Quibus & ipsum Dominum Iesum Christum morti tradiderunt Iudæi. ¶ Virus. Odij venenum. ¶ Generisque. Ordo est. Immemores saluatoris sui, & salutis seruati generis humani concipiunt odia, subaudi in populum Dei. Porrò, saluatoris, siue Iesu Christi mysticè intelligas; siue Iosephi iuxta literam, bonus est intellectus. Nam & Pharao hoc illi nomen superaddiderat. Ob seruatum populum à fame. ¶¶ Technæ obscuræ fraudes. Quibus sub specie sacrificiorum probibitorum, vel impediti cultus Dei tendebant captionis laqueos. ¶ Non latuere diu. Sed aperta persecutione irrupere. Hæc autem diximus iuxta mysticum sensum, uerùm ad literã, affligebantur ab Aegyptijs Israelitæ sub specie muniendarum urbium in paleis & luto. Verè autem id agebatur, ut procurationi prolis fatigati minimè possent uacare, & ut ipsi citius morerentur, & hoc pacto decrescerent. Cumque uidissent hac malicia nihil proficere. Quin magis indies magisq; crescere, mandatum est obstetricibus, ut sub specie iuuandæ puerperę infantes clam necarent. Hac quoque frustrata techna, timentibus illis magis Deum, quàm regem, apertè mandatum est, vt omnes masculi in flumen proijcerentur: fœminæ verò educarentur, vt essent illis in ancillas, & concubinas. ¶ Virùm. Pro uirorum, quibus grandis Iniuria irrogatur, quando uilib. seruitijs opprimuntur. Hoc etiam fidelibus episcopis, qui honorabilia sunt membra in Christi corpore impositum est à pessimis Tyrannis Ecclesiæ persecutoribus, ita ut urgerentur ad onera portanda dum fierent thermę Diocletiani imperatoris. Sed & Marcellus Papa deputatus est in publicum ad mundandos equos. Vbi & pedore turpi perijt. ¶ Ergo. Stat propriè. Nec pro causa ponitur. Sed illatiua est. ¶ Mosen. Syncopa est, Nam aliàs ubique diuina in scriptura Moysen dicimus, quia de aqua sumptus est à Pharaonis filia. porrò natiuitas, expositio, & assumptio, atque educatio Moysi cum tota vita eius, ac morte latè enarratur ab exodo vsque ad finem Deuteronomij. ¶ Ab alta Sina. Qui mons est in Arabia (ut docet Apostolus) in ea enim tunc temporis pascebat oues Ietro socer sui sacerdotis Madianitarum; ad quem fugerat ex Aegypto post cædem cuiusdam Aegyptii, à quo hebræus homo iniustè opprimebatur. Porrò ex rubo, qui ardebat, & non comburebatur, dedit ei Dominus mandata de liberatione populi à ferrea seruitute Aegyptiorum. ¶ Arona. Accusatiuus græcus. Erat autem frater Moysi maior natu. nam ante edictum de mergendis infantibus ortus fuerat. ¶ Facundum ducem, Verbi.s. Nam cum Moyses sese excusaret, ne mitteretur ad regem Aegypti, quia erat impeditioris loquelæ præcipuè ex quo locutus fuerat ad eum Dominus. Addidit ei socium Aaron dicens. Scio quia frater tuus eloquens est. Ipse loquetur pro te ad populum, erit que os tuum, & tu eris illi in his, quę ad Deũ pertinent. ¶ Mirabilibus signis. De quibus infrà. ¶ Virga oris eorum. Nam quicquid minabantur Pharaoni, protinus & opere complebatur à Domino. ¶ Tenebris. In signum cæcitatis cordis eorum. Mysticè infidelitatem gentilium significabant hæ tenebræ, quibus ante lucem Euangelicam impediebantur pagani à cognitione, & cultu ueri Dei. ¶ Somnia dira. Quibus portendebatur afflictio atque eorum interitus, qui posteà completus est in mari rubro; mysticè. His illusiones, & terrores Dœmonum demonstrabatur, quibus regni eius occasus figurabatur. ¶ Excussis, Tenebris de mandato Domini ad preces Moysi. ¶ Cæca. Ex malignitate præcedenti. ¶ Multoties. Decies uisa quauis horribili plaga. ¶ Verbis Moysi. Penè datura fidem, uidebantur enim se velle credere Moysi de mandato Domini super emissione populi, sed hoc tantùm durante plaga, nam illa excussa, redibant ad infidelitatem, & duritiam priorem, & propterea dixit penè. ¶ Deteriora malis. Quia crescente contumacia augetur, & culpa. ¶ Duces populi. Moyses, & Aron ad hoc à Deo electi. ¶ Grauiora mala. Quia pro modo culparum debet esse & modus plagarum. Etenim à leuioribus inchoandum est, deinde adaucta ac multiplicata contumacia; augenda est, & multiplicanda pœna in rebelles. ¶ Illis. Deest præpositio.

A B C Ex. 11.

Inde sui saluatoris, generisq; salutis
  Seruati immemores concipiunt odia;
Insidijs primùm cœpere latentibus illos
  Impetere, & tectis gens inimica dolis.
Cumq; parùm uisæ ad votum succedere technæ,
  Hostiles animi non potuere pati.
Flumine namque palàm infantes iussere necari,
  Seruilique virùm dorsa labore premi.
Seruitio oppressos, querulis & vocibus ergo
  Aera complentes sensit ab arce Deus.
Pastorem Syna Mosen demisit ab alta
  Facundumq; illi innxit Arona ducem.
Hos mirabilibus signis dedit esse potentes,
  Horrendum dictu, prodigijsq; loqui.
Oris, & Aegyptum, virga percussit eorum
  Contriuit plaga multiplicique Pharaon.
Texit enim tenebris, tanta & caligine cœlum,
  Palpari vt possent nubila densa manu.

Expansis oculis triduo nihil atque videre
  Fas fuit: appræhenso nec resilire loco.
Horribiles uisu facies, & somnia dira
  Insinuabantur pectoribus pauidis.
Heu cœcæ mentes non percepere ruinam
  Portendi his monstris cordibus infatuis.
Excussis igitur licet exterioribus illis
  Nubibus intus erant pectora cæca tamen.
(Multoties etenim responsio) mollis eorum
  Extiterat, verbis penè datura fidem.
Cæca sed illorum mens passorum ante malorum.
  Immemor addebat deteriora malis.
Vnde Duces populi cumulare flagella coacti
  Inferre & passis sunt grauiore, reis.
Nam Deus attendens se se contemnier illis,
  Verbere multiplici contudit arte feros.
Fluminaque in tetrum mox sunt auersa cruorem,
  Interijt liquidis quodq; notabat aquis.

Limus & in ranas conuersus nbiqne coaxat.
Turpibus (heu) ranis tota repletur humus.
Atria nobilinm, qnin & penettalia regum
In ranas versa contaminantur humo.
Vocibus & raucis veterem renonando querelam
Auribns insolitis perstrepnere diu.
Asper Asyllus adest; cyniphes, cynomyia, culexq;
Muscarumqne nocens adnolat omne genus.
Imbribus hinc granibus gelidoq; Aquilone coactis,
Grandinis horrendæ dira procella furit
Sternit agros fatalæ ta virumque boumq; labores
Terribili sonitu celsaqne tecta quatit.
Ignis & insolita pariter cum grandine mixtus,
Horrendum uisu, flagrat vbique furens.
Hinc vineta suo spoliata decore fuerunt;
Turbatæ hinc vites ordine quæque suo.
Palmitibus quassis, desleuit pampinus vuas,
Vix duo relliquias grana racemus habet.
Quæque immaturos dudum ficnlnea grossos
Perdiderat; ficus perdidit atque suos.
Lignaque, pomiferis quæ curuant brachia ramis
Tempestas triuit, strataque poma iacent.
Iussit & vrenti bruchos attollere uento,
Atque locustarum semirutas acies.
Dentibus omne virens hæc agmina dira vorarunt
Exaturare auidam nec valnere famem.
Quod reliquum fuerat sæuæ paulò ante procellæ,
Arboris, & terræ sustulit omne decus.
Perculit (hadutas mentes, & ferrea corda)
Ægyptum, nec adhùc tam grauis ira Dei.
Contudit vnde nouo, & graniori fuste rebelles;
Nam primogenitos nocte tulit media.
Nec solos homines ita acerbo funere mersit;
Cuncta etiam pecorum prima repentè tulit.
Primitias etiam rerum, floresq; laborum
Primò erumpentes falx tulit atra necis.
Pectora tum demum duri pauefacta tyranni,
Et populi ceruix impete quassa graui.

D stio. Ab illis Aegyptiis, vel in illis ducibus à se missi. Etenim iniuria, & contemptus seruulorum redundat in Dominum. Vnde & alibi dicit, qui vos tangit, pupillam oculorum meorũ tangit. & in Euãgelio qui vos spernit, me spernit; & qui spernit me, spernit eum, qui me misit. Et ad Samuelem dixit Dominus non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. ¶ Cruorem. In signum sanguinis effusi paruulorum, quos in aquas iusserant immergi, & inde ipsi erant eadem nece perdendi. Quod & subsecutum est in mari rubro. ¶ Turpibus ranis. Quibus itali licet vescantur, alijs tamen nationibus sunt horrori. Sicut & locuste nobis, & quibus tamen aliquę gentes uescuntur, & beatus Ioan. Baptista. ¶ Veterem querelam. Alludit apologo Aesopi. De ranis petentibus regem. Quibus post risum & trabem datus est, Rex Hidrus, à quo passim cum deuorarentur, iniere de rege querelam. quæ nunquã ex audita fuit. ¶ Asper Asillus. Destrum hunc Grai. Dicunt, rustici tabanum appellant. Is est cuius aculeo boues in vehementem cursum cientur. ¶ Cinifes. Muscæ sunt minutissime longioribus cruribus, quæ rostro acutissimæ cutem penetrant, & nostrum sangninem hauriunt, nec nisi saturæ, aut oppressæ possunt inde anelli, adeò dulcis est illis haustus sanguinis ut illas iuuet hauriendo mori. ¶ Cynomeia. Musca pessima, quæ & canina vocatur. Nam canum auribus præcipuè est infesta.

E ¶ Culexque. Muscula parua, qua non nisi uesperi, & in prima noctis vigilia æstiuo tempore molestamur, & ipsa oris telo pustulas in carne nostra dum pungit excitat. ¶ Nocens. Illato vulnere uel saltem fastidio. ¶ Grandinis. Grauior hæc plaga superioribus est. quarum omnium hystoriam petere licet ab exodo. ¶ Procella. Tempestas est urgentissima, quòd omnia percellat. i. quatiat atque prosternat. Vnde & sequitur sternit agros. ¶ Insolita. Duo enim sunt contraria, ignis & grando, quæ sese inuicé destruũt. ¶ Horrendum uisu. Bene horrendum, quis. n. ad tantam nouitatem non horreret? ¶ Hinc uineta. Hoc ideò latiùs deplorat, quia vineis maximè nocet grando, quibus mirum in modum psaltes ipse delectatur. Adeò vt ulnam numquàm terræ sibi emerit nisi paruam vineolam prope vrbem, ad quam negocijs urbanis fastiditus & post lectiones recreationis gratia cum socijs & auditoribus suis interdum concedit. ¶ Grossos. Poma sunt primi temporis arboris huius & precoqua, vnde & in canticis canticorum. Dicitur. Vineæ flnrentes dederunt odorem suum, & ficus protulit grossos suos. ¶ Ficus suos. Serotinos. s. & meliores. Qui tempore uindemiæ colliguntur. ¶ Brucos. Nostri doctores. Hos locustarum paruulos fœtus dicunt, antequàm induant alas: Alij verò genus

F vermis esse diuersum, vtcumque sit, rodit omne virens sicut & locusta. Etsi non volat, saltitat passim ad corrodenda virentia quæque. De his & alios propheta inquit, residuum ærucæ, comedit locusta: & residuum locustæ comedit Brucus. Et

Ioel. 4. residuum Bruci comedit rubigo. ¶ Locustarum. Has nos Papienses non nisi nomine & ex scripto anteà noscebamus: nunc verò & visu, & attactu, & non sine magno nostro nouimus damno. Nam die vltimo Augusti. 1542. missæ à Deo locustę ad horã diei. XIII. vsque ad occasum solis per vrbem nostram Ticinensem per turmas ingentes, atque confertas ab Oriente in Occidentem aduolantes transierunt. Et deinceps per aliquor dies, prodigium nobis horrendum uisu. Quod tamen indicto triduano ieiunio & multorum subsecuta correctione sperauimus mitiorem exitum habiturum. Nam biennio post ingenti quidem metu perculsi sumus. belli, fracto Imperatoris nostri exercitu, quem Allobrogum fines habebat Duce marchione vasti uix fuga, elapso, & ascendente mox collectorum Italorum aduersæ factionis terribili exercitu Duce Petro Strocio Florentino per status mediolanensium fines. Omnia magno quidem metu, atque tumultu fuere completa, sed Deo annuente, & repentino desuper imbre misso ad fauces vallis murium in transitu scriuiæ, à nouo recolecto exercitu cæsariano fracti, & dissipati fuerunt, vixque fuga lapsus euasit ductor eorum Petrus Strocius. ¶ Semirutas acies. Nam quando, aut fessæ volatu, aut ad carpendum cibum descendunt, turmatim & quasi fracta acie passim quibuslibet uirentibus locis insident. De his in prouerbiis dicitur. Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. ¶ Virens. Quod superfuerat à grandine. ¶ Exaturare. Videntur enim insaturabilia hæc uolatilia, quia numquàm cessant rodere. ¶ Omne decus. Virentia. s. folia herbarum, & arborum. Hæ propriæ significant inexplebilem militum auaritiam; qui

furtis,

furtis, ac rapinis uastant omnia, nec saturari possunt. Vndè & miseros etiam agricolas captos ad extorquendam ab eis pecuniam varijs, & inexquisitis tormentis affligunt. ¶ Primogenitos. A regis Pharaonis filio vsque ad natum molentis ancillæ. ¶ Pecorum prima. Animalium omnium ad Aegyprios pertinentium primos fœtus interfecit. Hinc est, quòd in memoriam huius facti, Dominus mandauit sibi omnia primogenita tam hominum, quã pecorum à filijs Israel offerri, & primitias. etiam frugum. Mysticè per hæc nos amonendo, primos in nobis peccatorum motus extingui debere, antequàm ad consentiendum prauo operi alliciamur. item contra primas inspirationes ad benè agendum amplectendas esse, & gratiæ suæ, non nostræ sufficientiæ deputandas esse. ¶ Duri Tyranni. Pharaonis obstinatissimi. ¶ Et populi ceruix. Indomita pertinatia. ¶ Flexa. Quia vexatio quandoque dat intellectum. ¶ Iussere metuentes, ne si amplius in pristinã duritia permanerent, & ipsi simul omnes interirent. ¶ Supellex. Hoc mandato Domini factum est, ut Aegyptij metu mortis, fidiurius remansissent, libenter & promptissimè, rogati mutuarint eis proficiscentibus uasa aurea, argenteaque & vestes preciosas, quibus in cultu Dei festiuè, ac ornatiores apparrerent. verùm mens Domini fuit, vt pro mercede tantorum laborum, quibus per calumniam fuerant attriti, expoliarent inimicos suos. Mysticé, nos etiam spoliamus Aegyptios, quando veras sententias ab autoribus gentilium in nostros usus transferimus. ¶ Talenta. Varij sunt ponderis iuxta uarietatem gentium. Nam Hebræum centum librarum dicebatur. Atticum duplex maximum & minimum, sic & Italicum. Porrò infectum dicitur aurum & argentũ quòd ad nullos usus elaboratum est. ¶ Ad adhuc in rudi massa consistit. Factum uerò quod aut in pecuniam uel in uasa aliqua redactum est, seu aliter excussum, atque elaboratum est. ¶ Dominus permisit, Liptote est, nam iussit id Dominus. Hoc tamen ad exemplum non est trahendum vt quis aliquid mutuò uel commodatò capiat, deinde id sibi retineat, nisi Dominus, cuius est terra, & plenitudo eius, & qui omnium iustus est iudex, id fieri iuberet. ¶ Languidus. Sed neque in xl. annorum spacio uestis ullius attrita, est neque fracti calcei. Hoc etiam Bartholomeo Apostolo post resurrectionem Do. dicitur contigisse ¶ Fœlix. Sibi tunc uisa; cæterum paulò post infœlicissima subsecuta nece ciuium omnium, qui abeuntes insecuti sunt. ¶ Timor. Illorum Hebræorum. propter interfectionem primogenitorum. ¶ Pauor. Propriæ mortis, si diutius eos retinuissent. ¶ Duxque comesque uiæ. O quàm fœlices, qui & modò per desertum huius sæculi Deo interius Duce reguntur, & comite eo lætantur, qui dixit, ego uobiscum sum vsque ad consumationẽ sæculi. ¶ Roriferas nubes. Præd. suos, qui imbre doctrinæ irrigant corda auditorũ. Qualis erat is, de quo dicit Apostolus: Ego plantaui, Apollo rigauit. Deus autem incrementum dedit. ¶ Ab æstu. Tentationum insurgentium prosperitatis tempore. ¶ Flaminea columna. Feruoris ardentis in tempore tribulationis, & angustiæ. Quæ per noctem. Mysticè significatur, sicut per diem prosperitas. ¶ Expetiere quidem. s. Moyses & Aaron cum reliquis maioribus à Domino, non ex se, sed vt sedaretur uulgi murmur, à quo infestabantur. ¶ In Libico sinu. Vbi dicitur abundare propter calorem regionis, ad quam hyemali tempore confugiunt è uarijs oris emigrantes. ¶ Panem. Ex Manna celitus data, factum qui etiam fuit figura sacrati panis Eucharistiæ nostræ, qua modò fideles spiritualiter reficiuntur. ¶ Sapor. Qualem habent placentulæ cum sacharo, & butyro factæ. quæ etiam tempestate nostra nobiliũ sunt deliciæ. Quinimo fidelibus, & Deum tunc timentibus habebat Manna miram dulcedinem, ac omnis saporis suauitatem, quæ gustui uniuscuiusque adeò seruiebat, ut palato bonorum pro desiderio saperet. Vt dicitur in libro sapienti. Angelorum esca nutriuisti populum tuum: & paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Substantiam enim suam

A

B

1.Cor.3.

C

Exo.16.

Isacidas iussere sua decedere terra.
Vrgentes etiam rumpere quasq; moras.
Aurea quin etiam perfugis concessa supellex,
Oblatusq; vltrò diues amictus eis.
Vasa quoque argenti infecti, factique talenta
Sponte dabant: fieret nequa petendo mora.
Hæc spolia auferri Dominus permisit, vt essent
Pro mercede operum; proq; labore graui.
Incolumesq; eduxit eos (mirabile dictu)
Nec tantis tribubus languidus vnus erat.
Lætata est tandem fœlix, abeuntibus illis,
Ægyptus tantis exonerata malis.
Nam timor illorum consederat ossibus imis,
Languentesq; pauor sparserat ore genas.
Tantaque perpessis & adhuc grauiora manebant?
Excidium metui gentis, & urbis erat.
Gauisa est igitur merito, nilotica tellus
Tam duro populo demum abeunte procul.
Finibus expressis deserta petentibus illis
Affuit ecce Deus duxque comesq; uiæ.
Expanditq; die, ne torrerentur ab æstu
Roriferas nubes maxima cura Dei.
Vt luceret eis nocturno tempore missa est.
Flammea splendenti luce columna micans.
Expetiere quidem carnes; vt murmura uulgi
Parte aliqua premeret cœlitus esca data.
Mollis & ecce uenit uentis allata coturnix
Extitit in Lybico copia quanta sinu.
Addidit & panem cœlesti rore creatum:
Cui mellitus erat, nectareusque sapor.
Tunc quoque dirupit petram sitientibus; vnde
Fluxerunt largæ fluminis instar aquæ,
Contulit hæc illis: quòd tum memor esset eorum,
Qua patri magno pollicitus fuerat.
Namque recordatus verbi sancti, atq; fidelis;
Quod toties Abras eius ab ore tulit.
Dilectam Deus hanc stirpem, charosque nepotes
Amplexus, pueri fouit amore sui.
Exultantem igitur Pharijs eduxit ab oris,
Hunc populum excusso pondere seruitij.
Carcere & electam stirpem, uinclisque solutis
Lætantem insolita iussit abire via.
Atque manu duxit loca per deserta, pluendo
Quotidie panem celitus imbre leui.

& dulce-

D & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. ¶ Petram. De qua sic ait Apostolus. Bibebant autem de petra spiritali consequente eos
1.Cor.10 petra. Petra autem erat Christus. Nam sicut patres in figura baptizati sunt, sic & in figura, omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. ¶ Aquæ. Baptismales, quibus non carnis depositione sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatione, per fidem resurrectionis Iesu Christi saluæ fiunt animæ fidelium renascentium in Spi.San. ¶ Patri. Abraam.s. ¶ Namque recordatus. Expositio superioris sententiæ. ¶ Tulit. Pro audiuit & notauit, memoriæq; recondidit. Eo qđ esset preciosissimum diuinæ promissionis eulogium. ¶ Pueri sui. Duplex expositio. Vel Abrahæ pueri sui. Sicut & Zacharias dixit in cantico suo. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Et Beata virgo de Iacob. Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ. Vel pueri sui.i.D.N.I.Chr. de quo alius propheta in persona Domini. Ecce inquit, puer meus, quem elegi. ¶ Insolita via. Vt siccis pedibus ambularēt per profunda maris rubri. & deinde per deserta inuia, & inaquosa. ¶ Imbre leui. Roris aut niuis periphrasis. ¶ Aquai. Pro aquæ, solutio est diphtongi grecanico more, sic & aulai, & pictai dicitur, pro aulæ & pictæ. ¶ Sequente viam. Quod ita ad litteram intelligendum est, vt aqua quam
E eduxerat Moyses de petra ad mandatum Domini sequebatur fluxu continuo viam populi vt haberet vnde biberet. ¶. Terram. Promissionis, Cananeorum, Eorum, Iebuseorum, & cæterarum gentium. Quæ ad eorum introitum fugatæ sunt, & bello deletæ duce Iosue Moysi successore. ¶ Lacte fluentem. Non pueriliter intellige. Quod flumina ibi lactis vel flumina nectaris. irent sed abūdantiam lactis propter pratorum, & pascuorum fertilitatem, vnde copia lactis habetur. ¶ Labores. Nā plerumque vsu venit. Vt labores impiorum iusti edant, & interdum contra accidit iusto Dei iudicio, & si nobis occulto. ¶ Defluerent: In peccata. ¶ Luxu. Rerum vsu superfluo. Hæc præcepta. Nam dixit Dominus. Si uis ad vitam ingredi, serua mandata. ¶ Iustificatur homo. Per gratiam Christi Iesu. Etenim per Moysem lex data est. Per Iesum Christum grātia facta est. ¶ Legem. Charitatis, & amoris. ¶ Vita beata. Ad quam nos etiam adducamur præstante Domino nostro Iesu Christo. Qui cum patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Extinxitque sitim populi salientis aquai
De petra; dulci fonte sequente viam.
Introduxit eos in terram lacte fluentem;
Diuitis atque dedit pinguia culta soli.
Multigenæ gentis regiones, aruaq; leta
Sorte pari tribubus distribuenda dedit.
Multorum hinc populorum possedere labores
Non à se partis incubuere opibus.
Non vt defluerent luxu: solatia victus
Percepere quidem, quis sine mœret homo.
Sed custodireut animis sine murmure lætis
Hæc præcepta, quibus iustificatur homo.
Vtque Dei legem mores, actisq; regentem
Expeterent: ex qua vita beata venit.

ALleluia iterum &c. Recto ordine hic psalmus precedentem sequitur. Siquidem in illo inuitamur ad Dei laudes propter beneficia electis collata, qui & grati extiterunt: in hoc verò propter beneficia etiam peccatoribus, & ingratis præstita, qui pro gratiarum actione murmura benefactori suo reddebant. Præponitur autem duplex Alleluia. Vt ostendat nobis laudandum esse Deum propter iustitiam, qua malos meritis exercuit pœnis. Conuersis autem & pœnitentibus relaxauit inflictas propter innatam sibi misericordiam. Et iccircò laudandus est, nam siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solùm benè agitur, vnde vita hominum corrigatur. ¶ Laudemus Dominum. Quia iustus est scelerum uindex. ¶ Confiteamur ei. Peccata nostra, quia pater est mise-
Matt.19. ricors. ¶ Bonus est. Vnde in Euangelio. Nemo bonus, nisi vnus Deus. ¶ Bonitatis & autor. Est.n. fons, & origo boni. Nam si cuncta, quæ fecit Dominus erant ualdè bona, quantò melior ipse, qui fecit ea? ¶ Vt pius est. In metro pius pro misericorde ponitur. Quando Deo hoc epithetō attribuitur. Sic & pietas pro misericordia. Quia duæ hæ dictiones hoc in metro locari nequeunt. Tametsi frequententur in ipsis psalmis. Cum verò homini adiungantur propriè stant. Pro debito in Deum cultu. caritate in patriam, & in parentes amore. ¶ Opes. Largifluæ misericordiæ diuitiæ. ¶ Eternum æuum. Erga beatos. Non enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos:
Gal.2. sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Nec illius absque Dei misericordia beatus esse potest. ¶ Opus
F .s. Humanæ redemptionis. ¶ Sed quis ad hæc? Exclamatio, propter arduam huius psalmi materiam, quæ est iustitia misericordiæ coniuncta. Quæ tamen duæ multùm diuersæ, immò & aduersæ videntur: verùm in omni opere Domini sibi semper adhærere inueniuntur. ¶ Facta Dei. Non hominis uani atque caduci. ¶ Et Populis. Q.D. rarus, aut nullus. ¶ Haud effabilis ulli. Quis .n. poterit effari, quæ neque videre, neque mente comprehendere potest qualis, ac quantus est? Namque ipse est, quem oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit. ¶ Opera illius. Omnia.s. ¶ Iudicij custos. Subaudiendum est, si quis fuerit. ¶ Recta statera manu. Prouerbium est. Quo iustitiam uiri cuiuspiam commendare solemus. ¶ Vtcumque. Quoquo modo licet exiguo. ¶ Hic.s. Vir iustus & seruantissimus æqui, nec enim est speciosa laus in ore peccatoris. ¶ Quàm fœlix. Nunc in spe, paulò post & in re. ¶ Lucida Lampas. Allusio est, ad id, quod ait Dominus in Euangelio. Sint lumbi vestri pre-

ODE CV. EX PSALMO CV.

Confitemini. II.

ALleluia iterum, atq; iterum alleluia canamus;
Laudemus Dominum; confiteamur ei.
Cantemus quoniam bonus est; bonitatis & auctor,
Vt pius est, eius sunt pietatis opes.
Tenditur æternum Domini miserantis in æuum.
Immensa hæc pietas; & miserantis opus.
Sed quis ad hæc vates Illustris idoneus vsquàm,
Vt queat effari fortia facta Dei?
Carmine magniloquo quis laudes illius omnes
Auditas faciet gentibus & populis?
Nam velut ipse Deus dictu haud effabilis vlli est:
Sic opera illius dicere nemo potest.

cincti:

cincti: & Lucernæ ardentes in manibus vestris: vt uideant opera vestra bona, & glorificent patrem qui in cœlis est. Tunc enim (vt ait Gregorius) Lucernas ardentes in manibus tenemus; cum per bona opera proximis nostris Lucis exempla monstramus. Exhortamur ergo ad Dei laudem, quæ ex operibus bonis, magisque ex uerbis, insurgit. ¶ Tu genitor &c. Diuinum iccircò inuocat auxilium, quia non sumus sufficientes ex nobis cogitare aliquid, tamquàm ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. A 1. Cor.3.

Iudicij custos, & seruantissimus æqui,
 Cuiq; sedet semper recta statera manu;
Hic vtcunq; potest tamen & laudare potentem:
 Atque opera illius magnificare valet.
Quàm fœlix, cui sic effulget lucida lampas.
 Gloria magna Deo surgat vt inde patri.
Tu genitor, tu summe Deus reminiscere nostri,
 Tu præsta nobis, vnde placere iuuet.
Nos quoque connumera populis præstantibus illis,
 In quibus est gratum, complacitumq; tibi.
Nosq; tui nitida dignare reuisere ab alto
 Luce salutaris qua fugiat tenebræ.
Nam mentes nostras radijs lustrantibus eius,
 Suspicient lumen pectora cœca prius.
Vt videat quanta vigeat bonitate tuorum
 Vita electorum; quamq; probata tibi.
Vt simul exultent hilares cum gente beata,
 Atque vt lætitia mixtus abundet amor.
Vt cum prole tua scriptis hæredibus illis
 Te prius extollant, magnificentque prius.
Laudibus innumeris te totus prædicet orbis,
 Quo duce sanctorum vita probata nitet.
Nos culpas prius, atque fatebimur impia facta.
 Persimiles patribus perdita progenies.
Nos quoque cum patribus nostris peccauimus vna,
 Egimus iniustè, perpera turba sumus.
Heu stirpem infectam patrauimus intus iniqua?
 Maiorum in lumbis dum premeremur adhuc?
Namque velut prisci haud intellexere parentes,
 Admiranda tuæ prodigia alta manus.
Sic neque iamdudum nos intelleximus illa,
 A cæcis patribus cæcaq; progenies.
Vtq; illi immemores, malè grati, ad munera surdi,
 Has pietatis opes post habuere tuæ.

¶ Iuuet. Vt etiam cum delectatione beneplacitū Dei faciamus. Hilarem enim datorem diligit Deus. ¶ Populis illis. Qui fuerunt ab initio mundi vsque modò. ¶ Præstantibus. Qui non solum dixerunt, sed & fecerunt. Qui enim fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Et alibi, Nisi abundauerit iustitia uestra plusquàm scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Dicebant enim, & non faciebant. ¶ Nitida luce salutaris. i. Christi Iesu Saluatoris nostri. De qua luce sic ait Ioan. Euangelista, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet. c.1.Io.1. ¶ Qua fugiunt tenebræ. Hoc est peccata, & peccatorum suggestores, maligni spiritus. Qui & ab Apostolo vocantur potestates tenebrarum. ¶ Eius. Lucis. s. de qua supra: & de qua supradictus Euangelista, Lux uera est, quæ illuminat omnem venientem in hunc mundum. ¶ Lumen. Fidei, intellectus, & iustitiæ. ¶ Pectora. Non solum peccantium Iudæorum; sed magis idololatrarum gentium. ¶ Cæca prius. Subaudi, quam per fidei illustrarentur. Et bene cęca. Qui enim simulachra cęca, muta, & surda colebant, similes illis efficiebantur. Vnde, & alibi psalmista. Similes eis fiant, qui faciunt ea & qui confidunt in eis. B ¶ Vigeat. Vigorem virtutis habeat. ¶ Quamque probata tibi. Supple sit. ¶ Cum gente beata. Cœlestium spirituum. ¶ Amor. Vnde cultus, & reuerentia, ne scurrilis sit lætitia. ¶ Cum prole tua. Cum vnigenito filio tuo. Rom.8. ¶ Scriptis hæredibus illis. Sanctis, & electis. Tangitur hic illud Apostoli. Ipse Spiritus testificatur, quia sumus filij Dei, vnde clamamus Abba pater: quòd si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: est autem ablatiuus absolutus. ¶ Te prius. Vtpote præcipuum beatitudinis, ac lætitiæ suæ auctorem. ¶ Nos culpas prius. Subaudi, quam Dei laudes. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Et sensus. Te ò Deus laudent electi, qui cum beatis Spiritibus iam tecum sunt in æterna requie. Nos verò hic adhuc miseri, & peccatores, priusquàm te dignè laudare possimus, necesse vt peccata nostra confiteamur. ¶ Persimiles patribus. Imitati eorum duritiem; non quòd sint participes eorū criminum, quæ à maioribus in tam longinqua ætate admissa fuerunt. Ezc. 18. Nam scriptum est. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, neq. pater filij. Nec enim uult Dominus esse locum parabolæ. Patres nostri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. C ¶ Cum patribus nostris. Imitando scelera eorum, uel eorum malis operibus consentiendo. Vt docet Dominus in Euangelio. Matt.23. Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum, patres autem uestri occiderunt illos. Profectò testificamini, quòd cōsentitis operibus eorum. Quoniam quidem ipsi eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Super quibus uerbis dicit Ambrosius. Aedificando prophetarum sepulchra patrum suorum facta damnabant. Aemulando autem paterna scelera, sententiam in seipsos retorquebant nec enim ædificatio, sed æmulatio loco criminis æstimatur. ¶ Perpera. Nomen ab aduerbio perperam. i. malá atque peruersa. Iuxta illud progenies uiperarum. Quis uobis monstrauit fugere à uentura ira? ¶ Heu stirpem infectam. Fomite originalis peccati. Quòd à primis parentibus contraximus. ¶ Maiorum in lumbis. Tangitur hic quædam expositio diui Augustini super hoc versiculo. Peccauimus cum patribus nostris. Quam non puto veram, neque bonam: Sed nec ipse asserendo, sed quærendo ponit. Quinimo recedit ab ea subiungendo, quod supra docuimus. Vide illum. ¶ Maiorum in lumbis. De quorum semine procreati sumus. Quorum scelera imitando renouamus. ¶ Non intellexerunt. Non modò spiritualem sensum, cuius gens rudis minimè capax erat. Sed neque ad literam; nec mireris: simile quoddam de Apostolis habes in Euangelio. Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor eorū obcœcatum. Et paulò post obiurgati sunt à Domino. Vide Marcum. ¶ Prodigia alta manus. Vide ea in Exodo, & in sequentibus libris. Vbi latè narrantur. ¶ Illa. i. Eorum significata. ¶ A cœcis. Intellectu idest ignorantibus. ¶ Cæcaq; progenies. De quibus dixit Dominus. Sinite illos. Cæci sunt, & duces cæcorum. ¶ Immemores. Acceptorum beneficiorum. ¶ Malegrati. Quia murmura pro gratiarum actionibus reddebant. ¶ Surdi. Neque

D flectebantur donis, sicut nec flagellis emendabantur. Neque enim solis verbis, loquitur Dominus. Sed multò fœlicius beneficijs ad benè agendum nos inuitat. ¶ Post habuere. Pro nihilo existimauere. ¶ Verbs tui. Filij tui Domini nostri Iesu Christi vel promissionis tuæ. ¶ Sæpiùs. Quandocumque enim ingemiscebant, parcebat eis Deus. ¶ Pharijs regionibus, Aegyptiacis. ¶ Rubras aquas. Aut propter arenas eius coloris, vel à uenti flatu. Siquidem dicit Plinius à diuersis uentorum flatibus varios colores mare contrahere. Quidam etiam dixere hoc nomen illi inditum, quòd fontem habeat in littore, cuius aquas, cum hauserint oues, in rubrum colorem mutent uellera, vel ab Erythreo rege Persei, ac Andromadæ filio Erythreum mare appellatum esse, quod in lingua nostra rubrum sonat mare. ¶ Retro instare. Vide hystoriam, Exodi. XIIII. ¶ Anheli. Spirantis minas, & caedes. ¶ Ductorem. Moysen. Numquid non erāt (inquiunt) sepulchra in Aegypto? ¶ Nos quoque. Christiani. ¶ Rubras maris undas. i. Aquas Baptismi Christi sanguine intinctas. Vel, aquas tribulationis, & angustiæ, de quibus in alio psalmo. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ, vsque ad animam meam &c. ¶ Infestasque acies. Potestatum aduersariarum. ¶ Retrò. Quia per fidei susceptionem eiectus est foras à cordibus nostris, juxta illud Saluatoris. Nunc iudicium est mundi; nunc princeps huius mundi eijcietur foras. retrò autem nos insequitur more latronis. ¶ Ducem. D. N. I. Ch. hominem pro nobis crucifixum. Et crucis vexillum ante ferentem. ¶ Deum. Eundem, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vnus est Deus. ¶ Iccircò. Propter illorum murmura, & nostras incusationes, atque blasphemias. ¶ Ab officio. Iuuantis nos patris. ¶ Vt illos. Antiquos patres Israeliticæ gentis, quos eduxit siccis vestigijs de mari rubro. Peremptis ad vnum hostibus Aegyptijs. ¶ Hostili manu. Insequentium nos Dæmonum, & malorum hominum. ¶ Gentes. Quæ prius illum non nouerant. Sed abiuerant post idola. ¶ Nomen suum. Non idolorum, quorum nomina, & inania numina uenit à terra disperdere. Quæ sequuntur satis aperta sunt. ¶ Profugorum. Procul abeuntium ab Aegypto. ¶ Exercitus ingens. Supra sexcentena millia absque paruulis, & mulieribus, promiscuoque vulgo. ¶ Et sine remigio. Alarum uel remorum. Nam vtrumque remigium significat. ¶ Eruta ab hostili. Ordo est. & sic castra Hebræorum tuta Deo præduce, fuere eruta ab hostili manu Aegyptiorum & traiecta per æquor. ¶ Sexcentos currus. His siquidem antiquitus vtebantur in prælijs, & interdum falcatis. ¶ Fortè. Aduerbium euentus. ¶ Natator. Etiam si natandi arte sit peritissimus. ¶ Passim. Vbique ad omnem passum pedis. ¶ Cadaueribus. Aegyptiorum, quę iccircò Deus ostendit eis in maris littore; vt exuerent metum eorū: formidabant enim, ne alia quada tecta via se se præcessissent; atque improuisi mox adessent. Item vt armis eorum munirentur, & spolijs ditarentur. F ¶ Tum demum. Visis cadaueribus. ¶ Cœlestia signa. Quod cœlesti potentia pro se pugnatum esset. ¶ Verbis. Quibus ante fuerat eos exhortatus dicens. Dominus pugnabit pro vobis; & vos tacebitis. ¶ Carmina laudum. Quæ in cantico Moysi primo compræhensa sunt. Cuius initium est. Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum, & ascensorem deiecit in mare. ¶ Cum sistris. Quædam musica sunt instrumenta stridula quidem, ac sonora, quibus Aegyptij etiā pro tubis vtebantur. Hinc Virgi. de Cleopatra eorum regina, dixit. Patrio vocat agmina sistro. ¶ Tum sonuere Deo. Ad Dei laudem. Hoc autem factum est à Maria sorore Moysi, quæ cum mulieribus egressa in tympanis, & choris idem canticum post fratrem repetiere. ¶ Ah quoties. Significatum eius transitus hic vates breuiter exponit. ¶ Et nos. Christi fideles. ¶ Rubris vndis. Morientium sanguine rubricatis in persecutionis tempore. ¶ Hostibus innumeris. Tam inuisibilibus, quàm visibilibus tyrannorum ministris. ¶ Ferrea sæcula. Quod cordium, & ceruicis est, sæculis attribuit. Nam illi ferreo corde, & propè Aenea ceruice erant idest peruicacissimi. ¶ Pectore. Ne illum colerent, sed magis ventrem suum Deum facerent. Vnde & Apostolus dixit. Quorum deus venter est. Et gloria in confusione ipsorum.

Ioan. 12.

E 3. MDcccc

Sic nobis oblita tui pia munera verbi
Officia, & veniæ sæpiùs ante datæ.
Vtque asceodentes Pharijs regiooibus illi
Inspexere rubras æquoris eios aquas.
Atque instare retrò currus Pharaonis aoheli,
Ductorem incosant; nec minos iude Deum.
Nos quoque spectantes rubras maris altiùs vndas,
Infestasq; acies hostis adesse retrò,
Ioeusare Ducem noo solùm audemus; iu ipsum
Murmura iactamus pectore, & ore Deum.
Non tamen iecircò pia numina patris in illos,
Aut in nos cessant irrita ab officio.
Namque suum propter nomen seruauit vt illos;
Sic oos hostili seruat & ipse manu.
Fiat vt in cunctas sua nota potentia gentes:
Vtq; extollatur oomen vbique suum.
Ecce eteoim tonitru ualido (mirabile dictu)
Increpuit pontum, fugit & vnda mioax.
Cessit iter fessis gurges prolapsus abyssi;
Atque exicatis alueus altos aqois.
Perq; profunda maris castigatis agmina plaotis
Ae per deserti currere visa vias.
Sic Mate Erithreum profugorum exercitus ingens,
Et siue remigio traosijt incolumis.
Eruta ab hostili, sic & traiecta per æqoor
Prædoce tuta Deo castra fuere manu.
Sexeentos currus, atque agmoioa mille sequentum
Niliacæ gentis sorbuit vnda vorax.
Horrendum uisu concti periere; oec vnus
E vasit, tantis fortè natator aquis.
Emenso demom pelago, cum littora passim.
Obuia vidissent strata cadaueribus.
Credita tum demom cœlestia signa fuere.
Tum Mosi verbis est data pleoa fides.
Carmina tum laudum Domioo cantata fuere,
Timpaua cum sistris tum sonuere Deo,
Ah quoties rubris & nos euasimus vndis,
Hostibus immersis carmina læta damus,
Sed veluti prisci per ferrea sæcula patres
Excussere citò pectore, & ore Deum,
Suot opera obliti miranda, tremendaque signa,
Horrida & aote ocolos signa patrata suos,

ipsorum. ¶ Et ore Deum. Ne confiterentur, aut laudarent eum. ¶ Signa. Anadiplosis est figura. ¶ Ante suos oculos. In plagis Aegypti, in transitu maris rubri, & in ipso deserto. Hinc autem magis aggrauatur eorum malitia; qui non audita modò, sed visa signa contempserunt. ¶ Animaduertere. Qua ratione escam de cœlo dandam paululum differebat, vt s. leuitas animorum, aut constantia probaretur. ¶ Consilium. Longanimitatis & patientiæ, qua stabiles hominum mentes comprobantur. ¶ Hoste redempti. Singulis annis pœnitentiæ remedio, & præcipuè in quadragesima. ¶ Arma Dei. Quæ docet Apostolus. Ad Ephesios. vi. ibi vide omnino. ¶ Impatiens pectus. Sanorum monitorum. ¶ Escas. Carnium. dicebant enim quis dabit nobis escas carnium? ¶ Spælea. Antra; Num.11. greca vox est. Latinè, speluncas. ¶ Si dare posset aquas? Altera tentatio. De qua videnda est hystoria. ¶ Audijt Exo.15. iratus & exaudijt. Hic tangitur quoddam celeberrimum Augustini dictum. Quædā sæpè Deus concedit iratus, quæ negaret placatus. Num.20.

A

Sed neque prudentes animaduertere, nec ullum
Consilium Domini sustinuere diu.
Nos quoq; persimiles illis vix hoste redempti
Excutimus nostris cordibus arma Dei.
Impatiens pectus, quæ profectura fuissent,
Proijcit oblitus consilia alta Dei.
Concupiere quidem lurconibus dentibus escas,
Quæ lacerarentur ventris ob ingluuiem.
Quærebant carnes inter deserta ferarum
Spælea, optantes viuere more feræ.
Tentauere Deum, posset carnibus illos
Pascere? quas biberent, si dare posset aquas:
Audijt iratus: pariterque exaudijt illos;
Quas ederent carnes, vt petiere, dedit,
Carnales animæ vitioso gutture factæ
Vt saturarentur, copia tanta data est.
Copia tanta data, vt fierent fastidia primùm
Languenti stomacho; nausea deinde grauis.
Lubrica, me miserum, quoties carnalia nostri
Vt videre oculi; concupiere animi.
Murmure deinde querulo mens saucia flagitat illa;
Donec ab irato sint sibi torta Deo.
Hisq; auidi fruimur; mox in fastidia nobis
Vertuntur saturis; nauseat hinc stomachus.
Sicut & illorum corda obruta mole ciborum
In castris Mosen impetiere ducem.
Sed nec Aroni infensissima turba, procaces
Admoto sacris abstinuere viro.
Schismatis autores, & seditione potentes
Virgam, apicemque sibi concupiere sacrum.
Ecce repentè solum fremere, atque dehiscere visum
Sub pedibus, rugiens sacrilegosq; vorat.
Nempe Rubenitas Dathan, Abironq; superbos
Spirantes & adhuc Tartarus ater habet.
Ignis & erumpens Synagogam exussit eorum,
Qui minimè acciti prædita thura dabant.
Nos simul indigni dum suspiramus honores
Ad vetitos; saltu scandimus atque gradus.
Rectorum mentes tumidi irritamus ad iram,
Terra aperit fauces, Tartarus ora quatit,

¶ Carnes Coturnicum. ¶ Carnales animæ. i. Carneis sensibus nimis deditæ. Vnde & Apostolus. Nonne carnales estis? ¶ Vt saturarentur. Sic enim dixit eis: Dabit vobis Dominus carnes, vt comedatis, non duobus, aut tribus diebus, sed integro mense, donec exeant per nares uestras, & uertantur in nauseam. ¶ Lubrica. Citò labentia, & quæ lubricum reddunt animum. ¶ Carnalia. Non ad escas hoc tantùm est referendum, sed & ad omnia concupiscibilia. ¶ Vt videre oculi. Quare benè nos admonet propheta. Auerte oculos tuos, ne videant vanitatem. Alioquin mors intrat per fenestras nostras. Quippe sensus nostri animorū sunt fenestræ. Hinc & plorabat idem vates. Oculus meus depredatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ. ¶ Torta. Pro extorta, aphæresis est. ¶ In fastidia. Nam ut ait Gregorius inter epulas carnales, & delitias spirituales hoc interest, quia ille cum non habentur ardens ingerunt sui desiderium, mox habitæ uertuntur in fastidiū. Spirituales verò cum minimè habentur, nec desiderantur quidem, habitæ verò maius indies accendunt sui desiderium. ¶ Mosen impe. Du. Hoc fecerunt Dathan, & Abiron ambientes principatum. Eo quòd essent ex stirpe Ruben primogeniti, immemores iura primogenituræ illi fuisse sublata; quia fœdauerat patris sui cubile. Vide vtramque hystoriam in Genesi, & in Exodo. ¶ Aaroni. Et hoc à Chore leuita cum suis cōplicibus factum est, vt ille summus sacerdos essi- ceretur, & ipsi sacerdotali infula decorarentur, non aduertentes. Neminè debere sibi talem honorem assumere, nisi fuerit à Deo vocatus, vt Aaron. ¶ Insensissima turba. Appositio est. ¶ Procaces. Inuerecundi, atque immoderati petitores. ¶ Admoto sacris. A Moyse Dei iussu. ¶ Virgam. idest Sceptrum ducatus insigne. Hoc est imperiū populi, quod Moysi à Deo iamdudum collatum fuerat, ex quo tempore missus est ad Pharaonem pro liberatione populi. ¶ Apicem sacrum. Summum significat sacerdotium, Aaroni iam ante collatum Dei iussu. ¶ Dehiscere uisum. Quippe subito hyatu terræ absorpti sunt, & viui ad inferos rapti. ¶ Synagogan exussit eorum. Quinquaginta choreitas thura dantes erumpens flamma combussit. ¶ Qui minimè acciti. Nec sacris initiati, sed temerè sibi leuiticum munus vsurpantes. ¶ Dum suspiramus honores. Propter ambitionem. Et est expositio prædictæ figuræ. Dicit enim Apostolus. Omnia eis in figura contigisse, & scripta propter nos esse, in quos fines sæculorum deuenerunt. ¶ Ad vetitos. Antequam vocemur à Deo, & nostris maioribus ritè perficiamur, etiam si virtute præditi simus, minimè debemus honores ambire, quia ambitus ipse superbiæ crimen est. Possunt enim esse multi alij, & digniores, & virtute nobis præstantiores. Vnde & Dominus in Euangelio Iacobum & Ioannem redarguit, qui uellent à dextris, & à sinistris eius sedere. ¶ Saltu. Prætermissis ex ordine medijs. gradatim quippe ascendendum est ad culmen honorum. Alioquin præcipitium nos morabitur. ¶ Terra aperit fauces. Hoc est. Terrenarum rerum auiditas, quæ & auaritia dicitur, cæcaque cupiditas omnium malorum radix. ¶ Tartarus. Dirus inferni carcer, in quem casuri sunt ambitiosi, vel post mortem. ¶ Deficere atque Deo. Quia scriptum est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. s. ante idolum vituli, quem conflauerant. ¶ Chorebi. Summum est montis Synai iugum, quod. Oreb. in nostris literis dicitur

Num.11.
Hier.9.
B
Tren.3.
Num.16
Gen.49.
Exo.28.
C
Psal.105
Num.16
1.Cor.10

sed in

D ſed in grecis Chorebus. Producit autem primam ſyllabam, quia grecè ſcribitur per. ω. & non per. o. fortaſſe vt differat, à Chorebo Migdoniorum rege. Quem viderant apud Aegyptos in bouis ſimilitudine coli. propter fabulam, quam à ſæcularibus poetis pete. ¶ Diuinas Laudes. Dicebant enim. Ij ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de Aegypto. ¶ Fœnum mandentis. Vt & ipſi manderentur ab eo, vtpote carnales homines non niſi ſecundum carnem viuentes, & carnalia tantùm ſapientes. Scriptum quippe eſt. Omnis caro fœnum. ¶ Tranſlata gloria magna Dei. Huic congruit, quod ait Apoſtolus. Et immutauerunt incorruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, atque ſerpentum. ¶ Inclyta gloria. Exclamatio eſt per anadiploſim indignationem continens. ¶ Quod differt. Applicatio figuræ ad noſtra tempora per interrogationem. ¶ Venter obeſus. i. Valde pinguis. ¶ Sternimur ante pecus. Quando omnia, quæ facimus, ventris cauſa facimus. De quibus ait Apoſtolus. Huiuſcemodi.n. non Domino noſtro Ieſu Chriſto ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Et alibi. Quorum Deus venter eſt: & gloria in confuſione. ¶ Pateris & auro. i. Pateris aureis, per endiadim figuram. ¶ Flamen. Sacerdos. Romana vox eſt. ¶ Doctus in arte coquus. Verè ego noui principes maiori precio coquos conducere, quàm eruditores filiorum & publici doctores gymnaſij. ¶ Nos fœnum ſumus. Iuxta illud Eſaiæ, & Petri, de quo ſupra omnis caro fe-

E num, & gloria eius flos fœni. Vere fœnum eſt populus &c. ¶ Ab ijs. patribus. Quos in manu valida de Aegypto Deus eduxerat. ¶ Seruauit eos ne ſummergerentur cum Aegyptiis in Mari rubro. ¶ Quique redemit eos. Precioſo ſanguine filij ſui, quo rubrum dicitur eſſe factum mare aquarum baptiſmi. Nam hic tacitè vates libat ſignificationem ſpiritualem illius tranſitus Mari rubei. ¶ Chami tellus. Aegyptiaca. Cham etenim pater Canaan fuit princeps gentis Aegyptiæ, vt docet Hieronymus in commentarijs ſuper Ezechielem. Cap. xvi. ¶ Terribilem. ſ. Deum. ¶ Obliti. Propter abſentiam Moyſi, excæcati ab idolorum cultura. ¶ Tanta erat vnde ſalus. Quantam ſuprà enarrauimus. ¶ Officij immemores. Dyaliton eſt. Copulæ defectus, qui poetis interdum conceditur, ſicut & polyſintecton. i. ſuperfluitas copulæ. Hic autem deeſt que. ¶ Feciſſetq;. Vide hanc hyſtoriam. Exodi. 32. Vbi inter alia inuenies dixiſſe Deum. Sine me, vt iraſcatur furor meus, delebo eos de tera. Faciamq; te in gentem magnam &c. ¶ Ante ſtetiſſet eum. i. Stetiſſet ante eum, ſupplex placandi gratia. ¶ Dicant. Aegyptij, qui remanſe-

F ſerant in terra. ¶ Me codice tolle tuo. Ex nimia populi Charitate, verba hæc exciderunt. Talia quædam dixit etiam Apoſtolus. Optabam ego anathema eſſe à Chriſto propter fratres meos. Non tamen omnibus paſſim conueniunt huiuſmodi verba. Quia ſcriptum eſt in Euange. Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? & maiorem charitatem nemo habet, quàm vt ponat quis animam ſuam pro amicis ſuis. i. uitam temporalem: hoc eſt morti ſeſe offerat temporali, non æternæ. Iuxta illud. Habeo poteſtatem ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. De morte temporali, non autem de æterna poteſt intelligi. Eſt autem quidam modus loquendi ex maxima procedens fiducia. Vt ſi quis dixerit probatiſſimo amico, aut huic ſeruo ignoſce; aut deſine me amicum habere. Quod impoſſibile nouerit eſſe. ¶ Ne mox perd. il. Sed tamen paulatim in ſpacio. xl. Annorum proſtrati ſunt omnes in deſerto. ¶ Pœna relata. Per dilata, legimus enim Dominum dixiſſe. Ego autem in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorum. Subiungitq; ibi ſtatim. Percuſſit autem Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron. ¶ Auerſa. Precibus Moyſi placatus. ¶ Ceſſauerit. Eo tempore modico. ¶ A cæptis malis. i. A peccatis, quæ verè mala ſunt. Cætera verò, quæ à nobis ex communi vſu loquendi mala appellantur, non uere mala ſed bona ſunt quia ad. ad ingenij minimè fuerat climata, uel exacuta. tranſlatio eſt ſupra ab obtuſo gladio. ¶ Cæca. Per ignorantiam. ¶ Per nihilo duxere.

Rom. 1. — Tomo. 5 Nu. 512. — Exo. 32. — Rom. 9. — Exo. 31.

Sorbeat autores vt ſeditionis hiatus,
Schiſmatis vtq; reos deuoret ignis edax.
Noxia flamma gulæ mentes vt vertit auitas,
À Duce deficere, deficere atque Deo.
Nam ſibi conflarunt Chorebi in vertice ſummo
Ex auro vitulum pro Ioue, quem colerent.
Hunc & adorarunt; huic hoſtia pinguis ad aram
Protinus erectam plurima cæſa fuit.
Ludentes fatui muta ſub imagine laudes
Diuinas ſurdo concinuere Deo.
Ad vituli ſtatuam, paleas mandentis & herbas
Tranſlata eſt viui gloria magna Dei.
Inclyta viuentis Domini, rerumq; potentis
Gloria cunctarum ſternitur ante pecus?
A pecore infirmo quid differt venter obeſus?
Nos quoque (me miſerum) ſternimur ante pecus.
Nos ventrem colimus, ventri datur hoſtia pinguis:
Turgidulo ventri ſacra, merumq; damus.
Huic canimus laudes, pateris libamus, & auro.
Huic emitur flamen doctus in arte coquus.
Nos fœnum, paleæque ſumus, viridantis & herba,
Manditur, à noſtro gloria noſtra Deo.
Verus &, à nobis Deus obliuiſcitur: olim
Oblitus fuerat ſicut ab ijs patribus.
Nempe Dei immemores facti, magni, atq; potentis,
Qui ſeruauit eos, quiq; redemit eos.
Horrida in Ægypto qui ſigna, & magna patrauit:
Contulit & forti qui Pharaona manu.
Cuiq; Chami tellus multis eſt perdita plagis,
Senſit Erytreum terribilemque Mare.
Hoſtibus erepti, pelago tutiq; remenſo,
Sunt Dominum obliti, tanta erat vnde ſalus.
Iure igitur merito Deus, vt diſperderet illos,
Dixerat ingratos, officij immemores.
Feciſſetq;, niſi Ductor de millibus vnus.
Electus Moſes ante ſtetiſſet eum.
Conſtringens iram precibus, vultuſq; minaces
Demulcens blandis ſupplice voce rogat.
Parce precor clemens ignoſce pijſſime Rector;
Da veniam populo mi pater alme tuo.
Ne quæſo dicant loca ſola petiuit eremi
Perderet vt cunctos callidus ille ſimul.
Aut illis (oro) noxam hanc dimitte benignus;
Aut me de vitæ codice tolle tuo.

Despexere parui pendentes. ¶ Præmia magna. Seipsum quidem pollicitus erat. Siquidem dixerat Abraæ, noli timere, ego sum merces tua magna nimis. ¶ Lacte & melle flu. Non pueriliter hoc intelligendum est, aut Ethnicè, iuxta illud. Flumina Iam lactis, iam flumina nectaris ibant. Sed iuxta quendam modum loquendi. Quando volumus terram uberrimam significare. Solemus dicere. Lacte fluit, ac melle. ¶ Vberibus glebis.i. Fertilib. & adiectiuè stat. ¶ Vberibusq; boum.i. Mammis vaccarum lacte plenis. & substantiuè ponitur. ¶ Filius. Isaac. ¶ Atque Nepos. Iacob. ¶ Non quia terreno. Antipophora figura est, tacitæ obiectionis responsio. Nunquid enim, tres ij sancti patriarchæ spem suæ beatitudinis in huiusmodi terra fertili posuerant? Qua nec ipsi potuere potiri? Responde minimè. quare ergo desiderauerant eam? Responde vt in textu. ¶ Delitijs. Subaudi carnalibus, & quasi regijs. ¶ Dei. Regis regum, & dominantium Domini. ¶ Prætereà. Hic aggreditur spiritualem sensum, quia omnia (vt sæpe dictum est) in figura contingebant illis, & aliud in cortice historici sensus, & longe aliud maius in medulla spiritualis intellectus. Significabant. ¶ Typus. Figura. ¶ Vlnis. Brachijs, & manibus extensis.i. tanta alacritate, quanta legimus Simeonem illum senem iustum, ac timoratum accepisse in vlnas suas Dominum nostrum Iesum Christum à parētibus in templo oblatum. Luc.2.
¶ Ante dabat. Quasi pro arra. ¶ Spe quoque posse frui. In præsentis uitæ curriculo, & eo transacto re & effectu, ¶ Nauci. Idem est, quod pro nihilo, sicut & flocci, vnde & flocipendo, despicio, ¶ Expendere cœlum. Christi fideles, quorum conuersatio in cęlis est, solent terrena oīa delect. contemnere, cœlestia verò magnifacere, contra amatores mundi terrena amplectuntur, cœlestia non curant. Ij verò segnes nec terrena magnifaciebāt, nec cœlestia sperabant. Digni vt perpetuò misera seruitute tenerentur astricti. ¶ Ferrea progenies. Exclamatio, color rhetoricus. ¶ Duræ ceruicis. In malum obstinatissimi. Sic & eos Dominus appellauit: Cerno (inquit ad Moysen) quòd populus iste duræ ceruicis sit &c. ¶ Prodigia. Signa quidem sunt, sed quæ semper aliquid graue in futurum portendant; ¶ Iactitat. Frequenter iactat, præsens est pro præterito; decies enim in Deum, & multò pluries in Mosen murmurauerunt. Deut.21.
¶ Aspide surda. Ob hoc uocatur surda. hæc serpens, quia obturat aures, vnam terram alteram cauda, ne vocem audiat incantatoris. ¶ Intonet. Hoc factum fuit, quando de cœlo allocutus est eos. Quare timentes dixerunt Moysi, non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. ¶ Superextulit. Eleuauit, more iratorum millitum volentium aliquem findere medium. ¶ Plebes. Nominatiui casus, & quinte declinationis est, plebei facit in genitiuo: plebs autem monosyllabon est tertiæ declinationis. Ciues omnes absq; patriciis significat. ¶ Præda feris. Comminatio hæc est, & sequens pœna, neque enim tunc inflicta est. ¶ Seruitio. Pro seruitute, quam dictionem hæc metra non capiunt. ¶ Moses interposuisset. Hoc est officium veri Ducis, & pastoris animarum, vt irascenti Deo pro muro sese interponant medio, nunc autē rari sunt hi. & propterea flagellamur. ¶ Sacrificus frater. Aaron, qui præerat sacrificiis. Vtpote qui summus erat sacerdos. historiam hāc vide in loco suo. ¶ Icciredò. Quia percussis quamplurimis cœlestis ignis plaga ad interpositionem ducis, & sacerdotis cessauerat. Non ob id absterriti, nec beneficio grati à diuina diu abstinuerūt offensa. Quin grauiori scelere sese obnoxios fecerunt. Sacrificantes turpissimo idolo Moabitarum, quem illi Beelphegor vocant, prisci Romani Priapum, quem & ipsi coluerunt, & custodem hortorum esse dixerunt. De quo Virgilius ille tantus poeta, non erubuit multa versu comprǽhendere. ¶ Prostituere. Meretricum more, & adulterarum. Vnde & Dominus sæpe gentem illam meretricem, & adulteram appellauit. Omnis enim anima fidelis ab initio Deum habet sponsum. Qui si eo post habito dæmoni peccando, & maximè idolatrando adhęserit fornicariæ nomen assumit. ¶ Numen inesse. Exclamando Nu. 16.

Obtinuit tandem, ne mox disperderet illos;
Inq; aliud tempus pœna relata fuit.
Nam licet auersa Dominus cessauerit ira;
Non tamen à cæptis desiliere malis.
Cordibus obtusis & pectora cęca gerentes
Non attendebant, quæ loqueretur eis.
Pro nihilo duxere diu, quæ patribus olim
Præmia magna Deus pollicitus fuerat.
Pro nihilo terram, quæ lacte, & melle fluebat,
Vberibus glebis, vberibusq; boum.
Quam desiderio fuerat complexus Abramus,
Nec minus optarant filius, atque nepos.
Non quia terreno sperarint posse beatos
Se fieri hoc regno, delitijsuè frui.
Sed quoniam regis debent preciosa videri,
Munera cuiusuis; quàm magis ista Dei?
Si pendenda hominis magni sunt munera regis;
Quàm magis æterni concupienda Dei?
Prætereà hoc regnum fuerat cœlestis ad instar
Promissum à Domino; nam typus eius erat.
Debuerant igitur lætis amplectier ulnis
Gratuitum hoc munus, quod Deus ante dabat
Hoc habito, gratas ad sydera tollere mentes;
Cœlesti regno spe quoque posse frui.
Pro nihilo terram, nauciq; expendere cœlum,
Pollicitus eius sed nec habere fidem,
Ferrea progenies, soboles incredula, duræ
Ceruicis? renuit credere verba Dei?
Quem toties per prodigia, admirandaq; signa
Est experta, Deo non adhibere fidem?
Murmure quin potius tentoria sæpè replendo
Iurgiaq; in Mosen iactitat, inq; Deum.
Nec magis auditas exaudijt aspide surda
Diuinas voces, intonet ille licet.
Irritatus adhùc palmas superextulit ambas,
Sterneret ingratos vt grauiore manu.
Vtq; in deserto plebes inhumata iaceret
Mortua, præda lupis, alitibusq; feris.
Vtq; inter gentes alias iactaret in oras.
Dispersos, faceret seruitioq; premi.
Ni sese Moses interposuisset, & vnà
Sacrificus frater, qui placuere Deo.
Nec tamen icciredò pacatum ignobile vulgus
A dira abstinuit impietate diu.

mando

Num.24 & 25. mando leuitatem mentis Iudæorum, aliarumque gentium increpat. ¶ Artificis. i. Scelerati, ac pessimi malorum inuentoris. ¶ Consilio, atque dolis. i. Doloso consilio, Is enim consuluit Moabitis, vt si cuperent Hebræis nocere, puellas ad eos mitterent decoras aspectu, quibus ad Luxuriam pronam gentem, & ad idolatriã prouocarent: Quatenus offenso Deo sibi in prædã relinquerentur, atq; in direptionem. Quod ex parte contigit: vt hic enarratur. ¶ Miseros iuuenes. Benè miseros; qui modica, & labili voluptate venerea, fœlicitatem æternam derelinquunt, quæ inextimabilis est. ¶ Beel sacrificare phegor. Tmesis est, sectio dictionis ac alterius interpositio. Quæ non nisi in dictionibus compositis fieri debet. In simplicibus dedecet. Vt in Ennio legebatur. Saxo cere comminuit brum. i. cerebrum. Porrò Beel est nomen idoli, phegor montis in quo à Moabitis colebatur. ¶ Flaminulique. Sacrificuli, per irrisionem diminutiuo est vsus nomine. ¶ lancibus. Pateris quibusdam latis, ac rotundas, quibus olim in rebus diuinis vtebantur pro carnibus, aut extis offerendis altari, quas deinde foculo impositas sacrificabant i. exurebant, existimantes earum nidore Deum delectari. ¶ Exta. Eminentia sunt interius intestina, qualia sunt iecur, pulmo, cor atque Lien. ¶ Idolotytis. i. Idolo immolatis, partem enim carniũ immolatarum manducabant hi: qui hostias, aut victimas offerebant. ¶ Defunctorum mortua sacra. Multiplici ratione, quia mortuis hominibus tamquàm Dijs sacrificabant, vt Herculi. Quirino, cœterisque, quos defunctos fuisse etiam litteræ secularium commemorant: item mortuorum sacra dicuntur. Quia in honorem idolorum quæ statuæ sunt omni sensu carentes vt mortui. Et rursus. Quia per peccatum idolatriæ moriuntur animæ, & ad mortem æternam præparantur, & demum quia ex mortuis animalibus dijs illis sacrificabatur. ¶ Parentem Deum. Qui & nos omnes fecit, nec minus ac parens natos, diligit nos. ¶ Nuper adinuentis. Quia peccata idololatriæ ferè trahunt secum scelera omnia. ¶ Flammarũ. E cœlo missa; ¶ Gladij. Moabitarum. ¶ Protoflaminis. Summi sacerdotis nepos. ¶ Ante Deũ. Cuius vicem vltus erat. ¶ Zambrim. Hanc historiam vide in Libro numerorum cap. xxv. ¶ Contemptor superum, Dei & angelorum. ¶ Magnificiq; ducis. Moysi. Qui dux erat illi populo à Domino constitutus. ¶ Scortum. Vocabatur hæc mulier Chozbi filia principis nobilissimi Madianitarum. ¶ Dira minante Deo. Nam cuncti principes populi iussi sunt suspendi in patibulis contra solem. i. palam coram omnibus, & ex ipso. 24. millia hominum cæsa sunt. ¶ Vltus erat. Interficiendo principem illum temerarium Dei, & Moysi contemptorem. ¶ Ab ore Dei. Cuius hæc fuerunt verba Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meã à filijs Israel; quia zelo meo commotus est contra eos. Vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcircò loquere ad eum. Ecce do ei pacem fœderis mei. Et erit tam ipsi, quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. ¶ Deseuijt. Desijt sæuire. ¶ Cidaris. Ornatus quidam capitis, quo vtebantur pontifices in offerendis hostijs, super quo sacra mitra ponebatur. Vnde & pro illa quandoq; capitur. Fertur & à quibusdã regium esse pileolum, seu strophium sacerdotale. ¶ Candida Mitra. Vtpote quæ ex bysso erat. Supremum est summi sacerdotis capitis ornamentum, quo etiam nunc nostri pontifices vtuntur, cum rebus diuinis operam dant. ¶ Zelus, & ille Dei. Tam feruidus. ¶ Nos verò miseri. Quia sacerdotibus nostri temporis minimè licet in peccatores hoc modo sæuire, propter noui sacerdotij mansuetudinem, & quia hæc figura spiritualiter est intelligenda, increpatione dura sunt digni sacerdotes, qui spirituali gladio verbi Dei, quo muniti sunt, non iugulant peccatores, audacter repræhendendo etiam principes populi, quando malis operibus suis scandalizant populum Dei. Quia facta eorum facilè trahuntur à plebibus in exẽplum. ¶ Noie tanto. Sacerdotis, qui ang. D. vocatur in terris. Iuxta illud pro-
Malac. 2. pheticum. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legem D. exquirũt de ore eius. Quia ang. D. est. ¶ Ancipitẽ. Et
vtraq; parte acutum, & cõminando pœnas tpales, atq; æternas. ¶ Verbi gladiũ. De quo Paulus. apost. ita scribit.
Ephe. 6. Accipite gladium spiritus, quod est verbum Dei, & iterum. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabi-
Hebr. 4. lior omni gladio ancipiti, &c. & rursus Ioannes in Apoc. & procedebat de ore eius gladius ex vtraq; parte acu-
c. 1. c. 19. tus.

Nam sceleris macula grauiori immanius & se
Fædarunt; falso & prostituere Deo.
Namque Moabitæ cultores numinis huius
Artificis Baleæ consilio, atque dolis.
Perdere festini blandas misere puellas;
Quæ specie miseros allicerent iuuenes.
Quique puellarum voluere decore potiri,
Tum cæpere Beel Sacrificare Phegor.
Flaminuliq; noui fumantia lancibus exta
Offerre immundo non rubuere Deo.
Atque Idolotytis conuesci carnibus ausi;
Quæ defunctorum mortua sacra vocant.
Ah quantis alijs irritauere parentem
Nuper adinuentis turba proterua Deum?
Vnde super stolidos est multiplicata ruina
Flammarum in castris, sanguinei & gladij.
Cumque vorarentur ferri mucrone corusco,
Et peccatores vreret ignis edax.
Ecce Dei zelo protoflaminis inclyta proles
Armatus Phinees astitit ante Deum.
Fodit & arrepto pugione per inguina Zambrim
A Simeone satum, præcipuumq; ducem.
Hic audax iuuenis, temerarius, atque proteruus,
Contemptor superùm, magnificiq; Ducis.
Cunctorum ante oculos scortum præsumpsit inire
Dum flerent alij dira minante Deo.
Turpiter inuentum cum scorto, cædit vtrumque
Per pudibunda simul: cæsus vterq; perit.
Hoc igitur facto Dominum placauit; honorem
Audacter spretum cuius & vltus erat.
Feruida tum demum in populum deseuijt ira,
Ignis & extinctus, conditus atq; mucro.
Quàm fœlix Phinees hoc facto; nempe sacerdos
Est designatus summus ab ore Dei.
Semini, & illius Cidaris per sæcula cuncta
Quæq; regit sacrum candida Mitra caput.
Iustitia illius cunctis narrabitur oris:
De sobole in sobolem zelus & ille Dei.

tus: quod est verbum Dei. vt ipse docet. ¶ In peccatores. Sicut antiqui prophetæ, & Io. Baptista, & ipse Dominus in Euang. cum dicebat, veh tibi Corrozaim ueh tibi Bethsaida, &c. Item & tu Capharnaum numquid exaltaberis usq; in coelum? immò usq; in infernum descendes, & rursus. Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, &c. A Matt.11. Matt.23.

Nos verò miseri, nec digni nomine tanto
Ecce pusillanimes, degeneresq; sumus.
Ancipitem vel bi gladium uibrare quis audet.
In peccatores, præcipuosq; duces?
Nec sumus illius semen, nec mystica proles,
Vulgus inerme sumus; carnea turba sumus.
Quin potius proles dura, atq; immitis eorum;
Irritauerunt qui toties Dominum,
Quiq; repugnarunt Domino, qui murmure contra
Dixerunt querulo; Num dare quibis aquas?
Quiq; adeò Mosi clamore fuere molesti;
Vt pertubarint mentem, animumq; pium.
Is vexatus enim, ne credulus esset, ut olim
Extiterat semper, passus acerba diu.
Distinxit labijs anceps: Audite rebelles,
Dura silex uobis num dabit (inquit) aquas?

¶ Præcipuosq; duces. Vt Samuel Saul regem: Natham Dauid: Helias, Achab, & alij alios. Io. etiam Baptista regem Herodem, sic & Dominus Pharisæos, & scribas, atq; alios principes Iudæorum Herodem quoq; ite (inquit) & dicite vulpi illi. Matt.13. Sed & Pilatum tempore passionis suæ redarguit de potestate superbientem. Non haberes (inquit) aduersum me potestatem vllam, nisi tibi datum esset de super, &c. ¶ Semen spirituale. Zelo Dei accensum. ¶ Vulgus inerme. Armis spiritualibus carentes, quæ sunt uirtutes, inter quas præcipua est animi fortitudo, quæ & magnanimitas appellatur. ¶ Carnea turba. Carnales homines, secundum carnem iuuentes: ad oculum carnalibus hominibus placentes, ut attendimus Apostoli dictum. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. ¶ Quin potius. Subaudi, nos sumus. ¶ Eorum. Israelitarum duræ ceruicis, & si non sanguine (quia ex gentibus) saltem more malorum imitatione. ¶ Toties Dominum. Quod & nos sæpe facimus peruersis actionibus nostris. ¶ Repugnarunt. Vt Dathan, & Abiron, & Chore cum sequacibus suis. ¶ Qui murmure. Vt Vulgares, atq; plebei, qui nimis faciles sunt ad murmura, & querelas. ¶ Aquas. Quæ dictæ sunt contradictionis. Vide historiam in lib. Num. cap. 20. ¶ Perturbarint. Ita ne discrederet Dominum aquas illi populo daturum pertinaci, atq; molesto. ¶ Is uexatus enim. Distinxit labijs, &c. B quod est infra est autem hyperbaton, dura, longa, & confusa constructio. est autem ordo. Is enim Moyses diu passus acerba uexatus adeò est, ne esset amplius credulus, vt olim semper extiterat, ideoq; anceps factus distinxit labijs, idest non purè expressit uoluntatem, & imperium Domini, qui dixerat, dic petræ, & illa dabit aquas: ille verò metuens, ne propter populi contumatiam aquas Dominus minimè de petra daturus esset, subdubius, & in nubilo tali modo verba pronunciauit, ut etiam si negarentur aquæ, minimè videretur mentitus esse: dixit enim. Audite rebelles, & increduli, num de hac petra poterimus uobis aquas ellicere? q. d. non propter uestram rebellionem, & incredulitatem. ¶ Vnde. Propter hoc peccatum incredulitatis suæ fuit à Domino prohibitus, ne intraret in terram promissionis, quamquàm grande hic tegitur mysterium, quod non lex data per Moysen, quæ neminem ad perfectum adducit. sed gratia, quæ per Iesum Christum facta est, introducit homines ad regnum coelorum veram uiuentium terram promissionis, de qua hic idem propheta, credo uidere bona domini in terra uiuentium, & iterum portio mea Domine in terra uiuentium. Nu.25.

Vnde nec optatam ualuit contingere terram:
Sic electorum uindicat acta Deus:
At duce mutato populus ceruicis ahenæ,
Non uitam, aut mores induit ille nouos.
Tellurem si quidem promissam intrauit, at inde
Haud repulit gentes, iusserat ut dominus.
Propter auaritiam Dominum cótempsit, ut essent,
Qui sibi vectigal, quiq; tributa darent.
Heu quàm dira fames, atq; execrabilis auri,
Peruertis mentes, consiliumq; fugat.
Ecce recusauit sceleratas perdere gentes;
Vt permixtus eis disceret omne scelus:
Quàm dociles, proniq; malis sub tempore paruo
Edidicere simul protinus omne nefas
Cumq; habitu, & lingua mores traxere profanos.
Fusilium cultus, sculptiliumq; Deum,

¶ Sic uindicat. Pœna temporali, ne in æternum plectantur. ¶ At duce mutato. Nam defuncto Moyse dux Iosue factus est, qui erat minister eius, qui & uocatus est Iesus. ¶ Haud repulit gentes; vt: quas iusserat Dominus exterminari penitus, ac deleri, ne idololatriam & alia eorum scelera discerent filij Israel ex praua conuersatione, ad quæ etiam suapte sponte nimis erant proni. At illi bellis diuturnis tædio affecti, & auaritia ducti, non deleuerunt: sed multos ex illis reliquerunt tributa pendentes, qui deinde in scandalum sibi fuerunt, & in ruinam. ¶ Vectigal. Et mercibus, quæ intra urbes inuehontur. ¶ Tributa. Pro sustentandis exercitibus, & alijs reipublicæ necessitatibus obeundis. ¶ Quam dira fames. Crudelis concupiscentia, quæ proprium necat auorem: est autem exclamatio in execrationem auaritiæ. ¶ Proniq; malis. Iuxta illud, omnis ætas ab adulescentia in malum prona est. ¶ Habitu. Vano, & lasciuo. ¶ Mores profanos. Irreligiosos, & illicitos. ¶ Fusilium. Quæ ex metallo quouis igne resoluto in statuas funduntur. ¶ Sculptilium. Hæc ex ligno ut plurimum coelo instrumento ferreo, quod & scalpellum dicitur insculpuntur. ¶ Deum. Pro C Deorum non qui sint, sed putabantur, ut docet Apostolus ignorantes Deum, ijs qui natura non sunt dij seruiebatis, & alibi scimus quia nihil est idolum in mundo & quod nullus est Deus nisi vnus, & si sint qui dicantur dij, siue in coelo siue in terra, &c. ¶ Viuo. Ad differentiam mortuorum, qui pro dijs colebantur, vt Bellus Nini pater. ¶ Veroq;. Ad differentiam falsorum dæmoniorum, vt Astaroth, ac Berith, atq; Beelzebub. ¶ Patrioq;. Quem patres eorum coluere. Abraam, Isaac, & Iacob, vnde & ipse sæpe dicebat. Ego sum Deus patrum uestrorum Abraam, Isaac, & Iacob. ¶ Falsis Deis. Appositio est. ¶ Mutaq; reptilia. Qualia in Aegypto uiderant coli. Apo. qui & Serapis dicebatur, Cocodrilos, & Talpas. ¶ Populis profanis. Longè positis à uera religione, & cultu Gal.4. 1.Cor.8.

Deserto vero, viuoq; Deo, patrioq; ,
Dæmonijs falsis sacra tulere Deis.
Defunctos homines, imo baratroq; sepultos
Hebræus coluit, mutaq; reptilia,
Ecce relicta salus populis, & uita profanis
Quam tulit offensam, scandalon atq; graue.
Perniciem verò grauiorem, propria namq;
Mactarunt patres pignora dæmonijs.
Proh scelus horrendum, charam sua uiscera prolē
Immolat idolo crudus uterq; parens.
Hoc immane nefas hoc execrabile crimen,
Quæ poterit siccis lingua referre genis?
Ah scelerata manus admota parentis atrocis
Natorum iugulo sanguine fœda tuo.
Insontis gnati potuisti haurire cruorem?
Fundere & immondis cymbia plena Deis?
Non pater es, nec homo, non effera bellua saltus
Nam fouet hæc catulos, lingit; alitq; suos.
Non variæ linces genuere; nec ubera tigres
Hircanæ labris appôsuere tuis.
Vipereo potius credam te semine cretum;
Vberaq; admouit turpis Hyenna tibi.
I nunc gens Iudæa fera truculentior omni,
Desinito Canaan finibus esse tuis?
Te docuit Canaan sobolem mactare; cruorem
Fundere; sculptilibus sacra litare suis.
Dira quis hæc credat? perfuso sanguine tellus
Interfecta suo est; cæsaq; terra perit.
Actibus illorum peruersis, brutaq; tellus
Sparsa per omne solum contaminata perit.
Fornicibus varijs scortata sub arbore densa
Nuper adinuentis contemerata perit.
Nobilis heu tellus facta est ignobile scortum
Traxit amatores vndiq; mœcha procax.

D vnius Dei. ¶Quam tulit offensam. Vt relicto uerò Deo falsos discernent ab eis colere. ¶Scandalon. Idest ruinam animæ primum, deinde rerum, & corporum. ¶Perniciem. Damnum. ¶Mactarunt. Veluti hostias gratissimas. ¶Propria pignora. Filios sibi charissimos quasi mutui amoris pignus, credendum est hoc uati, & si fortasse in pentatheuco minimè scriptū inueniatur; nam & ipse eodem spititu, quo Moyses, afflatus psalmos decantauit. ¶Proh scelus. Exclamatio in impios parentes. ¶Cymbia. Quædam pocula in cimbæ, idest nauiculæ similitudinem quibus olim gentiles in sacris suis vtebantur, ¶Plena. Cruoris filij. de quo suprà. ¶Non pater, es. Cuius interest à se genitos natos educare, sibiq; superstites optare, inuehitur autem, & hic vates per Ecbasim, idest discursum poeticum in tam nefarios parentes. ¶Nec homo. Cui nefas est hominem perdere, aut uitæ illius insidiari. ¶Effera bellua. Vrsus, aut leo. ¶Saltus. In quo multæ huiusmodi feræ morabantur, vt in libris regum legimus. ¶Non variæ linces. Coloris ua-
2.Re.17. rij. ¶Genuere. Nam & hæ diligunt catulos suos.
2.Re.28. similiter & Tigres, quas legimus in uenatores ra-
4.Re.11. ptis catulis uiolentissimo impetu per longissimū iter insecutas efferari. ¶Vipereo. Quia femina marem in feruore coitus obtruncat, in cuius ultionem parraui antequàm pariantur, uiscera materna corrodunt, & necant, hinc beatus Ioannes, & Dominus in Euangel. dicebant, eos, progenies
E uiperarum. ¶Turpis hyenna. Quam diuus Hieronimus dicit sepulchra noctu frequentare, & inde erutis cadaueribus pasci. ¶Nunc. Ironicè hoc dictum intellige, nec nisi in modo proferendi discernitur ab assertione: sed ut plurimum irrationabili. ¶Canaam. Idest Cananeos, qui à Canaan nepote Noe duxerunt originem, est etiam species pro genere, nec enim soli Cananei iussi sunt aboleri de terra: sed & aliàs sex gentes. Pherezeos, Eueos, Iebuseos, Ammoræos, Cetheos, & Gergeseos: quinimmo omnes hæ gentes à filijs Canaan exortæ sunt præter Gergeseos, quorum patrem non memini me legisse. ¶Interfecta tellus. Tropus, methonomia est, qua ponitur continens pro contento, vt Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, &c. pro habitatoribus eius sicut, & cū dicimus domum bonam uel malam, pro qualitate habitantium in ea terra, ergo interfecta est in cæde paruulorum, quia parentes eorum interfectores sese gladio peccati ante necabant, quod ad æternam non est dubium mortem homicidas ducere, quin & pro tanto scelere Dominus eos hostili iubebat interfici gladio. ¶Cæsa terra. Vt supra, idest cæsi sunt homines terreni vnde & ipsi primo homini dictum est, terra es: & in terram reuerteris. Item alibi, quid superbis puluis, & cinis? ¶Brutaq; tellus. Non ad ipsum elementum hoc referendum est, quod interdum Bruta dicitur: sed ad homines brutorum more uiuentes. ¶Contaminata. Fœdata sanguine natorum. ¶Perit. Primo in anima propter sceleratum homicidium, deinde & in corpore, sumpta ex eis vindicta mox à Domino. ¶For-
F nicibus uarijs. Idest in idolorum sacellis, antris, & lucis, in quibus omnibus ab externis gentibus olim colebantur, & aliquando à filijs Israel eorum facta nefaria imitantibus, est autem translatio sumpta à meretricibus, quæ talibus in locis prostituuntur. ¶Scortata. Vt suprà non terra, sed homines quorum animæ cum Dei sponsæ sint, idolatrando fornicari dicuntur, & hæc est fornicatio spiritualis, potuit etiam fieri, vt in colenda, Venere, Adonide, & Beelphegor turpi, atq; obsceno Deo carnaliter etiam corpore fornicarentur, vt supradictum est, de Zambri cum Madianitide. ¶Arbore densa. Puta quercu, populo aut æsculo iuxta varietatem idolorum quæ varias arbores amare dicebantur ut sub illis, vel eorum lucis sibi sacrificaretur, & hoc etiam fiebat, ad obumbrationem luxuriantum in eis. ¶Nobilis tellus. Idest nobilis Isacidum gens. ¶Scortum. Quia sese dæmonijs prostituebat, uel etiam, luxuriæ actibus fœdabat. ¶Traxit amatores. Studiosa idolorum inquisitione, quorum nomina; nec cultum nouerat. ¶Vndiq;. Ex circumadiucentibus regionibus. ¶Mœcha procax. Inuerecunda adultera. ¶Vnde, Propter multiplicatas spirituales fornicationes cum uarijs idolis finitimorum, quibus etiam carnalia admiscebantur adulteria, ut supra ostensum est. ¶Vir illius. Deus legitimus animarum sponsus. ¶Furore. Idest admodum furentis, & zelantis uiri sese habuit in punitione coniugis adulteræ, non quia furore capiatur Deus, qui in summa iudicat tranquilitate: sed quoniam uidetur hominibus furere, cum per furibundos ministros de sontibus ultionem sumit, siue milites homines, siue aduersarias dæmonum potestates. ¶Vulneribus multis. Idest plagis varijs in populum immissis. ¶Corpus dehonestat. Truncatis pedibus, ac manibus, scissoq; uentre à
Ezec.23. summo usq; deorsum. ¶Et ora. Effossis oculis, abscisis auribus, & naribus. ¶Verberibus cæsam. Prius scilicet.

¶ Inde

¶Inde domo. In sterquilinium hæc autem descriptio ex Ezechiele sumpta est, debent etiam hæc omnia intelligi de Israelitica gente, quæ & Iudæorum synagoga dicitur, tunc enim corpus dehonestatum est, quando in plebeios, vulgaresq; sæuitum est, & maxime in uillarum, atq; oppidorum deuastatione, caput verò quando nobiliores occisi sunt, aut bello capti, & maximè principales sunt urbes deuastate, arces quoq; demolitæ. ¶Mæchi Idolatrarum gentium populi, hostiliter in Iudæam impetum facientes. ¶Proiectam. A diuina protectione derelictam. ¶Dilacerantq; vbera. Fertilitatem agrorum, & vinearum, & pecorum deuastantes, diripientesq; omnia. ¶Dulcia uisa sibi. Dum tranquillo tempore ut hospites in ea regione commorarentur, ut fieri solet inter finitimos & maxime in his, qui mercaturæ inseruiunt. ¶Inguina. Deliciarum vrbanarum copiam. ¶Seruierant. In voluptuosis conuiuijs. ¶Conculcata. Graui ac diuturna seruitute, uel etiam misera captiuitate. ¶Redit tandem. Vexatione dante intellectum. ¶Genibusq; voluta. Supplicum more, hoc est humili prece. ¶Pectus plangit. Culpam suam recognoscens, seseq; accusans. ¶Ad ora uiri. Coram Deo, qui ubiq; est, & humilia tantum respicit pietatis oculo. ¶Iterum, atq; iterum. Idest sæpissimè, vide hystoriam libri Iudicum, & quot ibi iudices datos inueneris, toties scito illum misertum esse populi sui, quam alienigenæ contriuerant. ¶Conciliatur adhuc. Pro reconciliatur, est enim aphæresis, quia noui dicuntur conciliari, ueteres uerò reconcliari. ¶Hic vir zelotes. Expositio est superiorum. ¶Sortem suam. Idest hæreditatem suam, sors, quippe in sacris literis ut plurimum ponitur pro hæreditate. porrò sciendum est secundum Augustini doctrinam, populum fidelem esse Domini hæreditatem, & Deum esse hæreditatem populi fidelis. Exemplum primi. Postula à me; & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Exemplum secundi Dominus pars hæreditatis meæ. ¶Dum traherent. Quod factum à Moabitis, & Madianitis etiã supra visum est ex consilio Balam arioli. ¶Irritaretur Deus. Ad iracundiam prouocaretur, sciebant enim quia nullo alio pacto ei populo poterant nocere vide in libro Iudith sermonẽ Achion Iudith. 5
ducis Ammonitarum ad Holofernem principem militiæ regis Assiriorum, in cuius fine hoc persuadet, ut inquirat, an sit iniquitas in Israelis populo, & poterit eos superare, quòd si non fuerit, superabitur ipse Holofernes: quia Deus eorum pugnabit pro illis. ¶Venia accepta. Licentia à Deo contra populum suum irato concessa. ¶Fungier. Paragogæ est, pro fungi, vt dicier, pro dici. ¶Lictoris officio. Qui ligat reos & torquet, punitq; ad consulis, aut iudicis imperium, militiæ Romanæ nomen est, vide rogo, si iniqui, Diaboli (cuius sunt membra) consuetudinem non seruant: Alliciunt homines ad peccandum, vt accipiant deinde ad puniendum: Sic caput eorum Diabolus ipse scelerum suggestor est, inde apud Deum accusator, tortor, & vindex. ¶Tribulis, & sentibus. Idest spinis hic ponitur pro grauissima quauis tribulatione, atq; durissima populi afflictione, licet etiam sic potuerint specialiter torqueri, quod & factum legimus, à Gedeone in uiros Sochot, quos tribulis, & spinis comminuit, quia noluerant exercitui hostes insequenti panes dare, & insuper ausi fuerant ei exprobrare. ¶Arte. Idest Dedita opera, consultò, & maliciose. ¶Consilio proprio. Malo atq; irrationabili. ¶Consilium Domini spreuere. Cohos clamat Isaias, veh filij desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum. ¶Vti. Et non frui, differunt quia primum ad necessarium usum refertur alterum ad voluptuarium, porrò temporalium rerum omnium, atq; terrenarum uoluptas noxia est animarum saluti. Aeternarum verò fruitio delectabilis, & debita temporalibus ergo vtendum, & non fruendum est secundum Dei consilium. ¶Suasores. Mali suggestores, quadrisyllaba modò dictio est, aliquando verò duæ primæ in vnam contrahuntur per synæresim; distrahuntur autem per diæresim. ¶Dæmonas. Accusatiuus est græcus. ¶Arte. Vt supra, dedita opera, & malitiosè. ¶Hinc. Propter idolorum culturam; qua voloptuosæ delectationes in præsentiarum fruendæ suggeruntur. ¶Quiq; ea. Aeterna scilicet. ¶Dorsa flagellis. Translatio sumpta à malis, ac fugitiuis seruis. ¶Flagris. Virgis, quibus olim cædebantur rei antequam capite plecterentur, sæpissime autem serui uerberibus digni. ¶Sydereis oculis.

Vnde vir illius patiens per tempora longa A
Iratus tandem est; arma furore rapit.
Vulneribus multis corpus dehonestat, & ora,
Verberibus cæsam: proijcit inde domo.
Diripiunt mæchi proiectam; dilacerantq;
Vbera, quæ quondam dulcia uisa sibi.
Inguina conculcant pedibus, scortantibus olim
Turgida luxuria quæ sibi seruierant.
Conculcata redit tandem, genibusq; voluta
Zelotypi pectus plangit ad ora uiri.
Vt pius est, clemensq;, iterumq; iterumq; precanti
Dat veniam fassæ, conciliatur adhuc.
Hic vir zelotes Deus est: Synagogaq; mæcha
Dum colit externos heu male sana Deos.
Tum Deus exurgit vindex, tum percitus ira
Verberat: & sortem dissipat ipse suam.
Finitimis spretam crudelibus obijcit illam.
Dat conculcari, seruitioq; premi.
Qui prius Isacidas oderunt pectore toto, B
Ore licet blando colloquerentur eis.
Dum traherent ad vana Deúm simulachra suorum
Irritaretur patrius vnde Deus.
Tunc venia accepta videas lictoris iniqui
Infestos crudo fungier officio.
Quàm duris tribulis, & acutis sentibus illos
Sæpius hostili supposuere manu?
Clamantes tamen, & verè suspiria ab imo
Pectore ducentes sæpè redemit adhùc.
Attamen ingrati cum se uidere redemptos:
Irritauerunt sæpius arte Deum.
Consilio freti proprio spreuere rebelles
Consilium Domini sicut & ante sui.
Consuluit siquidem Dominus præsentibus uti
Expediat quantum: non tamen indè frui.
Delicijs verò, quas nobis ipse parauit
Sperandum æternis, & sine fine frui. C

At miseri sola hæc præsentia amare fruenda,
Nec sperare audent vlla futura bona.

Esa. 30.

 oculis.

Inde voluptates totis amplectier vlnis,
Inde suasores dæmonas arte coli.
Præsentum dator hinc; æternorumq; patrator,
Quiq; ea persuadet, spernitur ipse Deus.
Ah quoties spretus populum dimisit inertem,
Hostibus vt fieret præda parata neci.
Dum tamen assiduis quaterentur dorsa flagellis,
Dum nudarentur carnibus ossa flagris.
Tunc humiles factos, seseq; errasse fatentes,
Orantes veniam pectore, & ore dari.
Sydereis oculis pater & respexit ab alto,
Cum lachrimis fusas audijt, atque preces.
Fœderis atque memor pacti cum patribus olim,
Quo testatus erat, qui foret inde salus:
Pœnituit tandem posita placatus ab ira,
Vt pius est Dominus mitis vt estq; parens.
Duritiem innatam miserans hostilibus ipse
Cordibus excussit; lenijt atque feros.
Rore deinc dulci iam mollia pectora sparsit;
Vt miserarentur, quos pupugere diu.
Quæ tamen, aut qualis pater ò miserator opime
Est inimicorum gratia? parua quidem.
Nam licet infesti scapularum à verbere cessent,
Nec lanient miseros, vt prius, vngue truci.
Torua tamen facies, oculi fulgore corusci
Luctifico terrent horrida voxq; quatit.
Et si blanditijs ludant fortasse dolosis;
Alliciunt seruos ad mala facta tuos.
Nos igitur saluos facito, nos eripe tandem
Hostili pœnitus à ditione mala.
Tu Dominus noster; tibi iam famulemur oportet.
Tu Deus es noster; teq; necesse coli.
Per varias gentes, dispersos collige natos:
Inq; pio matris quæso repone sinu.
Nomini vt excelso laudes sine fine canamus,
Libera vox sanctum prædicet absq; metu;
Vt saluatorem te nostrum confiteamur,
Sitq; redemptori gloria sola tibi.
Libera vox dicat, Dominus benedictus ab æuo
Solus in æternum sæcula cuncta Deus.
Israeliticam gentem super omnia Sanctum
Magnificare decet; glorificare decet.
Isacidis iunctus populusq; precabitur omnis.
Fiat in æternum, fiat id alme Deus.

D oculis. Idest sereno, ac misericordi aspectu. ¶ Cũ lachrimis. Fœlix lachrima (inquit Hieronimus) sola cœlum ascendit, nullo uetante Deum adit, nec umquàm uacua inde recedit. ¶ Cum patribus. Abraam, Isaac, & Iacob, de quo Zacharias in Cantico suo. Benedictus Dominus Israel, quẽ totum hic poteris referre. ¶ Inde salus. Per aduentum filij Dei D. N. I. Chr. ¶ Pœnituit tandem. Idest Condoluit, misertus est, & in modum pœnitentis se habuit, reuocatis flagellis, & amotis percussoribus à populo suo. ¶ Hostilibus cordibus. Vt paulò mitios eos tractarent. ¶ Pupugere. Afflictionum compunctionibus afflixere. A pungo fit hoc præteritum pupugi. Hoc præterito vsus est Ioannes in passione Domini viderunt (inquit) in quem pupugerunt. ¶ Quæ tamen aut. Pulchra. Ecbasi. i. poetico discursu captat gratiam a Deo, vt pœnitus liberare dignetur populum suum ab hostium seruitute. Per quam in sensu spirituali significatur ea liberatio, quæ facta est. a D. N, I. Ch. Saluatore generis humani à dœmoniaca seruitute, & à vinculis peccatorum. ¶ Parua quidem. Quia minimè tantùm nocent, quantùm vellent, sed animum nocendi nequaquam deserunt.
E ¶ Scapularum. Humeri, ac dorsi. Vnde & fratrum scapulari vestis deductũ est, quòd sit scapularum operimentum, quo facilè amoto, scapulæ nudentur ad disciplinam sustinendam. ¶ Vngue truci. Ferreum est quoddam torroris instrumentum, quo in vnguiũ morem sanctorum carnes dilaniabantur. ¶ Torua tamen facies. His omnibus signis hostilis animus indicatur, & si à nocumentis cessetur. ¶ Inferendis. ¶ Fulgore luctifico. Quia est etiam lætificus, vt humanorum regum. Verùm hoc melius ad spirituales nequitias, & ad potestates tenebrarum harum poterit referri, Quarum fulgor tum maximè luctificus est, cum sese in angelum lucis transferunt decipiendorum simplicium gratia. ¶ Ludant. Vt deludant. Tali ludo Ismael filius ancillæ cum luderet cum Isaac filio liberæ, Saræ displicuit, & protinus aclamauit. Eijce ancillam, & filium eius &c. Tali ludo ego quoque non aduertens deceptus sum. & propterea expertus his versibus alios monendos esse censui. Ne ludentes eludantur. ¶ De mala ditione. Idest potestate, & præcipuè dœmoniaca, qua nihil peius, aut grauius. Norunt hoc non nisi experti nullus in Sycilia fuit, Tyrannus eo infestior. ¶ Deus es noster.
F Non Diabolus, aut idolum. ¶ Necesse coli. Supple, est ab omnibus gentibus habita deitatis tuæ notitia per fidei prædicatores, quæ est in Ch. Iesu. ¶ Collige natos. Hoc & Dominus ipse Iesus in Euangelio dixit se facturum esse. Et alias oues (inquit) habeo, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Sic & Ioa. Euang. cum interpretaretur prophetiã Caiphæ dicentis. Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo. Nec tantum (ait Ioannes) pro gente moriturus est Iesus. Sed vt filios Dei, qui erãt dispersi congregaret in vnũ. ¶ Piæ matris. Non veteris Synagogæ, quæ satanæ Synagoga facta est, teste Ioa. in Apoc. Sed nouæ piæ matris Eccl. ex Gentibus, & Iudæis ad fidẽ Christi conuersis collectæ. ¶ Absque metu. Nam vbi timor est in corde rancidulum quiddam perstrepit canentis in ore. ¶ Saluatorem nostrum D. N. I. Ch. vnigenitum patris filium. ¶ Redemptori. Eidem, qui precioso sanguine suo nos redemit de manu Diaboli. ¶ Israeliticam gentem. Non secundum carnẽ, sed potius secundũm spiritum. Qui Israelis fidem, virtutes, ac mores imitantur, hi verè Israelitæ appelantur. ¶ Isacidis. Iudæis fidelibus factis. ¶ Omnis populus. Ex gentibus ad Christum aggregatus. Cui honor, & gloria in sæculorum sæcula.

Ioan. 10. / Ioan. 11.

ALleluia iterum modulemur Olympia musa. Quoniam (ut ait Apostolus.) Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Non est mirandum, si iam tertiò fideles inuitantur ad confitendum Domino triplex quippe est confessio, fidei, peccatorum, & laudis. De prima dicitur à Domino nostro Iesu Christo in Euangelio. Qui confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Deo. Hac confessione clatuerunt sancti martyres. De secunda psalmidicus vates. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam;

ODE CVI. EX PSALMO CVI.
Confitemini. III.

Alleluia iterum modulemur Olympia musa:
  Alleluia iterum carmina nostra sonent.
Confiteare Deo, quoniam bonus inclyta proles
  Isacidum, toties eruta ab hoste malo.
Concine nobiscum; quoniam per sæcula cuncta
  Et pius, & clemens, & miserator adest.
Tu quoque sancta parens Ecclesia sparsa per orbem
  Confiteare Deo, quàm bonus, atque pius.
Confiteare Deo, quoniam per sæcula cuncta
  Te miserans, patiens, longanimisq; tulit.
Euge per angulcum lapidem modò glutine firmo,
  Parietibus iunctis vnica facta domus.
Confiteare Deo sola pietate redempta.
  Quàm pius, & clemens, quàm bonus estq; tibi,
Dicite, quos varijs Dominus diduxit ab oris,
  Hostibus, ê medijs cunctipotente manu.

meam, Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Et in Euangelio, veniebant ad Iordanẽ confitentes peccata sua. Et Iacobus Apostolus, Confitemini alterutrum peccata vestra. De tertia idem saluator ait. Confiteor tibi pater cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. &c. Iccircò tres hi pulcherrimi psalmi nos inuitant ad confitendum Domino, Primò fidem. Secundò peccata, & postremò Dei laudes. Et quia omnis confessio hylaritatem quandam exquirit animi, vt ostendatur fuisse voluntaria, iccircò Tituli horum psalmorum prænotantur Alleluia; quod, nemine refragante, canticum est lætitiæ, geminatur autem, vt quod in ore est, ostendatur esse & in corde. Litera satis plana est. Iccircò in morem scholiorum ea, quæ videbuntur duriuscula aperiemur. Cætera sicco pede transibimus. Modulemur. Canamus. à cantoribus translatio sumpta est, qui modulantur vocem vt possint auditores delectare. ¶ Olympia musa. Nostra Theocharia. Ad exclusionem secularium musarum omni carentium numine. Porrò sine ipsa Dei gratia, (quod Theocharis significat) nil boni penitus fieri potest. Ipsa uero fauente cuncta bona, & benè procedent. ¶ Isacidum. Hebræorum gens. Vel spiritualiter, lætantium fidelium, nam Isaac risus interpretatur. ¶ Hoste malo. Pernicioso, qui non solum rebus, atq. corporibus, sed & animabus perniciosus erat, quærendo eas à Dei cultu subuertere. Et hoc etiam nunc facit Diabolus, qui verè malus est hostis omni humano generi. ¶ Tu quoque. san. p. ec. Non solũ gens Isacidarum, sed & omnis christianorum cætus. ¶ Tulit. Sustinuit patienter, donec ad lumen fidei conuerteretis. ¶ Angelum. Idest Angulare lapidem, De quo plura in psalmo. cxvii. Deo adiuuante dicemus. Vbi ponitur vaticinium, quod hic tangitur. Modò ergo sat. sit intelligere per hunc lapidem Christum. Qui in vnam iunxit Ecclesiam Iudæorum, & Gentium populos, quasi duos diuersos parietes in vnam fabricam copulando. ¶ Glutine firmo. Charitatis vinculo. ¶ Sola pietate. i. Misericordia. Quia non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos fecit nos. Et Ioannes in Epistola. Non quia nos priores dilexerimus eum: sed quia ipse prior dilexit nos. ¶ Vtroque polo. Superiori, & inferiori, arctico, & antarctico. Hic autem ponuntur pro septentrionali, & meridiana plaga, vt ostendat à quatuor oibus partibus, i. ab vniuersis gentibus, quæ in mundo sunt ad fidem Christi vocatos esse populos, à quibus omnibus Deo est cõfitendum.

A

Luc.2.

B

Deut.21

Solis ab occasu, quoscumque redemit & ortu,
  Quos Notus, & Borreas perflat vtroq; polo.
Dicite, quàm magna est Domini clementia nostri,
  Qui saluos fecit nos pietate sua.
Cum patribus nostris & nos errauimus omnes,
  Discurrebamus per loca sola vagi.
Fixa in arenosis vestigia nostra labahant,
  Asper & arentem coxerat æstus humum.
Non via, qua nostri gressus regerentur ad vrbem,
  Inueniebatur, sed neque ductor erat.
Pondere sub tremulo genua extenuata cadebant,
  Venter inanis erat, pallidaq; ora fame.
Vix & anhelantes adeò sitis arida fauces
  Sicabat; posset vt neque lingua loqui.
Esuriens anima, & sitiens defecerat intus,
  Membraq; uix poterant tabida facta trahi.
Fessi igitur rerum tenues ad sydera voces
  Altorem ad Dominum corde tulere pio.
Audijt has voces genitor, miseratus eorum
  Angores, fessis diues opemque tulit.

¶ Per loca sola. Quasi solitaria, Deo verò deserto, quem colere debuerant. Est autem translatio sumpta à seruis fugitiuis, qui delictis heris, talia loca petant: ne inueniantur, aut comprehendi possint. ¶ Vagi. Relicta via Iustitiæ. ¶ In arenosis. Instabilibus, & infructuosis. Quare & Dominus in Euangelio. Qui audit (inquit) verba mea & non facit ea, similis est homini ædificanti super arenam. Et sæcularis ait poeta, quid arenæ semina mandas? &c. ¶ Arentem humum. Aquis diuinæ doctrinæ, &, gratijs spiritualibus carentem. ¶ Aestus. Tentationum feruor. ¶ Via, Mandatorum Dei. Nam si uis ad uitam ingredi (ait Dominus) serua mandata. ¶ Ad vrbem. Cœlestem Hierusalem, quæ & ciuitas Dei dicitur. ¶ Ductor. Siue doctor. gentibus enim ante Christi aduentum, nullus à Deo doctor missus fuerat. Vnde alibi dicitur; Non fecit taliter omni nationi, nec iudicia sua manifestauit eis. ¶ Pondere. Iniquitatum. Iuxta illud. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue aggrauatæ sunt super me. ¶ Genua exten. Deficiente diuina gratia, qua roborantur actiones humanæ. ¶ Venter. Memoriæ locus. ¶ Fame. Verbi Dei. ¶ Sitis arida. Defectu aquarum spiritualium, quæ dona Dei dicuntur. ¶ Esuriens anima. Panem, qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. ¶ Sitiens. Christi Sanguinem, qui verè est potus. Nam & calix eius inebrians, quàm præclarus est. ¶ Tabida. Sensim consumpta alimento deficiente. Hæc omnia ad interiorem hominem hominem referenda sunt. ¶ Tenues voces. Spiritu deficiente extenuatas. ¶ Angores. Miserias, & calamitates, quibus angebantur. ¶ Male sanam mentem. Qua sanctos odio pertinaci fuerant persecuti, & nouissimè ipsum sanctum sanctorum. ¶ Nouo lumine. Gratiæ euangelicæ, ac lu-

C

Nu. 16.

cis

D cis illius, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. ¶ Tenebris. Perfidiæ, & ignorantiæ, tūc
enim adimpletum est vaticinium Zachariæ prophetæ. Illuminare iis, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedēt:
ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. ¶ Rectum iter Christum, qui est via, veritas, & vita: item rectum
Matth.7. iter Iustitiæ per obseruantiam mandatorum Dei. Et tertiò rectum iter, arctam illam viam, quam dixit Dominus
ad vitam nos ducere. ¶ Vrbem. Ecclesiam militantem prius, deinde & cœlestem Hierusalem vrbem triumphantem. ¶ Sedibus antiquis. Inter angelorum cho-
Ioan.14. ros. De quibus ait Dominus. In domo patris
Apo. 14. mei mansiones multæ sunt. ¶ Parta quies. De
qua beatus Ioannes in Apocalypsis. A modò iam
dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis.
Opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Homo.
Miser olim seruius, ac prodigus filius. ¶ Admiranda Dei. Intercalaria sunt hæc carmina. i. aliquoties interposita quibus inuitamur ad laudē
Dei propter quędam eius præcipua beneficia populo suo, vel etiam toti humano generi exhibita. ¶ Bonis. Spiritualibus, vt sunt dona. VII.
Spiritussancti, & diuersa gratiarum genera, quæ
primis fidelibus in tempore Pentecostes elargitus est. ¶ Inanem Spiritu Dei vacuam. ¶ Esurientem animam. Color Rhetoricus. Qui dicitur
repetitio. ad ostendendum, quia animam Dei
capacem totus mundus absque Deo implere non
E potest. tenebrosa vmbra, de qua supra per Zachariam prophetam. Et in Euangelio sedentibus in
tenebris, & in regione vmbræ mortis lux orta est
eis. Quæ verba de Iudæis, & Gentilibus intelligi possunt. Sed & in omnibus uerificantur. Quādo tenebris ignorantiæ, aut peccatorum obumbramur in quibus interdum obstinati sedemus.

Eripuit primo malesanam pectore mentem,
  Intellectum aperit lumine deinde nouo.
Eductos tenebris, & de caligine cæca
  Induxit rectum, quo graderentur, iter.
Quin etiam gressus habitandam fexit ad vrbem,
  Sedibus antiquis est vbi parta quies.
Clementi Domino, mitiq;, pioq; parenti,
  Et miseratori confiteatur homo.
Admiranda Dei miserantis, & inclyta patris
  Vox pia dulcisono carmine gesta canat.
Ipse bonis animam locuples satiauit inanem,
  Esurientem animam diues & altor alit.
Cumq; sederetur tenebrosa mortis in vmbra,
  Captiuis & onus ferrea vincla forent.
Quod solet his fieri, qui iussa facessere Regis
  Æterni renuunt, impietate negant.
Irritatur enim, sua cum cœlestia sperni
  Eloquia agnoscit, consiliumque fugi.

Verùm illucescente nobis hoc lumine videmus, & surgimus. ¶ Ferrea vincla. Dura peccatorum ligamina.
Vnusquisque enim funiculis peccatorum suorum constringitur, quibus & flagellatur. Porrò secundum alium
sensum. Possent etiam hæc omnia adaptari sanctis, qui in inferno ante aduentum Saluatoris tenebantur inclusi.
Qui ab eo regente inde fuerunt educti. ¶ Renuunt. Per contemptum. ¶ Impietate. Per superbiam, quæ maxima impietas est. ¶ Cœlestia eloquia. Decalogi, quæ ipse locutus est de cœlo ad populum. ¶ Consiliumque fugi. Quod per prophetas suos, eum consulerentur, intimabat. Vide Hieremiam prophetam. ¶ Carceribus. Tenebris ignorantiæ, & cæcitatis intellectus. Vnde & Apostolus. Dedit (inquit) eos in reprobum sensum. Nam
cum dixissent ante se esse sapientes, stulti facti sunt. ¶ Duro pondere ferri. Quid grauius iniquitate, quid durius animi obstinatione? & quid molestius Diaboli seruitute? ¶ Mactat eos. Affligi permittit, & conteri. ¶ Spiritus iste. Humanæ superbiæ. ¶ Conciderit. Ex nimia fatigatione, quam ingerunt peccata, & pœnæ eorum.
¶ Nec homo. Quia de hoc peculiare donum est miseros peccatores subleuare. ¶ Tunc humiles. Ex diutina uexatione, quæ solet intellectum dare. etenim qui
stultus est in culpa, sapiens efficitur in pœna.
Matth.9. ¶ Ambrosiæ succo. Hæc dulcis est misericordia,
Matt.11. verbiq; consolationis lenitas. Quale est. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam:
& venite ad me omnes, qui laboratis & onerati
estis & ego reficiam vos, cum illis blandis parabolis de oue errabunda ad caulas à miti pastore reportata: de dracma amissa & inuenta. ¶ Cō-
F pedibus fractis. Dira peccandi consuetudine sub-
Luc.11. lata. ¶ Fortis enim ductor. Christus Dominus.
Qui fortem Diabolum vicit, & alligauit, abstulitque illius spolia, atque suis distribuit. Melius
conueniunt hi versus liberationi sanctorum Patrum de carcere inferni, quàm superiori expositioni de liberatione Gentilium, aut Iudæorum de captiuitate dæmonum; & erit vaticinium de his, quæ fecit Dominus Iesus cum
descendit ad inferos. ¶ Claustra dura. Inferni.
¶ Correpta dura bipenni. Suæ deitatis. Hæc autem descriptio sumpta est ab expugnatione arcis Troiæ regiæ Priami facta per Pyrum neoptolemum. Non qui talia necessaria fuerint Domino Iesu in introitu inferni, nam solo verbo omnia illi patuerunt claustra; sed quia nos homines
non aliter satis commodè capere valemus, nisi
describatur eo modo, quo huiusmodi expugnationes inter homines fieri consueuerunt; & hac figura loquendi multa describuntur in libris diuinis, quæ si nō
reducerentur ad hominum consuetudinem, & absurda viderentur, nec caperentur omnino. Hinc est etiam quî
multa,

Carceribus tetris, & duro pondere ferri
  Mactat eos donec spiritus iste cadat.
Cumq; ea vis animi duro depressa labore
  Conciderit; nec homo qui ferat adsit opem.
Tunc humiles, ægriq; leuant ad sydera voces,
  Autorem ad medices, ad dominumque pium.
Qui medicam miseratus opem patientibus affert;
  Ambrosiæ succo liuida membra fouet.
Compedibus fractis tenebrosa mortis ab vmbra
  Eximit; exemptos gratis abire sinit.
Clementi domino, mitiq;, pioque parenti,
  Et miseratori confiteatur homo.
Admiranda Dei miserantis, & inclyta patris
  Vox pia dulcisono carmine gesta canat.
Fortis enim ductor ferratus cardine portas
  Vellit ab horrisono, claustraque dura subit.
Aeratos vectes correpta deinde bipenni
  Contriuit; soluit vincula cuncta potens.
Suscipiensq; manu laceros de carcere tetro
  Rex pius eduxit; deinc amiciuit eos.

multa, quæ hominum sunt, Deo attribuuntur, quæ si crederentur diuinæ maiestati adesse, vel inesse, foret impietas grandis, & insani capitis fidem his exhibere. Vt quòd irascatur, ꝙ dormiat, & ꝙ ebrietur vel corporalia habeat in sua deitate membra, quæ sæpè habere describitur. Sit ergo hæc regula in assidua legentum memoria, vt quæ hic vel alibi scripta inuenerit de Deo, minimè maiestati diuinæ conuenientia, ea ad humanas referat consuetudines. ¶ Amiciuit. Induit eos gloria, qua beata anima efficitur. Si ad illos patres referas, qui de inferno Christo resurgente fuerunt educti. Quæ & prima vocatur stola. Si infideles ad fidem Christi conuersos, hic amictus est innocentia, si peccatores ad pœnitentiam conuersos, est illa stola, quam pater iussit afferri, & indui prodigum filium. qui domum reuersus est, & veniam à patre postulauit, quam Charitatis, & pacis vnitatem esse existimo. ¶ Viam. Mandatorum Dei, vel seipsum D.N.I.Ch. vt etiam paulò supradictum est. ¶ Vrbis nouæ Hierusalem, de qua supra. ¶ Varios pedes. Qui sunt affectus humani. ¶ Diuortia. Quibus sese per cultum idolorum à Deo separauerunt, sicut & modò fidelis anima, quæ Dei sponsa est, diuertere dicitur, quando graui intercedente peccato Deo separatur. ¶ Fastidia. Propter inertiam, & segnitiem. ¶ Cœpti. Itineris in via iustitiæ, quia multi benè viuere incipiunt, qui non perseuerant: sed facti apostatæ retrocedunt; quare benè dictum est. Multi sunt vocati, pauci verò electi. ¶ Officeret. Noceret, translatio sumpta à malis peregrinis, qui quanto plures sedent in vmbris, tantò magis eos tædet ab vmbra surgere, & viam carpere. ¶ Propter. Idest iuxta. ¶ Viridante toro. Herbosa ripa, vel tumulo gramineo pro sedili electo. ¶ Mœror grauis. Propter quietem derelictam, qua pigri oblectantur. ¶ Tabescere. Pro tabescebant langore ex ocioso torpore contracto. ¶ Cibo. Eucharistiæ, aut verbi Dei. Iuxta illud. Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. Est autem animaduertendum, quia torpor accidiæ frigus est febris animæ. ¶ Calore Diuini amoris. ¶ Mœrore. Tristitia, illa, de qua dicit Apostolus, quia ad mortem adducit. Accidit autem omnibus ad pœnitentiam conuersis, qui se se aliquo honesto negotio, vel labore minimè exercent. ¶ Portis necis. Idest aliquibus grauioribus peccatis, per consensum animi ab ociosa delectatione separati, cum iam iamq; se præpararet ad actum perniciosum. ¶ Patulas. Idest apertas ad deuorandas animas. ¶ Tartarus ater. Obscurus infernus. ¶ Inuisa. Idest quam nullus videre vellet. Vel quam Dominus noluit ab Apostolis videri, quādo minabatur eam, sicut gloriam regni cœlestis quam pollicebatur eis in monte ostendit, aut tertiò, inuisa. i. Valde considerata in mente, vt in augeat significationem. ¶ Gehenna. Aeternæ damnationis igne. Hoc nomen ab euangelio sumpsit originem, nam in veteri testamento nulla fit eius mentio. ¶ Lumina. Non tam corporis, quam animi, quæ sunt intellectus & ratio. ¶ Exiles. Idest, Humiles, etenim scriptum est. Quia humiliantis se oratio penetrat nubes. ¶ Animas. Iuxta triplicem sensum, de quo suprà gentium ab infidelitate, Iudæorum à perfidia, & Sanctorum patrum ab inferno, nostrasque malorum christianorum instar Iudæorum ab æterna morte, quæ propter grauiora peccata nos interdum absorbet, & hoc pacto intelligenda sunt ea, quæ sequuntur. ¶ Ante ipsum vestibulum. Locus est quidam vacuus ante ianuam alicuius palatij partim sub diuo, & partim porticibus cinctus, in quo morari, vel ambulare solent, qui adueniunt, donec à ianitoribus intro admittantur. Hic ponitur pro Limbo, aut sinu Abrahæ, quo ad vnum sensum. Quo ad alios, significatur damnationis initium, in quo stant, & vagantur peccatores omnes, dum viuunt, ante quam resipiscant, Tunc enim si impœnitentes decesserint, intromittuntur in orcum, inde numquàm eggressuri, quia in inferno nulla est redemptio. ¶ Verbum. Filium suum, de quo Ioannes. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & reliqua, vsque ibi, Et verbum caro factum est, & habitauit

A

Luc. 15.

Matt. 10.

B

C

Ioan. 1.

Ostenditq; viam, qua possent tendere gressus
 Mœnia securos vrbis ad alta nouæ.
Amplius admonuit, ne suggestore maligno
 Torquerent varios vlla ad iniqua pedes.
Quin memores essent diuortia propter iniqua,
 Atque iniustitias tanta tulisse mala.
Acceptis monitis cœpere salubribus istis
 Incolumes recto pergere calle viam.
Noxia sed longo fastidia facta labore
 Insurrexerunt mentibus in varijs.
Pertæsumq; adeò cœpti, mœrore secuto,
 Vt neque prodesset sæpè resumpta quies.
Quin magis officeret toties sedisse sub vmbris.
 Propter aquæ riuos in viridante toro.
Quo mage namque iuuat fessos id frigus opacum,
 Fit mage surgendo mœror & inde grauis.
Cordaq; tristitia demum tabescere tanta,
 Vt neq; curarent corpora lassa cibo.
Debilis hinc stomachus super omnem nauseat escā,
 Donec in extincto penè calore perit.
Cumq; necis fierent portis mœrore propinqui,
 Quas semper patulas tartarus ater habet.
Territi inuisa iam iamq; instante gehenna,
 Mox erexerunt lumina ad alta poli.
Audijt exiles missas ad sydera voces
 Cordibus ex ægris, Rexq; parensq; pius.
Eripuitq; animas diris ex faucibus Orci
 Vestibulnm ante ipsum, quæ propè limen erant.
Hisq; suum omnipotens verbum demisit olympo,
 Vnde salus cunctis, vnde medela foret.
Protinus ex animis fastidia cuncta volarunt,
 Mœror, & interitus causa propinqua fugit.
Clementi Domino, mitiq;, pioq; parenti,
 Et miseratori, confiteatur homo.
Admiranda Dei miserantis & inclyta patris
 Carmine dulcisono vox pia gesta canat.
Illi sacrificet placitæ thymiamata laudis,
 Semper & exultans nunciet eius opus.
At qui nauigio pontum petiere: per vndas
 Vt citius longnm perficeretur iter.
Multa quidem multis interdum operantur in vndis.
 Dum mare pacatum est; perflat & aura leuis.
Quanta opera hi domini multo & maiora profūdo
 Viderunt latis dum spaciantur aquis.

D & habitauit in nobis. ¶ Cunctis. Tam Iudæis, quàm Gentibus, tam iustis, quam peccatoribus si conuerti voluerint ad sanam mentem. ¶ Volarunt. Pro auolarunt. i. celeriter abierunt. aphæresis est. ¶ Mæror. Tristitia illa mala de qua supra, ex accidia & torpore procedens. ¶ Thimiamata. Sacrificia suauissimi odoris. ¶ At qui naufragio. Non solum, è periculis, quæ sunt in terra: sed & ex his, quæ in aquis occurrunt, populum suum eripit Dominus. Quæ spirituali sensu sic intelliguntur. Non modò ex inferni lacu, ex infidelitatis tenebris, ignorantiæ, perfidiæ, & aliorum criminum nos, & antiquos maiores nostros eripuit D. per aduentum filii sui, fideiq; Euãg. prædi. sed et ex mundana persecutione, à Iud. à gentib. & à falsis frat. excitata liberat Eccl. suã D. verbo suo ¶ Pontũ. i. Mare sæculi huius. ¶ Naufragio. Petri nauicula, quæ est S. mater Ecclesia. ¶ Per vndas. Persecutionum. ¶ Victius. Martyrio, scilicet, cupiebant enim dissolui, & esse cum Christo. ¶ Longum iter. Huius vitæ cursus, qui sanctis mundi contemptoribus nimia longus esse uidetur, vnde & dolet hic idem vates alibi dicens. Hei mihi quia incol. me. prolong. est, hab. cum habit. ced. mul. inc. fuit anima mea. ¶ Multa: Pietatis opera, & præcipuè populorum conuersiones ad Christi fidem. ¶ Mundis. In populorum instabilitate. ¶ Vacatum est. A persecutionum tempestate. ¶ Aura leuis. Fauor alicuius pij principis. ¶ Profundo. Hoc olim Romanum erat imperium. ¶ Spaciantur. Absq; terrore discurrunt prædicatores uerbi Dei. ¶ Latis aquis. Multorum populorum. Nam

Apo.17. aquæ multæ (ut Ioannes ait) sunt populi multi. ¶ Dixit enim, Idest præcepit ut fieret tempestas alicuius duræ persecutionis, pro excutienda prælatorum negligentia, desidiaq; subditorum.

Dixit enim, siquando Deus præuidit inertes
  Rectorem nauis remige cumq; suo,
Ecce repentè stetit stridens Aquilone procella
  Opperiens cœlum nubibus, atq; mare.
Feruet aquis pontus, fundoq; exæstuat imo
  Horribile insurgens, enatat omne pecus.
Ascendunt fluctus, cœlum & tolluntur in altum
  Lucida lambentes sydera rore graui.
Inde repercussi vasta voluuntur abysso
  Inferiora maris præcipitesq; ruunt.

¶ Rectorem nauis. Ecclesiæ Episcopum, Pastorem, ac gubernatorem fidelium. ¶ Remige cumq; suo. Singularis pro plurali: porrò isti sunt inferiores prælati, quorũ opera utitur Episcopus in plebe regenda. ¶ Repentè. Improuisa. ¶ Stetit. Aduersus nauem Ecclesiæ incitata est. ¶ Stridens procella. Vrens persecutio. ¶ Aquilone. A Diabolo instigatã. ¶ Cœlum. Idest eorum pectora religiosorum, quorum conuersatio erat, aut esse debuerat in cœlis. ¶ Nubibus. Timoris ac terroris obumbratione, quæ

E animos fidelium obscurat. ¶ Aquis. Populis frementibus. ¶ Pontus. Seculum ut suprà dictum est. ¶ Exæstuat. Furore inetebrescit nimio principis itaji. ¶ Ex fundo imò. Excandescentibus etiam Senatoribus Romanis, & palatij proceribus, qui canes Palatini vocantur. ¶ Omne pecus. Bestialiter uiuentium hominum impetus. ¶ Fluctus. Persecutionis feruores. ¶ In altum cœlum. Quasi uolentes pugnare aduersus Dominum Deum cœli, & terræ. ¶ Lambentes. Blasphemantes ac maledicentes. ¶ Sydera: Angelos, & Sanctos, qui stellis comparantur. ¶ Rore graui: Improperijs, & blaterationibus. ¶ Repercussi. Ab orationibus sanctorum. ¶ Vasta abysso. Humanarum cogitationum dolentium, ac secum frementium, quare non potuerint, cœlestia pectora sanctorum subuertere. ¶ Inferiora maris. Cordiũ arcana semetipsos iam confundentia. ¶ Præcipites. Præ nimio furore. ¶ Ruunt. Cadunt ad modicum tempus, ut maiori impetu iterum insurgant. ¶ Expergiscuntur. A turpi ocio deliciarum excitantur. ¶ Turpi formidine. Quia etiam sibi ipsis metuunt prælati, qui ad palmam cæterorum duces esse debuerant. ¶ Contos. Longiores hastas, & in summo ferratas, per quas longas orationes ad Deum possumus intelligere, quibus inimicorum rabies procul effugatur.

Expergiscuntur turpi formidine nautæ,
  Expediunt contos, pandaq; vela legunt.
Quiq; vehebantur casulis, commune periclum
  Instans naufragij cogit inire foros.
Arripiuntq; fides, fractis succurrere remis
  Assuescunt; celeres per tabulata volant.
Auribus arrectis cuncti parere magistro
  Ardescunt; omnes excutiuntq; moras.
Quid tamen efficiunt miseri? tonat vndiq; cœlum.
  Fulgurat, & densis proruit imber aquis.
Scinditur & velum; fractæ striduntq; rudentes.
  Celsa antenna cadit, remoq; discutitur.
Pontus ubiq; minax uastos expandit hyatus,
  Vorticibus rapidis fertur & vnda vorax.
Horror ubiq; necis: circumuolat atra tenebris
  Nox piceis oculos: fulgura sola micant.
Heu tabescebant animæ, pronusq; magister
  Vix retinens clauum sternitur in faciem.
Turbati ex templo & moti uelut ebrius omnes
  Ignari quid agant, sub pedibusq; tremunt.
Protinus illorum sapientia perditur omnis,
  Euolat & sensus, qui fuit ante sagax.
Consternati igitur clamorem ad sydera tollunt,
  Ad Dominum voces pectore, & ore leuant.

¶ Panda uela. Idest Laxas uiuendi habenas, & libertatem licentiosam ieiunio & opportuno labore contrahunt. ¶ Casulis. Domunculis illis, quibus sedent non nautæ, sed mercatores, & qui de loco uehuntur ad locum per hos possunt significari, plebes cum suis principibus, qui datis aliquibus temporalium rerum munusculis mercantur spiritualia à gubernatoribus Ecclesiæ cum cœlestibus, uerum cernentes periculum commune, & ipsi relictis sæcularium rerũ curis, quibus ante occupabantur, ad orationes, ui-

F gilias, & ieiunia, atq; ad religiosa pietatis opera pro remedio celeriter accurrunt, ut adiuuẽt suos, in quo possunt, rectores. ¶ Foros. Loca sunt nauium apertiora, quibus hùc illùc feruntur remiges ad mandata magistri exequenda. ¶ Sudes. Perticas, & paxillos in summo igni torridos, quibus etiam nautæ in aliquibus utuntur necessitatibus. ¶ Vndiq; cœlum. Per hæc terribiles minas persecutorum intellige. ¶ Rudentes. Chorda sunt nauticæ. ¶ Antenna. Lignum est oblangum, cui uelum annexum pendet ex transuerso mali arboris. ¶ Temo. Gubernaculum nauis, quo in dexteram, leuamq; torquetur ad libitum dirigentis. ¶ Hyatus. Aquarum vorагines. ¶ Vorticibus rapidis. Giris quibusdam, & circumuolutionibus aquarum quæ in ipso gurgitis orificio fieri solent. ¶ Vbique necis. Instantibus persecutoribus, & ubique fideles disquirentibus, ut eos ad necem

rapiant.

rapiant. ¶ Piceis. Nigris, & obscuris. ¶ Micant. Modò lucent. ¶ Tabescebant. Animæ præ nimio timore. A
¶ Magister. Summus pontifex, aut quiuis sanctus Episcopus. ¶ Sternitur in faciem. Aut tormentorum terrore superatus cedit, persecutori consentiens; quòd legimus factum fuisse à Marcellino Pontifice pauidi Petri exemplum secuto, licet postmodùm pœnituerit, & vltro ad Tyrannum accedens martyrium consumauerit aut quasi expes salutis ante cadit, uel uehementius orationi incubuit, qui sensus melior est: nam præmissum est, uix retinens clauum, per quem Ecclesiæ regimen significatur: nam quæ uix fiunt, tamen fiunt, & si cum difficultate. ¶ Ebrius. Qui sese nimio ingurgitat mero, cuius uox clangere uidetur, aquilarum vocem imitari. ¶ Turbati omnes. Nec mirum, quia percusso pastore disperguntur oues. ¶ Sapientia. Humana quædam peritia, qua videntur pollere sæculares omnes in rebus gerendis, de qua dicitur in Euang. quia filij huius sæculi prudentiores Luc.16.
filijs lucis in generatione sua sunt verumtamen hæc eorum prudentia repentinis euertitur casibus. ¶ Consternati. Propter gubernatoris casum. ¶ Ad Dominum. Quia ubi deficit humanus sensus, & auxilium, ad Deum protinus uiua fide accurendum est, cuius est desperatis opem afferre, sicut & apostolos legimus fecisse, cum formidolosi timerent à simili tempestate summergi, Domine salua nos (inquiunt) quia perimus. ¶ Clemensq; priusque Matth.8.
parensq; Polysyntheton est copulæ multiplicitas. ¶ Læthi. Mortis. ¶ Turgentem Boream. Hic est ventus, qui supra Aquilo dictus est, & significat tumentem Diabolum, cuius instinctu fuerat commota persecutio aduersus Ecclesiam Dei. ¶ Zephyri. Hic ventus pro flatu Spiritus sancti ponitur, eo quòd flante illo uerno tempore omnia germinent uiridantia, & quæ ad uitam necessaria sunt producantur, & tempestates soluantur hyemales, serenitasq; inducatur, hæc omnia fiunt in Ecclesia Dei flante in illam diuini numinis spiritu. ¶ Densus aër. Vnde nubes. ¶ Cæruleas freti vndas. Virulentia aduersantium pectora, ¶ Agnouere. Qui nauigio vehebant, & vehebantur, hoc est fideles omnes. ¶ Solis. Iustitiæ Christi Domini, & Dei nostri. ¶ Deposuisse minas. Malos scilicet a..te principes cum sequacibus suis. ¶ Siluisse fretum. Sæculum quieuisse, vt magni Constantini tempore. ¶ Celeusma. Nautica uox sese mutuo exhortantium, hic autem magis ponitur pro lætitiæ cantico, quod ab omnibus nautis simul interdũ concinitur, & tum præcipuè cùm ab aliquo vrgenti periculo fuerint liberati. ¶ Ergo ligant cõtos, &c. Hæc omnia indicant, ad sua pristina officia fideles solere reuerti, cum cessanerit persecutio; alioquin inuicem turbarentur, & ocio marcescerent, vnde grauius semper oritur dispendiũ in Ecclesia Dei, quam ex persecutione, & si uehementi. ¶ Mallis. Arbore crucem significare potest quæ pacis tempore palàm in templis omnibus proponitur, & per eam fides christiana insinuatur. ¶ Lintea. Vela sunt, quæ spes est fideliũ, qua uolant ad portum salutis. ¶ Temo. Gubernaculum est, per quod charitas demonstratur, vnde omnis Ecclesia rectè gubernatur, & benè actus dirriguntur humani. ¶ Funditur imbris aqua. Mundantur conscientiæ quæ metu titubauerant forsitan acriori. ¶ Victu. Pabulo verbi Dei, & pane qui de cœlo descendit. ¶ Madidos. Præ nimia formidine, quo ad mentem paruulorum in fide aliquantisper auctoritate munitos. ¶ Igne. Noui amoris. ¶ Nitendum remis. Idest bonis operibus insudandum esse. ¶ Absq; mora. Propter instantis mortis incertitudinem, & subitos casus, quibus repentè benè operandi facultas eripitur. ¶ Preciosa mora. Quæ nulli, vbi præterierit, satis magno precio posset comparari; semper enim nocuit differre paratis. ¶ Tum videas alacres. Ex his, superiorum exhortationem multum prodesse colligimus, etenim satis urget regis præsentia Turni. ¶ Ad patrios portus. Salutis æternæ. ¶ Seniorum. Præsbyterorum, quorum officium est docendi populum, uerbo, exemploq; monendi. ¶ Manuq; Idest opere, ne Scribis Iudæorum similes reddantur, qui dicebant, & non faciebant. ¶ Commendare. Laudare, nam sacrificium laudis illi gratissimum est, nec enim aliud quicquã habemus, quod illi pro beneficijs acceptis reddamus, nisi munia laudum, quæ & eius dona sunt. ¶ Dignas grates. Metricum est hoc uocabulum, nam in soluta oratione gratias dicimus, porro gratiarum actio summopere nobis est necessaria, ne ingratitudinis uitio notemur, quo nihil deterius, & insuper vt animũ largitoris ad maiorem munificentiam præparemus, siquidem gratiarũ actio alterius est beneficij tacita petitio. ¶ Benè cuncta facit. Sic & in Euang. benè omnia fecit.

Qui miserator ut est clemensq; piusq; parensq;
Audijt illorum vota, precesq; Deus.
Eripuit tanto læthi discrimine flentes
Abstulit instantis naufragijq; metum.
Turgentem Boream nam dispulit æthere toto,
Et iussit zephiri flaret ut aura lenis.
Pulsa procella fugit: densusq; resoluitur aër
Perspicuus radijs Sol, & vbiq; nitet.
Ceruleasq; freti iamdudum strauerat vndas,
Equatos fluctus mitia stagna putes.
Vt patris æterni faciem agnouere serenam B
Ex reditu solis, sydereiq; poli.
Sunt animo facti læto exhilarataq; corda
Deposuisse minas, & siluisse fretum.
Mox insperata de morte salute potitos
Cernere erat nautas ore celeusma dare.
Ergo ligant contos, remorum & fragmina curant
Antennas reparant: scisaq; vela suunt.
Erigitur malus, suspensaq; lintea pendent,
Aptatur temo: funditur imbris aqua.
Vt victu reparent uires, & corpora fessi,
Exiccant madidos protinus igne cibos.

Postquàm pressa fames, summa de puppe magister C
Nitendum remis clamitat absq; mora.
Munere cœlesti nautis, flatuq; secundo,
Dum licet, vtendum: sat preciosa mora.
Tum videas alacres naui discurrere cunctos:
Iussa citi complent: iam data vela uolant.
Tum Dominus deduxit eos ad littora tuta,
Ad patrios portus est vbi parta quies.
Clementi Domino, mitiq; pioq; parenti
Et miseratori confiteatur homo.
Admiranda Dei miseraotis, & inclyta patris
Vox pia dulcisono carmine gesta canat.

D & surdos fecit audire, & mutos loqui. ¶Ad alta. Cœlorum: sed & honorum quandoq; terrenorũ. ¶Demissos. Non pusilanimes, de quibus in Catone Demissos animo, & tacitos vitare memento, quia malum inuidiæ uirus in ijs sæpè latet, quod dato erumpit tempore: sed verè humiles intellige, qualis fuerat Moyses, Iosue minister eius, Samuel, atq; Dauid, qui ab ouium pastu ad regimen populi fuit eleuatus à Domino. ¶Superbos. Vt Dathan, & Abiron, quos adhùc uiuentes hyatu terræ facto infernus absorpsit. ¶Pingues. Idest Diuites sæculi, facit inopes breui momento: & contrà pauperes reddit opulentos, exempla habes in Iob, & Thobia. ¶Obesos. Pingues, quasi ob edendum natos. τορμετον est: nam etiam graciles significat, & macilentos, quasi vndiq; corrosos, atq; extenuatos. ¶Dare. Terrena simul, & cœlestia. ¶Pinguia flumina: Licet ad literam multis in regionibus hæc sæpè faciat Deus, hoc in loco tamen altiori sensu intelligenda sunt, siquidem superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Iudæos legis, ac Prophetarum doctrinis tamquam fluminibus abundantes, & multis cœlestium gratiarum donis affluentes propter eorum perfidiam, Domini, atq; sanctorum necem, posuit Dominus in valles desertas, sublatis doctrinæ legis, & gratiarum donis Gentiles verò propter fidem & humilitatem, reddidit irriguos, ac frugiferos, collata illis utriusq; testamenti scientia, & spiritualium abundantia gratiarum. sic & in specie, quosdam doctores in quauis facultate propter elationem animi superbiæq; tumorem stultos reddit, ac fatuos, sublato illis sano scripturarum intellectu, alios autem rudes, ac ignaros literarum, sapientes facit, & doctos: exempla sumite à scribis in lege doctissimis, & à rudibus, atq; illiteratis Apostolis Domini, ¶Salsugine amara. Hereticæ prauitatis.

E ¶Indigenum. Pro indigenarum, idest habitantium in ea, nec enim homines propter loca; sed loca propter homines elegit Deus. ¶Nequitia atq; scelus? Responde vtiq; & simul adde quòd dicit Apostolus, quia incredulitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret. ¶Inhumani coloni. Idest gentium populi, qui fuerunt data venia in Iudæos valde crudeles. ¶Meruere. Tantam à Deo gratiam, responde non omnes enim peccauerunt, & indigent gratia Dei, ait Apostolus, & iterum, gentes autem sperare super misericordia Domini. ¶Senta situ. Spinosa, & marcido aut salso humore corrupta, significat autem hoc in loco, paganarum gentium crudelitatem, atque immunditiarum fætorem. ¶Arua. Modò humana pectora, prius bonarum cogitationum expertia, nunc modo autem Christi fide suscepta, diuinarum gratiarum facta sunt receptacula redundantia. ¶Sitibondaq; tellus. Gentilitas nullius boni operis ferax. ¶Rore. Cœlestium gratiarum. ¶Imbre. Doctrinæ diuinarum scripturarum. ¶Muscosi fontes illic. Allegoricè hæc omnia intellige, pro abundantia, sapientiæ, scientiæ, prudentię, uirtutum, & charismatum spiritualium gentibus infusarum dono sancti Spiritus. ¶Esuriens populus. Gentium scilicet mysticè intelligendo. ¶Ibi. In ea Ecclesia, tot charismatibus abundanti. ¶Hic. Præsenti in sæculo. ¶Vrbem. Ciuitatem Dei. ¶Domos. Spirituales. ¶Nouus incola. Dominus noster Iesus Christus, Dei enim agricultura sumus, ut docet Apostolus vel forsan, ipse Paulus gentium doctor. ¶Iunctis bobus. Discipuli Domini egregijs prædicatoribus, qui à Domino bini, & bini ad prædicandum missi sunt, aut forsitan, ipsi Petrus, & Paulus, fuerunt isti boues, idest excelsi prædicatores, qui duo primi gentibus Euangelium prædicauerunt. Petrus Cornelio Centurioni Romano. Paulus uerò principi etiam Romano Sergio Paulo uiro prudenti. vnde & ipse Pauli nomen accepit, deinde ambo Romanos docuerunt, quorum Ecclesiam, & precioso sanguine suo decorarunt, vnde & canitur in ea, Petrus Apostolus, & Paulus doctor gentium docuerunt nos legem tuam Domine. ¶Semina. Quos primos ad fidem Catholicam con-

F

Laudibus innumeris populorum Ecclesia plaudat,
Cunctorum exaltet consona voxq; Deum.
Quæq; sedet cathedra seniorum docta corona
Prædicet, ac doceat uoce, manuq; Deum.
Commendare Deum, & dignas persoluere grates
Edoceant illi, qui benè cuncta facit.
Nam quis ad alta uehit demissos? quisúe superbos
Trudit ad Inferni tartara? nonne Deus?
Quis tenuat pingues? macilentos reddit obesos?
Quis dare? quisúe potest demere? nonne Deus
Pinguia quis posuit desertas flumina valles
Mox exiccatis fontibus? ecce Deus.

Quisúe sitire facit, quos arida terra bibebat
Irriguos amnes amodò? nonne Deus?
Frugiferam quis humum salsugine sparsit amara
Horreat vtq; situ squalida: nonne Deus?
Sed tamen vnde rogo mutatio tanta repentè?
Indigenum hanc meruit nequitia, atq; scelus?
Numquid inhumani contra meruere coloni?
Qui deserta habitant horrida, senta situ?
Cum tamen illorum squalentia uerterit arua,
Vt sint fertilibus stagna refusa vadis
Littus arenosum, sterilis, sitibundaq; tellus;
Quæ fuerat quondam rore, nec imbre madens
Muscosi fontes illic, & flumina plena,
Piscosiq; lacus, fertilis omnis ager.
Luxuriant segetes, & prata uirentia florent,
Fœta arbor pomis, densaq; sylua viret.
A Domino esuriens populus, sitibundus, & æger
Introductus eò est: atq; locatus ibi
Huic populo Deus, hic habitandam condidit vrbẽ
Qua sibi, qua proli constituere domos.
En nouus in vasta quondam (quis credat) eremo
Pingue solum iunctis incola bobus arat?
Semina commendat sulcis, quæ fænore iusto
Tempore quæq; suo multiplicata metant.
Vinea plantatur; crescunt propagine vites,
Pampinus in folijs luxuriatq; nouis.
Palmitibus pendent vuæ; sua parturit arbor
Poma; nuces, glandes rustica dextra legit.
Quæq; suos fructus dant omnia: squalida tellus
Fit natale solum, germinibusq; viret.
Nec solùm terræ benedixit ab vbere glebæ,
Quin etiam iussit multiplicare greges.

Cernere erat stabulis exire per agmina longa
Læta armenta, duces quæq; secuta suos.

licam conuerterunt, uel semina sunt verba Dei, in corda fidelium à Domino Deo sata. ¶Multiplicata metant. Nam & primis temporibus vix credi potest, quantùm breui tempore creuerit Ecclesia : etenim ad vnius martyris necem interdum centum, & plures conuertebantur, quare & ipsi martyres possunt appellari uiua semina fidei Christianæ. ¶ Vinea plantatur. Diuersis similitudinibus idem describitur pulchræ varietatis gratia. vineà enim & ipsa quæ olim Synagogam Iudeorum significabat, modò Ecclesiam signat ex Iudæis, & gentibus collectam. ¶Plantatur. Non modo in terra Chananæorum ut quondam: sed in toto orbe Romano, & vltra. ¶Vites. Nonæ Christianorum familiæ, domesticæve Ecclesiæ. reliqua expone vt suprà. ¶Quæq; suos. Ordo est, omnia, scilicet plantaria dant fructus quæq, suos : sibi conuenientes. ¶Terra. Huic nouæ Ecclesiæ. ¶Greges, Simplicium, ac rudium plebium. ¶Stabulis. Vt puta monasterijs. ¶Agmina longa. Hæc plerùmq; fiunt in processionibus publicis, & maximè in solemnitate corporis Christi. ¶ Læta armenta. Pinguia charitatis dulcedine, de qua dicitur alibi. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum, pórrò hæc armenta, possent intelligi, Sacerdotes diuersarum Ecclesiarum, qui uerbo, & exemplo gregem Domini post se trahunt digni duplici honore. ¶Iunctis manibus. In die Ascensionis à Domino hoc factum esse nemini dubium est, cæterum per vtriusq; manus benedictione significantur ea munera fidelibus esse donata, quæ in eis contineri dicuntur, in sinistra enim diuitiæ, & gloria, & in dextra eius longitudo dierum. ¶ Vrbi. Hierusalem cœlesti, quæ & Ecclesia militans esse dicitur, & pro parte triumphans. ¶Penè. Idest Quasi hoc ideo dicitur, quia in valle miseriæ dum sumus, adhùc beati esse non possumus, nisi in spe. ¶Spuria soboles. Hæreticorum adulterina progenies, terra quippe, quæ bonos fructus producere debuerat ex bono semine à patre familias in se sato, vitiata à Diabolo, qui malum semen, idest aizania superseminauit, malos edidit partus, loliū aizaniam, & omnem immundiciam, hoc est, multiplicem hæreticam prauitatem. ¶Sicut apum. Ordo est, sicut examina apum excu. à su. cau. fuc. mel. vor, qui fuci sunt germen inane, quia neq, mel, aut ceram, neq; aliud quicquam fructificant, tales sunt omnes hæretici Deo inutiles, & Ecclesiæ perniciosi. ¶ Sancta par: Ecclesia. Mater fidelium, cui dictum est in persona beati Petri quodcumq; ligaueris super terram erit ligatū & in cœlis, & quodcumq; solueris super terram erit solutum & in cœlis. ¶ Mala pignora. Quia in fide Christi renata post baptismum degenerauerunt, & ipsam matrem cum filijs bonis prosequuntur. ¶Ignaris colonis. In doctis fratribus, & Saecerdotibus sæculi. ¶Peregrinis, qui periere via. Apostatæ sunt hi, qui à monasterijs, & honesta vtuendi uia decesserunt, de his dicit August. quia sicut non inuenit his meliores, qui in monasterio profecerunt, ita non inuenit deteriores ijs, qui à monasterio defecerunt. ¶Lubricis. Vagis adolescentioribus, qui per ætatis lubricum sæpissimè in hæresim labuntur ab hæresiarchis deliniti. ¶ Extra mœnia. Propter luxuriam, & gulam, & voluptuariam vitam, quam eligunt suapte peccando foras exeunt, nec cita pœnitentia sibi consulunt, vt redeant. ¶Rudes. Diuinarum scripturarum ignaros. ¶Vt vexent ciues. Bonos & rectè uiuentes Christianos, vanis disputationibus infestent ac data potestate etiam armis persequantur. ¶Vexentur & illis. Bonis ciuibus, qui & docta disputatione conuincunt, & virga iustitiæ ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ redire compellunt, vt etiam Dominus violenter Saulum minarum, & cedis in discipulos furentem conuertit. ¶Afficiant alios. Damnis quamplurimis. ¶Afficiantur eis. Pro ab eis, deest præpositio, rerum scilicet iactura, ut uexati resipiscant. Solet enim vexatio dare intellectum, & qui stulti fuerant in culpa, cogit eos fieri sapientes in pœna. ¶Improbus labor. Qui à nemine probatur, utilis tamen est, & omnia uincit. ¶Multos. Alioquin futuros inertes prælatos, & ob inertiam ab æterna salute casuros. ¶Cura. Futurorum malorum. ¶Dolorq; grauis. Iacturæ præsentis animarum, quæ ab hæreticis deceptæ spirituali gladio necantur. ¶Moderamina. Prælaturas & magistratus ambientes. ¶ Illud onus. Grauissimum regiminis animarum, quæ ars artium esse dicitur, de hoc onere dicit Chrysostom. Nemo sapiens vult subire hoc periculum, ut de tota Ecclesia in districto examine Domino sit rationem redditurus, & aliena commoda suis periculis quæsiturus. ¶Super proceres contentio. Hoc mali nostris peccatis facientibus quotidie in vacationibus prælaturarum cernimus, quærunt enim ferè omnes præesse, & non prodesse, ut pascantur à grege, non vt gregem pascant, & alia faciant, quæ malorum sunt pastorum, de quibus vide Ezechielem prophetam multa mala his minantem. ¶Titillat. Latenter lenocinatur, & quasi per risum vrget. ¶Spreti. Hanc occasionem plerumq; sibi assumunt hæresiarche prius hypocritæ recedendi ab vnitate Ecclesiæ, quando à diu ambitis repelluntur honoribus quorū gra-

A

Quin etiam iunctis manibus benedixerat vrbi;
Ciuibus vt multis penè beata foret.
Prole parens fœlix multa, nisi spuria quædam
Permixtim soboles turpis inesset ei.
Sicut apum fucos examina mella vorantes
Excutiunt caueis germen inane suis.
Sic ea sancta parens mala pignora pellit ab arce,
Multorum fructus ne voret agmen iners.
Qui licet excelsa videantur ab arce repulsi
Exigui numero parua caterua fugax.
Sunt tamen ignaris infesti sæpè colonis,
Atq; peregrinis, qui periere uia.
Mœnia quin etiam lubricis spaciantibus extra
Insidias tendunt, decipiuntq; rudes.
Vnde fit, vt vexent ciues; vexentur & illis
Afficiant alios, afficiantur eis.
Improbus hincq; labor multos exercet, & angit
Perniciem pastorum cura, dolorq; grauis.
Propterea caueant hi, qui moderamina quærunt,
Ne tentet impar viribus illud onus.

B

Matt.16.

C

Namq; super proceres contentio funditur alta,
Quos mouet ambitio, quosúe titillat honos.
Cum fuerint spreti, per deuia quæq; feruntur
Dimissi arbitrio præcipites proprio.
Sicut equus fræno pugnax, dimissus habenis,
Protinus à recto tramite flectit iter.

Ezec.14.

Per foueas, sæpes, & quò rapit impetus illum,
Fertur in aduersum mordicus, atq; cadit.
Sic Deus elatos, moderaminis impatientes
Arbitrio patitur sæpius ire suo.
Protinus hos videas per deuia quæq; relictis
Limitibus patrijs propria sensa sequi.
Incerti, instabiles, errones, odibilesq;
Sola voluptatum per spaciosa fluunt.

D tia asperis laboribus insudabant, & sanctitatem morum simulabant, hi sunt, de quibus dicit Do-
Matth.7. minus, Cauete ab his, qui ueniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. ¶ Deuia. Malarum opinionum, & peruersorum errorem. ¶ Dimissi. A Deo sic exigentibus proprijs eorum culpis. ¶ Sicut equus. Pulcherrima comparatio: nam scriptum est alibi. Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus, & alibi. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. ¶ Mordicus. Dicitur is, qui in faciem cadit, & terram mordet, ne moriendo gemitus eius audiatur quæ res à militibus Romanis dicitur originem traxisse. ¶ Propria sensa. Peruersas intelligentias, quibus ad erroris sui peruicaciam retorquent scripturas, nihil curantes, quid senserint antiqui patres, sanctiq; doctores, per quorum ora loquebatur Spiritussanctus, contra illud sapientis eulogium. Ne innitaris prudentiæ tuæ, & rursus. Ne transgrediaris terminos, quos constituerunt patres tui. ¶ Incerti. Quid teneant. ¶ Instabiles. In fide, & sententijs. Errones. Publicè errantes ferè in omnibus. ¶ Odibilesque. Deo, & hominibus. ¶ Spaciosa. Voluptatum, hæc est illa via lata, quæ ducit ad perditionem, & porta inferi, per quam intratur ad æternam mortem. ¶ Inque vicem. Per & inuicem, Tmesis est. ¶ Digladiantur. Disceptant, & interdum etiam gladijs res agitur. ¶ Vtrimque. Per ex omni parte. Nam dissidium hæreticorum inter se manifestissimum est signum, erroris eorum. ¶ Ad nihilum. Amplius quam centum hæreses ad hanc vsque diem (quæ diuersis temporibus pullulauerant) Dei gratia sunt extinctæ, extinguetur eodem auxilio, & lutherana, voluptuosa, & propè epicurea, nuper in Saxonia adinuenta. ¶ Sathanæ Synagoga. Hæreticorum conciliabulum. Nam si catholicorum conuentus Dei Ecclesia est. Sic & ma-
E lorum copula, Sathanæ synagoga dici potest. ¶ Ast inopes animo. Pauperes spiritu, & humiles. Hic respondit ad psalmum, vnde per ecbasim.i. poeticum discursum fuerat digressus. ¶ Subleuat. Idem ipse Dominus. ¶ Attribuit sibi. Per arrogantiam. Ostendit quis sit inops animo de quo supra. ¶ Nouit egenum. Contra Pharisæum se se iactantem, & nihil postulantem. Et contra eum, de quo in Apocalypsi. Quia dicis: quòd di-
Cap.3. ues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper cæ-
Matth.7. cus & nudus &c. Diuitis. Dei, cuius est cœlum & terra, & omnis eorum plenitudo. ¶ Fores. Gratiarum. Vnde, & ipse dixit. Petite & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis omnis.n. qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & puls. aperietur. ¶ Adiuuit operibus. Superextulit honoribus. ¶ Ianua. Vel regni cœlorum; aut certè diuinarum scripturarum intellectus. ¶ Munera. Gratiarum, vt discipulis omnibus in die Penthecostes. ¶ Vxorem. Magis spiritualem, quàm carnalem intellige. Et quidem viro sapiẽti, ipsa sapientia vxor est. Iuxta illud. Hanc ama-
cap.8. ui, & exquisiui à iuuentute mea: & quæsiui mihi eam sponsam assumere: & amator factus sum formæ illius &c. Porrò filij huius coniugij sunt discipuli benè edocti, & sanis moribus imbuti. Sed & vna quæque Ecclesia prælato suo pro uxore est. Et ei filij multi efficiuntur, per fidei instructionem, ac sacramentorum collationem. ¶ Lactis. Simplicis, intelligentiæ Euangelicæ doctrinæ, atque hystoriarum, de hoc lacte dicit Apostolus. Lac dedi vobis potum, tamquàm paruulis in Christo.
F Et alibi. Facti estis, quibus lacte opus sit, & non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est &c. ¶ Domus multæ. Diuersarum vrbium Ecclesiæ. ¶ Geminos. Ex canticis cant. sumptum est hoc. Omnes gemellis fœtibus. & sterilis non est inter eas. Hi sunt benè educati ad vtrumque Charitatis præceptum, & tota die versantur in amore Dei, & proximi. ¶ Gentem. Nouam Christianorum. ¶ Iusti. Antiqui prophetæ sua cernentes vaticinia adimpleta de gentium omnium vocatione ad fidem Christi, æternamque salutem. Parturient. Edent nouos hymnos, & noua cantica, qualia etiam sunt hæc nostræ Psalmodiæ noua carmina ex ueteri psalterio decerpta. ¶ Mulier malè grata. Hæc est Babilon Diaboli & malorum ciuitas. Super qua uide Apoc. xvii. Item, hæc mulier dici potest Impietas. Vt
Zac.5. docet Zacharias propheta. Ecce (inquit) talentum plumbi portabatur. Et ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit, Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius &cæ. ¶ Alta Dei pietas. Idest Misericordia. ¶ Errantem. A uia recta mandatorum Dei. Vt legimus de Saducæis

Inque vicem pugna dum digladiantur acerba.
Ostendunt; error quòd sit vtrinque malus.
Dissidio illorum victoria nostra paratur,
Illorum numerus fit minor inq; dies.
Ad nihilum tandem deducitur omnis eorum
Conatus; Sathanæ sic synagoga ruit.
Ast inopes animo qui supplice voce precantur
A Domino auxilium; subleuat; addit opem.
Qui nihil attribuit sibi: qui se nouit egenum.
Diuitis excelsas pulsitat inque fores.
Hunc Deus adiuuit: superextulit, huic patefacta est
Ianua: mendico munera suntque data.
Eius & uxorem magno ditauit honore
Fœcundæ prolis lactis ab vberibus.
Vnde domus multæ latum creuere per orbem;
Sicut oues fœtæ, quæ geminos pariunt.
Hinc propagatam per plurima sæcula gentem
Cernentes iusti gaudia concipient.

Indeque parturient fœcundo ex pectore laudes,
Quas Domino reddant, & sine fine Deo.
Tunc & iniquorum mulier malegrata talento,
Qui sibi crediderant, obstruet ora graui.
Sed quis ad hæc sapiens? monita vt custodiat ista?
Quanta sit & pietas sentiat alta Dei?
Nam Deus errantem direxit; pauit egenum
Non vllis meritis, sed pietate sua.

quibus

Difficiles nodos, & vincula soluit abusus:
Non vllis meritis sed pietate sua.
Quiq; lacescentem stomachum modulamine verbi
Lenijt haud meritis, sed pietate sua.
Qui graue naufragij vertit discrimen in auram
Non vllis meritis, sed pietate sua.
Qui locat incolumes, & crescere donat in vrbe
Non vllis meritis, sed pietate sua.
Hinc resonent laudes, hinc dulcia carmina docto,
Ore canant sancti, glorificentq; Deum.

quibus ipse Dominus Iesus Christus dixit, vos erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei &c. ¶ Difficiles nodos abusus.i. Prauæ consuetudinis difficultates. A quibus vix aut numquàm possunt se se inde homines explicare. Quia cõsuetudo est quodammodo altera natura. Nec vllus nisi fuerit id expertus, potest hoc credere. ¶ Non ullis meritis. Versus est intercalaris.i. frequenter interpositus pro maiori commendatione misericordiæ diuinæ. Cui nec metam, aut mensuram ponere possumus, nec debemus. Nam sicuti nobis penè quotidie peccantibus quotidianam exposcimus misericordiam, eandem alijs minimè inuidere debemus. ¶ Lacescentem stomachum. Beneficia diuersa populo Dei collata, quæ supra diffusius enarrata fuerunt, hic sub breuitate commemorat. Asserens omnia diuinæ misericordiæ ascribenda esse. Et proptereà inde laudandum esse, magnificandum, atque exaltandum. ¶In auram. Lenem scilicet. ¶ Incolumes. Videlicet peregrinos, & profugos, de quibus suprà. ¶ In vrbe. Modò militantis Ecclesiæ, cuius proprium est, misereri, & parcere. ¶ Crescere facit. Fidelium multiplicatione. ¶ Hic. Quia conuertit eos. ¶ Glorificentque Deum. Qui non ita premit conuersos ad laudem Dei tam duris flagellis. Cui honor est & gloria in sæculorum sæcula.

A Matt.22.

Explicit liber tertius.

AD MVLTVM MAGN. AC VIRVM CLARISSIMVM ANTONIVM ROCCATALIATAM,

Excellentiſſimæ Reipub. Genuenſis Cancellarium digniſſimum:


Hieronymus Bartholus.



VOD nuncijs & ſermone omnium de ſingulari uirtute & prudentia tua nobis allatum eſt, illud reipſa experimur: quanta enim obſeruantia colas uiros doctos, quàm ſapienter Reipub. Genuenſis imperio conſulas, ciues tui & prædicant & admirantur. Et cum in libera Ciuitate nullum ſit firmius præſidium, quàm tueri bonos, Reipub. ſaluti præſto eſſe; popularem gratiam ſanctiſſimis exemplis, ſpectata fide ac uitæ innocentia conſeruare; tibi uni hęc laus præcipuè debetur: te unum quaſi lucem clariſſimam diſcuſſis tenebris Senatus. Populusque Genuenſis contemplatur, & in tanti Ciuis probitate, ac ſapientia moderatis habenis conquieſcit. Proinde illud admirabile eſt, quòd cùm tu ciuis clariſſimus, atq; inter primarios conſultiſſimus tam benè de Republ. ſentias, tam intrepido animo in conſeſſu grauiſſimorum hominum, atq; adeò in ipſo Senatu de pace, de tranquillitate, de Imperio ampliſſimæ illius Reip. diſſeras; ſic tamen familiæ tuæ domeſticorumque omnium politico urbanæ elegantiæ cultu œconomiam diſponas & gubernes, ut ſummam gloriam, ſummumq; decus prouida hac moderatione tibi comparaueris. Atque hæc quidem inter notos ciues perſpecta, explorataque ſunt. Illud verò admodùm mihi laudabile, & glorioſum omnino eluceſcit; quòd externos, & qui è remotis regionibus iſtùc ad te confugiunt, tam comiter excipias, tanta foueas charitate, omnibus officijs, omni honore, & uiatico proſequaris; ut Iouis hoſpitalis memor, eos ueræ gloriæ fructus exiſtimes comparari, qui ex comitate & beneficentia erga omnes ſub vmbra alarum tuarum conuolantes percipiuntur: quod mihi præcipuè cum ſit admirandum, tū uerò quotidie fit memorabile & iucundum. Nam cùm intellexi filium meum, qui intra tuos penates, neſcio quo caſu, ſe ſe receperat, ita officioſè, ita peramanter tractatum eſſe, tot meritis licet indignum fuiſſe exornatum, tanta Charitate receptum; obſtupui ſtatim, & diuinum potius quiddam, quàm humanum exiſtimaui: nempè qui a uiro ampliſſimo, atque inter primarios ciues Genuenſes, tanto munere fuerim affectus, inops rerum, inops conſilij, & nullis maiorum imaginibus, nulla ingenij, aut doctrinæ eruditione commendatus: ac niſi præſens conſilium oblatum eſſet, quo bene mereri aliquo pacto de tua incredibili humanitate erga nos ſtuderem, planè ingratiſſimus omnium, inhumanus, atque agreſtis uiſus eſſem. Partem hanc Pſalmorum, ſanè eleganti carmine conditam, tibi dedicare in animo fuit, ut qui & doctrina multùm poſſis, & doctos uiros liberali officio proſequaris, hac lectione interdum delectatus, grauiſſimas de Rep. curas ab animo ſolicito amoliaris. Auctor huius Pſalmodię fuit ſacerdos uenerandæ religionis, & ſanctiſſ. uitæ Bartholomæus Botta, cuius fideliſſimis atq; amantiſſimis conſilijs tota penè ciuitas noſtra commiſſa erat. Hic commentarios in Chriſtiada Vidæ Cremonenſis ſatis eleganter ediderat, tum vitam Dauidis regis Hebræorum duodecim libris uerſu heroico complexus eſt: nouiſſimè hanc mihi curam reliquit, ut typis excuderem Pſalmos carmine elego conditos: è quibus quartum librum hūc nomini tuo potiſſimùm conſecrandum eſſe duxi, non ut tanti muneris in me collati gratiam rependerem, ſed ut, quod meæ duntaxat uires ualent, plumbea pro aureis redderem. Accipies igitur hoc munus animo lubentiſſimo, & quamuis illud de genere illorum cenſeas, qui ex alieno uellere centones ſibi conficiunt; ſedulam tamen operam, & ſingulare ſtudium ornandi tui nominis, atque amplificandi, pro tua incredibili erga hoſpites beneuolentia æqui boniq; conſules. Vale.

BARTHOLOMAEI BOTTAE PRAESBYTERI, ET CANONICI PAPIENSIS PSALMODIAE. A

Liber Quartus.



VAE sibi concinuit cœlesti carmine psaltes &c. Inuitati fuerant in præcedenti psalmo fideles ad confessionem fidei, peccatorum, & laudis: sed verbo tantùm; hic verò exemplum sese proponit. D.N.I. Christus cunctis amatoribus suis, vt sint præparato animo ad diuinam voluntatem adimplendam ac sustinendum etiam mortem; quæ optima confessio fidei est: verùm hæc sub persona psalmistæ cantantur, debetis tamé hæc intelligere magis de ipso saluatore nostro dici, cui aptiùs conueniunt (excepto proemio) quod iuxta titulum psalmi à nobis formatum est, atque decantatum, nec multa indiget expositione. ¶ Quæ sibi concinuit. In typo tamen Christi tunc venturi. ¶ Cœlesti carmine. A Spiritusancto interius inspirato, qui cœli, & terræ Dominus est cum patre & filio. ¶ Mihi. Nouo uati, ac interpreti. ¶ Diuus enim psaltes. Dauid psalmista. ¶ Instare sibi. Sub Christi figura. ¶ Quædam sæua. Passionis acerbissimæ crucis tormenta. ¶ Toleranda forent. Patienter pro redemptione humani generis, & ad exemplum patientiæ præstandum martyribus futuris. ¶ Summum patrem. Omnium quidem per creationem, & per regenerationem, fidelium tantùm: verùm natura solius D.N.I. Chr. de quo psalmus hic loquitur. ¶ Corda parata. Et si potest esse pluralis locutio pro singulari poëtico more, dignius tamen intelligitur pro se, & sanctis martyribus suis pollicitatio. ¶ Calicis amaror. Passionis amaritudo. De quo Calice. Dum esset in horto orãs dixit. Si non põt hic Calix à me transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. ¶ Sitibunda. De hac siti non solũ locutus est quando in cruce exclamauit. Sitio, sed & ante, quando dixit ante magnam cœnam: Desiderio desideraui manducare hoc Pascha vobiscum antequam patiar. ¶ Licet ori tristia. In signum huius cum gustasset in cruce fellitum poculum, noluit bibere, & ante dicebat, Tristis est anima vsque ad mortem. &, Spiritus quidem promptus est, caro autẽ infirma. ¶ Vnde salus Aegris. Mortalibus miseris febre peccatorum laborantibus. ¶ Ebrius. Iuxta illud, & Calix meus inebrians, quàm præclarus est. Dicitur autem Calix eius inebrians, quia ad similitudinem ebrij à vino nihil timet, etiam mortem, oppositam. ¶ Hæc mala dira .i. Dei ira propter hominum iniquitates iussa pati delendas. Hinc Esaias dixit. Nos omnes peccauimus. & Deus posuit super eum iniq. omn. nost. ¶ Prisci vates. Antiqui prophetæ. De quib. in veteri testa. crebra mentio habetur; in quo & eorum vaticinia de Christo habentur descripta. ¶ Canam. Ne miremini, cecinit siquidem, psalmum illum cuius inicium est, Heloi Heloi Lamazabathani vsque ad versum alterius psalmi. In manus tuas Domine commendo Spiritum meum. ¶ Tristis radicis .i. Amaræ. Ex Esaia hoc sumptum esse videtur. Ascendet (inquit) sicut radix de terra sitienti, de cuius in terpretatione vide omnino sermonem Augustini, qui legitur in Ecclesia tẽpore passionis. ¶ Inq; dies. De die in diem maior, modus est quidam sic loquendi. ¶ Psaltes. De quo supra. Dauid propheta in persona Christi vt iam ante dictum est. ¶ Dei patris. Volentis filium consolari de resurrectione mox futura. ¶ Psalterion. Græca dictio est. Porrò cum non habeant hæc instrumenta sensum, neque intellectum, ne vox paterna videatur absurda, vel irrisione digna, spiritualiter sunt accipienda. Itaque per Psalterium Spiritũ Christi intelligimus, quem patri moriens commendauerat.

B

Esa. 53. C

ODE CVII. EX PSALMO CVII.

Paratum cor meum Deus.

Quæ sibi concinuit cœlesti carmine psaltes
Accepta hæc venia sunt resecanda mihi.
Vos quoque psallentis dulci modulamine capti
Pangite mellifluo carmina nostra sono.
Diues enim psaltes cum quædam sæua videret
Mox instare sibi, quæ toleranda forent.
Ad cœlum tendens oculos, & lumina mentis
Alloquitur summum supplice voce patrem.
Summe parens hominum, prudens, & rector corũ
Corda parata mihi, corda parata Deus.
Spiritus exoptat, licet ori tristia gustu,
Vnde salus ægris pocula mixta dari.
Ebrius hinc factus, duri patiensq; laboris
Hæc mala solabor carmine dira meo.
Quæ prisci vates quondam cecinere futura,
In me compleri cuncta videndo canam.
Cantabo, & digitis tangam psalteria doctis,
Gratior est dulci vox modulata sono.
Vt coma fronde virens, roseis decorataque pomis
Inclyta, radicis gloria tristis erit.
Ex tristi planctu sic & mea maxima surget
Gloria: quæ fiet clarior inque dies.
Talia dum psaltes animo meditatur amaro,
Solaturque suo carmine triste malum.
Vox patris ecce Dei tenues delapsa per auras
Insinuat se se, cordis & ima subit.

D

Tristia cuncta procul cedant: psalterion euge
 Cum cythara exurgas; psallere namque decet.
Surge age: rumpe moras omnes; mœrentia fratrum
 Pectora sunt dulci letificanda sono.
Tunc (ait) exurgam tenebris aurora fugatis,
 Cum noua diluculum sparserit orbe nitens.
Tum cytharam plectro tetigisse iuuabit eburno:
 Psallere leta tibi tunc erit apta manus.
Isacidas inter populos Deus alme fatebor
 Tunc tibi; tunc hilari cantica voce dabo.

mandatum erat. Per citharam carnem corporis eius, quæ mortua condebatur in sepulchro. Hanc ergo pater, & illum ad resurgendum à mortuis inuitat. ¶ Fratrum pectora: Apostolorum, quos hoc noīe dignatus est, cum resurrexisset, à mortuis, vade (inquit Magdalenæ) & dic fratribus meis, vt vadant in Galilæam, ibi me videbunt. ¶ Tunc ait. Subaudiendus est filius patri respondens. ¶ Aurora. Describitur hora dominicæ resurrectionis. ¶ Isacidas inter populos. Non ad literam secundum carnem Iudæos intelligit solos. Sed iuxta spiritualem sensum virtutum isaci irruatores sentit. ¶ Fatebor. i. laudum confessione magnificabo. ¶ Dabo. i. Dari faciam ab Ecclesia mea, in die paschatis, ac deinceps vsque ad Ascensionem eius in cœlo, hæ laudum confessiones factæ fuerunt, à collegio Apostolorum ac discipulorum Domini, nunc etiam & in æternum cantabitur Alleluia pascali tempore. Quod est canticum letitiæ. ¶ Organa nostra. Generaliter intellige, & vocalia hominum ora, sonoraque instrumenta omnia. ¶ Tibi. Ad honorem tuū. Ad patrem enim referebat omnia semper. ¶ Psallent. Hæc omnia adimpleta uidemus. Nam in omni regione, in qua viget Christianum nomen, Dauidici psalmi cantantur. Vtinam idem eueniat huic nouæ nostræ psalmodiæ, in qua renouati quodammodo eiusdem psalmi metrica lege decantantur, exponunturque plurima, quę latebant mysteria. ¶ Super proceres. Apostolos, & eorum successores. ¶ Gratia cœli. Non syderum influxus, qui in animas hominum minimè influunt. Eo quòd sint superiores, ac multò se digniores; sed gratia Spiritus

E

sancti; quæ de summo cœlorum uenit; & inflammauit corda discipulorum, impleuitq; multis charismatibus. Simile quoddam habes in Euangelio. Hic est panis viuus, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. ¶ Superum gloria. Angelorum, qui frequenter ad eos mittebantur. Et ad quorum consortia

Act.6. electi fuerunt. ¶ Quisuè decor. Egregio in ore; vt legimus de Steph. quia intuentes in eum oēs, qui sedebant in Concil. uiderunt faciem eius tāquā Angeli. ¶ Apostata cœtus. Luciferi & sequacium coniuratio. ¶ Nimio amore sui. Hinc nascuntur ferè omnia mala. Quia dum nosipsos nimis diligimus, Deum, & homines contemnimus. ¶ Ardorem magnum. Charitatis diuinæ. ¶ Illis proceribus cœli. Hoc est Angelorum principibus nam ad cor præcipuè hæc sunt referenda, etenim ex magna dei misericordia donatum fuit, ut starent, cæteris ruentibus, tametsi modò diximus ad Apostolos hæc esse referenda in quandam cōsequentiam. ¶ Eiectis aliis. Rebellibus, qui Diabolo adhæserant. Et hoc quo ad angelos. Quo ad Apostolos autem. Eiectis aliis Iudæis, & maximè principibus sacerdotum scribis, & pharisæis. ¶ Homines. Hoc non nisi de fidelibus Christianis intelligi potest, qui electi sunt, à Domino vt

Tunc etiam gentes inter quascumque per orbem
 Diues alis, psallent organa nostra tibi.
Quàm super excelsos clementia maxima cœlos
 Est tua? quàm miserans, quàm pius esq; parens?
Quanta super proceres diffusa est vndique cœli,
 Gratia? quæ superum gloria? quisuè decor?
Præcipuè cum defecisset apostata cœtus
 Mentis inops, nimio fretus amore sui.
Ardorem quendam magnum quod miseris illis,
 Vt tibi adhærerent, vnanimesque forent.
Vsque in amore tuo fixi, stabilesque manerent,
 Eiectis aliis, te miserante, datum est.
Te miserante datum est, homines cōscendere in altū
 Suffectos aulæ, spirituumque choris.
Sicut ab initio tanti solatia casus
 His, qui perstiterant, pollicitus fueras.

sedes vacuas ex Angelorum ruinis adimplerent. ¶ Aulæ. Superætherei olympi. ¶ Suffectos. Quasi in locum defunctorum mortuorum substitutos. Nam perinde, quo ad hoc est, ac si essent mortui, quia & æterna damnationis morte tenentur astricti, nec vnquàm amplius illūc reuocandi sunt. cum dixerit: Dominus in Euangelio, ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. ¶ Sicut ab initio. Ante hominis creationem,

F

post eiectionem Diaboli, & assecłarum eius. Nam hæc potissimo causa fuisse dicitur hominis creandi. ¶ Casus. Ruinæ tantorum spirituum, sunt enim nobis innumerabiles. Vnde & quidam dixerunt, numerum saluandorū hominum ad numerum eorum, qui ceciderunt Angelorum perducendum esse. Verùm mihi semper placuit sen-

legitur Dominica iii. post Pentec. tentia diui Gregorii: qui in homilia pecudis amissæ, & inuentæ dicit tot homines saluandos esse, quot Angeli

Deut.32. remanserunt in cœlo cæteris ruentibus. Iuxta illud cantici Moysi. Constituit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei. ¶ Verum igitur verbum. Aut ipsum verbum quod erat in principio apud Deum. i. filius Dei Deus. aut uerbum promissionis eius de

Ioan.1. noua lege danda; & non in tabulis lapideis ut

Hier.31. olim scribenda, sed in tabulis cordis carnalibus; quod in die sancto Pentecostes factum esse per Spiritus sancti missionem in corda discipulorum Domini nemo ambigit, qui acta Apostolorum legerit, aut audierit. ¶ Nouas nubes. Noui testamenti prædicatores intellige, & præcipuè Apostolos. Vide doctrinam diui Gregorii in Homilia;

legitur die sancti Andreæ Apostoli. cuius verba hic apponerem, nisi sensum eorum in textu carminum expressissem. De his nubibus dixit Esaias propheta: Qui sunt isti, qui vt nubes

Esa.60. volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? ¶ Ve-

Nec fraudauit eos tua pollicitatio firma,
 Sed compleuisti, quæque locutus eras.
Nam velut es verax tu; sic oracula vera
 Veridico veniunt semper ab ore tuo.
Verùm igitur verbum diuino pectore manans
 De cœlo nubes venit ad vsque nouas.
Mira cano: sed vera tamen, quæ credidit orbis.
 Veridici vatis veraque verba mea.

ridici

Nuper ad humanas descendit ab æthere nubes
Hoc verum verbum, quæ ratione vigent.
Nempe homines, terrę quibus omnis cura relicta est
Spiritus, vt nubes tollit ad astra leues.
Vnde repentino tonuere fragore minarum
Aduentu iusti iudicis igne graui.
Nec minus ex æthra signis fulsere coruscis.
Quin & prodigijs emicuere nouis.
Pectora doctrinæ pluuia tum deinde rigarunt
Terrenorum hominum sicut ab imbre leui
Sanctorum hinc operum fruges: hinc atq; maniplos
Iam flauæ segetis sydera ad alta ferunt.

A

tidici uatis. Esaiæ, Hieremiæ, & Psalmistæ. Est enim singulare pro plurali. Et quia omnes eodē spiritu prophetarunt, pro vno reputari possunt. ¶ Humanas nubes. Ex hominibus factas, non per metamorphosim, sed per quandam similitudinē. ¶ Terræ. i. Terrenarum rerum. ¶ Spiritus. Domini sanctus. ¶ Tenuere. Frag. min. ponit similitudines, quas ad inuicem verbi Dei præcones cū nubibus habent. Nam sicut hæ à vento densantur, implentur, & per aëra circunferuntur ad terrorem, ad fulgorem & ad irrigationem terræ virentium. Ita & Apostoli, cæteriq; prædicatores, ab aura Spiritus sancti doctrinis implentur, minis ad terrorem peccatorum armantur, miraculis ornantur coruscis, & in imbrem salutaris eloquij soluuntur ad irriganda corda hominum igne cōcupiscentiæ (quæ est omnium malorum causa, nimis, ac nimis arentia. ¶ Igne graui. Est enim iudicaturus sæculum per ignem æternum cum Diabolo & Angelis eius. ¶ Ethra. Pro æthere, ablatiui casus. Ab eo nomine, hæc æthera, huius æthere & ætra, træ, per syncopam. De quo in hymno, Quem terra pontus æthera colunt & cæte. Formatur ab Accusatiuo græco, æther, ris, hunc æterem vel æthera. Sicut & acratere fit hæc cratera, ræ. ¶ Signis coruscis. Idest Miraculis insignibus vnde corda hominum admirantur, obstupescunt, & absterrentur. ¶ Prodigijs. Modò pro maioribus miraculis, alijs quæ in futurum, & longum tempus aliquid grande fore portendebant. ¶ Iam flauæ segetis. Maturæ, metaphoricos. est etiam allusio ad illud Dominicum dictū, uos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit: ego autem dico uobis, leuate oculos uestros, & videte regiones, quia iam albæ sunt ad messem, &c. Quæ sequuntur, per quæ innuebat tempus proximè instare ad conuersionem gentium. ¶ Primitias. Ex conuersis gentilium populis, quales obtulit Petrus de Cornelio Centurione Romano, & iis, qui cum eo erant, & quas obtulit Paulus de principe cipriо Sergio paulo uiro prudente & his qui cum eo conuersi sunt ad fidem Christi. Item, & Samaritanos à Philippo edoctos cum illo S. Eunucho Candacis reginæ Aethyopum. ¶ Exaltare. Hic redit ad psalmum, vnde digressus fuerat. ¶ Super cœlos. De ascensione Domini vaticinium erat, quod compleri viderunt discipulorum oculi: nam cum essent cxx. super monte Oliueti, apparuit illis Dominus Iesus, & cum dedisset præceptum de prædicatione Euangelij, & baptizandis gentibus. videntibus illis eleuatus est in cœlum. ¶ Abysso. Ex Inferno, vnde resurgendo emerserat. ¶ Humilis. In sustinenda crucis passione. ¶ Gloria. De qua dixerat ei pater. Et glorificaui, & iterum glorificabo. ¶ Deum. Dei patris filium, quem hominem, & malefactorem putarant. ¶ Fratrum. Iustorum, qui in inferno in sinum Abraæ diutissimè redemptorem expectauerant, & fratrum Apostolorum, qui diffidentia post mortem eius capti ui tenebantur. ¶ Medium. Intercessorem, atque aduocatum, de quo Apostolus, vnus mediator Dei & hominum, Christus Iesus. ¶ Patronum. Aduocatum de quo Apostolus Ioannes aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. ¶ Grauis orator. Morem exprimit Romanorum iudicum, qui non nisi grauibus, & eloquentissimis viris ad misericordiam mouebantur, vt reis ignoscerent. sicut legimus Cæsarem audito Cicerone ignouisse Deiotaro regi: quem omnino proposuerat condemnare: nam audita eius viri grauissimi, & disertissimi oratione laceratis, quas iam manu tenebat, tabellis condemnatoriis, dixisse fertur, Aut oportuerat non audire Ciceronem, aut secundum eum iudicare, atq; necesse est ignoscere. ¶ Pro venia. Non sui, sed nostri reatus. ¶ Fixa signa. Clauorum fixuras, quas iccircò retinuit, vt facilius patrem placare posset, hinc legimus diui Bernardi elogium. Mater ostendit filio pectus, & vbera, filius patri latus, & vulnera, nulla de venia potest esse diffidentia, vbi sunt tot amoris insignia. ¶ Venia. Non pro peccatis, quæ ipse habuerit, cum legamus illum omnino peccatum non fecisse, nec dolum inuentum fuisse in ore eius: sed erratorum hominum ueniam obtinuit. ¶ Partiar exuuias. Et si hoc sit generale, præcipuè tamen hic tangitur parabola Euangelica, fortis victoris atrium suum custodientis: nam si uenerit eques fortior eo, qui pugnando uicerit eū, arma (inquit) eius auferet, & spolia illius distribuet. ¶ Sichimam. Pro Iudæa gente hic ponitur, quæ pro parte eorum, qui in Christum crediderunt, distributa fuit discipulis Domini. ¶ Nostri laboris. Vide Euangelia, & inuenies quantum laborauerit Dominus noster Iesus Christus pro Iudæorum conuersione, ad quos præcipuè sæpè testatus est se missum à patre

Ioan. 4.

B

Act. 1.

Ioan. 12.

1. Tim. 2

Io. Epi. 1. cap. 2.

C

Luc. 11.

Primitias Deus ecce tibi clamore secundo
Ostentant regi carmina dantq; nouo.
Exaltare super cœlos egressus abysso,
Quiq; humilis fueras, amodò scande Deus.
Inclyta pandatur super omnem gloria terram
Iam tua: te laudet, glorificetq; Deum.
Exaltare, inquam, fratrum captiua corona,
Vt dilectorum libera facta canat.
Exaltare Deus, medium te sentiat esse
Plebs tua patronum, propitiumq; sibi.
Tu grauis orator, fandiq; disertus adibis
Patrem pro venia quam dabit ille tibi.
Saluum fac populum genitor, cum dixeris illi,
Iam tua captiuos dextera soluat eos.
Mi pater exaudi gnatum: communis amoris
In me fixa diu respice signa precor.

Annuet ille tibi tanto deuinctus amore,
Pluraq; concedet, quàm sonuere preces.
Tunc exorata uenia: conuersus ad illos
Fidite (clamabis) fidite quæso mihi
Ecce suo sancto Deus est effatus ab ore,
Sollicitus veniam, donaq; multa mihi.

D spatre fuisse. ¶ Sudarunt. Non solùm ex fatigatione itineris, & praedicationis: sed multò magis sanguine in tempore passionis. ¶ Frons. Spinis expuncta. ¶ Humeri. Flagellis caesi. ¶ Atq; latus. Lancea in cruce effossum, vnde sanguinem, & aquam scribit Ioannes emanasse. ¶ Hanc vallem. Humilem ex gentibus Ecclesiam. ¶ Isacides. Iacobus ad litteram, cum ex Mesopotamia redijsset, in quadam valle quam ipse appellauit Socoth; fixit tabernacula, quae hic tentoria uocantur mysticè in gentilium Ecclesia humiliter ad fidem conuersa, habitationem uoluit suorum esse discipulorum, nam Petrus, & Paulus Romae, Ioannes in Epheso Matth. in Aethiopia, & Thomas in India, ceteriq; in diuersis gentium prouincijs sua fixisse tentoria, pastorum, ac militantium primis morem secuti vnde & omnis fidelium congregatio toto orbe adhùc dispersa, vocatur Ecclesia militans: quae verò in coelis, dicitur triumphans, & in hoc sensu pulcherrimè Isacides est ipse Christus ab Isaco descendens vt patet ex patrum genealogia à duobus Euangelistis deducta. ¶ Et duodena tribus. A xij. Patriarchis descendens filijs Iacob, mysticè, sunt fideles à xij. Apostolis ad fidem conuersi. Vt docent sancti Doctores super illo capitulo Apocalypsis, vbi numerantur centum quadraginta quatuor millia signati, xij. millibus ex omni tribu designatis. ¶ Galadina terra. Mysticè, martyrum exercitus tam ex Iudaeis, quàm ex gentibus vndiq; collecta. ¶ Testificatur adhùc. Allusio ad vtrumq; nomen nam & Galaad, vnde deriuatur Galadina, aceruus testimonij interpretatur, & martyr graecae, latinae est testis, etenim martyres passionibus duris testimonium Christo reddiderunt. ¶ Manasses.

Gen. 41. Qui interpretatur oblitus, eo qui pater eius Ioseph dixerunt in ipsius natiuitate, obliuisci me fecit Deus oium laborum meorum, & domus patris mei, significat eos, qui ex nimia prosperitate obliuiscuntur Dei, beneficiorumq; eius, nec non & propriae salutis; qui tamen interdum illustrantur, & ad memoriam reducunt quaecumq; à Deo perceperunt, & inde gratias illi agunt, quòd si multùm ad id agendum tardauerint: saltem ingruente aliqua graui aduersitate uexatio dat illis intellectum. ¶ Meus est factus. Per recognitionem beneficiorum, quae à Deo suscepit. ¶ Memor estq; sui. Recogitando in amaritudine poenitentiae, qui fuerit hactenus, qui modò sit, & quis futurus existat. ¶ Effraimus. Populus quiuis sanguine Christi redemptus, & maximè aduersitatibus, ac aerumnis oppressus, nam Dei cōtinuam recordationem habent ij, ad cuius protectionem confugere, & opem coguntur implorare, ij per virtutem patientiae, & multū in bonis operibus fructificant: ac exemplo sui multos Domino lucrantur. ¶ Replet. Quia (vt docet Apostolus) patientia opus perfectum habet, & Dominus in Euang. parabolam sparsi seminis ita conclusit: ij sunt, qui in corde bono suscipiunt verbum, & afferunt fructum in patientia, aliud quidem xxx. aliud verò lx. & aliud centesimum. ¶ Iudas. Interpretatur confessor, siue confessio, & significat generaliter omnes peccatores ad poenitentiam conuersos, & peccata confitentes Deo, & Sacerdoti, qui amissa recuperant gratiam, & quia laetificant Angelos in coelo, & quia in magno sunt numero, & quia propter eos testatus est Dominus sese venisse, icciręò ita commendantur in textu, dux eius autem dicitur, quia nisi genus humanum peccando praeuenisset, ipse ad passionem minimè descendisset, dicitur etiam caput regni, quia nemo nouam uitam potest inchoare, nisi veteris ante poeniteat, cuius potissima pars est ipsa peccatorum confessio, vnde legimus, quia venientes ad baptismum peccata sua confitebantur, quae res in Petro maximo Apostolorum principe figurata est, qui fletu culpam suam confessus poenitendi exemplum caeteris praestitit. ¶ At Moabita. Ex Moab filio Loth incaestuoso patre geniti sunt Moabitae hic puto, poni pro gentilium Sacerdotum, augurumq; & magorum omnium caterua, qui ex patre Diabolo sunt non creatione: sed imitatione. hi tamen ad Christum sunt conuersi, & sicut ante fuerant corruptores morum, nunc sunt exhortatores eorum, & qui ante Diabolo filios generauerant, nunc Christo parturiunt, de his fuerunt multi, quos commemorat Lucas in act. Apost. Multi autem (inquit) ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt Libros, & combusserunt eos, &c. ex his etiam fuit Ciprianus postmodum Antiochiae Episcopus, & martir cum Iustina virgine, quae fuit potissima causa conuersionis eius, quia magicas artes ad illam corrumpendam frustra iterum atq; iterum tentauerat, vnde benè sequitur. ¶ Olla succensa spei meae. Verùm quia infra in ipso textu declaratur, per transeo. ¶ Petrus edat. Per transitum tangit eam visionem, quae Petro de admittendis gentilibus ad fidem Christi ostensa est quam uide in act. Apost. ¶ Capiat. Mente intelligat, sunt enim valde obscura. ¶ Tu pande Theocharis oro. Nomen musae nostrae, quae Dei gratia interpretatur, per quam omnia aenigmata facillime solui possunt. ¶ Cui pater est Pluto. Idest Diabolus musę ipsius verba sunt haec edisserentis obscura. ¶ Villem olam. De vasis, quae in contumeliam docet Apostolus esse in domo Domini. ¶ Iustitiae Domini. Qua filios delinquentes flagellat, & corrigit. ¶ Igne. Tribulationis, vnde & dicitur aurum, &

Iac. 1.

Luc. 8.

E

F

Act. 19.

Act. 10.

2. Tim. 2

Exultabo equidem summa ceu victor in arce,
Vtq; triumphator partiar exuuias.
In sichimam nostri monimenta laboris;
Pro qua sudarunt frons, latus, atq; humeri
Metiar vmbrosam hanc vallem, tentoria quondam
Fixit vbi Isacides, & duodena tribus.
Terra procul Galadina mea est, quę sanguine sparsa
Virtutem nostram testificatur adhùc.
Quiq; mei, atq; sui oblitus fuit ante Manasses
Nunc meus est factus, nunc memor estq; sui.

Fertilis Effraimus, capitis diademaq; nostri
Frugibus immensis horrea nostra replet.
Dux meus est Iudas regni caput, atq; corona,
Militiae robur, consilijq; decus.
At moabita licet cretus genitore pudendo,
Est succensa spei nunc tamen olla meae
Me miserum quantos iam nunc habet illa lebetes
Succensos regio follibus innumeris.
Ah quantae carnes feruenti iure coquuntur,
Vt factas molles amodò Petrus edat.

Tecta quis haec capiat? tu pande Theocharis, oro:
Cuncta arcana Dei fas aperire tibi.
Cui pater est pluto, vilem transfertur in ollam:
Iustitiae Domini quae coquat igne pios.
Sicut, & ipse parens herebi succensa furore,
Facta ingens cucuma est, quae coquat omne.

argentum

Coctaq; si cuius possunt mollescere corda
Dura prius, fiunt esca deinde Petri.
At si molliri nequeunt, vel tosta cremantur.
Aut crepitante olla deuorat ignis edax.
Pectora mollescant igitur iam vestra recocta;
Vt fieri possint nobilis esca Petri.

argentum probat Fornax, & iustum caminus ignis tribulationis, & angustiæ. ¶Parens erebi. Diabolus ille princeps malorumq; omnium caput, & autor. ¶Ingens Cucuma. Vastum caldarium ahenum, de quo Ambrosius in beatæ Agnetis passione, sic dixit. Dij tui aut ærei sunt, ex quo melius cucumæ fierent ad usus hominum. Romani adhuc eo vocabulo vtuntur: sicut ego Romæ audiui, & tale vas vidi, est simile ollæ illi, quam nos sic vulgo dicimus: latinè verò amphoram melius appellamus, in qua oleum multum seruari solet in domibus diuitum, excepto ore sūmo quod simile habet cantaro uinario, qui metreta, uel buccale dicitur, habet etiam manubrium, siue aurem unam tantum qua manu teneatur. ¶Coquat omne nefas. Non in inferno, quia inde nulla potest esse redemptio: sed hic igne afflictionis, & passionis, infirmitatis, ærumnarum, & dolorum: quibus omnibus ex iussu Domini sæpè affliguntur, & torquentur homines per Angelos malos diuinæ iustitiæ ministros. ¶Mollescere corda. Ad pœnitentiam peragendā. ¶Esca Petri. De qua in prædicta uisione macta, & manduca. hoc est, per ora Sacerdotum, quorum interest peccata populi manducare, corpori Ecclesiæ vniuntur. ¶Nequeunt. Nimia cordis duritia. ¶Tosta. Angustiæ vehementia moriuntur. ¶Crepitante. Ex impatientia. ignis edax, Inferni scilicet quo vadunt desperati, atq; impenitentes. ¶Calceus. De quo beatus Ioannes, post me venit fortior me, cuius non sum dignus soluere calceamenti corrigiam, idest mysterium incarnationis eius exponere vel ratione comprehendere, per hos tales, de quibus hic agitur significantur rudes Christiani, & alij adhuc Cathecumeni, qui uix possunt rudimenta prima nostræ fidei capere vt ea quæ ad humanitatem Christi spectant. Sicuti natum esse de Virgine, passum, mortuum atq; sepultum fuisse: deinde resurrexisse & cœlum ascendisse: cætera uerò implicitè credunt, ut sancta mater Ecclesia. ¶Idumeam. Quæ terrena & sanguinea interpretatur, per quam supradicti rudes homines significantur, qui terram tota die ligonibus, & aratris versant, & sanguinei milites literarum ignari, quibus magis arma scire conuenit, quàm altiora de domino perscrutari. ¶Calceus. Quo ad rusticos: soccus verò quo ad milites, idem tamen vtrumq; significat, scilicet humanitatem Christi, quam aliquo modo fide percipiunt tales viri. ¶Extorres. Alienigenæ, isti possunt esse phylosophi ex gentibus, qui sectas introducentes Christianam fidem pro stultitia reputabant, ac deridebant: veruntamen, & multi ex ipsis postmodum conuersi sunt: inter quos præcipuus extitit Dionisius Areopagita à Paulo conuersus, & Craton à Ioanne. ¶Ad instructam vrbem. Mysticè. Babilona, iniquorum omnium collectionem, quidam & infernum intelligunt, quò mortuus descendit, & inde patres resurgens eduxit. ¶Sanguineam Idumen. Martyrum sanguine infectam nam, & ex ipsis persecutores ab multi conuertebantur, & sanguinem fusum proprio sanguine expiabant. ¶Limosa palus. Hæc erat idololatria, per quam in omne cœnum viciorum immergebatur. ¶Hospita tellus. Infera, nam hic prosequitur sententiam, eorum, qui per Idumeam infernum intelligunt. nec multum distat ab altera, nam omnes ciues Babilonis ad inferna descendunt, & delectamur in carmine multas, & diuersas quidem: non tamen contrarias doctorum sententias tangere, vt hac pulchra uarietate animos legentium, quibus diuersa sapiunt delectaremus, & opus ipsum ornatius redderemus. ¶Inhospita. Crudelis, ad quam nullus vmquàm deberet diuertere, & rursus hospita, quia infiniti illuc descendunt. ¶Foris. Voluptatibus, & delitijs Babilonicis. ¶Virum. Quos opprimit, ac interficit. ¶Via lata. Quam Dominus viam perditionis appellat. ¶Diram vrbem. Infernalem foris, hoc in sæculo. ¶Redire nefas. Liptote est, quia in Inferno nulla est redemptio. ¶Ianitor horrendus. Diabolus, quo nihil horribilius. ¶Dare. Solus Dom. noster Iesus Christus, qui introiuit, & exiuit nō sine spolijs. ¶Duxq; comesq; viæ. Ad sanctos patres, qui clausi in Inferno ad illud usq; tenebantur tempus, hoc referendum est, quos inter etiam ipse psaltes Dauid annumerabatur, verùm si ad Babilonem, mundi huius hæc dicta referantur, planior erit hic sensus, quòd ad considerationem peccatorum, & malarum voluptatum, quæ portæ inferi dicuntur, securè nullus potest accedere, & inde absq; macula alicuius contagij exire: nisi duce, & comite Christo. Nam hoc pacto viri prudentes ingrediuntur in Infernum, dum adhuc viuunt, & inde incolumes egrediuntur. ¶Merces. Ad procurandam animarum salutem. ¶Degeneremq; nimis. Ab antiquis patribus, Patriarchis, atq; Prophetis, si ad tempora Scribarum, & Phariseorum hæc referas, sin ad nostra, ab Apostolis, & proximis successoribus eorum: quorum comparatione verè nos

Vel saltem tales, quibus aptè calceus extet:
Rex noster nudos contegat vnde pedes
Namq; in Idumæam meus (inquit) calceus altam
Mox extendetur, soccus & ipse niger.
Quin etiam extorres, exosaq; pectora quondam
Sunt alienigenæ iuncti in amore mihi.
Sed quis ad instructam fossis, & mœnibus urbem
Vallatam aggeribus dux mihi fortis erit?
Sanguineam ductor quis me deducet Idumen?
Cui limosa palus cingit vtrinq; latus.
Hospita nimirum reputatur inhospita tellus,
Blanda foris: intus plena cruere virùm.
Est via lata satis, diram quæ ducit ad urbem:
Cuncta foris rident; intus vbiq; gemunt.
Quisquis adire potest: reuoluto cardine valuæ
Expansæq; patent; inde redire nefas.
Ianitor horrendus retrorsùm limina seruat
Sulphareasq; faces igneus ore vomit.
Ergo quis incolumen poterit fortissimus heros
Non solùm introitum, sed reditumq; dare.
Nonne potens dextra, validisq; acerrimus armis;
Tu Deus vnus eris duxq; coinesq; viæ:
Nos repulisse licet dudum uidearis inertes
Inuisam stirpem, degeneremq; nimis.
Nonne tamen mitis iam iam solertibus, atq;
Sollicitis fies ductor ad arma viris?
Tu rex noster eris medius: tu proximus ibis
Dux exercituum, magnanimusq; comes.

A nos inertes sumus, atque ignaui, & socordes. ¶ Mitis. Subaudi, Tu factus. ¶ Ad arma. Spiritualia, non carnalia, quæ sunt, potentia ad destruendas aduersantium spirituũ munitiones, vt docet Apostolus, de quibus armis aliàs dictũ fuit. ¶ Medius. Nam ipse mediator est noui testamenti. ¶ Prævius. Crucem baiulans, atque dicens. Qui vult post

Virtutis tu robur inexpugnabile nostræ
Præsidij nobis, subsidijq; dator.
Angimur, vrgemur, premimur, iam iamq; tenemur
Egredere & nobis da pater auxilium?

me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. ¶ Exercituum. Martyrum, qui Deo militarunt, nec tormenta cum morte pro Republica Christiana recusarunt. ¶ Virtutis nostræ. Quia sine illo nihil possumus facere, alioquin Petro ter negante Dominum quis fortior inueniretur. ¶ Præsidium. Ante certamen ¶ Subsidium. In certando, ne deficiamus. ¶ Angimur. In arcto deliberationis momento. ¶ Vrgemur. A calcaribus voluptatum. ¶ Premimur. A pondere inolitæ consuetudinis. ¶ Suppetias. Succursum vt vulgò dicunt. ¶ Salus hominis. Ab homine promissa, vel sperata, etiam à seipso, humanum quippe auxilium est baculus arundineus, qui facile frangitur, & nitentis super se manum perforat; vt docuit Hieremias Propheta parùm creditus à Iudæis, sicut à nostris Christianis modò nobis exigua fides adhibetur. Timendum tamen est, Ne sicut illi duras pœnas infidelitatis suæ sustinuerunt, ita nunc isti sæua exoluant supplicia, quæ nolemus. ¶ Salus
Hier. 17. hominis. Sic Hieremias propheta. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum: contra verò, Benedictus homo, qui sperat in Domino. ¶ Magna virtute potentes, Feceris imbelles. Licet amphibolon videatur, & vtraque pars vera sit iuxta Canticum Beatæ Virginis Mariæ, & Annæ matris Samuelis; hic sensus est, quia nos à nobis imbelles sua magna virtute potentes efficiet. ¶ Infractos hostes. Aut hactenus, dum nostris viribus tantùm præliabamur; vel
Iud. 6. certè, infractos .i. Valde fractos. Vt inaugeat significationem. ¶ In mutuamque necem. Vt sub Gedeone duce in Madianitas hostes. & sub rege Saul in Philistæos. ¶ Vt stipulam Tribula, trahasque concussam & à facie venti dispersam. ¶ Pallantes. Vagos, & circumquaque fugientes. ¶ In-
B que sequentum. Pro insequentum, thmesis est ¶ Calcibus attritos. Conculcatos vt lutum palearum. ¶ Ad nihilum rediges. ¶ Hoc adimpletũ in finitimos Iudæorum hostes frequens hystoria veteris testamenti est. Idem in ipsos Iudæos, & Paganos Ecclesiæ Christi hostes insensissimos nostri adimpletum videre maiores. Vtinam & temporibus nostris idem videamus, vt cœptum est in Lu-

Suppetias tu mitte Deus, quia marcida languet
Vana salus hominis; spesq; caduca necat.
Si Deus astiteris; magna virtute potentes
Feceris imbelles: fortia facta dabunt.
Belligerator ades: tu nobis suggere vires,
Siste aciem nostram, ne cadat illa metu.
Tu Deus infractos hostes auertere dorsa
Protinus vrgebis turpiter inque necem.
Tu Deus vt stipulam pallantes, inq; sequentum
Calcibus attritos, ad nihilum rediges.

theranos hæreticos adimpleri. & Deinde in Turcas, atque Saracenos Christianæ reipublicæ hostes perpetuos. Vt illis omnibus ad nihilum redactis refloreat Ecclesia, & toto orbe carmina nostra decantentur, telegantur & amentur ad laudem D.N.I.Chr. Cui cum patre & Spiritu sancto honor est, & gloria in sæcula seculorum. Amen.

TV Secretorum scrutator. &c. Ad patientiam, quæ maxima morum est Virtus, & nobis magnopere necessaria, Christi Passionis exemplo inuitamur. Simul & monemur, ne auaritiæ explendæ, aut cuiuslibet concupiscentiæ gratia iniustas iras aduersus sanctos exequamur. Nam grauissimas inde pœnas datum sumus, quales Iudam auarissimum & Iudæorum principes auidos nouimus dedisse, quarum vaticinium multò ante prolatum in hoc Psalmo legere poterimus. Cuius initium continet orationem Christi filij Dei, ad patrem de malignitate aduersariorum conquerentis. Dicit itaque. ¶ Tu secretorum scrutator, scrutatur enim corda & renes Deus. Id est, cogitationes omnium nouit Deus. Hoc ideò dicit quia existimabant inimici eius se posse abscondere, à Domino Deo Iesu Christo peruersissimas cogitationes suas de occulta eius nece, quam inuicem tractabant. ¶ Et optime iudex. Apud quem non est personarum acceptio, nec illum suæ fallunt leges, & secretissima omnium peccata nouit, nec vllus corruptioni locus est apud illum, & potentissimus est suæ sententiæ executor. Non sic apud hominem iudicem, quem multa fallere possunt.
C ¶ Pectus & ora. Quidam enim aliud in pectore condunt blando, sonent. Et iccircò fallunt homines. ¶ Veri. Verbi, & filij. Qui & se ueritatem appellat. Ego (inquit) sum via, veritas, & vita. ¶ Os puteale, i. Profundum, ac semper apertum, quale puteos habere videmus. ¶ Peccatoris. Generaliter intellige totius conciliabuli aduersantium Iudæorum, & maximè principis eorum Cayphæ, qui in Concilio contra Dominum nequissimum dedit consilium. Vos (ait) nescitis quicquam: nec cogitatis quia expedit vobis vnũ mori pro populo ne tota gens pereat. Sed & Iudas contra Dominum, aperuit os suum quando illum traditor prodidit. ¶ Technis .i. Fallaciis. Vt quando dixerunt. Magister scimus, quia verax es, &c. Item quando interrogauerunt eum super adultera lapidanda, sic & Iudas. Quemcumque (ait) osculatus fuero &c. Deinde in dolo salu-

ODE CVIII. EX PSALMO CVIII.

Deus Laudem,

TV secretorum scrutator, & optime iudex
Indice cui nullo, pectus & ora patent.
Tu verax, veriq; sator, pater optime verbi,
Aspice quo gnatum creditur ore tuus.
Ne tua vera meas sileant oracula laudes,
Sed mage vox illus prædicet alta precor.
Me super expansum diri simul, atque dolosi
Os peccatoris iam puteale vides.
Ante quidem tacito meditatis pectore technis
Sæpè loquuta fuit subdola lingua mihi.
Turbati tamen extemplo erupere furorem;
Cum videre dolos emicuisse palam.
Aspera namque odijs mihi vel detraxit iniquis
Lingua, vel ausa probris se saturare procax.

Gratuitòque mali, velut hostem me vndique denso
Agmine cingentes impetiere neci.
Quem benè promeritum de se redamare benigni
Debuerant gratas officijq; vices.
Infensis animis exosum habuere maligni.
Certantes actis detrahere vsque meis.
Ast ego cunctorum semper mitissimus, illis
Orabam mentem sanam; animumque dari,
Non minus ingrati pro tantis effera turba,
Quæ cæpere bonis retribuere mala.
Obsequijsq; meis cum fiant deteriores.
Non mala reddo malis: sed bona reddo malis,
Insita cum quædam ratio persuadeat æqui
Et bona redde bonis: & mala redde malis.
Non modò gens peruersa bonis bona reddere curat,
Quin mala semper auet reddere tanta bonis.
Vnde fit vt me habeant odio, quos diligo; quosque
Prosequor obsequijs, officijsque iuuo.
Constitues igitur super illum æquissime iudex
Peccati auctorem, qui paret omne nefas.
Constitue artificem scelerum, qui retia mille,
Mille nocendi artes, mille dolosque trahit
Pro duce rex erebi, mortisq; Diabolus auctor
Illius à dextris, stat comes assiduus
Horrendum donec deduxerit ante tribunal
Iudicio sistens argueritque reum;
Ipse etenim suggestor ut est, autorq; malorum,
Accusatoris sustinet officium.
Criminis irrisorq; est, diffamatorq; & idem,
Trux idem tortor, carnificusq; ferus.
Ergo accusatus proprio damnatus & ore
Exeat ad pœnam iudicis à facie
Et si conatus fuerit lenire precando
Suppliciter duri iudicis ora sui,
Incassum fundatque preces; oratio vana
Peccati turpem transeat in maculam,
Quæ sine spe veniæ labijs oratio solis,
Atque metu pœnæ funditur, inualida est,
Hunc igitur tortor damnatum pertrahat Orco;
Demeriti vt pœnas, suppliciumque luat.
Sintque dies pauci vitæ damnabilis eius;
Styx immatura sorbeat atra nece.
Deformi lætho suspensa retorqueat ora,
Dirripiant auidi viscera fusa Lupi.
Eruat huic oculos rostro quoque vultur adonec
Corui infœlices dilanientq; caput;
Inguina discerpat nocturno tempore bubo;
Vulpibus & saniem tabida membra fluant.
Semirutam cratem costarum informe cadauer
Effodiant lamiæ, turpis hyenna voret.
Præsulis alterius sit sedes eius: & altum
Ornet episcopij candida mitra caput.
Deserat vxorem viduam, paruosque pupillos;
Desolatorum sentiat atque metum.
Sentiat & miseros aliò migrare coactos
Nutantes, nullo sat stabilesq; loco

tans ait, Aue rabbi. Et osculatus est eum & statim in eum manus à ministris iniectæ fuerunt. D
¶ Erupere furorem. Quem intus aliquandiu præsserant. Hoc tum maximè factum est, quando saxa conuolantes nitebantur eum lapidare. ¶ Dolos emiscuisse.i. Esse depræhensos. ¶ Detraxit iniquis. Vt quando dicebant, non nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum illum eijcere dæmonia. ¶ Se saturare. Vt quando dicebant ei. nonne benedicimus nos. Quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habès? ¶ Gratuitò.i. Pro gratiarū actione. Actis meis. Actionibus miraculis, & doctrina dicebant illum vini potorem; publicanorum & peccatorum esse amicum. ¶ Peccati autorem. Luciferum innuit, qui à Deo quidem creatus est bonus, sed per se factus est malus. ¶ Illius. Generaliter totius populi Iudaici, specialiter. Iudæ proditoris. In quem post bucellam legimus introijsse mox Sathanam. ¶ Horrendum. Peccatoribus, & maximè nullam facientibus misericordia fiet illi. Qui non facit misericordiam. ¶ Arguerit. Pro accusauerit. Vide hominis miseriam, idem est accusator, qui fuit & tentator, quin erit idem ipse tortor. ¶ Damnatus. Quia se iudice nemo reus absoluitur. Hoc etiam de Iuda legimus in Euangelio. Tunc (ait) videns Iudas E
quia damnatus esset, retulit. xxx. argenteos, &c. ¶ Ad pœnam. Tartari. ¶ Oratio vana. Supple efficiatur, nec exaudiatur. Nam qui monitorem sapientem contemnit, eius fiet oratio execrabilis. ¶ In turpem maculam peccati diffidentiæ .s. postmodum & desperationis. ¶ Sine spe veniæ. Vt Caim, & Iudæ. Qui desperarunt. ¶ Labijs solis. Iuxta illud Esaiæ vaticinium. Populus hic labijs me honorat. Cor autem eorum longe est, à me. ¶ Metu pœnæ. Non amore iustitiæ. ¶ Orco. Pro ad orcum.i. ad infernum. ¶ Pœnas suppliciumque luat.i. Sustineat. το αυτο. bis idem. ¶ Dies pauci. Hæc omnia Iudæ porditori euenerunt. Sed & Synagogæ Iudæorum, & vrbi eorum præcipuè contigerunt. ¶ Styx. Palus inferni tristitiam significans. Eo ꝙ in inferno nullus lætitiæ locus sit. ¶ Seruat oculos. Suspenso in agro Acheldemach Iudæ hæc oīa facilè potuerunt contingere, & populo Iudæorum fame, ferro, & peste consumpto. Siquidem legimus, & matres proprijs filijs non pepercisse, nec à coctis eorum carnibus abstinuisse. ¶ Bubo. Nocturno auis. ¶ Lamiæ. Non striges quæ puerorum vitæ dicuntur insidiari. Sed bruta quædam sunt animalia quæ faciem, & mammas quasi mulierū præ se ferunt. Sed reliqua corporis membra quasi Simiarum habēt excepto quod pedes eq̄uinos F
habent in ruinis desertarum, vrbium habitare dicuntur. Vnde & Hieremias lamentabatur dicens sed & lamiæ nudauerunt mammas & lactauerūt catulos suos. Esaias quoque dixit ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. ¶ Turpis hyenna. Fœdissima bestia. vide suo. ¶ Præsulis alterius. Quo ad Iudam Mathias ad locum apostolatus eius assumptus est. ¶ Episcopij. Alludit ad successores Apostolorum; qui deinceps Episcopi sunt vocati, quasi speculatores in populis. ¶ Vxorem viduam. De Iuda clarum est. Quia mortuo eo, vxor sua remanserit uidua, quam & matrem ipsius quidam scripserunt extitisse. ¶ Sentiat. Iam in Tartaro demersus ad maiorem suum dolorem. Non quòd inferi videant à seipsis, quæ hic apud nos aguntur. Sed quia nunciatur eis à spiritibus malignis, & ab alijs damnatis ad illos descendentibus. Et omnia cedunt illis in supplicium,

Altér & similis terras demersus in umbras
Perferat eiectos æde repentè sua.
Menideos ferat, & profugos; lacerosque potentum
Pro victu duras ante iacere fores,
Fœnoris exactor scrutando exhauriat omnes
Sæpè facultates, ne quid eum lateat.
Per fas, atque nefas quæcumque parauerat illis,
Diripiant alij: vulpibus vtque lupi.
Sudores eius duros, omnemque laborem,
Quæ nequit expleri sugat hirudo bipes.
Adiutor nullus, nullus protector & adsit
Infandæ stirpi; nec ferat ullus opem.
Non pius intuitus, non viscera blanda pupillos
Illius aut foueant, aut miserentur eos.
Despectus sed dira fames, & turpis egestas
Opprimat: & scabies, & sacer ignis edat.
Phtiriasisque scatens cunctos extinguat ad vnum,
Intereat penitus stirps ea viperea.
Tam mala progenies radicitus eruta, nullum
Omnino germen pullulet orbe virens.
Totaque posteritas sobole extinguatur in vna.
Nomen vt infandum deleat atra dies.
Maiorum impietas rursus memoretur in vllum
Ante Deum redeant impia facta patrum
Sustineat pęnas antiqui criminis heres:
Pectora quæque nefas sunt imitata luant.
Matris & inuisæ motas exaggeret iras
Indignum facinus, quod sacra nulla pient.
Criminis illius jam nulla piacula sunto;
Hostia nec multo sanguine cæsa lauet.
Sed neque tempus edax, nec longa obliuio culpam
Deleat, æterno sculpta sit ære nota.
Crimina perpetuum vt sunt vlciscenda per æuum,
Ante Deum fiant è regione procul.

D ctum. ¶ Sat stabilesque loco. Iudæorum quoq; progenies adhuc huc & illuc vagantes incertas vbique sedes habent. ¶ Perferat. Annunciet. ¶ Ferat. Enarret. ¶ Profugos. A patria. ¶ Lacero. Præ inopia. ¶ Fœnoris exactor. Quem nos vsurarum appellamus. ¶ Exhauriat. Euacuet. ¶ Vulpibus vtque Lupi. Eo quòd fortiores sint. Vnde si Lupi repererint, Vulpem fraudolose aliquid raptum asportare, protinus ex ore prædam diripiunt. Potest etiam hypalage esse vt Vulpes Luporum prædam dolose furentur & tunc allusio fiet ad fabellam Aesopi, In qua dicitur vulpē prædam in partem prædæ Lupi necem procurasse, deinde omni illius præda fuisse potitam, tametsi nec ipsa diu gauisa fuerit. nam à venatore capta proditionis pœnas dedit. ¶ Hirudo bipes. Homo rapacissimus, & sangui suga. quòd pauperum exinanitione depascitur. ¶ Pius intuitus. non misericors aspectus. ¶ Aut miserantur. A miseror, raris primæ inflexionis verbo. Vnde & habet accusatiuum. ¶ Despectas. Ab omnibus. ¶ Sacer ignis. Huic diuus Antonius dicitur præesse. Vnde & à malis militibus. Formidatur. ¶ Phtiriasis. Morbus est pedicularis, quo Sylla dictator extinctus est, Antiochus, & Herodes.
E ¶ Viperea. Ex prædicatione beati Ioannis Baptistæ hoc tractum est, qui dicebat illis: Progenies viperarum, quis monstrabit vobis fugere à ventura ira. ¶ Virens. i. Aliqua sæculari dignitate præpollens. Nam lege cautum est, ne Iudæis portæ dignitatum vllo vnquam tempore pateant. Et hæc intelligenda sunt in sua durantibus pertinacia. Nam his, qui conuersi fuerint ad fidem, nihil ad ignominiam, vel reputabitur ad pœnā, sed per omnia nobiscum non ad imparia censebuntur. Quia Ecclesia ex Iudæis ad Christum cōuersis est fundata. ¶ Totaque posteritas. De Iuda proditore, & de iis, qui per inuidiam procurauerunt necem Domini, poterunt hæc verificari. Alioquin hyperbolicus est sermo. Nam quopacto fiet illud propheticum? In diebus illis saluabitur Iuda: & apostolicum illud? Cum plenitudo gentium intrauerit; Tunc omnis Israel saluus fiet. ¶ Atra dies. Nigroq; notanda lapillo, hæc dies fuit excidij vrbis eorum. ¶ In illum. Non solum proditorem, sed in populum nefarium, qui sic pertinaciter clamauit, Crucifige, donec, quod intendebat, violenter extorsit à iudice illum innocentem pronunciante, & ob id dimittere volente. ¶ Redeant ad plectendum, quia similes in culpa pares esse debent in pœna. ¶ Patrum. Qui teste Domino necauerunt prophetas, sed peiores filij crocifixerunt Dominum prophetarum. ¶ Antiqui criminis, Quod modo dixi necis prophetarum. ¶ Sunt imitata. Immò impleuerunt mensuram patrum suorum, vt dicit in Euangelio: hæc ideò dicta sunt, ne quis obijceret illud propheticum. Filius non portabit iniquitatem pa-
F tris. Quia verum est, si non fuerit iniquitatem paternam imitatus. Nam verificatur aliud. Ego Dominus Deus zelotes vindicans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. ¶ Indignum facinus. Incestum cum filio, cui etiam post habita filij mariti notitiam admixta est. Alioquin maledictione hac graui minimè digna fuisset. Deum siquidem, cuius sunt hæc verba, minimè potuit latere facinus & si homines latuerit. Quo ad populum Iudæorum per hanc matrem Synagogam eorum intelligit. Quæ vnanimiter sæpè relicto Dei sponsi sui cultu Domini hoc illi obiectum legimus. Sed & vnanimiter in necem prophetarum & ipsius D.N.I.Ch. conspirauit. Quod patet in Euangelio, Hierusalem inquit Dominus Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt &c. Et alibi collegerunt summi pontifices concilium aduersus Iesum &c. ¶ Sacra. i. Sacrificia veteris legis. s. nam est impossibile (vt ait Paulus) sanguine hircorum, vitulorum, aut taurorum tolli peccata. ¶ Pient. Expurgent. Antiquum est verbum. ¶ Aeterno ære. Quasi æterno. Allusio est ad leges Romanorum, quæ in tabulis æreis sculpebantur ad longam earum memoriam. ¶ E regione. i. Ex directo contra faciem Domini, vt semper ea in aspectu habens, & semper vlciscatur, more humano de Deo hæc intellige dicta. Solent enim homines hostili ex aspectu ad vltionem summendam magis ac magis accendi. ¶ Procul. Quia sicuti longe à peccatoribus salus. Ita & Dominus à longe peccata intuetur. Iuxta quòd alibi dicitur. Humilia respicit, alta verò. Idest superba à longe cognoscit. Sed non ignoscit vt eo in loco dicit Augustinus. ¶ Probet. Approbet, aut laudet, uel etiam quasi probata notet in libro vitæ. ¶ Dura quidem sunt hæc. Antipophora est. Siquidem tacitæ obiectioni respondet: posset enim lector dicere. Diræ supra modum sunt hæ inprecationes, & diuinę mansuetudini minus conuenire uidentur. Responde ut in

Dispereant cuncti de terra: nec memorentur
Amplius; illorum nomina nemo probet.

textu,

Dura quidem sunt hæc: multò at truculentior ipse,
Hircanas potuit qui superare feras.
Nam fratrem exosus, nec se miseratus amantē est,
Immemor humanæ sortis & ipse miser.
Insidias homini crudelis: auarus egeno,
Atque inopi latro tendere sponte tulit.
Mendicum Ronchus: cumpunctum corde seuerus
Est insectatus trux, & ad vsque necem,
Iure igitur merito tantæ maledictio penæ,
Quam sic dilexit dira sequetur eum.
Et quia porrectam renuit, benedictio vitæ
Eternæ iussa est dulcis abire procul.

textu, sunt præterea quædam culpæ in quibos culpa est relaxare vindictam, quarum prima pro A
ditio est. Et ingratitudo seconda, tertia occisio eius, per quem viuas. Hæ omnes culpæ, in Iuda, & Iudæis cumulatæ sunt. ¶ Hircanas feras. Tigres intelligit, quæ raro, aut nunquàm mitescere possunt. ¶ Fratrem. Christum respectu eiusdem generis. Ambo Hebræi, & Isacidæ ambo, atque Israelitæ. Sed & ipse Dominus Iesus Apostolos suos fratres appellare non dedignabatur. Iuxta illud. Vade & dic fratribus meis. Quia surrexi & præcedam eos in Galileam: ibi me videbunt. ¶ Se Matt.26.
amantem. Christum .s. quicum prouexerat ad culmen apostolatus. Et maxima signa amoris in cœna magna ostendit. ¶ Nec miseratus. Iccircò iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. ¶ Homini. Subaudi & ipse homo; quis nefas esse literæ etiam sæculares ostendunt. ¶ Sponte. In nullo offensus, aut irritatus. ¶ Tulit. Sustinuit. ¶ Ronchus. Qui facile miseriam inopum deridet. ¶ Dilexit in consequentiam. Ex quo tanta mala perpetrauit. ¶ Et quia porrectum. Benedictionem, & eam quæ à Moyse scripta est. Et eam quæ a Christo futura est. Scilicet venite benedicti patris mei &c. ¶ Cessit pro accessit, Apheresis. ¶ Mollis amictus. i. Delectabilis. sunt enim qui maledictionibus delectantur non minus, quàm rusticanus molli veste, si quando per iocum illa induatur.

Perpetuæ at mortis propiùs maledictio cessit,
Quę facta est sicut mollis amictus ei,
Induit hanc etenim ceu vestem corpus: & intus
Hanc velut irriguas non minus hausit aquas.
Hanc quoque traxerunt penetrabile sicut oliuum,
Ossa. medullarum virus & inde nocens.
Virus & inde nocens dispersum corpore toto
In scelus erupit dira per acta foràs.
Tanta nec impietas potuit sub veste latere,
Quam tunicam dicunt tegmen hypocriseos.
Verùm fiet ei vestis velut ampla togati
Causidici per quam redditur vllus honos.
Doctrina siquidem vulgo fulgere putatur
Et virtute toga quisquis opertus eat.
Sic malè dictus homo quęrens fulgere per amplū
Impietatis opus gloriabundus eat.
Vt fluidam vestem succingitur ante viator
Impediat gressus ne sinuosa citos.
Promptior ad facinus quo gressus tendat apertos
Sic erit impietas huic quoq; zona reo.
Hoc opus illorum simul execrabile fiet,
Qui mihi præsumunt detrahere ante Deum.
Inficiantur enim de me diuinitus illos
Quas telegunt sortes ante fuisse datus.

¶ Aquas. Quæ pratis sitentibus aptissimæ sunt. ¶ Penetrabile oliuum. Quod sui natura per porros carnis nostræ vsque ad ossa, & ad medullas peruenit. ¶ Et inde. Ex illa maledictione intrinseca. ¶ Virus nocens. Inuidia veneno similis, quæ cuncta corrumpit. ¶ In scelus. Dominicæ proditionis inde & necis Christi, quo ad Iudeos etiam. ¶ Hypocriseos. Simulatæ sanctitatis. Simulabant enim se zelo legis moueri ad necem Christi procurandam, ac discipulorum eius, vera autem causa liuoris erat, quæ nec latuit Pilatum. Sciebat. n. (inquit) quòd per inuidiam tradidissent eum vt dicitur in Euangelio, sed & Iosephus hystoricus antiquitatū lib. 18. c.6.
toti mundo notam fecit. Iniustam principum accusationem. ¶ Vestis ampla togati. Causidici. i. doctoris legum nostri temporis, quæ talaris est. ¶ Vllus honos. Aliquale decus. Iuxta illud distichum. Vir benè vestitus pro vestibus esse. peritus, creditur à mille; quamuis idiota sit ille. ¶ Zona. Qua ligabitur in seruitio diabolinam funiculis pecca- proue. 5.
torum suorum, vnusquisque constringitur. ¶ Detrahere. Vt in Cruce pendenti quando dixerunt. Vah qui destruis templum dei &cæt. Item si filius Dei est descendat nunc de Cruce &c. Alia etiam multa dicebanr blasphemantes. ¶ Inficiantur. Negant oracula prophetarum de Christo data, de ipso Domino Iesu intelligenda esse, sed aliter, atq; aliter perperàm interpretantur ipsas scripturas, referentes eas etiam ad nescio quendam Messiam, C
quem adhùc venturum expectant. Antichristum, nos dicimus. De quo ipse Dominus Iesus in Euangelio. Ego inquit veni in nomine patris mei: & non accepistis me, alius venier in nomine suo, & suscipietis eum. & iterum. Cum venerit abominatio desulationis, quæ dicta est à Daniele propheta &c. ¶ Quas relegunt. Idest sæpissi- Ioan. 5.
mè legunt. Nam per omne sabbatum (vt docet Apostolus.) Qui enim habitabant (inquit) Hierusalem & Mar. c.
principes eius hunc ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur iudicantes impleuerunt, & nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato, vt interficerent eum, cumq; consumassent omnia, quæ de eo scripta erant; deponentes eum de ligno posuerunt in monumento. Deus autem suscitauit eū à mortuis tertia die. ¶ Sortes datas. Diuina oracula de Christo per prophetas nobis insinuata. ¶ Præclarum id opus. Resurrectionis post passionem qua genus humanum redemptum est, ¶ O Domine Domine. Bis dicit ad indicandum deuotionem suam, vt etiam nos quandoq; solemus facere, uel ad patrem, & Spiritumsanctū dirigere orationem suam, non quia duo, uel tres sint Domini, vnus enim est Dominus Deus: sed quia sigillatim vnamquamq; personam Deum ac Dominum confiteri Christiana ueritate compellimur. ¶ Tu quoq; mecum. Quia indiuisibilia sunt opera Trinitatis, quæ per transitum hic tangitur. ¶ Hostilia pectora. Iudæorum, qui custodibus appositis sepulturæ locum munierant volentes resurrectionem inhibere, si possent. ¶ Ex solo auditu. Custodum ipsorum, qui nunciauerunt illis eum ressurrexisse. vnde data eis pecunia copiosa, mandauerunt vt dicerent, quia ipsis dormientibus

Quiq; meæ infensi vitæ mala tanta loquuntur.
Dum quærunt animam rodere dente meam.

D mientibus discipuli eius furati fuerant nocte corpus Domini quam cæca fatuitas! vt dormientes, testificentur ea, quæ non viderunt, neq; senserunt, alioquin quare non tenuerunt eos? uel quare permiserunt auferri. ¶Te propter nomenq; tuum, non propter nos uel opera nostra mala. ¶ Renouetur homo. Per regenerationẽ, quę fit in baptismo, vnde & ex latere Christi exiuit sanguis, in precium nostrę redemptionis ex captiuitate Diaboli, & aqua regenerationis: sed hæc renouatio spiritalis est, & ad animam pertinet, verum resurrectione de qua hic agitur non sola anima, sed & corpus renouabitur à corruptione ad incorruptionem, à mortalitate ad immortalitatem, & ab ignominia in gloriam, & de hac renouatione loquitur hic quo ad corpus suum, & ad eos sanctos quorum corpora cum Christo surrexerunt, quo ad nos vero dies iudicij expectandus est, tunc enim & nos renouabimur. ¶Adesto. Aderit, tertia persona est futuri temporis imperatiui modi. ¶ Dulce. Memoratu, quia per resurrectionem Domini Iesu speramus & nos resurgere: nam si Christus resurrexit & nos resurgemus vt docet Apostolus. ¶Et omnium egenus. Nam & nudus passus est, nec cum sitiret in Cruce aquæ guttam habuit, vnde vel aridam, linguam molliret, & alieno conditus est in sepulchro. ¶Tristis, & est anima. Hoc legimus dictum fuisse à Domino in ipso introitu horti in quo captus est. ¶Ab æstu. Febris ex passionis feruore. ¶Vigor propter exitum sanguinis ex uerberibus passis & quinq; plagis. ¶ Repente. Quia in dimidio annorum, & hora sexta cruci affixus nona expirauit propter immensam acerbitatem doloris ex delicatissima complexione. ¶ Ossibus excussis. Ex uiolenta atractione manuum & pedum in Cruce. ¶ Ieiunia longa. Præteritorum dierum ante cœnam magnam, in qua parum manducauit, propter magnas res in ea gestas, & affectus cura proximæ passionis quam & sciebat & prædixerat sibi imminere: ¶Poplitibus. Curuaturis genuum. ¶Bases. Pedes uel pedum plantæ, à sustentaculis columnarum tracta similitudine. Bases enim vocantur, sic pedes nostri totius corporis bases sunt. ¶ Vnica spes remanet. Resurrectionis, scilicet quæ membra lacera reparanda, & totum corpus in melius renouandum, vt pote ex mortale futurum erat immortale, ex ignominioso gloriosum. ¶De robore pinguis oliui. Ideſt de fortitudine gratiæ spiritualis, vel ipsius Spiritussancti. ¶ Chrismate. Ideſt Spiritussancti vnctione, porrò ab hoc chrismate secundum nominis formam Christus deriuatur, quia vnctus fuit oleo letitię præ particibus suis, & Esaias prædixerat in hæc verba de vnctione Christi, Spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me, Euangelizare pauperibus misit me, &c. A Christo & nos Christiani dicti sumus, quasi vncti deriuentur ab vncto, in cuius rei signum & nos in baptismate vngimur, & in confirmatione, exterius à Sacerdote vel Episcopo, interius autem à Spiritusancto. ¶Me licet hispernant modo. Pendentem in Cruce, tunc enim hæc omnia à Iudeis passus est & nouere quicumq; passionem eius legerunt aut audierunt quando cantatur in Hebdomada sancta. ¶Deuotum. Ideſt maledictum nam pro nobis (vt ait Apostolus) factum est maledictum: vt nos à maledicto legis redimeret, scriptum quippe est, maledictus omnis qui pendet in ligno. ¶Incolumen. In die resurrectionis suæ quæ tertia die futura erat. ¶Dexterа tua. Ideſt potentia diuina, neq; enim pater habet talia membra qualia nos homines, cum sit spiritus inuisibilis, & ineffabilis. ¶Gratuito. Per gratiam tuam, gratis enim venundati estis, & gratis redimemini dicit Dominus, & gratia si non gratis datur, iam non est gratia. ¶ Pietas. Ideſt misericordia tua, vt sępè dictum est. ¶Esse tuam manum, vel ut cognoscant te esse filium tuum per quem cuncta operaris, & iccirco manus eius per quandam similitudinem appellatur, vel vt agnoscant, meam passionem, & resurrectionem esse opus tuum, redemptionis humanæ, scilicet. ¶Non hominũ, qui non potuissent illum crucifigere nisi tu pro dicta redemptione ipsis ignorantibus hoc fecisses: nam de nostris peccatis bona quædam nobis minimè aduertentibus per suam sapientiam nouit Deus elicere: nõ tamen ideo excusamur à culpa, nec ob id peccare studeamus, quia hoc bonũ inde elicitum raro est ad vtilitatem peccantium: sed potius aliorum: vt patet ex hoc psalmo, de peccato Iudæ proditoris, & principum Iudæorum instantium pro

Esa.61.

Deut.21.

F

Esa. 52.

Rom.11.

Præclarum illud opus celebrãdum tẽpore in omni
Tu quoq; tu mecum fac Domine illud opus.
Excelsum illud opus facito, quo hostilia secum
Ex solo auditu pectora quassa tremant.
Te propter, nomenq; tuum mirabile fiat
Illud opus mecum, quo renouetur homo.
In me suauis enim pietas miserantis adesto.
Dulce erit, & cunctis hoc pietatis opus.
Eripe me quoniam sum pauper, & omnium egenus
Heu conturbatur, tristis & est anima.
Cor pauidum interius languet: sed corpus ab æstu,
Vritur exterius, deficit atq; vigor.

Solis vt occidui declinans vmbra repente
Sublatus, tenebris misceor horridulis.
Vndiq; ceu quatitur borea insurgente locusta;
Ossibus excussis sic mea membra cadunt.
Nam genua ipsa labant propter ieiunia longa:
Poplitibus tremulis deficiuntq; bases.
Vnica spes remanet de robore pinguis oliui.
Carnem immutari chrismate spero meam.
Me licet hispernant modò: de me opprobria sumãt
Sim modò risibilis fabula factus eis?
Deuoueant, lacerent, rabidi conuicia iactent.
Intuitu toruo demoueantq; caput.
Carminibus diris deuotum respice gnatum,
Audi quæ iactant hæc maledicta pater.
Mi pater, atq; Deus, magni dominator & orbis
Affer opem lacero, da precor auxilium.

Me precor incolumen reddat tua dextera saluum
Gratuito faciat me pietasq; tua.
Esse tuam fac nosse manum, quam feceris ipse:
Non hominũ manus hæc, sed tua summe Deus
Nam nisi fecisses tu: quid potuisset adustus
Torris? non poterat præualuisse mihi.
Nunc igitur miserans mihi sit clementia presto,
Nota sit ut populis hæc tua dextra potens.
Iactabunt illi maledicta: at tu benedices;
Insurgent illi: tu mihi fautor eris.

Quæ iaculabuntur, contra, tu dexter in illos
Tela retorquebis, quo magis indolcant.
Vt proprijs fossi telis, victiq; dolore
Iam confundantur, dipudeatq; mali.
Conatusq; suos cernant frustratier omnes.
Obstupeant nimio pectora pulsa metu.

nece eius, & Pilati Iudicis iniqui, restaurationem humani generis Deus elicuit, cuius neq; proditor aut principes illi, neq; Pilatus fuere participes. ¶Adustus torris. Fumigans titio, idest iracundia humana, quæ in sacris literis contra Dominum erecta fumiganti titioni comparatur, qui lachrimas ab oculis ferentis illũ elicit, nec aliquid exurit, quin potius seipsum consumit. ¶Præsto. Indeclinabile nomen generis oĩs. ¶Tela. Et si ad literã in sanctis martyribus hoc factũ legimus, veluti in Sancto Christoforo, in Sanctis Cosma & Damiano cum fratribus, vt lapides atq; sagitæ in eos missæ retorquerentur in iaculatores, hic tamen vbi agitur de passione Domini, non ad literam quia non legitur factum fuisse, sed mysticè potius accipere debemus de maledictis, & opprobrijs in Dominum iactatis, quia verè retorta sunt in damnum atq; perniciem iactantium, ipsi siquidem verè seductores, subuersores populi, & legis Domini, homicidæ, Demonium habere claruerunt. ¶Iam confundantur, à proposito deiecti, siquidem intendebant nomen, & famam Christi penitus tam turpi mortis genere de mundo abolere, verum contrarium euenit: nam resurgens ex mortuis, vt mortis, Diaboliq; victor, & hostium omnium triumphator per omnes orbis partes gloriosus prædicatur, ac vt mundi redemptor ueneratur colitur, & adoratur, ipsi uero vbiq; notantur infamia, & probris dilacerantur, omniq; ignominia dignissimi iudicantur. ¶Depudeatq; nimis. Sicut ij qui in ipso facinore deprehenduntur, in quo se posse latere sperabant. ¶Conatus omnes. Quibus, & Christum & Discipulos eius quærebant perdere, nominaq; illorum abolere de terra. ¶Nimio metu. Et amitendi principatus & gentem, quam tectis excarnificabant rapinis, & incrementi nominis Christiani ad Dei gloriam. ¶Mœror. De resurrectione Dom. N. I. Chr. Phil. 2. & nominis eius propagatione. ¶Seruulus iste tuus. Idẽ D. N. I. Chr. de quo ait Apostolus, quia exinaniuit semetipsum formã serui accipiens, &c. ¶pudeat. Verecundentur & agãt pœnitentiam. ¶Diplois. Indumentum est duplex, quo circumcirca totum corpus induitur. ¶Confusio bina. Hic vna ante homines, post hanc vitam altera, & ante Angelos. ¶Malleus tuus. Dei malleus Diabolus est, quo torquæbuntur obstinati, & interdum hic etiam tribulationibus varijs atq; angustijs tunduntur atq; retunduntur, verum deteriores semper euadunt propter animi obstinationẽ, vnde & prouerbium est, cæde bonum & melior efficietur. Si malum percusseris deterior euadet. ¶Hinc. Ex verecunda confusione illorum, qui conuertentur laudatur magna Dei in illos misericordia, & iterum ex inuerecunda obstinatorum confusione diuina commendatur iustitia. ¶Psaltes. Psalmorum editor & cantor eorum. ¶Meditabor Corde. ¶Congaudete. Mecum, scilicet pro gloria meæ resurrectionis. ¶Redempti. A seruitute Diaboli, cui propter peccatum venundati estis, & redempti de vestra priori vana conuersatione. ¶Astitit. Semper quidem: sed multo magis passionis tempore dando humanitati fortitudinem ad labores tolerandos atq; dolores & ipsam acerbissimam mortem crucis. ¶Animæ. Ne ab impatientia frangeretur. ¶Malos. Altero ex duobus modis occidendo in eis errorem & suscitando fidem, vel obstinatos in Tartara post mortem detrudendo. ¶Impugnantes. Demonem cum suis satellitibus, & principes Iudæorum cum sequacibus. ¶A mortis ore. Idest ab inferno, qui mortuos deuorat, sed non nisi malos, & impœnitentes. ¶Exultantes. Corde scilicet. ¶Manu. Idest operibus bonis, laus siquidem perfecta est, quæ corde hylari concipitur, voce modulata concinitur, & pietatis opere componitur. Laudemus ergo Dominum & superexaltemus eum, cui cum filio, & Spiritusancto, est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

A

Illos afficiat mœror; lætabitur inde
Quem dilexisti seruulus iste tuus.
Aut pudeat tristes jam tandem vera locuto
Detraxisse mihi, vel nocuisse diu.
Aut tegat ut diplois confusio bina rebelles:
Conterat indomitos malleus atq; tuus.
Hinc domino laudum vehemens confessio surget,
Carminaq; illa canam quæ modulatus eram.
Multorum in medio psaltes meditabor, & hymnos
Laudibus innumeris prosequar atq; Deum.
Congaudete mihi, & dominum laudate redempti:
Astitit, à dextris pauperis ipse mei,
Astitit, à dextris, animæ protector ut acer
Vt saluam faceret, perderet atq; malos.
Congaudete mihi; impugnantes ipse repressit
Eripuitq; animam mortis ab ore meam.
Congaudete igitur, Dominũ, & laudate redempti
Atq; exultantes plaudite voce manu.

B

OBSTVPEAT tacitus &c. Cum Dauid tacitus secum meditaretur diuina beneficia tam sibi quàm humano generi collata & conferenda, diuino interius lumine illustratus, audiit Deum patrem diuinum filium alloquentem & deitatem illius sibi coeternam, & coæqualem mutuo sermone demonstrante, quem præuidens Dauid ex semine suo nasciturum quasi gratulabundus sese sermoni illorum intermiscuit, atq; humanitatem deitati filij in vna & eadem persona coniungendam decantauit, mysteriumq; redemptionis humanæ per passionem illius futurum indicauit ac Sacerdotium æternum, exaltationem quoq;, & inimicorum depositionem venturam Demonstrauit. Hæc omnia nouus psaltes ego Barthol. Botta, idemq; commentator post studium, & diutinam meditationem tali carmine contentã in hoc psalmo sum exorsus. ¶Obstupeat tacitus. Cœlestium, scilicet contemplator & magis quàm terrenarum rerum amator. ¶Alte. In altamente, vel corde profundo. ¶Pollicitus. Suapte, & propria sponte absq; supplici cuiuspiam porrecta petitione. ¶Munera quanta. Non solum magnitudinem hic: sed & numerositatem & speciem refert. ¶Symgrapha. Schædula seu manuscriptum diuinæ promissionis. ¶Data. Pro adiecta etiam relligione iurisiurandi, tangitur autem mos humani alicuius regis, qui suis ciuibus aliquam magnam gratiam se facturum pollicetur, quæ vt firmiori robore habeatur, adiecit Symgrapham propria manu subscriptam, quam rursus, & iureiurando firmauit, atq; iterum vix illis fidem adhibentibus interposito fideiussore polliciti fecit esse securos. ¶Prædem. Sponsorem valde diuitem, tam auri atq; argen

C

D ti locupletem, quam prædiorum multorum possessorem. ¶Debita tanta. Post promissionem: sed ante gratuita munera: nam omne promissum est debitum, & si apud homines Fallaces, quanto magis apud Deum veracissimum? qui numquā mentitus est eorum quæ promisit. ¶Quadruplici vinclo. Verborum scilicet atq; litterarum obligatione, iurisiurandi, atq; expromissoris interpositione. ¶Nullus præs. Sic opulentus fideiussor. ¶ Idoneus qui esset soluendo, vt dicunt leges. ¶ Infra. Inter homines huius sæculi habitatores, quæ vallis miseriæ dicitur. supera cœlorum regione comparatione. ¶ Alituum. Angelorum ac beatorum omnium spirituum, qui alites icirco dicuntur, quòd veloces sint diuinorum, executores mandatorum. ¶Regē, Modo filium suum, quod & verbum illius dicitur. ¶Similem nobis. Nam & forma serui accepta factus est homo per omnia nobis similis præterquàm in peccando, quia nostra non potuisset delere peccata, si se quoq; peccatorem constituisset, vnde verè dicturus erat, venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. ¶ Adesse foro. Iudiciali loco, siquidem forus est exercendarum litium locus, vt & ipse conueniri posset, deficiente principali à pollicitis. ¶Mortalis trabeæ. Modo carneæ vestis, qua veluti trabea idest regia, & Sacerdotali veste, Rex ipse regum factus, & maximus hominum Sacerdos indutus est. ¶Subtegmine, textura & operimēto quodam minus precioso, translatio sumpta à filo. satis rudi quod substamine texitur interdum, vilissima quidem est humana caro ut pote terrena Dei compa-

E ratione, est autem hoc in loco quædam latens hypallage: nam diuinitas in humanitate latens, est quasi subtegmen preciosum sub vili stamine abscondiitum. ¶Vt licitatorem. appreciatorem rerum, quem & proxonetam dicimus, mediū quendam interuentorem, inter venditores atq; emptores uenalium rerum. ¶ Penderet. Estimaret. ¶ Psaltes. Dauid psalmidicus. ¶ Rex superum. Modo Deus pater. ¶ Prædi suo. Filio quem expromissorem daturus erat. ¶Maxima uerba. Diuinitatis filij indicatricia, & maximè à nobis pendenda, destruunt siquidem Iudæorum pertinacem ignorantiam & arianorum pessimam perfidiam, ambæ siquidem hæ sectæ negant filij Dei, & Domini nostri Iesu Christi diuinitatem patri æterno ac omnipotenti coequalem. ¶ Ait. Subaudi psaltes in spiritu eleuatus. ¶Dominus, Modo pater. ¶Tam moderatori. Orbis scilicet eiusdem cum patre, subaudi, & spiritusancto: nam inseparabilia sunt Trinitatis operā: sed interdum una tantum persona, interdum duæ, & aliquando tres commemorantur personæ pro varijs propositis, vt ipsarum distinctio cognoscatur personarum, quarum tamen una est essentia deitas atq; natura eadem & coæterna maiestas simul atq; potestas. ¶Dominoq; meo. Prophetæ loquentis cuius & ventris fructus erat futurus, quæstionem ab ipso Christo, & Domino nostro Iudæis propositam super his uerbis & insolutam qui nesciunt aduertant. Cuius (inquit) Christus filius est dicunt ei Dauid subiunxit ille, quomodo ergo Dauid cum in spiritu Dominum uocat dicens. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, &c. Si filius eius est, quomodo eum Dominum suum uocat, nescierunt respondere illi, quia carnei existentes carnem solam nouerant considerare, diuinitatem uerò illius neq; poterant cogitare, quantominus intelligere, uel credere? nos autem credamus, & confiteamur utrumque, quia in eo quòd Christus est Deus, & Dei patris filius. Dominus est Dauid & omnium, in eo uerò quòd homo filius est Dauid de progenie illius ex Virgine Maria matre natus, absq; uirili semine: sed ex spiritusancto conceptus. ¶ Affixus lateri. Per hoc indicatur æqualitas quo ad diuinitatem: nam quo ad humanitatem, ipse dixit, pater maior me est. Thronus imperialis sedes. ¶A dextris meis. In potioribus bonis, quo ad humanitatem pro nobis assumptam: nam ad deitatem quòd attinet, æqualitatem eius indicat, ut supra dictum est, nec ex tempore cœpit sedere, qui coæter-

F nus est patri in maiestate & potestate. ¶Strata. Et totum hoc humanitatem Christi respicit, etenim ut Deus omnia sub pedibus habuit, semper & habebit, quis enim non est Deo uelit nolituè subiectus? est autem aphæresis, idest prostracta, deuicta & subiecta de hac subiectione uide Apostolum, ad Corinth. & Ephes. ¶Donec. Impropriè ponitur, sicut & in alijs multis locis diuinæ scripturæ, Donec consenescatis (inquit) ero uester Deus, & non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitū nec enim postea cognita est, quæ Virgo ante partum in partu & post partum, & in æternum permansit: sed neq; desinet Deus esse, cum illi senuerint, qui est æternus, sic & in hoc loco minime desistet à sessione à dextris posteaquàm subiecti fuerint illi inimici, de hac dictione uide plenius Hieronymum aduersus Heluidium hæreticum. ¶Subsellia. Scabella, seu inferiores sedes quæ subie-

1.Cor. 15
Ephes. 1.

ODE EX PSALMO CIX.
Dixit Dominus.

OBstupeat tacitus: si quis consideret altè,
Pollicitus nobis munera quanta Deus,
Robur & adiecit promissis syngrapha Regis,
Iurisiurandi relligione data.
Atq; interposuit prædem, quo debita tanta
Quadruplici vinclo certa magis fierent.
At quia nullus erat præs diues idoneus infra
Cui tutò nobis esset habenda fides.
Cœlitus alituum Regem demisit olympo
Quem similem nobis iussit adesse foro.
Et ne mortalis trabeæ sub tegmine vilem
Vt licitatorem penderet vllus eum.
Audijt hæc psaltes, dum fidam fatur ad aurem,
Rex superûm prædi maxima verba suo.
Dixit (ait) Dominus, magnum qui temperat orbem
Tam moderatori quàm Dominoq; meo.
Affixus lateri diuina hac sede sedeto:
Te thronus à, dextris excipiatq; meis.
Strata inimicorum donec subsellia ponam
Nobilibus plantis colla superba tuis.
Mi Domine, & regni Rex designate futuri
Subsequitur psaltes, stirps mea nate Deo.
Aurea virga potens & regni nobile sceptrum
Hoc insigne decus quòd tua dextra tenet.
Hæc inquam, præclara tuæ virtutis ab vrbe est
Mittenda, à Domino virga Sione foras.
Est mittenda foras Solymorum ex matre Sione
Vt quatiat gentes, ferrea corda domet.

ctionem sedentium significant. ¶ Plantis. Pedom scilicet. ¶ Regni futuri. Cœlorum scilicet, quod à Christo prædicari cœpit. Agite (inquit) pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. ¶ Subsequitur psaltes. Interposita sunt hæc verba ad faciliorem intelligentiam: nam ut in canticis canticorum, sic & in psalmis, loquentium personarum taciturnitas obscuriorem reddit intellectum. ¶ Stirps mea. Ecce Christi humanitas, iuxta illud Matthæi, liber generationis Iesu Christi filij Dauid. ¶ Nate Deo. Patre, scilicet ecce diuinitas eius, iuxta illud. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te, & in Euang. vox patris ab Apostolis audita est. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. ¶ Aurea uirga. Ditio & potestas per amorem acquisita, non seruili timore coacta. ¶ Sceptrum. quod est charitas in regno Christi potentissima. ¶ Dextra tenet. Hæc est ignea lex, de qua per Moysen in cantico vltimo, in dextera eius ignea lex, idest charitatis, & amoris, in cuius signum in die Penthecostes cecidit Spiritussanctus in linguis igneis super credentes. ¶ A Sione. Quia inde exeuntes discipuli Christi accepto ibi Spiritusancto prædicare cœperunt Euang. omni creaturæ, quod & sibi fuerat imperatum à Domino ascendente in cœlum, hoc uaticinium & ab alio Propheta dictum est. De sion exibit lex, & verbum Domini de Hierus. ¶ Foras. Ad nationes gentilium, quod & subsequenter exponit. ¶ Solymorum. Idest quod Hierusalē. ¶ Matre sione. Quæ arx illius orbis erat, & Ciuitas Dauid dicebatur. ¶ Quatiat. Signorū, & prodigiorum ostensa uirtute, ex his siquidem stupebant, & commouebantur corda gentiliū ad credendam fidē Christi. ¶ Ferrea Durissima. quod patet ex martyrum atrocissima persecutione. ¶ Vt tibi. Etiam homini. ¶ Oīa regna, Tpe quatuor principalium Ecclesiæ doctorum prope hoc vaticinium adimpletum est. Nune autem Luna decrescit. Nam Africa penè nullos habet Christianos, in Asia pauci sunt, restat Europa, quæ & pro parte Turcis subiacet, & a lutheranis infestatur. Post Aduentum Antichristi tamen hoc vaticinium plenissime speratur adimplendum. ¶ Septa. Circumquaq; munita. ¶ Adamante, lapide durissimo. Et benè adamante dixit, nam & hic Lapis solo arietis sanguine dicitur posse infringi si fuerit calidus. Porro Aries iste mysticè loquendo Christus est, cuius sanguine lapidea hominum corda molliuntur. ¶ Medius. Ductorum & regum more qui in medio procerum & exercitus esse solent. ¶ Hostes. Tam iudeos, quàm paganos. ¶ Lurida. Propter inuidiam, qua prius tabescebāt. ¶ Pater inquit. Et hic sermo interpositus est, ad dignoscendam loquentis personam. Videre rogo dulcem duorum patrum eiusdem filij confabulationem. Hominis & Dei. ¶ Principium. Tribus modis supponitur hæc dictio in diuina scriptura, aliquando .n. significat patrem ipsum, vt, In principio erat verbum. Idest in Patre Filius. Item notat filium ipsum, vt in principio tu Domine terrā fundasti, sicut intellexit Apostolus. Et in Euangelio dixerunt iudæi Christo. Tu quis es? principium (ait) qui & loquor uobis. Et rursus significat initium aliquod rerum vel temporis. Vt In principio creauit Deus Cęlum & terram, & alibi, mensis iste principium erit mensium. Non tamen Duo sunt principia Pater & Filius, sed vnicum & cum Spiritusancto principium. Sicuti nec plures Dei sunt, sed vnus solus Deus. In primo itaque versu lusus poetici huius, principium duo significat Patrem & initium creationis rerum, nam per ipsum omnia facta sunt & sine ipso factum est nihil. ¶ Quo principe, Patre. ¶ Principioq; carens. Non patre, sed initio temporis. ¶ Tecum principium tibi quòd uis. io, Modo pro patre solo positum est. ¶ Nemo vid. po. Sicuti est, in suā diuina essentia atque natura. Iuxta illud Ioannis. Deum nemo vidit umquam. Et alibi, non videbit me homo & viuet. ¶ Mortalibus, Quia vt docet Apostolus. Videmus nunc per speculum in ænigmate, post resurrectionem verò facie ad faciem, & in Epistola Ioannis, quoniam videbimus eum sicuti est, pro modulo tamen nostro, non omnino sicut videt filius. ¶ Lux illa. Gloriosæ resurrectionis. ¶ Mea tu virtus, Est quidem filius, virtus & Sapientia patris. Qua cum nunquam caruerit, patet quia æternus est cum patre filius. ¶ Tecum. Pro mensura tamen unusquisque sua. ¶ Operosa fides, Vt excludatur lutheranus error. Quia fides sola absque bonis operibus mortua est: Vt plene docet Iacobus Apostolus, & Gregorius in Homelia. Et Augustinus in libro de fide & operibus. ¶ Sol iustitiæ, Christus Deus noster. Vt cantat Ecclesia. ¶ Illis. Quibus dabitur mundo corde Deum videre, cæteri verò frustra lamentabuntur dicentes. Sol iustitiæ non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. ¶ Lumine sanctorum. Hoc sumptum est ex eo quod dicitur in Euangelio tunc fulgebunt iusti, sicut Sol in conspectu Dei. Et Apostolus alia est claritas Solis, alia Lunæ & alia stellarum. Stella etiam differt a Stella in claritate. Sic erit in resurrectione iustorum, & Daniel, qui docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti & qui erudiunt multos ad iustitiam, quasi Stellæ in perpetuas æternitates. ¶ Istud videre. s. Deum facie ad faciem. ¶ Pater in gnato. Et contra filius in patre, quod & Philippum docuit dicens, qui videt me, videt & patrem meum, & non creditis quia pater in me est. Et ego in patre? Speciem quandam huius rei possumus conijcere, in aspectu solis. Nam Sol in suo splendore, & in Sole splendor esse cernitur. Nec ab inuicem ullo unquam pacto seperari possunt. Quinimo si Sol esset ęternus, coeternus esset & eius splendor. ¶ Ex vtero. Non quòd Deus habeat vterum more fœminarum, in quo gignat vel genitum portet infantem usque ad tempora partus. Sed volens indicare, quia ex propria sua substantia illum genuerit, vt matres ex utero suos infantes, tali est usus modo loquendi. Quare sequitur expositio. ¶ Sacroque sinu

A

Esaie. 2.

Vt tibi subijciat longæ latæque per orbem
Omnia regna, licet septa adamante forent.
Tunc inter victus medius dominaberis hostes,
Supponentq; tuo lurida colla iugo.
Tecum principium (pater inquit) amabile lumen,
Perspicuus lucis fons, & origo boni.
Tecum principiū, quo principe tu quoq; princeps,
Principium rerum, principioque carens.
Tecum principium tibi quod visibile soli
Nunc patet, ast alius nemo videre potest.
Credere posse sat est miseris mortalibus ægris,
Tecum principium cernere uelle nefas.
Tunc pandetur eis, cum lux aduenerit illa,
Qua mea tu virtus fulseris alta polo.

B

C

Cap. 5.

Matt. 13.

Dan. 12.

Ioann. 14

Dum facie ad faciem me tecum cernere quibūt,
Reddideris dignos quos operosa fides.
Cum Sol iustitiæ tu lux mea fulseris illis,
Vt lustrata micent pectora luce tua.
Cum superęthereo totus splendebit olympus
Lumine sanctorum: fas erit istud eis.
Pro modulo tum cuiq; suo spectare licebit
Vt pater in gnato, sit, Deus inque Deo.

Cernere erit mundo fuerint qui corde beati,
Æterno æternum te genitore satum.
Ex vtero, sacroq; sinu, mentisq; recessu
Te genui, nec adhuc Lucifer ortus erat.
Ante creatarum perlucida sydera rerum
Quæ vario motu tempora cuncta ferunt.
Sole dies nec dum processerat ulla; mi nore
Lampade nec fuerat nox radiata nocens.

D sinu, mentisque recessu. Pro secessu. Veluti ex secreto animæ humanę gignitur verbum, quod non nisi vestitum voce aut literis, aliouè quouis indumento sensibus nostris capaci potest a nobis percipi. Sic & filius Dei ex arcano patris secessu genitus, carne mortali indutus visibilis nobis apparuit, qui in seipso permanet inuisibilis. ¶ Lucifer. Siue Stella illa, quæ mane sic appellatur, nocte adueniente vesperus, & in clara die, vestus; siue Lucifer ille de quo dictum est. Quomodo cecidisti de cœlo. Lucifer qui mane oriebaris, & significat Diabolum olim pulcherrimum in cœlo Angelum. Ponitur pars pro toto. Et est perinde ac si dixisset ante omnem creaturam, quarum prima Lucifer creatus est. Vnde & ei suborta est occasio superbiendi, ex antiquiori & ita nobiliori origine. ¶ Ferunt. Amphibolon est, an proauferunt, aut afferunt intelligat. Sed vtrumque potius accipiendum est. Nam ex motu Solis & stellarum ac lunæ, aduenuint & abeunt tempora. ¶ Sole dies. Hoc patet oculis hominum, quia solis ortu nascitur & regit dies: sicut & occasu cum sole abeot & recedit. ¶ Minore lampade. i. Luna, quæ est luminare minus. Nam luminare maius est Sol. ¶ Nocens. Vnde & nox dicta est, quasi nocens lumen propter naturæ suæ frigiditatem. ¶ Sydera. Signa cœlestia ex quorum motu quodlibet tempus metiuntur astrologi. ¶ Tempus & omne.

Ante diem noctemq;, & sydera, tempus & omne
Te genui: mecum quinea tuq; creas.
Ex vteroq; meo, de fructu ventris & almi,
Dauides inquit, tu mea progenies.
Matutinus item nec adhuc ex nocte profunda
Quando te genui Lucifer ortus erat.
Nox medio cœli intempesta tuebat ab arce
Cum flesti in dura paruus ortus humo.
Ah te ne pigeat duros sufferre labores.
More hominum; merces maxima parta tibi.

De præterito intellige, pro omnibus sæculis quæ ab initio mundi sunt. Nam ante nullum erat tempus, quod ex syderum cursu constituitur, & colligitur. ¶ Tuq; creas. Siquidem omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. ¶ Ex vteroque meo. Quo ad humanitatem pro nobis assumptam, alludit autem ad illam diuinam promissionem, de qua in alio Psalmo. De fructu ventris tui ponam super sedem meam. ¶ Matutinus Lucifer. Triplicem recipiunt hi duo versiculi expositionem, prima est. Vt Lucifer sit ille Angelus olim bonus, sicut fuit à Deo creatus: nunc autem malus est, & malorum omnium princeps, & pestiferum caput. Secunda interpretatio est. vt Lucifer ponatur pro Ioanne Baptista, tertia vt ad literam ponatur pro illa stella, quæ ante auroram exorta solis ortum præcedit, Et hoc pacto humanitatis Christi futuram tunc Natiuitatem describit, quo ad ortus tempora. nam vel in media nocte vel paulo post ex vtero Virginis processit. ¶ Nocte profunda. Ex omnium rerum confusione simul, & semel creatarum. Quam congeriem ante distinctionem, antiqui dixère Chaos. Et hoc quo ad primam expositionem. Quo ad alteram, nox profunda fuit tenebrosa Iudæorum inscitia de qua, Apostolus. Nox autem præcessit. Dies vero appropinquauit, &c. Pro tertia, intempestam noctem significat, vt sequitur. ¶ Flesti. Iuxta illud primã vocem similem omnibus emisi plorans. Quæ res humanarum est euidens signum miseriarum. Porrò quater legimus Dominum Iesum fleuisse, nunquam autem risisse. ¶ Ah te, ne pig. Apostrophæ ad infantem mox ortum. ¶ Duros labores. Qui verò fuerint, pete ab Euangelistis. ¶ Merces maxima. Corporis sui glorificatio, & ea, quam retulerunt Angeli. Dignus est agnus, qui occisus est. &c. ¶ Iurauit. Securè iurat, qui nescit mentiri, nec potest decerare: nos verò homines ad mentiendum faciles, de quibus scriptum est, omnis homo mendax. Non debemus hinc iurandi exemplum assumere: sed quantum fas est. & possumus à iureiurando abstinere. ¶ Methanea. Penitentia. ¶ Mutabile. Quandoque cogitur homo mutare propositum propter emergentium casuum necessitatẽ.

Iurauit Dominus, nec eum iurasse pigebit.
Squallida mutabit nec Methanęa Deum.
Non Deus est, vt homo varium, & mutabile pectus,
Sed stabilis; fixum, quod tibi dixit, erit.
Nam si quæ nudis verbis, dum conderet orbem,
Vt fierent, dixit; facta fuere statim.
Proposita quanto potius sub relligione
Iurisiurandi, quæ modò dixit erunt?
Quæ modò dixit erunt, lapsum restauret vt orbem
Qui microcosmos homo est; qui ratione viget.
Æternum siquidem testatus ab æthere summo
Cuncta sacerdotem te fore sæcla suum.
Vt prece concilies populos ad vota fideles
Pro quibus altari mystica liba feras.
Non vt Aron plenis fumantia lancibus exta,
Cymbia vel pecorum plena cruore lites.
Qualia sed potius restaurato ordine prisco
Typica Melchisedec obtulit ante Deum,

F Vnde scriptum est. Temporibus mores sapiens sine crimine mutat. Quandoque etiam mentis leuitate mutatur homo. Et tunc maximè reprehensibilis. ¶ Nudis verbis. Nullo iuramento firmatis. ¶ Facta fu. st. Vt habemus in primo geneseos. Dixit Deus. Fiat lux. Et facta est lux. &cæt. ¶ Lapsum orbem. Non hunc ex quatuor elementis magnum, sed rationalem. Idest hominem, de quo statim subiungit. ¶ Qui microsmos homo est. Idest minor, siue paruus mundus, eò quòd similitudinem quandam maioris mundi præ se ferat. Tunc autem lapsus est, quando per inobedientiam ab optimo statu originalis iustitiæ decidit. Tunc autem reparatus est, quando nouus homo Dominus noster Iesus Christus obediens factus est patri usq; ad mortem, mortem autem crucis. Nam sanguine eius redempti sumus. ¶ Aeternũ. Pro in æternum, vel adiungi potest cum substantiuo sacerdotem. Vt sit sensus. Testatus est Deus te fore æternum sacerdotem. Siquidem, Ipse est sacerdos, & hostia noui testamenti, & æterni. ¶ Prece concilies. Interpellat enim pro nobis aduocatus noster (vt ait Apostolus)

¶ Conci-

¶ Concilies. Nouos,& ueteres reconcilies,qui peccando desierant.¶ Mystica liba.Sacramentum Corporis, & Sanguinis sui,quòd maximum fidei mysterium continet. ¶ Vt Aron,Cuius sacerdotium,velut umbra adueniente luce sublatum est, & vt figura ueritatis aduentu præterijt. ¶ Exta,Nec enim Deus iccircò sibi iusserat carnes immolari,quòd his vellet ipse uesci, uel fumoso earum nidore delectaretur,Vnde & alibi dixit . Nunquid carnes taurorum manducabo. Aut sanguinem hircorum potabo?Sed ne populus ad talia sacra pronus, ad idololatriã declinaret,si penitus his fuisset prohibitus.Melius ergo duxit , sibi, quam in honorem idolorum sacrificari. ¶Cruore lites.Effundendo sacrifices.Impossibile quippe erat (vt ait Apostolus,) sanguine hircorum aut taurorum peccata deleri.¶ Qualia.Quò ad speciem panis & uini.¶ Typica.Nam & ipse Melchisedech in figura tale obtulit sacrificiũ. ¶.Melchisedech.Rex salem,& sacerdos Dei altissimi.¶ Persoluo.Pro ijs.s.quæ deuoueram, ¶ Gratulor atque mihi. A Hebr. 10. Ge. c. 14.

At tibi summe pater ; quas possum reddere grates ;
Has tibi persoluo ; gratulor atque mihi.
Ecce meus Dominus, tuus & dilectus olympo
Iam sedet à dextris Inclytus iste tuis.
Iam magnos reges tacita confregit in ira,
Dum lapidi impingunt, qui iacet ante pedes.
Iudicium in gentes iusto discrimine multas ,
Iam tulit occultum , dum sedet in solio.
Iam depressorum iuuat illum implere ruinas ,
Corda humili quorum mitia ualle iacent.
Multa hominum capita infausto sublata tumore
Atque Tyrannorum contudit ære graui .

Quod de semine meo sit Christus nasciturus. ¶ Ecce meus Dominus .Quò ad diuinitatem, vt in superioribus quoque dictum est.¶ Tuus & dilectus. Sicut ipse pater post modo testatus est de cœlo dicens. Hic est filius meus dilectus , in quo mihi bene complacui. ¶ A dextris tuis. Hoc ad tempora nostra referendum est . Quæ Dauid in spiritu tuc præuidebat,¶ Iam magnos reges. Et hæc ad tempora Christianorum sunt referenda . ¶ Lapidi. Christo , est enim lapis offensionis , & petra scandali his,qui noluerunt in eum credere.¶ Iacet. Ad infirmitatem humanitatis assumptæ hoc referas , Hinc enim & Iudæi,& alii scandalizabantur, non valentes intelligere, quo pacto, fabri filius (vt solebant dicere per irrisionem) esset Deus natura , & Dei Filius, ¶ Iudicium occultum. Discretionis scilicet , de quo uide Augustinum super illo verbo Euangelico. Nunc Iudicium est mundi &cæ. ¶ Iusto discrimine.Nam ipse nouit, qui sunt eius.& quos eligat,& vocet,& quos suo genio censeat relinquendos. B ¶ In solio. Maiestatis diuinæ . ¶ Depresso.s. Hominum , qui ab impijs in præsentiarum deprimuntur . ¶ Humili valle , Vel lachrimarum harum. Vel mentis humanæ. ¶ Capita, Principes, magistratuum,ac Tyrannorum,& demum hostium omnium. ¶ Infausto.Infelici tumore, Epitheton est ab euentu . Per superbiam quippe omnes fiunt miseri,atque infelices.¶ Atq; tyrannorum s. Capita.¶ Ast aderit tempus.Vniuersalis iudicij. ¶ Dura,Iusta tamen.Sed ita uidebitur impijs; vt etiam nunc fieri videmus cum mortis sententia in latrones fertur . ¶ Ferrea uirga.Inflexibilis , & æterna illa sententia. Ite maledicti in ignem æternum: qui paratus est Diabolo,& Angelis eius . ¶ Superu. Angelorum, ¶ Ruinas. i. Sufficere homines in loca mansionum cœlestium vnde Dœmones propter superbiam deturbati fuerunt. ¶ Electis ducibus, Procerum vtriusque testamenti veluti Patriarcharum,Prophetarumque maiorum, & Apostolorum, Sanctorumque Pontificum.¶Spiritibusque virùm. Idest spiritualibus viris.¶ Mirabuntur Iudæi;atque gentiles increduli,ac obstinati. ¶ Tanta virtute. Ita terribili maiestate. ¶ Contemptibile. Vtpote fabri filium. Et sic uilem genere.¶ Torrentis.i.Fluxus humanæ mortalitatis .Namque mors impetuosi torrentis instar habet.¶ Ebibiturus aquas. Idest Populi furentis impetuositatem.Siquidem aquæ multæ, populi sunt multi , vt in Apocalypsi. ¶ Ebibiturus.Libenter ac sponte necem suscepturus. Iuxta illud, Potestatem habeo ponendi animam meam .& iterum sumendi eam , & rursus desiderio (inquit) desideraui hoc pascha manducare uobiscum , antequam patiar. ¶ Propterea.Sic & Apostolus de eo concludit. posteaquàm dixerat. Factus est obediens vsque ad mortem,mortem autem Crucis. Subiunxit.Propter quod exalt.eum Deus:&dedit illi nomen quod est super omne nomen &c.¶Super astra.Modò super omnes Angelos etiam supremæ hierarchiaæ.Vtpote ad summi patris dextram.¶ Apex.Idest sublimitas excelsi throni , in quo pater sedet. ¶ Humanæ carnis Fluxus.Qui in generatione filiorum emittitur.¶ Amaram ad mortem. Natura enim omnes mortem horremus. Per idem iter. Quo semel generata est. Nec enim amplius humano defluente semine regenerabuntur mortui.Vt in arboribus quotannis fieri uidemus.sed potenti manu Domini omnes de puluere terræ resurgemus.¶ Alto. Cœlo. ¶ Venit Christus,filius & Dominus Dauid.¶ Astra caput.Breuis sententia , oportuit Christum pati & ita intrare in regnum suum. Sic & nos modicùm passos introducere dignetur in regnum suum Christus filius Dei, cui cum patre & Spiritusancto honor est & gloria in sæcula sæculorum. Amen,

Ast aderit tempus, cum dura feretur in omnes
Luce palàm gentes ferrea virga potens.
Tunc altas superum videas implere ruinas
Electis dulcibus, spiritibusque virùm:
Omnia iniquorum capita exturbabit ab alto :
Conteret eiectos. quassaque sternet humi.
Mirabuntur eum tanta virtute potentem.
Quem contemptibilem crediderant hominem,
Namque futurus homo verè descendet olympo ,
Torrentis rapidas ebibiturus aquas .
Propterea sublime caput super astra leuabit ,
Quod superæthereo vertice sumet apax.
Humanæ carnis fluxus properabit amaram
Ad mortem , per idem nec redeuntis iter.
Instar aquæ torrentis habet, quæ profluit alto
Imbre ruente , retrò nec redit, vnde cadit.
Ebibiturus aquas huius torrentis amaras.
Venit ; vt alta super tolleret astra caput.

Ioan. 10. C

D ALleluia igitur communi voce canentes, &c. Inuitat in hoc psalmo fideles omnes Propheta ad Laudandū Deum, quòd non solùm filius eius nascens se dederit nobis in socium, & moriens in precium, sicut cantatum est in Psalmo praecedenti: sed etiam uiuens in edulium sese nobis praebuerit, ut in praesenti cantatur. Incipit itaq; à voce exultationis simul, & laudis dicens. ¶Alleluia. Quod est lætamini, & laudate Deū. ¶Igitur. Propter natiuitatem & mortem redemptoris nostri filij eius, ¶ Communi voce. Propter vnanimem charitatem. quæ vinculum pacis est. ¶Deum. Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. quorum enim vna est maiestas, vnus & idem Thronus est. ¶ Quisq;. Simul & semel, est autem prolepsis implicita, qualis illa sæcularis poetæ pro se quisq; viri. ¶Toto corde. Toto animo, cuius sedes est cor. ut docet Hieronymus, super illo Euangelij dicto. Ex corde enim exeūnt cogitationes malæ, &c. ¶Fatebor. Simplex pro composito. ¶Semper in ore meo. Hoc videtur impossibile, verùm is semper Deum laudat, qui in omni actione sua laudem Domini Dei sui quærit; non suam. ¶ Iustorum in medio. In quibus est etiam ipse Dominus, siquidem dixit: vbi duo, uel tres fuerint congregati in nomine meo; in medio illorum sum, & rursus, ecce ego vobiscum sum vsq; ad consumationem sæculi. ¶Concilioq; pio. Repititio uidetur esse eiusdem sententiæ: veruntamen: quod dictum est suprà, ad præsentem Ecclesiam millitantem referri potest, hoc verò ad triumphantem in cęlis, de qua scriptum est, qui habitant in domo tua Domine in sæcula sæculorū laudabunt te, & ad hoc benè facit id, quod sequitur. ¶Nul. lat. val. ini. Hic enim benè latitant hypocritæ, illuc autem nullus intrabit iniquus, quia vt dicit Ioannes, nihil coinquinatum intrabit in ea. ¶ Duplex. Pectus, vęh inquit sapiens, his: qui duplici sunt corde qui unum quidem sentiunt in pectore, & aliud in ore gestāt.

Matt. 18.

Apo. 21.

E

ODE EX PSALMO. CX,
Confitebor.

ALleluia igitur communi voce canentes,
Collaudate Deum, qui super astra sedet.
Dicite quisq; Deo: toto tibi corde fatebor,
O Domine, & tua laus semper in ore meo.
Laus tua iustorum in medio resonabit ab imo
Pectore; sanctorum concilioq; pio.
Quos inter nullus latitare valebit iniquus,
Diffideat pectus cuius ab ore duplex.
Quin simul vnanimis; vox consona cordibus vna
Quàm miranda Dei, magnaq; sunt opera.

¶Aeternas voluntates. Non quia in Deo plures sint voluntates: sed quia omnia quæcumq; voluit fecit, vult enim Deus omnes saluos fieri, sed vult etiam pertinaces in peccando per iustitiam punire, sicut vult & reuertentes per misericordiam suscipere. ¶Exquisita. Idest sapienter excogitata, & ordinata. ¶Lateant. Nos homines ignaros consiliorum Dei. quia inscrutabilia sunt iudicia eius. ¶Commenta humana. Fictiones humanæ, Siquidem cordium scrutator ipse est. ¶Per utrumq; nutum. In alterutrum enim omnes incidimus. aut in seueritatem Dei, si in peccato fuerimus obstinati, aut in benignitatem, & misericordiam: si uoluerimus emendare delicta. ¶Est opus illius. Quia in nobis manens omnia bona opera ipse operatur Deus, dans uelle, & perficere. ¶Vult siquidem. Hic vates exponit id quod paulò obscurius suprà cecinerat, per vtrumq; nutum. ¶Admirabilium. In orbis regimine, & in peccatorum conuersione. ¶Libram. Quia omnia in pondere, numero atq; mensura sapientia Dei disponit. ¶Virgamq;. Directionis, & castigationis. ¶ Cuncta manet. Hoc est in æternum. ¶Namq; velut. Commemorat vnum ex mirabilibus, quæ fecerat olim Deus pro salute antiquorum patrum, vt subdat alterū mirabilius, quod nobis quotidie in nouo præstat testamento. ¶Escam. Non carnium: sed potius Mannæ. ¶ Despiciens. Non contemnens: sed deorsum aspiciens, atq; compatiens. ¶ Pectora. Idest Animas, quorum sedes sunt pectora. ¶Fame. Non panis materialis: sed verbi Dei, & robore firmitatis internæ. ¶ Superæthercam. Idest Non huius aeris. ¶Nectaris sui. Sanguinis effusi pro nostra redemptione. ¶ Nec solùm Isacidas. Hebræos ab Isaco descendentes. ¶ Innumeras gentes. Ad Christum cum reliquiis Iudæorū conuersis. ¶Ab arce poli. Quis enim dubitet (vt ait Gregorius) in ipsa hora piorationis sacrorum verborum cœlos aperiri, & Christum Dominum cū Angelis suis præsentem fieri, & ima summis sociari? ¶ Varia nece. Hiatu terræ quidam absorpti sunt, alios flamma vorauit, multos gladius tam domesticus quàm hostilis abstulit, multi à serpentibus perierunt, & reliqui à Domino prostrati sunt, ita vt ex sexcentis millibus pugnatorum, qui numerati sunt in exitu maris rubri, duo tantùm introierunt in terrā promissionis, Caleb, & Iosue, ¶Viuus genitor. Vnde & omnium vita: dicitur autem Viuus Dominus Deus noster ad Deorū mortuorum differentiam. ¶ Languentes. Corpore interdùm, anima verò semper: cum dignè sumitur,

Rom. 11.

F

Num. 2.

Num. 26

Eius in æternas sunt exquisita per orbem
Gesta voluntates: multa licet lateant.
Non sic effugiunt commenta hæc nostra videntem
Cuncta Deum: nutum sed per vtrumq; volant.
Vult siquidem Dominus nos omnes viuere iustè,
Vult etiam pœnas pendere corda mala.
Est opus illius confessio candida laudum,
Et peccatorum quæ soluenda uidet.
Est opus illius noua magnificentia rerum.
Admirabilium quas sua dextra facit.
Quæ libram, virgamq; tenet quasi regia virtus
Iustitia illius sæcula cuncta manet.
Namq; velut priscis Deus esurientibus escam
Præstiterat tribubus cœlitus ipse suis.
Sic pius, & clemens idem miserator ab alto
Despiciens hominum pectora lassa fame.
Dat superæthercam se se metuentibus escam;
Nectaris, & miscet pocula læta sui.
Nec solùm Isacidas, sed circnmquaq; per orbem
Innumeras gentes pascit ab arce poli.
Nec modò ceu quondam qui pascebantur eremo,
Sternuntur varia corpora cæsa nece.
Sed viuus genitor viuam dat gentibus escam:
Tristibus admiscet pocula lætitiæ.
Languentes curat vitæ medicamine panis:
Cœlestis potus fitq; saluber eis.

quia

Defunctos etiam quos funere mersit acerbo, A
Hostis atrox, sumptus suscitat iste cibus.
Siue domi plorent adhuc: tumuloúe propinquét,
Seu iam fœtentes duta sepulchra tegant.
Hoc superæthereo cœlesti munere sumpto
Pane reuiuiscunt, mausoleisq; micant.
Ah quantos videas volitare per æthera viuos,
Quos prius extinctos fleuerat alma patens.
Sic volet officium sentire per omnia patris,
Sic memor antiqui fœderis ipse sui est.
Sic operum specimen faciet virtutis eorum,
Quæ valida quondam facta fuere manu.
Sic propriæ virtutis erit iam nuncius ipse,
Ipseq; patrator per noua sæcla Deus.
Quàm fœlix populus, cui verba haurire propinqui
Fas erit arrectis auribus alta Dei?
Non etenim brutam, sicut promiserat olim.
Regnaue, quàm primùm præteritura dabit.
Sed superætherei sortem monstrabit olympi
Quàm dabat æternam: regnaq; perpetua.

quia proprius est animæ cibus. ¶Defunctos. In anima, nec enim mortuis corporibus hæc esca dari potest. ¶Hostis atrox. Diabolus humani generis infensissimus hostis. ¶Mausoleisq; micant. pro emicant. Idest de sepulchro prauæ consuetudinis exeunt, sicuti concubinarij relicta penitus concubina, quod paret in Sancto Bonifacio, & Aglae matrona Romana, qui diu in stupro versati, tandem diuino nutu correpti, & ab inuicem separati, non solum reuixerunt, quin & sanctitatem adepti sunt. ¶Viuos. Per veram pœnitentiam conuersos, & Dei gratia viuificatos. ¶Extinctos. Morte peccati. ¶Alma parens. Sancta Mater Ecclesia, quæ singulos peccatores non minus deflet, quàm mater quęuis vnigenitum suum defunctũ. ¶Sic. In mortuorum suscitatione, & animarum esurientium cęlesti refectione. ¶Officium patris. Aeterni scilicet enius interest, & uiuentes pascere, & mortuos suscitare: vnde in Euang. legimus eum dixisse, Pater meus vsq; modo operatur: & ego operor, & rursus, sicut enim pater mortuos uiuificat, sic & filius quos vult viuificat. ¶Antiqui fœderis. Veteris promissionis patribus antiquis factæ, & per omnes Prophetas enunciatæ. ¶Specimen. Pulcherrimũ quoddã exẽplũ. ¶Quondam. Corã patribus veteris testamenti. ¶Valida manu. Nec enim minoris est virtutis peccatores à B
morte peccati viuificare, quàm regna & vrbes munitas debellare. ¶Nuncius ipse. Christus prædicando, & miracula operando. ¶Patrator. Mirabilium rerum, ac signorum operator. ¶Per noua secla. Noui testamenti tempora, in quibus renouatus est homo, & omnia noua facta sunt. ¶Haurire. Non solum audire: sed & audita percipere, iuxta illud Esaiæ vaticinium, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. ¶Arrectis auribus. Hoc est attentissimè: pleonasmos est figura. ¶Brutam. Terram subaudi, quæ & brutis animantibus nobiscum communis est, & de terra promissionis intelligit, quam semini Abraæ, Isaac & Iacob sese promiserat esse daturum. ¶Regna. Temporalia, Chananæorum, Euæorum, & aliarum nationum, quæ per Iosue postmodum debellata, & populo Israeli distributa fuerunt. ¶Præteritura. Nec enim Iudæi amplius regnant in illis, à Tito, & Vespesiano Imperatoribus citra qui vrbem Hierosolymorum destruxerunt, & populum partim perdiderunt, & partim captiuum duxerunt. ¶Super æthereum sortem. Cœlestis regni hæreditatem. ¶Paucis tribubus. Iudæorum xij. secundum numerum xij. filiorum Iacob, inter quos ea regna terrena olim fuere distributa. ¶Gentibus. Ad Christi fidem conuersis. ¶Munus. Diuinæ filiationis per adoptionem, & æternæ hæreditatis consortij. ¶Mira cano. Vt ipse Deus sit regnum, possessio, ac hæreditas nostra. Nosq; simus ipsius regnum, possessio, atq; hæreditas. ¶Portio magna, Quia portio altera sunt omnes Angeli. ¶Opera manuum illius, Humana redemptio, quam manibus in Cruce extensis per passionem suam operatus est: ¶Plasmauit. Multò minus hanc plasmationem à D.N.I.Ch. factam esse crediderunt omnes, qui eum Deum negauerunt. ¶Hæc. Quæ de regno cœlesti nobis sunt promissa. ¶Fieri. Vt qui perseuerauerint in iustitia, illo perfruantur, qui verò defecerint, non admittantur ad illud. ¶Reddidit. De Messia venturo, & iam facta redemptione. ¶Instituit. Præordinauit, circa mansiones regni cœlestis, & ciues in eis mansuros. ¶Iussa. Decalogi iuxta ueterem legem, & multomagis nouæ de dilectione Dei, & proximi. ¶Firmata suo robore. Dominicæ dilectionis exemplo, nullum

Esa. 12.

Non paucis tribubus, sed cunctis gentibus orbis
Oblatum hoc diues, grandeq; munus erit.
Mira cano, Deus ipse sui regnator olympi
Sors erit, & regnum gentibus, ac populis.
Ipsæ etiam gentes, populiq; per omnia sæcla
Sortis erunt regni portio magna Dei.
Tunc opera illius manuum fore vera patebunt;
Queis plasmauit eos, queis; redemit eos.
Non hæc fortuitò cernent contingere casu;
Omnia sed certo iudicio fieri.
Pollicitus siquidem fuerat quæ reddidit olim,
Omnia quæ fecit, quæ facere instituit.
Ergo fidelis vt est: eiusq; fidelia iussa, C
Et firmata suo robore certa manent,

enim maius robur possunt dare principes suis edictis, & legibus suis legislatores, quàm proprijs obtemperare iussis, & suis viuere legibus. ¶Et æqua. Quid æquius est mutua dilectione! amantem amare? & amatori, vicem reddere. ¶Præmia. Seipsum, & omne regnum suum. ¶Promissa. Per Prophetas, ut in cantico suo testatus est Zacharias. Benedictus, (inquit) Do. De. Is. quia visi. & fecit red. ple. suæ, &c. ¶Gentibus optatus. Sic & Aggeus Proph. Mouebo cœlum & terram, & ueniet desideratus cunctis gentibus. ¶Sponte. Sic & beatus Andreas Apostolus asseruit disputando aduersus Aegeam proconsulẽ negantem eum qui à discipulo traditus diceretur, & à Iudæis captus, atq; à præside crucifixus, uoluntariè mortuũ dici posse. ¶Vili precio. Empti. n. estis precio magno (dicit Apost.) ¶Argenti, aut auri. Hocetiam dixit Petrus Apost. non enim redempti estis. uili precio auri, & argenti: sed precioso sanguine D.N.I.Chr. &c. ¶Anima. Cuius sedes, Agg. 2.

1. C. 6.
1. Pet. 1.

Vera proculdubio fieri, quæ mandat, & æqua:
Vera procul dubio præmia reddet eis.
Nonne suo populo promissa redemptio missa est,
Nonne Redemptorem vidit adesse suam.

dum in

D dum in corpore est, sanguis est. ¶Ante obitam.. Die Iouis sancti in cœna magna, de qua omnes Euangelistæ plenam mentionem fecerunt,& Paulus, Apost. ¶Promiserat. Per Hieremiam Prophetam. ¶Testa.no.|Hic est, ait, sanguis noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. ¶Fœdera pacta. Promissam reconciliationis humanæ pacem ¶Vt veteris. Scilicet testamenti. ¶Stata. Constituta, & ordinata. ¶Tempore certo. Ad mediatoris aduentum,de qua re videndus est Apostolus, ad Hebræos. ¶Aeternum: Ob mortem testatoris intercedentem, quæ in priori non contigit testamẽto, & iccircò non ualuit in æternum. ¶Refigere. Tractum à Romanis, quorum leges in tabulis Aeneis figebantur, nec nisi à malis iudicibus, vel tyrannis refigebantur, de qua re est secularis poetæ carmen, hic fixit leges precio atq; refixit: at leges Domini præuaricari quidem possunt, sed non refigi. ¶Sanctum. Iccircò & sancta eius pacta, idest sanguine confirmata. ¶Terribile. Prauis, & iniquis, cæterùm electis mite, ac dulce. ¶Vnus. Ad differentiam plurium deorum,& ad inuicem pugnantium, quos colebãt gentiles à dæmone delusi. ¶Altissimus: Altus homo est, altior Angelus; sed vnus est altissimus Deus. ¶Creator. Omnium rerum, & præcipuè hominum. ¶Coli. Obseruari, atq; ut patrem amari: metui verò ut Dominum, ac iudicem. ¶Adorandus. Adoratione illa præcipua, quæ vocatur latria. &c.. ¶Præmia. τον μισθον εστι & bonis præmia,& malis reddi, solemus dicere cum pœnæ illis condignæ irrogantur, hoc in loco vtrumq; significat. ¶Sontibus. Peccatoribus damnationem, scilicet æternam. ¶Hunc.

E Omnium creatorem Dominum,& futurum iudicem, non dæmonas aut idola vana. ¶Auspiciũ. Augustum,& bonum initium. ¶Sophiæ. Græca dictio, interdùm,& à latinis vsurpata, sapientiam latinè significat. ¶Timor Domini. Ille castus qui & in vij. donis Spiritussancti primum locum tenet. ¶Feceris. Quia factores, non lectores legis iustificabũtur. ¶Grauiore malo. Iuxta illud, qui nouerit voluntatem Domini & non fecerit, plagis vapulabit multis, qui uerò nescierit, nec fecerit, vapulabit quidem sed paucis. ¶Operũ. Eorum, quæ suprà commemorauimus, maximè autem creationis, atq; redemptionis, & sacræ alimoniæ, qua pascuntur animæ, vt robore suscepto possint ambulare de virtute in virtutem, donec perueniant ad videndum Dominum Deum in Syon. ¶Factoris. Ordo est, digna quidem est laus, factoris eorum operum, de quibus supra dictum est. ¶Accepta Deo. Propter animi gratitudinem: quæ maximè in tali laude ostenditur. ¶Ora, manusq;. Idest vocem laudantis, & opera conformia. ¶Illa quidẽ. Laus digna Deo. ¶Secum. Dum hic viuit, qui enim non cessat benè viuere, nec laudare Deum cessat. ¶Aeternumq;. Post mortem in sanctorum consortium, de quibus scriptum est. Domine, qui habitant in domo tua in sæcula sæculorum laudabunt te. ¶Assumptus. Cum Domino in cœlum. ¶Plenior. Quàm in hac ualle miseriarum, vbi quandoq; propter fragilitatem interrumpitur humanam, plenissima erit verò tunc, post assumptionem etiam corporum, quando Deus erit omnia in omnibus: quod etiam mihi uati suo, vobisq; lectoribus præstare dignetur idem Dominus noster Iesus Christus, cui laus, honor & gloria, in sæculorum sæcula. Amen.

Luc. 12.

Gentibus optatus nouus affuit ecce redemptor,
Sanguine qui proprio sponte redemit eos.
Non vili precio genus est mortale redemptum,
Argenti, aut auri, sed preciosa anima
Antè obitam mortem sicut promiserat olim,
Dat testamenti fœdera pacta noui.
Quæ non vt veteris stata sunt in tempore certo,
Fixa sed æternum præualitura manent.
Fixa quis audebit diuina refigere? cuius
Est sanctum nomen terribile, atq; potens.

Vnus enim omnipotens, altissimus, atq; creator,
Quem solùm metui, quem decet atq; coli.
Solus adorandus, verè, metuendus & ipse,
Præmia qui reddet sontibus, atq; pijs.
Hunc igitur timeat, cui sit sapientia cordi:
Auspicium sophiæ nempe timor Domini.
Quàm fœlix fueris, si cum intellexeris ista,
Quuisquis es, ò lector, feceris ipsa simul.
Intellectus enim bonus est facientibus illa:
Afficit ast alios & grauiore malo.

Digna quidem laus est operum factoris eorum
Atq; accepta Deo, qui ora, manusq; notat.
Permanet illa quidem secum: æternumq; manebit,
Quando erit assumptus plenior ante Deum.

F QVI procul excisa, &c. Nullus, dùm in hoc viuit sæculo temptationibus innumeris referto, potest esse securus à lapsu: semperue in laudibus diuinis hilaris versari; de quibus in præterito psalmo dictum est; Sed aliquando impingitur in lapsum, quandoq; & cadit miser, duciturq; captiuus: verùm paulò post orationibus sanctorum, & precibus matris Ecclesiæ rursus à Domino soluta captiuitate, in pristinã erigitur libertatem. vnde & Angelis gaudium, sanctisq;, & sibi communis insurgit lætitia, cuius rei quædam figura præcessit in captiuitate Iudæorum, & post lxx. annos ea per Cyrum soluta reuersi in patriam Aggeo,& Zacharia Prophetantibus, cum gaudio reparabant,& urbis mænia, & templum Domini, de quibus rebus tractatur in hoc psalmo: sed & altiùs intuenti uacabit intelligere hunc psalmum de solutione captiuitatis illius magnæ, qua per Christum sancti patres antiqui de captiuitate Diaboli ex inferno sunt educti, deinde cum Christo redemptore ascenderunt in cœlum. ¶Qui procul. Benè procul, quia longe à peccatoribus salus. ¶Excisa urbe. Propriè conscientiæ, quæ aliquando templum, & aliquando urbs nominatur: ¶Captiuus. Animo, uel spiritu. ¶Fletibus. Per pœnitentiam. ¶Diu. Nec enim ita cito Deus soluit hanc captiuitatem: ut per experientiam cognoscat peccator, quantũ bonum perdiderit, & quantam sibi asciuerit miseriam in sui status mutatione, utq; deinceps restitutus, sit

ODE EX PSALMO. CXI.

Beatus vir.

QVi procul excisa quondam captiuus ab vrbe
Fletibus irriguis tinxerat ora diu.

Spem modò concipiat geminis redeuntibus inde
Vatibus Aggeo, Zachariaq; Dei.
Cantica lætitiæ præsumat pectore toto:
Alleluia iterum promat ab ore suo.
Vrbis enim species iterum reparabitur illis
Auspicibus: surgent mœnia strata diu.
Omnibus Augustum terris, decoriq; futurum
Id templum rursus restituetur ei.
Non etenim promissa Deum metuentibus ingens,
Prosperitas vllum fallere fortè potest.

cautior in tuenda reparata libertate. ¶Geminis. Idest similibus: nam uterq, eorum ad reedificationem templi populum fuerat exhortaturus, &c. quò ad figuram hoc: quò ad nostrū intellectum verò, Aggeus interpretatur festiuus, & Zacharias memoria Domini, qui enim conuersus, fuerit ad Dominum post lapsum, & lachrimis pœnitentiæ rigauerit ora, lætabitur de reparatione conscientiæ, in qua deinceps assidua erit memoria Domini reparatoris sui. ¶Redeuntibus. Qui à peccante recesserant. ¶Alleluia. Quia debet laudare Deum de conuersione sua, quo ex sola misericordia respiciente surrexit à lapsu. ¶Iterum. Sicut ante casum laudare solebat pro statu suo. ¶Vrbis species. Quàm maximè in pulcherrimo templo consistebat, quò ad sensum litteræ, quò ad nostrum verò, mens est conscientiæ humanæ speciosissimum templum, quæ & superior animæ pars est, quæ & eleuata per contemplationem in summum Deum tota fertur, cuius & fit habitatio grata. ¶Reparabit. Fuerat enim deiecta per Diabolum, & prauarum, turpiumq; cogitationum coinquinata fastidio, ita vt quoddam cænosum volutabrum porcorum esse videretur. ¶Illis auspicibus. Reformatoribus nuptiarum spiritualiū inter sponsum Deum, & sponsam animam. ¶Mœnia. Hæ sunt uirtutes, quæ vitijs intrantibus cadunt. ¶Augustum. Amplum, magnificum, &, quasi Imperatoris eius palatium per quem cœlestis Respublica multum est adaucta. ¶Restituetur ei. Eiecto cæno, de quo supra, & erectis manibus uirtutum. ¶Promissa ingens prosperitas. Per Diabolum, uel eius membra, solet enim Diabolus, & per se & per malos principes humanam prosperitatem polliceri his, quos uellet peruertere, per se, sicut in tentando Domino, hæc omnia (inquit) tibi dabo, si cades adoraueris me, per malos. Decius Ecclesiæ Dei persecutor dixit Sixto Papæ. Sacrifica diis, & esto princeps Sacerdotum. ¶Forte. Nota dubitationis propter humanæ voluntatis, ac arbitrij vertibilem naturam. ¶Namq; vir. Hic incipit Psalmus. Et bene vir à vigore uirtutis. ¶Timuit. Timore illo casto, ac filiali, qui manet in sæculum sæculi, non seruili, quem perfecta abijcit charitas. ¶Sed quis is est? Interrogat, & docet; quo pacto possimus perseuerare in hoc sancto timore. B ¶Pia. Vera nec affectata per hypocrisin. ¶Auet. Desiderat, sic & filius desiderat nosse patris voluntatem, ne per inscitiam sibi forte contingat illum offendere. ¶Meditatur. In hoc demonstrat se esse animal mundum, quod ruminat cibos auidè comestos, & delectationem innuit, quam ex iussionibus Domini ad se factis capit. ¶Exequitur. Nota hæc tria per ordinem, quorum duo prima sine ultimo parùm prosunt, quid enim proficit scire mandata Domini, si eis minimè delecteris? aut quid confert animo delectari, si ea minimè fueris executus? ¶Opportuno tempore. Per discretionem: quæ mater est omnium virtutum. ¶Queq; facit. Nec enim partem sufficit exequi, & partem cōtemnere. Defleat (inquit idem Iacobus) peccator: quia offendens in vno factus est omnium reus. Iaco. 2. ¶Vellet. Præ desiderio morem gerendi suo Domino. ¶Nimio. Non uitium hic sonat, sed vehementiam ardoris quandam, nec enim ullus satis & quantum debet semper amat Deum, quandoq. frigescimus oēs. ¶Semper habere manu. Ad operandum. ¶Multa nequit. Non quòd mandata Dei sint impossibilia, sed ad fragilitatem referas humanam, quæ Deo adiuuante posset etiam ea, quæ sibi uidetur non posse. ¶Differre necesse. Expectando opportunitatem, temporis, loci, aut personarum præuia discretione. ¶Negat. Quia illis sunt inimica saluti æternæ, uel quia iis digni non sunt. ¶Expedit. Vtile est illis, quibus negantur, sic & Apostolus dicebat, omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. ¶Atq; decet. Honestum est, hæc duo coniunguntur, quia apud uerè sapientes in omni humano officio, idest in omni actione, quæ à uirtute proficiscitur, quicquid honestum est, id etiam expedit, & faciendum est: quod verò turpe est, id neq; expedit, nec faciendum est ullo modo. C ¶Velle. Idest voluntas humana potest esse prompta, & liberalior ipsa actione. ¶Munificentius. Liberalius. ¶Actu. Actione pia, puta eleemosina uel quauis alia. ¶Opus discretum. Idest faciendum cum discretione. ¶Sua tempora. Idest opportuna. ¶Vel. Pro saltem, quando non poterit operari. vnde & alibi scriptum est beatus vir qui in lege Domini meditatur die ac nocte. ¶Tellure potens. Quia Dominus dabit ei aliqua gubernacula populorum in terra. ¶Clara. Propter virtutes, quibus, à Domino illustrabitur, & maximè propter sapientiam, cuius initium est timor Domini, quo iam præditus est. ¶Nobile semen. Progenies, carnalis filiorum, sed magis spiritualis Discipulorū, melius de semine bonorum operum. ¶Aruis. Idest pectoribus auditorum, uel intuentium nostra bona opera, & inde laudantium Deum, atq; exempla benè operandi trahentium. ¶Vomere timoris

Namq; vir vt sæclis semper fuit ille beatus
Præteritis, vnum qui timuit Dominum.
Sic erit & fœlix sæclis quicunq; futuris,
Semper erit cordi cui timor iste Dei.
Sed quis is est, castum qui seruet corde timorem?
Qui colat atq; piæ relligione Deum.
Qui vehementer auet diuina addiscere iussa:
Nocte, dieq; memor qui meditatur ea.
Sedulus exequitur meditata fideliter actu:
Atq; opportuno tempore quæque facit.
Cuncta quidem vellet nimio deuinctus amore
Semper vt expleret, semper habere manu?
Multa nequit: quædam differre necesse: quibusdā
Multa negat: quia sic expedit, atq; decet.

Velle quidem promptum est, & munificētius actu:
Sed sua discretum tempora quærit opus.
Iugiter in Domini iussis versabitur ergo
Vir metuens illum mente vel assidua.
Eius erit tellure potens, & clara propago,
Eius & in terris nobile semen erit.
Fœcundum pietatis opus quàm germinat aruis
Vomere quæ Domini culta timoris erant.

moris

D. moris Domini, id est ipso timore Domini, qui est
quidam vomer spiritualis, quo finduntur terrena
corda, vt præparentur ad suscipiendum semen ver
bi Dei, vel semen exempli ex alijs, qui benè ope-
rantur, de quò subiungitur. ¶ Semen cœleste.
Quod è cœlo à Deo infunditur, fouetorq; calore
gratiæ suæ, donec germinet in meditatione, flo-
ret in verbis, maturescat in executione. ¶ Ager.
Mundus, idest bonorum congregatio, quæ per
multas mundi partes corporibus dispersa charitate, quæ vinculum pacis est, coadunatur, & est tropus Methoni-
Joan. 4. mia qua ponitur continens pro contento, vt domus pro habitatore eius & vrbs pro ciuibus. ¶ Rectorum. Iusto-
rum, qui sese regi ab instinctu Sancti Spiritus facilè permittunt. ¶ Seges. Metaphorica locutio ab Euang. dedu-
cta, videte (inquit Dominus) regiones quia iam albæ sunt ad messem, de conuertendis ad fidem populis loquens.
Matt. 13. ¶ Diues. Gratijs spiritualibus, & fide, quæ veræ sunt diuitiæ. ¶ Benedicetur. Ab ipso Domino. ¶ Gloria. De qua
Prou. 19. dicit Dominus in Euang. quia fulgebunt iusti sicut Sol in conspectu Dei, & alibi, vos estis lux mundi, &c. ¶ In æde.
In domo Domini, quæ est Ecclesia sanctorum. ¶ Hæ opes. Ex operibus misericordiæ resultantes: nam qui mise
retur pauperi, fœneratur Domino centuplum reddituro. ¶ Possessio vera. Stabilis, non vana & fluxibilis, sicut est
diuitiarum huius temporis. ¶ Nec à tinea. Sic & Dominus in Euang. Thesaurizate (inquit) thesauros in cœlo,
& non in terra. ¶ Iustitia. Quam operatus est, ser
uando mandata. ¶ Diuitias suas. Quas misit in
cœlum per opera misericordiæ pauperes recrean-
do. ¶ Abundat. Vt Abraam, Isaac, & Iacob, Da
uid & alij quàm plurimi. ¶ Diuitijs. Interdum
istis temporalibus, quia sunt iusti tamquàm nihil
habentes, & omnia possidentes: semper autem di
uitijs spiritualibus, quæ sunt virtutes, & opera bo
na. ¶ Vberior moritur. Quando cæteri suas opes
perdunt, quia secum illas ferre non possunt. ¶ Di-
E tissimus. Siquidem Deo ipso fruiturus est, cuius
sunt omnia, & particeps est futurus regni eius.
¶ Mira hæc. De condendis in cœlo diuitijs, quæ
post mortem essent reperturi. ¶ Tenebris opacis.
Humanæ inscitiæ, & infidelitatis. ¶ Nubila. Ob
scura, & cæca per ignorantiam, aut incredulita-
tem. ¶ Lumen. Christus, qui est lux vera. ¶ Re-
ctis corde. Scilicet de quibus supra dictum est.
¶ Quàm pius & clemens. Seipsum declarat nates
ostendens, quod sit istud lumen exortum. ¶ Can-
didus. Ab omni macula peccati. ¶ Vt pius. Sin-
gula singulis refert. ¶ Miseris. Mortalibus ægris,
qui in captiuitatis miseria, & verbi Dei inopia ta-
bescebant. ¶ Illustrat. Animas tenebrosas, & fu-
ligine peccatorum obcæcatas. ¶ Iustus. Scilicet
Iudex constitutus à Deo viuorum, & mortuorum, ut docet Petrus. ¶ Reos. Æternis supplicijs mancipandos.
¶ Si miser. Et adhùc peccati captiuitate teneris astrictus, qua nulla maior est miseria: sed non attenditur nisi ab
his, qui animæ libertatem aliquando sunt experti. ¶ Spera. In diuina misericordia, qua aliquando illustratus per
penitentiam exurges, & liberaberis interim tamen noli dormire, sed quantùm poteris fores misericordię Domini
propulsate; & amicorum maxime sanctorum orationibus ad pulsandum vertere suffragio. ¶ Si nubibus. Ignoras
quam teneas viam. ¶ In illum. Qui Sol est iustitiæ. ¶ Iustus gaude. Quia ad eius consortium es ascriptus. ¶ Si e
reus. Alicuius criminis conscius. ¶ Confiteare Deo. Primum, deinde & sacerdoti carceris ministro. Cui datæ sunt
claues. Idest potestas ligandi & soluendi. ¶ Flectere possis. Dicendo Ecce ego dimissi debitori meo, dimitte & tu
modò mihi, sicùt promisisti. ¶ In tibi debentes. Quoquo modo ab eis læsus fueris, etiamsi nece parentum, fratru,
aut liberorum. ¶ Esto pius. Veniam petentibus
facilè ignoscendo. ¶ Iucondus homo. Quia citò
F mente pacatur, & serenatur quodammodo facies
propriæ conscientię, quæ iracundia fuerat pertur
bata ob acceptam iniuriam. ¶ Sic miseretur. Spi-
rituali opere misericordiæ. ¶ Olim restituenda.
Nam qua mensura fuerimus emensi, & nobis re-
Matth. 5. metietur. Scriptum est. Beati misericordes, quo-
niam ipsi misericordiam consequentur. ¶ Iudicio
vniuersali. Quando vox tubæ intonabit, surgite
mortui, venite ad iudicium. ¶ Horrendi. Reis,
Matt. 15. pijs verò iucundissimi. ¶ Thronum. Quando con-
gregaris ante illum omnibus gentibus, & separa-
bit ab inuicem, dicet his, qui à dextris erunt. Pro-
pter opera misericordiæ, quæ non fecistis, ite ma-
ledicti in ignem æternum. ¶ Tum poterit. Qui in
proximum fecit illam grandem misericordiam,
ignoscendo illatam iniuria, vel orando pro inimi

Est pietatis opus semen cœleste, potensq; :
Pectoris humani quo benè floret ager.
Rectorum seges hinc læta, & generatio diues,
Quæ benedicetur, surget vbiq; palàm.
Gloria & Illustris veluti nitidissima lampas
Fulgebit radijs eius in æde nouis.

Hæ condentur opes, quarum possessio vera,
Que nequeant minui fure, vel à tinea.
Iustitia illius per sæcula cuncta manebit,
Diuitias secùm nam feret ille suas.
Magna cano: sed vera tamen; dum viuit, abundat
Diuitijs iustus, ditior at moritur.
Morte obita verò ditissimus emicat altè:
Namq; ibi thesauros inuenit ille suos.
Mira quidem tenebris hæc condebantur opacis,
Quippe fuere hominum nubila corda diu.
At postquam tenebris exortum lumen; abundè
Irradiat rectis; nubila cuncta fugat.
Quàm pius, & clemens terris miserator obortus
Candidus, & iustus, soleq; lucidior.
Vt pius est, miseris miseretur: olympius vt Sol
Illustrat; iustus iudicat inde reos.
Si miser es, spera: si nubilus aspice in illum:
Si iustus gaude; confiteare reus.

Attamen ut melius clementem flectere possis.
In tibi debentes te decet esse pium.
Nam iucundus homo, qui sic miseretur; & olim
Commodat omnino restituenda sibi.
Sic benè sermones proprios disponet in illo
Iudicio horrendi iudicis ante thronum.
Dicere tum poterit; miseri miserere; misertus,
Namq; ego sum miseris, redde, quod ante dedi.
Ignosce (exclama) ignoui: mihi parce, peperci.
Clementi clemens: & pius esto pio.
Ego igitur facilis dimittere debita fratri;
Cum supplex orat: cum iacet ante pedes.

A

Quisquis enim iucundus erit, miseráſq; laborum,
Talia percipiet; qualia præſtiterat.

Firmus erit, nulloque mouebitur impete vaſto:
Stabit in æternum fixus & ante Deum.
Iuſtus erit, memoremque Deum ſibi ſentiet eſſe
Fautorem æternum: ſemper adeſſe ſibi.
Sed nec ab auditu duro terrebitur illo,
Quo formidabunt millia mille ducum.
Ære licet triplici regum munitá pauebunt
Pectora, nutabunt cuncta elementa metu,
Cum tonitru horriſono ſententia dura feretur
In ſontes omnes, quos premet ignis edax.
Cor verò iuſti rectum, ſemperque paratum
Sperare in Domino, non quatietur ea.
Nam confirmatum diuino robore quondam,
Vt fuerat, factum firmius atque petra.
Non ſecus ac ſcopuli, quos fluctus vndique ponti
Vorticibus rapidis mergere fortè parant;
Cautibus at duris illiſa refringitur vnda,
Atque in ſe refluit ſpuma, tumorq; maris:
Pectora ſic iuſti caſto firmata timore,
Quando inuadebant impia turba mali.
Motibus obiectis; virtutum mole repreſſa,
Irrita cedebant ira, tumenſq; furor.
Non vlli caſus, diſcrimina nulla mouere
Tunc poterant illum, non labor, atque dolor,
Non ipſæ peſtes furiarum impellere diræ,
Nec poterant valida caſtra inimica manu.
Impauidum durat cor iuſti, immobile pectus,
Nec formidabit iudicis ora ſui.
Non is pœnarum terrore mouebitur vllo,
Nec tormentorum terribili facie.
Quin ſuperexultans pauidos mirabitur hoſtes,
Deſpicienſq; illos lumina ad aſtra feret.
Namque ſuos illic theſauros eſſe locatos,
Et merces cernet, quas tulit ipſe ſuas.
Quæ diſperſit enim, dum viueret, arua ferendo
Seminis in morem, multiplicata leget.
Mira quis hæc credat? ſummi ſuper horrea cœli,
Quæ cæpere inopem cuncta tulere manus.

eis adhùc obſtinatis. ¶ Cum ſupplex orat. Venia enim nō poteſt dari, niſi correcto. Tametſi, quod in nobis eſt. Faciles ſimus, & parati ad ignoſcendū. ¶ Ante pedes. Vt ille debitor centum denariorum iacebat ante illum durū conſeruum, cui à cōi Domino paulò ante decē millia fuerant dimiſſa talenta. ¶ Impete vaſto. Rugientis in ſe Leonis ſæuiſſimi. ¶ Memorem Deum. Operum pietatis, quæ in proximos fecerat. ¶ Ab auditu duro: De quo ſupra, ſurgite mortui venite ad iudicium. ¶ Aere triplici. Metaphora eſt ab armatibus, qui trilici thorace, & interdum ſeptemplici clypeo muniuntur. ¶ Nutabunt. Commouebuntur: & hoc ex Euangelio ſumptum eſt. Vbi dicitur. Nam virtutes cœlorum commouebuntur. Et ex Apoc. & Epiſtola Petri, qui ſcribit. Adueniet dies Domini tanquam fur, in quo cęli magno impetu tranſibunt. Elementa verò calore ſoluentur: terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur. ¶ Sententia dura. Vt videbitur ipſis cōdemnatis, qui arbitrabuntur pro voluptate ex peccato temporali, pœnam æternam minimè deberi. ¶ Irreuocabiliter. Hoc eſt contra Origenem, & ſequaces. Qui dogmatizarunt poſt curricula annorum quorundam, impios & ipſum Diabolum cum Angelis ſuis ad gratiam & regnum cœleſte reuocandos eſſe. ¶ Cor verò iuſti. Id eſt corda iuſtorum ſingularis locutio pro plurali. ¶ Ea. Scilicet dura ſententia. ¶ Quandam. Dum adhùc in ſæculo anfractibus pleno viueret. ¶ Firmius. Quia nihil amplius ſibi metuet in tuto portu iā conſtituto. ¶ Non ſecus. Non aliter. ¶ Scopulus. Saxum ingens. Aut eminens rupes. ¶ Ponti. Solū hoc maris nomen generis eſt maſculini, Alius pontus in genere fœminino, nomen eſt inſulæ, & prouinciæ minoris Aſiæ. In qua regnauit Mitridates. ¶ Cautibus. Acutis prominentibus ſaxis. ¶ Spuma tumorque maris. His optimè comparatur humana ſuperbia, quæ cito retuſa Dei virtute reſoluitur. ¶ Inuadebant. Vt à recto deijcerent: dū adhùc in mari procelloſo huius ſæculi quaterentur. ¶ Caſus. Fortuiti, quibus & boni, & mali interdum vexantur. Certa tamen diſpenſatione Domini: illi vt exerceantur, hi verò vt flagellentur & corrigantur, quaſi noluerint, vt tranſeant cæteris in exemplum: quia eſt Deus iudicans eos in terra. ¶ Diſcrimina nulla. Modo pericula, aliàs & differentiam ſignificat. ¶ Labor. Qui tamen improbus omnia vincere dicitur. Sed à probo & ipſe ſuperatur. ¶ Dolor. Quem naturali inſtinctu omnes, Abhorremus. Vincitur tamen à dulci Charitate, vt planè patuit in ſanctis martyribus, quibus carbones ardentes præſtabant refrigerium. ¶ Furiarum. Dæmonum omnium, qui interdum in iuſtos vt rabidi canes, aut lupi deſæuiunt. ¶ Caſtra inimica. Impiorum conuenticula. ¶ Valida manu. Violenta poteſtate. ¶ Durat. Perſeuerat. ¶ Nec formidabit. Immo lætanter aſpiciet. Quia non irata ſibi, ſed ſerena erunt. ¶ Pęnarum. Quæ martyrum omnium tormenta ſuperabunt. ¶ Terribili facie. Terrifico aſpectu. ¶ Pauidos hoſtes. Quorum ferociā extiterant in hoc ſæculo pectora, atq; intrepida. ¶ Deſpiciet. Non ſolū paruifaciet, ſed & deorſum ſub pedibus ſuis eſſe videbit. Quos ſæculari præditos poteſtate olim ſuper ſe habuit frementes, & patienter duram illorum tulit tyrannidem. ¶ Lumina ad aſtra feret. Super quæ iam erit aſcenſurus. ¶ Theſauros. De quibus & ſuprà dictum eſt. Beatus Laurentius nos docuit quo pacto noſtros theſauros valeamus in cœlum præmittere. Cum Tyranno dixit. Theſauros, quos requiris, manus pauperum in cœlum tranſtulerunt. Hunc ego imitemur. Si in illa die volumus eſſe ſecuri. ¶ Merces ſuas. Spirituales ex opibus terrenis coemptas. ¶ Diſperſit. Pluribus egenis diſtribuendo: vt plures ex iniquo mammona ſibi faceret amicos. ¶ Arua ferendo. Metaphoricè intellige, vt etiam ſuprà monſtratum eſt. ¶ Seminis. De quo & ſuprà ſatis eſt dictum. ¶ Fulcro manus. Hoc ex hyſtoria beati Laurentij aſſumptum eſt. ¶ Ingenti cumulo. Alluſio eſt ad illud Euangelicum. Date & dabitur vobis. Menſuram bonam, & confertam & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. ¶ Cornu. Sublimitas, ac eminentia ſanctitatis eius. ¶ Exaltabitur. Apud proximos ſuos, in cęlum & inter Angelos Dei. ¶ Quæ dedit ante. Pijs & iuſtis dum po-

Eſaie.11.

B

C

A

Clarus & excelſus, gentes ſupereminet omnes,
Atque ſuper cœlos gloria magna Dei.
Nempe quis in toto celſus ſuperemicat orbe?
Vt Deus & Dominus noſter ubique nitet.
Incolit alta quidem, & nihilominus aſpicit infrà
Depreſſos humiles ſyderea facie.
Celſa colit celſus (quodq; eſt mirabile dictu,)
In cœlo & terra deſpicit alta Deus.
Suſcitat ah quoties vili de puluere egenum,
Immerſumq; inopem ſtercore ſæpè leuat.

gè cognoſcit, ſed non ignoſcit. ¶ In cœlo. Vt Luciferum, ac ſequaces eius. ¶ In terra. Vt gigantes à ſæculo famoſos: Nembroth quoque cum uiris illis, quos allexerat ad fabricandam turrim, miſſo fulgure diſturbauit, & turrem deiecit. ¶ Vtilide puluere egenum. Sic eleuauit Moyſen exulem, & cuſtodientem greges ſoceri ſui ſacerdotis Madianitarum, ſic & Ioſue miniſtrum eius. ſic & puerū Samuelem, ſic & Saul filium Cis Agaſonem ad regnum eleuauit, ita & Dauid paſcentem paruulas oues patris ſui. Et in nouo teſtamento fecit piſcatores ſui regni clauigeros; & cœleſtis aulæ Senatores. Me quoque ſartoris filium, & à grege patno patris mei, euexit ad vrbem ſtudiorum alumnam, & inter canonicos Papienſis Eccleſiæ nihil omnino tale merentem collocauit, & ſæpè pro præſulis vices tenere fecit indignum. Prædicandi quoque, & docendi munere dotauit. Et inter canoros olores ſuos me voluit annumerari. Sed heu me miſerum, quid reddidi tam munifico largitori Domino & Deo meo? Niſi mala pro bonis quotidie peccata peccantis addendo, deterior euado. Et qui alios doceo, meipſum non doceo. Quid ergo mihi ſupereſt? Niſi clamare cū publicano. Deus propitius eſto mihi peccatori. ¶ Demerſumq. In cœno voluptatu, & volutabro luti. Vt publicanos, & meretrices. Sic Zachæum & Matthæum, & Mariam peccatricem de immundo ſtercore eleuauit, ah quoties & nosipſos. ¶ Vt cum principibus. Cœleſtis militiæ, & militantis modo deinc & triūphantis Eccleſiæ. ¶ Sterilem. Vt Saram, Rebecchā, Rachelem, & Annam matrem Samuelis, Annam quoque matrē beatæ Virginis. Hic tamen melius intelligemus, gentilitatem, quæ vſque ad Chriſti tempora ſterilis, & infructuoſa fuerat. Nullum Deo populū in filium genuerat, & nullis bonorum operum fructibus ferax fuerat. Poſt Aduentum Chriſti ad prædicationem Apoſtolorum, & multos populos per baptiſmum in filios Deo generauit, & bonorum operum fertilis parens eſt facta. Hanc ſterilem etiam Eſaias propheta alloquebatur dicens. Lætare ſterilis, quæ non paris, quia multi filij deſertæ magis, quam eius, quæ habet virum. ¶ Naturæ vitio. Iuxta allegoricum ſenſum. Natura hic ponitur pro veterrima, & antiquiſſima conſuetudine mala gentilis idololatriæ, quæ adeò mundo inoleuerat, vt pro natura capi poſſit. Nam vulgo dicitur. Conſuetudinem eſſe alteram naturam. Alias enim propriè loquendo, natura hominum à Deo creata bona eſt. Vitium autem eius eſt peccatum originale, vitiorum omnium fomes perpetuus. Quod ex parentum carne corruptam contrahimus. ¶ Germen nouum. Fidelis populi. ¶ Hæc ſterilis quondam. More poëtico deſcribitur hic gentilitatis ſtatus antequàm ad Chriſtum conuerteretur. Sub perſona mulieris ob ſterilitatem repudiatæ à viro. ¶ Syluis opacis. In lucis obſcuris ante idola ſituatis. ¶ Domo. Quæ eccleſia fidelium. ¶ Coniugis ſui. Domini Dei. ¶ Exiles voces. Fortaſſe aliquorum ſapientum, qui lumine naturali, vel leuiter cernebant idolis nullum numen ineſſe. Qui & dicebant. Cauſa cauſarum miſerere mei. ¶ Irriguas. Pro irrigatas. Nam & terram, quæ facilè poteſt irrigari, dicimus Irriguam. ¶ Eductam ſyluis. Per apoſtolorum prædicationem. ¶ Aede. In parte Eccleſiæ, quæ partim conſtat ex Iudæis, & partim ex Gentilibus ad fidem Chriſti conuerſis. ¶ Toroq;. Nam & ſponſa eius dicitur dato libello repudij ſynagogæ Iudæorum ob infidelitatem & ſanctorum perſecutionem. Sicut & illis fuerat comminatus Iudæorum ob infidelitatem & ſanctorum perſecutionē. Sicut & illis fuerat cōminatus Dominus Ieſus: Amen amen dico vobis quia auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructum eius. ¶ Germine noua. Fidei. ſ. ¶ Prole mult, & pul. i. Chriſtianis populis in baptiſmo genitis, & in martyrio ad vitam æditis æternam. ¶ Lætificare domum. Cœleſtis Hieruſalem, de qua etiam dictum eſt, in domum Domini lætantes ibimus nos exultantes. Orandus eſt ergo Deus. vt in eius quam diu illi placet vtinam in ſupernam domum Domini lætantes introire, ipſamque Introitu noſtro lætificare, Et cum cæteris ſanctis eum ſine fine laudare mereamur. Amen.

B

Vt cum principibus ſuper alta palatia cœli
Collocet: æthereo fulgeat vtque polo.
Ecce facit ſterilem, quæ fletibus ora rigarat
Naturæ uitio, germen habere nouum.
Hæc ſterilis quondam ſyluis habitarat opacis,
Ventris vbi flerat damna dolenda ſui.
Namq; excluſa domo, quoniā infœcunda maneret
Coniugis amplexus fleret, & ora ſui.
Membraq; ſuprema macie confecta leuare poſſet
Vix poſſet: gemitus ædere vixq; leues.
Audijt exiles miſſas ad ſydera voces;
Irriguas lachrymis viderat ante genas.

Audijt omnipotens gemitus miſeratus amantem
Eductam ſyluis æde, thoroque locat.
Germine das florere nouo, dat prole parem,
Multiplici, & pulchra lætificare domum.

C

Matth. 8.

CVm genus Iſacidum Phario premeretur ab hoſte &c. Inuitantur in hoc pſalmo omnes gentes ad cognitionem, & laudem veri Dei, per mirabilia, quæ olim geſſit in eductione populi ſui de terra Aegypti, & in deſerto; atque introductione eiuſdem in terram promiſſionis, oſtendendo inſuper nullum idolis numen ineſſe; & propterea inanos indicat eos, qui illis diuinitatem attribuunt, & confidunt in eis, quibus neque ſenſus ullus ineſt. Dicit ergo. ¶ Cum genus Iſacidum. Gentis Hebrϵæ, quæ ab Iſaco promiſſionis filio deſcendit, non ab Iſmaele, qui ſecundū carnem tantùm natus eſt. ¶ Phario hoſte. Aegyptiaco rege, & populo eius. ¶ Seruitij. Pro ſeruitutis.

ODE CXIII. PSALMO CXIII.

In exitu Iſrael.

CVm genus Iſacidū Phario p̄meretur ab hoſte,
Seruitij impulſum eſt colla ſubire iugo.

Inque dies onerum grauiori pondere pressa
Incuruarentur fortia dorsa virùm.
Adiectisque probris digna, atque indigna relatu,
Cum ferrent miseri verbera sæua pij.
Horrendum, dictuq; nefas exponere prolem,
Cumque vrgerentur pignora chara neci.
Cum gemitu, & lachrimis suspiria corde trahētes
Fudere ad patrium vota, precesq; Deum.
Audijt omnipotens missas ad sydera voces,
Seruitij excussit libera colla iugo.

D tutis. Cogebant enim eos more seruorum in cophino seruire. ¶ Grauiori pendere. Nam ante in lateribus tantùm grauabantur faciendis, coquēdis atque deportandis, posteà verò, etiam in colligendis paleis grauati fuerunt. ¶ Adiectisq; probris. Contumelijs turpibus more superborum illos afficiebant. ¶ Digna atque indigna relatu. Mos est ita loquendi, quando nolumus exprimere conuicia, vel iniuriam turpem, propter uerecundiam nostram, vel audientum. ¶ Verbera. Siquid ausi fuissent hiscere super accepta contumelia, quin laterum numerus minime reddebatur expletus. ¶ Exponere prolem. In fluuio necandā. ¶ Cum gemitu. Optimum hic euadendi de tribulationibus remedium edocemur. ¶ Patrium. Quem coluerunt patres eorum. Deum, s. Abraā, Isaac, & Iacob. ¶ Excussit libera colla iugo. Est hypallage. i. iugum seruitij à collis liberis excussit. ¶ Inflictisque decem plagis. Quas in alio enumerauimus psalmo. Et in exodo habetur. ¶ Extorsit violenter. Ad vltimā plagam, qua extinxerat omnia primogenita Aegyptiorum, à regis primo vsque ad primum ancillæ molentis in mola. ¶ Exuuias. Spolia. ¶ Quam dilecta gens. Apostrophe est. Idest conuersio sermonis ad ipsam gētem Iudæorum. ¶ Iacobi. Quia duplicatum est nomen istius Patriarchæ, mysticè de nobis etiam vult intelligi. Nam filij Israelis erimus & dilecti si mundo corde per fidem Deum modò uiderimus, filijque Iacobi, si Dæmones, & vitia supplantauerimus. Siquidem tunc Israel est appellatus.
E quando dixit. Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. ¶ Gessæo solo. Ab Aegyptiaca terra. Siquidem habitauerunt fili
Gen. 32. Israel terram Iessen, quæ Græcè Gessen dicitur in optimo loco Egypti, quam sibi alius Pharao tempore Ioseph
Gen. 47. concesserat habitandam. ¶ Pandis. Omnibus notum esse facis. ¶ Cunctis sec. can. Vsque ad nostra tempora vbicumq; sunt Christi Ecclesiæ hic psalmus, In exitu Israel de Egypto ad vesperas cantatur. Cantabiturque usque in sæcula sæcul. ¶ Sanctificata. Ex depositione cultus idolorum terræ Aegypti, & à malorum consortio, &c. ¶ Colit. Eo modo, quo cultor vineam suam. Vnde & sæpè parabola vineæ à prophetis, & in Euangelio repetitur. ¶ Colas. Ames, honores, & adores. ¶ Splenduit. Fulgurum coruscatione, & igneæ columnæ splendore. ¶ Elicito. Per transitum ostendit, vnde creentur fulgura, quia ex nubium collisione. ¶ Hostiles acies. Dicebant
Horatius enim. Fugiamus Israelem, quia Deus pugnat pro illo. ¶ Terribilem cunctis. Vnde humanam audaciam increpans sæcularis quidam poeta dixit. Illi robur & æs triplex circa pectus erat, qui non expauit pontum & acroceraunia. ¶ Motus. s. Pontus, ad percussionem virgæ moysi de mandato Domini. Vide Hystoriam in exodo. ¶ Bissenas vias. Iuxta numerum. xij. tribuum. ¶ Agmina sed rediens. Ordo est. Sed pontus rediens gurgite vasto subruit uorticibus rapidis, agmina hostilia ausa sequi. s. Israelem eisdem vijs, quibus ipse fugie-
F bat. ¶ Lampade fulg. singularis pro plurali. ¶ Aera tetrum. Nimbis obscurum. ¶ Solus pontus. Mare rubrum, nam & alij torrentes, & fluuij idem passi sunt. Et subiungitur Iordanis recessus. ¶ Exuperas ripas. Erat enim id temporis, quo solutis niuibus vndecunque montani torrentes decurrunt ex altis montibus, & flumina regalia consueuerūt implere, quin & superfluere cogunt quandoque. ¶ Cessit & ipse retro. Hanc hystoriam vide in libro Iosue. ¶ Quin etiam montes. Hoc ad literam factum esse, & si apertè non habeatur in supradicta prophetæ hoc (eodem Spiritu) quo illa scripta est: enarranti. Præcipue cum in libro numerorum id futurum esse caneretur ijs verbis. Sicut fecit in mari rubro: Sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon: & recumberent in finibus Moabitarū. ¶ Exul-

Inflictisque decem plagis extorsit, vt ipsi
Vrgerent patrijs finibus ire procul.
Vtque Ægyptiacis læti egrederentur ab oris,
Auxilium exuuias grande dedere viæ.
Quàm dilecta Deo gens Israele creata,
Exitus hic magnus monstrat vbique tuus.
Quàm superis accepta pii domus alta Iacobi
Gessæo egrediens pandis ab vsque solo.

Hoc admirando cunctis seclisq; canendo
Iudæa egressu sanctificata viges.
In te habitans sanctus sanctorum præ omnib. vna
Gentibus acceptam diligit, atque colit.
Te colit, excultam cœlesti munere ditat:
Vt bene culta Deum, & sanctificata colas.
Atque tui in medio residens diuina potestas
Splenduit Israel castra inimica petens.
Terruit elicito densis, è nubibus igne
Hostiles acies, & Pharaona trucem.
Terribilem cunctis pontumque exterruit ipsum,
Subduxitque suas vndique motus aquas.
Factorique suo promptus patere reliquit
Bissenas tribubus sicca per ima vias.
Agmina sed rediens hostilia gurgite vasto
Vorticibus rapidis subruit ausa sequi.
Lampade fulgurea volitante per aera tetrum,
Non solus fugit pontus, & vnda minax.
Sed superans etiam ripas, spaciansq; per agros
Motus Iordanis cessit & ipse retrò.
Quin etiam montes scopulorum mole grauati
Exultauerunt ceu caper, aut Aries.
Exultauerunt humili quoque vertice colles,
Vt saliunt agni læta per arua noui.
Quid tibi, quid tanti discriminis euenit inquam,
Vt pauidum fugeres à mare grande minax?
Tu quoque Iordanis niuibus replete solutis
Instar montis aquas cur refluendo leuas?

tauerunt

tauerunt; Vehementer commoti sunt, ut saltantes quis eos posset existimare. ¶ Caper. Caprarum mas, & castratus ut aliqui nolunt. Mysticè loquendo, per mare significatur hoc sæculum, quod in transitu filiorum Dei ab infideli tate ad fidem Christi grauiter quidem commotum est: sed tamen cessit, nec potuit prohibere, quin duodecim Apostoli cum cæteris fidelibus ab Aegypto. Idest à tenebroso gentilitatis errore transierint ad agnitio- nem cultus veri Dei. Iordanis etiam & præbuit locum intrantibus in terram promissionis. Quia baptismata Pharisæorum, & Ioannis abolita sunt, & baptismo Christi cesserant, per quod intratur in regnum cœlorum. Metaphora ad mare, Iordanem & cæteros amnes, atq; colles Imperin Domini motos in transitu filiorum Israel. ¶ Pauidum. Epiiheton à contraria illius consuetudine, quo cuncti homines expauescunt. ¶ Niuibus solutis. Veris pluuij tempore, aurisq; Zephiri repentibus. ¶ Replete. Vt maius esset miraculum, ne uadosus propter æstum fuisse existimaretur. ¶ Refluendo. Retrò labendo. ¶ Leuas. In altum extollis, & hoc ad amplitudinem miraculi pertinet, quia in altum eleuatæ aquæ, in nullam infimam partem defluebant. ¶ Arnonem. De quo suprà. ¶ Moabitarum. Per quorum fines transierunt Hebræi. ¶ Datur. Hucusq; methaphora, nunc subsequitur responsio. ¶ Quem coluit Iacobus. Ne putaretur fuisse ex his, quos gentilitas delusa colebat. ¶ Propago pia. Progenies Iudæorum, quæ tunc temporis pro maiori parte uerùm Deum colebat, & si aliqui declinabant interdum ad Idola. ¶ Quid saxo aridius. Hic aliud enarratur miraculum in deserto, populo Dei exhibitum, quando ex petra Moyses sitientibus aquas eduxit, quod, quia cunctis notissimum est, præter eo, pro mystico sensu eorum, quæ supradicta sunt, sciendum est per depressionem collium significari depositionem superborum huius sæculi potentium, & per eleuationem aquarum Iordanis notari exaltationem baptismi, qui in ipso flumine primò initiũ accepit à Ioanne, & à Christo in eo baptizato, per petram verò virga percussã quid significatum fuerit, docet Apostolus, bibebant (inquit) ex petra, petra autem erat Christus, qui dum esset in Cruce virga lanceæ percussus dedit aquas, & sanguinem. vnde omnia noui testamenti Sacramenta uim suæ uirtutis consequuntur. ¶ Mollius. Color rhetoricus, qui dicitur à contrarijs. ¶ Saxa. Quin & saxea gentilium corda, eo quod saxea colerent simulachra, percussa Crucis uirga, hoc est compũctione peccatorum, & morte Christi meditatione aquas lachrimarum dederunt, sicut & modò lapidea pectora peccatorum interdũ memoria mortis Christi non solùm compunguntur, sed & liquent in lachrimas. Mellifluum in fontem. Tametsi Dominus bis legatur ex petra illi populo aquas dedisse: tamen hic est figura tautologia, qua per nimiam admirationem sæpius idem uariis repetitur sermonibus. ¶ Quandoq;. Pro quandocumq; & sunt hic tria aduerbia præteriti præsentis, & futuri temporis, vt omne tempus comprehendatur, semper enim Deus omnia sua opera facit admiranda licet aliqua nobis uideantur assiduitate uiluisse. ¶ Non nobis. Qui sumus indigni. ¶ Propagati. Vbiq; terrarum diuulgati. ¶ Sufficiat. Quia in omnibus nostris actionibus debemus diuinam gloriam quærere, ipse est enim, qui omnia bona in nobis operatur. ¶ Patrē pium. Pius pater est nobis Deus (vt docet Ambrosius) cum rectè uiuimus, iudex autem seuerus, cum peccamus. ¶ Responsa. Quæ per ora prophetarum populo suo nota fecit. ¶ Stetisse polliciris. Ea opere complenda, & præcipuè de Christo Redemprore. ¶ Veridicum. Nam præteritorum exhibitio nos futurorum facit esse securos, & maximè de resurrectione omnium ventura, & æternæ beatitudinis gloria. ¶ Nequando dicant. Gentiles, & cæteri fidei inimici. ¶ Vbi nam Deus altus eorum. Huic interrogationi infra per ipsum uatem respondetur, quia in cœlo Deus est, & vbique locorum, nec enim locus est, vbi non sit Deus, qui cum sit incompræhensibilis, nullo potest arctari loco. ¶ Mundi Dominum. Vt in illo psalmo, cuius initium est. Dominus est terra, & plenitudo eius. ¶ Super astra ferunt. Vt in psalmo, Lauda te Dominum de cœlis, &c. Et in alijs multis psalmis. ¶ Gentes. Omnes eo tempore præter Iudæos verum Deum ignorabant, nunc autem multi, & Christiani sunt, qui uerbis quidem confitentur se nosse Deum, factis autem reprobis negant: nam & inter nos inueniuntur, qui talia verba dicunt, iocosè quidem, vt fingunt, verum serio ex malis operibus dicta comprobantur. ¶ Corpora cernunt. Quandoquidem, &

A

Num. 20

1.Cor.10

B

C

Psal. 8. 103.135.

Tu quoq; Iordanis niuibus replete solutis
  Instar montis aquas cur refluendo leuas?
Cur super Arnonem inclinata cacumina vestra
  Legimus ò montes, ut caper, aut aries?
Vos etiam colles præssa ceruice minores;
  Cur Moabitarum transilijstis aquas?
Quare exultastis uelute cum matribus agni
  Si quando septis exilijsse datur?
A facie Domini mota est cum flumine tellus;
  A facie Domini traxit, & æquor aquas.
A facie Domini, toto quem corde Iacobus
  Isacides coluit, quemq; propago pia.
Quid saxo aridius? quid petra durius extat?
  Quid verò humenti mollius exit aqua?
Imperio Domini tamen vndas saxa dedere,
  In morem stagni petra refluxit aquis,
Mellifluum in fontem conuersa est aspera rupes;
  Imperio Domini cautibus exit aqua.
Nunc, olim, quandoq; facis miranda per orbem
  Immensum omnipotens hæc tua signa Deus.

Non nobis (inquam) non nobis, prospice famæ
  Iam propagati nominis almæ tui.
Tam malè promeritis nobis nihil inde resultet,
  Nomini adaptetur gloria summa tuo.
At miseris nobis miserans clementia Regis
  Sufficiat; patrem sat sit habere Deum.
Sat tua polliciis verè responsa stetisse;
  Sat promissorem veridicumq; fore,
Ne quando dicant, vbi nam Deus altus eorum?
  Quem mundi Dominum, quẽ super astra ferũt?
Ne quando gentes, quæ nil, nisi corpora cernunt,
  Ludentes dicant, vester vbi Deus est?
Ecce Dei nostri, quos æthere cernitis alto,
  Fulgere; nempe oculis numina nostra patent.
Iuppiter est ardens æther, qui iure mariti
Aera quæ Iuno dicitur, igne fouet.

D dem, & animas corporeas arbitrantur. ¶ Ecce Dei nostri. Ioppiter, & iuno, Phœbus, & Diana, Mars, Minerua, Mercurius Venus, & cætera, quæ sunt in cœlo syderum oomina. ¶Fulgere. Nunc tertiæ inflextoois est. ¶Aether. Quatuor elementorum oomina, pro diis colebat antiquitas, cum oon modò oumen, sed oeq, uita, aut sensus ullus eis insit, seruiunt aorem oniuersæ creaturæ ad nutum sui creatoris, quibus Angelica uirtus præest, regens ea, & ad imperiū Domini mouens illa: signaq, hominibus interdum miranda ostendens. ¶Neptunus. Tres Cretæs fratres fuerunt Saturni regis filij, quarta cum sorore, qui regno inter se diuiso pro diis, habiti fuerunt de qoorum origine lege lectaotium de falsa relig. lib. 1. ¶Dis pater. Quasi diuitiarum pater, quæ de terra cum ipsis fulgentibus metallis effodiuntur, hic erat Pluto, qui est Diabolus auarorum Deus, quem oos Mammona possumus appellare, ¶Alter à Ioue. Nam ille uiuorum, hic mortuorum pater existimabatur. ¶Baal. Sol hic est se putabatus, & uariis nominibus pro oariis idiomatibus appellabatur. Bellus hic etiam fuisse dicitur Assyriorū rex Nini pater, à quo erecta in foro statua pro Deo iussus est coli. ¶Aureus. Talis erat in urbe magna ipsius statuam, quam uti Deum colebāt habitante in ea Demone, qui consulentibus respōsa dabat, quò facilius persuaderet statuæ numen inesse. ¶Dagoo. Azotiorum Deus, in quem Sæua exercuit Dominus iudicia cum in eius templo Arca Fœderis à Phylistæis capta fuisset illata, de quo vide in lib. Reg. 1. ¶ Astarte, Hæc Asta-
3.Reg.12 roth alio nomine dicebatur, & pro Iunone colebatur, à Sydoniis, huic etiam templum condidit Salomon mulierum captus amore. ¶Numina. Simulachra hæc erant, quibus rudes populi credebant oumen inesse. ¶Non aspicitur. Carneis oculis: sed benè uidetur oculis fidei & intellectus, uisus est etiam Dominus, non in propria essentia, quæ mortalibus inuisibilis est: sed ea, quam uoluit assumpta facie: vt primis parentibus, antiquis
E Patriarchis, & Moysi, atq; aliquibus Prophetis: nouissimè in homine pro nobis assumpto Domi-

Demulcet Neptunus æquas, freta tollit in altum;
Diuitias terræ Dis pater ater habet.
Ecce Baal noster templo nitet aureus illo,
Argento fictus fulget, & ipse Dagon.
Aereaq́, Astarte multis iam præsidet aris.
Palpari, ac cerni numina nostra queunt.
Vester vbi Deus est? uos ammodò dicite nobis,
Qui non aspicitur, nec Deus est, nec homo.
Nos verò contra sentimus, & ore fideli
Te præter nullum dicimus esse Deum.
O fatuæ gentes, populiq; attendite stulti:
Ostendam vobis, noster vbi Deus est.
Est Deus in cœlo, magnum qui temperat orbem,
Quæ uoluit, fecit maximus omnipotens.

oo nostro Iesu Christo vniuerso uisus est populo, & post mortem cum ressurrexisset, visus est plusquàm quingentis fratribus simul, vt attestatur Apostolus, qui & sibi tamquàm abortiuo apparuit de cœlo loquens. ¶Nec Deus est nec homo. Quinimò, in persona D. N. I. Chr. Deus est, & homo. ¶Nos verò. Hic subiunguur respnnsin fidelium tam olim Iudæorum, quàm & modò Catholicorum. ¶ Te præter. Apostrophæ ad Deum ipsum. ¶ Nullum Deum. Iuxta illud, absq, me oon est Deus. ¶ O fatuæ gentes. Pulcherrima gentium increpatio, nam cum
Rom.1. phylosophi dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, vt docet Apostolus. ¶In Cœlo. Vbi facie ad faciem beatis se
Ioann.1. se spiritibus ostendit. Quæ voluit fecit. Sic & alibi. Dixit & facta sunt, mandauit, & creata sunt. ¶Rerum opifex cunctarum, Ipse est enim, qui fecit Cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt, omnia siquidem per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. ¶Camposq; liquentes. Maria omnia intelligit. ¶Populos. Inuisibili, & ab hominibus incomprehensibili quadam uirtute sua. ¶Omnia nempe videt Deus. Vode, & græcè θεὸς dicitur à τοῦ θεωρεῖν. quod est uideo. ¶ Inuisibilis ipse. Natura sua, iuxta illud. Deum nemo uidit vnquàm. ¶Nec tenet. Idest comprehendit totū, qualis, ac quantus est, excedit enim qualitatem omnem, ac quantitatem; pulchritudine, ac magnitudine virtutis. ¶Vbiq, Deum. Vnde & alibi dixit. Si ascen. in Cœl. tu illic es: si desc. in Inf. ades. Si assump. pen. & habet in ext. Maris. ¶At vos. O Pagani, & Gentiles oerūm Deum ignorantes. ¶Sydera lucida. Vt Sol, Luna, & planetæ, quorum pulchritudinem admiratæ gentes Deos esse puta-
F uerunt ¶Facta fuere Deo. Vt in primo Geneseos. fecitq; Deus duo magna luminaria, & stellas. ¶Sensu oitaq; carentia. Sunt enim corpora cœlestia, quę à virtutibus Angelicis ad Imperium Dei

Rerum opifex sapiens cunctarum: quæq́; gubernat
Rex superæthereᴀ celsus, & arce sedet.
Vnde elementa quatit, terras camposq; liquentes,
Vnde regit populos, lustrat & vnde polum.
Omnia nempe uidet Deus, inuisibilis ipse,
Omnia solus habet: nec tenet ullus eum.
Noster vbiq; Deus, nec cœlo clauditur ipso;
Totus & in, terris, totus vbiq; Deus:
At vos, quæ colitis, clari sunt lucida cœli
Corpora: quæ nostro facta fuere Deo.
Lumina sunt, sensu, uitaq; carentia; nullum
Numen eis: tantum Lampadis instar habent.

mouentur. ¶Lampadis instar. Hoc & Anaxagoras, & Socrates phylosophi naturali lumine illustrari cognouerunt. ¶Quat. hæc Elem. Ignis, qui & æther, aër, terra, & aqua. ¶Numine. Iouis, Iunonis, Neptuni, atq; Plutonis. ¶Intus. Sua magna inuisibiliq; uirtute. ¶Idola. Simulachra argentea, & aurea, inferiorisq; materiæ, est aūt hæc
Cor.8. Apostoli sententia, scimus (inquit) quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus Deus est nisi unus. ¶Baallis Astartæ, & Dagon. De quibus satis est suprà dictum. ¶ Corinthiaco ære. Quod noo solum ex ære rubro: sed & ex auro, argentoq; comixtis, fiebat, & erat triplex: ut docet Plinius, quem vide porrò Corinthij vasa huius æris cæteris gentibus mollius excudebant: de qoibus, & Maro. Excudent alij spirantia mollius æra. ¶Ef fossa metalla. Sic & Ouidius, itum est in uiscera terræ. Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶Vento. Ex aëre follibus accepto, & reddito, vt in fabrili officina licet aspicere. ¶Sculptilia. Tribus modis elaborabantur hæc Idolorum simula-

Quattuor hæc elementa quidem sunt grandia mole
Corporea: verùm numine cuncta carent.
Sed nec habent sensum, neq, vitam, & q̄ñ mouētur
Noster in his Deus est, qui mouet intus ea.

chra

A

Sunt Idola nihil uestri simulachra Baallis;
Astartæ nihil est; nullus & ipse Dagon.
Cernitis argento statuas, auroq; nitentes,
Quęq́ue Corinthiaco non minus ære micant.
Viscetibus terræ sunt hęc effossa metalla,
Nullum numen eis, sed neq; sensus inest.
Artificis manus hęc vento conflauit, & igni.
Inde Dei vestri fusilia hæc opera.
Sculptilia aut cœlo faber hæc excalpsit acuto.
Ex lapide, & ligno sunt simulachra Deùm.
Ora quidem speciosa videntur habere, sed inde
Nulla loqui possunt verba: nec esse cibos.
Sic oculos in fronte videntur habere decoros,
At semper clausos, & nihil inde vident.
Temporibusq́; aures patulas cernuntur habere,
Exaudire nihil sed tamen inde queunt.
Quas & habent nares nullo capientur odore
Fumifices illis thura Sabęa licet.
Extentásq́; manus opifex ea fecit habere,
Ast ut palparent, non potuit facere.
Erexitq́; pedes illis, quibus ire nequirent;
Nec starent, clauis ni stabilisset eos.
Guttur habent, ullas nec possunt promere voces,
Pectus adest, nec cor, quo meditentur, inest.
Ventris adest species, nec habet sua uiscera uenter,
Non caro; non sensus, uita nec esse potest.
Fiat ei similis stultus fabrefactor eorum,
Et qui confidunt insipienter eis.
Quæ noua stultitia est thecæ confidere inani?
Numquid opem dat inops, viuificatq́; nihil?
Aurea nunc gentes, uel saxea numina adorent,
Confidant in eis, auxiliumq́; petant.
At domus Isacidum ueluti sperauerat olim,
In cœli Domino fiderat atq; suo.
Nunc quoq; fidat ei, speretq́; per omnia sæcla.
Hunc adiutorem semper adesse sibi.

cla, aut enim igne resoluta metalla fundebãtur, & fusilia dicebantur, aut malleo excussa per laminas ducebantur, & ductilia vocabantur, aut cœlo instrumento, quod & scalpellum dicitur scalpebantur, & mutata litera sculptilia appellabantur. quibus etiam modis sanctorum nostrorum elaborantur imagines, de quarum debita ueneratione alibi dictum est. ¶Ora quidem. Ab effectu probat ea nullũ sensum uiuentis in se habere. ¶ Nec esse. Idest comedere. ¶ Videtur habere. Signato usus est uerbo, nec enim uerè habent oculos, ora nares manus aut pedes, & cætera quæuis membra, sed ea uidentur habere, ab artifice ita benè conficta. ¶Aures patulas. Idest semper apertas, quia occlusas semper eas habent, nescit enim artifex huiusmodi uerum caput efficere: sed omnia huiusmodi sunt conficta. ¶Temporibus. Capitis dextra, leuaq; partibus. ¶Exaudire. Vt porò sensu auditus, sicut & cæteris carentia, mysticè ignorantes cæci dicunt rudes, atq; indociles surdi muti qui nesciunt os aperire ad Dei laudes nec ad loquendum utilia, non odorantes indiscreti, nihil gustantes insulsi, non palpantes, qui nihil bona operantur, non ambulantes, qui alios docent, & ipsi nihil, ex his uolunt facere; vt Pharisei qui & onera grauia, atq; importabilia humeris hominum imponebant. Digito verò suo nolebant ea mouere. ¶Thura Sabea. Quę suauissimi sunt odoris, est autem Saba regia Ciuitas Aethyopiæ Arabiæ felici vicina, quæ & Meroes dicta est Thuris fertilissima, ab hac urbe uenit Regina usq; in Hierosolymam audire sapientiã Salomonis. ¶Ea. Simulacra. ¶Extentas manus. Quasi paratas ad danda munera, quorum munificentia quidã Tyrannus templorum spoliator dicebat sese vti uelle, tollendo quæ manu porrigebant. ¶ Facere. Quia sensum præbere solius Dei veri munus est. ¶ Guttur habent. Idest anteriorem colli partem ad similitudinem gutturis humani effinctam. ¶ Promere uoces. Quæ per arterias à pectore intrinsecus flatu ascendente, in gutture & ore formantur, vnde, & cantores interdum dicuntur in gutture cantare. ¶Cor. Verùm & viuum, in quo & sedes animæ est ac cogitationum seminarium. ¶Ventris adest species. Idest similitudo quædam extrinseca, non verus uenter. ¶Sua viscera. Intestina. ¶Stultus. Qui adorat opus manuum suarum. ¶Nihil. Idest vita carens, & sensu, responde non, quia impossibile id est. ¶Adorent. Ironica locutio, quæ in sola prolatione discernitur à concessione, est enim elegans modus isto prohibendi, quò maximè maiores erga minores utuntur, & irati. ¶Olim. Temporibus Moysi, ac Iosue, & multorum ducum post illos. ¶Per omnia secla. Nam, & si Iudæi Isaci genus secundum carnem temporibus istis videantur omnino eiecti de populo Dei, quia tamen promissionis filij in semine iuxta Apostolum computantur etiam si ex gentibus sint secundum carnem, ideirco dicimus eos, qui Isaac, filioq; Iacob moribus atq; fide similes fuerint, inter Isacidas atq; Israelitas deputari; iuxta uerbum Domini, quia multi ab oriente uenient, & occidente, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni eicientur in tenebras exteriores, illic erit fletus, & stridor dentium. ¶Deus hic noster. Cœli terræq; factor ac Dominus. ¶Affuit præsens. Fautor, & fœlix: nam uocauit illum ad summum sacerdotium cum posteritate sua, misertusq; est eius in fabricatione Idoli, ne interficeretur, ut meritus fuerat; exaudut etiam illum sępius orantem pro salute populi periclitantis. ¶ Domus illius. Progenies familiaq; illius, non tam carnalis, quã spiritualis, hoc est deuoti Sacerdotes, altarisq; ministri etiam nostri temporis: nam translatum fuit eius sacerdotium in Christum. ¶ Qui timuere. Tempore legis antiquæ. ¶Modò. tempore legis Euangelicæ, quæ & gratia dicitur: nam per Moysen quidem lex data est, per Christum uerò gratia & ueritas facta est. ¶Armatus. Contra spiritalia nequitiæ in celestibus, (ut docet Apostolus. ¶Sub Clypeo protectionis suæ, vnde & Dauid ipse in

B

Matth. 8.

C

Vtq; fuit quondam Deus hic protector eorum,
Sic præsens aderit, proteget atq; modò.
Vtq; Sacerdotum princeps sperauit Aaron,
In domino, præsens affuit atq; sibi.
Sic domus illius spem uiuam ponat in illo,
Et protector eis fiet; opemq; dabit.
Qui timuere Deum, ueluti sperasse salutem
Legimus in Domino: venit, & inde salus.
Sic quoscumq; modò castus timor iste remordet,
In Domino sperent: auxiliumq; dabit.

Ioan. 1.

D alio psalmo clamauerat Apprehende arma,& scu
tum Domine, & exurge in adiutorium mihi, Pau
Rom.7. lus quoq; exclamans aiebat, infelix ego homo,
quis me liberabit de corpore mortis huius? & sub
iunxit, gratia Dei per Iesum Christum Dominũ
nostrum. ¶ Promptior. Comparatiuum pro po
sitiuo. ¶ Hæc benedictio. Missionis Christi filij
sui, sicut Abraæ promiserat, in semine tuo (in-
Gal.3. quit) benedicentur omnes gentes, quod est Chri-
stus vt Apostolus attestatus est. ¶ Quin aliosque
super. Anastrophæ, idest & super alios, intelligit
autem gentium omnium populos. ¶ Glebæ. Idest
temporalibus bonis, in fertili possessionis terra,
de qua dictum est, quòd lacte flueret, ac melle.
¶ Cœlitibus. Spiritalibus gratijs, & demum re-
gno cœlesti, quòd in Apostolis ac successoribus
abundè impletum est. ¶ Extis pinguibus. Quæ
dabantur illis ad sacrificandum, simulq; ad con-
uescendum, porrò per hæc, deuotio sacerdotum,
& charitas significatur, iuxta quòd alibi dicitur,
Iob.1.& vlt. sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea,
& labijs exultationis laudabit os meum. ¶ Olim.

Fortis ut armatus fiet protector eorum;
Sub clypeo tutos acer opemq; feret.
Nonne fuit Dominus nostri memor, inq; salutem,
Promptior; vtq; parens nos benedixit amans.
Nec diuina super nos hæc benedictio tantùm
Cœlitus effusa est: quin aliosq; suprà.
Israelis enim domui benedixit; & illam
Ditauit gleba, cœlitibusq; bonis:
Sic & Aaronis proli benedixit, & illam,
Extis impleuit pinguibus arietum,
Qui sese metuunt cunctis ex gentibus olim
Extendit palmas; & benedixit eis.
Non solùm magnos, benedixit, & inde pusillos,
Qui puras tollunt sydera ad alta manus.
Vos super adijciat, uestros atq; nepotes,
Ingentem numerum millia mille ducum.

Sicut Iobhusseo, & Achior, Moabitidi, Raab quoq; meretrici hiericuntinæ, & Ruth, & obstetricibus. Aegyptiis,
de quibus legimus, quia magis timuerunt D. Deum, quàm regem Pharaonem: quòd ædificauerit eis domum.
¶ Expanditq;. Ad largienda munera temporalia, & spiritualia, ¶ Magnos uirtute. Non sola potentia sæculari,
aut operibus, uel corporis proceritate, quos ut plurimum superbientes, ac lasciuientes, & seruos Dei comprimen
tes deponit de sede, & dimittit inanes. ¶ Pusillos. Idest simplices, & humiles, quales erant illi, quibus dictum est à
Luc.12. Domino. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestrò dare vobis regnum. ¶ Vos super adiiciat. Apo
E strophè; ad Apostolos. ¶ Vestros nepotes. Apostolorum successores. ¶ Ducum. Prælatorum, & maximè: Epi-
scoporum. ¶ Legio. Numerus finitus pro infinito, neq; enim possumus scire numerũ beatorum Marty. Confess.
Virginum, cæterorumq; sanctorum, qui omnes
militarunt in castris Ecclesiæ, aduersus tenebra-
rum harum potestates, eorumq; satellites, militia
quippe est vita hominis super terram: ut dixit Iob
& Apostolus docuit. ¶ Fortia pectora hoc maxi-
mè in martyribus claruit. ¶ Arma. Non quali-
bus utuntur milites sæculi: sed qualia nos horta-
Eph.6. tur Apostolus sumere, sumite (inquit) armaturã
Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli;
quoniam non est nobis colluctatio aduersus car-
nem, & sanguinem: sed aduersus principes, & pote
1.Tim.6 states. ¶ Annonam. Pro victu, & uestitu corporis,
quem habẽtes serui Dei debent esse contenti, iux
ta doctrinam Apostoli, item annonam spiritua-
lem pro cibo animæ, quæ est Eucharistia, & uerbũ
Dei, panis enim meus (ut ait ipse Christus) verè
est cibus, & sanguis meus uerè est potus, & rursus,
non in solo pane uiuit homo, sed in omni verbo

Et cuiusq; Ducis legio sua signa sequatur,
Fortia mirantes pectora, & arma uirûm.
His super annonam, merita atq; stipendia, palmas,
Adijciat torques, præmia digna virûm.
Insuper emeritis iam parta in regna vocatis
Distribuens campos se super addat eis.
Pectore magnanimo inuictis heroibus ipso
Nulla potest merces aptior esse Deo.
Vt cum fortici fuerint cœlestia regna
Tuq; illis fueris præmia summa datus.
Tum dicemus eis; hilari quoq; voce canemus,
Viuite fœlices terq; quaterq; Deo.

quod procedit de ore Dei. ¶ Stipendia. Sunt uaria gratiarũ dona. ¶ Palmas. Post uictoriam. ¶ Torques. Hæ sunt
coronæ gloriæ, uel ipsa immortalitatis stola. ¶ Præmia. Vitæ æternæ, qui & denarius diurnus dicitur. ¶ Cãpos.
Barath.3 latitudinem innuit regni cœlorum. De qua alius dixit propheta ò Israel quàm magna est domus Dei: & in-
gens locus possessionis eius. ¶ Terque quaterque. Septennarius numerus uniuersitatem significat, & per-
fectionem. ¶ Qui cœlum, & terram. Etsi possit esse anadiplosis, replicatio sermonis, melius tamen est vt in se-
cundo loco intelligamus rationalem terram, in cœlos, hoc est in sedem Dei esse conuersam. Iuxta doctrinam
diui Gregorij, in Homelia super illo loco. Simile est regnum cœlorum. Vbi docet sanctorum animas esse re-
F gnum cœlorum. ¶ Astra micantia. Ex hoc spiritaliter intelligendum est more Christiano, non gentilium ritu, qui
asscrebant Reges, & Imperatores suos in astra
cœli conuerti. Vnde & Maro dixit. Ecce Dionei
processit Cæsaris astrum. Sed potius iuxta illud
Dan.12. Danielis, Qui autem docti fuerint, fulgebunt
quasi splendor firmamenti: & q ad iustitiã eru-
diunt multos: quasi stellæ in perpetuas æterni-
tates. ¶ Superætherei. Non huius, quod dicitur
firmamentum, in quo sunt Stellæ fixæ: quas vi-
demus nocte fulgere. Sed paradisi. Vbi neque
solis huius, neq, Lunæ, uel stellarum istarum
opus est. Nam ibi Lucerna est Agnus, qui &
Sol iustitiæ dicitur Christus Deus noster. Ibi
Lunæ Virgo Maria; & pro stellis immensus san
ctorum splendor. De quo autem cœlo intelli-

Viuite fœlices benedicti à Rege superno,
Qui cœlum, & terram fecit, & astra poli.
Qui cœlum, & terram simul astra micantia cœli,
Vos superætherei fecerit esse sui.
Est cœlum cœli Domino, cui præsidet ipse:
Ast hominum natis infima terra data est.
Cœlum (inquàm) cœli Domino, q præminet orbi,
Quod superæthereum est, quod ratione viget.
Est anima excellens, summo mens cuius olympo
Versatur, mundum sub pedibusque tenet.

gat subiun-

A

Angelicos imitata choros supereuolat altè
Obtutu Domino figitur inque suo.

gat subiungitur. ¶ Est cœlum cœli Domino. Idest, Olympus, qui & paradisus appellatur sedes omnium beatorum. Vbi Dominus Deus facie ad faciem sese ostendit eis. ¶ Hominum natis. Habitandam, sedum hac carne corruptibili circundantur adhuc. ¶ Ratione viget. Quia in eo non nisi rationales habitant creaturæ. ¶ Est anima excellens. Delectati sumus in carmine varios complecti intellectus. Vbi verba psalmorum paulò videbantur obscuriora, sicut & variè à sanctis doctoribus exponuntur. ¶ Mundum. Idest Pompam omnem mundanam, & quæ in mundo delectabilia uidentur. Obediens illi præcepto. Nolite diligere mundum. 1.Ioan.2 ¶ Hunc. Dominum, qui ad se suspirantes accurrit, quin & ipse sæpè stat ad ostium inuitantis amici & pulsat. Dicens si aperueris, intrabo, & tecum cœnabo tuque mecum. ¶ Vt magnes. Supple trahit ferrum. ¶ Solio aureo. Ardenti Charitate substrato. ¶ In arce. Apoc.3. Hæc ratio est. ¶ Instruit ipse. Interiori inspiratione. ¶ Insinuat sese. Latenter ingreditur & docet. Qui talia non est expertus, uix potest hæc intelligere. ¶ Ante canit. Prædicit. Vt Petro, & Paulo Apostolis. ¶ Præmia. Sicut Abraæ legimus eum dixisse noli timere. Ego ero merces tua magna nimis. Gen.14. ¶ Thronus. Sedes imperialis. ¶ Atque tribunal, Iudiciaria sedes. ¶ Solium. Regia sedes. Tot nomina posita sunt sedium, vt cognoscamus ad quantam venerit excell. anima perfecti uiri, in qua Deus sedet, vt Imperator, vt Rex, & iudex. ¶ Illi animæ. Iam dictæ perfecti uiri. ¶ Terram viuam. i. Rudes homines viuos quidem, sed adhùc terrena sapientes. ¶ Effingat. More figuli in uas utile, & in honorem Ecclesiæ Dei, quæ magna est domus eius. de qua Apostolus: In magna (inquit) domo multa vasa sunt necessaria, alia quidem in honorem, & alia in contumeliam. Rom.9. ¶ Verset. Ab agricolis sumpta translatio. ¶ Fructum suum. Sibi proprium, & congruum, & præcipuè operum pietatis. ¶ Paulatim. Quia nemo repentè fit perfectus. ¶ Transit. Ambulando de virtute in virtutem. ¶ Alta arce. Mentis, de qua suprà. ¶ Irretit. Delinitendo capit. ¶ Corda. i. Animas, quarum sedes præcipuæ sunt corda. ¶ Læthali vulnere. Peccati mortalis. ¶ At tibi. Deo. Nam ad illum apostrophe est. ¶ Puluere terreno. Nam (vt ait Augustinus.) Qui terram diligit. Terra est. ¶ Sepulta. Per malum habitū & abusum longum. ¶ Quatriduana. Allusio est ad Lazarum mortuum iam quatuor dies habentem in sepulchro. Per quem significatur mala consuetudo peccatoris. De quo suprà. ¶ Patria. Cœlesti si moriantur impœnitentes. ¶ Lumine vitæ. Intellectus, dum hic viuunt. Post mortem. Luce beatæ vitæ, & immortalitatis æternæ. ¶ Laudabunt. Blasphemabūt potius, vt hic solebant. ¶ Nec magis. Etiam hic viuentes. Nam propter eos blasphematur nomen Domini tota die. ¶ Vita. Deo. qui uera est vita piorum. ¶ Miseris. Suggesseris, se vates cæteris in exemplū proponit, nihil enim habemus, quod Domino retribuamus, nisi amorem, & laudē. Sit ergo Laus Deo in sæcula sæculorum. Amen.

Hunc trahit vt magnes, solioq; hunc excipit aureo,
Quod summa extructum mentis in arce tenet.
Vnde sibi soli docilem pater instruit ipse:
Insinuat se se pectoribusque viri.
Cor mundum lustrat: monitis præmunit amicis.
Quæ ventura sibi præscius ante canit.
Quid fugiat, faciatùe, docet, quo quemq; laborem
Exuperet pacto; præmia quæque ferat.
Illa sibi est cœlum cœli: thronus, atque tribunal,
Excelsum & solium, iudicat vnde Deus.
Illi dat terram viuam, cœlumque futurum,
Quam sensim effingat: verset, & erudiat.
Cumque diuuersata, labore exercita multo
Reddiderit fructum cum benè culta suum.
Ipsa quoque in cœlum paulatim transit, & alta,
Susceptura Deum præparat arce thronum.
At quos delitijs irretit blanda voluptas,
Quorum læthifero vulnere corda ferit.
Puluere terreno quorum sunt corda sepulta,
Inueterata malis quatriduana iacent.
Viuere qui mundo reputantur, & esse beati,
Sed tibi defuncti sunt, nimis & miseri.
Hi patria extorres, cassi quoq; lumine vitæ
Non te laudabunt, nec tua facta canent.
Nec magis ac illi, qui dudum in Tartara lapsi
In fera præcipiti sponte ruere, canent.
At nos qui fruimur vita, qui luce potimur
Interna: laudum carmina digna damus:
Nunc olim quotiesq; nouas in carmine vires
Tu mihi cantanti miseris alme Deus.
Te regem æternum, dominumq;, Deumq; potentē,
Atque tuas laudes pectore, & ore canam.

B

C

Perdita sicut ouis &c. Qua dilectione teneamur prosequi Dominum nostrum Iesum Christum, hoc psalmo ostenditur, qui nos vt oues errantes quæsiuit, & inuenit, suisque humeris ad caulas reportauit. est autem nota ex Euangelio hæc parabola, quæ super illo uersiculo alterius psalmi fundata est. Erraui (inquit) sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum Domine &c. Dicit igitur. ¶ Perdita sicut ouis. Tunc genus humanum uelut ouis erratica perijt, quando per transgressionem primi parentis pascua uitæ dereliquit. Similiq; modo nos omnes sæpè aberramus quando præuaricantes legē Domini ab Ecclesia peccando eximus. Vnde & Esaias dixit. Nos omnes sicut oues errauimus. Vnusquisque in uiam suam declinauit. ¶ Per deuia. Iniquitatum. ¶ Fortè. Hoc dicitur ad demonstrandum liberum mentis arbitrium. ¶ Pia sarcina. Hoc factum fuit in passione Domini N.I.Chr. Nam Dominus posuit super eum omnium nostrum iniquitates. ¶ Balat & ipsa. Hoc primùm factum est in Ascensione eius. Quando Angeli congratulati sunt. Humanæ Math.18 Luc.15.

ODE CXIIII. EX PSALMO CXIIII.

Dilexi.

PErdita sicut ouis perdeuia quæque pererrans,
Si quæsita diu fortè reperta fuit.

Dum pendet noto veluti pia sarcina dorso
Blandi pastoris mitis vbique tacet.
Ast vbi deposita ad caulas se conspicit esse.
Balantum in medio balat & ipsa grege.
Mox tamen ante pij pastoris ob ambulat ora
Nescio quid querulo murmure visa loqui.
Eius & ante pedes balans prosternitur; acsi
Erroris veniam posceret ore dari.
Siue memor potius quo sit diuulsa periclo
Euasisse feras gratulabunda iacet.
Lambit & ore manus, tremebundaque voce dolorē
Indicat, atque illum quàm vehementer amet.
Sic ego, sic dudum chari patris æde relicta
Erraui profugus per loca multa diu.
Per nemora, & saltus, & per deserta ferarum
Spelæa huc, illuc exul agebat inops.

D naturæ super cœlos eleuatæ. Et ipsi sancti patres inter Angelos collocati cum illis lætati sunt. Fit & quotidie in peccatorum conuersione: dicit.n. Dominus maiorem in cœlo fieri Lætitiam super uno peccatore pęnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. ¶ Mox tamen: Gratias actura de sua ereptione, & restituta incolumitate. ¶ Querulo murmur? Vt Quare me dereliquisti Domine: ¶ Prosternit? Hoc fit in confessione peccati. Quando & coram Deo & ante sacerdotem prosternimur. ¶ Quo periclo. Inferni.s. ¶ Feras. Dœmones in peccatores efferatos. ¶ Quam uehementer amet. Dolendum siquidem nobis est propter offensam, & amandus propter reparatam salutem media eius passione. ¶ Ego. Seipsum vates accusat: siue propter vniuersalem culpam omnium. Quia in multis offendimus omnes. Et non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Siue propriæ memor culpæ, quam propter Betsabeem contraxerat. De qualitate in psalmo. L. ¶ Chari patris. Ingreditur narrationem alterius parabolæ euangelicæ de filio prodigo, quam etiam uti omnibus cognitam prætereimus. ¶ Per nemora &c. Hæ sunt difficultates peccantium, in quibus obuoluuntur præuaricatores legis Domini. Miseram enim vitam ducunt sub seruitute rectoris tenebrarum. ¶ Exul. Voluntate licet discesserat ab urbe Domini, quæ est, Ecclesia, iustitia tamen exigente plectebatur exilio, donec inuenta apud regem gratia iterum reconciliaretur. ¶ Inops. Virtutum, nam omnes ex vno vitio detrimentum recipiunt. ¶ Girouagum. Pessimum hoc genus

Luc. 15.

Girouagum specula, tandem miseratus ab alta
Me pater aspexit, meq; precatus ait.
Siste gradum, miserande puer; desiste vagari,
O mea, chare puer, maxima cura redi.
Conuersus redij, atque domum reuocatus adiui:
Cum gemitu, & lachrymis in faciem cecidi.
Erroris veniam genitor mitissime posco:
Da veniam fasso: da precor alme pater.
Da dextram misero: quia nam me voce vocasti?
Dilexi: & redij tractus amore tuo.
Dilexi, iam me nolite repellere retrò
O famuli, hic adsum vinctus amore patris.
Dilexi, quoniam Dominus me exaudijt, inquam,
Admisitq; meas mitis in aure preces.
Sum certus, quoniam supplex oratio nostra
Digna erit auditu, quodq; rogamus, aget.
Nonne videtis vti senium pia lumina flexit?
Aurem inclinauit blandus & ipse mihi?
Annuet optatis omnino: cædite, dicam
Quæ mecum tacitus præmeditatus eram.

E monachorum est, ait diuus Benedictus: qui corde leues, mente instabiles, nullibi certas sedes figunt. ¶ Specula ab alta. Ex sione intelligit, quæ sic interpretatur. ¶ Pater Deus. Alludit ad prædictam Euangelij parabolam. Mysticè per hoc innuens, quia frustra peccator conatur à cœno iniquæ voluptatis assurgere, nisi præueniat illum diuina gratia, quæ manus ei porrigat adiutrices. Vt in alio psalmo. Vanum est vobis ante lucem surgere. ¶ Siste gradum i. Desine tantisper ab iniquo opere committendo. ¶ Vagari. Vt absque fræno equus. ¶ Puer. Serui, & filij vocabulum est. ¶ Redi. Domum patris, vnde sponte recessisti. ¶ Conuersus redij. Ecce obedientia. Videte (inquit Apostolus) ne quis desit gratiæ Dei. Neque enim funib. aut cathenis ad se peccatores pater trahit, sed amore. Iuxta illud; trahit sua quemque voluptas. ¶ Cum gemitu. Ecce vera contritio. Nam in quacumque hora ingemuerit homo peccatum suū, dimittam ei dicit Dominus. ¶ In faciem cecidi. Ecce humilitas verè pœnitentis. ¶ Veniam posco. Hæc est salubris confessio. Iuxta illud. Deus propitius esto mihi peccatori. ¶ Fasso. Sic & alibi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meam. Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. ¶ Dilexi. Nunc ingreditur vates in psalmum. ¶ Repellere retrò. Duritiam innuit falsorum iustorum, qui redeuntibus dedignantur peccatoribus ad similitudinem antiquorum Pharisæorum, qui dicunt recede à me, quia iustus sum, noli me tangere. ¶ Digna erit auditu: Vt exaudiatur, Etenim oratio humiliantis se penetrat nubes. ¶ Cedite. Quasi ad propellentes loquitur. ¶ Dū licet. Per annos vitæ præsentis: & maxime. Dum adhuc homo peccare potest, ne dicatur ei. Peccata deseruerūt te, non tu illa. ¶ Dies claros. Qui à morte obscurantur.

F

Dum licet, atque dies cerno lucescere claros,
Quos veniæ orandæ fixerat ante mihi.
Mitis & alme Deus Rex ò clarissime regum,
O superúm, atq; hominū didicis, amansq; pater.
Respice me miserum quanti obsedere dolores.
Vndique vicinæ mortis & horror adest.
Dura quoque inferni iam me inuenere pericla,
Stant diræ facies, imminet ignis edax.

¶ Mitis & alme Deus. Hæc est oratio uagi filij ad patrē Deum reuersi. Et comprahendit in se reliquum psalmi; ¶ Respice me. Quia respicere Dei, est misereri; vnde & allegat suam miseriam. ¶ Vicinæ mortis. Quia quocunque ingredimur, sequitur mors corporis umbram. ¶ Inferni pericla. Mortis memoria & pœnarum inferni consideratio cumpunctioni, & pœnitentiæ peccatorum multum confert. Iuxta illud. Memorare nouissima: & in æternum non peccabis. ¶ Diræ facies. Furiarum inferni. ¶ Ignis edax. Quo non solùm corpora, sed etiam animæ excruciantur, nec

A

Anxius in tribulos me me timor egit acutos,
Et dolor inuentus me vehemens pupugit.
Nec minus ac paleas me tribula dura, trahæque
Suppositas cultris comminuere suis.
Vnde tuum nomen iam terque quaterq; vocaui,
Nunc etiam vt præsens sis Deus alme voco.
O domine, è tantis animam dignare periclis
Eruere; atque operi consule quæso tuo.

tamen umquã consumuntur. Sicut & in præsenti vita fieri uidemus igne cupidinis, & facibus auaritiæ, nec non & flammis iracundiæ, ambitionis, & cæterorum vitiorum, quibus quotidie experimur modò corpora, sed magis animas torreri. ¶ Tribulos acutos. i. In acerbissimam tribulationem. Similitudine ab hominibus sochoth, qui à duce Gedeone tali pęna contriti sunt, de qua & alias suprà diximus. ¶ Dolor inuentus. Idest sponte assumptus ex compunctione peccatorum. Qui valde salubris est. ¶ Tribula. Instrumentum rusticum, quo triticum super area teritur. ¶ Trahæque. Crates grandis, dentibus ferreis præfixa, qua stipulæ, & glebæ comminuuntur in campis. A trahendo dicta. Per hæc autem insinuat uehementiam doloris ex peccatorum cõpunctione. ¶ Terque quaterque, Idest sæpissimè. De his dictionibus, ac numero per eas designato satis alibi dictũ est. ¶ Sis presens. Modò propitius. Iuxta illud. Deus propitius esto mihi peccatori. ¶ Periclis. Animæ & corporis, quæ innumera sunt. Nam & omnis creatura inultionem Dei armatur contra insensatos. ¶ Operi tuo. Naturale quippe est cuicumque suis operibus, vt conseruentur, prospicere. ¶ Pium. Modò clementem significat nihil. n. magis decet principem, quàm clementia. ¶ Prospice. Respiciendo consule, cui proprium est misereri. ¶ Fas fuit. Benè dixit fas. Quia ut sacrorum canonum interpretes dicunt, fas diuina respicit. Ius autem humana. ¶ Obiectare periclis. Vt vexatio daret intellectum. ¶ Frangier. Pro frangi. Paragoge est. ¶ Tantis malis. Vt q stultus fuerat in culpa. sapiẽs fieret in pœna. ¶ Mulctare. Pecuniæ iactura afficere. Hæc enim mulcta est. ¶ Damnis. Cæterorum bonorum. Vel etiam amicorum, & necessariorum amissione. ¶ Flagellis. In carne nimis obesa, incrassata dilatata, & recalcitrante: vt morborum ac ulnerum afflictione. ¶ Tusa retusa. Sæpius afflicta. Est autem facta allusio ad verba Anaxarchi Philosophi. Qui cum tyranni iussu cęderetur dicebat. Tunde retunde Anaxarchi sacculum: nam Anaxarchum nihil tundis. ¶ Vexatio. Etenim (vt dicebat Esaias propheta) omnis violenta prædatio cũ tumultu. Sunt quippe nonnulli, qui aliter nesciũt ad Dominum nisi malis attriti fuerint, conuerti. ¶ Me mihi restituit. Anadiplosi figura. i. Geminatione sermonis vsus est, ut attentum faceret ad rẽ mirabilem, quæ penè uidetur impossibilis. Et tamen verissima est. Semetipsum quidem homo peccando perdit, cum intellectum (quo homo est) amittit. Verùm cùm Dei gratia reparatur, intellectum. Idest semetipsum recuperat. ¶ Restituat te mihi. Plenius. s. Nam nisi redijsset ante ingratiam, nec sibiipsi fuisset restitutus. ¶ Paruorum. Spiritu, magis; quam corpore. Idest humilium. Nam & Angeli eorum semper uident faciem patris qui in cœlis est. Ventum. Superbiæ. ¶ O mea anima. Apostrophe ad animam suam. ¶ Quæ genus. i. Quæ nobili sis genere. Filia siquidem Dei est, ad imaginem & similitudinem eius creata. ¶ Vnde domo. Cœlesti. s. non terrestri vt corpus. ¶ Origo tua. Nam à Deo ipso immediatè creatur, & in organizata infunditur corpora. ¶ Quandiu fueris peruersa. Supple, aspice quæso, quod est supra. ¶ Conuertere. Plene. s. & cum firmo proposito perseuerandi in continuo seruitio Dei media eius gratia. Vnde adhoc propositum dicit Augustinus, O pęnitentes si tamen estis pœnitentes, & non irridentes, emendate vitam, mutate mores. ¶ Reparata. Per secundam tabulam quæ est pęnitentia per Christi passionem. Qui pro peccatoribus ad pęnitentiam vocandis asseruit se uenisse. ¶ Gratus. Nam gratiarum actio alterius est beneficij petitio. Ingratitudo uero iam concessi reuocatio. ¶ Quanta. Sed quis ea ponderet, metiatur, aut enumeret? ¶ Dic age. Vt alios quoscunique ad pœnitendum suo prouocet peccatores exemplo. ¶ Rapuisse. Pro eripuisse. Gratiam suæ misericordię, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. ¶ Manantibus. Pro effluentibus. ¶ Vltrò. Non coactè propter solam miseriam: cuius multos magis piget, quàm pęniteat peccatorum, quibus,

Te decet esse pium; miseris miserator adesse
Nempe soles: misero prospice, quæso mihi.
Fas fuit ingratum caput obiectare periclis,
Me sineres tantis frangier atque malis.
Iustus vt es iudex, profugum mulctare rebellem
Te decuit damnis, & premere exilio.

B

Rectus ut esq; parens, duris auersa flagellis
Præciperes gnati cædere dorsa tui.
Ad sanam mentem donec correcta redirent
Pectora tam crebris tusa, retusa malis.
Ast intellectum postquàm vexatio lapsum
Erexit, proprio restituitque loco.
At fatuum culpa, sapientem pœnaque fecit
Debita; me postquàm restituitque mihi.
Me mihi restituit: tibi me parere vocanti
Iussit; restituat te modò, quæso, mihi.
Tu Deus es, nosterq; parens, misereris eorum,
Quos peccasse piget, quos redijsse iuuat.
Paruorum custos Dominus; tumor inde facessat,
Spiritus elatus diffugiatq; procul.

Detumui, ventum efflaui; Dominusq; pepercit,
Factum humilem, cunctis eripuitq; malis.
O mea de cęlo veniens anima, aspice, quæso,
Quæ genus? vnde domo? quæ sit origo tua.

C

Quàm fueris peruersa diu, conuertere tandem,
Æternam in requiem, quæ reparata tibi est.
Spiritus exulta, gratus reminiscere quanta
Munifico à Domino sunt benefacta tibi.
Dic age, dic populis toto venientibus orbe
Ad Dominum, de te quàm benè sit meritus.
Confiteor vobis omnes attendite gentes,
Æterno interitu me rapuisse Deum.
A lachrimis sicasse genas manantibus vltro
Tristitiam ob nimiam pectore tabifico.
Atque meos tenuisse pedes per lubrica lapsu,
Neu lapis offensus scandalon esset eis.

D quibus factum est, vt in miseriam ocidetent. Vnde & sublata miseria, repentè ad uomitū redeuot. ¶ Tristitiam ob oimiam. Duplex est (vt docet Apostolus) tristitiam, Vna quæ ducit ad mortē, & ea est, quæ fæculi dicitur. Altera est, quæ salutem operatur æternam. Et de hac intellige qood hic dicitur. ¶ Pedes meos. Interiores affectus, qui dicuntur pedes animæ. ¶ Per lubrica. Pronitatis in malum. ¶ Lapsu. Recidiui, aut alterius etiam grauioris peccati. In quod frequenter incidunt incauti pœnitentes, Iuxta parabolam illam. Cum immundus Spiritus exierit ab homine. ¶ Lapis. i. Christi fides derelicta. ¶ Scandalon. Ruinæ occasio. ¶ Deo Cui honor, laus, & gloria. Amen.

Viuentum ergo Deo sacra in regione placebo
Viuus & incolumis carmina læta canam.

QVisquis adhùc credit &c. Quooiam cui plus diointtitur, plus diligit, iccircò vagus ille iunior filius, cui ad penitentiam redeuot multa grauia, atque coormia sunt à patre dimissa peccata, accensus amore patris hoc in psalmo non solum ostendit, qualis dabeat esse, fidelium omnium fides, sed etiam profiteur sese eum Dei adiutorio retributurum Domino, quod ipse prior nobis tribuit. Per passionem martyrij. Primo igitur indicat non sufficere fideli tenere fidem clausam in pectore, oisi & apertè ipsam ore confiteatur. Dicit igitur. ¶ Quisquis adhùc credit. Corde tantū. ¶ Nec clara voce fatetur. Quin præ timore mortis, aut tormentorum, siue propter rerum iacturam oegat, aut tacet. ¶ Iacturam fidei faciet. Quia (vt ait Apostolus) corde

Rom. 10. creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. ¶ Nec mer. n. sp. vl. sal. er. Quia dicat Do-

Luc 9. minus in Euangelio, qui me erubescet, & sermones meos coram hominibus. Hunc & ego erubescam coram patre meo, & Angelis eius. ¶ Qui prædicat altè. Hic Pharisæorum est assecla, qui (vt ait Dominus) dicebant & oon faciebant. Verum uisi abundauerit iustitia nostra plusquàm scribarum, & Pharisæorum. Non intrabimus in regnum

Matth. 5. E coelorum. ¶ Ventris amore. Hic etiam mercenarius est: dicetur ei. Amen dico tibi, recepisti mercedem tuam. ¶ Factis malis. Hæc est etiam Apo-

Tit. 1. stoli Pauli sententia, verbis (inquit) confitentur se oosse Deum, factis autem oegant: Nec soli prędicatores pharisaici in hoc sunt culpabiles, quin & omnes impii Christiani hypocritæ & bonitatis simolatores. ¶ At oos. Verè pœnitentes ad Christū

De marcellus. vj. Ka. Maij. conuersi, vt Matthæus publicanus, Petrus Apostolus, ac Marcellinus. Et mille alij similes. Sed & omnes veri Christiani hoc faciunt data occasione. Vt de sanctis martyribus legimus in hystorijs.

ODE CXV. EX PSALMO CXV; Credidi.

QVisquis adhùc credit, nec clara voce fatetur
Regibus & populis absque rubore Deum.
Iacturam fidei faciet, quam pectore clausit:
Nec merces, nec spes vlla salutis erit.
Proximus huic etiam fiet, qui prædicat altè
Oretenùs summo ventris amore Deum:
Recta quidem loquitur, leuibus labijsq; uidetur
Nosse Deum: factis sed negat ille malis.
At nos credidimus, quapropter & ore locuti
Vitæ verba sumus fortiter absque metu.
Vnde humiles facti, nimijsq; laboribus hausti
Plectimur, innumeris obruimurq; malis.
Mentis in excessu positi, pauidique stupore
Diximus; En mendax, & leuis omnis homo est.

¶ Verba vitæ. Per fidei confessionem. ¶ Humiles facti. Idest Abiecti. secularium hominum existimatione. ¶ Plectimur. Excruciamur. ¶ In excessu mentis. Extasis grecæ dicitur. ¶ En mendax, & leuis omnis homo. Quia multa & supra vires nostras sæpè promittimus, quæ deinde oon complemus. ¶ Magna. Pone exemplum in beato Petro Apostolo, Qui tertio ausus est refragari diuinæ sententiæ, quia neque scandalizandus, neque deserturus esset magistrum, aut negaturus. Etiam si oportuisset secum mori. Et tameo à moliercula, & hac ancillula absterritus ter negauit Dominum suum breui temporis spacio. ¶ Ast vbi trux oculis facies. Est animaduertendum. Quia hic sub occasione crudelium iudicum, tortorum, carnificum, & omnis generis tormentorum, quibus uisis possunt adhoc infirmi fideles absterreri, & præcipuè hi, qoi temere de suis viribus præsumentes audacter sese omnia dira posse sostinere iactitabant,

F per echasin poeticam tanguntur diuersorum martyrum varia supplicia, quæ pro fide Christi ipso auxiliante sustinuerunt. Et congrue io hoc psalmo, qui propriè martyrum est, tanguntur ista, ne quis suis virib. fisus aggrediatur tam arduum opus, vnde citò decidat. Et rursus ne quis ita sit meticulosus, vt cum Dei gratia palmam martyrij se assequi posse desperet; cum millia millium videat illam per asperima tormenta assistente sibi Domino consecotos esse. ¶ Diraque torua minax. Qualis, Neronis, Decij, & Maxentij, & cæterorum Ecclesiæ persecutorum. ¶ Sæui carnifices. Quales fuere ministri. Daciani, ac Quintiani iudicum in affligendis Vincentio, & Agatha virgine. ¶ Torta flagella sonant. Cæsi his fuere penè omnes martyres Et præcipoè omnes simul Apostoli. ¶ Manicia. Qua manos astringuntur, & compes quo pedes arcentur, de his habes in alio psalmo. Ad alligandos reges eorum in compedibus & in manicis ferreis. ¶ Nerui. Ex taurino corio vincula sunt & flagella. ¶ Omne genus. Hoc fiebat ad incutiendum terrorem. ¶ Sanguineæ virgæ. His flagellatus est: D. N. I. Chr. sub pontio Pilato, his cesum ter à gentibus legimus Apostolum Paulum. Virgis cæsi sunt. Primus & Felicianos. Et alij. ¶ Plumbataque. His crudeliter cæsi sunt Erasmus: Cornelius, & Fœlicianos. ¶ Fustes. Quam plurimi fustibus mactati sunt. ¶ Quis. Virgis, plumbatis & fustibus. ¶ Oraque tusa. Percussa, plumbatis. s. ¶ Vngula. Dilanians, costas vsq; ad ossa. ¶ Suspensus equu-

Magna quidem visum promittimus ante pauorem
Vincula, tortores; temnimus atque necem.
Ast vbi trux oculis facies, inuisaque nostris
Iudicis apparet diraque torua, minax.
Ast vbi dispositis sæui cruciatibus adsunt
Carnifices; quando torta flagella sonant.
Cum manicis, & compes, cum ferrea vincula nerui
Et tormentorum panditur omne genus.

Sanguineæ virgæ, & ferri, plumbataq;, fustes,
Quis mactent scapulas, oraque tusa gemant.
Vngula dilanians, suspensus equuleus altè,
Et pedibus stipites, vnguibus aculei.

leus

leut alte. Hoc etiam nunc tormenti genere maleficiorum quæstores vtuntur. Innumerabiles martyres equuleo suspensi sunt. ¶Succensæque faces. Sicut beatæ Agathæ. ¶ Lateri apponendaque Lampas. Dum in Equuleo leuatus Alexander Papa torqueretur, vngulis laniaretur & lampadibus appositis lateri exureretur, miratus est comes Aurelianus, & quod nullas daret voces, quare taces, ait? Respondit Alexander. Quia tempore orationis Christianos homo cum Deo loquitur. ¶ Testaque carbones. Iussit Quintianus nudo corpore Agatham testis acutis, & carbonibu substratis volutari. ¶ Gnosia spicula, Cretes sagittæ. Species pro genere. Multi martyres sagittis interfici iussi sunt. ¶ Leues calamos. Politas sagittas ex calamis arundineis factas, vt Bononiæ fieri audiui. ¶ Et cum forcipibus. Ferreis, scilicet. ¶ Torquenda mamilla. Vt vxor Maxentij ab ipso impio viro torqueri in mamillis iussa est ut in passione Catherinæ virgi. & marty. ¶ Et ferratæ crates. Dorotheus, & Gorgonius craticula prunis superstrata imponi iussi sunt, & non ad subitum sed sensim paulatimq; succendi, ut quod reliquum fuerat in uerberibus hoc modo absumeretur, deniq; & laqueo necati sunt, Laurentius quoq; in craticula superpositus combustus est. ¶ Atq; catasta riget. Hæc erat quædam machina lignea, qua serui uincti tenebantur, & magna compes dicebatur atq; longa, super hac extensi sunt Vitus, Modestus, & Crescentia. ¶Ollaq; Sartago. vij. fratres Machabei sartagine, & ollis æneis frixi sunt inspectante matre, quorum passionem magnanimaq; responsa uide in lib. Machabeorum, & apud Iosephum hystoricum. ¶ Dolia. Vasa nunc sunt oinaria, olim hominum tormentis adaptata: nam & Ioannes Apostolus atq; Euang. in dolium feruentis olei coniectus fuit, & non adustus exiuit. ¶Furcis. Bidentibus, atq; tridentibus, sunt instrumenta foci, his corpus beati Laurentij coarctabatur super lecto ferreo. ¶Cum fuscinulis. Sunt minores furculæ tridentes, quibus etiam in ministerio sacrificiorum utebantur antiqui Sacerdotes. ¶Frigitur. Hoc ad uota tyrannorum est referendum: nec enim frigebantur semper ut ipsi uoluissent: sed plerumq; illesi inde exibant. ¶ Vsta. Pro vrenda, participium pro participio. ¶Varius rugitus. Leonum, Vrsorum. Pardorum Tigridum, & similium ferarum, quæ in amphiteatro Romano Sanctis Martyribus dimittebâtur, ut in conspectu populi ab iis lacerarentur, & uorarentur ad aliorum fidelium terroré: Sicut legimus duos Leones primo, deinde Vrsos ferocissimos Primo, & Feliciano laxatos esse, qui tamẽ diuina uirtute facti mansueti sæuitiem perdiderunt, nec in ullo Martyres leserunt, quò miraculo mille quingenti Pagani ad Christum conuersi sunt. ¶Fornacesq; adsunt. Non solum tres pueri Sydrac, Misac, & Abdenago in camino ignis ardentis fuere coniecti, vnde & illesi egressi sunt, uerùm etiam vij. mulieres, quæ in agone Blasiii guttas, sanguinis plagis effluentes collegerant depræhensæ, quod essent Christianæ, in caminum ignis coniectæ sunt, vbi & plumbo deliquato superinfusæ, illesæ permanserunt, nouissimè gladio percussæ palmâ martyrij sunt adeptæ, Christina quoq; virgo in ardenti fornace v. diebus illesa permansit, flammis quoq; balnearibus inclusa Cecilia die integro & tota nocte quasi in loco frigido illibata persistit sanitate, ita ut neq; vna pars membrorum sudoris signa relaxaret, quare ab Almachio iudice missus est Carnifex, qui illam in ipsis balneis decollaret. ¶Fornorum. Aurelianus iudex iussit Alexandrum Papam, atq; Euentium in medium incensi furni præcipitari. Theodolus quoq, eorum socius sponte in flammas prosiluit decantans cum ipsis ac pariter gratias agens. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Quod cum nunciatum fuisset impio iudici fecit beatissimum Alexandrum punctis creberrimis per tota pungi membra donec deficeret, ignibus et multi traditi sunt quos permisit Dominus eo modo ad martyrij palmam peruenire. Sicut illi oratores per Virg. Catherinam ad fidem Christi conuersi; sic & Theodorus martyr. ¶Fumificæ, & stipulæ. Cum Agapitum xv. annorum adolescentem præses fame 4. dierum afflixisset, nec constantem illius animum ad sacrificia idolorũ conuertere potuisset, prunas ardentes super caput eius imponi iussit. Et cum gratias Deo ageret. ¶ Flagellis est cæsus. Et nudus suspensus capite deorsum uerso, atq; atro subter fumo facto, dicebat præsidi sapientia tua in fumo laborat, &c. ¶Stagnaq; constr. gl. gel. Apud Sebasten Armeniæ minoris sub præside Agricolao xl. martyres in stagnum nudi missi sunt, vt gelu constricta eorum corpora nocte disrumperentur. ¶ Rotæ horribiles. Tres Virgines legimus rotis expositas fuisse, nec illis nocuisse. Euphemia virgo, Christina, & Catherina virgo. ¶ Horrida Crux. Insigne facta est D.N.I.Chr. nam modo & regibus venerabilis est solisq; demonis horribilis. Beato Andreæ, & dolcis visa est. ¶ Vnci ferrei. Scilicet quales uidemus in oiacello. ¶Gladij atq; secures. Innumerabiles his occisi sunt: nam is erat tormentorum finis. ¶Tanta arma. Tam grauia tormentorum, atq; necis instrumenta re-

A

Succensæque faces, lateri apponendaq; lampas,
Testaq;, carbones, strataq; vitra iacent.
His super vrgentur nudis incedere plantis
Atq; volutantur corpora nuda super.

Gnosia quæ iactent adsunt, & spicula; leues
Et calamos arcus quæ iaculantur; habent.
Et cum forcipibus, quibus est torquenda mamilla,
Ferratæ crates, atq; catasta riget.
Frangitur hac dorsum: prunis ardentibus illis,
Suppositis torrent corpora viua nefas.
Ollaq; Sartago, frixoria dira parantur,
Dolia, cum furcis, fuscinulisq; suis.
Pix, oleum, resina, & ceræ miscentur in istis:
Liquitur & plumbum, sulphur, adepsq; capri.
Hic liquor admixtus vel aperto infunditur ori,
Aut immersi hominis frigitur usta caro.
Additur his varius rugitus ab Amphiteatro.
Quos rabidæ emittunt sicca per ora feræ.
Terribiles visu formæ, serpensq; Dracoq;,
Et quæ potenter dira venena parant.
Fornacesq; adsunt candentes, oraq; panda,
Furnorum, & clibani, fumificæ, & stipulæ.
Stagnaq; parte alia glacie constricta, geluq;
Nocte vt rumpantur corpora mersa die.

I. Reg.

B

C

v.id. Nouemb.

Stantq; rotæ horribiles cultris altrinsecus intus
Præfixæ rapidis quis laceretur homo.
Horrida crux, vnci, vectes, gladij, atq; secures,
Instrumenta necis, diraq; supplicia.

D ditq; hoc in loco vatet ad psalmum, cætera siquidem per transeorsum poeticum introducta sunt ud excludendam propriæ temeritatis audaciam. ¶Audaculus. Per irrisiooem vox hæc noua diminutiua sicuti formata est, enunciabitur. ¶Omnis homo mendax. De se temerè præsumens, ac propriis nitens viribus, post habita Dei gratia: alioquin Sancti martyres robustissimi non fuissent veri testes fidei D. N. I. Chr. sed ij non in seipsis, sed io Domino fiduciam habentes, & loquebantur, atq; tormenta iotolerabilia sustinebant, Dominus enim in illis loquebatur, pugnabat, atq; vincebat. ¶ Inanis. Si non habeat in se spiritum Dei habitatorem. ¶Fragili tellure. Hoc tn nobis ipsis quotidie experimitur, assiduè siquidem sunt pugnæ, & rara victoria. Nam si septies in die cadit iustus, quid facient miseri peccatores, quales oos sumus? ¶Vas solidum. Vnde non effluant aquæ diuinæ gratiæ. ¶ Veridicum. Propter ueritatem Dei in se habitatem. ¶ Et stabile. In proposita seruitute Dei perseuerando. ¶ Quid tibi retribuam. Q. d. ex me non habeo, nisi tu ipse mihi dederis. ¶ Cum me finxisses hominem. Non belluam, non aliam inferiorem creaturam, hic incipit enumerare præcipua Dei beneficia nobis hominibus col-

Tanta quis aspectu primo non horreat arma?
Cum videt exitio cuncta parata suo.
Dicat, oportebit, fuerat qui audaculus olim,
Omnis homo mendax, omnis inanis homo.
Labilis omnis homo, fragili tellure creatus,
Deq; fatiscenti puluere factus homo.
At si cœlesti fuerit benè coctus amore,
Vas solidum fiet, veridicum, & stabile.
Tunc humilis factus, securè dicere Regi
Et Domino poterit; quid tibi retribuam?
Quid tibi pro tantis, quæ tu mihi retribuisti,
Omnibus atq; bonis quid tibi retribuam?

lata. ¶Ratione potentem. Qua maximè distamus à cæteris animantibus, & Angelis conuenimus. ¶Viam. Mandatorum Dei, uel ipsum D.N.I.Chr. qui est uia, veritas, & vita. ¶Salus. Aeterna maximè. ¶Cumulum. Aceruum grandem innumerabilium beneficiorum. ¶Mille bonorum. Ani-

E mæ, quæ vocantur interiora bona vt uirtutes, & varia Spiritussancti dona, quæ diuidit unicuiq; sicut vult & nouit expedire tã sibi quàm Ecclesię. ¶ Retribui. Q. d. ingratus ego fui omnibus tuis beneficijs. ¶Tot mala. Fortasse etiam plura: nam quo magis delitijs per rerum opulentiam abundamus, eo magis & peccatis. ¶Vt bonus es. Natura, & bonitate tua potius nos velles uincere, atque ad amorem suum beneficijs spontaneos allicere, quàm metu flagellorũ inuitos attrahere. ¶Quod tibi retribuam. Hæc replicatio indicat mentem humilem, & gratam diu cogitando exquisisse, qd potissimum Domino benefactori retribueret, & tandem ipso inspirante reperisse, quod subiũgit. ¶Accipiam calicem. Non vini, sed uoluntariæ passionis, de quo dixerat Ipse filijs Zebedæi appetentibus ad dexteram eius, & ad sinistram sedere, potestis (inquit) bibere calicem, quem ego bibiturus sum? quem bene, & ipsi intelligentes, sed male uires suas metientes (possumus) responderunt. ¶ Ante bibisti. In Cruce. ¶ Necis. Maximè, tam turpis, & horribilis. ¶Mensæ tuæ. Hoc est altari communicantes corpori, & sanguini tuo. ¶Et nomen Domini mei. Iesu Christi, quia non est aliud nomen sub cœlo datum, in quo opporteat nos saluos fieri. ¶ Suggerat. Sine me (inquit) nihil potestis facere, proculdubio tam atrocia tormenta nequiuissent tolerare sancti martyres, nisi à spiritu Domini Iesu fuissent corro-

Cum me finxisses hominem ratione potentem,
Monstrassesq; viam, qua mihi danda salus.
Cumq; adiecisses cumulum mihi mille bonorum,
Quid tibi pro meritis? quid tibi retribui?
Nam benefactorum quondam ingratissimus horũ,
Tot mala retribui, quot bona tu dederas.
Tu tamen ut bonus es, rursus bona retribuisti,
Cum mala tanta forent retribuenda mihi.
Sed modò cum cupiam memor, & gratissimus esse,
Quid tibi pro meritis, quid tibi retribuam?
Accipiam calicem, quem tu prior ante bibisti,
Ne posset nobis horror obesse necis.
Quemq; propinasti conuiuis omnibus his, qui
Digni habiti mensæ discubuere tuæ.
Vnde solus cunctis calicem gustare parabo,
Et nomen Domini sæpè uocabo mei.

borati. ¶ Iners. Vt ille, qui è stagno gelido prosiliens fugit ad balneum, vbi mox amissa martyrij corona perdidit, & vitam. ¶Sic. Inuocato eius nomine salutari. ¶ Luce palam. Coram omnibus absq; pauore. ¶Sodales. Quio eadem mensa cõmunicastis mecum corpori, & sanguini Domini

F hortatur enim alios vt suo exemplo animosè sustineant, quæ promiserunt. ¶Nec vict. grat: vl. Deest quam inclyta mors sanctorũ, quę est preciosa Deo, mors vero impiorum pessima. ¶ Optime Rex regum. Pulcherrima oratio in persona martyrum. ¶Ancillam tuam. Hæc est sancta mater Ecclesia, cuius Typum gerens beata virgo Maria dicebat, ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum, & rursus, quia respexit, humilitatẽ ancillæ suæ. ¶Sponsæ. Vt in illa parabola magni

Matt.21. Regis, qui fecit nuptias filio suo, & in illa, decem

Matt.25. Virginum quæ exierunt obuiam sponso, & sponsæ. ¶Nec minus illa seruit. Iuxta illud, quanto maior es: humilia temetipsum: & maiorem inuenies gratiam. ¶De te. Spiritualiter per fidem in Sacramento Baptismi. ¶Edocuit. Sæpius re-

Suggerat inualido magnas vt pectore vires,
Fortia ne renuam pocula factus iners.
Sic mea magnanimus Domino pia reddere vota
Luce palàm potero: sic ferar absq; metu.
Immolor ecce bibens: ne formidate sodales,
Coram omni populo reddere vota Deo.
Namq; sui ipsius nec victima gratior vlla,
Inclyta sanctorum mors preciosa Deo.
Optimè Rex regum, magni dominator & orbis
O Domine alme Deus noster, & alme parens.
Sumpsimus ecce manu calicem, simul ore bibemus
Nostraq; mors etiam sit pretiosa tibi.
Quippe tui serui sumus, & genitrice creati,
Quæ sese ancillam non negat esse tuam.
Dilectamq; licet dignaris nomine sponsæ,
Vt Domino seruit nec minus illa tibi.

petendo

A

Nos quoq; quos peperit de te genitore creatos
Edocuit seruos dicere, & esse tuos.
Infera tu siquidem perfracto cardine claustra
Rupisti victor: vinctaq; nostra potens.
Vincula rupisti, soluisti debita nostra
Eruta sunt duro libera colla iugo.

petendo hunc versiculum in diuinis laudibus, ô Domine quia ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, & illud Euangelicum, cum hæc omnia feceritis, dicite quia serui inutiles sumus. ¶ Infera claustra. Vide ad hoc propositum sermonem Augustini Paschalem, & homeliam diui Greg. super Euang. eiusdem diei. ¶ Vincula nostra. Loquitur in persona sanctorum patrum in sinu Abrahæ existentium. ¶ Vincula rupisti. Repititio hæc duplicia indicat vincula à Domino nostro Iesu Christo fuisse soluta culpæ, & penæ, peccatorum atq; geennæ. Soluisti. Passione tua. ¶ Seruitio Diaboli. Qua tyrannide nulla grauior est. ¶ Cor. Per compunctionem, & assiduã contritionem, nihil enim tam proficit ad ueniam peccatorum promerendam, quàm assiduo peccatorum mærore dolere, vnde & sapiens dicit de propiciato peccato noli esse sine metu.

Seruitio immunes tibi sacrificabimus ergo
Cor animam, & corpus, grata holocausta tibi
Hostia laudis erit, tenetisq; acceptior agnis.
Cum lachrimis gemitus thuris, & instar erunt.
Adijciemus eis prompta, & suspitia ab imo,
Pectore; & hoc nostrum sit thymiama tibi.
Dumq; sacra offerrimus, te voce vocabimus alta,
Semper erit nostro nomen in ore tuum.
Hæc sunt ô socij Domino quæ vouimus olim:
Vota hæc sunt domino persoluenda Deo.
Hæc modò reddamus pulsa formidine turpi
Plæbis in aspectu, lumina & ante patrum.
Inq; Hierosolymæ medio sistamus ad aram
Atria quam claudunt vndiq; magna domus.
Hæc domus, alma parens, Ecclesia magna vocatur,
Vrbs superum Regis sacra Hierosolyma.
Atria sunt cætus quos cernis vbiq, fideles;
Est altare Dei filius ipse Dei.

¶ Animam. Per amaritudinem præteritarum voluptatum. ¶ Et corpus. Ieiuniorum, uigiliarum, cæterarumq; maceratione disciplinarũ. ¶ Grata holocausta. Iuxta illud sacrificium Deo, Spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. ¶ Hostia laudis. Sic, & alibi idem psaltes canit in persona Domini, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. ¶ Cum lachrymis. Fælix lachryma, quæ cum adierit Deum, numquàm redit exauditionis vacua. ¶ Gemitus. Nam scriptum est, in quacumq; hora ingemuerit peccatũ suum, dimittam ei, hinc in figura sacrificabantur olim turtur, & columba, quia pro cantu gemitus edebant. ¶ Thuris & instar. Etenim orationes sanctorum incensi suffumigationi comparantur. Dirigatur (inquit) oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. ¶ Thymiama. Sacrum fuit olim pigmentum variorum odorum, quo in sacris tantum utebantur antiqui Sacerdotes. ¶ Alta voce. Non tantum clamorosa, quantum ex alto pectoris erumpens, & deuota. ¶ Persoluenda. Dieresis, idest solutio syllabæ in duas. ¶ Plebis in aspectu, &c. Idest propalam coram omni populo, quod fecit sanctus Ignatius martyr, & alij quàm plurimi tempore persecutionis, & nunc fit quotidie data pace Ecclesiæ Dei. ¶ Hyerosolymæ. Restauratæ, ab Helio Adriano, quo ad literã tempore Helenæ Constantini matris & deinceps ad multa tempora, mysticè verò, idest in medio Ecclesiæ millitantis primum, demum & triumphantis. ¶ Ad aram. Quæ Christus est. ¶ Atria magna. Hæ sunt partes diuersæ militantis Ecclesiæ, hinc & subiungitur, ipsa mystica interpretatio qua contenti expositioni huius psalmi fine facientes laudamus hunc Dominum Deum, qui benedictus est in sæcula sæculorum. Amen.

Eze. 15, & 23.

B

BARBITON, & citharam, &c. Apertum vaticinium habetur in hoc psalmo de vocatione gentium ad fidem Christi; eoq; testimonio vtitur Apostolus ad Romanos; irritantur etiam Iudæi, vt deposita ueteri finuditate, tandem & ipsi vel post conuersionem gentium nouissimi ad Dominum conuertantur, qui debuerant esse primi, atq; simul omnes excitantur ad laudandam Dei misericordiã, quia sola gentes ad fidem adduxerit, & diuinam veritatem commendandam qua Iudæis promissa compleuit, inuitat ergo psaltes conuersas gentes, vt assumptis varijs musices instrumentis laudent Dominum super misericordia, qua saluas fecit illas dicens. ¶ Barbiton. Instrumentum est musicum, quo lyrici uates usi sunt Horatius, & Sapho. ¶ Sistris. His vsi sunt Aegyptii, vt Vergilius patrio vocat agmina, Sistro loquens de Cleopatra Aegyptiorum Regina. ¶ Dulce melos. Dulcem, & suauem cantinelam, quam melodiam quidam vocant, & canorum concentum; hucusq, de gentibus: nunc ad Iudæos sermo conuertitur. ¶ Bissenæq; tribus. Quæ à xij. filijs Iacob originem duxerunt, horum nomina licet ex Genesi petere, & ab illa epistola, quæ in festo omnium sanctorum legitur ex Apocalypsi Ioannis Apostoli. ¶ Populos vestros. Adeò quidem excreuerant, vt vnaquæq; tribus plures vrbes possideret, & sic multos faceret populos. ¶ Primi. Quia notus in Iudæa Deus, & quia ad eos præcipuè se se missum esse testatus est Dominus Iesus. Apostolus etiam dixit Iudæis, vobis oportebat primum prædicari regnum Dei: Sed quia vos indignos iudicastis eo, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dominus. ¶ Debuerant. Vt Zacharias, & Simeon ille annosus, iustus, ac timoratus, qui statim illo viso, & amplexo adhùc infantulo, canticum cecinit lætitiæ. ¶ Extremo tempore. De quo Esaias, & Apostolus, cum conuersæ fuerint omnes gentes, siue cum plenitudo gentium intrauerit, tunc reliquiæ Israel saluæ fient,

C. 49.
C. 7.
C
Luc. 2.
Rom. 11

ODE EX PSALMO. CXVI.

Laudate Dominum omnes gentes.

BArbiton, & citharam, simul & psalteria gentes
Tollite; cum sistris timpana vestra manu.
Omnia musarum resonantia sumite vasa;
Et Domino laudes psallite mellifluas.
Vnanimes etiam modulatis vocibus omnes
Sacra Deo, laudis pangite dulce melos.
Bissenæq; tribus populos accingite uestros
Ordine, vel saltem retrogrado vt veniant:

Tollere qui primi lætas ad sydera voces,
  Tollere debuerant organa cuncta manu.
At saltem extremo pudeat nec tempore uelle
  Psallere tam miti carmina læta Deo.
More patrum modulis certatim dulcibus ergo
  Dicite uos etiam carmina digna Deo.
Amplificauit enim pietatis viscera supra
  Hanc gentem, dudum quæ fuit absq; Deo.
Ædidit hos siquidem vestra de matre creatos
  Pneumatis eiusdem numine flante Deus.

Quo patres vestros olim genuisse fideles,
  Et meminisse licet, & memorare iuuat.
Egregius psaltes Dauides, viq; prophetæ
  Ediderant alij sic fore voce pia.
Psalmos consulite; & vatum responsa priorum
  Discite, nam fiunt, quæ cecinere patres.
Vt pia stirps Iesse, Dominiq; illustris imago
  Vera Dei soboles sæcula cuncta manet.
Nec minus æternum dantur mansura per æuum
  Responsa illius candida plena fide.
Candida mens igitur, nebulis procul inde fugatis
  Rem teneat: gentes æmula suscipiat.
Atq, pium regem dux unde salutifer orbis
  Is nobis datus est gratulabunda canat.
Et si munificum regem, mitemq; parentem
  Libera senserunt pectora prisca patrum.
Quis liuor cunctis etiam si gentibus & se
  Porrigat? & simili det pietate manum?
Corda igitur sursum Isacidæ super astra leuate,
  Vmbra fugax abeat, fulgida lampas adest.
At vos ô gentes Dominum laudate redemptæ,
  Magnificate Deum vos & Abrantiadæ.
Eius enim (vt cecinit) pietas coniunxit in vnum
  Nos populum: verus permanet ergo Deus.

D sient. ¶ Miti Deo. Quid est dixit, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: qui spretus, & quo ad humanitatem crucifixus, ipsos suos derisores, & crucifixores uocat: & venientes benignissime suscipit. ¶ More patrum. Dauidis, & antiquorum Sacerdotum: qui in templo diuinas laudes alternis vocibus decantabant. ¶ Pietatis viscera. In quibus sedes est misericordiæ. ¶ Hanc gentem. In unam Ecclesiam collectam ex uarijs gentibus orbis totius. ¶ Vestra de matre. Spirituali, scilicet quæ tunc Synagoga vocabatur. Hæc est ea oliua, de qua dicit Apostolus, ramos esse

Rom. 11. propter incredulitaté excisos, & loco eorum Oleastri ramos fuisse insertos: nam super Iudæis ad fidem Christi conuersis fundata est Ecclesia Christianorum. ¶ Creatos. Ad Apostolorum prædicationem ante cóuersos, renatosq; deinde ex aqua & Spiritusancto. ¶ Pneumatis. Sacri flaminis, græca, dictio est, est autem sciendum, quod Spiritussanctus latiné generis est masculini, hebraicè fœminini, & grecè neutri, vt discamus in eó nullum esse sexum: sed ita variari ut dictionum ratio exposcit. ¶ Quo patres vestros. Vna siquidem est antiquorum, & nostra fides uariatis tantummodo temporibus, quæ enim ipsi de Christo uenturo credebant animarum redemptore, hoc etiam nos credimus: sed iamdudum venisse, redemptionemq; fecisse. ¶ Egre psal. Daui. Hoc de nostro extra morem addidimus: nam & si uerum sit, non debuit tamen hic nominari cum sub eius persona tota psalterij decurrat modulatio. ¶ Pia stirps Iesse. Dominus ipse noster Iesus Christus quo ad humanitatem pro nobis assumptam, est autem allusio ad illud vaticiniú Esaiæ,

E Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Do-

Heb. 1. mini, &c. ¶ Illustris imago. Quo ad diuinitatem, in qua est imago Dei patris & splendor gloriæ eius teste Apostolo. ¶ Candida. Vera sicut & nigra falsa dicuntur, iuxta illud nigrum in candida uertunt. ¶ Nebulis fugatis. Inuidiæ, odij, & execrandis malitiæ. ¶ Rem teneat. Per intellecta, ita factum esse ut prædictum fuerat. ¶ Atq; pium Regem. Misericordem Deum patrem. ¶ Dux salutifer. Dominus noster Iesus Christus saluator atq; redemptor mundi. ¶ Gratulabunda. De salute gentium populorum. ¶ Munificum regem. In se liberalem præ cunctis nationibus, quibus ante spretis Israelem in populum sibi peculiarem elegit, & cunctis fecit excelsiorem gétibus. ut etiam Moyses dixisse legitur, & alibi: non fecit taliter omni nationi. ¶ Mitemq; parentem. Dixerat enim

Exo. 4. primogenitus meus est Israel, & Moyses in expro-

Deut. 32. brationibus ait. Nonne ipse est Dominus, & Deus tuus, & pater tuus, qui fecit te, & possedit te. ¶ Quis liuor. Quæ inuidia est. ¶ Sursum super astra. Non ad regnum terrenum, quod merito perdidistis, & caducum, atque transitorium erat, sed ad regnum cœleste. ¶ Vmbra fugax. Veterum figurarum. ¶ Lampas. Euangelicæ veritatis. ¶ At vos. Conclusio, & breuis complexio psalmi. Abrantiadæ. Iudæi qui ex Abraæ stirpe descendistis, patronymica dictio est. Formata ab Abras Abrantis, ad similitudinem.

F Atlas Atlantis. ¶ Cecinit. Prædixit. ¶ Nos gentes atq; Iudæos. ¶ In vnum populum. Christianum. ¶ Verus Deus. Complens ea, quæ promisit populo Israelitico, & quæ prædixit de gentibus ad salutem conuocandis. Sit ergo nomen eius benedictum, & laudatum in sæcula. ¶ Est autem præterea aduertendum, Nostrum nomen, ut auctorem huius operis insertum mirabiliter in primis literis, syllabis atq; dictionibus uersu, & dimidio legi posse absq; ulla uel minima offensione sensu huius psalmi, & hoc iccirco factum esse Deo faoente. Ne quis falso titulum posset immutare, est autem hic titulus insertus. Bartolomeus Botta psalmodiam hanc edidit pneumatis eiusdem numine quo; & egregius psaltes Dauides vtque prophetæ ediderant alij psalmos. Discite vt venere carcere, & siliquis porcorum. Amen.

Regia stirps gens sancta &c. In præterito psalmo facta est inuitatio Iudæorum simul & gentium in vnum populum Christianum copulatorum ad communem Dei laudem super tam grandi misericordia eius. In præsenti verò ponitur formula verborum, quibus in diuinis laudibus super hac meditatione utendum est. est autem sciendum, quia tanta est virtus huius psalmi, & tam Deo grata eius modulatio, vt legamus in lib. Paralip. cú

2. P. c. 5. filij Israel laudantes Dominum decantassent hunc psalmum, statim gloriá Domini replesse ipsum Dei templú. Per hoc innuens, quia formula suæ laudis hic descripta maiestati suæ gratissima est. Describitur itaque, qualis erat futura Christiana generatio, quæ digné Deo laudes cantatura erat verbis ex Epistola Petri assumptis. Vos (inquit) estis genus electum, regale sacerdotium, gens Sancta, Populus acquisitionis. &c. ¶ Regia stirps. Quia

Christiani

Christiani sunt membra Christi Regis regum & Domini dominantium. Vt quia ipsos, & sibi commissos iustè & secundum rationem norunt regere. Vnde modo unguntur omnes sacro Chrysmate exterius, & inuisibili sem- A

ODE EX PSALMO CXVII.

Confitemini,

REgia stirps, gens sancta, fidelis, Olympia, sacra,
 Et genus electum confiteare Deo.
Confiteare Deo; & Domino dic carmina laudum,
 Quàm bonus est Dominus: fons bonitatis is est.
Mitis ab initio, clemensq; ferentur in æuum,
 Quàm bonus est Dominus, fons pietatis is est.

per, quandoque & inuisibili interius gratia Spiritussancti. ¶ Gens sancta. Sanguine Christi acquisita. & sanctorum martyrum cruore in fide confirmata. ¶ Fidelis. In credendo cuncta, quæ data sunt ei in Symbolis fidei. Licet eis humana ratio nullum præbeat experimentum, vt fides, teste Gregorio, suum habeat meritum. ¶ Olympia. Cœlesti conuersatione, iuxta illud Apostoli, nostra autem conuersatio in cœlis est. ¶ Sacra. Initiata vt offeras Deo sacrificium cordis contriti, & laudis. Non tamen omnibus datum est Christianis, vt offerant sacrificium Eucharistiæ, ne malè intelligendo hæc verba Apostoli efficiaris lutheranus hæreticus. Id enim solis competit sacerdotibus ritè ad hoc opus ordinatis. ¶ Et genus electum. Ex omni tribu, populo, & natione, quæ sub cælo est. ¶ Confiteare Deo. Peccata primo. Deinde laudes eius, vt ante peccatorum confessione iustificeris. Iuxta illud, dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. & sic ad diuinas laudes reddaris idoneus. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris. ¶ Bonus. Natura solus. ¶ Fons bonitatis. Quam suis participat creaturis, iccircò factis. ¶ Quam pius. Peccata pœnitentibus, & correctis ignoscendo. ¶ Pietatis. In nos etiam emanantis per gratiarum collationem. ¶ Israelitæ. Vniuersi ab Israele descendentes, vel particulariter, contemplatiui, qui Deum non sola fide, sed & oculis mentis

De sum. Trio. & fide catho. cap. 1.

Quàm bonus est Dominus, nunc dicant Israelitæ
 Quàm pius æterna nos pietate colit.
Quàm bonus est Dominus proles nūc dicat Aronis
 Quàm pius, æterna nos pietate colit.
Quàm bonus est, dicant, Dominū quicūq; uerētur,
 Quàm pius, æterna, nos pietate colit,
Cum tribulis premerer, duro & præssura dolore
 Cum fieret; multis angerer atque malis.
Arctarerque nimis: Dominum ter uoce vocaui;
 Audijt: accurrens auxiliumq; dedit.
Eruit ex arcto, spaciosaq; duxit ad arua:
 Campus vbi ridet, roscida prata virent.
Cum Deus adiutor mihi sit, protector & acer,
 Non metuam, faciat quid mihi durus homo.
Nec formidabo tenebrarum castra potentum,
 Quidue ferox princeps possit obesse mihi.
Adiutore Deo quæuis hostilia lætis
 Intentus superis agmina despiciam.
Nec malè sanus homo mihi se proponat amicum,
 Aut protectorem, fidere cui iubeat.

per contemplationem vident. Qui possunt cum Apostolo dicere, Nostra conuersatio in cœlis est. ¶ Proles Aronis. Idest sacerdotes, qui modo Aroni, immò Christo in sacerdotio successerunt. ¶ Quàm pius æterna. Versus intercalaris, pro eo, quod est in psalmo sæpius repetitus ille versiculus. Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. ¶ Cum tribulis premerer. Pro tribulationibus. Quæ admodum tribulorum atque spinarum animos expungunt. Et est deriuatiua uox pro simplici. ¶ Præssura. Numerantur hic multæ causæ, quare cognouerit Deum bonum pium atque misericordem, cum videlicet, ab illo fuerit ereptus à multis tribulationibus, quibus acriter angebatur non solum persona vatis, sed & vniuersus ille antiquus populus in figura pressurarum Ecclesiæ Christi: quas à persecutoribus, ab hæreticis, & à falsis fratribus olim, & nunc, & in futurū sustinebit. ¶ Ter. Num. finitus pro infinito. Vel iccircò ter dixit. Pro tribus prædictis tribulationibus ab apertis, simulatis, & occultis inimicis. ¶ Auxiliumque dedit. Sua potenti, atque inuisibili uirtute conuertendo hostiles animos ad pacē Ecclesiæ condendam. ¶ Ex arcto. Idest Ex angustiis locis, in quibus abscondebantur fideles persecutionis tempore. ¶ Spaciosaque duxit ad arua. Hoc maximè factum est. Constantini magni temporibus, quando pace data Ecclesię Imperatorem Romanum ad fidem Christi conuersum cum suis principib. cæperunt ubique per orbem terrarum Ecclesiæ ædificari. ¶ Campus ubi ridet. Orbis enim latitudo lætabatur ex gentium conuersione. ¶ Roscida prata. Hæc sunt pacua diuinarum scripturarum rore cœlesti pinguia. ¶ Durus homo. Hic Diabolus est. Vel sacerdotum gentilium obstinatus in malum cætus. ¶ Tenebrarum castra potentum. Hi sunt rectores mundi huius in maligno positi. De quibus ait Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem. Et sanguinem, sed aduersus potestates, & rectores mundi huius tenebrarum harum. ¶ Ferox princeps. Nero, aut quiuis Imperator persecutor Ecclesiæ, uel etiam ipse. Lucifer Dæmonum & malorum hominum princeps. ¶ Lætis superis. Idest his quæ mihi apud superos læta promittuntur, si fuero constans in fide, & perseuerans in bonis operibus. Iuxta illud sæcularis poetæ. Illic res lætæ &c. ¶ Male sanus homo. Qualis sæpe fuit Rex Aegypti populo Israelitico temporibus Hieremiæ prophetæ. ¶ Fidere cui iubear. Sic Hieremias dixit, maledictus homo qui confidit in homine, & ponit car-

Phyl. 3. B C Eph. 6. Verg. an. 2. Hier. 17.

Nonne Deo melius, satiusque est fidere forti?
 Quàm terreno homini corpore, mente leui?
Non ex principibus mihi iam persuadeat vllus,
 In sese vt sperem posthabito Domino.
In Domino longe est melius sperare; iubendi
 Cui ius est: uotis annuere atque meis.

nem brachium suum. Et iterum baculus arundineus Rex Aegypti, cui siquis fuerit innixus, frangetur calamus, & perforabitur manus innitentis. ¶ Terreno homini. Et propterea fragili, atq; mortali. ¶ Mente leui. Hoc est, instabili atque inconstanti, pollicitis quidem multi sunt diuites, sed attendere parci. Ex principibus. Angelicis, quia hominibus supra dictum est. ¶ Persuadeat ullus. Sed neque superum quisquam hoc persuaderet. Inferorum sic. Nam & Domino nostro Iesu Christo,

Ezc. 29.

Quàm sperare in principibus, qui iussa facessunt.
Sunt etenim positi sub ditione Dei.
Sintque licet magni, tamen his parere necesse est.
Nec nisi porrecta supplice voce rogant.
Omnes me miserum gentes (fleat vrbsq; parensq;)
Circunuallarunt obsidione graui.
Vt me deprimerent; præssum quoq; funditus imo
Mole sua eruerent, excuterentq; solo.

D sto, ausus est Lucifer dicere; hæc omnia tibi dabo, quia mea sunt, & cui volo do illa, si eadens adoraueris me. ¶ Post habito Domino. i. Contempto Deo. Hoc icciréò dictum est. Quia bene licet inuocare suffragia sanctorum, tanquàm intercessorum. Iuxta illud. Eiusdem vatis. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Et in
Iob. 5. Iob, Voca si est, qui respondeat: & ad aliquem
Io. 16. sanctorum conuertere; & in Euangelio. Veniet hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis. In illo die in nomine meo petetis, &c. ¶ Iubendi Nō intercedendi, quod faciunt sancti. De quare uide librū Hiero. contra vigilantium hæreticum, qui negabat sanctorum intercessionē, & reliquiarum venerationem.
Heb. 1. ¶ Facessunt. Sunt enim omnes ut ait Apostolus, administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos, qui ca-
Tob. 12. piunt hæreditatem salutis. ¶ Supplice voce iuuant. Vnde & Raphaelem Archangelum legimus dixisse Tobiæ, cū surgebas à prandio, & sepeliebas mortuos, ego obtuli memoriam & orationem tuam Domino. ¶ Fleat. Flendo dicat. ¶ Vrbsq; parensque. Hæc est Ecclesia, quæ uocatur Hierusalem, & est mater nostra vt docet Apostolus. ¶ Circunuallarunt. Vniuersalem vaticinatur persecutionem Ecclesiæ quæ facta est sæpè temporibus sanctorum martyrum. Sub diuersis Imperatoribus rerum, & gentium Dominis. ¶ Eruerentque solo. Hoc est nomen Christianum penitus e terrā delerent. ¶ Firma stetere. Eo quod fondata sunt supra firmam petram, quæ Christus est.
Matth. 16 Iuxta illud: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. ¶ Pugnante Deo, Inuisibiliter maiorem indies dando sanctis martyribus uirtutem. ¶ Mihi se strauere. Per voluntariam subiectionem. Quæ res maximè completa est in conuersione magni Constantini Rom. Impe. Qui & suis humeris. xij. Cophinos
E telluris e fundamentis Ecclesiæ Petri; & Pauli Apostolorum exportauit in reuerentiam, duodecim Apostolorum. Et beato Syluestro Papæ stratoris officium exhibuit. ¶ Culpæ. Sanguinis martyrū effusi, & persecutionis ipsius Ecclesiæ. ¶ Spōte dedere. Per uoluntariam pœnitentiam. ¶ Sic ego vindictam sumpsi. Occidendo in eis errorem, & fidem suscitando. Vt docet Augustinus. ¶ Pupugere. More publicani percutientis pectus suum, atq; dicentis. Deus propitius esto mihi peccatori. ¶ Sic ò sic socij vindictam summite. Corrigendo malitiam, & introducendo Charitatem. ¶ Surreptus. Latenter arreptus. ¶ Rebelles mei. Iudæi, qui Christum caput Ecclesiæ occiderunt, Apostolosq; persecuti sunt. ¶ Liuida turba. Nam per inuidiam (vt sciuit Pilatus) tradiderunt eum. ¶ Tanto tumultu. Clamantes. Crucifige, Crucifige eum. Prope subruerent. Humano more loquitur. Veluti cum Dominus in Cruce dixit. Vt quid dereliquisti me? Prope etiam tunc dicitur subuersa Ecclesia. Quia Apostoli fundamenta esse debuerant, relicto Domino dispersi sunt. ¶ Voce vocaui. Dimitte seu ignosce illis quia nesciunt, quid faciunt. ¶ Vt cessere. Paulisperà persecutione mea. Quod factum
F fuit à resurrectione Domini usque ad missionem Spiritus sancti. ¶ Protinus vltus eos. Nam statim per apostolicam prædicationem laboratum est ad conuersionē
Act. 2. Iudæorum. Ita vt paucis in diebus multa millia conuersa sint. Videto actus Apostolorum. ¶ Sicut apes. Pulcher-
3. & 4. rima comparatione ostendit tumultuosam Iudæorum duritiam multùm profuisse Ecclesiæ ad uirtutis perfectionem. ¶ Sibi mellificant? Sic & Virgilius dixit. Sic vos non uobis mellificatis apes. ¶ Aedificant. Cæreas domunculas. De quibus Quartum vide Maronis librum Georgicorum. ¶ Hostiles turbæ. Paganorum de quibus suprà dictum est. ¶ Mei. Iudæis. Iudæus etenim Christus caput Ecclesiæ ex matre judea natus. Iudæi & discipuli fundamenta surgentis Ecclesiæ. ¶ Solertes siquidem. Val de sollicit, in malam partem capitur hic nam τον μεταν est. ¶ Domos, Non aduertentes ad illud prouerbium. Facta domus furto durabit tempore curto. ¶ Alijs. Sanctis martyribus, qui per tormenta à persecutoribus sibi illata ad gloriosam martyrij coronam peruenerunt. ¶ Nocuere sibi. Nam grauioribus in inferno tormentis excruciabuntur Sanguine sanctorum effuso, quam si non effudissent. Nam in his Actio displicuit, passio grata fuit. ¶ Pars seruata mihi. In ijs qui ad Christum conuersi crediderunt in eum, & corpori Ecclesiæ sunt vniti, tam ex Iudæis quàm ex paganis & gentilibus. ¶ Cæsa statim. Iudæi siquidem qua-

Nomine sed Domini (quem toto corde vocaui)
Fundamenta meæ firma stetere domus.
Quin pugnante Deo mihi me strauere superbi:
Et culpæ pœnas sponte dedere suæ.
Sic ego vindictam sumpsi: sic vltus in illos,
Pectora pro venia cum pupugere sua.
Sic ò sic socij vindictam summite, nulla
Vltio ab infesto pulchrior hoste venit.
Quàm cum surreptus fallax occiditur error:
Mortua cumque fides iam rediuiua micat.
Non secus, ac feci, cum defecere rebelles
In me surgentes Liuida turba mei.
Nam circundantes tanto obsedere tumultu:
Vt subito impulsu me propè subruerent.
Nomine sed Domini quem magna voce vocaui,
Vt cessere, fui protinus vltus eos.
Sicut apes rauco strepuere per aluea bombo
Ædificando domos, melle replendo fauos.
Sed quid agunt tanto strepitu, duroq; labore?
Num sibi prospiciunt? aut sibi mellificant?

Commoda perficiunt aliorum, alijsq; laborant.
Ædificant alijs: mellificant alijs.
Non secus hostiles fremuere per agmina turbæ.
In me: non aliter perstrepuere mei.
Solertes siquidem peruertere cuncta fuerunt,
Sic sibi credentes ædificare domos,
Hortos amplificare, palatia magnificare,
Direptis opibus sicque replere meis.
Ecce laborarunt alijs, frustraq; strepentes
Prospexere alijs, & nocuere sibi,

dragesimo

Ignis vt in spinis, in me exarsere maligni:
Quas subito crepitu flamma soborta vorat.
Nomine sed Domini magna virtute recepta
Sunt mihi prostrati; sum simul vltus eos.
Dupliciter siquidem sum fortiter vltus in illos
Pars seruata mihi, pars quoque cæsa statim.
Acturùm cæsi, qui animo mansere rebelli:
Seruati; subijci qui voluere mihi.
Nunc igitur dicam, quoties impulsus ab hoste
Euersusq́, fui proximus vt caderem;
Fortis eques Dominus toties extendit ab alto
Saluificam dextram, sustinuitq́, latus.
Qui fueram imbellis, mox & casurus in hostem
Debilibus fisus viribus ipse meis.
Me fragilem agnoui, fortem Dominumq́, vocaui;
Protinus est factus robur & arce mihi.
Quòd si bellando voluissem asciscere laudes
Ipse mihi lapsus, turpis inopsq́; forem.
Sed quia diuinas potius disquirere laudes
Elegi mea; laus factus & ipse mihi est.
Nunc igitur dicam, Domini est donare salutem;
Laus mea tu Deus es, robur & ipse meum.
Exultent igitur iusti, mecumque salutis
Autori nostræ, carmina læta canant;
Vox exultantum resonansq́; per ampla volutet
Atria iustorum, lætitiæque sonus.
Maxima nam Domini virtutem dextera fecit;
Dextera me Domini sustulit alta grauem.
Dextera me Domini super aurea sydera terris
Extulit oppressum, præposuitque Polo.
Dextera quam Domini virtutem fecerit, ecce
Vtuam; non moriar, mortuus vt morerer.
Viuam equidem, vitamque per omnia sæcula ducã,
Felicem; Domini miraque gesta canam.
Me pius emendans paret, heus audite rebelles,
Dura opera vestra nuper abusus erat.
Impia vestra manus fuerat sibi facta flagellum.
Quo me corrigeret, retraheretq; vagum,

Castigans igitur me castigauit, & alto
Verbere correctum dextra retraxit amans.
Non tamen æternæ morti me tradidit asper,
Vt voluissetis vilia mancipia.
At vos ò socij, veterum memoresq́, laborum
Iustitiæ portas vos aperite mihi.
Pandite claustra citi reuoluto cardine toto,
Pandite claustra, quibus scanditur astra super.
Namque ingressus eas Domino meditata fatebor,
Carmina digna Deo, quæ dedit ipse, canam.
Hæc est porta Dei, & Domini bipatentis olympi;
Iustorum cœtur ingrediuntur eam.
Stant foris exclusi, qui fecere rebelles;
Non hanc intrabunt impia turba canes.

dragesimo à passione Domini anno cæsi sunt à A
Romanis diuinæ iustitiæ ministris: & vrbs eorum
excisa templumq́ue destructum; Nero quoque &
Diocletianus cæteris persecutoribus Ecclesiæ citò
diuinam in se vltionem sensere. ¶ Acturùm. Fun-
ditus & omnino. ¶ Subici. Abiecta vocali prima
Syllaba remansit in propria natura breuis. ¶ Mihi
Christi fide suscepta. ¶ Impulsus. Vates hoc in lo- 2.Cor.3.
co in se suscipit personam populi fidelis. ¶ Quo- 1.Cor.4.
ties. Non minus decem persecutionibus valde cõ-
motus est populus fidelium ab atrocitate persecu
tionum. ¶ Extendit. Ad necem persecutorum, vel
ad eorum conuersionem, vt altero ex his modo
daretur pax Ecclesiæ. ¶ Latus. Morem expressit
eius, qui cadentem sustinet. ¶ Imbellis. Ex me, &
propriæ virtuti derelictus. Quales fuerũt discipuli
Domini tempore passionis eius. ¶ Fragilem agno-
ui. Optimum euadendi remedium, suam fragili-
tatem cognoscere, & ad Dei fortissimi patrocinium
confugere. Nam, qui superbis resistit; humilibus
confert gratiam. Petrus enim nimis audax per-
missus est cadere Ioannes autem in Passione Do-
mini semper assistens nihil aduersi sustinuit, quia
humilis Dominicæ acquieuit sententiæ. ¶ Mihi.
Quasi à meipso, & non à Domino talem sufficien
tiam haberem, cum dicat Apostolus, non esse
nos sufficientes ex nobis. Sed omnem sufficientiã B
nostram ex Domino esse. Et alibi. Quid habes,
quod non acceperis? Quod si accepisti, quid glo-
riaris quasi non acceperis? ¶ Diuinam laudem.
Quæ res boni serui est. Domini sui gloriam quæ-
rere, non propriam. ¶ Sustulit. Ex imo peccato-
rum cœno. In quod sponte nostra peccantes im-
mergimur; sed non vltro inde emergimus. Quia
diutius ibi nos patitur Deus immersos iacere: vt
cognoscamus, quantùm intersit inter dominium
suum, & tyrannidem Diaboli. ¶ Oppressum. Gra-
uissimo iniquitatis pondere. ¶ Polo. Vt Petrum
post pœnitentiam. Quem cæteris præposuit, & in
terris vicarium sibi substituit in Ecclesia, quæ re-
gnum cœlorum dicitur. ¶ Viuam. In æternum.
¶ Mortuus. Sæculo, vt morerer Deo per impatiẽ-
tiam & desperationem, quod intendebant aduer-
sariæ potestates. ¶ Fœlicem. Nunc spe, re deinde.
Et hoc remissione peccatorum accepta. ¶ Abusus
erat. Nam omnis malus ideò sustinetur, vt per cũ
bonus corrigatur, simul ac exerceatur. Tamet si
mens eius nescia secreti huius aliud intẽdat. ¶ Fla-
gellum. Attila quoque rex Gottorum prædicabat
se esse flagellum Dei, quo itali plecterentur. ¶ Retraheret, In viam rectam iustitiæ, & mandatorum Dei. ¶ Vagum.
per abrupta vitiorum. ¶ Castigans. Vt ait Apostolus, castigati, & non mortificati. ¶ Verbere. Iuxta illud. Si dere-
liquerint filii eius legem meam, & mandata mea 1.Cor.6.
non custodierint, visitabo in verberibus peccata C
eorum. ¶ Correctum. Nam leui disciplina corri-
guntur electi. Peruersi verò (vt ait sapiens) diffi-
cile corriguntur, quin inter flagella per impatien
tiam deteriores euadunt. ¶ Asper. Talis enim vi-
detur reprobis, tamet si sceleribus eorum iustè
damnatis. ¶ Vt voluissetis. Siquidem huius rei
gratia tentamur à Diabolo, vt secum damnemur
non qui inde leuior futura sit eius damnatio; sed
quia inuido placet illud adagium. Solatium est
miserorum multos socios habere pœnarum. ¶ Vi-
lia mancipia. Mortis æternæ, atque gehennæ;
cuiusmodi sunt Dœmones omnes, & eorum se-
quaces homines. ¶ At uos o socij. Angelos, &
homines iustos antecessores alloquitur, qui tu-
lerunt claues scientiæ, & regni cœlorum, ipsique
introierunt, & intrare uolentibus libenter aperue
runt ¶ Laborum. Quos etiam vos in ætate uestra

inter

fermonem: cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. ¶ Salutifer orbi. Non Iudæis solùm, sed uniuerso orbi. Dominus Iesus optatam attulit salutem. ¶ Dexter. Propitius ac fœlix. ¶ Obsecro mi Domine ut saluer, &c. Hæc est interpretatio illius vocabuli Osanna, quod in laudem Domini in urbem intrantis die palmarum pueri hebræorum cecinere: nam teste Hieronymo hic erat ille uersiculus quem decantabant, anna osi anna, adonai obsecro saluum me fac obsecro Domine. Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. ¶ Sic o sic socij. Inuitat alios exemplo suo ad concinendum Domino, dum itur in occursum eius, quod & vniuersalis Ecclesia traxit in morem quotannis facere in processione palmarum. ¶ Festa fronde. Oliuæ, & palmarum: vt pacificum, atq; Victorem regem Christum à mortuis, resurrexisse declaret. ¶ Nos etiam. Patriarchæ, & Prophetæ antiqui: nam vna est illorum, & nostra fides variato solùm tempore, quod enim dè Christo ipsi expectabant uenturum, nos credimus, & venisse confitemur. ¶ Sacra æde. Deest præpositio, è domo Domini, quæ tunc dicebatur aliquando Synagoga, & aliquando Ecclesia, nunc A

Nos etiam sacra vobis benediximus æde:
Emicuit Dominus, fulsit & vnde Deus.
Splenduit inde quidem propria deitate coruscus,
Illuxit nobis nec minus inde Deus.
Solemnem, festumq; diem, celebremq; dicate
Illi igitur, cœtus conueniatq; frequens.
Impleat ut populus templum, & penetralia templi,
Perueniant aræ cornua ad vsq; sacræ.
Tum positis genibus palmasq; ad sydera mecum
Tendentes, sursum corda leuate Deo.
Tu Deus omnipotens meus es, fateamur, & vna
Semper eris Dominus, rex meus, atq; Deus.
Te, nomenq; tuum super aurea sydera tollam,
Te, laudesq; tuas, & super astra feram.
Corde recordabor, grata tibi voce fatebor,
Quod me exaudieris spesq; salusq; mea.
O populi, & gentes hæc sit confessio vestra,
Vestra fides hæc sit, quàm bonus est Dominus.
Quàm bonus æternum Dominus fateamur in æuũ
Præditus æterna sic pietate Deus.

autem semper Ecclesia, cuius honorabilia membra fuerunt Patriarchę, atq; Prophetæ, vnde & de Moyse legimus, quia fuit fidelis minister in domo Domini. ¶ Dominus. Noster Iesus Christus quo ad humanitatem, secundũ quam dixit postquam à mortuis resurrexit. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. ¶ Nec minus inde Deus. Qui fuit ab initio, & ante sæcula Deo patri coeternus. Nam nisi fuisset verus homo mori, non potuisset, & nisi verus Deus resurgere nequiuisset, ergo ex resurrectione, emicuit verus homo, & verus Deus. ¶ Solem. fe. diem. Quod & factum est in die pascatis, inde etiam sabbatum in diem dominicã mutatum est, qui singula quaq; hebdomada per anni circulum celebratur a nobis in honorem dominicæ resurrectionis. ¶ Conueniat. Ad communem lætitiam celebrandam. ¶ Templum. Non illud vetustum, quod sicut umbra præteriit, sed ad nouam fidelium Ecclesiam, quæ toto orbe diffusa est. ¶ Sursum. Hoc & Apostolus monet, si consurrexistis, inquit, cum Christo quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. ¶ Tu Deus omnipotens. Vnà cum patre & Spiritusancto, & tres simul omnes, unde illud Apostoli rogamus vos fratres vt non sint in vobis schismata, sed omnes vnanimes idipsum sentiatis, & idipsum dicatis. ¶ Nomenq; tuum. Neq; enim est Num. 12 Heb. 13. Matt. ult. B col. 3.

aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos saluos fieri, & alibi Apostolus, propterea dedit illi Deus nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, &c. ¶ O populi, & gentes. Vaticinium est de conuersione Gentilium, & Iudæorum in unum populum Christianum, ad confessionem vnius fidei, vnius Dei, in vno baptismo. ¶ Quam bonus est Dominus. Qui sola sua bonitate nobiscum communicanda nos creauit, & redemit. ¶ Vt bonus. Redit ad principium psalmi, quia ipse est initium, & finis omnis creaturæ, quam in laudem suam creauit Deus Pater, filius, & Spiritussanctus, qui est benedictus in sæcula. Amen. Act. 4.

VERE, fœlices, &c. Alphabetarius hic psalmus uelut cæteros superat longitudine, sic & sententia profundior est, & in morali fructu excellentior, & quò in uerbis planior esse uidetur, eò sensu profundior est; hinc factum est, vt diutius metricam eius descriptionem protraxerim, quasi uires meas nimis excedente, & præcipuè quia nullus in eo vagandi, aut perstringendi locus conceditur, quod maximè poetarum est, vnde, & contra artem facere, vt fidus essem interpres, oportebat. Diuino tamen adiutus fauore tandem aggressus sum opus difficile, & quod neq; solutę orationis interpretes ausi fuerant; superaui, vt quemadmodum in Hæbreo, cuiuslibet octonarij uersus omnes ab eodem incipiant elemento, nec ulla initialis dictio discrepat à sensu proposito, aut uiolenter attracta uideatur, si nitido oculo propensius inspiciatur, quod non meum, sed muneris fuisse diuini proculdubio confiteor; tametsi in hac multùm elaborauerim: sed iam ad expositionem psalmi eodem fauore sub

ODE EX PSALMO CXVIII.

Beati immaculati.

VEre fœlices, verè quicumq; beati
Mortales cupitis sæcula longa fore.
Posthabitis cunctis hùc, hùc properate frequentes.
Quo fieri pacto possit, adeste, canam.
Non vos diuitiæ fallaces, gloria inanis,
Non toto vobis quicquid in orbe placet.
Non epulæ pingues, Epicuri blanda voluptas,
Delitiæ carnis sardanapallis opus.

nixi accingamur. Alphabetarius dicitur, quia xxij. litteras, sicut in hebreo, continet elementares, quasi totius scientiæ moralis prima elemẽta, quæ paruuli in Christo in primis, & ante omnia debent ediscere, si ad summam doctrinã legis Dei & inde ad culmen beatitudinis peruenire voluerint, de ipsis verò litteris sigillatim dicam in principio cuiuslibet octonarij. Nam proemiũ quoddam præpositum est, quò ad verã beatitudinẽ, quam natura omnes appetunt, accendantur, ne per varios errores seducti à vera declinent via, & per præcipitia deducti in profundum miseriarũ labantur, dicit ergo vates. ¶ Verè fœlices, &c. Hoc ideò est, quia multi falluntur existimantes beatitudinem in eo, quod optant, illam esse beatitudo. C

Non multa imperia, aut bellando gloria parta,
Non orbis totus sub ditione tua.
Non hominum inuentum sæcli prudentia vana,
Aut ratio astrorum, sydereiúe poli.
Sed neq; fœlices rerum cognoscere causas
Vos faciet; deerit si vnica causa Deus.

D titudo quippe, ut ait Augustinus, tam magnũ est bonum, vt omnes illã appetant, tam boni, quàm mali: sed pauci ueram agnoscunt, ad hanc viam quia non delectat, nisi quod proprio appetitur gustu, qui vt in febricitantibus sæpe corrũpitur. ¶Fœlices. Omnium bonorum compotes. ¶Beati. Qui ipso Deo omnium bonorũ auctore fruuntur, sed in hoc sæculo plena fœlicitas, aut perfecta beatitudo haberi non potest, humanis id prohibentibus miseriis, quæ propter peccata incurimus. ¶Sæcula longa. Eterna post mortem, & resurrectionem. ¶ Epicuri. Phylosophi voluptuarij, de quo vide Cicer. in offic. ¶Sardanapallis. Ab eo quòd est Sardanapal, ut Asdrubal,& Annibal, alij declinarunt. Sardanapallus fuit hic vlt. Assyriorum rex omnium effeminatorum mollissimus, cuius hoc fertur dictum. Ede, bibe, & lude, post mortem nulla voluptas, vide Iustinum Hist. lib.1. ¶Prudentia uana. Qualis erat antiquorum phylosophorum, & poetarum sæcularium, de qua dictum fuerat, sapientiam sapientiã perdam, & prudentiam prudentiam reprobabo, de hac re vide Apostoli doctrinam ad Romanos,
1.Capite & latissimè ad Corinthios. ¶Aut ratio astrorum. Absq; cognitione, & vero cultu Domini eorum, hic notantur priscilianistæ hæretici, atq; mathematici. de quorum errore, & confutatione vide Gregorium in homelia Epiphaniæ, & Augustinum in sermone eiusdem diei, & Chrysostomũ in comment. super Matth. cap.ii. ¶Causas. Quod dixerat Verg. ¶Causa. omniumq; causarum prima, unde & quidam phylosophorum princeps fertur dixisse causa causarum miserere mei. ¶At potius. Hic incipit psalmi primus octonarius à primo Elemento incipiens, quod hebraicè Aleph appellatur, grecè Alpha latinè A. interpretatur autem Aleph à diuo Hierony. Doctrina, per quam demonstratur excellentissimam in hoc psalmo doctrinam, & saluberrimam esse:

[Aleph.]

At potius faciet uita immaculata beatos,
Et virtutis iter præduce lege Dei.
Atq; sacros apices scrutari: si tamen illis
Quæratur toto, & simplice corde Deus.
Absistant igitur, qui operantur iniqua, vagari:
Non hoc est Domini pergere uelle uias:
Aduertere minus te præcepisse minando,
Vt benè seruarent omnia iussa tua.
Ah fluidos utinam tua dextera dirigat actus,
Vt seruem, quibus hic iustificatur homo
A speculis, vbi mens præcepta inspexerit, altis
Tunc non confundet pectora clausa Naas.
Addictusq; tibi directo corde fatebor,
Iusta quòd addidici, rectaq; iudicia
Adonai penitus ne me tua cura relinquat.
Maiora ut seruem iustitiæ monita.

¶ Vita immaculata. Alaph peccatorum munda,
1. Ioa. 1. atq; immunis, quæ cum Dei adiutorio, teste Augustino haberi, & seruari potest à criminalibus; à venialibus verò non, quia septies in die cadit iu-
E stus, & si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus: sed & si grauioribus quisquã fuerit sordidatus veræ pœnitentiæ lauacro poterit emundari per sanguinem Christi, exemplo Dauidis, & Magdalenæ, Publicani, & aliorum peccatorum ad pœnitentiam conuersorum de quibus plenum est Euangelium. ¶Beatos. Nunc spe, post autem re. ¶ Et uirtutis iter. Quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat, & quod bonum est, iuxta illud declina à malo, & fac bonum. ¶ Sacros apices. Monita vtriusq; testamẽti salubria. ¶Quæratur. Alijs non manifestatur. ¶ Sontes. Peccatores. ¶ Vagari. Per præcipitia uoluptatum. ¶ Vias. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & ve-
Iac. 2. ritas. ¶Minando. Mortem æternam. ¶Omnia iussa. Defleat peccator, quia offendens in vno, factus est omnium reus. ¶ Fluidos actus. Quia oĩs
Gen. 8. ætas ab adolescentia in malum prona est. ¶Vt seruem. Fidem Christi, & mandata eius. ¶A speculis. Interioribus oculis quæ sunt ratio, & intellectus. ¶Naas. Idest Diabolus, qui fidei oculum dextrum nititur à fidelibus eruere in pessimam confusionem quam rem Naas ammonites viris Israeliticis habitatoribus Iabes Galaad minabatur in confusione totius populi Dei. ¶Addictusq; tibi. Dedicatus, seruitioq; tuo ascriptus hoc potest dicere. Qui adhæret Deo, vnus Spiritus efficitur cum eo. ¶Addidici. Tu interius me docente. ¶Iudicia Domini. Quæ sunt abyssus multa, & humano ingenio inscrutabilia, recta tamen, & iustificata in semetipsa. ¶Adonai. Vniuersorum Domine. Et est unum de nominibus Domini Dei, de quibus infra in octonario v. ¶Maiora iustitiæ monita. Euangelica scilicet, nam minora minoribus, & pro regno terreno, & maiora maioribus pro cœlesti data sunt ab eo qui nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam ut docuit Augustinus.

[Beth.]

Bachatus mores emendat iunior inquo?
Si verbis promptus pareat ille tuis.
Baccatum toto feci mihi corde monile
Te quærens: nẽq ne tua iussa fuga.
Baccare cinge caput: quia dudum corde recondi,
Ne tibi peccarem; dulcia uerba tua.
Bos sine voce vocor: Deus es benedictus adesto,
Quæ iustum faciunt, me tua iussa, doce

[Beth.] Secunda est hæbreorum litera, quæ domus interpretatur, & est sensus, quia doctrina Dei non nisi in
F domo Domini, quę Ecclesia eius est habetur, qua & in domum supernam deducemur, uel quòd hic psalmus sit domus quædam, vt apotheca diuinæ doctrinæ. ¶Bachatus. Quouis furore uehementius agitatus, à celebrantibus bachanalia, similitudine deducta: nam antiquis bachari pro furere dicebant. Si uerbis. Responsio est, solent enim uates interrogare, & sibiipsi respondere. ¶ Verbis
Matth. 3. tuis. Illis primùm, pœnitentiam agite, appropin-
Matt. 19. quabit enim regnum cęlorum, quia nemo potest nouam uitã inchoare, nisi ueteris ante pœniteat, deinc illis, si uis ad uitam ingredi serua mandata, postremò illis. Si uis perfectus esse, uende omnia quę habes, & dat pauperibus, & ueni sequere me. ¶Baccatum. Sine aspiratione, ut distet à superio-

ri, &

A

Bos aliquando dedi mugitus æthere magnos:
Prędixi labiis oris, & alta tui.
Barbara gens opibus ceu delectatur auaris;
Sic ego responsis testibus atq; tuis.
Blandus ab ijs factus prius exercebor in ipsis:
Deinc contemplabor, quas docuere uias.
Balbus enim fierem, si non meditarer in illis,
Atq; oblita mihi iam tua verba forent.

ri, & significat gemmis, hoc est uirtutibus ornatum. Baccæ enim sunt Margaritæ: de quibus in Euang. simile est regnum cœlorum negociatori quærenti bonas Margaritas, &c. Matt. 13. ¶Ne fuga. Ne longe facias, & est liptote figura, quia minus dicitur, & plus significatur, petit enim illis imbui. ¶Baccare. Herba radicis odoratæ, cuius uis fascinum expellit, hæc patientia est, qua fascinū Diaboli perpellitur, vt in beato Iob expertam cognouimus. ¶Bos sine uoce vocor. Dum disco legem tuam, etenim est ante tempus tacendi, quàm loquendi, Eccl. 3. hoc etiam beato Thomæ Aquinati dicitur euenisse, dum diuinis literis tacitus operam daret, vt à scolasticis bos mutus, & pinguis appellaretur. ¶Dedi. Pro dabo, tempus pro tempore. ¶Mugitus magnos. In repræhensionem peccatorum, responsum hoc etiam fuit Alberti Magni pro diuo Thoma prædicto, fore ut magnos daret mugitus in Ecclesia Dei. ¶Barbara. Quæ eloquiorum Dei linguam non nouit, sed Diaboli. ¶Opibus auaris. Quæ sitim auari non extinguunt, sed in dies magis ac magis accendunt. ¶Testibus tuis. Apostolicis dictis, testes enim fuerunt Apostoli verborum & actionum Domini. ¶Blandus. Deposito furore adolescentiæ, de quo suprà iuxta illud. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Matt. 11. ¶Exercebor. Nam per exercitium uitæ præsentis actiuæ peruiniemus Deo duce ad contemplationem uitæ futuræ, tametsi etiam dum hic uiuimus distributis temporibus possumus actiui, & contemplatiui, ui de sermonem diui Augustini super vltimo capite Ioannis Euang. ubi duas itaq; uitas diuinitus commendatas nouit Ecclesia, &c. ¶Balbus. Qui vitio linguæ verba nequit exprimere: sed obscurè loquitur iuxta illud persij Rancidulum quiddam balba de nare locutus, talis est is, qui seipsum non exercet in studio diuinæ legis, cum enim uoluerit de ea pro officio suo aliquid loqui, dicet cum Propheta a.a.a. Domine nescio loqui. Hier. 1. ¶ Oblita. Hoc solet illis euenire prælatis, qui abuntur affluentia deliciarum.

B

[Gimel.] Tertia hæbreorum littera, quæ plenitudinem sonat, per hoc indicans plenum esse hunc psalmum veræ sapientiæ doctrina. ¶Grandis adhuc pietas. Idest diuina misericordia, quam dictionem versus iste non capit, nisi super addita litera scilicet producta prima vt in quibusdam alijs dictionibus veteres facere poetæ. ¶ Retribuat. Bona scilicet pro malis meis, quod grandis est misericordiæ Dei, postulat autem fidem pro sua infidelitate, vt uiuat, quia iustus ex fide uiuit, & gratiam obedientiæ atq; fortitudinis pro inobedientia, atq; imbecillitate sua, ut quæ iussa sunt, faciat: nam sine me (inquit,) nihil potestis facere, Ioan. 15. notat hic Augustinus iiij. retributiones. bona pro bonis, mala pro malis, & hæc sunt iustitiæ, quæ in iudicio unicuiq; à Domino retribuentur, tertia misericordiæ, qua bona pro malis modo redduntur à Domino, quartam nescit Deus: sed est frequens apud homines etiam in ipsum Deum reddere, scilicet mala pro bonis. Ioan. 8.

[Gimel.]

Grandis adhuc pietas (ut uiuam) & iussa facessam,
Retribuat famulo, quæ dederat Domino.
Grandis item pietas, & Lumina clausa reuelet,
Mira uidere queam legis ut alta tuæ.
Gens procul à patria, vilis sumus incola terræ
Ne lateant oro nos tua iussa Deus.
Gens infirma sumus, cupierunt tempore in omni
Iustitia exuri pectora nostra tua.
Gangis vbi est ortus, reprensa superbia nostra est,
Declinans iussis stirps maledicta tuis.
Gangis fonte laua contemptum, opprobria tolle,
Iustitiæ expetij nam monumenta tuæ.
Garrire aduersos proceres uiden ecce sedentes,
Dum seruus meditor dogmata sacra tua.
Gratia martyribus quanta est, meditatio nostra,
Consilium & nostrum lex tua sancta Deus.

¶ Famulo. Peccatori homini, etenim qui facit peccatum, seruus est peccati. ¶Domino. Primo homini antequàm peccasset, qui factus erat, ut dominaretur cæteris animantibus. ¶Lumina. Interiora animæ. ¶Clausa. Propter tenebras peccatorum, & maximè infidelitatis antiquæ. ¶Alta. Profunda, & inscrutabilia. ¶A patria. Cœlesti: nam dum hic uiuimus, peregrinamur omnes à Domino. ¶Incola. Ad modicum tempus hic habitans, & terram proprij corporis exercens. ¶ Ne nos lateant. Quia ignorans ignorabitur. ¶ Gangis ubi est ortus. In paradiso deliciarum. ¶Repren supe. nostra est. Illis uerbis ironicè prolatis. Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, &c. Gen. 3. ¶Iussis tuis. In gustu pomi uetiti. ¶Maledicta. Morti atq; miseriis huius uitæ addicta. ¶ Gangis fonte. Qui est in medio Paradisi, per quem signatus est fons misericordiæ diuinæ, quæ nobiscum fit in baptismate.

C

¶ Contemptum. Idest labem originalis peccati, quam ex contemptu contraximus in primis parētibus. ¶Opprobria. Quæ nobis illusor obiicit Diabolus ob iniquitates nostras, & ea, quæ fidelibus olim obiiciebantur ab impiis propter crucem Christi, quæ Iudæis erat scandalum, gentibus autem stultitia. ¶Garrire. Subaudi ineptè loqui uelle maledicere, nec tamen apertè audere hoc maximè factum est post Imperatoris, & regum conuersionem ad Christi fidem. ¶Aduersos proceres. Iudæos, siue gentiles in perfidia sua permanentes. ¶ Martyribus. Testibus, siue testimoniis tuis, græca dictio est ex frequenti vsu facta latina. ¶ Lex tua iusta. Humanæ siquidem frequenter iniustæ sunt traditiones, vt de usuris, concubinis, & præscriptionibus cum alijs similibus.

[Daleth.]

Digna, pauimento quia mens animalis adhæsit,
Morte, tuo verbo uiuificetur adhuc.

[Daleth] iiij. Litera, cuius interpretatio tabularum est, carū scilicet in quibus digito Dei fuit scripta lex Domini, & tabularum cordis carnaliū in quibus Euangelica lex noua per Spiritūsanctū descripta est. ¶Pauimento. Idest corpori, quod animæ pauimentum est, & ab ea sanctis pedibus

 eius,

Digna, uias confessa malas per scrupea saxa
 Exaudiri habita est, vt doceatur adhùc.
Da mihi tu iustæ documenta salubria vitæ,
 In mirabilibus verser ut ipse tuis.
Dormitauit iners animus fastidia passus,
 Confirma in verbis me Deus alme tuis.
Dormitem ne iterum, via dimoueatur iniqua,
 Et de lege tua iam miserere mei.
Debilis ecce viam delegi, quam docuisti:
 Oblitus nec sum iudicia alta tua,
Debilis ecce tuæ doctrinæ testibus hæsi,
 Confundi ne iterum me patiare, precor
Diffusa siquidem cordi charitate cucurri
 Per mandatorum (sit licet arcta) viam.

D ctius, hoc est affectibus conterendum esset: sed misera delitiis carnis delectata interdum concupiscentijs illius acquiescit, vnde & mortem incurrit, iuxta illud Apostoli: si secundum carnem uixeritis, moriemini, quòd si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis, & hoc esset pauimentum conferere. ¶Animalis. Sensualis, alium more brutorum sensu, non ratione duci, hi carnales, & animales ab Apostolo uocantur. ¶Tuo uerbo. Qd pro nobis caro factum est, & habitauit in nobis & monita eruditionis nostræ nobis reliquit. ¶Confessa. Optimum peccantibus remedium est humilis confessio. ¶In mirabilibus. Operibus scilicet, nam mirabilia sunt omnia opera Domini, & maxime redemptionis humanæ. ¶Dormitauit. In peccatis longam morã traxit torpore surgendi, & vitam in melius mutandi, quòd fieri solet ex metu recidiui, præ difficultate emendationis morum, & ex disperatione perseuerandi. ¶In verbis tuis. Quibus te adiutorem fore promisisti. ¶Viam mandatorum. Vel Christum ipsum, qui est *factus nobis* via, veritas, & vita. ¶Debilis. Ex fragilitate naturæ, iuxta illud corpus, quod corrumpitur, aggrauat animã, & impedit sensum multa cogitatem terrena inhabitatio, item debilis ex infirmitate contracta ob insiduitatem peccandi. ¶Confundi. Per recidiuum. ¶Diffusa charitate. Quæ omnia difficilia, & grauia, leuia reddit, atq; facilia. ¶Sit licet arcta. Iuxta illud Euangelicum, contendite intrare per angustam portam quia lata porta & spaciosa via est, quæ ducit ad perdicionem, & multi sunt qui intrant per eam, quam angusta porta, & arcta uia est, qui ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

Rom.8.

1.Cor.3.

Sap.9.

Luc.13.

E

[He] ista.

Heloe pone mihi legem, quæ sit uia recta
 Iustitię; & nitar quærere semper eam.
Hel Theeq pande mihi intellectum, scruter vt illã,
 Vt seruem toto corde, feramque manu.
Helie deducat me semita recta tuorum
 Mandatorum oro: lætus enim hanc uolui.
Helie flecte precor tu corda cupidine cæca
 Ad tua martyria, & non in auaritiam.
Heloi, ne tueantur inania, lumina uerte:
 Viuificet potius me tua recta uia.
Heloi me famulum sancto, castoque timore
 Siste tuo: vt discam dulcia verba tua.
Hæc tuus opprobriũ, quod suspicor, amputet ensis
 Ia Sabaoth: tua sunt suauia iudicia.
Hem tua concupij Tetragrammaton Eser Eheie
 Iussa mihi: vitam det tua iustitia.

[He.] V. Littera. Istam, sonat in Lingua nostra & subaudire possumus esse uiam mandatorum Dei, à nobis percurrendam, quæ planè monstratur in hoc psalmo. ¶Heloe pone mihi &c. Decem diuina nomiua refert Hieronymus in Epistola ad Marcellam cum interpretationibus suis. Quæ duabus ex causis huic quinto octonario apposuimus. Prima quia, nos Latini non habemus dictiones talis initij, quibus benè exprimatur hæc littera. He. secunda ne toties repetenda essent Deus, & Domine. Incipit ergo Heloe. Idest, ò Deus. ¶Legem. Maxime Euangelicam. ¶Quærere. Vt sciam ambulare per eam, & alios verbo, meoque exemplo docere. ¶Hel θεε. Fortis Deus. Hel enim duas habet græcas interpretationes. Nam Lxx. interpretes θεον Idest, Deum. Aquila verò ετυμολογίαν. eius expressit ἰσχυρόν. Idest fortem. ¶Manuq; feram. Non pharisaico more philateria dilatando. Sed vt illam opere compleam. Helie. Excelse, & summe Deus. ¶Semita recta. Ne fortè ad dextram, vel ad sinistram declinarem, delitiarum, prosperitatis tempore, & desperationis in aduersitate. ¶Lætus enim. Hilarem quippe datorem diligit Deus. ¶Helie. Quod suprà. Replicatũ est. Quia Saddai non potuit initio locari. Quod significat robustum atque ad omnia sufficientem Greci αλκιμον vocant. ¶Qui potens es, & omnia sufficis. Nos enim à nobis ipsis non possumus, ¶Cupidine. Cupiditate quauis mala. ¶Ad tua martyria. Patienter sustinenda ut impleamus eam legem. Qui vult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Potest etiam generaliter intelligi, ad tua martyria. Idest ad tua testimonia, ¶Heloi. Deus meus. Hoc nomen in Cruce geminauit Christus. Quando dixit. Heloi, heloi lamazabathani, quod est interpretatum. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me. ¶Tueantur. Ad concupiscendum. Quæ enim intuentur oculi, Cor facile concupiscit. Vnde & mors animæ generatur. Benè itaque dicebat propheta, quia sæpè mors intrat per fenestras nostras. ¶Lumina. Oculos. Proter illud. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus Hierusalem. ¶Heloime. i. Deus. ¶Dulce in ore proferentis, & in aurib. auditorum suaue. ¶Opprobrium. Malam de proximo suspitionem, ne aduersum me aliquid machinetur, mali. Quod graue peccatum est. Et quantam afferat ruinam sinistra suspitio exemplo erit Anon filius Naas rex Ammonitarum, qui regnum, vitamque perdidit propter opprobrium, quod intulit nuncijs Dauid ob malam suspitionem, quam conceperat contra eum. ¶Tuus ensis. Exutraque parte acutus: quod est verbum tuum. Nolite (inquit) iudicare, & non iudicabimini &c. ¶Ia Sabaoth. Solus Deus exercituum. i. Angelorum. ¶Suauia iudicia. Cum fuerint intellecta. Quia iusta sunt, & recta: vera, & non supiciosa. ¶Hem. Latina dictio adhortatiua. ¶Tetragrammaton. Eser Eheie. Tria sunt Dei reliqua nomina collecta simul, vt decem essent. Quatuor literarum primum. Iod, he, Vau, he. & ineffabile dicitur. Reliqua duo simul posita inueniunt posita in Exodo. Et significant. Qui est misit me ad vos.

F

Luc.9.

Hier.9.

Tren.3.

1.Ro.10.

[Vau.] Vi. litera, quæ significat copulã solũ, quia iungat dicenda cũ iam ante dictis. Sed magis innuens in hoc octonario prophetari mediatorem, qui copulaturus erat, Deum & hominem, duosque parietes. Idest dua gentes

[Vau.] Et.

Vas pius, & clemens descendat Iesus ab alto
Me super eloquio dixit vt ante suo.
Vasa probat fornax, verbum exprobrantibus, inquã,
Hoc respondebo: spes mea verba tua.
Vanus homo mendax: verbum ne dempseris ore
Veridicum: mea spes sunt tua iudicia.
Vanaque traditio superũm contraria legi;
Cuius ero custos tempus in omne uigil.
Valle quidem lata pergebam tutus ad vrbem;
Nam quæsita diu sunt mihi iussa tua.
Vallis iter, Reges nec confundebar adorsus
Compellare, super fortia facta virũm.
Vates namque tuus meditabar, & ore canebam
Hæc, quæ dilexi candida iussa tua.
Vates ad dilecta manus mandata leuaui;
Exercebor in his, iustificabor ab ijs.

gentes in vnum populum Christianum. ¶ Vas pius. Idest, Medius fideiussor, & expromissor; qui (ut uulgo dicitur) non est bonus: nisi sit etiam ipse solutor. Quòd & fecit dans sanguinem suum in precium pro solutione peccatorum nostrorũ. ¶ Iesus. i. Salutare tuum, siue saluator tuus. Vt in cantico Symeonis. Viderunt oculi mei salutare tuum. Idest Iesum Christum. Et ita dicitur intelligi semper. Hoc vocabulum salutare. ¶ Me super. Loquitur in persona generis humani. Super quod descendit, & misericordia & salus per Iesum Christum. ¶ Vasa figuli. Prouerbium est. ¶ Fornax. Sic & iustos tribulatio, & augustia: qua uexabatur propheta. ¶ Exprobrantibus. Vt amici Iob. quòd propter iniquitatem vexaretur. ¶ Verba tua. Illa scilicet. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et similia. ¶ Mendax. Exprobator sanctorum. ¶ Traditio. Qua asseritur propter sola peccata etiam sanctos flagellari. ¶ Iudicia profunda nimis. Quare hunc flagellet, illi parcat. ¶ Legi diuinæ. Qua docemur etiam ob alias utiles causas interdum iustos flagellari, quàm propter peccata, de quibus in libro Iob. Et in illo Euangelio quo cæcus illuminatus dicitur à Domino, quia non peccauit, neque parentes eius, vt cecus nasceretur; sed vt manifestaretur gloria Dei in illo. ¶ Valle. Plorationis, & humilitatis. ¶ Lata per Charitatem, quæ gressus humanos dilatat. ¶ Ad urbem supernam. ¶ Adorsus. Cum cæpissem progredi. ¶ Compellare. Alloqui. ¶ Virũm. Sanctorum martyrum, qui viriliter egerunt.

[Zamen.] Fontem aquæ spiritualis. Qua vox cordis interior efficiatur canora. Sicuti ucrè aqua fontis Zames qui est in Aphrica vocalem oris humani vocem fieri canoram dixere varo, & Plinius. ¶ Memor. Per effectum mittẽdo quæ mittere promisisti filium tuum hoc est uerbum tuum. ¶ Spes. Futuræ redemptionis per illum. ¶ Dum premor. Tribulationibus, & huius vitæ angustiis. ¶ Verba tua. De Christi promissione. ¶ Zelus. Modò liuor, & inuidia. ¶ Zelus amicorum. Modò Charitas, & amor. Nam utrumque significat hoc uocabulum. Quem .s. habuerunt pro lege tua. Tangit autem antiquos prophetas. Quorum Helias dicebat. Zelo zelatus sum pro lege Dei mei. ¶ Iudicio. Subaudi quæ fuerunt facta ab initio aduersus peccatores. ¶ Desciuere. Deficere, quasi rebelles. Et secuti sunt deos alienos. ¶ Zelatus. Vt suprà in bonam partem. ¶ Resipeuere. Ad sanam mentem redire, addita fuit. Silicet littera ut staret uersus sicut. l. in religione, & reliquijs. ¶ Peragrando. Viam huius uitæ, in qua sumus omnes peregrini. ¶ Zodiaci. Cœlestis circuli, in quo. XII. Signorum effigies esse dicuntur. est autem synecdoche pars pro toto. Nam hic pro vniuerso ambitu cœli, qui stellas quascunq; continet, positum est. Sensus hic magis allegoricus, quã hystoricus est amplectendus. Nam huius noctis nomine aduersitas intelligenda est. Qua etiam sancti quandoque absconduntur, seipsos ad meliora tempora pro utilitate Ecclesiæ reseruantes, immò à Domino reseruati. Qui syderum appellatione hic significantur. ¶ Custos. Non solùm memorando; sed magis operando. ¶ Nominis tui. Iesu. i. saluatoris. ¶ δικαιώματα. i. Iustificationes. Varietatis grata interpositum est vocabulum grecum. Et quia illa dictionem (iustificationes) toties repetitam non capit uersus. Cum uix alia similis significationis possit reperiri, neque semper periphrasi locus est. 3.Reg.19

[Zain.] hæc vel oliua.

Zamen funde Deus, qua clamem voce canora;
Esto memor uerbi; quo mihi spes alitur.
Zamen epotus clamabo: dum premor, hæc spes
Est mihi solamen: vitaq; verba tua.
Zelus iniquorum tumide vehementer agebat:
Lege nec abscessi deuius ipse tua.
Zelus amicorum memorem me iudiciorũm,
Vt consolarer fecit ab initio.
Zelatus super his, qui desciuere relicta
Lege tua: dolui. nec lachrimas tenui.
Zelatus super his, qui resipe uere canebam
Iustitiæ laudes hanc peragrando uiam.
Zodiaci terra cum sydera nocte laterent,
Legis eram custos, nominis atque tui.
Zodiaci nox ista mihi, δικαιώματα san cta
Quod tua quæsierim signa repente dedit.

[Heth.] 5. Vita vitam nobis promittit hæc litera vtique eam quæ Christus est. Ego enim (inquit) sum uia veritas, & uita. ¶ Hæc scilicet. Vita, de qua præmissa est. ¶ Portio. Pars mihi distributa ab ipso, qui dixit. Noli timere. Ego ero merces tua magna nimis. ¶ Regni. Cœlestis, quæ & Ecclesia dicitur. ¶ Perseuerem. Solus enim perseuerans ex multis currentibus accipit brauium. ¶ Faciem tuam. Ante filium tuum, per quem tu ò pater cognosceris. Sicuti homines per faciem. ¶ Verbo tuo. In filio tuo. Qui etiam dicitur patris misericordia, quòd eo medio nobiscum facta sit misericordia. ¶ Hei mihi. Ecce misericordiæ impetratio. Nam in quacunque hora ingemuerit peccatum suum peccator, dimittam ei, dicit Dominus. ¶ Quas uias. Vtique malas, spinis, & tribulis oblitas. ¶ Me pœnitet. Vera pœnitentia

Ben. 14.
Eze. 33.

[Heth.] Vita.

Hæc mea iamdudum (dixi) sit portio regni:
Perseuerem custos legis vt ipse tuæ.

D quibus factum est, vt in miseriam inciderent. Vnde & sublata miseria, repentè ad uomitũ redeunt. ¶ Tristitiam ob nimiam. Duplex est (vt docet Apostolus) tristitiam. Vna quæ ducit ad mortẽ, & ea est, quæ sæculi dicitur. Altera est, quæ salutem operatur æternam. Et de hac intellige quod hic dicitur. ¶ Pedes meos. Interiores affectus, qui dicuntur pedes animæ. ¶ Per lubrica. Pronitatis in malum. ¶ Lapsu. Recidiui, aut alterius etiam grauioris peccati. In quod frequenter incidunt incauti pœnitentes, Iuxta parabolam illam. Cum immundus Spiritus exierit ab homine. ¶ Lapis. i. Christi fides derelicta. ¶ Scandalon. Ruinæ occasio. ¶ Deo Cui honor, laus, & gloria. Amen.

Viuentum ergo Deo sacra in regione placebo
Viuus & incolumis carmina læta canam.

QVisquis adhùc credit &c. Quoniam cui plus dimittitur, plus diligit, iccircò vagus ille iunior filius, cui ad penitentiam redeunti multa grauia, atque enormia sunt à patre dimissa peccata, accensus amore patris hoc in psalmo non solum ostendit, qualis debeat esse, fidelium omnium fides, sed etiam profitetur sese cum Dei adiutorio retributurum Domino, quod ipse prior nobis tribuit. Per passionem martyrij. Primo igitur indicat non sufficere fideli tenere fidem clausam in pectore, nisi & apertè ipsam ore confiteatur. Dicit igitur. ¶ Quisquis adhùc credit. Corde tantũ. ¶ Nec clara voce fatetur. Quin præ timore mortis, aut tormentorum, siue propter rerum iacturam negat, aut tacet. ¶ Iacturam fidei faciet. Quia (vt ait Apostolus) corde

Rom. 10. creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. ¶ Nec mer. n. sp. vl. sal. er. Quia dicit Do-

Luc 9. minus in Euangelio, qui me erubescet, & sermones meos coram hominibus. Hunc & ego erubescam coram patre meo, & Angelis eius. ¶ Qui prædicat altè. Hic Pharisæorum est assecla, qui (vt ait Dominus) dicebant & non faciebant. Verum nisi abundauerit iustitia nostra plusquàm scriba-

Matth. 5. rum, & Pharisæorum. Non intrabimus in regnum

E cœlorum. ¶ Ventris amore. Hic etiam mercenarius est: dicetur ei. Amen dico tibi, recepisti mercedem tuam. ¶ Factis malis. Hæc est etiam Apo-

Tit. 1. stoli Pauli sententia, verbis (inquit) confitentur se nosse Deum, factis autem negant: Nec soli prædicatores pharisaici in hoc sunt culpabiles, quin & omnes impij Christiani hypocritæ & bonitatis simulatores. ¶ At nos. Verè pœnitentes ad Christũ

De marcellus. vj. Ka. Maij. conuersi, vt Matthæus publicanus, Petrus Apostolus, ac Marcellinus. Et mille alij similes. Sed & omnes veri Christiani hoc faciunt data occasione. Vt de sanctis martyribus legimus in hystorijs.

ODE CXV. EX PSALMO CXV; Credidi.

QVisquis adhùc credit, nec clara voce fatetur
Regibus & populis absque rubore Deum.
Iacturam fidei faciet, quam pectore clausit:
Nec merces, nec spes vlla salutis erit.
Proximus huic etiam fiet, qui prædicat altè
Oretenùs summo ventris amore Deum:
Recta quidem loquitur, leuibus labijsq; uidetur
Nosse Deum; factis sed negat ille malis.
At nos credidimus, quapropter & ore locuti
Vitæ verba sumus fortiter absque metu.
Vnde humiles facti, nimijsq; laboribus hausti
Plectimur, innumeris obruimurq; malis.
Mentis in excessu positi, pauidique stupore
Diximus; En mendax, & leuis omnis homo est.

¶ Verba vitæ. Per fidei confessionem. ¶ Humiles facti. Idest Abiecti. secularium hominum existimatione. ¶ Plectimur. Excruciamur. ¶ In excessu mentis. Extasis grecæ dicitur. ¶ En mendax, & leuis omnis homo. Quia multa & supra vires nostras sæpè promittimus, quæ deinde non complemus. ¶ Magna. Pone exemplum in beato Petro Apostolo. Qui tertio ausus est refragari diuinæ sententiæ, quia neque scandalizandus, neque deserturus esset magistrum, aut negaturus. Etiam si oportuisset secum mori. Et tamen à muliercula & hac ancillula absterritus ter negauit Dominum suum breui temporis spacio. ¶ Ast vbi trux oculis facies. Est animaduertendum. Quia hic sub occasione crudelium iudicum, tortorum, carnificum, & omnis generis tormentorum, quibus uisis possunt adhuc infirmi fideles absterreri, & præcipuè hi, qui temere de suis viribus præsumentes auda-

F cter sese omnia dira posse sustinere iactitabant, per ecbasin poeticam tanguntur diuersorum martyrum varia supplicia, quæ pro fide Christi ipso auxiliante sustinuerunt. Et congrue in hoc psalmo, qui propriè martyrum est, tanguntur ista, ne quis suis virib. fisus aggrediatur tam arduum opus, vnde citò decidat. Et rursus ne quis ita sit meticulosus, vt cum Dei gratia palmam martyrij se assequi posse desperet, cum millia millium videat illam per asperima tormenta assistente sibi Domino consecutos esse. ¶ Diraque torua minax. Qualis, Neronis, Decij, & Maxentij, & cæterorum Ecclesiæ persecutorum. ¶ Sæui carnifices. Quales fuere ministri, Daciani, ac Quintiani iudicum in affligendis Vincentio, & Agatha virgine. ¶ Torta flagella sonant. Cæsi his fuere penè omnes martyres. Et præcipuè omnes simul Apostoli. ¶ Manicia. Qua manus astringuntur, & compes quo pedes artentur, de his habes in alio psalmo. Ad alligandos reges eorum in compedibus & in manicis ferreis. ¶ Nerui. Ex taurino corio vincula sunt & flagella. ¶ Omne genus. Hoc fiebat ad incutiendum terrorem. ¶ Sanguineæ virgæ. His flagellatus est: D. N. I. Chr. sub pontio Pilato, his cæsum ter à gentibus legimus Apostolum Paulum. Virgis cæsi sunt. Primus & Felicianus. Et alij. ¶ Plumbataque. His crudeliter cæsi sunt Erasmus: Cornelius: & Fœlicianus. ¶ Fustes. Quam plurimi fustibus mactati sunt. ¶ Quis. Virgis, plumbatis & fustibus. ¶ Oraque tusa. Percussa, plumbatis. s. ¶ Vngula. Dilanians, costas vsq; ad ossa. ¶ Suspensus equu-

Magna quidem visum promittimus ante pauorem
Vincula, tortores, temnimus atque necem.
Ast vbi trux oculis facies, inuisaque nostris
Iudicis apparet diraque torua, minax.
Ast vbi dispositis sæui cruciatibus adsunt
Carnifices; quando torta flagella sonant.
Cum manica, & compes, cum ferrea vincula nerui
Et tormentorum panditur omne genus.

Sanguineæ virgæ, & ferri, plumbataq;, fustes,
Quis mactent scapulas, oraque tusa gemant.
Vngula dilanians, suspensus equuleus altè,
Et pedibus stipites, vnguibus aculei.

leus altè. Hoc etiam nunc tormenti genere maleficiorum quæstores vtuntur. Innumerabiles martyres equuleo suspensi sunt. ¶ Succensæque faces. Sicut beatæ Agathæ. ¶ Lateri apponendaque Lampas. Dum in Equuleo leuatus Alexander Papa torqueretur, vngulis laniaretur & lampadibus appositis lateri exureretur, miratus est comes Aurelianus, & quod nullas daret voces, quare taces, ait? Respondit Alexander. Quia tempore orationis Christianus homo cum Deo loquitur. ¶ Testaque carbones. Iussit Quintianus nudo corpore Agatham testis acutis, & carbonibus substratis volutari. ¶ Gnosia spicula, Cretes sagittæ. Species pro genere. Multi martyres sagittis interfici iussi sunt. ¶ Leues calamos. Politas sagittas ex calamis arundineis factas, vt Bononiæ fieri audiui. ¶ Et cum forcipibus. Ferreis, scilicet. ¶ Torquenda mamilla. Vt vxor Maxentij ab ipso impio viro torqueri in mamillis iussa est ut in passione Catherinæ virgi. & marty. ¶ Et ferratæ crates. Dorotheus, & Gorgonius craticula prunis superstrata imponi iussi sunt, & non ad subitum: sed sensim paulatimq; succendi, ut quod reliquum fuerat in uerberibus hoc modo absumeretur, deniq; & laqueo necati sunt, Laurentius quoq; in craticula superpositus combustus est. ¶ Atq; catasta riget. Hæc erat quædam machina lignea, qua serui uincti tenebantur, & magna compes dicebatur atq; longa, super hac extensi sunt Vitus, Modestus, & Crescentia. ¶ Ollaq; Sartago. vij. fratres Machabei sartagine, & ollis æneis frixi sunt inspectante matre, quorum passionem magnanimamq; responsa uide in lib. Machabeorum, & apud Iosephum hystoricum. ¶ Dolia. Vasa nunc sunt uinaria, olim hominum tormentis adaptata: nam & Ioannes Apostolus atq; Euang. in dolium feruentis olei coniectus fuit, & non adustus exiuit. ¶ Furcis. Bidentibus, atq; tridentibus, sunt instrumenta foci, his corpus beati Laurentij coarctabatur super lecto ferreo. ¶ Cum fuscinulis. Sunt minores furculæ tridentes, quibus etiam in ministerio sacrificiorum utebantur antiqui Sacerdotes. ¶ Frigitur. Hoc ad uota tyrannorum est referendum, nec enim frigebantur semper ut ipsi uoluissent: sed plerumq; illesi inde exibant. ¶ Vsta. Pro vrenda, participium pro participio. ¶ Varius rugitus. Leonum, Vrsorum. Pardorum Tigridum, & similium ferarum, quæ in amphiteatro Romano Sanctis Martyribus dimittebãtur, ut in conspectu populi ab ijs lacerarentur, & uorarentur ad aliorum fidelium terrorẽ: Sicut legimus duos Leones primo, deinde Vrsos ferocissimos Primo, & Feliciano laxatos esse, qui tamẽ diuina uirtute facti mansueti sæuitiem perdiderunt, nec in ullo Martyres leserunt, quò miraculo mille quingenti Pagani ad Christum conuersi sunt. ¶ Fornacesq; adsunt. Non solum tres pueri Sydrac, Misac, & Abdenago in camino ignis ardentis fuere coniecti, vnde & illesi egressi sunt, uerùm etiam vij. mulieres, quæ in agone Blasij guttas, sanguinis plagis effluentes collegerant deprahensæ, quòd essent Christianæ, in caminum ignis coniectæ sunt, vbi & plumbo deliquato superinfusæ, illesæ permanserunt, nouissimè gladio percussæ palmã martyrij sunt adeptæ, Christina quoq; virgo in ardenti fornace v. diebus illesa permansit, flammis quoq; balnearibus inclusa Cecilia die integro & tota nocte quasi in loco frigido illibata perstitit sanitate, ita ut neq; vna pars membrorum sudoris signa relaxaret, quare ab Almachio iudice missus est Carnifex, qui illam in ipsis balneis decollaret. ¶ Furnorum. Aurelianus iudex iussit Alexandrum Papam, atq; Euentium in medium incensi furni præcipitari. Theodolus quoq; eorum socius sponte in flammas prosiluit decantans cum ipsis ac pariter gratias agens. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Quod cum nunciatum fuisset impio iudici fecit beatissimum Alexandrum punctis creberrimis per tota pungi membra donec deficeret, ignibus et multi traditi sunt quos permisit Dominus eo modo ad martyrij palmam peruenire. Sicut illi oratores per Virg. Cathe rinam ad fidem Christi conuersi, sic & Theodorus martyr. ¶ Fumificæ, & stipulæ. Cum Agapitum xv. annorum adolescentem præses fame 4. dierum afflixisset, nec constantem illius animum ad sacrificia idolorũ conuertere potuisset, prunas ardentes super caput eius imponi iussit. Et cum gratias Deo ageret. ¶ Flagellis est cæsus. Et nudus suspensus capite deorsum uerso, atq; atro subter fumo facto, dicebat præsidi sapientia tua in fumo laborat, &c. ¶ Stagnaq; constr. gl. gel. Apud Sebasten Armeniæ minoris sub præside Agricolao xl. martyres in stagnum nudi missi sunt, vt gelu constricta eorum corpora nocte disrumperentur. ¶ Rotæ horribiles. Tres Virgines legimus rotis expositas fuisse, nec illis nocuisse. Euphemia virgo, Christina, & Catherina virgo. ¶ Horrida Crux. Insigne facta est D. N. I. Chr. nam modo & regibus venerabilis est solisq; demonijs horribilis. Beato Andreæ, & dulcis visa est. ¶ Vnci ferrei. Scilicet quales uidemus in macello. ¶ Gladij atq; secures. Innumerabiles his occisi sunt: nam is erat tormentorum finis. ¶ Tanta arma. Tam grauia tormentorum, atq; necis instrumenta re-

A

1. Reg.

B

C

v. id. Nouemb.

Succensæque faces, lateri apponendaq; lampas,
Testaq;, carbones, strataq; vitra iacent.
His super vrgentur nudis incedere plantis
Atq; volutantur corpora nuda super.

Gnosia quæ iactent adsunt, & spicula; leues
Et calamos arcus quæ iaculantur; habent.
Et cum forcipibus, quibus est torquenda mamilla,
Ferratæ crates, atq; catasta riget.
Frangitur hac dorsum: prunis ardentibus illis,
Suppositis torrent corpora viua nefas.
Ollaq; Sartago, frixoria dira parantur,
Dolia, cum furcis, fuscinulisq; suis.
Pix, oleum, resina, & ceræ miscentur in istis:
Liquitur & plumbum, sulphur, adepsq; capri.
Hic liquor admixtus vel aperto infunditur ori,
Aut immersi hominis frigitur usta caro.
Additur his varius rugitus ab Amphiteatro.
Quos rabidæ emittunt sicca per ora feræ.
Terribiles visu formæ, serpensq; Dracoq;,
Et quæ potenter dira venena patant.
Fornacesq; adsunt candentes, oraq; panda,
Furnorum, & clibani, fumificæ, & stipulæ.
Stagnaq; parte alia glacie constricta, geluq;,
Nocte vt rumpantur corpora mersa die.

Stantq; rotæ horribiles cultris altrinsecus intus
Præfixæ rapidis quis laceretur homo.
Horrida crux, vnci, vectes, gladij, atq; secures,
Instrumenta necis, diraq; supplicia.

D ditq; hoc in loco vates ad psalmum, cætera siquidem per transcursum poeticum introducta sunt ad excludendam propriæ temeritatis audaciam. ¶Audaculus. Per irrisionem vox hæc noua diminutiua sicuti formata est, enunciabitur. ¶Omnis homo mendax. De se temerè præsumens, ac proprijs nitens viribus, post habita Dei gratia: alioquin Sancti martyres robustissimi non fuissent veri testes fidei D. N. I. Chr. sed ij non in seipsis, sed in Domino fiduciam habentes, & loquebantur, atq; tormenta intolerabilia sustinebant, Dominus enim in illis loquebatur, pugnabat, atq; vincebat. ¶ Inanis. Si non habeat in se spiritum Dei habitatorem. ¶Fragili tellure. Hoc in nobis ipsis quotidie experimitur, assiduè siquidem sunt pugnæ, & rara victoria. Nam si septies in die cadit iustus, quid facient miseri peccatores, quales nos sumus? ¶Vas solidum. Vnde non effluant aquæ diuinæ gratiæ. ¶ Veridicum. Propter ueritatem Dei in se habitatem. ¶ Et stabile. In proposita seruitute Dei perseuerando. ¶ Quid tibi retribuam. Q. d. ex me non habeo, nisi tu ipse mihi dederis. ¶ Cum me finxisses hominem. Non belluam, non aliam inferiorem creaturam, hic incipit enumerare præcipua Dei beneficia nobis hominibus collata.

Tanta quis aspectu primo non horreat arma?
Cum videt exitio cuncta parata suo.
Dicat, oportebit, fuerat qui audaculus olim,
Omnis homo mendax, omnis inanis homo.
Labilis omnis homo, fragili tellure creatus,
Deq; fatiscenti puluere factus homo.
At si cœlesti fuerit benè coctus amore,
Vas solidum fiet, veridicum, & stabile,
Tunc humilis factus, securè dicere Regi
Et Domino poterit; quid tibi retribuam?
Quid tibi pro tantis, quæ tu mihi retribuisti,
Omnibus atq; bonis quid tibi retribuam?

¶Ratione potentem. Qua maximè distamus à cæteris animantibus, & Angelis conuenimus. ¶Viam. Mandatorum Dei, uel ipsum D.N.I.Chr. qui est uia, veritas, & vita. ¶Salus. Aeterna maximè. ¶Cumulum. Aceruum grandem innumerabilium beneficiorum. ¶Mille bonorum. Animæ, quæ vocantur interiora bona vt uirtutes, &
E varia Spiritussancti dona, quæ diuidit unicuiq; sicut vult & nouit expedire tã sibi quàm Ecclesię. ¶ Retribui. Q. d. ingratus ego fui omnibus tuis beneficijs. ¶Tot mala. Fortasse etiam plura: nam quo magis delitijs per rerum opulentiam abundamus, eo magis & peccatis. ¶Vt bonus es. Natura; & bonitate sua potius nos vellet uincere, atque ad amorem suum beneficijs spontaneos allicere, quàm metu flagellorũ inuitos attrahere. ¶Quod tibi retribuam. Hæc replicatio indicat mentem humilem, & gratam diu cogitando exquisijsse, qd potissimum Domino benefactori retribueret, & tandem ipso inspirante reperisse, quod subiũgit. ¶Accipiam calicem. Non vini, sed uoluntariæ passionis, de quo dixerat ipse filijs Zebedæi appetentibus ad dexteram eius, & ad sinistram sedere, potestis (inquit) bibere calicem, quem ego bibiturus sum? quem bene, & ipsi intelligentes, sed male uires suas metientes (possumus) responderunt. ¶Ante bibisti. In Cruce. ¶Necis. Maximè, tam turpis, & horribilis. ¶Mensæ tuæ. Hoc est altari communicantes corpori, & sanguini tuo. ¶Et nomen Domini mei. Iesu Christi, quia non est aliud nomen sub cœlo datum, in quo opporteat nos saluos fieri. ¶ Suggerat. Sine me (inquit) nihil potestis facere, proculdubio tam atrocia tormenta nequitens tolerare sancti martyres, nisi à spiritu Domini Iesu fuissent corroborati.

Cum me finxisses hominem ratione potentem,
Monstrassesq; viam, qua mihi danda salus.
Cumq; adiecisses cumulum mihi mille bonorum,
Quid tibi pro meritis? quid tibi retribui?
Nam benefactorum quondam ingratissimus horũ,
Tot mala retribui, quot bona tu dederas.
Tu tamen ut bonus es, rursus bona retribuisti,
Cum mala tanta forent retribuenda mihi.
Sed modò cum cupiam memor, & gratissimus esse,
Quid tibi pro meritis, quid tibi retribuam?
Accipiam calicem, quem tu prior ante bibisti,
Ne posset nobis horror obesse necis.
Quemq; propinasti conuiuis omnibus his, qui
Digni habiti mensæ discubuere tuæ.
Vnde solus cunctis calicem gustare parabo,
Et nomen Domini sæpè uocabo mei.

¶Iners. Vt ille, qui è stagno gelido prosiliens fugit ad balneum, vbi mox amisa martyrij corona perdidit, & vitam. ¶Sic. Inuocato eius nomine salutari. ¶ Luce palam. Coram omnibus absq; pauore. ¶Sodales. Quin eadem mensa cõmunicastis mecum corpori, & sanguini Domini
F hortatur enim alios vt suo exemplo animosè sustineant, quæ promisserunt. ¶Nec vict. grat: vl. Deest quàm inclyta mors sanctorũ, quę est preciosa Deo, mors verò impiorum pessima. ¶ Optime Rex regum. Pulcherrima oratio in persona martyrum. ¶Ancillam tuam. Hæc est sancta mater Ecclesia, cuius Typum gerens beata virgo Maria dicebat, ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum, & rursus, quia respexit, humilitatẽ ancillæ suæ. ¶Sponsæ. Vt in illa parabola magni
Matt. 21. Regis, qui fecit nuptias filio suo, & in illa, decem
Matt. 25. Virginum quæ exierunt obuiam sponso, & sponsæ. ¶Nec minus illa seruit. Iuxta illud, quanto maior, es: humilia temetipsum: & maiorem inuenies gratiam. ¶De te. Spiritualiter per fidem in Sacramento Baptismi. ¶Edocuit. Sæpius re-

Suggerat inualido magnas vt pectore vires,
Fortia ne renuam pocula factus iners.
Sic mea magnanimus Domino pia reddere vota
Luce palàm potero: sic ferar absq; metu.
Immolor ecce bibens: ne formidate sodales,
Coram omni populo reddere vota Deo.
Namq; sui ipsius nec victima gratior vlla,
Inclyta sanctorum mors preciosa Deo.
Optimè Rex regum, magni dominator & orbis
O Domine alme Deus noster, & alme parens.
Sumpsimus ecce manu calicem, simul ore bibemus
Nostraq; mors etiam sit pretiosa tibi.
Quippe tui serui sumus, & genitrice creati,
Quæ sese ancillam non negat esse tuam.
Dilectamq; licet dignaris nomine sponsæ,
Vt Domino seruit nec minus illa tibi.

petendo

A

Nos quoq; quos peperit de te genitore creatos
 Edocuit seruos dicere, & esse tuos.
Infera tu siquidem perfracto cardine claustra
 Rupisti victor: vinctaq; nostra potens.
Vincula rupisti, soluisti debita nostra
 Eruta sunt duro libera colla iugo.

petendo hunc versiculum in diuinis laudibus, ò Domine quia ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, & illud Euangelicum, cum hæc omnia feceritis, dicite quia serui inutiles sumus. ¶Infera claustra. Vide ad hoc propositum sermonem Augustini Paschalem, & homeliam diui Greg. super Euang. eiusdem diei. ¶Vincula nostra. Loquitur in persona sanctorum patrum in sinu Abrahæ existentium. ¶Vincula rupisti. Repititio hæc duplicia indicat vincula à Domino nostro Iesu Christo fuisse soluta culpæ, & penæ, peccatorum atq; geennæ. Soluisti. Passione tua. ¶Seruitio Diaboli. Qua tyrannide nulla grauior est. ¶Cor. Per compunctionem, & assiduã contritionem, nihil enim tam proficit ad ueniam peccatorum promerendam, quàm assiduo peccatorum mærore dolere, vnde & sapiens dicit de propiciato peccato noli esse sine metu. ¶Animam. Per amaritudinem præteritarum voluptatum. ¶Et corpus. Ieiuniorum, uigiliarum, cæterarumq; maceratione disciplinarũ. ¶Grata holocausta. Iuxta illud sacrificium Deo, Spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. ¶Hostia laudis. Sic, & alibi idem psaltes canit in persona Domini, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. ¶Cum lachrymis. Fœlix lachryma, quæ cum adierit Deum, numquàm redit exauditionis vacua. ¶Gemitus. Nam scriptum est, in quacumq; hora ingemuerit peccatũ suum, dimittam ei, hinc in figura sacrificabantur olim turtur, & columba, quia pro cantu gemitus edebant. ¶Thuris & instar. Etenim orationes sanctorum incensi suffumigationi comparantur. Dirigatur (inquit) oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. ¶Thymiama. Sacrum fuit olim pigmentum uariorum odorum, quo in sacris tantum utebantur antiqui Sacerdotes. ¶Alta voce. Non tantum clamorosa, quantum ex alto pectoris erumpens, & deuota. ¶Persoluenda. Dieresis, idest solutio syllabæ in duas. ¶Plebis in aspectu, &c. Idest propalam coram omni populo, quod fecit sanctus Ignatius martyr, & alii quàm plurimi tempore persecutionis, & nunc fit quotidie data pace Ecclesiæ Dei. ¶Hyerosolymæ. Restauratæ, ab Helio Adriano, quò ad literã tempore Helenæ Constantini matris & deinceps ad multa tempora, mysticè verò, idest in medio Ecclesiæ militantis primum, demum & triumphantis. ¶Ad aram. Quæ Christus est. ¶Atria magna. Hæ sunt partes diuersæ militantis Ecclesiæ, hinc & subiungitur, ipsa mystica interpretatio qua contenti expositioni huius psalmi fine facientes laudamus hunc Dominum Deum, qui benedictus est in sæcula sæculorum. Amen.

Seruitio immunes tibi sacrificabimus ergo
 Cor animam, & corpus, grata holocausta tibi
Hostia laudis erit, tenerisq; acceptior agnis.
 Cum lachrimis gemitus thuris, & instar erunt.
Adijciemus eis prompta, & suspiria ab imo,
 Pectore; & hoc nostrum sit thymiama tibi.
Dumq; sacra offerrimus, te voce vocabimus alta,
 Semper erit nostro nomen in ore tuum.
Hæc sunt ò socij Domino quæ vouimus olim:
 Vota hæc sunt domino persoluenda Deo.
Hæc modò reddamus pulsa formidine turpi
 Plæbis in aspectu, lumina & ante patrum.
Inq; Hierosolymæ medio sistamus ad aram
 Atria quam claudunt vndiq; magna domus.
Hæc domus, alma parens, Ecclesia magna vocatur,
 Vrbs superum Regis sacra Hierosolyma.
Atria sunt cætus quos cernis vbiq, fideles;
 Est altare Dei filius ipse Dei.

Eze. 18. & 33.

B

BARBITON, & citharam, &c. Apertum vaticinium habetur in hoc psalmo de uocatione gentium ad fidem Christi, eoq; testimonio vtitur Apostolus ad Romanos, inuitantur etiam Iudæi, vt deposita ueteri simultate, tandem & ipsi uel post conuersionem gentium nouissimi ad Dominum conuertantur, qui debuerant esse primi, atq; simul omnes excitantur ad laudandam Dei misericordiã, quã sola gentes ad fidem adduxerit, & diuinam veritatem commendandam qua Iudæis promissa compleuit, inuitat ergo psaltes conuersas gentes, vt assumptis variis musices instrumentis laudent Dominum super misericordia, qua saluas fecit illas dicens. ¶Barbiton. Instrumentum est musicum, quo lyrici uates usi sunt Horatius, & Sapho. ¶Sistris. His vsi sunt Aegyptii, vt Vergilius patrio vocat agmina, Sistro loquens de Cleopatra Aegyptiorum Regina. ¶Dulce melos. Dulcem, & suauem cantinelam, quam melodiam quidam vocant, & canorum concentum; hucusq, de gentibus: nunc ad Iudæos sermo conuertitur. ¶Bissenæq; tribus. Quæ à xij. filijs Iacob originem duxerunt, horum nomina licet ex Genesi petere, & ab illa epistola, quæ in festo omnium sanctorum legitur ex Apocalypsi Ioannis Apostoli. ¶Populos vestros. Adeò quidem excreuerant, vt vnaquæq; tribus plures vrbes possideret, & sic multos faceret populos. ¶Primi. Quia notus in Iudæa Deus, & quia ad eos præcipuè se se missum esse testatus est Dominus Iesus. Apostolus etiam dixit Iudæis, vobis oportebat primum prædicari regnum Dei: Sed quia vos indignos iudicastis eo, ecce conuertimur ad gentes, Sic enim nobis præcepit Dominus. ¶Debuerant. Vt Zacharias, & Simeon ille annosus, iustus, ac timoratus, qui statim illo viso, & amplexo adhùc infantulo, canticum cecinit lætitiæ. ¶Extremo tempore. De quo Esaias, & Apostolus, cum conuersæ fuerint omnes gentes, siue cum plenitudo gentium intrauerit, tunc reliquiæ Israel salui fient,

C. 49.
C. 7.

ODE EX PSALMO. CXVI.

Laudate Dominum omnes gentes.

C

BArbiton, & citharam, simul & psalteria gentes
 Tollite; cum sistris timpana vestra manu,
Omnia musarum resonantia sumite vasa;
 Et Domino laudes psallite mellifluas.
Vnanimes etiam modulatis vocibus omnes
 Sacra Deo, laudis pangite dulce melos.
Bissenæq; tribus populos accingite uestros
 Ordine, vel saltem retrogrado vt veniant

Luc. 2.
Rom. 11

Tollere qui primi lætas ad sydera voces,
Tollere debuerant organa cuncta manu.
At saltem extremo pudeat nec tempore uelle
Psallere tam miti carmina læta Deo.
More patrum modulis certatim dulcibus ergo
Dicite uos etiam carmina digna Deo.
Amplificauit enim pietatis viscera suprà
Hinc gentem, dudum quæ fuit absq; Deo.
Æddidit hos siquidem vestra de matre creatos
Pneumatis eiusdem numine flante Deus.

D fient. ¶ Miti Deo. Quid est dixit, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: qui spretus, & quo ad humanitatem crucifixus, ipsos suos derisores, & crucifixores uocat: & venientes benignissimè suscipit. ¶ More patrum. Dauidis, & antiquorum Sacerdotum: qui in templo diuinas laudes alternis vocibus decantabant. ¶ Pietatis viscera. In quibus sedes est misericordiæ. ¶ Hanc gentem. In unam Ecclesiam collectam ex uarijs gentibus orbis totius. ¶ Vestra de matre. Spirituali, scilicet quæ tunc Synagoga vocabatur. Hęc est ea oliua, de qua dicit Apostolus, ramos esse
Rom.11. propter incredulitatē excisos, & loco eorum Oleastri ramos fuisse insertos: nam super Iudæis ad fidem Christi conuersis fundata est Ecclesia Christianorum. ¶ Creatos. Ad Apostolorum prædicationem ante cōuersos, renatosq; deinde ex aqua & Spiritusancto. ¶ Pneumatis. Sacri flaminis, græca, dictio est, est autem sciendum, quod Spiritussanctus latinè generis est masculini, hebraicè fœminini, & grecè neutri, vt discamus in eó nullum esse sexum: sed ita variari ut dictionum ratio exposcit. ¶ Quo patres vestros. Vná siquidem est antiquorum & nostra fides uariatis tantummodò temporibus, quæ enim ipsi de Christo uenturo credebant animarum redem-

Quo patres vestros olim genuisse fideles,
Et meminisse licet, & memorare iuuat.
Egregius psaltes Dauides, vtq; prophetæ
Ediderant alij sic fore voce pia.
Psalmos consulite; & vatum responsa priorum
Discite, nam fiunt, quæ cecinere patres.
Vt pia stirps Iesse, Dominiq; illustris imago
Vera Dei soboles sæcula cuncta manet.
Nec minus æternum dantur mansura per æuum
Responsa illius candida plena fide.
Candida mens igitur nebulis procul inde fugatis
Rem teneat: gentes æmula suscipiat.
Atq, pium regem dux unde salutifer orbis
Is nobis datus est gratulabunda canat.
Et si munificum regem, mitemq; parentem
Libera senserunt pectora prisca patrum.
Quis liuor cunctis etiam si gentibus & se
Porrigat? & simili det pietate manum?
Corda igitur sursum Isacidæ super astra leuate,
Vmbra fugax abeat, fulgida lampas adest.
At vos ò gentes Dominum laudate redemptæ,
Magnificate Deum vos & Abrantiadæ.
Eius enim (vt cecinit) pietas coniunxit in vnum
Nos populum: verus permanet ergo Deus.

ptore, hoc etiam nos credimus: sed iamdudum venisse, redemptionemq; fecisse. ¶ Egre psal. Daui. Hoc de nostro extra morem addidimus: nam & si uerum sit, non debuit tamen hic nominari cum, sub eius persona tota psalterij decurrat modulatio. ¶ Pia stirps Iesse. Dominus ipse noster Iesus Christus quo ad humanitatem pro nobis assumptam, est autem allusio ad illud vaticiniū Esaiæ.
E Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, &c. ¶ Illustris imago. Quo ad diuinitatem,
Heb.1. in qua est imago Dei patris, & splendor gloriæ eius teste Apostolo. ¶ Candida. Vera sicut & nigra falsa dicuntur, iuxta illud nigrum in candida uertunt. ¶ Nebulis fugatis. Inuidiæ, odij, & exęcantis malitiæ. ¶ Rem teneat. Per intellectū, ita factum esse ut prædictum fuerat. ¶ Atq; pium Regem. Misericordem Deum patrem. ¶ Dux salutifer. Dominus noster Iesus Christus saluator atq; redemptor mundi. ¶ Gratulabunda. De salute gentilium populorum. ¶ Munificum regem. In se liberalem præ cunctis nationibus, quibus ante spretis Israelem in populum sibi peculiarem elegit, & cunctis fecit excelsiorem gētibus, ut etiam Moyses dixisse legitur, & alibi: non fecit taliter omni nationi. ¶ Mitemq; parentem. Dixerat enim
Exo.4. primogenitus meus est Israel, & Moyses in expro-
Deut.23. brationibus ait. Nonne ipse est Dominus, & Deus tuus, & pater tuus, qui fecit te, & possedit te. ¶ Quis liuor. Quæ inuidia est. ¶ Sursum super astra. Non ad regnum terrenum, quod merito perdidistis, & caducum, atq; transitorium erat; sed ad regnum cœleste. ¶ Vmbra fugax. Veterum figurarum. ¶ Lampas. Euangelicæ veritatis. ¶ At vos. Conclusio, & breuis complexio psalmi. Abrantiadæ. Iudæi qui ex Abraæ stirpe descendistis, patronymica dictio est. Formata ab Abras Abrantis, ad similitudinem.
F Atlas Atlantis. ¶ Cecinit. Prædixit. ¶ Nos gentes atq; Iudæos. ¶ In vnum populum. Christianum. ¶ Verus Deus. Complens ea, quæ promisit populo Israelitico, & quæ prædixit de gentibus ad salutem conuocandis. Sit ergo nomen eius benedictum, & laudatum in sæcula. ¶ Est autem præterea aduertendum, Nostrum nomen, ut auctorem huius operis insertum mirabiliter in primis literis, syllabis atq; dictionibus uersu, & dimidio legi posse absq; ulla uel minima offensione sensu huius psalmi, & hoc idcirco factum esse Deo fauente, Ne quis falso titulum possit immutare, est autem hic titulus insertus. Bartolomeus Botta psalmodiam hanc edidit pneumatis eiusdem numine quo, & egregius psaltes Dauides vtque prophetæ ediderant alij psalmos: Discite vt venere carcatis; & siliquis porcorum. Amen.

Regia stirps gens sancta &c. In præterito psalmo facta est inuitatio Iudæorum simul & gentium in vnum populum Christianum copulatorum, ad communem Dei laudem super tam grandi misericordia eius. In præsenti verò ponitur formula verborum, quibus in diuinis laudibus super hac meditatione utendum est autem sciendum, quia tanta est virtus huius psalmi, & tam Deo grata eius modulatio, vt legamus in lib. Paralip. cū
2. P. c. 5. filii Israel laudantes Dominum decantassent hunc psalmum, statim gloriā Domini replesse ipsum Dei templū. Per hoc innuens, quia formula suæ laudis hic descripta maiestati suæ gratissima est. Describitur itaque, qualis erat futura Christiana generatio, quæ dignè Deo laudes cantatura erat verbis ex Epistola Petri assumptis. Vos (inquit) estis genus electum, regale sacerdotium, gens Sancta, Populus acquisitionis. &c. ¶ Regia stirps. Quia

Christiani

A

Christiani sunt membra Christi Regis regum & Domini dominantium. Vt quia ipsos, & sibi commissos iuste & secundum rationem norunt regere. Vnde modo unguntur omnes sacro Chrysmate exterius, & inuisibili semper, quandoque & inuisibili interius gratia Spiritussancti. ¶ Gens sancta. Sanguine Christi acquisita. & sanctorum martyrum cruore in fide confirmata. ¶ Fidelis. In credendo cuncta, quæ data sunt ei in Symbolis fidei. Licet eis humana ratio nullum præbeat experimentum, vt fides, teste Gregorio, suum habeat meritum. ¶ Olympia. Cœlesti conuersatione, iuxta illud Apostoli, nostra autem conuersatio in cœlis est. ¶ Sacra. Initiata vt offerat Deo sacrificium cordis contriti, & laudis. Non tamen omnibus datum est Christianis, vt offerant sacrificium Eucharistiæ, ne malè intelligendo hæc verba Apostoli efficiaris lutheranus hæreticus. Id enim solis competit sacerdotibus ritè ad hoc opus ordinatis. ¶ Et genus electum. Ex omni tribu, populo, & natione, quæ sub cælo est. ¶ Confiteare Deo. Peccata primo. Deinde laudes eius, vt ante peccatorum confessione iustificeris. Iuxta illud, dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. & sic ad diuinas laudes reddaris idoneus. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris. ¶ Bonus. Natura solus. ¶ Fons bonitatis. Quam suis participat creaturis, iccircò factis. ¶ Quam pius. Peccata pœnitentibus, & correctis ignoscendo. ¶ Pietatis. In nos etiam emanantis per gratiarum collationem. ¶ Israelitæ. Vniuersi ab Israele descendentes, vel particulariter, contemplatiui, qui Deum non sola fide, sed & oculis mentis per contemplationem vident. Qui possunt cum Apostolo dicere. Nostra conuersatio in cœlis est. ¶ Proles Aronis. Idest sacerdotes, qui modo Aroni, immò Christo in sacerdotio successerunt. ¶ Quàm pius æterna. Versus intercalaris, pro eo quod est in psalmo sepiùs repetitus ille versiculus. Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. ¶ Cum tribulis primerer. Pro tribulationibus. Quæ admodum tribulorum atque spinarum animos expungunt. Et est deriuatiua uox pro simplici. ¶ Præssura. Numerantur hic multæ causæ, quare cognouerit Deum bonum pium atque misericordem, cum uidelicet, ab illo fuerit erutus à multis tribulationibus, quibus acriter angebatur non solum persona vatis, sed & vniuersus ille antiquus populus in figura pressurarum Ecclesiæ Christi: quas à persecutoribus, ab hæreticis, & à falsis fratribus olim, & nunc, & in futurū sustinebit. ¶ Ter. Num. finitus pro infinito. Vel iccircò ter dixit. Pro tribus prædictis tribulationibus ab apertis, simulatis, & occultis inimicis. ¶ Auxiliumque dedit. Sua potenti, atque inuisibili uirtute conuertendo hostiles animos ad pacē Ecclesiæ condendam. ¶ Ex arcto. Idest Ex angustis locis, in quibus abscondebantur fideles persecutionis tempore. ¶ Spaciosaque duxit ad arua. Hoc maximè factum est. Constantini magni temporibus, quando pace data Ecclesię Imperatorem Romanum ad fidem Christi conuersum cum suis principib. cæperunt ubique per orbem terrarum Ecclesiæ ædificari. ¶ Campus ubi ridet. Orbis enim latitudo lætabatur ex gentium conuersione. ¶ Roscida prata. Hæc sunt pacua diuinarum sciprurarum rore cœlesti pinguia. ¶ Durus homo. Hic Diabolus est. Vel sacerdotum gentilium obstinatus in malum cætus. ¶ Tenebrarum castra potentum. Hi sunt rectores mundi huius in maligno positi. De quibus ait Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem. Et sanguinem, sed aduersus potestates, & rectores mundi huius tenebrarum harum. ¶ Ferox princeps. Nero, aut quiuis Imperator persecutor Ecclesiæ, uel etiam ipse. Lucifer Dœmonum & malorum hominum princeps. ¶ Lętis superis. Idest his quæ mihi apud superos læta promittuntur, si fuero constans in fide, & perseuerans in bonis operibus. Iuxta illud sæcularis poetæ. Illic res lętæ &c. ¶ Male sanus homo. Qualis sæpe fuit Rex Aegypti populo Israelitico temporibus Hieremiæ prophetæ. ¶ Fidere cui iubear. Sic Hieremias dixit, maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Et iterum baculus arundineus Rex Aegypti, cui siquis fuerit innixus, frangetur calamus, & perforabitur manus innitentis. ¶ Terreno homini. Et proptereà fragili atq; mortali. ¶ Mente leui. Hoc est, instabili atque inconstanti, pollicitis quidem multi sunt diuites, sed attendere parci. Ex principibus. Angelicis, quia hominibus supra dictum est. ¶ Persuadeat ullus. Sed neque superum quisquam hoc persuaderet. Inferorum sic. Nam & Domino nostro Iesu Christo,

De sum. Trin. & fide catho. cap. 1.

Phyl. 3.

B

C

Eph. 6.

Verg. an. 2.

Hier. 17.

Eze. 29.

ODE EX PSALMO CXVII.

Confitemini,

Regia stirps, gens sancta, fidelis, Olympia, sacra,
Et genus electum confiteare Deo.
Confiteare Deo; & Domino dic carmina laudum,
Quàm bonus est Dominus: fons bonitatis is est.
Mitis ab initio, clemensq; ferentur in æuum,
Quàm bonus est Dominus, fons pietatis is est.

Quàm bonus est Dominus, nunc dicant Israelitæ
Quàm pius æterna nos pietate colit.
Quàm bonus est Dominus proles nūc dicat Aronis
Quàm pius, æterna nos pietate colit.
Quàm bonus est, dicant, Dominū quicūq; uerētur,
Quàm pius, æterna, nos pietate colit.
Cum tribulis premerer, duro & præssura dolore
Cum fieret; multis angerer atque malis.
Arctarerque nimis: Dominum ter uoce vocaui;
Audijt: accurrens auxiliumq; dedit.
Eruit ex arcto, spaciosaq; duxit ad arua:
Campus vbi ridet, roscida prata virent.
Cum Deus adiutor mihi sit, protector & acer,
Non metuam, faciat quid mihi durus homo.
Nec formidabo tenebrarum castra potentum,
Quidue ferox princeps possit obesse mihi.
Adiutore Deo quæuis hostilia lætis
Intentus superis agmina despiciam.
Nec malè sanus homo mihi se proponat amicum,
Aut protectorem, fidere cui iubear.

Nonne Deo melius, satiusque est fidere forti?
Quàm terreno homini corpore, mente leui?
Non ex principibus mihi iam persuadeat vllus,
In sese vt sperem posthabito Domino.
In Domino longe est melius sperare; iubendi
Cui ius est: uotis annuere atque meis.

Quàm sperare in principibus, qui iussa facessunt.
Sunt etenim positi sub ditione Dei.
Sintque licet magni, tamen his parere necesse est.
Nec nisi porrecta supplice voce rogant.
Omnes me miserum gentes (fleat vrbsq; parensq;)
Circunuallarunt obsidione graui.
Vt me deprimerent: prælium quoq; funditus imo
Mole sua eruerent, excuterentq; solo.

D sto, ausus est Lucifer dicere, hæc omnia tibi dabo, quia mea sunt, & cui volo do illa, si cadens adoraueris me. ¶ Post habito Domino. i. Contempto Deo. Hoc iccircò dictum est. Quia bene licet inuocare suffragia sanctorum, tanquàm intercessorum. Iuxta illud. Eiusdem vatis. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Et in
Iob. 5. Iob. Voca si est, qui respondeat: & ad aliquem
Io. 16. sanctorum conuertere; & in Euangelio. Veniet hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis. In illo die in nomine meo petetis, &c. ¶ Iubendi Nō intercedendi, quod faciunt sancti. De quare uide librū Hiero. contra vigilantium hæreticum, qui negabat sanctorum intercessionē, & reliquiarum venerationem.
Heb. 1. ¶ Facessunt. Sunt enim omnes ut ait Apostolus, administratorij Spiritus in ministerium missi, propter eos, qui ca-
Tob. 12. piunt hæreditatem salutis. ¶ Supplice voce iuuant. Vnde & Raphaelem Archangelum legimus dixisse Tobiæ, cū surgebas à prandio, & sepeliebas mortuos, ego obtuli memoriam & orationem tuam Domino. ¶ Fleat. Flendo dicat. ¶ Vrbsq; parensque. Hæc est Ecclesia, quæ uocatur Hierusalem, & est mater nostra vt docet Apostolus. ¶ Circunuallarunt. Vniuersalem vaticinatur persecutionem Ecclesiæ quæ facta est sæpè temporibus sanctorum martyrum. Sub diuersis Imperatoribus rerum, & gentium Dominis. ¶ Eruerentque solo. Hoc est nomen Christianum penitus e terra delerent. ¶ Firma stetere. Eo quod fondata sunt supra firmam petram, quæ Christus est.
Matth. 16 Iuxta illud: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. ¶ Pugnante Deo, Inuisibiliter maiorem indies dando sanctis martyribus uirtutem. ¶ Mihi se strauere. Per voluntariam subiectionem. Quæ res maximè completa est in conuersione magni Constantini Rom. Impe. Qui & suis humeris xij. Cophinos
E telluris e fundamentis Ecclesiæ Petri, & Pauli Apostolorum exportauit in reuerentiam, duodecim Apostolorum. Et beato Syluestro Papæ stratoris officium exhibuit. ¶ Culpæ. Sanguinis martyrū effusi, & persecutionis ipsius Ecclesiæ. ¶ Spōte dedere. Per uoluntariam penitentiam. ¶ Sic ego vindictam sumpsi. Occidendo in eis errorem, & fidem suscitando, Vt docet Augustinus. ¶ Pupugere. More publicani percutientis pectus suum, atq; dicentis. Deus propitius esto mihi peccatori. ¶ Sic ò sic socij vindictam summite. Corrigendo malitiam, & introducendo Charitatem. ¶ Surreptus. Latenter arreptus. ¶ Rebelles mei. Iudæi, qui Christum caput Ecclesiæ occiderunt, Apostolosq; persecuti sunt. ¶ Liuida turba. Nam per inuidiam (vt sciuit Pilatus) tradiderunt eum. ¶ Tanto tumultu. Clamantes. Crucifige, Crucifige eum. Prope subruerent. Humano more loquitur. Veluti cum Dominus in Cruce dixit. Vt quid dereliquisti me? Prope etiam tunc dicitur subuersa Ecclesia. Quia Apostoli fundamenta esse debuerant, relicto Domino dispersi sunt. ¶ Voce vocaui. Dimitte seu ignosce illis quia nesciunt, quid faciunt. ¶ Vt cessere. Paulisperà persecutione mea. Quod factum
F fuit à resurrectione Domini usque ad missionem Spiritus sancti. ¶ Protinus ultus eos. Nam statim per apostolicam prædicationem laboratum est ad conuersionē
Act. 2. 3. & 4. Iudæorum. Ita vt paucis in diebus multa millia conuersa sint. Videto actus Apostolorum. ¶ Sicut apes. Pulcherrima comparatione ostendit tumultuosam Iudæorum duritiam multùm profuisse Ecclesiæ ad uirtutis perfectionem. ¶ Sibi mellificant? Sic & Virgilius dixit. Sic vos non uobis mellificatis apes. ¶ Aedificant. Cæreas domunculas. De quibus Quartum vide Maronis librum Georgicorum. ¶ Hostiles turbæ. Paganorum de quibus suprà dictum est. ¶ Mei. Iudæis. Iudæus etenim Christus caput Ecclesiæ ex matre iudea natus. Iudæi & discipuli fundamenta surgentis Ecclesiæ. ¶ Solertes siquidem. Valde solliciti, in malam partem capitur hic nam τον μεσον est. ¶ Domos, Non aduertentes ad illud prouerbium. Facta domus furto durabit tempore curto. ¶ Alijs. Sanctis martyribus, qui per tormenta à persecutoribus sibi illata ad gloriosam martyrij coronam peruenerunt. ¶ Nocuere sibi. Nam grauioribus in Inferno tormentis excruciabuntur Sanguine sanctorum effuso, quàm si non effudissent. Nam in his Actio displicuit, passio grata fuit. ¶ Pars seruata mihi. In ijs qui ad Christum conuersi crediderunt in eum, & corpori Ecclesiæ sunt vnici; tam ex Iudæis quàm ex paganis & gentilibus. ¶ Cæsa statim. Iudæi siquidem qua-

Nomine sed Domini (quem toto corde vocaui)
Fundamenta meæ firma stetere domus.
Quin pugnante Deo mihi me strauere superbi:
Et culpæ pœnas sponte dedere suæ.
Sic ego vindictam sumpsi: sic ultus in illos,
Pectora pro venia cum pupugere sua.
Sic ò sic socij vindictam sumite, nulla
Vltio ab infesto pulchrior hoste venit.
Quàm cum surreptus fallax occiditur error:
Mortua cumque fides iam rediuiua micat.
Non secus, ac feci, cum defecere rebelles
In me surgentes Liuida turba mei.
Nam circundantes tanto obsedere tumultu:
Vt subito impulsu me propè subruerent.
Nomine sed Domini quem magna voce vocaui.
Vt cessere, fui protinus vltus eos.
Sicut apes rauco strepuere per aluea bombo
Ædificando domos, melle replendo fauos.
Sed quid agunt tanto strepitu, duroq; labore?
Num sibi prospiciunt? aut sibi mellificant?

Commoda perficiunt aliorum, alijsq; laborant.
Ædificant alijs: mellificant alijs.
Non secus hostiles fremuere per agmina turbæ:
In me: non aliter perstrepuere mei.
Solertes siquidem peruertere cuncta fuerunt,
Sic sibi credentes ædificare domos.
Hortos amplificare, palatia magnificare,
Dirreptis opibus sicque replere meis.
Ecce laborarunt alijs, frustraq; strepentes
Prospexere alijs, & nocuere sibi,

dragesim

Ignis vt in spinis, in me exarsere maligni:
  Quas subito crepitu flamma suborta vorat.
Nomine sed Domini magna virtute recepta
  Sunt mihi prostrati; sum simul vltus eos.
Dupliciter siquidem sum fortiter ultus in illos
  Pars seruata mihi, pars quoque cæsa statim.
Actutùm cæsi, qui animo mansere rebelli:
  Seruati; subijci qui voluere mihi.
Nunc igitur dicam, quoties impulsus ab hoste
  Euersusq́, fui proximus vt caderem;
Fortis eques Dominus toties extendit ab alto
  Saluificam dextram, sustinuitq́; latus.
Qui fueram imbellis, mox & casurus in hostem
  Debilibus fisus viribus ipse meis.
Me fragilem agnoui, fortem Dominumq́, vocaui;
  Protinus est factus robur & arce mihi.
Quòd si bellando voluissem asciscere laudes
  Ipse mihi lapsus, turpis inopsq́; forem.
Sed quia diuinas potius disquirere laudes
  Elegi mea; laus factus & ipse mihi est.
Nunc igitur dicam, Domini est donare salutem;
  Laus mea tu Deus es, robur & ipse meum.
Exultent igitur iusti, mecumque salutis
  Autori nostræ, carmina læta canant,
Vox exultantum resonansq́; per ampla volutet
  Atria iustorum, lætitiæque sonus.
Maxima nam Domini virtutem dextera fecit;
  Dextera me Domini sustulit alta grauem.
Dextera me Domini super aurea sydera terris
  Extulit oppressum, præposuitque Polo.
Dextera quam Domini virtutem fecerit, ecce
  Viuam; non moriar, mortuus vt morerer.
Viuam equidem, vitamque per omnia sæcula ducã,
  Felicem; Domini miraque gesta canam;
Me pius emendans pater, heus audite rebelles,
  Dura opera vestra nuper abusus erat.
Impia vestra manus fuerat sibi facta flagellum.
  Quo me corrigeret, retraheretq; vagum,

Castigans igitur me castigauit, & alio
  Verbere correctum dextra retraxit amans.
Non tamen æternæ morti me tradidit asper,
  Vt voluissetis vilia mancipia.
At vos ò socij, veterum memoresq́, laborum
  Iustitiæ portas vos aperite mihi.
Pandite claustra citi reuoluto cardine toto,
  Pandite claustra, quibus scanditur astra super.
Namque ingressus eas Domino meditata fatebor,
  Carmina digna Deo, quæ dedit ipse, canam.
Hæc est porta Dei, & Domini bipatentis olympi;
  Iustorum cætus ingrediuntur eam.
Stant foris exclusi, qui defecere rebelles;
  Non hanc intrabunt impia turba canes.

dragesimo à passione Domini anno cæsi sunt à Romanis diuinæ iustitiæ ministris: & vrbs eorum excisa templumque destructum, Nero quoque & Diocletianus cæteris persecutoribus Ecclesiæ citò diuinam in se vltionem sensere. ¶ Actutùm. Funditus & omnino. ¶ Subijci. Abiecta vocali prima Syllaba remansit in propria natura breuis. ¶ Mihi. Christi fide suscepta. ¶ Impulsus. Vates hoc in loco in se suscipit personam populi fidelis. ¶ Quoties. Non minus decem persecutionibus valde cõmotus est populus fidelium ab atrocitate persecutionum. ¶ Extendit. Ad necem persecutorum, vel ad eorum conuersionem, vt altero ex his modo daretur pax Ecclesiæ. ¶ Latus. Morem expressit eius, qui cadentem sustinet. ¶ Imbellis. Ex me, & propriæ virtuti derelictus. Quales fuerũt discipuli Domini tempore passionis eius. ¶ Fragilem agnoui. Optimum euadendi remedium, suam fragilitatem cognoscere, & ad Dei fortissimi patrociniũ confugere. Nam, qui superbis resistit, humilibus confert gratiam. Petrus enim nimis audax permissus est cadere Ioannes autem in Passione Domini semper assistens nihil aduersi sustinuit, quia humilis Dominicæ acquieuit sententiæ. ¶ Mihi. Quasi à meipso, & non à Domino talem sufficientiam haberem, cum dicat Apostolus, non esse nos sufficientes ex nobis. Sed omnem sufficientiã nostram ex Domino esse. Et alibi. Quid habes, quod non acceperis? Quòd si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? ¶ Diuinam laudem. Quæ res boni serui est. Domini sui gloriam quærere, non propriam. ¶ Sustulit. Ex imo peccatorum cœno. In quod sponte nostra peccantes immergimur; sed non vltro inde emergimus. Quin diutius ibi nos patitur Deus immersos iacere: vt cognoscamus, quantùm intersit inter dominium suum, & tyrannidem Diaboli. ¶ Oppressum. Grauissimo iniquitatis pondere. ¶ Polo. Vt Petrum post pœnitentiam. Quem cæteris præposuit, & in terris vicarium sibi substituit in Ecclesia, quæ regnum cœlorum dicitur. ¶ Viuam. In æternam. ¶ Mortuus. Sæculo, vt morerer Deo per impatiẽtiam & desperationem, quod intendebant aduersariæ potestates. ¶ Fœlicem. Nunc spe, re deinde. Et hoc remissione peccatorum accepta. ¶ Abusus erat. Nam omnis malus ideò sustinetur, vt per eũ bonus corrigatur, simul ac exerceatur. Tamet si mens eius nescia secreti huius aliud intẽdat. ¶ Flagellum. Attila quoque rex Gottorum prędicabat se esse flagellum Dei, quo itali plecterentur. ¶ Retraheret, In viam rectam iustitiæ, & mandatorum Dei. ¶ Vagum. per abrupta vitiorum. ¶ Castigans. Vt ait Appostolus, castigati, & non mortificati. ¶ Verbere. Iuxta illud. Si dereliquerint filij eius legem meam, & mandata mea non custodierint, visitabo in verberibus peccata eorum. ¶ Correctum. Nam leui disciplina corriguntur electi. Peruersi verò (vt ait sapiens) difficile corriguntur, quin inter flagella per impatientiam deteriores euadunt. ¶ Asper. Talis enim videtur reprobis, tamet si sceleribus eorum iustè damnatis. ¶ Vt voluissetis. Siquidem huius rei gratia tentamur à Diabolo, vt secum damnemur non qui inde leuior futura sit eius damnatio; sed quia inuido placet illud adagium. Solatium est miserorum multos socios habere pœnarum. ¶ Vilia mancipia. Mortis æternæ, atque gehennæ: cuiusmodi sunt Dæmones omnes, & eorum sequaces homines. ¶ At uos o socij. Angelos, & homines iustos antecessores alloquitur, qui tulerunt claues scientiæ, & regni cœlorum, ipsique introierunt, & intrare uolentibus libenter aperuerunt ¶ Laborum. Quos etiam vos in ætate uestra

Margin: A; 2.Cor.3.; 1.Cor.4.; B; 3.Cor.6.; C

sermonem: cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. ¶ Salutifer orbi. Non Iudeis solùm, sed uniuerso orbi Dominus Iesus operatus est salutem. ¶ Dexter. Propitius ac fœlix. ¶ Obsecro mi Domine ut saluer, &c. Hæc est interpretatio illius vocabuli Osanna, quod in laudem Domini in urbem intrantis die palmarum pueri hebræorum cecinere: nam teste Hieronymo hic erat ille uersiculus quem decantabant, anna osi anna, adonai obsecro saluum me fac obsecro Domine. Benedictus qui venit in nomine Domini. &c. ¶ Sic o sic socij. Inuitat alios exemplo suo ad obuiam eundum Domino, dum itur in occursum eius, quod & uniuersalis Ecclesia traxit in morem quotannis facere in processione palmarum. ¶ Festa fronde. Oliuæ, & palmarum: vt pacificum, atq; Victorem regem Christum à mortuis, resurrexisse declaret. ¶ Nos etiam. Patriarchæ, & Prophetæ antiqui: nam vna est illorum, & nostra fides variato solùm tempore, quod enim de Christo ipsi expectabant uenturum, nos credimus, & venisse contitemur. ¶ Sacra æde. Deest præpositio, è domo Domini, quæ tunc dicebatur aliquando Synagoga, & aliquando Ecclesia, nunc autem semper Ecclesia, cuius honorabilia membra fuerunt Patriarchę, atq; Prophetæ, vnde & de Moyse legimus, quia fuit fidelis omnibus in domo Domini. ¶ Dominus. Noster Iesus Christus quo ad humanitatem, secundùm quam dixit postquam à mortuis resurrexit. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. ¶ Nec minus inde Deus. Qui fuit ab initio, & ante sæcula Deo patri coeternus. Nam nisi fuisset verus homo mori, non potuisset, & nisi verus Deus resurgere nequiuisset, ergo ex resurrectione, emicuit verus homo, & verus Deus. ¶ Solem. f. diem. Quod & factum est in die pascatis, inde etiam sabbatum in diem dominicam mutatum est, qui singula quaq; hebdomada per anni circulum celebratur a nobis in honorem dominicæ resurrectionis. ¶ Conueniat. Ad communem lætitiam celebrandam. ¶ Templum. Non illud vetustum, quod sicut umbra præteriit, sed ad nouam fidelium Ecclesiam, quæ toto orbe diffusa est. ¶ Sursum. Hoc & Apostolus monet, si consurrexistis, inquit, cum Christo quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. ¶ Tu Deus omnipotens. Vnà cum patre & Spiritusancto, & vna simul omnes, iuxta illud Apostoli rogamus vos fratres, vt non sint in nobis schismata, sed omnes unanimes sapiatis sententias, & idipsum dicatis. ¶ Nomenq; tuum. Neq; enim est aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos saluos fieri, & alibi Apostolus, propterea dedit illi Deus nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, &c. ¶ O populi, & gentes. Vaticinium est de conuersione Gentilium, & Iudæorum in vnum populum Christianum, ad confessionem vnius fidei, vnius Dei, in vno baptismo. ¶ Quam bonus est Dominus. Qui sola sua bonitate nobiscum communicanda, nos creauit, & redemit. ¶ Vt bonus. Redit ad principium psalmi, quia ipse est initium, & finis omnis creaturæ, quam in laudem suam creauit Deus Pater, filius, & Spiritussanctus, qui est benedictus in sæcula. Amen.

Nos etiam sacra vobis benediximus æde:
Emicuit Dominus, fulsit & vnde Deus.
Splenduit inde quidem propria deitate coruscus,
Illuxit nobis nec minus inde Deus.
Solemnem, festumq; diem, celebremq; dicate
Illi igitur, cætus conueniatq; frequens.
Impleat ut populus templum, & penetralia templi,
Perueniant aræ cornua ad vsq; sacræ.
Tum positis genibus palmasq; ad sydera mecum
Tendentes, sursum corda leuate Deo.
Tu Deus omnipotens meus es, fateamur, & vna
Semper eris Dominus, rex meus, atq; Deus.
Te, nomenq; tuum super aurea sydera tollam,
Te, laudesq; tuas, & super astra feram.
Corde recordabor, grata tibi voce fatebor,
Quod me exaudieris spesq; salusq; mea.
O populi, & gentes hæc sit confessio vestra,
Vestra fides hæc sit, quàm bonus est Dominus.
Quàm bonus æternum Dominus fateamur in æuũ
Præditus æterna sic pietate Deus.

A
Num. 12
Heb. 13.
Matt. ult.
B
col. 3.
Act. 4.

VERE, felices, &c. Alphabeticus hic psalmus uelut cæteros superat longitudine, sic & sententia profundior est, & in morali scientia excellentior, & quò in uerbis planior esse uidetur, eò sensu profundior est; hinc factum est, vt diutius metricam eius descriptionem protraxerim, quam uires meas nimis excedente, & præcipuè quia nullus in eo vagandi; nec perstringendi locus conceditur, quod maximè poetarum est, vnde, & contra artem facere, vt fidus essem interpres; oportebat. Diuino tamen adiutus fauore tandem aggressus sum opus difficile, & quod neq; solutę orationis interpretes ausi fuerant; superaui, vt quemadmodum in Hæbreo, cuiuslibet octonarij versus omnes ab eodem incipiant elemento, nec ulla initialis dictio discrepat à sensu proposito; aut uiolenter attracta uideatur, si oitido oculo propensius inspiciatur, quod non meum, sed muneris fuisse diuini proculdubio confiteor; tametsi in hac multùm elaborauerim: sed iam ad expositionem psalmi eodem fauore subnixi accingamur. Alphabeticus dicitur, quia xxij. litteras, sicut in hebreo, continet elementares, quasi totius scientiæ moralis prima elementa, quæ paruuli in Christo in primis, & ante omnia debent ediscere, si ad summam doctrinã legis Dei & inde ad culmen beatitudinis peruenire voluerint, de ipsis verò litteris sigillatim dicam in principio cuiuslibet octonarij. Nam proemiũ quoddam præpositum est, quò ad veram beatitudinẽ, quam natura omnes appetunt, accendantur, ne per varios errores seducti à vera declinent via, & per præcipitia deducti in profundum miseriarũ labantur, dicit ergo vates. ¶ Verè fœlices, &c. Hoc ideò est, quia multi falluntur existimantes beatitudinem in eo, quod optant, istam esse beatitudo

C

ODE EX PSALMO CXVIII.

Beati immaculati.

VEre fœlices, verè quicumq; beati
Mortales cupitis sæcula longa fore.
Posthabitis cunctis hùc, hùc properate frequentes,
Quo fieri pacto possit, adeste, canam.
Non vos diuitiæ fallaces, gloria inanis,
Non toto vobis quicquid in orbe placet,
Non epulæ pingues, Epicuri blanda voluptas,
Delitiæ carnis sardanapallis opus.

Non multa imperia, aut bellando gloria parta,
Non orbis totus sub ditione tua.
Non hominum inuentum sæcli prudentia vana,
Aut ratio astrorum, sydereiúe poli.
Sed neq; fœlices rerum cognoscere causas
Vos faciet; deerit si vnica causa Deus.

D titudo quippe, ut ait Augustinus, tam magnū est bonum, vt omnes illā appetant, tam boni, quàm mali: sed pauci ueram agnoscunt, ad haoc viam quia non delectat, nisi quod proprio appetitur gustu, qui vt in febricitantibus sæpe corrūpitur. ¶Fœlices. Omnium bonorum compotes. ¶Beati. Qui ipso Deo omnium bonorū auctore fruuntur, sed in hoc sæculo plena fœlicitas, aut perfecta beatitudo haberi non potest, humanis id prohibentibus miseriis, quæ propter peccata incurimus. ¶Sæcula longa. Eterna post mortem, & resurrectionem. ¶Epicuri. Phylosophi voluptuarij, de quo vide Cicer. in offic. ¶Sardanapallis. Ab eo quòd est Sardanapal, ut Asdrubal, & Annibal, alij declinarunt. Sardanapallus fuit hic vlt. Assyriorum rex omnium effeminatorum mollissimus, cuius hoc fertur dictum. Ede, bibe, & lude, post mortem nulla voluptas, vide Iustinum Hist. lib. 1. ¶Prudentia uana. Qualis erat antiquorum phylosophorum, & poetarum sæcularium, de qua dictum fuerat, sapientiam sapientiā perdam, & prudentiam prudentiam reprobabo, de hac re vide Apostoli doctrinam ad Romanos,
1.Capite & latissimè ad Corinthios. ¶Aut ratio astrorum. Absq; cognitione, & vero cultu Domini errant, hic notantur priscillanistæ hæretici, atq; mathematici. de quorum errore, & confutatione vide Gregorium in Homelia Epiphaniæ, & Augustinum in sermone eiusdem diei, & Chrysostomū in comment. super Matth. cap. 11. ¶Causas. Quod dixerat Verg. ¶Causa. omniumq; causārum prima, unde & quidam phylosophorum princeps fertur dixisse causa causarum miserere mei. ¶At potius. Hic incipit psalmi primus octonarius à primo Elemento incipiens, quod hebraicè Aleph appellatur, grecè Alpha latinè A. interpretatur autem Aleph à diuo Hierony. Doctrina, per quam demonstratur excellentissimam in hoc psalmo doctrinam, & saluberrimam esse.

[Aleph.]

At potius faciet uita immaculata beatos,
Et virtutis iter præduce lege Dei.
Atq; sacros apices scrutari: si tamen illis
Quæratur toto, & simplice corde Deus.
Absistant igitur, qui operantur iniqua, vagari:
Non hoc est Domini pergere uelle uias.
Aduertere minus te præcepisse minando,
Vt benè seruarent omnia iussa tua.
Ah fluidos utinam tua dextera dirigat actus,
Vt seruem, quibus hic iustificatur homo
A speculis, vbi meis præcepta inspexerit, altis
Tunc non confundet pectora clausa Naas.
Addictusq; tibi directo corde fatebor,
Iusta quòd addidici, rectaq; iudicia
Adonai penitus ne me tua cura relinquat.
Maiora ut seruem iustitiæ monita.

¶ Vita immaculata. Alaph peccatorum munda,
1. Ioa. 1. atq; immunis, quæ cum Dei adiutorio, teste Augustino haberi, & seruari potest à criminalibus; à venialibus verò non, quia septies in die cadit
E iustus, & si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus: sed & si grauioribus quisquā fuerit sordidatus veræ pœnitentiæ lauacro poterit emundari per sanguinem Christi, exemplo Dauidis, & Magdalenæ, Publicani, & aliorum peccatorum ad pœnitentiam conuersorum de quibus plenum est Euangelium. ¶Beatos. Nunc spe, post autem re. ¶Et uirtutis iter. Quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat, & quod bonum est, iuxta illud declina à malo, & fac bonum. ¶Sacros apices. Monita vtriusq; testamēti salubria. ¶Quæratur. Alijs non manifestatur. ¶Sontes. Peccatores. ¶Vagari. Per præcipitia uoluptatum. ¶Vias. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & ve-
Iac. 2. ritas. ¶Minando. Mortem æternam. ¶Omnia iussa. Deflet peccator, quia offendens in vno, factus est omnium reus. ¶Fluidos actus. Quia oīs
Gen. 8. ætas ab adolescentia in malum prona est. ¶Vt seruem. Fidem Christi, & mandata eius. ¶A speculis. Interioribus oculis quæ sunt ratio, & intellectus. ¶Naas. Idest Diabolus, qui fidei oculum dextrum nititur à fidelibus eruere in pessimam confusionem quam rem Naas ammonites viris israeliticis habitatoribus Iabes Galaad minabatur in confusione totius populi Dei. ¶Addictusq; tibi. Dedicatus, seruitioq; tuo ascriptus hoc potest dicere, Qui adhæret Deo, vnus Spiritus efficitur cum eo. ¶Addidici. Te interius me docente. ¶Iudicia Domini. Quæ sunt abyssus multa, & humano ingenio inscrutabilia, recta tamen, & iustificata in semetipsa. ¶Adonai. Vniuersorum Domine. Et est unum de nominibus Domini Dei, de quibus infra in octonario v. ¶Maiora iustitiæ monita. Euangelica scilicet, nam minora minoribus, & pro regno terreno, & maiora maioribus pro cœlesti data sunt ab eo qui nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam ut docuit Augustinus.

[Beth.]

Bachatus mores emendat iunior inquo?
Si verbis promptus pareat ille tuis.
Baccatum toto feci mihi corde monile
Te quærens: à me ne tua iussa fuga.
Baccare cinge caput: quia dudum corde recondi,
Ne tibi peccarem; dulcia uerba tua.
Bos sine voce vocor: Deus es benedictus adesto,
Quæ iustum faciunt, me tua iussa, doce

[Beth.] Secunda est hæbreorum litera, quæ domus interpretatur, & est sensus, quia doctrina Dei non nisi in
F domo Domini, quę Ecclesia eius est habetur, qua & in domum supernam deducemur, uel quòd hic psalmus sit domus quædam, vt apotheca diuinæ doctrinæ. ¶Bachatus. Quouis furore uehementius agitatus, à celebrantibus bachanalia, similitudine deducta. nam antiqui bachari pro furere dicebant. Si uerbis. Responsio est, solent enim uates interrogare, & sibipsi respondere. ¶Verbis
Matth. 3. tuis: Illis primùm, pœnitentiam agite, appropin-
Matt. 19. quabit enim regnum cęlorum, quia nemo potest nouam uitā inchoare, nisi ueteris ante pœniteat, deinc illis, si uis ad uitam ingredi serua mandata, postremò illis. Si uis perfectus esse, uende omnia quę habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. ¶Baccatum. Sine aspiratione, ut distet à superio-

ri, &

Bos aliquando dedi mugitus æthere magnos:
Prędixi labiis oris, & alta tui.
Barbara gens opibus ceu delectatur auaris;
Sic ego responsis testibus atq; tuis.
Blandus ab ijs factus prius exercebor in ipsis:
Deinc contemplabor, quas docuere uias.
Balbus enim fierem, si non meditarer in illis,
Atq; oblita mihi iam tua verba forent.

A ri, & significat gemmis, hoc est uirtutibus ornatum. Baccæ enim sunt Margaritæ: de quibus in Euang. simile est regnum cœlorum negociatori quærenti bonas Margaritas, &c. ¶Ne fuga. Ne longe facias, & est liptote figura, quia minus dicitur, & plus significatur, petit enim illis imbui. ¶Baccare. Herba radicis odoratæ, cuius uis fascinum expellit, hæc patientia est, qua fascinũ Diaboli perpellitur, vt in beato Iob expertam cognouimus. ¶Bos sine uoce vocor. Dum disco legem tuam, etenim est ante tempus tacendi, quàm loquendi, hoc etiam beato Thomæ Aquinati dicitur euenisse, dum diuinis literis tacitus operam daret, vt à scolasticis bos mutus, & pinguis appellaretur. ¶Dedi. Pro dabo, tempus pro tempore. ¶Mugitus magnos. In repræhensionem peccatorum, responsum hoc etiam fuit Alberti Magni pro diuo Thoma prædicto, fore ut magnos daret mugitus in Ecclesia Dei. ¶Barbara. Quæ eloquiorum Dei linguam non nouit, sed Diaboli. ¶Opibus auaris. Quæ sitim auari non extinguunt, sed in dies magis ac magis accendunt. ¶Testibus tuis. Apostolicis dictis, testes enim fuerunt Apostoli verborum & actionum Domini. ¶Blandus. Deposito furore adolescentiæ, de quo suprà iuxta illud. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. ¶Exercebor. Nam per exercitium uitæ præsentis actiuæ peruiniemus Deo duce ad contemplationem vitæ futuræ, tametsi etiam dum hic uiuimus distributis temporibus possumus actiui, & contemplatiui, ut de sermonem diui Augustini super vltimo capite Ioannis Euang. ibi duas itaq; uitas diuinitus commendatas nouit Ecclesia, &c. ¶Balbus. Qui vitio linguæ verba nequit exprimere: sed obscurè loquitur iuxta illud persij Rancidulum quiddam balba de nare locutus, talis est is, qui seipsum non exercet in studio diuinæ legis, cum enim uoluerit de ea pro officio suo aliquid loqui, dicet cum Prophera a.a.a. Domine nescio loqui. ¶Oblita. Hoc solet illis euenire prælatis, qui abuntur affluentia delitiarum.

Matt. 13.

Eccl. 3.

Matt. 11.

Hier. 1.

[Gimel.] Tertia hæbreorum littera, quæ plenitudinem sonat, per hoc indicans plenum esse hunc psalmum veræ sapientiæ doctrina. ¶Grandis adhuc pietas. Idest diuina misericordia, quam dictionem versus iste non capit, nisi super addita litera scilicet producta prima vt in quibusdam aliis dictionibus veteres facere poetæ. ¶Retribuat. Bona scilicet pro malis meis, quod grandis est misericordiæ Dei, postulat autem fidem pro sua infidelitute, vt uiuat, quia iustus ex fide uiuit, & gratiam obedientiæ atq; fortitudinis pro inobedientia, atq; imbecillitate sua, ut quæ iussa sunt, faciat: nam sine me (inquit,) nihil potestis facere, notat hic Augustinus iiij. retributiones. bona pro bonis, mala pro malis, & hæc sunt iustitiæ, quæ in iudicio unicuiq; à Domino retribuentur, tertia misericordiæ, qua bona pro malis modo redduntur à Domino, quartam nescit Deus: sed est frequens apud homines etiam in ipsum Deum reddere, scilicet mala pro bonis. ¶Famulo. Peccatori homini, etenim qui facit peccatum, seruus est peccati. ¶Domino. Primo homini antequàm peccasset, qui factus erat, ut dominaretur cæteris animantibus. ¶Lumina. Interiora animæ. ¶Clausa. Propter tenebras peccatorum, & maximè infidelitatis antiquæ. ¶Alta. Profunda, & inscrutabilia. ¶A patria. Cœlesti: nam dum hic uiuimus, peregrinamur omnes à Domino. ¶Incola. Ad modicum tempus hic habitans, & terram pro prij corporis exercens. ¶Ne nos lateant. Quia ignorans ignorabitur. ¶Gangis ubi est ortus. In paradiso delitiarum. ¶Repren supe. nostra est. Illis uerbis ironicè prolatis. Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, &c. ¶Iussis tuis. In gustu pomi uetiti. ¶Maledicta. Morti atq; miseriis huius uitæ addicta. ¶Gangis fonte. Qui est in medio Paradisi, per quem signatus est fons misericordiæ diuinæ, quæ nobiscum fit in baptismate. ¶Contemptum. Idest labem originalis peccati, quam ex contemptu contraximus in primis parẽtibus. ¶Opprobria. Quæ nobis illusor obiicit Diabolus ob iniquitates nostras, & ea, quæ fidelibus olim obiiciebantur ab impiis propter crucem Christi, quæ Iudæis erat scandalum, gentibus autem stultitia. ¶Garrire. Subaudi ineptè loqui uelle maledicere, nec tamen apertè audere hoc maximè factum est post Imperatoris, & regum conuersionem ad Christi fidem. ¶Aduersos proceres. Iudæos, siue gentiles in perfidia sua permanentes. ¶Martyribus. Testibus, siue testimoniis tuis, græca dictio est ex frequenti vsu facta latina. ¶Lex tua iusta. Humanæ siquidem frequenter iniustæ sunt traditiones, vt de usuris, concubinis, & præscriptionibus cum alijs similibus.

B

Ioan. 15.

[Gimel.]

Grandis adhuc pietas (ut uiuam) & iussa facessam,
Retribuat famulo, quæ dederat Domino.
Grandis item pietas, & Lumina clausa reuelet,
Mira uidere queam legis ut alta tuæ.
Gens procul à patria, vilis sumus incola terræ
Ne lateant oro nos tua iussa Deus.
Gens infirma sumus, cupierunt tempore in omni
Iustitia exui pectora nostra tua.
Gangis vbi est ortus, reprensa superbia nostra est,
Declinans iussis stirps maledicta tuis.
Gangis fonte laua contemptum, opprobria tolle,
Iustitiæ expetij nam monumenta tuæ.
Garrire aduersos proceres uiden ecce sedentes,
Dum seruus meditor dogmata sacra tua.
Gratia martyribus quanta est, meditatio nostra,
Consilium & nostrum lex tua sancta Deus.

Ioan. 8.

Gen. 3.

C

[Daleth.]

Digna, pauimento quia mens animalis adhæsit,
Morte, tuo verbo viuificetur adhuc.

[Daleth] iiij. Litera, cuius interpretatio tabulatum est. carũ scilicet in quibus digito Dei fuit scripta lex Domini, & tabularum cordis carnaliũ in quibus Euangelica lex noua per Spiritũsanctũ descripta est. ¶Pauimento. Idest corpori, quod animæ pauimentum est, & ab ea sanctis pedibus

 cius,

[Vau.] Et.

Vas pius, & clemens descendat Iesus ab alto
Me super eloquio dixit vt ante suo.
Vasa probat fornax, verbum exprobrantibus, inquã,
Hoc respondebo: spes mea verba tua.
Vanus homo mendax: verbum ne dempseris ore
Veridicum: mea spes sunt tua iudicia.
Vanaque traditio superûm contraria legi;
Cuius ero custos tempus in omne uigil.
Valle quidem lata pergebam tutus ad vrbem;
Nam quæsita diu sunt mihi iussa tua.
Vallis iter, Reges nec confundebar adorsus
Compellare, super fortia facta virûm.
Vates namque tuus meditabar, & ore canebam
Hæc, quæ dilexi candida iussa tua.
Vates ad dilecta manus mandata leuaui;
Exercebor in his, iustificabor ab ijs.

A

gentes in vnum populum Christianum. ¶ Vas pius. Idest, Medius fideiussor, & expromissor; qui (ut uulgo dicitur) non est bonus: nisi sit etiam ipse solutor. Quòd & fecit dans sanguinem suum in precium pro solutione peccatorum nostrorũ, ¶ Iesus. i. Salutare tuum, siue saluator tuus. Vt in cantico Symeonis. Viderunt oculi mei salutare tuum. Idest Iesum Christum. Et ita dicitur intelligi semper. Hoc vocabulum salutare. ¶ Me super. Loquitur in persona generis humani. Super quod descendit, & misericordia & salus per Iesum Christum. ¶ Vasa figuli. Prouerbium est. ¶ Fornax. Sic & iustos tribulatio, & augustia: qua uexabatur propheta. ¶ Exprobrantibus. Vt amici Iob. quòd propter iniquitatem vexaretur. ¶ Verba tua. Illa scilicet. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et similia. ¶ Mendax. Exprobator sanctorum. ¶ Tradidio. Qua asseritur propter sola peccata etiam sanctos flagellari. ¶ Iudicia profunda nimis. Quare hunc flagellet, illi parcat. ¶ Legi diuinæ. Qua docemur etiam ob alias vtiles causas interdum iustos flagellari, quàm propter peccata, de quibus in libro Iob. Et in illo Euangelio quo cæcus illuminatus dicitur à Domino, quia non peccauit, neque parentes eius, vt cecus nasceretur: sed vt manifestaretur gloria Dei in illo. ¶ Valle. Plorationis, & humilitatis. ¶ Lata per Charitatem, quæ gressus humanos dilatat. ¶ Ad urbem supernam. ¶ Adorsus. Cum cæpissem progredi. ¶ Compellare. Alloqui. ¶ Virûm. Sanctorum martyrum, qui viriliter egerunt.

B

[Zamen.] Fontem aquæ spiritualis. Qua vox cordis interior efficiatur canora. Sicuti ucrè aqua fontis Zames qui est in Aphrica vocalem oris humani vocem fieri canoram dixere varo, & Plinius. ¶ Memor. Per effectum mittẽdo quæ mittere promisisti filium tuum hoc est uerbum tuum. ¶ Spes. Futuræ redemptionis per illum. ¶ Dum premor. Tribulationibus, & huius vitæ angustiis. ¶ Verba tua. De Christi promissione. ¶ Zelus. Modò liuor, & inuidia. ¶ Zelus amicorum. Modò Charitas, & amor. Nam utrumque significat hoc uocabulum. Quem .s. habuerunt pro lege tua. Tangit autem antiquos prophetas. Quorum Helias dicebat. Zelo zelatus sum pro lege Dei mei. ¶ Iudicio. Subaudi quæ fuerunt facta ab initio aduersus peccatores. ¶ Desciuere. Deficere, quasi rebelles. Et secuti sunt deos alienos. ¶ Zelatus. Vt suprà in bonam partem. ¶ Resipeuere. Ad sanam mentem redierc, addita fuit. Silicet littera ut staret uersus sicut .l. in religione, & reliquijs. ¶ Peragrando. Viam huius uitæ, in qua sumus omnes peregrini. ¶ Zodiaci. Cœlestis circuli, in quo .XII. Signorum effigies esse dicuntur. est autem synecdoche pars pro toto. Nam hic pro vniuerso ambitu cœli, qui stellas quascunq; continet, positum est. Sensus hic magis allegoricus, quàm hystoricus est amplectendus. Nam huius noctis nomine aduersitas intelligenda est. Qua etiam sancti quandoque absconduntur, seipsos ad meliora tempora pro utilitate Ecclesiæ reseruantes, immò à Domino reseruati. Qui syderum appellatione hic significantur. ¶ Custos. Non solùm memorando; sed magis operando. ¶ Nominis tui. Iesu. i. saluatoris. ¶ δικαιώματα. i. Iustificationes. Varietatis grata interpositum est vocabulum grecum. Et quia illa dictionem (iustificationes) toties repetitam non capit uersus. Cum uix alia similis significationis possit reperiri, neque semper periphrasi locus est.

3.Reg.19

[Zain.] hæc vel oliuá.

Zamen funde Deus, qua clamem voce canora;
Esto memor uerbi; quo mihi spes alitur.
Zamen epotus clamabo: dum premor, hæc spes
Est mihi solamen: vitaq; verba tua.
Zelus iniquorum tumide vehementer agebat:
Lege nec abscessi deuius ipse tua.
Zelus amicorum memorem me iudiciorum,
Vt consolarer fecit ab initio.
Zelatus super his, qui desciuere relicta
Lege tua: dolui. nec lachrimas tenui.
Zelatus super his, qui resipe uere canebam
Iustitiæ laudes hanc peragrando uiam.
Zodiaci terra cum sydera nocte laterent,
Legis eram custos, nominis atque tui.
Zodiaci nox ista mihi, δικαιώματα lancta
Quod tua quæsierim signa repente dedit.

C

[Heth.] 5. Vita vitam nobis promittit hæc litera vtique eam quæ Christus est. Ego enim (inquit) sum uia veritas, & uita. ¶ Hæc scilicet. Vita, de qua præmissa est. ¶ Portio. Pars mihi distributa ab ipso, qui dixit. Noli timere. Ego ero merces tua magna nimis. ¶ Regni. Cœlestis, quæ & Ecclesia dicitur. ¶ Perseuerem. Solus enim perseuerans ex multis currentibus accipit brauium. ¶ Faciem tuam. Ante filium tuum, per quem tu ò pater cognosceris. Sicuti homines per faciem. ¶ Verbo tuo. In filio tuo. Qui etiam dicitur patris misericordia, quòd eo medio nobiscum facta sit misericordia. ¶ Hei mihi. Ecce misericordiæ impetratio. Nam in quacunque hora ingemuerit peccatum suum peccator, dimittam ei, dicit Dominus. ¶ Quas uias. Vtique malas, spinis, & tribulis oblitas. ¶ Me pœnitet. Vera pœnitentia

Ben. 14.
Eze. 33.

[Heth.] Vita.

Hæc mea iamdudum (dixi) sit portio regni:
Perseuerem custos legis vt ipse tuæ.

D hæc est: Præterita mala plangere: & plangenda iterum non committere. ¶Conuerto. Penitus, & in totum uerto. Vt sit contrarium huic peruerto. ¶Pedes. Affectus animæ. ¶ Hei mihi. Sacrificium cordis, & oris contriti; spiritusq; contribulati hoc est Deo gratissimum. ¶Merito patiens. Sic & poeta secularis. Leniter ex merito; quicquid patiare
Pro.5. ferendum est. ¶Vigil. In pœna, qui olim dormiui in culpa. ¶Funes. Nam peccatorum suorum funiculis (ut ait sapiens) unusquisque constringitur. Quin & flagellatur eisdem. Eisdemque eliciuntur de templo Domini. ¶Circumplexæ. Spondaicus uersos ne tam efficax dictio prætermitteretur. ¶Oblita mihi. Pro à me: Nam quicunque per fragilitatem peccat, benè tenet in memoria legem Domini, sed uidetur ei, non posse tentationi resistere, nec aliter facere. ¶Media nocte. Ad literam adimpletur à religiosis surgentibus ad matutinum, mysticè qui in ipso feruore tentationis surgit ad orandum, ne inducatur in eam; media nocte surgere dicitur. ¶Alta. Profunda, & inscrutabilia. ¶Pietate. idest, Oleo misericordiæ. Qui futurus erat sanguis Christi. ¶ Tellus. Humani pectoris. ¶ Sacra. i. Fidei sacramenta quibus iustificatur homo. Nam sicut scriptum est, iustus ex fide uiuit.

Hæq; preces faciem ante tuam de pectore toto
Sunt fusæ: in verbo me miserante tuo.
Hei mihi, quas egisse vias me pœnitet; vnde
Conuerto errantes ad tua iussa pedes.
Hei mihi, sed meritò patiens ad cuncta paratus,
Sum, neq; turbatus, tua ad iussa vigil.
Heu peccatorum funes me circumplexæ;
Nec tamen oblita est lex tua sancta mihi.
Heu media strato surgens tibi nocte fatebar
Iudicia alta tua, dogmata iusta tua.
Hem me participem facit anxia cura timentum,
Atque obseruantum candida iussa tua.
Hem pietate tua tellus aspersa redundat,
Quæ me iustificent amodò sacra doce.

[Teth.] T. Bonum Bonus est ipse Deus, qui vt bonitatem suam nobis communicaret non solum nos ad imaginem suæ bonitatis creauit: Sed etiam seipsum in filio nobis dedit. ¶ Ter bonus. Propter personarum Trinitatem. Vnus tamen bonus Deus in essentia. Vel quàm modo dixi. Creationis, Redemptionis & Resurrectionis.
E ¶ Seruo. Generi humano, cuius personam vates gerebat. ¶ Pollicitus fueras, sic & Zacharias pater Ioannis. Iusiurandum, quod iurauit ad Abraam patrem nostrum daturum se nobis. ¶ Disciplina suauis. Ex post facto. Nam
Heb.12. ante uidetur Amara. Sicut docet Apostolus Omnis autem disciplina in præsenti quidem uidetur. Non esse gaudij: sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. ¶ Et bonitas. Misericordiæ. Nam miseretur omnium, quos corrigit Deus. ¶ Plecterer. Debita pœna per disciplinam, quam semper culpa præcedit. ¶ Christe. Bone, Suauis, & uncte in sacerdotem, prophetam & regem. Nam omnibus his appellationibus Christi nomen interpretatur. ¶ Terque quaterque bonus. Perfectè, & summe bonus. Nam septennarius numerus teste Gregorio perfectionē atque uniuersitatem significat. ¶ Tristitia. Ex inuidia causata: uel, aliud sæculari, quæ mortem
2.Cor.7. operatur: vt docet Apostolus. ¶ Ceu lac. Subandi coagulatum. ¶ Corda coacta. Quam rem mortiferam esse nemo dubitat. Quando videlicet sanguis, quo plena sunt corda, coagulatur. Vide hy-
1.Reg. storiam Nabal carmeli. ¶ Te cædente. Reddit enim attentos castigatio, facit & dociles. ¶ Terq; quaterque bonum. Quo ad animam, quæ numero trino gaudet. Eo quòd fit ad imaginem Trinitatis. Et quo ad corpus, quod ex quatuor constat elementis, & totidem humoribus vegetatur. ¶ Bonum. i. Res bona, quæ me bonum faciet, si illam
F obseruauero. ¶ Argento atque auro. Cuius possessio plena est sollicitudinibus, & auarum reddit, atque idololatram possessorem, si cor apposueritis.

[Thet.] th, Bonum

Ter bonus vt Deus es: bonitatem tu quoque trinā
Seruó fecisti, vt pollicitus fueras.
Te doctore sciam, quàm disciplina suauis,
Et bonitas: quia sunt credita iussa tua
Te prius offendi, quàm plecterer: vnde repressus
Sum factus custos sedulus eloquij.
Tu bonus es, tuā me doceas diceomata Christe
In bonitate tua terq;, quaterq; bonus.
Turba superborum in me multiplicata fremebat,
Ast ego scrutabar pectore iussa tua.
Tristitia illorum ceu lac sunt corda coacta,
Versabat legem mens mea læta tuam.
Te cædente, tua vt correctus dogmata discam,
Id mihi nempe fuit terq; quaterq; bonum.
Argentó, atq; auro charior illa mihi.

[Iod.] I. Principium omnium rerum Deus est & finis earum. Iccircò summè colendus est à nobis. Quod præsens litera indicat. ¶Manibus. Metaphora sumpta à figulo, qui uasa lutea manibus proprijs facit. Cætera quippe
Gen. 2. tantum dicendo facta sunt. Ad hominem verò, cum uentum est. Faciamus ait hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, qui præsit reliquis animantibus &c. ¶Fortia iussa tua. Maxime ea, quibus nosipsos superamus; appetitus infringimus: & aduersarios tolerando non solùm uincimus, sed & interdùm beneuolos, & amicos nobis benefaciendo reddimus. ¶ In se. Idest intra semetipsum. Iuxta illud Apostoli. Opus autem suum probet vnus-
Gal. 6. quisque: & sic in semetipso tantùm habebit gloriam, & non in altero. Etenim in Domino, non in nobis lętandum est. Lætamini (inquit) in Domino, & exultate iusti & gloriamini omnes recti corde. Est etiam uaria lusus in his monosyllabis. In me te, se. ¶ Speraui in uerbo super. Thmesis est. Pro super speraui. ¶ Iudex. Puniendo me, quia

[Iod.] I. Principium.

Initio manibus fecisti me optime plastes:
Da mentem, vt discam fortia iussa tua.
Inde timens te, cernet me: & lætabitur in se,
Speraui in uerbo nam super ipse tuo.
Iustus vt es iudex, tuaque est sententia iusta,
Verè afflixisti me, quia promerui.
Iustus ut es iudex sita clemens & pater esto.
Solando: vt seruo fatus es ipse tuo.

peccaui.

Imbuat, vt uiuam, tua me miseratio multa;
Lex tua nam menti grata fit esca meæ.
Imbuat elatos confusio: vertat iniquos
In me exercentem pectore iussa tua.
In tua castra precor mihi conuertantur & illi,
Quos metus expungit, notitia atque tui.
In tua quæ iustum faciunt, mens dogmata sistat,
Et ne confundar, immaculata fuat,

peccaui. Nam nullum malum impunitum: propter decorem iustitiæ seruandum. ¶Solando. Ex concessione paternæ misericordiæ.¶ Vt fatus. Locutus es, Per Natam prophetam, transtulit à te Deus peccatum tuum: non morieris. Et generaliter. In quacunque hora ingemuerit peccator. ¶ Imbuat. Impleat atque lauet sanguine filij sui; qui effusus est in remissionem peccatorum.¶Esca. Spiritualis, quia delectatur, & alitur ea. ¶ Confusio bona. Si voluerint conuerti, qua humilientur. Sinautem mala & æterna ad exemplum aliorum. ¶ Vertat. Pro conuertat, non euertat. ¶ In me. I. Ad exemplum meum. Iuxta illud. Docebo iniquos uias, &c.¶ Exercentem. Assidua meditatione more ruminantis animalis mundi.¶ In tua castra. Vt deinceps tibi militent. ¶Metus tuus. Non mundi, qui malus est. ¶Sistat. Firmetur. ¶ Fuat. Sine labe fiat. Est autem antiquum verbum.

2.Reg.12 Ezc.33.

A

[Caph.] C. Manus Domini dicitur esse filius eiu, per quem fecit nos, & omnia. Cuius nomen ponitur in primo hoc versu. Nam vbicunque hoc vocabulum salutare ponitur semper significat Dominum Iesum. Vt patet ex cantico Simeonis.¶Corde sedens anima, hoc est contradogma Platonis, qui existimauit cerebrum, seu caput esse animæ sedem. Verum in hac re magis est credendum Christo Domino, qui fecit corpus, & ei animam inspirauit & vbi uoluit sedem dedit. Nam ipse dixit. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, &c. Item & sapiens ait omni custodia serua cor tuum, quia ex eo uita & mors. Et hoc notant doctores sacri in supradicto Euangelij loco. ¶ Defecit. Expectando, præ desiderio aduentus eius. ¶ Verbum tuum. Vt caro fieret, & habitaret in nobis: deinde & morte sua nos redimeret. ¶ Colloquio tuo. Promissionis illius uerbo. ¶Solamenque meum. Ipsum redemptorem nostrum, & consolatorem. ¶Spes mea. Deus, in quo solo spes est reponenda. ¶Vt res ante pruinam. Qui ex longa mora tanti frigoris consumuntur. ¶ Quantus est iste eur. dic. q. d. Breuis. ¶ Ex hoste. Diabolo qui nos tenet captiuos. ¶Iniquus Diabolus. Vel quiuis doctor malarum artium, aut etiam fabularum vates. Qui dicuntur siliquis pascere porcos. Idest fabulis inanibus oblectari voluptuosos. ¶ Appologos. Non quales Aesopi, sed fabellas inutiles, atque lasciuas comicorum, & tragedorum, & omnium malorum poetarum. ¶Vt tua lex. Quæ est immaculata & animas conuertens ¶ Maligni. Inuidi. ¶Viden. Prouidesne. ¶Omnia membra. Corporis mystici; quæ est Ecclesia, cuius membra sunt quiq; fideles, qui sæpissimè inuidorum persecutione consumuntur, vt antiqui prophetæ, & post illos Apostoli, cæterisque discipuli Domini. Qui ferè omnes uarijs martyrijs lacerati sunt.¶Nec ob id. Neque propter dira sanctorum tormenta. φυλάξω & c. græcanicus uersus, qui suapte mihi latino uati venit in mentem, dum studerem uariationi. Cuius hic est sensus. Custodiam, oris, tui, Deus testimonia. Nec propterea quisquam me græcè uersus existimet scire facere. Nec enim hirundo vna facit uer. aut. rosa vna rosetum.

[Caph.] C. Manus.

Corde sedens anima in Christo defecit Iesu,
Verbum de cœlis opperiendo tuum.
Colloquio consumpta tuo sunt lumina nostra
Solamenq; (aiunt) spes mea quando dabis.
Cumque forem factus velut vtres ante pruinam,
Non oblita mihi est lex tua iustificans.
Cursus enim quantus nostrorum est iste dierum?
Ex hoste aut quando iudicium facies?
Corruptor siquidem morum mihi narrat iniquus
Appologos: sed non ut tua lex Domine.
Cuncta quidem tua iussa existunt uera: maligni
Sunt me insectati, tu Deus affer opem.
Consumpsere (viden) paulominus omnia membra
In terra, nec ob id iussa relicta tua.
Clemens viuificet tua me miseratio tandem
φυλάξω ςοματόσ σου θεε μαρτύρια.

B

[Lamed.] L. Disciplina pacis nostræ super eum, vt alius prædixit propheta. Quamobrem cogitemus eum, qui proprio filio non pepercit à disciplina, nec nobis, Sed ad nostram salutem. ¶Lumen. Filius Dei, & uerbum eius, quod idem est. Est illa lux, quæ illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum, quæ icirco dicitur Lumen de lumine, quia filius non à seipso, sed ex patre est ante luciferum & ante omnia sæcula genitus. ¶ In cœlo. Idest, in Ecclesia Dei, quæ & regnum cœlorū dicitur. Quæ & pro parte in cœlo sursum cum Christo regnat: & pro parte hic in terra deorsum militat. ¶ Omnis generatio. Fidelium sibi inuicem succedens. ¶Tellus. Sic & alibi. Initio tu Domine terram fundasti. &c. Hæc tellus est etiam Ecclesia, quæ habet non modò cœlestes, sed & terrestes eius. ¶ Cuncta manet. Quò ad substantiam. Nam & ipsa in nouissimis diebus mutabitur in melius. ¶ Lux mea Deus, Pater & Filius & Spiritussanctus. ¶ Iustificantia. Quæ iustos faciunt. Quæ enim est vera iustitia, nisi obseruatio mandatorum Dei? Saluum me facito. Hoc est. Osanna idest absecro, saluum me fac. Sed quare vocatus est Iesus? Nisi vt saluum faceret populum à peccatis eorum. ¶Sum tuus. Seruus, amicus, & filius.

C

[Lamed.] L. Disciplina.

Lumen in ęternum Deus vt de lumine fulget.
Sic verbum in cœlo permanet omne tuum.
Lumen idem verum generatio percipit omnis,
Fundata hinc tellus sęcula cuncta manet.
Luce dies solita perseuerat, vt statuisti.
Omnia namque, tibi quæ famulantur, habes.
Lege tua si non meditarer forte perissem,
Acri in pressura, qua nimis excrucior.
Legis in ęternum non obliuiscar: & vnde
Efficior iustus, uiuere & unde datur.

¶Esto

D ¶Esto meus. Dominus,& amicus, & pater. ¶Liui. Hoc est inuidia, nam propter inuidiam tradiderunt saluatorem pontio Pilato crucifigendum. Et optimè ferè totus est conueniens de nostro Iesu Christo pro capite,& membris. ¶Luce noua. Veritatis angelicæ. ¶Consumatio. Legis antiquæ,& ceremoniarum. ¶Legis finem, Qui cristus est omni credenti. ¶Lata nimis. Eo quod extendatur ab amicis usque ad inimicos.

[Mem.] M. Ex ipsis mandatis Domini obseruatis à nobis descendit Charitas & amor, quibus vrgemur ad meditandam legem Domini die noctuque. De qua dicitur in præsenti psalmo. ¶Quã. Pro quantum. ¶Intus in corde, amaui? Interrogatiuè lege, & responde, ex hoc potest agnosci. Quia semper eam meditor. ¶Feceris. Pro facies. ¶Mandato æterno. Charitatis scilicet, Qua multò magis in patria tenebimur astricti. Quanto enim diuino igni fuerimus propinquiores, tanto ejus amore proculdubio fiemus ardentiores. ¶Super docentes. Etenim quantò iuniores, tantò & perspicatiores. ¶Veteres magistros. Nota casus, in quibus discipuli possunt superare magistros homines. Si diligentiores eis fuerint,& exquisitiores. Nec obstat quod dixerit Dominus. Non est discipulus supra magistrum. Quia de seipso omnium hominum magistro ibi loquitur: supra quem nul-
E lus esse potest. Nec æquare quisquam. Cum illi longè inferiores futuri sint omnes homines & fuerint. ¶Mactus uirtute. Magis auctus, multaque virtute præditus. Ordo est. Mac vir. uet. ped. ue seq. om mal. it, propter tua uerba. ¶Magnos,& paruos. Sicut in lege scriptum est. Ita magnum iudicabis, sicut paruum. ¶Aequa lance. Nec enim debet esse acceptio personarum in iudicio. ¶Scripta. Digitis Spiritussancti. ¶Cordi meo. Ex hoc patet, quia de noua, & non de ueteri intelligendum est. Quam in lapideis tabulis constat esse perscriptam. ¶Ori cordis. De quo dixit Dominus. Quod exit ex ore hoc coinquinat hominem, quia de corde uenit. Porrò hoc os apprehensio sermonum est, qui audiuntur aut leguntur. ¶Faucibus & mentis. Hæ sunt, quibus audita ruminamus in morem mundorum animalium. ¶Sapientior. Quia intellectus maior donatur iis, qui iam operati sunt ea modica quæ ante perceperant. ¶Exto. i. Emineo. ¶Omni iniqua uia. Quæ propter voluptatem transitoriam facit homines declinare ab æquitate iustitiæ.

Legis in æternum non obliuiscar: & vnde
Efficior justus, uiuere & vnde datur.
Lux mea quæsiui tua iustificantia iussa.
Saluum me facito: sum tuus, esto meus.
Liuida peccantum me obsedit turba volentum
Perdere, percepi tunc tua martyria,
Luce noua vidi: quòd consumatio finem
Omnis habet. Charitas est tua lata nimis.

[Mem.] M. Ex ipsis.

Mente tuam legem quàm sedulus intus amaui?
Ecce die tota sum meditatus eam.
Me super aduersos prudentem feceris hostes.
Mandato æterno cum fruitus fuero.
Neque super cunctos intellexisse docentes
Contemplata manent hæc tua mysteria.
Meq; super veteres intellexisse magistros,
Exquisita probant hæc tua iussa Deus.
Nactus enim virtute, pedes propter tua verba
Omne malum vetui, ne sequerentur iter.
Magnos & paruos æqua me iudice lance
Semper habet cordi lex tua scripta meo.
Mel super, atque fauum sunt ori dulcia cordis,
Faucibus, & mentis suauia uerba tua.
Mandatis opere expletis, sapientior exto,
Quare exosa mihi est omnis iniqua uia.

[Nun. N. sempiternum.] Sempiternum est uerbum Domini, de quo in præsenti octonario dicitur,& propterea præposita est litera, Nun quæ sempiternum signat. Est autem aduertendum, quia primus octonarii huius uersus fini præteriti est annexus, & ob id incipit ab affirmatiua coniunctione. Namq, q. d. idcirco est odiosa mihi omnis uia iniquitatis, quia iniqui ambulant in tenebris,& huiusmodi lucem verbi tui oderunt, mihi verò non sic: nam mihi lucerna est uerbum tuum in nocte huius sæculi. ¶Gressibus meis. Affectibus, qui sunt animæ gressus per quos ambulat de virtute in virtutem. ¶Iuraui. Nos etiam Sacerdotes tanquam cœlestis Imperatoris milites huiusmodi iusiurandum præstamus. Et penè quotidie peieramus, væ nobis mi-
Heb. 10. seris quantas pœnas daturi sumus? ¶Tremendæ iustitiæ. Quia valde horrendum est incidere in manum Dei viuentis, vbi nullus inficiationi, aut
F tergiuersationi locus est. ¶Nimis. Nam & suprà virtutem, ut in se expertus Paulus, ipse dicebat. ¶Trucidor. In sanctis martyribus,& in seipso grauia hæc perpessus est Christus. ¶Verbo tuo. Qui est uita & resurrectio nostra. siquidem Ipse dixit, Ego sum resurrectio,& vita. ¶Nectar in ore meo. Ordo est, placeant tibi carmina laudum, sponte oblata, subaudi quæ sunt nectar in ore meo, uel est appositio: & nihil subaudiendum est. ¶Doce me. Etenim nisi qui habet clauem Dauid, nobis aperuerit intellectum scripturarum, nemo aperire potest benè ergo dictum est, vnus est magister vester Christus. ¶Manibus. Hoc est benè operando. ¶Decidat. In peccatum. ¶Peccatores. Dæmones, & membra eorum homines mali. ¶Posuere. Non in uia, quia nequeunt: sed hinc inde iuxta uiam madatorum Dei, vt latius infrà psal.

[Nun.] N. Sempiternum.

Namq; tuum verbum Deus est in nocte lucerna:
Gressibus vnde meis semita lumen habet.
Nonne ego iuraui, mecum statuiq; tremendæ
Iustitiæ vt seruem iudicia alta tuæ.
Nonne ego propterea nimis opprimor, atq; trucidor,
Viuifica uerbo me Deus ergo tuo.
Nectar in ore meo placeant tibi carmina laudum
Sponte oblata, doce me tua iudicia.
Ne manibus nostris animus quẽ semper habemus,
Decidat oblita lege aliquando tua.
Nam peccatores laqueos posuere latentes,
Erronem vt caperent ad tua iussa vagum.
Nec licuit, quoniam exultanti corde paraui
Æternam in sortem martyria ipsa tua.
Nec licuit: quia iustitiæ mea corda subegi:
Æterna hinc sperans præmia retribui.

cxxxix. profequemur. ¶ Erronem. Quafi fugitiuum à caftris aberrantem. ¶ Parâui. In fpeculum, & exemplum. ¶ Aeternam in fortem. Ideft Hæreditatem regni. A

[Sameth.] S. Adiutorium, Adiutorio Domini indigemus ad obferuanda præcepra iuftitiæ, ne capti laqueis latentibus aduerfariorum præmis æternis fruftremur, propterea huic octonario appofita eft litera Sameeh. qua adiutorium fignificatur, dicat ergo adiutus à Domino. ¶ Sanguineos. Viros peccatores multi fanguinis effufo res intelligit, fiue opere vt latrones, & homicidas, fine defiderio ut inuidos, & qui odium diu retinent in corde aduerfus proximum fuum. ¶ Exlegesq;. Publicos peccatores intelligit, qui perfricata fronte meretricis abfq; vlla

[Samech.] S. adiutorium.

Sanguineos Deus, exlegesq; exofus iniquos
Cernere non poffumus legis amore tuæ.
Solus es adiutor mihi tu, & fusceptor ab illis.
Sicut in eft verbo fpes mea magna tuo:
Sed vos vt Muſcæ vrgentes procul efte maligni;
Hæc mandata Dei fcrutet ut alta mei.
Sufcipe me Domine ut viuam, ceu fatus es olim
Ne fpe confundi me patiare mea.
Semper ut emediter tua iuftificantia iuffa
Auxiliare mihi: fic ego faluus ero.
Spreuifti fiquidem tua qui diceomata linquunt,
Quod verfent animo non nifi vana fuo.
Sunt peccatores terræ vt varicofus aruſpex:
Sed dilecta mihi funt monumenta tua.
Sanctius vt clauis cafto me fige timore:
Judicijs olim fat trepidaffe tuis.

verecundia fcelera perpetrare non reformidant, ac fi effent abfq; ullo legis timore. ¶ Exofus. Odio perfecto, quo uitia, & non homines difplicent. ¶ Verbo tuo. Quo dicitur adiutorium noftrum in nomine Domini. ¶ Muſcæ vrgentes. Quæ faftidite quidem poffunt, nocere minimè, fic & maligni lacerare quidem corpus poffunt conceffa fibi à Deo poteftate, nocere minime, quinimo nolentes profunt, martyriiq; coronam nobis elaborant. ¶ Procul efte. Ne fitis mihi faftidio, & difturbetis me à continua collocutione cum Domino Deo meo. ¶ Sufcipe me Domine. Citò redijt ad interceptum cum Deo fermonem, quo nihil dulcius inueniri poteft. ¶ Fatus es olim. Et clarius in Euang. venite ad me omnes, qui laboratis. ¶ Linquunt. Derelinquunt miferi fontem aquæ uiuæ, & effodiunt fibi aquas diffipatas non ualentes tenere aquas. ¶ Iniqua. Sperant enim hic, & ibi poffe delitijs æternis perfrui, cum dictum fuerit Epuloni, fili recepifti bona in uita tua, & Lazarus fimiliter mala nunc vero hic ille confolatur, tu vero ibi cruciaris. ¶ Varicofus aruſpex. Qui tortas habet venas. ¶ Sanctius. Modo firmius. ¶ Vt clauis. Quibus figuntur, & compinguntur tabulæ. ¶ Cafto. filiali timore, qui permanet in fæculum fæculi. ¶ Olim. In initio conuerfionis, quando timor eft adhùc feruilis, qui tamen trahit charitatem, vt feta filum tametfi locus poftmodùm mittatur ab ipfa charitate. Matt. 11. B

[Ain.] A. fons fiue oculos. Ex fonte pietatis, & mifericordiæ venit, ut oculi noftri intellectus aperiantur à Domino, ficut in hoc octonario petitur ab illo, & ob id præpofita eft ei litera. Ain, quæ utrumq; fignificat. ¶ His vnde calumnia venit. Diabolo, qui & calumniator dicitur, ac membris eius in hoc uitio fibi fimilibus. ¶ Feci jud. Iuft. tuam. Qui recta eft, nec perperam torquetur, ut aliquando humana per iniquos iudices, & peruerfos aduocatos, & eft optima ratio, vt qui iuftè iudicauit, non tradatur calumniatoribus: nā in qua menfi fuerimus menfura, remetietur nobis. ¶ Ardentes oculi. Interiores, flagrantes defiderio. ¶ In Chriftum. In Meffiā uenturum. ¶ Eloquium. Dulcem permiffionis tuæ fermonem. ¶ Afpice. Vel miferere, vel mitte filium tuum, qui lucis tuæ lumen eft. ¶ Aliena Imperia. Sed tua. ¶ Dogmata. Ea propriè funt, quæ fidem commendant, & quia iuftus ex fide viuit, congruè pro iuftificationibus ponitur, quam dictionem verfus hi non capiunt propter breuem fyllabam in medio productarum inclufam. ¶ Modo. Propriè tempus aduentus Domini N. I. Chr. intelligit, quando Scribæ, & Pharifei propter fuas traditiones legem diuinam tranfgrediebantur. ¶ Faciendi. Quod dictum eft de Chrifti miffione. ¶ Topazion. Pro omni lapide preciofo pofitum eft: fpecies enim eft pro genere, de natura, pulchritudine, & precio huius lapidis vide Plinium. ¶ Ditia. Quia docent nos veram fapientiam in cuius finiftra funt diuitiæ, & gloria, in dextra uerò longitudo dierum. ¶ Directus. Abfte interna infpiratione. ¶ Facienda. Nec enim auditores tantùm, fed factores iuftificabuntur. Heb. 10. C

[Ain.] A. fons fiue oculus.

Ah ne me tradas his, vnde calumnia venit:
Feci iudicium, iuftitiamq; tuam.
Ah ne elator tum me, illata calumnia uerfet,
Tu Dominus feruum fufcipe, meq; tege.
Ardentes oculi iam defecere tuentes
In Chriftum; inq; tuæ iuftitiæ eloquium.
Afpice fac mecum pietatis uifcera iuxta;
Et quæ iuftificant me tua iuffa doce.
Auge intellectum, quia non aliena fecutus
Imperia; vt norim dogmata facra tua.
At modò tempus adeft faciendi; nam impia turba
Haud metuit legem dilacerare tuam.
Aft ego fupra aurum, fupraq; Topazion ipfum,
Dilexi legis ditia iuffa tuæ.
Ad quæ directus facienda ferebar amore,
Hinc odiofa mihi eft omnis iniqua via.

[Pe.] os, oris P.

Penfa mihi tua martyria admiranda videntur;
Quare ea fcrutatur mens mea fumme Deum.

[Pe.] os, oris. P. Qui per ora prophetarum olim populo fuo loquebat, in nouiffimis diebus ore proprio dignatus eft nobis loqui, & amoris legem commendare, de qua in hoc habetur octonario, & icirco præpofita eft litera, pe. quæ os, ris, fignificat. ¶ Penfa. Benè librata, & ponderata in mente. ¶ Martyria. Teftimonia legis, & fidei. ¶ Scrutatur. Iuxta quòd dixit etiam ipfe D. N. I. Chr. fcrutamini fcripturas, quia ipfæ funt, quæ red Ioann. 5.

dunt

Pectora lustrantur sermonum interprete luce,
  Atq; intellectum paruulus inde capit.
Pectore, & expanso sacram hausi pneumatis auram
  Præ desiderio, & legis amore tuę.
Perspice me; miserere mei miserator amantum
  Sicut amans; & ego nomen amantis amo.
Pollicitiq; tui memor ad te dirige gressus,
  Ne dominetur eis omnis iniqua via.
Pręcepta vt seruem tua; fortis adesto redemptor
  Ex imposturis; quas sycofanta mouet.
Perspicua facie seruilia pectora lustra:
  Vt videam, quid agam, Iusticiaq; doce.
Planxerunt oculi velut amne fluentibus vndis
  Non custodita deniq; lege tua.

D dunt testimonium de me. ¶Sermonum Domini. Et maximè eorum, quæ habentur in Euangelio.
Ioan.1. ¶Luce. Illa, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. ¶Paruulus. Malicia, non sensu, idest humilis. ¶Pneumatis. Spiritussancti, græca dictio est, porrò Spiritussanctus est ille optimus magister, qui solo afflatu docet omnia in momento. ¶Præ desiderio. Desiderantibus. n. sese ille Spiritus libentius infundit, vnde, & Dom. N. I. Chr. corporalem suam præsentiam discipulis ad hoc maximè subtraxit, vt ipse Spiritussanctus desideraretur. Sicut & ante eis dixerat. Expedit
Ioan. 16. vobis vt ego uadam, nisi enim abiero paracletus non veniet ad uos, si autem abiero, mittam illum ad uos. ¶Mise. am. sic. am. Vim amoris melius nouit expertus, quàm inexpertus, adeò vero nos amauit pater, vt proprio filio non pepercerit: sed pro nobis omnibus tradiderit illum in horrendā mortem Crucis. ¶Polliciti. Christi, qui tunc uen-
Rom.10. turus erat, uia, veritas & uita de quo & Zacharias cecinit, per visc. misc. Dei nost. in quibus visit *nos oriens ex al.*
Luc.1. ¶Dominetur eis. Etenim qui facit peccatum, seruus est peccati. ¶Redemptor. Tunc futurus, modo namq; venit. ¶Imposturis. Falsis criminibus oppositis, quasi possit Deo imponere. ¶Sycophanta. Calumniator diabolus, vocabulum tractum ab apologo Aesopi. ¶Seruilia. Iuxta illud, cum hæc omnia feceritis: dicite, quia ser-
Luc. 17. ui inutiles sumus. ¶Planxerunt oculi. Optimus est iste planctus, quem æterna sequetur consolatio.

[Zade.] Z. iustitia. Quoniam primus versiculus à iustitia Domini incipit, congruè præposita est litera, Zade, quæ iustitiam significat. ¶Dicit itaq; Sceptrum tui Imperij est Zade, idest iustitia. ¶Zade tuam. Idest iustitiam tuam tu ipse nimis iubes, obseruari, scilicet. ¶Veras sortes. Vera responsa. ¶Promissaq; dona Sancti Spiritus.
E ¶Veridicos testes. Vitæ, morum miraculorumq; suorum, qui fuerunt Apostoli, & reliqui discipuli eius. ¶Zelus. In bonam partem accipe, sicut & alibi, zelus Domus tuæ comedit me. ¶Tabescere. Deficere præ dolore. ¶Excussit. Tamquàm inutilia & contraria traditionibus suis. ¶Plebs inimica. Scribarum, & Pharisęorum turba, ut sit prophetia de D. N. I. Chr. ¶Ab ignito eloquio Domini. Hinc legimus Spiritum sanctum descendisse in speciem linguarum ignis: quo pectora inflammantur humana Dei amore, & exardescunt aduersus peccatores. ¶Quod. Pro quia. ¶Iunior æuo. Sed non sensu. ¶Nec oblitus. Liptote est, minus dicitur, & plus significatur. ¶Zade tua. Iustitia tua. ¶Lex tua. Euangelica, & moralis antiqua quæ enim cæremonias, & figuras rerum cernebant futurarum, temporalia fuerant, & iccirco completa cessarunt. ¶Lex stabilis.
Matt.15. Non sic Pharisaica traditio, de qua scriptum est, omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. ¶Zelus iniquorum. Modò in malam partem sumitur, zelus pro inuidia, qua principes Sacerdotum, & seniores populi prosequebantur Christum. ¶Comprimat. Verba, & actus illius insidiosè obseruādo, ut caperent eum in sermone, vel in malo opere, si possent. ¶Vrgeat. Ad respondendū captiosis interrogationibus suis. ¶Semper erit. O fœlix anima, quæ hoc facit. ¶Zelet. Ironicè, inuideat quantum velit, sibi non mihi nocebit. iuxta illud. Inuidus inuidia rumpitur
F ipse sua. ¶Viuam. Etiam post mortem mihi intentatam. ¶Tu suggere. Sumministra.

[Zade.] Z. *Iustitia*.

Zade tui Imperij est sceptrum: nam iustus es ipse
  O Domine; est rectum iudiciumq; tuum.
Zade tuum, ueras sortes, promissaq; dona.
  Veridicos testes tu nimis esse iubes.
zelus, & inde meus iam me tabescere fecit;
  Verba quòd excussit plebs inimica tua.
zelus ab ignito quid mirum, si intus aduror.
  Eloquio venit; quod vehementer amo.
zelus adest, quid agam contemptus iunior æuo:
  Iusta nec oblitus sum tua iussa tamen.
zade Deus tua Christus adest, æternaq; virtus,
  Lex tua, lex stabilis, nec nisi vera iubet.
zelus iniquorum me comprimat, vrgeat, vrat,
  Mente voluta mea lex tua semper erit.
zelet iniqua cohors? viuam, tu suggere sensum,
  Æqua in perpetuum sunt tua martyria.

[Coph.] C. vocatio. Iustitiam nemo potest obseruare à seipso sine diuina gratia, quam inuocantibus libenter impartitur Dominus, iccircò benè sequitur litera coph. quæ inuocatio interpretatur, & subiungitur ipsa inuocatio. ¶Corde. Nam si cor non orat, inuanum lingua laborat. ¶Requiro. Vt adimpleam, nam frustra clamat inobediens, & contumax. ¶Iterumq; iterumq;. Nec enim sufficit uocasse semel, aut bis: sed oportet pulsantem
Luc. 11. perseuerare, donec exaudiatur, iuxta parabolam amici ab amico media nocte panes requirenti, & perseueranti; donec uel fastidio aperiat ei, & det quot quot habet necessarios. ¶Serua me. In gratia tua. ¶Lucida iussa tua. Quæ clara sunt intellectu, & illustrant corda hominum tenebrosa. ¶Corde nimis propero. Idest valde festino, quia nihil nimis. ¶Intempesta. Idest media nocte. q. d. opportunè, & importunæ. ¶Ante lucani. Ante Luciferi ortum, & ante diluculum. ¶Salutifer. Afferens salutem, idem est, qui Saluator. ¶Iudicio

[Coph.] C. vocatiuo.

Corde preces toto clamans ad sydera fudi
  Me Deus exaudi, iussa requiro tua.
Clamorem ingeminans iterumq; iterumq; vocaui,
  Serua me: vt seruem lucida iussa tua.
Corde nimis propero intempesta nocte vocabam,
  Importunus adhuc spes mea Christe veni.

tuo.

Concordes oculi vigilabant ante lucani,
Vt meditarentur dulcia verba tua.
Clamantem solita pietate salutifer audi:
Iudicioque tuo sit tua vita, mea.
Contradicentes mihi, quo sceleri propiores;
Sancta lege tua longius intus erant.
Cum mihi tu propè sis, iam nulla aduersa timebo,
Fert animus veras ire, redire vias.
Cumq; à principio norim fundata per æuum
Martyria æternum lætus ad illa feror.

tuo: Non humano, sed diuino sit reseruata. ¶ Cõtradicentes mihi. Verbo, & opere. ¶ Sceleri. Patrando. ¶ Propiores. Viciniores. Quando facta deliberatione peccandi præparant se ad actum. ¶ Intus. Vbi videt Dominus. ¶ Tu prope sis. Ad adiuuandum: quia sine te nihil boni possumus facere. ¶ Nulla aduersa. Tametsi grauia, quia inuictissimus protector adest Deus. ¶ Veras vias. Mandatorum Dei, quibus ad uitam ducimur æternam, iuxta illud. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. ¶ Ire. Per contemplationem, redire per actionem. Matt.10. ¶ A principio. Sæculi. Ab Abel iusto non solum Luc.11. vsque ad Zachariam, de quibus in Euangelio, sed longe vlterius vsque ad tempora nostra. Nam in omni generatione non desunt, qui pro iustitia persecutionem patiantur. ¶ Per æuum æternum. Vsque in finem sæculi. ¶ Lætus ad illa feror. Spe futuri gaudij. Sic & Agatha læta ibat carcerem, & quasi ad epulas inuitata, agonem suum Domino commendabat. Phil.2,

[Res.] Capitis. R. Caput Christus nostrum est, cuius præcipua virtus fuit humilitas. Etenim exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, & humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Et eius humilitatem secuta est Ecclesia, & quia de humilitate hac in præsenti tractatur octonario: icciricò præpositam est hæc littera, Res. Quæ capitis haber inpretationem. ¶ Res humiles. Fidelium rempublicam intelligit, quæ & Ecclesia dicitur. ¶ Capitis nostri, Christi. Qui maximè humiliatus est passionis suæ tempore atque Ecclesiæ. Quando in persecutione Iudæorum, & gentilium vbique locorum vexabatur. ¶ Aspice. i. Miserere. Nam eius aspectus misericordia est. ¶ Quosque. Siue ex Iudæis, siue ex gentibus conuersos. ¶ Nos redime. Precioso sanguine dilecti filij sui. ¶ Causam nostram. Quam aduersus Aereas, terrenasque potestates habemus. ¶ Tu. Qui iustus es iudex, atque pater pius, misericors, & clemens. ¶ Eloquioque tuo. Prædicationis Euangelicæ. ¶ Viuificemur. adhuc. Nam qui mortui eramus sub elementis huius mundi, per gratiam nouæ legis viuificamur adhùc in baptismo, & si iterum per superueniens peccatum moriamur, per ueram pœnitentiam iterum atque iterum reparamur. ¶ Malunt. Eligentes potius huius sæculi transitorias voluptates, quàm æternæ vitæ immensam beatitudinem. ¶ Rumpentur inuidia. Dicentes. Ecce ij, quorum vitam nos insensati reputabamus insaniam, & finẽ illorum sine honore, quomodo computati sunt inter filios Dei? Nobis autem quid profuit diuitiarum iactantia, & reliqua. ¶ Procul positi. Nam inter nos, & uos magnum Chaos firmatum est. ¶ Reddita vita. Eterna, quam in primo parente perdidimus. ¶ Rident. Pro irrident. Sed & ipsi in nouissimis irridebuntur. Iuxta illud sapientiæ. Ego quoque in interitu vestro ridebo. ¶ Tabescebam. Zelo legis tuæ. Nt Phinees. Helias: & ipse D.N.I.Ch. ¶ Capiti vero. Christo, de quo supra.

B

Gal.4.

Sap.5.

Prou.1.

[Res.] R. Capitis.

Res humiles capitis simul aspice; & eripe nostri,
Quosque tuam legem commeminisse iuuat.
Respice nos redime; & causam tu discute nostram:
Eloquioque tuo viuificemur adhùc.
Rumpere qui malunt, quàm iusta requirere iussa:
Rumpentur nostra nempe salute procul.
Rex pie, Rex clemens tua quàm miseratio multa?
Sit mihi iudicio reddita vita tuo.
Rident, & rodunt multi, insectantur, & vrgent.
Nec tamen à uerbis mens mea mota tuis.
Rodebar potius, tabescebamque videndo.
Despecta eloquia, & præuaricata tua.
Respice me quoniam tua iussa decenter amaui.
Me quoque viuifica tu miserator amans.
Respondent capiti vero tua verba: manentq;
Omnia in æternum iudicia æqua tua.

[Sin.] Dentium. Dentes malorum sunt veluti gladij acuti, quibus sanctorum famam dilacerant. Dentes verò Ecclesiæ dicuntur prælati boni, atque prædicatores, quibus præceptum est, vt mactent. Et manducent. i. veterem hominem cum suis vitijs, & concupiscentijs perdant, nouique hominis corpori mystico per veram conuersionem immisceant. De quibus duabus rebus agitur in hoc octonario: & propterea in titulum habet litteram. [Syn.] Quæ dentium recipit interpretationem. ¶ Siccine. Pro sic nè. ¶ Caterua procerum. Sacerdotum, & populi principũ. ¶ Gratis. idest Vnde mihi gratias agere debuerant pro immensis beneficijs sanæ doctrinæ, & miraculorum ad maximam eorum vtilitatem patrato rum. Vt ad Christum hoc vaticinium referatur & eius Ecclesiam. Sunt enim duo in carne vna. ¶ Horrori. Hoc ad Ecclesiam pertinet. ¶ Verba tua. Nolite inquit, timere eos qui occidunt corpus: &c. ¶ Letitiam. Aeternæ hæreditatis, & cœlestis beatitudinis. Quia si fuerimus socii passionum, erimus & consolationum. Item Dominus. Beati estis (inquit) cum persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos: gaudete & exultate, quoniam

Act.10.

C

Matt.10.

Matth.5.

[Syn.] Dentium.

Siccine me gratis procerum insectata caterua est?
Plus tamen honori verba fuere tua.
Sed mihi lætitiam iucundus hic attulit horror:
Hoste velut strato, qui tulit exuuias.
Sic iniustitiam, quam prorsus abominor, odi:
Vt teneat magno legis amore tuæ.
Septima (quoque die) tibi laus, tibi gloria nobis
Redditur, alta super iustaque iudicia.
Spiritus vt pacis legem petamantibus ipsam;
Influat, & nullum scandalon adsit eis.
Spes alit intereà nos expectatus Iesus.
Quo mandatorum dulcior extat amor.

D niam merces vestra copiosa est in cœlis. ¶ Exuuias. Hic est Christus. Qui strato Dæmone spolia tulit animarum ab eo ante possessarum. ¶ Iniustitiam. Ini quorum. Qua tribulant, & persequuntur iustos. ¶ Odi. Hoc est perfectum odium, iniquitatis, & non hominum, qui si uerè conuertantur, mox amplectendi sunt, atque diligendi. ¶ Legis tuæ. Qua iusisti etiam inimicos diligi. ¶ Septima laus & gloria. Hæc est perfecta. Quæ septiformis Spiritussancti munere perficitur in vij. horis canonicis. De quo sequitur. ¶ Spiritus vt pacis &c. ¶ Scandalon. Grecè, latinè. Offendiculum. ¶ Intereà. Donec in hac valle miseriæ exulamus. ¶ Iesus. Salutare, siue saluator, expectatus vt redemptor ab antiquis: à nobis modò vt iudex viuorum & mortuorum. ¶ Mandata. Qui ad mores pertinent. ¶ Dogmata. Quæ fidem & sacramenta respiciunt.

Spes animam viuax custodem martyriorum
Fecerat esse meam: quæ vehementer amat.
Seruaui mandata tua, & sacra dogmata legis:
Namque vias omnes conspicis ipse meas.

[Thau.] T. Signam. Mirabilia quidem sunt omnia opera Domini, sed mirabilis valde redemptio nostra est. Quæ signo Crucis facta est. Quæ in signu per vniuersum orbem est eleuata. De quare habetur sermo in hoc ultimo octonario, cui præposita est littera [Thau.] Quæ signum significat. Nam & hoc signo in figura signata fuerunt super liminaria & postes domorum Israeliticæ gentis sanguine agni, In exitu de Aegypto, ne cum inimicis ab Angelo percussore occiderentur eorum primogenita. ¶ Thauma celsum. Signum mirabile, ac excelsum. Vt humiles infimi hominis preces ad summum Deum scandant. Hinc ait Augustinus. Videte fratres magnū miraculum. Altus est Dominus: humilias te: & venit ad te. Extollis te, & fugit a te. Quare? Quia excelsus est Dominus, & humilia respicit. Alia verò à longe cognoscit. Sed non ignoscit. ¶ Thauma. Subaudi erit hoc magnum. Idest admirabile signum. Clementiæ & mansuetudinis tuæ. ¶ Summissæ. Humilis. ¶ De tenebris. Interioribus. Nam loquitur in persona totius generis humani. Quod partim his, & illis offuscabatur. ¶ Vt dixti. Per prophetas. & maximè. Esaiam, & Zachariam. Qui dixit. Illuminare iis, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Et ille, Populus (ait) qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. ¶ Doctor eris. In filio tuo D.N.I.Chr. ¶ Verbi. Eiusdem. ¶ Salutiferam manum. Eundem D.I.Chr. Qui manus patris ideò dicitur, quod per eum fecerit omnia. Nam verbo Domini cœli firmati sunt. Et omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vnde & humana redemptio etiam per ipsum facta est. De quo subiungit. ¶ Christumque tuum. Quem unxisti Oleo lætitiæ præ consortibus suis. ¶ Mediumque salutis. Humauæ. Etenim nostras in se suscepit iniquitates, vt Deo nos ipse reconciliaret. ¶ Te uita. Per quem uiuunt omnia. ¶ Seruum vt pecudem errantem. Tangitur hic Euangelica post futura parabola, pastoris illius, qui amissam ouem relictis nonaginta nouem in deserto abijt ad quærēdam eam, quæ errauerat, quam cum inuenisset, redijt gaudens. Cuius expositionem iam supra in alio psalmo retulimus iuxta doctrinam diui Gregorij in Homelia pulcherrima, cuius initium est. Estiuum tempus. Quin etiam in textu hic mirum in modum exponitur, per narrationem magnorum mirabilium. Vnde sequitur. ¶ Thauma erit hoc magnum. Idest admirabile signum. Non toties ausus essem repetere hoc nomen Thauma, nisi & poetæ seculares usi essent patronymico inde venienti. Thaumantias. Quod pro Iridi. Idest admirabili signo cœlestis arcus posuerunt. ¶ Hic. In deserto huius sæculi. ¶ Errantem. Hominem à mandatorum Dei via. ¶ Pauper humo. Hoc factum fuisse testatus est Apostolus dicens, de Domino N.I.Chr. Qui cum diues esset, factus est pro nobis pauper, vt nos diuites faceret. ¶ Morte obita. Et hoc factum esse, canit Ecclesia. Qui mortem (inquit) nostram moriendo destruxit, & uitam resurgendo reparanit. ¶ Functos. Subaudiendum est vita. Vel Aphæresis est. Pro defunctos. ¶ Morti mortui. Et hoc est quod alius propheta futurum prædixerat. O mors ero mors tua, & ero morsus tuus ò inferne. Hoc quoque impletum est. Nam inde egressus captiuā duxit captiuitatem. ¶ Fix. or. notam. Idest momordērit. ¶ Viuus. Quem mortuum, luxerant Apostoli. Videntes eum uiuere gauisi sunt. ¶ Victor. Aduersariorum omnium, Diaboli, mortis, & Iudæorum. ¶ Onustus. Spolijs opimis de quibus infra statim dicit. ¶ Sumpta denique præda, Captiuorum qui in sinu Abraæ detinebantur, anima-

Exo. 12.

E

Ioan. 1.

Matt. 18.
Luc. 15.

F

2. Cor. 8.

Oseæ. 13

[Thau.] Signa. T.

Thauma preces humiles ad te da scandere celsum,
Vt promisisti, da Synesinq; mihi.
Thauma, throno sistat summissa petitio coram
Te Deus: vt dixti me rape de tenebris.
Tunc eructabunt hymnum mea labra perennem,
Ad tua iussa Deus cum mihi doctor eris.
Tunc mea lingua tui fiet prænuncia uerbi,
Æqua quidem tua sunt omnia iussa Deus.
Tende salutiferam, quæ me à discrimine saluet
Tende manum: elegi nam tua iussa Deus:
Te cupij Christumque tuum, *mediumq; salutis*,
Vt didici legem præmeditando tuam.
Te uita uiuens animus laudabit: ab altis
Iudicijsque tuis sentiet auxilium.
Te precor, errantem vt pecudem per deuia seruum
Exquire; oblitum nec tua iussa tamen.

Thauma erit hoc magnum, si cœlo missus ab alto
Hic velit errantem quærere pastor ouem,
Thauma erit hoc magnum; si celso diues Olympo
Hac uelit in nostra viuere pauper humo.
Thauma erit hoc magnum si uita perennis adhorā
Morte obita functos viuificare uelit.
Thauma erit hoc magnum, si morti mortua vita
Mors erit: inferno & fixerit ore notam.
Thauma erit hoc magnū, si mortuus inde resurgēs
Exierit viuus victor onustus, ouans.
Thauma erit hoc magnum, si sumpta deniq; præda
Scanderit astra super hic rediuiuus homo.
Thauma erit hoc maius, solio cum seuerit aureo
A dextris Domini factus & ipse Deus.
Thaumata perfecta hæc sunt, admirandamq; signa:
Restat adhùc vnum. S. V. O. H.

rum

rum. Scilicet, piarum ab Abel iusto vsque ad descensum eius in infernum. ¶ Scanderit. De quo alibi. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem. ¶ ¶ Factus & ipse Deus. Ex homine, propter vnionem vtriusque naturæ, & glorificationem humanitatis assumptæ. Hinc legimus Angelos dixisse. Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & dininitatem, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et reliqua quæ sequuntur ibi. ¶ Perfecta hæc sunt. Vt ex omnibus Symbolis patet, quæ publicè leguntur in Ecclesia. ¶ Restat adhuc vnum. S. V. O. H. Quia exercendorum ingeniorum gratia per lusum poeticum hic versiculus signatum habet finem, & nos hic finem, facimus, orantes finem omnium, ut participes finis huius nos esse faciat. Amen. Laus Deo. A Apoc. 5.

CAntica concinimus graduum, quibus itur ad astra. Quia notum est habentibus aliquam vel leuem peritiam doctrinæ Psalmornm, iccircò iuxta litteræ sensum cantica graduum hos. xv. Psalmos vocari, eo quòd ab ascendentibus in templum sacerdotibus per singulos. xv. gradus singulatim canerentur. Et quia sumptis alis à Domino paulò altiùs in ipso metro conscendimus, nihil hic in expositione circa infimũ sensum immorabimur. Sciendum itaque est. gradus esse alios interioris templi, quod sumus nos, & alium excellentiorem esse conscensum, quem animo in dies magis ac magis à sordibus vitiorum purificato præsumimus ad culmen virtutum pertingere. Qui iccircò xv. esse dicuntur gradus. Quia vij. sunt dona Spiritussancti, & viij. Beatitudines Euangelicæ; quibus ad regna cœlorum conscendimus, ubi summum est omnium virtutum culmen ipse Deus. In mente nostra fit igitur iste consensus, quia & ibi sunt ipsi gradus. Verum quia Spiritus quidem noster est promptus, caro autem infirma; sæpè euenit, vt superatis aliquibus gradibus per humanam fragilitatem (quæ lutea est) vt relabamur deorsum; resipiscentesque iterum atque iterum correcti conscendimus quandoque tardius, & quandoq; celetius pro feruore animi cœlestibus pennis adiuti. Et hoc modò usque ad exitum ex hoc sæculo nequam ascendere contendimus. Quicunque igitur uult hæc cantica à nobis olim in hunc sensum decantata, & nunc exposita intelligere, uitæ suæ cursum quendam ascensum ad supernam Hierusalem sibi ipsi constituat; seseque inter currentes, seu potius volantes annumeret. Et profectus suos, atque defectus in bonitate vitæ, morũque probitate per diuersa ætatis suæ tempora considerect diligenter, proculdubio inueniet hos casus omnes consensus ad vnguem sibi conuenire; & de se ipso scripta esset iureiurando confirmabit. Canat igitur vates. Hæc sua cantica dicens. ¶ Cantica concinimus. Non soli, sed cum cæteris fidelibus, qui fuerunt ante nos canimus, & cum quibus viuimus pariter, & currimus, & cum his, qui futuri post nos sunt usque ad sæculi consumationem. B

ODE EX CANTICIS GRADVVM I. Et Psalmorum. CXIX. Ad Dominum cum tribularer.

CAntica concinimus graduũ, quib. itur ad astra
Magnanimi Heroes huc properate citi.
Arduus est siquidem ascensus verum inclyta uirtus
Infima despiciens, ardua quæq; petit.
Isacides olim dum mente quiesceret alta,
Dumq; tenerentur membra sopore leui.
Viderat erectam sursùm telluris ab imo
Ingentem scalam, sydera ad usque Poli.

¶ Itur. Nunc Spiritu, & animo tantùm, deinde & corpore post futuram resurrectionem. ¶ Magnanimi. Pusillanimes excluduntur vt ignaui, atque inertes. ¶ Hæroes. Maiori quandam, ac cœlesti virtute dotati, ac bonis moribus præditi. Neque.n. hic fabulas sequimur, vt ab hera.i. iunone nomen hoc deriuemus. De qua re vide si placet Augustinum in lib. x. de ciuitate Dei. ¶ Properate citius. Quia mora sua cuilibet est nociua; & semper nocuit differre paratis. ¶ Arduus. Quia corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & impedit sensum multa cogitantem terrena inhabitatio. ¶ Despiciens. Non contemnens. Sed sursum eleuata, deorsum sub pedibus aspiciens. Isacides. Iacob, qui & Israel, Isaci filius dum fugeret fratris iram quadam nocte, dum quieuisset lapidi capite superposito vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam: & Dominum innixum scalæ dicentem sibi. Ego sum Dominus Deus Abraam patris tui, & Deus Isaac. Terram in qua dormis dabo tibi &c. ¶ Alituum. Angelorum celeres ministri. ¶ Terque quaterq;. Non tantùm. poeticè dictum est. Sed vt significetur benedictio Spiritualis, ac temporalis. Ternarius siquidem.n. diuinitatis præcipuus est. Quaternarius verò elementorum, quibus hæc omnia consistunt corporalia. Quæ & si prima sint in promissione, secundaria tamen sunt in intentione. Vt ex his, quæ homo nouit, amare, & ea quæ non plenè nouit, adicat. ¶ Ad vrbem. Hierosolymam quæ sursum est in cœlis, quæ & mater nostra est, vt docet Apostolus. ¶ Possit. Difficultatem ostendit, non impossibilitatem, propter molem pessimæ consuetudinis, qua nihil maius, aut grauius esse solet. Volenti tamen de cœno vitiorum surgere, cœlestis aderit manus, qua possibilia fiunt omnia. ¶ Dulcis amor. Amanti enim difficilia redduntur facilia: & quæ in possibilia esse videbantur, efficiuntur possibilia. ¶ Alas. Acris desiderij. ¶ Super æth. pur. au. leuat. Hæc est gratia Spiritus sancti, qua & Apostolorum mentes in altum eleuatæ cõuersabantur in cœlis. Sicut unus eorum dixit, conuersatio nostra in cœlis est. ¶ Inuida turba. Carnalium hominum, quorum Deus venter est. Et tamen spirituales atque diuini appetunt existimari. Sed quia id, quod appetunt, assequi non possunt,

Gen. 28. C Gal. 4. Phil. 1.

Alituum cætus per eam sursum, atque deorsum
Sponte ferebantur ad pia iussa citi.
Huic innixus erat summi regnator Olympi,
Isaciden ipsum terque, quaterq; vocans.
Hæc est scala Dei, per quam scandamus ad urbem
Cęlicolùm; siquis surgere possit humo.
Suntque gradus varij profectus ad meliora
Virtutum, vires suggerit ipse Deus.
Dulcis amor iusto scandenti præparat alas,
Quas super æthera purior aura leuat.
Quò magis ardet amans; vehemẽtiùs vrget amantẽ
Spiritus: & sursum fertur ad alta volans.
Sed quia ponderibus premit inuida turba quibusdã
Scandentes: iactans & maledicta procul.
Quin etiam verbis molitur iniqua dolosis
Consilij specie lingua retrahere.

Quilibet ascendens mecum super æthera rectis
Luminibus mentis clamitet ore pio.
Ad dominum siquidem tribulatus, & anxius olim
Præssus, & afflictus, conuicijsq; lacer.

D cum manifestentur eorum opera carnalia, ve-
rè spiritualibus inuident viris: quos & odio per-
sequuntur infensissimo. Quemadmodum Iudæi.
D.N.I.Ch.& discipulos eius. ¶Consilij specie. Hu-
ius potissimùm. Grauia sunt nimis, quæ mollris;
Luc. 14. non poteris durare. In te uerificabitur illud ada-
gium. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hospes.
Nunquid omnes qui sæcularem uitam degunt, regno cœlorum priuabuntur? ¶ Ad Dominum. Hic incipit psal-
mus. ¶ Gradu primo. Etenim nemo fit repente perfectus. ¶Amantum. Se. nam & ipse amans est. Qui & prior dile-
xit nos. Hinc alius vates dixit in persona Domini. Hunc me sydereo descendere iussit Olympo. Hic me crudeli vul-
nere fixit amor. ¶Ac si consuleret. i. Sub specie consilij nititur me retrahere à cœpto profectu. Dicentes esse melius
retentis possessionibus superfluos reditus annua-
tim pauperibus distribuere, quàm vendere simul
omnia, & dare pauperibus, ac sequi Dominum
per alicuius religionis ingressum. Eo quòd ali-
quis casus, aut ægritudo longa posset euenire, vn-
de necessaria nobis essent futura nostra prædia.
Matt. 19. Obliti eius, quod dixit Dominus. Si uis perfectus
esse, vade; & vende omnia quæ habes: & da pau-
peribus; & ueni sequere me. ¶Reice dolosi. Pro-
celeumaticus pes pro dactilo. Qui tamen in dacty-
lum potest coarctari. ¶Tela eiaculata. Verba per-
niciosi consilij. ¶Damnis meis. Vt me à prosequen
da virtute fallaciter retraherent. ¶ Quid tibi uis
detur. Responsio ipsius Domini. Diligenter notan
dæ, & aduertendæ sunt in psalmis, & in aliis pro-
phetis uariæ mutationes personarum freqenter
E improuisæ, ne quem rectus fallat intellectus. ¶Cli-
Eph. 6. peum. Protectionis diuinæ. Quod est etiam scutū
fidei. De quo ait Apostolus. Quòd extinguantur
in eo omnia tela Diaboli ignita. Debet enim re-
spondere malo consultori. In Domino confido,
quoniam nihil mihi deerit, in loco pascuæ; vbi
me collocauit ¶Pharetram hanc. Diuinam innuit
scripturam, qua sententiarum sapientum acutissi-
mæ sagitæ seruantur, & certis depromuntur eia-
culandæ temporibus ad instinctum Spiritussancti.
¶ Arcumque sonantem. Linguam eruditam. Vn-
de sonant eiaculata uerba. ¶ Extento & nerno.

Clamaui ad Dominum metuens, ne fessus anhelo
Deficerem cursu; proruerem que gradu.
Vt pius, vt clemens est, vt miserator amantum
Mox exaudiuit, mitis opemque tulit.
Mi Deus omnipotens (aiebam) vindicet, Oro,
Explosum labijs me tua dextra malis.
Subdola lingua dolos meditatur; & improba blan-
Ac si consuleret, fingit ab ore sonos. (dos,
Tu virtute sua ceu scuto reijce dolosi
Tela procul damnis eiaculata meis.
Quid tibi vis detur (delatus ab æthere summo
Fortis protector quid tibi poscis? ait.
Aduersus linguam (non respicis) ecce dolosam
Obiectum clypeum, quem mea dextra tenet.
Quin age summe tibi pharetram *hanc, arcūq; sonā*
Extento & nerno dirige tela manu. (tem,
Eiaculare leues calamos, fortesq; sagittas,
Ne parcas telis eiaculare frequens.
Ardentes etiam prunas carbonibus olim
Iuniperi factas eiaculare manu.

Forti uirtute, absque ullo metu. Sed audacter, & sapienter loquendo. ¶Ne parcas telis. Cum tempus adsit loquē-
di pro gloria Domini manifestanda. Ne presseris linguam silentio. ¶ Frequens. Vt plures corrigendo *lachryfa-*
cias. ¶Ardētes prunas. Hæ sunt exempla peccatorum ad fidem, & iustitiam per pœnitentiam conuersorum, hoc
modo introducta. Si potuit Manasses idolatra pessimus, & qui sanguine prophetarum impleuerat Hierusalem.
4. Reg. 21 vsque ad os, pœnitendo misericordiam, & gratiam inuenire quare non ego? Et vos modo pœnitentiam agere
velimus? Item si Dauid adulter atque homicida? Si peccatrix Maria, Si Petrus abnegans. Si latro in Cruce. Si
1. Par. 21 multi ex crucifixoribus Domini. Quare non & nos? Sic agendum & in omni actione, quæ reputatur impossibilis,
Luc. 7. aut nimis difficilis. Si potuerunt Matthæus, & Zacheus abrenunciare diuitijs, & sæculo, atque Christum sequi.
Act. 4. Quare non & nos? Si millia conuersorum in primitiua Ecclesia id potuerunt, quare non etiam nos? *Si mille*
virgines nobilissimæ, & delicatissimæ, qualis Agatha, Agnes, Lucia, atque Cæcilia, Vrsulaque cum socijs po-
suerunt contempto sæculo usque ad palmam martyrij peruenire. Quare non & nos? Hæ sunt ardentes pruoę cū
carbonibus desolatorijs, quæ iubemur eiaculari aduersus linguas dolosas prauorum consiliatiorum. ¶ Carbo-
nibus iuniperi. Qui dicuntur usque ad annum posse durare inextincti, si eorumdem cinere tegantur. ¶ Mira vi-
debis. Nam aut confundentur, aut conuertentur.

Vrentes tedas superant, spargantur in hostes:
Has iace pro facibus, mira videbis, ait.
Desolant linguas hæc vastatoria tela:
Exurunt; vastant pectora ad vsque solum.
Hei mihi carbones pauci, modicæq; sagittæ.
Sunt turmæ hostiles millia multa nimis.
Me miserum, externis dudùm peregrinus in oris
Differor à patria, quam procul ipse mea.

F Quia exempla magis mouent, quàm uerba. ¶ De-
solant linguas. Aduersariorum dolosas mutas eas
reddentes. ¶ Exurunt. Interdùm igne Charitatis.
Et interdum iracundiæ maioris, atque odiorum
flamma, cum à ratione se cernunt esse superatos
saxa recurrunt, vel ad alia suæ importunitatis ar-
ma. Vt patuit ex nece Domini, Stephani, cætero-
rumque fortium Christi militum. ¶ Vastant pe-
ctora. Dissecantur enim cordibus, & strident den-
tibus in sanctos. ¶ Hei mihi. Vox pauidi cursoris
hæc est, qui licet à Domino sit protectus, telis, &
carbonibus, ignibus instructus ad aspectum ma-
lorum, quorum infinitus est numerus, attamen adhuc pauet, nec mirum, cum in taliū persona cœperit Dominus
Iesus pauere, & tedere, dixeritq; tristis est anima mea vsq; ad mortē. ¶Me miserū. Et hic angitur ex malorū cohabi-
tatione, inter quos uiuere cogitur, & conuersari, propter humanæ societatis necessitatē. ¶Peregrinus. Quia patria
nostra superna est Hierusalē, vnde & ab Apo. Petro sic monemur, obsecro uos tamquā aduenas & peregrinos absti-
nere uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, & Paulus ait. Non habemus hic ciuitatem per-
manentem,

manentem, ſed futuram inquirimus. ¶Differor, Cupiebat enim diſſolui,& eſſe cum Chriſto. ¶Iſmaelitas. Hi ſunt Saraceni,ſiue Agareni,& Madianite,ſignificantur,& ſanctorũ oppreſſores, inter quos valde durũ eſt viuere, propter multas afflictiones,quas illis pene quotidie inferunt. Furuis pellibus. Ex peccatorum nigredine. ¶Cædaris. Quod tenebras interpretatur propter ignorantiam,atq; infidelitatem eorum. ¶Inquilinus. Vt qui aliunde veniens alienã habitationem ſibi ad modicum tempus quoquomodo conducat animo redeundi in patriam. ¶Procul. Vt pote cuius in cœlis eſt conuerſatio. ¶Anima. Quæ de cęlo venit,& ad Deũ properat redire, à quo creata eſt, & in hãc vallem miſeriæ quaſi relegata vſq; ad tẽpus ſibi conſtitutum. ¶Gemiſcit. Sic & Apoſt. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? ¶Tantas moras. Quæ amatoribus huius ſæculi breuiſſimæ videntur, propter ſtudium in his voluptatibus immerſum. ¶Ab hoſtibus illis. Nam ſi vllo vnquàm tempore poſſunt eſſe tute pecudes in medio Luporum, ſic & boni inter malos poterunt eſſe ſecuri. ¶Pacem odere. Non quomodo mundus dat: ſed quam Chriſtus nobis reliquit. ¶Pacificus fuerim. Iuxta illud Apoſtoli præceptum,ſi fieri poteſt, quod ex uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. ¶Loquebar eis. Ex charitate ſalutem etiam inimicorum ſitiens. ¶Pacis amica. Sicut eſt agite pœnitentiam,& fructus dignos pœnitentiæ, talis erat Paulus cum dicebatur, pro Chriſto legatione fungimur,tamquam Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. ¶Gratis. Ideſt pro eo quod me diligere debuerant, & gratias agere, quia ſalutem illorum quærebam, ipſi uerò tamquàm frænetici medicum interneceré conabantur, quæ res etiam ipſi D.N.I.Ch. capiti noſtro multò ante nos euenit.

A

Rom. 7.

Rom. 12.

Luc. 3.

2. Cor. 5.

Iſmaelitas inter, qui vmbracula furuis
Pellibus intexunt, cædaris arua colunt.
Vixi inquilinus dudùm: ſed corpore tantùm
Verſos ibi mærens, mente,animoq; procul.
Incola ſe reputans anima, & peregrina gemiſcit,
Inter eos tantas ducere iuſſa moras.
Quotidie infeſtis ita vexor ab hoſtibus illis,
Vt pigeat uitæ iam ſupereſſe meæ.
Inter eos viuo, qui pacem odere, tametſi
Semper ego ſecum pacificus fuerim.
Cumq; loquebar eis, quæ pacis amica probantur,
In me inſurgebant gratis iniqua cohors.

HOSTIBVS obſeſſus, &c. cum electi curſores ad brauium cœleſte properantes viderint ſe ſe à carnalibus hominibus, à ſæculi huius in maligno poſiti amatoribus vrgeri, & a poteſtatibus aeris vndiq; vallari, vt ne curſum perficiant, debent oculos vtriuſq; hominis ad cœlum leuare, vnde proculdubio illis auxilium eſt venturum, ſicut & hic egregius curſor ſe feciſſe canit. ¶Hoſtibus obſeſſus. De quibus ſuprà in fine præcedentis pſalmi conqueſtus eſt. ¶Inſenſatorum. Qui terrena cœleſtibus, & temporalia,caducaq; præponunt bonis in æternum permanſuris. ¶Penè. Propter reſiſtendi difficultatem. ¶Mouendus eram. A recto curſu. ¶Ad celſos montes. Spirituales ſicuti Abraam, Iſaac, Iacob, Moſen,& reliquos patriarchas, & vates antiquos, ut eorum exemplo aduerſariis fortiter reſiſterem: auxilium à Domino recepturus omnino ut illi, item & ad Apoſtolos marty. & reliquos patres noui teſtamenti, qui adiuti à Domino non ſolum Romanos rerum dominos, ſed & vniuerſum orbem Chriſto Domino ſubiugarunt, item & ad angelicas uirtutes,atq; poteſtates, quæ ſemper initiuntur in auxilium ſanctis Dei electis. ¶Equites cinctos. Sic & in auxilium Helyſei prophetæ legimus angelicos exercitus aduenisse aduerſus Aſſyrios, qui venerant nocte, ut eum caperent, hyſtoriam vide in libris regum. ¶Legione poli. Ideſt cum pedeſtri exercitu nomẽ eſt militię Romanę, de qua,& Dominus N. I. Chr. in paſſione ſua Petro inquit, an exiſtimas, quia non poſſum rogare patrem meum,& exhibebit mihi pluſquam xij. legiones Angelorum, numerus autem legionis dicitur eſſe 6666. virorum. ¶Sole repercuſſos montes. Ad literam & hoc narratur in dictis libris regum myſticè tamen ſole iuſtitiæ Chriſti Domini, & Dei noſtri videmus omnes repercuſſos in gratia cœleſti abundantius illis conceſſa. ¶Fulgere. Tertię eſt coniugationis, quale & illud ſæcularis poetæ, feruere leucaten, auroq; effulgere fluctus: nam quædam verba ſecundæ coniugationis remota penultima vocali, e per ſyncopam hoc pacto tertiam ſibi vendicant. ¶Cœlum & terram. Per ecbaſim poeticam hic enarrat creationem rerum; vt habetur in diuerſis autoribus, qui Geneſin rerum ſcripſerunt. ¶Superæthereis. Qui in tres hierarchias dicuntur eſſe diſtincti, ſupremam, mediam,& infimam, ſupremæ tres chori ſunt, Seraphini, Cherubini, & Throni mediæ Dominationes, Principatus & Poteſtates,& Infimæ virtutes Archangeli, & Angeli. ¶Stellis. Fixis in firmamento. ¶Syderibus. Planetis, & ſignis cœleſtibus, de quibus videndi ſunt Aſtrologi. ¶Lampade magna. Sole, qui dicitur luminare maius, & præeſt diei. ¶Omnia perluſtrans. Superiora,& inferiora, ¶Diem. Lucem claram, qua dies efficitur. ¶Lampade minore. Luna quæ luminarę minus dicitur,& præeſt nocti, ſicut ſcribitur in Geneſi. ¶Aethera. Supremum elementum, qui & ignis uocatur. ¶Aërea. Poſt ignem deſcendendo. ¶Terras. Infimum eſt elementum, quod vndiq; ab aquis oceeani cingitur: nondum mihi ſatis compertum eſt, vtrum aquæ ſint alicubi abſque terrarum fundo, cum vbicumq; nauigatur, profundiſſima licet ſubtus inueniatur terra. ¶Solum. Vnumquodque ſuorum animantium

B

4. Rom. 6

Matt. 26.

C

Gen. 1.

ODE EX PSALMO CXX.

Leuamini oculos.

HOſtibus obſeſſus, vallatus & vndiq; turmis
Inſenſatorum, penè mouendus eram.
Languida ſed tollens ad celſos lumina montes
Quos illuſtrarat Sol oriente die.
Vidi equites cinctos procul auxiliaribus armis
Aduenisse mihi cum legione poli.
Sole repercuſſos montes ſplendentibus armis
Cernere erat radijs fulgere quaq; nouis.
Auxilium à Domino hoc miſsum cognouimus eſse
Qui cœlum, & terram fecit, & æquor aquis.
Spiritibus ſuperæthereis ornauit olympum:
Innumeris ſtellis, ſyderibusq́, polum.
Lampade qui magna, tenebris ex orbe fugatis,
Omnia perluſtrat, ſpargit vbiq; diem.

D mantium. ¶Suis. Propriis, & congruis, sicuti volucribus aerem, piscibus aquam, hominibus, iumẽtis, & feris, atq; reptilibus terram, vtrum animalia sint in æthere, idest in superiore igne, nescio, nec apud aliquem autorem me legisse memini, tametsi Salamandrã ferant quidam in nostro igne viuere, & illo enutriri. ¶Cunctaq;. Animantia, scilicet, nam omnibus conuenientem escam præparauit. ¶Gentes duras. In malum obstinatas, vt Aegyptiacam cum suo Pharaone, & illas vij. quas in terra promissionis in aduentum filiorum Israel penè deleuit, deinde & ipsos duræ ceruicis Iudęos. ¶Gigantes. Qui ab initio fuerunt procera statura, & sub Nembroth Caldeorum rege, non solùm

Gen. 6.

Lampade post modicum qui succedente minore
  Nocturnas tenebras efficit esse leues.
Æthera qui fixit, post Aëra; deniq; terras,
  Occeano cinxit: iussit & esse solum.
Quiq; elementa suis animantibus omnia diues.
  Impleuit; pastor cunctaq; diues alit.
Qui gentes duras premit; horribilesq; Gigantes
  Contundit; Reges abijcit, atq; leuat.
Deniq; qui toto solus dominatur in orbe,
  Quiq; exercitibus cingitur innumeris.

10.11. erant hominum oppressores, quos ad turrim ædificandam vrgebant: sed & ipso Domino Deo rebelli animo vincula minabãtur, fuere post illos & alij Gigantes à variis Ducibus Israelis interfecti, à Moyse, Iosue, & Dauid, vt in sacris literis recensetur. ¶Reges abijcit. A regnis eorum propter superbiam, & tyrannidem, & idololatriam, vt regem Nabuchodonosor, & nepotem eius Balthasar: Saul quoque, Manassem, & Sedechiam Iudæorum reges. ¶Atq; leuat. Cum egerint pœnitentiam scelerum præteritorum vt prædictos, Nabuchodonosor à statu ferino, siquidem vij. annis inter feras stetit abiectus, & iterum redijt in regnum. Manassem, & Ioachin ex carcere, nostrum

Dan.4. quoq; vatem Dauid à gregibus ouium leuauit ad regnum, deinde & abiectum propter peccata adulterij, atq; ho
2.Par.33 micidij cum egisset pœnitentiam iterum reduxit in regnum extincto Absalon rebelli filio. ¶Solus. Neminẽ ha
4.Re.25. bens superiorem, vel æqualem, & sine cuius imperio, aut permissione nemo potest in ulla orbis parte dominari, & cui omnes Domini habent rationem villicationis suæ reddere. ¶Innumeris. Non sibi, sed nobis, tametsi Da-

Dan.7. niel dixerit: millia millium ministrabant ei: & decies centena millia millium asistebant ei, est enim quò ad nos numerus finitus pro infinito. ¶Ductor vigil. Angelus Michael princeps Ecclesiæ, vel ipse Deus. ¶Non finet. Deus adiutor, & protector noster. ¶Concussio. Strepitus hostilis. ¶Pone metum. Depone timorem.

E Aphęresis est. ¶Perennis. Perpetuus, modò velimus ab eo custodiri: nec nos ipsos à vigili ipsius custodia subtrahamus. ¶Ductor. Per desertum huius sæculi, & in bello aduersus aereas potestates, & homines malignos. ¶Et acer. Fortis. ¶Te currentem. Per virtutum gradus in via mandatorum Dei. ¶Seruat. Ne amplius tenteris, quàm

1.Co.10. possis sustinere. ¶Protegit. Ne ignea Diaboli te ia supra modũ inflamment rotam natiuitatis tuę.

Ephe. 6. ¶Clypeo suo. Scuto fidei, de quo Apostolus meminit, quia omnia ignea inimici tela extinguuntur in illo. ¶Dextera. Dum benè operatur circa pietatis officia, dicitur ciaculari in aduersos hostes acutissima tela, indiget tamen eo potissimum tẽpore protectione diuina, ne sinistra illi subrepat intentio, videlicet humanæ laudis appetitus, & captandæ popularis auræ cupiditas, quam rem pro-

Matth.6. hibuit Dominus, cum dixit. Te faciente elemosinam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, idest ne sinistra intentio inanis gloriæ captandæ se se immisceat cum dextera intentione placendi

Hic superætherea auxilium mihi misit ab ora,
  Ne timeas (inquit) ductor ab arce vigil.
Ne metuas superare gradus; contemne latrantes
  Hostiles turmas; irrita tela dabunt.
Non sinet, vt stabiles moueat concussio plantas
  A solito cursu, nec titubare pedes.
Nam neq; dormitat; qui te custodit vbiq;,
  Lumina quippe vigil semper aperta tenet.
Lumina (pone metum) cuius vigilantia somnum
  Non capient, custos ille perennis erit.
Israëlis enim ductor, protector & acer,
  Perpetuus custos peruigil ipse Deus.
Te Dominus seruat, Dominus te protegit idem;
  Est tua sub clypeo dextera tuta suo.
Ne iaculando graui lædatur vulnere nuda,
  Aduersos ictus discutit vmbo tegens.

Deo, proximumq; iuuandi. ¶Vmbo. Summa clypei curuatura. ¶Sol vrat. Eadem dictio plerumq; in diuina scriptura in bonam, & in malam partem pro diuersitate locorum intelligenda est, per solem, cuius radiis illuminamur, fouemur, & vnde res omnes generantur, aluntur; & ad maturitatem perducuntur, aliquando significatur sapientia summi patris, qui est Dominus N. I. Chr. sol iustitiæ, cuius inuisibili, diuinaq; luce illuminantur om-

Ioann.1. nes homines, qui veniunt in hunc mundum, cuius calore sanè generantur cogitationes in animalibus nostris fo-

F uentur, & ad opus perfectum perducuntur. ¶Ne te sol vrat. Discreta, & supra uires diuinæ essentiæ discussio nunc pessima cura mentem exurat, cæcet intellectum & demum ad ignem deducat æternum, proteget te scutum rectæ fidei, quæ in symbolis Ecclesiæ Catholicæ compræhenditur, est etiam sol prosperitatis, qui per superbiam, auaritiam, & luxuriam cum aliis vitiis, quæ inde solent oriri; non vret illum, quem scutũ diuinæ protectionis defenderit, sicut Abraam, & alios antiquos Patriarchas, quos opulentia nequaquàm vitiosos fecit. ¶Luna. Quæ minor, atq; inferior sole est cuius & lumine illustratur, significat Christi humanitatem: in qua minor, atq; inferior patre est, & ab eo glorificatur, significat, & sanctã Matrem Ecclesiam, quæ & ipsa corpus Christi mysticum est, significat, & beatam virginem Mariam, de qua corpus humanitatis Christi assumptũ est, omnes itaq; sentientes quod non est sentiendum

Ne te sol vrat medio feruore diei.
  Sed neq; nocturno tempore Luna gelu.
Ah quantos rapidi tulit illa potentia solis;
  Quàm multis gelido lumine luna nocet.
Sed te ne cauma, aut penetrabile frigus adurat.
  Assiduus custos te Deus ipse teget.
Hactenus vtq; malo Dominus seruauit ab omni,
  Sic animæ custos profuget omne nefas.
Introitumq; tuum Dominus custodiat ipe,
  Ne supra vires te premat eius onus.

de Ecclesia, Christi humanitate, & beata semper virgine Maria, uri dicuntur à Luna tempore nocturno, idest in tenebris ignorantiæ, & infideliratis babent etiam hi duo uersus alium intellectum, nt per solem significetur prosperitas mundana, qua multi nescientes vti, uruntur à sole dici, per Lunam verò aduersitatem sæculi, qua pleriq; franguntur, qui uruntur à Luna per noctem. quamobrē sapiens petebat à Domino, vt neq; diuitias ei daret, neq; mendicitatem, ne satiatus recalcitraret, dominumq; negaret: vel à turpi egestate cogeretur mendicare, furari & peierare. ¶Quàm multos ex felicitate nimia tumentes. ¶Quàm multis. Desperantibus per impatientiam. A
¶Cauma. Aestus ex nimia prosperitate proueniens: quo ad superbiam, inanem gloriam, ambitionem, iracundiam inflammamur, & ad luxuriam. ¶Penetrabile frigus. Quo ad inertiam primùm, deinde ad furta, rapinas, & ad latrocinia, & ad laqueum interdum prouocamur ex desperatione. ¶Adurat. Vtraq; res eundem malum ignē succendit, diuersa licet somite gaudeat. ¶Tegit. Idest protegit sicut utrumq, patet in felicissimo primum Iob, deinde & omnium miserrimo. ¶Introitum. In bunc mundum, per vitæ nouitatem, quæ inchoatur in baptismo tunc fit primus introitus in Ecclesiam Dei, significat etiam initium conuersionis alicuius peccatoris, vel introitū ad religionem, scriptum est enim, fili accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam tentationibus. ¶Ne supra uires. Fidelis est quippe Dominns (vt ait Apostolus) qui non patietur nos supra id, qnod possumus tentari, 1.Cor.10
quinimò faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere. ¶Onus. Tentationis vtriusq; sed magis cius, qnæ ex abundantia delitiarum procedit: nam de altera statim sequitur. ¶Malleus ille. Hic est diabolus, quò

Neúe vniuersæ terræ te malleus ille
  Extund..t plus, quàm vulnera ferre queas.
Exitus atq; tuus demum seruetur ab ipso,
  Annulus vt digito, gemmaq; chara suo.

tanquam malleo utitur Dominus ad emollienda, domanda, aut effringenda corda ferrea bominū, indomitasq; ceruices, super incude tribulationis, & angustiæ. ¶Extundat. Pulset, atq; percutiat. ¶Exitus. Ex hoc sæculo nequam, quem obsidet callidus hostis, quia nouit, ꝙ qualis hinc quisq; egreditur, & talis in iudicio apparebit potest etiā non incongruè intelligi per introitum, & exitum initium, finemq; omnis bonæ nostræ actionis, quia sine illo nihil possumus benè facere. ¶Annulus. Aliquis pręciosus. ¶Gemmaq; chara. Lapillus ille precij multi, qui annulo includitur, veluti Hyacintus, Saphirus, atque carbunculus cum similibns, lapillis preciosis: quæ omnia, quantùm ex alto conceditur vtinam nobis omnibus eueniant, per gratiam Dom. N. I. Chr. Amen.

EGRESSVS Cæno, &c. Quemadmodum fabri, qui fortè ex alto tecto deciderunt, grauiterq; concussi fuerunt: si iterum iubeantur ab architecto eandem fabricam conscenderę, id egrè exequuntur, & cum metu iterum cadendi, nisi animosa exhortatione, & magnis pollicitationibus adiuuentur, sic & serui Domini, B
quos elegit ad fabricæ spiritualis constructionem, si ex aliqua fragilitate humana deciderint ab alto gradu in turpe scelus: vix audent amplius mente cœlum conscendere, nisi magis atq; magis cœlesti inspiratione interius animentur, & blandis pollicitationibus, atq; exhortationibus alliciantur: iccirco cursor iste, qui cum sociis deciderat in turpe voluptatis cœnum, vt prosequatur cursum & blanda exhortatione, & cœlesti uisione refocillatur, vnde & ipse canit. ¶Egressus cęno. Turpis voluptatis, de quo suprà dictum est. ¶Canibusq; latrantibus istis. Ex aduersariorum clamorosa persecutione, qui non attendentes bumanā fragilitatem, qua uel ipsi minimè circundati sunt, vt in spiritibus immundis, vel si & ipsi eadem pice tincti, ut in sæcularibus bominibus, festucam in ocu-

ODE EX PSALMO CXXI.
Lætatus sum.

EGressus cæno, canibusq; latrantibus istis
  Auxilio Domini liber abire sinor.
Dumq; gradus scando, spacium dimetior altè
  Erectis oculis sydera ad vsq; poli
Audiui missas tenues ex æthere uoces,
  Ne dubita, celsos fas superare gradus.
Ne vereare leues saltus per inane volando.
  Ecce tuum socij concomitantur iter.
Maturate viri; superat labor ardua quæq;
  Improbus; & stimulans pectora dulcis amor.
Sum lætatus in his, mihi quæ modò dicta fuere;
  In Domino celsas ibimus ecce domos.

lis alienis magis, quàm trabem in proprijs attendunt, casus seruorum Dei pleno ore deridēt, accusant, & condemnant, dilacerantq; canum more latrantium famam illorum, quibus tamen non obstantibus debent serui Dei gratia Dei adiuti surgere, & validius bonis operibus insudare: quod est graduum cursui instare, reminiscentes eius dicti. Memor esto, vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. ¶Auxilio Domini. quia sine Apoc. 2.
me (inquit) nibil potestis facere. ¶Erectis oculis. Mentis, nec enim corpore, quod caret alis, fit iste conscensus: sed animo, cuius alæ sunt spes, & amor. ¶Sydera ad vsq; poli. Idest ad sanctos, qui iam illuc conscenderunt pandentes nobis viam, & suis actionibus illam substernentes, ut faciliùs subsequeremur. ¶Ex æthere voces. Hæc est cœlestis, & interior illustratio, quam nemo intelligit, nisi C
fuerit expertus. ¶Leues saltus. Facit is, qui uiam perfectionis fuerit agressus, renunciatis omnibus, quæ in sæculo possidebat; & post babitis affectionibus cunctis. ¶Per inane uolando. Considerando, quia vanitas uanitatum, & omnia uanitas.

¶Socij. Qui laborantibus, & uiatoribus, pro vehiculo sunt, si fuerint comites, àblandi. ¶Labor improbus. Qui nemine probatur: sed tamen propter utilitatem à multis facilè sustinetur. ¶Dulcis amor. A quo dulce lignum, dulces claui, & dulce pondus mortis efficitur, amor enim solus suaue iugum, & lene facit esse onus Domini. ¶Sū lætatus in bis. Verbis quæ nunc exposuimus, & hic incipit textus psalmi. ¶Celsas domos. De quibus in Euang. in domo patris mei mansiones multæ sunt. ¶Eia agite. Geminatis aduerbijs horratorijs nsus est, quibus seipsum & socios exbortaretur. ¶Segnities. Quæ omnem bonam impedit actionem. ¶Mora. Quæ vnicuiq; noxia est.

Eia agite læti scandamus; eamus ad astra:
  Absit segnities, omnis abesto mora.

etenim semper nocuit differre paratis. ¶Pedes nostri. Animi ueloces ac promptissimi affectus ¶Talaribus. Perseuerantibus ex amore desiderijs. ¶Intus erant. Meditatione; nam dicit Apostolus, no- Phili. 3
stra con-

Ecce pedes nostri sumptis talaribus alis
Intus erant, stantes, quò properamus adhuc.
Vrbs noua, quę sursum Solymorum lucida polles,
Atria iamdudum vidimus ecce tua.
Celsa Hierusalem sacrata quæ conditur vrbis
Instar, & hæc arcem vertice lucis habet.
Ædificata suis sunt inclyta mœnia gemmis:
Limina portarum margaris vna tenet.

D

Ezc.a 60. c.vsq; in finem Apo. c.21.&22

stra conuersatio in cœlis est. ¶ Stantes. Operando. ¶Properando. Dum ambulamus de uirtute in uirtutem, donec perueniamus ad videndū Dominum Deum in Sion. ¶Adhùc. Dum uiuimus, semper enim possumus perficere, si non deficimus quia (ut ait Greg.) non progredi in uia Dei, regredi est. ¶Vrbs noua. Apostrophe ad ipsam Hierus. q̄ sursum est, quæ & mater nostra est, hanc non solū Ezechiel Proph. descripsit: sed & Io. in Apoc. vnde & ista sumpta sunt, quæ canuntur hic de ciuitate superna. ¶Sursum est. Superat .n. omnē humanā cogitationem. ¶Conditur. Etiam nunc & usq; ad finem sæculi, ex uiuis lapidibus, quæ sunt corda hominum. ¶Arcem. Supremi Imperatoris sedem, qui Deus est, non quòd is ullo includatur loco, ut terreni reges: sed quia ipse cunctis eminet spiritibus, & alijs creaturis. ¶Lucida. Et diuina claritate, & sanctorum splendore, qui tamen inde deriuat, sicut & stellarum à sole. ¶ Atria tua. Huius temporis Ecclesiæ in uariis mundi partibus constitutæ, quæ tamen sunt unius matris Ecclesiæ portiones, & dicuntur atria, quia militantis adhùc, & non triumphantis sunt. ¶ Iamdudum. Ex quò per baptismum intrauimus, qui est ianua sacramentorum prima. ¶Hieru sacrata salem. Pro Hierusalem, est enim thmesis quæ licitè fit in compositis dictionibus. ¶ Inclita mœnia. Patriarcharum, & Prophetarum monita, salubriaque exempla, possunt & per mœnia, quò ad militantem Ecclesiam diuinæ legis scita intelligi. ¶Suis gemmis. Præciosis operibus Prophetarum, & Apostolorum. ¶ Margaris. Pro Margarita, Idest Vnione gemma candida ac preciosa, qua iocalia mulierum solent ornari. Hæc est fides, qua per sacramentum baptismi intratur in ciuitatem Dei. Sic in Apocalypsi dicitur. Quia huius ciuitatis. xij. Margaritæ per singulas. Et singulæ portæ erant ex singulis Margaritis. ¶Stratæ auro plateæ. Sic & in prædicta descriptione. E platea ciuitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum. Per quod existimo significari latitudinem Charitatis. Ex gemmis, Iaspide, Saphiro, Chalcedonio, Smaragdo. Et reliquis. De quibus in prædicta descriptione Apoc. Porrò hæ gemmę variæ & pręciosissimę sanctorum sunt virtutes. Quarum quidam floruerunt in una, & quidam in alia, iuxta diuersitatem gratiarum. Quas Spiritussanctus vnicuique diuidit, prout vult.

E

Stratæ auro plateæ, sunt aurea strata viarum:
Compacta ex gemmis sunt Asarota sola.
Innumeras ædes, quæ celsa palatia dicas,
Qualia nec Romæ, cum caput orbis, erant.
Est casa nulla domus, non vlla mapalia cernas;
Nullaq; congestum cespite culmen habet.
Ex auro muri sunt, insertisque lapillis:
Illic omnis habet aurea tecta domus.
Fons illic oriens arcis de uertice summo
Lapidis, & liquidis fertur, vt amnis aquis.

¶Asarota sola. Qualia videmus in multis templis ex intercisis uariorum colorum lapillis secundum exigentiam figurarum. ¶ Innumeras ædes. Pro multitudine Angelorum, & Sanctorum nobis innumerabili. De ijs dicit Dominus. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Hæc merita sanctorum sunt. ¶ Est casa nulla domus. Hoc est vilis, quales sunt rusticanæ. Per hoc datur intelligi, quia viles, degeneres, & inertes non habitabunt in regno cœlorum. Iuxta quod dicit ipse Dominus in Euangelio. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. In quo nec erit, vt docet Augustinus. Quia non nisi magnorum est illa mansio. Vnde sequitur. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. ¶Mapalia. Qualia sunt in Africa tabernacula pastorum vilissima. ¶Congestum cespite. Aut culmis palearum. Vt in villulis montanis est videre. ¶Ex auro. Insertisq; lapillis. Et Charitate, & alijs virtutibus adiunctis. ¶Aurea tecta. Perfectam bonorum operum consummationem in Charitate sanctorum. ¶Fons oriens. Diuinarum gratiarum de summo vertice. Ex Domini N.I.Ch diuinitate. ¶ Vt amnis. De quo alibi dicitur. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. ¶ Vrbem mediam. Per mediam Eccclesiam hinc sibi quisq;. Iuxta illud Esaiæ prophetæ. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. ¶In idipsum. Vnanimes in Charitate, idipsum inuicē sentientes, & idipsum sapientes: vt docet Apostolus. ¶ Participes vitæ. Quare & ipse Dominus dixit. Qui biberit ex Aqua, quam ego dabo; fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. ¶ Nec minus habet. Inter Spiritualia, & corporalia possunt dari simul & retineri excepto lumine. Quod datur totum ac retinetur instar Spiritualium rerum, quarum typum gerit, & figuram. ¶Hortus. Canonicorum collegium simul viuentium. ¶ Paradisus. Regularium conuentus intra septa monasteriorum vnanimiter iuuentium, sicuti fiebat in primitiua Ecclesia. De qua scriptum est. Multitudinis credentium erat Cor vnum, & Anima vna; & nemo dicebat. Hoc meum est, illud verò tuum. Sed erant illis omnia communia. Et diuidebatur vnicuiq. prout opus erat. ¶ Prata. Hospitalia sunt diuersa. In quibus opera pietatis semper exercentur. Et ad fructus bonorum sunt semper parata. ¶Thymo. Odorem patientiæ suauissimo. ¶ Lætus & omnis ager. Secularium uita, paulò laxior. Qui

Matth.5.

Vrbem qui mediam placidus fluit impete leni:
Deriuat dulces hinc sibi quisquis aquas.
Eius enim fiunt in idipsum suauiter omnes
Participes vitæ: nec minus amnis habet.

F

Fertilis hinc hortus; pomia Paradisus abundat;
Prata thymo redolent; lætus & omnis ager.
Arcis at in medio stellata Christus in aula
Rex sedet ad dextram patris, & ipse Deus.
Hinc, atque hinc proceres, exercituumq; potētes
Alituum: terræ magnanimiq; Duces.
Namque tribus illuc Domini sunt scandere iussæ
Bissenasq; Duces anteuolare tribus.
Vt testes essent veri Israelis in orbe:
Nam sunt illorum lucida martyria.
Confessi siquidem Domini sunt nomen ubique,
Claraque vox proprio sanguine firma fuit.

tamen seruant mandata, & quæ sibi supersunt, in pios usus consueuerunt erogare. ¶ Ad dextram patris. In po- A
tioribus bonis. ¶ Proceres. Antiqui, nouique testamenti patres. ¶ Exercituum. Angelorum. ¶ Duces. Prælati om-
nes Ecclesiæ, qui fortes in bello seipsos, & alios sibi commissas armis cęlestibus defendunt. ¶ Tribus .xii. Spiritua-
les, quæ ex multis in aliqua virtute præcellentibus constituuntur. Veluti exempli gratia. Qui audacter confiten-
tur fidem Christi, etiam coram tyrannis & persecutoribus, sunt ex tribu Iuda, qui interpretatur confessor. ¶ Du-
ces. Apostolos, xii. & lxxii. discipulos cum successoribus, qui ad eorum gradus assumpti fuerunt. ¶ Anteuola- Esa.60.
re. Præcedere virtutum Alis. De ijs quippe dictum est ab Esaia propheta. Qui nam sunt isti, qui vt nubes volant?
¶ Vt testes, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. ¶ Veri Isaelis. D.N.I.Ch. Cuius olim figu- Act.1.
ram gesserat ille uetus patriarcha. ¶ Lucida. Nam & illis est dictum. Vos estis Lux Mundi. Et non potest ciuitas Matth.5.
abscondi supra montem posita. ¶ Martyria. Vera sunt eorum testimonia sanguine confirmata. ¶ Vbique. Sicut
& alibi prædictum est. In omnem terram exiuit sonus eorum. Et in fines orbis terræ verba eorum. ¶ Ascenderunt.
In cœlum etenim ubi est corpus, illic congregabuntur & Aquilæ. ¶ In æuum æternum. Nam beati qui habitant Luc.17.
in domo tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te. ¶ Sedes. Sic & ipse in Euangelio illis promisit. Cum
sederit (inquit) filius Hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes xii. iudicātes xii. tribus Israel. Matt.19.
¶ Mirabile dictu. Reuera sic est. Nam sedes Apostolorum sunt Ecclesiæ sanctorum, quos ipsi ad fidem conuerte-

Nunc ascenderunt, vt confiteantur in æuum
Æternum; laudent, magnificentq; Deum.
Sunt & ibi sedes positæ assessoribus istis:
Iudici vt assideant inque throno stabili.
Iam sedere thronis sedes (mirabile dictu)
Iudicio sedes, sedibus ipse Deus.
Inclyta namque sedet Sapientia pectore iusti,
Iudicio iustus, assidet ipse Dei.
At vos ò sedes Assessoresq; rogate,
Quæ sunt pro magnæ pace Hierosolymæ.
Et quæ concilient pacem, nos ante docete;
Æterna vt liceat deniq; pace frui.
Ad pietatis opus quæcumque referre videtis,
Hæc facite: vt discant & benè facta rudes.
Saucius & si quis iaceat Hiericuntis ad oram;
Hunc miserans casum proximà cura leuet.

runt. Vt exempli gratia: Petri sedes est Ecclesia
Romana: Andreæ, Achaia; Ioannis Asia, Thomę
Iudia, & Matthæi Aethiopia & sic de alijs. ¶ Sedi- Sap.7.
bus ipse Deus. Insidet. Hoc est, in Apostolis. Nec
hoc uideatur absurdum. Cum sit scriptum. Ani-
mam iusti esse sedem Sapiētiæ: quæ est ipse Deus,
Dei Filius. Quæ res & in ipso textu declaratur.
¶ At vos o sedes. i. Sancti Apostoli, in quibus tam-
quàm in sedibus sedet Deus. Simul & assessores
ijdem sunt. ¶ Pro pace. Non quam hic dat mun-
dus; sed quàm Christus reliquit moriens, dedit & B
resurgens. ¶ Magnæ Hierosolymæ. Ecclesiæ adhùc
pro parte militantis. ¶ Quæ concilient pacem. Cha
ritatis præcepta, & obseruatio mandatorum Dei
cum bona voluntate. Nam & Angeli cecinerunt.
Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus
bonæ voluntatis. ¶ Aeterna pace. Parta victoria.
cum mortale hoc induerit immortalitatem & cor 1.Co.15.
ruptibile incorruptionem. ¶ Pietatis opus. Quod
multiplex est, quotuplices & miseriæ sunt homi-
num. vii. Tamen enumerantur tam corporalia,
quam spiritualia opere misericordiæ. ¶ Hiericun-
tis ad oram. Idest si quisquam etiam nunc incide- Luc.10.
ret in latrones, vt ille qui descendebat ab Hierusalem in Hierico, Fac illi talem misericordiam, qualem fecit ille
samaritanus uerè proximus. Et hoc intellige tam in Spiritu, quàm in corpore. Nam multo grauiora sunt animæ Leuit.19
vulnera à Dęmonibus illata, quàm corporis à latronibus inflicta. ¶ Iudicium. Verum, & rectum, quò ad iudices
terræ. Quibus dictum est, rectè iudicate filij hominum. Cæteris uero. Nolite iudicare: & non iudicabimini. ¶ Pie- Luc. 6.

Iudiciumq; animo, pietasq; in pectore verset,
Ardeat in vobis & Charitatis amor.
Intereà tamen & precibus pulsate parentem,
Vt quæ sunt pacis, donet habere pius.
Copia cunctarum diuino numine rerum
His datur vbertim, queis amor urbis inest.
O Soylmæ viuis quæ conderis inclyta gemmis,
In virtute tua pax sit honesta tibi.
Turribus inq; tuis sit abundans copia rerum:
Ciuibus vt nullo tempore deficiat.
Hæc propter fratres petimus, propterq; ppinquos
Vna quibus mecum scandere cura gradus.
Optabam pacem, de te pacemq; loquebar:
Pace quid in tali pulchrius vrbe decet?
O domus alta Dei, quæ Ecclesia sancta vocaris,
Hæc bona te propter sollicitus petij,

tas. Duo dicit cultus Dei sit curæ vobis, & viscera. 1. Cor.4.
misericordiæ habeatis in proximum. ¶ Pulsate Matth.7.
Sicut ipse iubet. Pulsate (inquit) & aperietur uo-
bis. ¶ Rerum. Necessariarum, quò ad victum, &
vestimentum. Spiritualium verò abundantissimè.
¶ O solimæ. Apostrophe ad ipsam ciuitatem Dei,
quæ & sponsa agni dicitur. ¶ Viuis gemmis. Viris C
multa virtute præditis, & preciosis in conspectu
altissimi, & conspicui coramq; hominibus, & An-
gelis Dei. ¶ Virtute tua. Virtus Ecclesiæ est vnitas,
quæ vinculum pacis ab Apostolo dicitur esse. ¶ Ho
nesta. Quæ salua dignitate fit. ¶ Turribus. In ex-
celsis prælatis, & præcipuè episcopis. Qui & co-
lumnæ & speculatores uineæ Domini dicuntur.
¶ Ab. cop. rerum. Doctrinæ, virtutum & gratia-
rum. ¶ Nullo tempore. Aduersitatis, & prosperi-
tatis. ¶ Deficiat. Ministratio sacramentorum. Pa-
bulum verbi Dei, boni exempli operimentum.
¶ Fratres. Religiosos, & qui uiam perfectionis in-
gressi sunt. ¶ Propinquos. Reliquos fideles. Qui-
bus dictum est. Si uis ad uitam ingredi, serua mā-
data. ¶ Scandere. Diuerso licet itinere. Sæculares
enim affectu. Religiosi etiam effectu Christum se-
qui debent. Per viam perfectionis. ¶ O domus alta Dei. Hic seipsum uates aperit. Ne quis existimet de materiali
templo, vel urbe fuisse locutum. ¶ Sollicitus. Anxius propter pericula quibus obijcimur
quotidie tentationum à Diabolo, & satellitibus eius, a mundo,
& ab amatoribus suis à carne nostra, & à
voluptatibus eius.

D Trangressus montes. Posteaquàm seruus Dei diuina consolatione recreatus est, debet ambulare de virtute in virtutem, donec perfecto cursu uideat Dominum Deum in Sion. Quia non progredi in uia Dei, regredi est; Icircò hic nobilis cursor, cum iam montes excelsos ambitionis humanarum rerum, & sæcularium dignitatem mente superasset: concepit spem viuam reliquos gradus aliarum virtutum posse conscendere. Ita tamen, si fauore diuino fuerit adiutus. Ad quod impetrandum interiores oculos ad cœlum erexit, & Dominum cœli supplex orauit. Dicit igitur. ¶ Transgressus montes, Humanæ superbiæ, & Diabolicæ elationis, quæ humilitate superantur. ¶ Ob nuncia leta, Quia in domum Domini ibimus. Vt dictum est in Psalmo præcedenti. ¶ Caput. Non solum corporis, quod sublime nobis datum est ad cœlum suspiciendum, sed magis mentem, quæ caput est hominis interioris. ¶ Lachrimisque decoris. Decent enim supplicem: & vim maximam obtinent impetrandi. ¶ Roscida lumina. Quales sunt Rosæ matutino rore madentes. ¶ Cœlos. Non tantùm superethereos. Sed magis sanctorum excelsorum animas: quæ & cœli vocantur, & ex iis regnum cœlorum constat. ¶ Nec clauderis illis. Quia magnus est Dominus, nec magnitudinis eius ullus est finis. ¶ Sperent. Propriè, quo ad munera: impropriè quo ad flagella. Et est acirologia. ¶ Ocellus. Diminutiua nomina pueris, & puellis benè conueniunt. ¶ Pensa. Lanæ uel Lini. ¶ Opperiens. Expectans. Ad Dominum nostrum. Deuoto & fa-
E miliari cultu. ¶ Cui cœli ciues. Modo Angeli, & sancti. ¶ Et omnis homo. Etiam si nolit. Quæ res in persecutione bonorum patet. Nam etiam nunc mali exercent bonos. ¶ Lumina nostra. Interiora magis, sine quibus exteriorum eleuatio parum prodest. subsuleritq;. Subleuauerit aggrauantem manum miserator opime. Diues quodammodo,
1.Cor 4. & pinguis in misericordia. Qua nostras etiam animas pingues reddit. ¶ Peripsema. Hoc etiam vocabulo usus est Apostolus in simili sensu. Scribit enim maledicimur, & benedicimus, persecutionẽ patimur, & sustinemus, Blasphemamur & obsecramus, tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc. Hoc est limatura æramentorum, quando poliuntur: vel rasura lignorum, quando dolantur, & expurgatio pomorum, quando mundantur vt manducentur. Et breuiter quicquid abijcitur mundationis gratia, tamquam sordidum, insipidum aut inutile. ¶ Despectio. Dolent enim sancti quando ex bonis actionibus despiciuntur. Et si non propter se, quibus ille contemptus interim prodest: pro ipsis contemptoribus suis, quorum saluti multùm obest illa despectio. Nam cuius actio despicitur, & eiusdem uerba uel excẽ-
F pla & si bona pro nihilo ducuntur, ac deridentur. ¶ Zelus amarus. Dic ex contemptu Dei uiso, & præuaricationis mandatorum eius euenire solet. ¶ Cædimur in faciem viles. i. Contumeliæ graues coram, nobis obiiciuntur.
Ioan.8. Quales illæ nonne benedicimus nos. Quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes. Sic intelligitur & illud Apostoli. Sustinetis enim. Si quis in faciem uos cædit. Idest palam conuiciatur. ¶ Nota. Infamiæ aspersione ¶ Fruuntur. Ad voluptatem noxiam, atque delitias; quæ fomenta sunt grauium peccatorum, hoc referendum est. Nam
2.cor.11 urendum est opibus iustè acquisitis, & non fruendum. ¶ Per scelus. Vtputa per rapinam, & oppressionem pauperum. ¶ Atque nefas. Vt per usuram, & dilapidationem bonorum Ecclesiæ. Quod plerumque faciunt prælati nostri
Ioan.19. temporis: de bonis non loquor. ¶ Magistratu. Abutentes eo per superbiam. Qui cum Pilato tumentes dicunt. Mihi non loqueris? an nescis quia habeo potestatem crucifigere te, uel dimittere te? ¶ Vanis honoribus. Qui fumo comparantur. Præterea dicit sapiens. Vanitas vanitatum, & omnia uanitas. ¶ Venter. De quibus Apostolus ait, Quorum Deus uenter est, & gloria eorum in confusione erit. Hi sunt
Phil.3. qui omnia uentris causa faciunt. ¶ Turpis amorq; Deus. Cupido ille fabulosus veneris filius, Dæmonium est libidinis inflammator. ¶ Nos. Qui non solum has turpitudines ipsi fugimus, sed & fugiendas proclamamus. ¶ Subsannant. Irrident quasi fatuos, qui præsentibus delitijs, & voluptatibus, futurarum amore fiui postponimus. ¶ Probra. Contumelias, & conuitia. ¶ Dulcia. Infecto gustui, cum & quidam sæcularis poeta dixerit. Plus aloes,

ODE IIII. EX PSALMO CXXII.

Ad te leuaui.

Transgressus montes celsos ob nuncia lęta:
Speraui reliquos scandere posse gradus.
Continuò caput erexi: lachrimisq; decoris
Roscida lætitia lumina ad alta tuli.
Ad te, qui cœlos habitas, nec clauderis illis,
Erexere aciem lumina nostra suam.
Ecce velut dextram serui speculantur herilem.
Munera seu sperent, siue flagella pati.
Vtq; manus dominæ famularum spectat ocellus:
Pensa uel opperiens; siue alapas metuens.
Ad Dominum nostrum dominatorem orbis, & cui,
Cui cœli ciues, seruit & omnis homo.
Directa ad Dominum sic lumina nostra: misertus,
Donec erit nostri, sustuleritq; manum.
Mitis, & alme Deus nostri miserere precamur
O Domine, ò clemens, heu miserere pie.
Respice nos facie miserator *opime serena*,
Lumine nos hilari respice, nosque iuua.
Irridemur enim passim, contemnimur, atque
Cunctorum facti iam peripsema sumus.
Non ne videmus animam despectio quãta replerit?
Sparserit & quantus zelus amarus eam?
Cędimur in faciem viles: censemur & omni
Opprobrio digni, conuicijq; nota.
Præcipuè sæclo quicumque fruuntur in isto
Diuitijs partis per scelus, atque nefas.
Quiq; magistratu, vanis & honoribus istis,
Vt vento inflati, pectus & ora tument.
Quiq; voluptatum cęno voluuntur in imo.
Cura quibus venter, turpis amorq; Deus.
Hi nos despiciunt; tortis & naribus omnes
Subsannant: in nos probraq; conijciunt.
O miseri dicunt, quibus omnia dulcia uitæ
Deficiunt huius: tristia quosq; iuuant.
Nos alacres parto fruimur præsentibus istis;
Et quod amant, coràm lumina nostra vident.

A

Vos incerta manent, somnoque simillima lactant,
Vosq; futurorum spes. & inanis alit.
Nescio quam vitam post mortem fingitis esse;
Quæ pro dimidia vos modò parte beet.
Æternamq; diem post sæcula multa futuram,
Corpora de tumulis qua rediuiua volent.
Nescio quæ nobis etiam tormenta minari
Audetis tenebras igne, geluq; graues.
Si nix, & glacies est candida: lucida flamma,
Si micat ignis edax, non tenebrosus erit.

quàm mellis habent. ¶ Tristia. Pœnitentiæ, & disciplinæ: laborum, & dolorum. Nam si fuerimus socij passionis, erimus & consolationis: si tolerabimus, & conregnabimus. Nec enim sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ¶ Lumina nostra. Carnalia, quia de Spiritalibus non curant, cum sint Epicuri de grege porci. Horatius vt dixit quidam eorum vates. ¶ Incerta. Sicut eis videtur. Porrò certissima sunt ea, quæ promisit Deus. ¶ Lactant. Alliciunt, & fallunt. ¶ Spes. De qua dicit Apostolus. Quia non confundit. ¶ Nescio quam vitam. Icircò & nescieris. Quia ignorans ignorabitur: ¶ Pro dimidia parte. Quo ad animam. Quæ vbi de corpore fuerit egressa, ad æternam confestim fertur beatitudinem, si tamen dignis moribus sunt præditi. ¶ Rediuiua. Per resurrectionem. De qua dicit Apostolus. Omnes quidem resurgemus. ¶ Volent. In paradisum nam (vt ait idem Apostolus.) Ibimus obuiam Christo in aëra. ¶ Nescio quæ torm. Hæc experiendo vobis nota fient. ¶ Ten. ig. gel. gr. Ex Euangelio hoc est sumptum. Vbi dicitur. Seruum inutilem proiicite in tenebras exteriores Illic erit fletus, & stridor dentium. Porrò fletus ex igne, & stridor ex frigore causantur. ¶ Si nix & glac. Est sophisma, cui responcetur infrà. Præterea, nix & glacies mixtæ cœno splendorem amittunt. ¶ Lucida flamma. Quæ fumo est admista minimè lucida est. ¶ Regressus ab oris. Hæc multorum diuitum huius sæculi opinio est & latens heresis. Quam & diues Epulo suis fuisse temporibus latenter insinuauit, quando petijt vt Lazarus mitteretur ex mortuis ad viuos fratres. Abraam dicente. Habent Moysen, & prophetas: audiant illos. Non ait, pater Abraam, sed siquis ex mortuis ierit ad eos pœnitentiam agent. ¶ Et quid agatur ibi. Indicet diues Epulo. Qui cum esset in tormentis cruciabatur inflammis. ¶ Lacescit. Dilacerat atque discruciat. ¶ Responsis Dei. Prophetarum oraculis. Quæ tormenta & pœnas inferni æternas, & piorum sempiterna præmia prædixerunt. ¶ Iustum Deum. Qui bonis præmia, & impijs supplicia præparauerit. Quæ quia in præsentiarum minimè cunctis reddi uidemus. Restat ut omnino in futurum reddi credamus. ¶ Locum. Dicitur vallis Iosaphat. Iuxta vaticinium Ioellis. ¶ Præmia sua. Ton meson stat propriè, & impropriè. bonis coronam gloriæ. Et malis supplicia gehennæ. ¶ Leuet. Vt sanctos martyres. ¶ Mouere. Ad benè viuendum. ¶ Premat tumidos. Iuxta illud Saluatoris. Qui se humiliat exaltabitur. Et qui se exaltat humiliabitur. ¶ Lex Lucida. Euangelica. ¶ Christus rediuiuus. Nec solus is ex mortuis resurrexit, sed & multi alij. De quibus in Euangelio. & in diuinis scripturis. ¶ Sulphureæ siquidem flammæ. Hic soluitur sophisma. Nec enim splendor in fumo est. ¶ Graue olente. Iuxta illud & erit pro odore fœtor. Et per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Nam omne quod est in mundo, aut est concupiscentia ocul. aut concupisc. car. aut super vitæ aduersus quam sunt tenebræ: stridor dentium, & fletus aduersus alia duo. ¶ Cacodæmonas. Malos dæmonas, accusatiuus est grecus, etenim antiqui etiam eudæmonas, idest bonos dæmones esse dicebant. ¶ Pietas nulla. Hoc proprium est inuidorum, vt numquam pœnis inimicorum exaturentur, nec ipsa morte: nam & in mortuos adhùc desæuiunt. ¶ Nec ipsa Dei. Qua vident ipsum Dominum Deum in miseros moueri uerè pœnitentes cum demonijs. ipsis iubet ab eorum vexationibus abstinere. ¶ Sontes istos. Qui nunc irrident iustos, & in sua impietate perseuerant. ¶ Truces. Scilicet Dæmones. ¶ Et sine fine. Quia voluissent impij sine fine viuere, vt possent sine fine peccare, icircò nimirum, si sine fine torquebuntur, consideratur enim peccantis affectus, & non effectus.

1. Cor. 1.
1. Cor. 15
1. Thes. 4
Matt. 25.
Luc. 16.

B

Si tenebræ non sunt; tormenta nec vlla; quid ergo
Iactatis tantas falsa per ora minas?
Præterea infernis quis nam regressus ab oris
Hæc retulit vobis, & quid agatur ibi?
Talibus opprobrijs nos impia turba lacessit:
Responsisq; Dei derugat vna fidem.
At nos oraclis humilem cœlestibus aurem.
Præbentes, iustum. credimus esse Deum.
Credimus esse locum, Iudex vbi vindicet æquus
Pro meritis reddens præmia cuique sua.
Cumq; pios angant præsentia facta malorum:
Iustum est, vt pressos vita futura leuet.
Cumque malos nequeat exempla mouere bonorũ,
Iustum est, vt tumidos vita futura premat.
Hæc nos edocuit lex lucida, vera fidelis,
Conuertens animas, immaculata, pia.
Hæc nos edocuit Christus rediuiuus ab oris,
In quibus ignis edax, sæuus & horror inest.
Sulphureę si quidem flammæ caligine tetra
Tartareas sedes, & graue dente replent.
Tortores diros cacodæmonas esse docemur,
Quos moueat pietas nulla, nec ipsa Dei.
Torquebunt sontes diris cruciatibus istos:
Qui modò nos rident, & sine fine truces.
Ad te sint igitur venture æquissime iudex
Sursum erecta precor lumina nostra Deus.

Ioel. 3.
Luc. 14.
Matt. 27.
Esa. 3.
Sap. 11.

C

INSANVM genus hoc hominum, nititur omnium bonorum inimicus, quantùm potest subuertere vias Domini rectas, & benè currentes retro trahere, Lenocinijs quidem primo voluptatum additis etiam exhortationibus, & consilijs pessimorum magistrorum falsa ratione suffultis: sed uerborum colore fucatis, quæ artis caliditas cum nihil profecerit, ad furiosæ persecutionis arma conuertitur, vt vi extorqueat, quod per blandimenta nequiuit, benè ergo dicitur. ¶ Insanum. Et furiosum genus hominum satellitum diaboli. ¶ Luce Dei. Idest gratia Spiritussancti, quæ per ora sanctorum loquitur. ¶ Vera eum rat. Cui resisti non potest, sed semper emicat, & præualet, ut apud Esdram legimus. ¶ Furit. Sic Iudæi contra Christum, quem ratione non poterant superare furentes sæpiùs insurrexerunt, nunc ut præcipitarẽt. nunc ut saxis impeterent, tandemq; hoc furore perciti crucifixerunt. Sic & in Stephanum insurgentes furiosi lapidauerunt, sic & Apostolos, cæterosq; Christi Di-

D fcipulos, martyres fecerunt, fic & modò mundani homines in fpirituales viros aliquando furentes infurgunt, ut eos ex gradibus perfectionis deturbent, de quibus fubiungitur. ¶Gens inimica Dei. Cuius feruos perfequuntur, iuxta illud. Saule Saule quid me perfequeris, fcilicet in membris meis. ¶Io. Vox eft furentium, atq; bachantium. ¶Præda fugit. Methaphora eft à venatoribus fumpta. ¶Currite, Mutuo fe fe exhortantur mali ad perfecutionem bonorum. ¶Figite. Veftris telis. ¶Deijcite. De gradu per impatientiam: nam & patientia fæpius læfa furorem facit vt ait fapiens. ¶Sternite. Sub pedibus veftris euictos. ¶Percutite. Securi, vel gladio, hoc eft interficite morte peccati. ¶Iam tormentorũ. Quæ vulgo bombardæ dicũtur à bõbo, i. ftrepitu quẽ emittunt. ¶Fulmina. Quæ fi gigantes antiqui atq; fuperbi reges, qui fibi diuinitatem vfurpabant, excogitaffent, verè dij crediti fuiffent. ¶Forte columbarum. Comparatione terrorem demonftrat, quem fancti primo impetu perfecutionis folent experiri, fic ordina literam, ceu caterua columbarum forte abfterrita tonitru reboante nimio metu vix alta petit. ¶Diffugiũ. Per refugium, vel cõfugium quod raro eft in vfu licet verbum confugio frequens fit. ¶Gulæ. Hominum, uel ferarum. ¶Pulfatus & aer. A quo fonitus geminatur per Echo maxime in cameratis

E locis, fluofis, & conuallibus. ¶Crepitus. Quos fuprà bombum appellauit. ¶Ferrea tela. Pulcherrima periphrafis earum pilarum, quæ ex bombardis eijciũntur. ¶Ab ære cauo. Ab ipfo tormento æreo quocumq; nomine appelletur. ¶Tam vafto. Re vera ut fumus experti in ruina mœniorum urbis noftræ Papiæ temporibus gallicarum obfidionum grandem trahunt vaftitatem, quin multo maiorem vim poffit Dominus Deus fulmini fuo dare, non negamus, fed à communi euentu arguentes, parum intereft inter vaftitatem fulminis, ac tormẽtorum bellicorum. ¶Moles. Suæ protectionis: nam attendentes ad grandem diuini fubfidij potentiam deponunt terrorem, & metum rabie. i. aduerfariorum. ¶Ifrael. Oculis fidei, & intellectus vir videns Deum, qui uerè Ifraelita

Ioan. 2. eft in quo dolus non eft, vt de Nathanaele ad fe veniente legimus dixiffe Dominum. ¶Vifus. Interiori vifione,

4. Ro. 6. quandoq; etiam exterioribus oculis, vt puero Helyfei Prophetæ oftenfum eft. ¶Toto orbe. Hoc diu paffa eft Ecclefia ab initio prædicationis apoftolicæ, vfq; ad magni Conftantini tempora, item aliquando, fed rarius deinceps infurgentibus nouarum hærefum fectis. ¶Cętus. Pifcis grandis, quæ & Balena dicitur tantæ fe runt hanc effe magnitudinis vt mole fua interdũ

Ioan. 1. ftet, ut infula in medio maris, in cuius dorfo crefcunt fyluæ, & ædificantur Tuguria. ¶Amathiden. Ionam intelligit qui in profundo maris fuit, & abforptus à cæte tribus diebus fuit in eius ventre, deinde viuus adhuc, & confortatus eft in littore reiectus, vide hyftoriam in libro ipfius Ionæ.

F ¶Sorpti. Quod euenire folet naufragium paffis ex tempeftate. ¶Atros fluctus. Horrendos clamores aduerfantis populi, cuius furentis impetuofa feditio, etiam à fæcularibus poetis maritimæ tempeftati comparatur, & contra furens procella feditioni. ¶Niger. Piceus, & obfcurus. ¶Torrentem. Altera comparatio cum methaphora, eiufdem fignificationis. ¶Torrentis. Tautologia eft replicatione eiufdem fermonis per alia verba. ¶Puta. Putare poffet aliquis. ¶Siccis plantis. Hoc factũ effe ab ipfo Domino cum flante vento contrario

Mar. 6. laborarent Apoftoli in remigando ex euangelica hyftoria cognouimus, myfticè in fuis perfecutionibus fæpè hoc fieri fenfit Ecclefia, nosq; in noftris tribulationibus quotidie experimur ¶Siccis. Paffibilis enim nõ eft amplius Chriftus Dominus, idcirco pedes eius non intinguntur vltra fluctibus idest affectus eius non excruciantur ultra tribulationibus huius fæculi. ¶Prope iam merfas. Nimio

ODE EX PSALMO CXXII. Nifi quia.

INfanum genus hoc hominum, qđ cũ fuperatur
Luce Dei vera cum ratione, furit.
Gens inimica Dei, ratione euicta, furore
In nos infano percita profilijt.
Corripit arma furens, & quæ furor arma miniftrat
Clamat io, focij, currite præda fugit.
Currite quid ftatis fegnes? date tela per auras,
Figite, deijcite, fternite, percutite.
Iam tormentorum tonet alta per aera bombus;
Eiaculata volent fulmina nõftra quoq;.
Forte columbarum tonitru reboante caterua
Territa ceu nimio vix petit alta metu.
Et nifi diffugium fibi proxima turris adeffet:
Decidat in terras præda futura gulæ.
Nos quoq; fcandentes fremitus, clamorq; ruentũ
Terrebant ftrepitu timpana cumq; tubis.
Terrebat refonans tonitru pulfatus & aer.
Terrebant crepitus, miffaq; tela magis.
Ferrea tela cauo violenter ab ære coacta,
Rumpere flammato puluere fulphureo.
Impete tam vafto, quàm fulmina dira tonantis
Nubibus elifis eiaculata ruunt.
Et nifi bellipotens in nobis ductor vt acer
Pro clipeo moles oppofuiffet eis.

Nunc canat Ifrael, nifi quod bellator ab alto,
In medio noftri vifus adeffe Deus,
Cum furrexiffent homines toto orbe furentes
In nos armata bella ciere manu.
Forfitan excuffos nimia formidine viuos
Nos deglutiffent cætus ut Amathiden.
In nos cumq; furor nimis excandefceret horum,
Cum fremerent in nos dentibus vtq; Lupi.
Fortè fuiffemus velut imo gurgite forpti:
Vortice uel rapido, quem facit vnda vorax.
Sed Domino innixi fluctus tranfnauimus atros,
Quos niget, & fubitis auxerat imber aquis.
Montibus ex altis animæ noftræq; ruentem
Præduce torrentem præteriere Deo.
Torrentis vaftas nimis intollerabilis vndas,
Nempe animas noftras tranfilijffe puta.
Ah nifi difcurrens ficcis fuper æquora plantis
Dux propè iam merfos fuftinuiffet aquis.
Fors iftæc nimis intolerabilis vnda fuiffet.
Horribilis vifus tranfitus atq; nimis.

pondere

Impetus hostilis torrens innabilis hic est,
Sunt & aquæ populi, quos furor excuit.
Sustentante Deo torrentem enauimus ipsum;
Nos super & torrens transijt ipse citus.
Omnia prætereunt: nos ibimus, ibitis; ibunt.
Labimur in mortem more fluentis aquæ.
Sit Dominus noster benedictus amabilis ergo;
Continuæ laudes eius in ore meo;
Qui nos in prædam non tradidit hostibus illis.
Nec sumus illorum dentibus esca data.
Aucupis ex laqueis ceu quondam garrulus ales
Erutus est passer, mox fugit alta petens.

A pondere tribulationū, ita vt interdum tædeat sanctos Dei viuere, & efflagitent à Deo mortem pro remedio; quam rem & Paulo Apostolo legimus contigisse, prope etiam merguntur animæ: quando nimio terrore perculsæ nutant, & parum deest, quin consentiant iniquitati: sed illicò feruore quodam spiritus interius attracti resipiscunt, & roborantur: uirtutemq; resistendi cōcipiunt. ¶ Fors. Hoc ideò dicit vt fragilitatē humanæ mentis ostēdat, promtitatem in malum, & facilitatem vertibilis arbitrij, exemplum sumatur ab Apostolo Petro, qui fortis in promisso, metu perculsus in profundum negationis est immersus. ¶ Impetus hostilis. Seipsum declarat, & metaphoram exponit. ¶ Innabilis. Non facilis natatu, vel innabilis, idest innauigabilis, idest difficilis transitu, siquis tamen Deo adiutore fuerit usus pertransibit: nā ea, quæ apud homines impossibilia sunt, apud Deum benè sunt possibilia. ¶ Enauimus. Enatare dicitur, qui Deo protectore periculum euadit, transijt autem torrens super eum; quem quidem mali affligunt, & torquent & quandoq; vsq; ad necem corporis, nec tamen ab impatientia franguntur, Deo intus uires subministrante, & faciente cum tentatione prouentum, vt coronam martyrij fortiter moriendo lucrentur. ¶ Omnia prætereunt. Sententia est, qua exhortamur transitorias persecutiones patienter ferre, per quas ad æternam gloriam poterimus peruenire, & simul ostendit omnia, quæ in hoc sæculo sunt delectabilia, momentanea, & transitoria esse: sicut & ipsæ potestates sæculi sanctorum persecutrices. ¶ Nos ibimus. De hoc sæculo ne quam ad uitam perennem. ¶ Vos ibitis. O persecutores impij ad sempiterna tormenta. ¶ Ibunt. In summum uestræ potestates, & honores huius sæculi cum delitijs, & pompis suis, sunt etenim & ipsi dictum (vt in libro sapientiæ) transierunt ea omnia. ¶ Sit benedictus. Gratiarum actio, quòd eruti sumus à periculis. ¶ Mox petiere polum. Ad summa virtutum tendentes. ¶ Muscipulæ. Machinulæ, qua capiuntur mures: sed est species pro genere, & significat quamcumq; fraudem hostilem. ¶ Ab alto. Diuinæ gratiæ. ¶ Liber. A dolis, & periculis ex persecutione inimicorum. ¶ Noster. Currentium per gradus virtutum ad supernæ gloriæ brauium. ¶ Nubibus. Caliginosis persecutorum mentibus, qui arbitrantur sese obsequium præstare Deo in cæde bonorum. ¶ Cœlū. Modo animas suorum cursorum, item & ipsam Ecclesiam, quæ & ipsa regnum cœlorum dicitur. ¶ Sole. Iustitiæ illucescente Christo Domino, & Deo nostro in animis fidelium. ¶ Serenat. Lætificat. ¶ Verq; nouum. Cogitationem nouam reddendi ad bona opera priora, & maximè ad lectionem, vel auditum uerbi Dei, quod fuerat aliquando prætermissum propter inquietem, aduersitatem, furoremq; persequentiu. ¶ Et omne virens. Herbas, & arbores hoc est verba eruditionis, & fructus operum bonorum ex arbore charitatis. & cæterarum uirtutum prouenientium. ¶ Profunda maris. Alias sæculi potestates, & præcipuè corda regum inimicorū. ¶ Grauiter commota. Ad electorum persecutionem. ¶ Per auras. Orientis uentos, per quos dæmones elatos, ac superbia tumescentes intelligimus, & præcipue Luciferum ipsum regem superbiæ cum sequacibus suis. ¶ Sedat. Effugatis aduersariis quietas mentes reddit. ¶ Homini. Ab humili humo assumpto. ¶ Nare. Corpore nudo, idest uia paupertatis, quæ nudos afligit. ¶ Quieta. Idest ab interioribus perturbationibus & exterioribus persecutionibus sedata. 2.Cor.1. Matt.26.

B

Sic animæ nostræ venantum retibus horum
Ereptæ implicitis, mox petiere polum.
Muscipulæ siquidem laqueus contritus ab alto est,
Liber, & hinc cætus noster ad alta volat.
Auxilium nostrum Domini stat nomine fixum,
Qui cœlum, & terram, fecit & alta maris.
Nubibus electis qui cœlum sole serenat,
Verq; nouum terris reddit, & omne virens.
Quiq; profunda maris grauiter cōmota per auras
Sedat, & hæc homini nare quieta facit.

NON igitur tutum est uirtuti fidere nostræ, à grauissimis periculis, & tentationibus eruti nobilissimi cursores à gratia Dei hoc beneficium recognoscunt, & monent alios fideles, ne proprijs uiribus confidant, aut uiribus suæ innitantur: sed omnem spem atq; fiduciam in Domini Dei adiutorio semper fixam habeant; dicunt igitur Non igitur tutum, &c. ¶ Posthabita. Neglecta, uel in secundas partes reiecta more Pelagianorum hæreticorum, qui tantum suis uiribus attribuebant, ut prædicarent hominem suo arbitrio sine diuina gratia posse à uitijs abstinere, præcepta seruare, & partis florere uirtutibus, quæ tamen omnia aliquanto facilius ille assequitur, qui ultra proprias uires etiam diuino fauore iuuatur; quæ sententia falsa est; nam est contra Dominum dicentem; quia sine me nihil potestis facere, & Apostolum, qui ait, non quia sufficientes simus ex nobis, tamquam ex nobis: sed omnis sufficientia nostra ex Deo est, & alibi, quid habes (inquit) quod non accepisti? quod si accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? ¶ Putri tellure. Quid ergo superbis puluis & cinis? ¶ Vapor. Fumus est è terra consurgens à radijs solaribus in altum attractus, quo autem altius eleuatur, citius & consumitur, in aereq; resolutus disperditur, talis est hominis huius mundi gloria. ¶ Fides. Quia sunt falsæ, & spinæ cordibus hominum, ut dicitur in Euang. promittunt enim abundantiam, & trahunt penuriā: quietem, C Ioan.15. Ad Cor. 2.c.3. 1.Cor.4. Matt.13.

ODE EX PSALMO CXXIII.

Qui confidunt.

NOn igitur tutum est virtuti fidere nostræ,
Post habita Domini cuncti potente manu.
Nam sumus ægra caro, putri tellure creati.
Et leuis est virtus plurima nostra vapor.
Sed neq; iam partis & abundè fluentibus vltrò
Diuitijs nobis est adhibenda fides.

D quietem, & afferunt irrequietas, pungentesq; curas; vitam & accelerant mortem, nec diu apud eundem Dominum esse possunt;& si fortè permãserint,inutiles sunt. ¶Fluxilis. Pro fluxibilis,quia fluit, & refluit, vt dicitur in textu, quæ enim tempore fœlici affluxerunt,aduersis casibus refluunt. ¶Domino relicto. Benè dicit, relicto: nam præcipuo ipso autore inuocato,post illum ad amicos fideles, & prudentes confugere licet alioquin frustra contraherentur amicitiæ: lex etiam dilectionis proximi data esset frustra, quis enim est ita fatuus vt ad eum confugiat, cui non fidit? ergo fidendum est amicis: sed secundo loco: & post ipsũ Dominum Deum. ¶Aegra caro. Simili, cui nos infirmitati subiectus, vnde facile euenit, ut velit quidem & non possit succurrere. ¶Arundineus baculus. Qualis
Esa. 36. & Aegyptus fuit olim populo Iudæorum, vt scripsit Hieremias, alijq; prophetæ. ¶Principibus summis. Regibus,
Hier. 48. atq; Imperatoribus,qui neminem patiuntur superiorem. ¶Volubilibus. Vt qui affectibus interdum vincuntur, sicut & alij homines. ¶Fidendum est cœli Domino. In primis, & ante omnia. ¶Salus ægris. Tam animo,quàm
Matt. 10. corpore. ¶Sola. Nam ea, quæ à medicis venit, à Domino venit,cuius donum est medicina. ¶Perseuerare. Qui
1. Cor. 6. enim perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit, vnde & Apostolus, multi quidem currunt, sed vnus accipit brauium; hic est perseuerans. ¶Mole. Virtutum, & gratiæ Spiritussancti, exemplum in diua Lucia, quam tanto pondere fixerat Spiritussanctus, vt neque mille homines cum infinitis paribus boum adiectis vnquàm potuerint illam mouere secundum nequissimi iudicis Imperium. ¶Ipse mons
Dan. 2. Syon. Hic est Christus,de quo in Daniele legitur,
Esa. 2. lapis excisus de monte sine manibus creuit in mõ-
E tem magnum; & occupauit omnes terminos terræ, ipsa quoq; mater Ecclesia dicta est mons magnus, & Sion. vt in Isaia erit in nouissimis diebus mons domus Domini,& veniet ad eam omnes gẽtes, & alibi in psalm. Nunquid Sion dicet homo? & homo natus est in ea:& ipse fundauit eam altissimus, sicut ergo Christus & Ecclesia stabiles, atq; immobiles sunt, sic & omnes, qui confidunt in Domino. ¶Hierosolymis. Sacra pacis ciuitate. ¶Stabiles, montes. Non Angeli soli: sed & sancti Patriarchæ, Prophetæ,& Apostoli Domini,& successores eorum vita, moribus, religione, & dignitate. ¶Properpet agg. Tutantur enim illam suis intercessionibus meritis exhortationibus, & exemplis. ¶Quàm pulchri. Virtutum decore. ¶Magna mole. Fortitudinis, & constantiæ. ¶Grauesq;. Moribus, & autoritate. ¶Frugiferi. De quibus scribitur. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua, venientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos suos, qui sunt fructus bonorum operum, & præcipuè infidelium conuersio. ¶Aerij. Quia eorum conuersatio in cœlis est. ¶Candida dorsa. Propter niuem assiduam qua candor actionum, & laborum puritas denotatur,quia omnia propter Deum faciant & nullus adsit fucus falsæ sanctitatis. ¶Montibus hisq; sedens Dominus. Quia ani-
Sap. 7. ma iusti sedes est sapientiæ,& filius Dei est sapientia, & uirtus Dei patris. ¶Circuit. Vt perficiat imperfectos, & rursus circuit, munitione protectionis gratiæ suæ. ¶Mœnia chara. Præcipuos sanctos, & excellentiores cæteris, quos suprà diximus montes vocari. ¶Ab initio & usq; in æuum æternum. Est enim ipse Alpha, & omega: prin-
Apo. 21. cipium, & finis, coronaq; omnium sanctorum. ¶Sortem iustorum. Super partem, & hæreditatem sanctorum qui in sortem,idest hæreditatem Domini vocati sunt, antiquitus plerùmq; hæreditas sorte diuidebatur,
F iccircò præualuit usus,ut sors ipsa pro hæreditate ponatur,vt in libro Iosue,sic & Cato sapiens dixit. Quod tibi sors dederit, tabulis suprema notato. ¶Illa virga. Temporalis malorum potestas,qua & Pilatus intumescens, Domino Iesu dixit. An ne-
2. Mac. 7. scis,quia potestatem habeo crucifigere te: & pote-
Exod. 13 statem dimittere te? ¶Terret eos. Non omnes,sed infirmos adhuc, uel omnes, qui & si non timeant sibi ipsis, timent alijs. ¶Peccantum. Nam interdum, & bonis datur mundana potestas ad solatiũ piorum, & ad impiorum terrorem. ¶Nunc. In præsentis vitæ tempore. ¶Debita. Vobis aut ad correctionem,quia nemo sine crimine viuit.Deus
Prou. 3. verò omnem filium, quem diligit corrigit, aut ad perfectionem, si tam grauia non adsint crimina. ¶Fasces. Idest impias potestates, quę fascibus,idest

Nam quæcumq; fluunt Euris perflantibus orbem,
Hæc eadem refluunt flante Aquilone graui.
Fluxilis est omnis possessio diuitiarum:
Instabilem nummum forma rotunda notat.
Sed neq; tam temerè Domino cuicumq; relicto
Fidendum est homini, quem tegit ægra caro.
Est & arundineus baculus, qui frangitur ipso
Pondere, nitentis perforat atq; manum.
Sed neq; principibus summis fiducia tuta.
Nempe volubilibus quæ valet esse fides?

Fidendum est cœli Domino, terræq; marisq;
Vnde salus ægris sola venire potest.
Nam qui confidunt in eo, certissima habebunt
Auxilia: vt possint perseuerare gradu.
Qui Domino fidit, stabilis, firmusq; manebit.
Mole sua ingenti mons stat vt ipse Sion.
Quiq; Hierosolymis habitat, sit pectore firmo:
Vis illinc vnquàm nulla mouebit eum.
Stant circum stabiles, celsoq; cacumine montes,
Quos pro perpetuis vrbs habet aggeribus.
Quàm pulchri montes; quã magna mole,grauesq;
Frugiferi, aerij, candida dorsa tenent.
Montibus hisq; sedens Dominus regnator olympi
Circuit hæc populi mœnia chara sui.
Sicut ab initio, sic & modò; sic & in æuum
Æternum; solymam proteget vsq; suam.

Namq; super sortem iustorum non erit illa
Virga relicta diu,quæ modò terret eos.
Ad modicum iusti virgam sufferte potentum.
Peccantum semper non erit illa manu.
Prò disciplina, quæ nunc est debita vobis.
Virgarum fasces impia dextra tenet.
Ast aderit tempus, cum fasces igne cremabit:
Confringet baculos, omne leuabit onus,
Ne baculum,aut virgam si semper haberet iniquus
Iusti prætendant ad scelus omne manus.
Forsitan impatiens animi concluderet ira
Hęc secum; me me quid iuuat esse bonum?

terrenis

A

Cum malus æterno præpollens floreat æuo?
Extendatq; manus semper ad omne nefas?
Opprimat insontes? venetur & improba lucra?
Diripiat prædam, placet & inde Deum.

terrenis honoribus delectantur. ¶ Baculos. Crudeles iudices, qui baculis abutuntur ad macerandа corpora sanctorum. ¶ Onus. Subiectionis quod factum sub Constantino magno gauisa est Ecclesia. ¶ Ad scelus omne. Quasi malè potestates placerent Deo, ex quo tam diu illas permitteret, nec enim est potestas, nisi à Deo. ¶ Esse bonum. Q.d. nihil hoc & nostris temporibus sæpè dicunt impatientes, qui non attendunt finem rerum, & personarum, qui longe diuersus est, etenim qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; qui verò mala in ignem æternum. ¶ Aeterno æuo. Idest longo tempore, neque enim in æternum viunnt impij. ¶ Semper. Ex hoc damnatur pertinacia. ¶ Omne nefas. Absque ullo discrimine & amoto omni timore Dei, & hominum. Vnde & sapiens dixit. Quia non cito profertur contra malos sententia, icciredò absque timore filij hominum perpetrant mala. ¶ Improba lucra. Qualia sunt fœnoris. ¶ Placet. Sic illi forsitan videtur. Cæterum dicit sapiens. Qui offert sacrificium de rapina; perinde placet Deo ac si mactaset filium in conspectu patris. ¶ Ibo & quam. Pessima est hæc cogitatio, quam non, nisi desperati exequuntur. ¶ Pietate. Diuini cultus, & sanæ religionis, & timoris Domini. ¶ Impius. Infidelis. ¶ Absit. Optima correctio. ¶ Danda pijs. Cum dicetur eis in nouissimo die. Venite benedicti. &c. ¶ Malis. videlicet, Ite maledicti in ignem æternum. & cæt. ¶ Patientes. Nam omne tempus humanæ vitæ quàmuis longissimum; æternitati comparatum exiguum est. ¶ Vestra. Voluntas. Vnde & quotidie dicimus in oratione Dominica. Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Idest sicut in Angelis, ita & in hominibus. ¶ Leniat. Pectora nostra Deus beneficia nobis conferendo. ¶ Emendet. Corrigendo. ¶ Soletur. Prosperis. ¶ Arguat. Aduersis. ¶ Aurum conflet Igne tribulationis. ¶ Et expurget. A sordibus peccatorum. ¶ Bene. s. Fecit Deus etenim siue plectendo siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, vt uita hominum corrigatur. ¶ Impleat. Vtramque dotium conuenientibus sibi diuitijs. ¶ Euacuet. Vt Iob. cui una die regiæ opes sublatæ sunt cum ipsis filijs. ¶ Lustret. Lumine gratiæ suæ. ¶ Obumbret. Illam subtrahendo ad tempus vt humanam etiam nobis inesse fragilitatem cognoscamus, & humilius, atque patientius alter alterius onera portemus. ¶ Lætus. Quando nos benè gerimus. Tunc enim blandus est nobis pater vt docet Ambrosius. ¶ Iratus. Quando perperàm agimus. Tunc enim seueri iudicis partes in nos assumit. ¶ Cuncta benè. Nam iustus est Dominus: & rectum iudicium eius. ¶ Exerceat. Hinc dicit Augustinus, non sine causa prauos tolerari. Nam aut ideo toleratur malus, vt conuertatur; aut ut per eum bonus exerceatur. ¶ Impia virga potens. Idest impiorum terrena potestas. Qua vitur Dominus pro virga correctionis nostræ, vt suprà dictum est. ¶ Cuncta benè. Quia nouit medicus, quæ vulnera sint oleo linienda, & quæ ferro abscindenda, vel igni exurenda. ¶ Excussa. De manibus. Lege hystoriam Paulini Nolani episcopi. In qua inuenies flagellum, quod regi Gottorum datum fuerat in Christianos: ad preces Paulini & aliorum episcoporum in matutina uisione fuisse subtractum. Vnde & paulo post, ille rex mortuus est. ¶ Nouas. Magnas, & asperas in propriam perniciem. Quia malo animo executi sunt diuinam sententiam, & abusi fuerunt tradita sibi potestate in bonorum correctione; & quia sibi ipsis vt superbi eam potestatem attribuebant, nec à Domino Deo recognoscebant eam. ¶ Sapiens opifex. Qui etiam ex nostris malis bona nouit elicere. ¶ Bene cum, red. Quia timentibus Deum omnia cooperantur in bonum. ¶ Rectis corde. Qui rectam habent intentionem. ¶ Bonisq; simul. Quia non sufficit bene uelle, nisi quisque studeat, & benè facere. ¶ Varios. Instabiles, & animo leues. Qui vellent, & nolent seruire Deo. ¶ A tramite recto. A semita mandatorum Dei. ¶ Praua vincula. Peccatorum. Vt alibi etiam dixit hic uates. Funes peccatorum circumplexi sunt me. ¶ Sponte. Quia nemo cogitur peccare, nisi velit. Nec est peccatum vt (ait Augustinus) nisi voluntarium. ¶ Apponat. Adiungat supradictos varios, & inconstantes. Non enim potest ullus duobus Dominis seruire, maximè Deo, & Mammone. ¶ Paxque bona. Non ea, quam mundus dat, sed quam Christus reliquit discipulis suis. ¶ Infrà. Spiritus ad carnem, quia pugnant inuicem. ¶ Suprà. Spiritus ad Deum, quia interdum uictus ab illecebris carnis peccato consentit. ¶ Pax intus. Rationis & appetituum, & affectuum intra se aduersantium; & extra, cum proximis maioribus, æqualibus, & inferioribus.

Eccl. 8.

Eccl. 34.

Matt. 25.

Luc. 25.

Ibo, & quàm frustra tenui pietate relicta
Impius efficiar, sanguineusq; latro.
Absit ab electis hęc desperatio praua,
Sors bona danda pijs; sorsq; cruenta malis.
Este precor iusti patientes tempore paruo;
Sitq; voluntati subdita vestra Dei.
Leniat, emendet, soletur, & arguat aurum
Conflet, & expurget, dicite cuncta benè.

B

Impleat; euacuet, seu pectora lustret, obumbret
Lætus & iratus; dicite cuncta benè.
Sique volente Deo, nunc vos exerceat illam
Impia virga potens: dicite cuncta benè.
Namq; aderit tempus, cum virga excussa nocentũ
De manibus flammas est alitura nouas.
Tu sapiens opifex benè fac hæc cuncta redire
In lucrum rectis corde, bonisq; simul.
At declinantes varios à tramite recto,
Prauaque nectentes vincula sponte sibi.

C

Apponat Deus his, qui operantur iniqua dolosè,
Pax super Israel inclyta, paxque bona.
Integra pax, infra, supra, pax intus, & extra,
Dum sumus in castris, non valet esse modò.
Vndique confectis bellis, castrisq; relictis;
In Solyme superа pax erit alma pijs.
Aurea pax Christus: Deus est pax optima nobis;
Pax facie ad faciem nostra videre Deum.

CVM mala durarent diuturni tempora belli. Militiam esse vitam hominis super terram sæpè dictum est ex diuinæ scripturæ autoritate. Et quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Idest contra solos homines. Sed aduersus malignas potestates aeris huius. Quæ quantò velociorem cernunt cursorem in uia mandatorum Dei; tantò maiori nixu conantur ab incepto cursu, aut fraudulenter peruertere, vel violen-

ter

D ter exeuere. Euenit ergo in tam longo bello, & multis prælijs multos incautos ab inimicis intercipi, qui captiui carceribus duris mancipantur: nec inde unquàm eximi possunt, nisi à Domino Nostro Iesu Christo violenter extrahantur, de quorum liberatione ualde lætatur Ecclesia, & inde cantica laudum & gratiarum actionis victori

ODE EX PSALMO CXXV.

In conuertendo.

CVm mala durarent diuturni tempora belli,
Et fierent dura prælia multa manu.
Contigit, vt multi transfixi pectora telis
Præ rabie terram mordicùs appeterent.
Saucia vulneribus quàmplurima turba recéptis,
Quique pusillanimes terga dedere metu.
Heu miseram sortem; captiui in vincula tracti,
Sunt omnes tetris carceribusq; dati.
Languida iamq; fame uix ossibus ossa solutis
Hærebant neruis, motaq; crura loco.
Ora situ tristi squallebant, arida fauces
Arcebatq; sitis: nec uia vocis erat.

concinit. Dicit itaque vates. ¶ Cum mala tempora. Quæ nobis mala uidentur. Quia in his grauia mala patimur. Alioquin omnia tempora vnisfoemia sunt & semper bona. Sicut & alia quæ à Deo creata sunt. Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. ¶ Telis. Peccatis lætalibus, quibus occiditur anima, cuius præcipua sedes est pectus. Propter scatutientes inde cogitationes. ¶ Præ rabie. Hi sunt desperati, qui cum Cain de misericordia Dei diffidunt. ¶ Mordicus. Ex hoc ostenditur pertinatia in malum. Quando potius mori uolunt, quàm relinquere peccatum. ¶ Pusillanimes. Vt Petrus, & Marcellinus Papa. Et mercenarij illi, de quibus in Euangelio dicitur, quod cum viderint Lupum uenientem fugiunt. ¶ Heu miseram sortem. Rectè gemit. Nec enim grauior Diabolo tyrannus ullus inueniri potest. ¶ In vincula. Quæ ex multiplicatione criminum producuntur. Et in dies magis constringuntur. Nec huius rei notitiam quispiam potest habere, nisi qui fuerit expertus. ¶ Carceribus. Tenebris, quibus obscuratio, ac intellectus. ¶ Fame. Verbi Dei,
E quod non permittuntur audire, & panis, qui de cœlo descendit. Cui dignè neque commuolcant quandiu iacent in peccato, retinentes peccandi voluntatem. ¶ Ossa. Animæ virtutes sunt. ¶ Neruis. Quibus instinctibus à natura insitis ad virtutem aliquando uetimus uolimusvè pungentibus. ¶ Crura. Affectus ad bene operandum. ¶ Loco. A priori consuetudine. ¶ Ora. Cordis appræhensiones. ¶ Situ tristi. Desuetudine bonarum inspirationum, quæ per uisitationem Domini, atque Angelorum ante fieri solebant. ¶ Sitis. Sapientiæ defectus, & gratiæ spiritalis. ¶ Vocis. Ad laudandum ut prius. ¶ Pallentes umbræ. Iuxta illud Catonis. Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago. ¶ Phantasmata uana. Propter uanas illusiones, quibus multis eluduntur peccatores. ¶ *Non poterant.* Ob malum habitum, qui quodammodo facit hominem in alteram naturam transire. Tunc enim homines

Pallentes umbræ, quædam fantasmata vana
Esse videbantur, quæ sopor altus habet.
Non poterant querulas ad cœlum tollere voces:
Clausaque nec solitos edere lingua sonos.
Nec poterant plangi deuinctis pectora palmis;
Constrictis pedibus nec pauimenta teri.
Vix gemitus tenues reddebat anhelitus æger:
Lumina lachrimulas vixq; cauata dabant.
Auxilium toto terrarum nullus in orbe,
Vel minimum miseris qui dare posset, erat.
Nec tristes vllus solator amicus adire
Permittebatur, verbavè missa dare.
Hostis atrox, asperq; minis, & verbere torto
Quotidie absterrens solus adibat eos.
Orabant mortem, miseris solamen amarum,
Nec poterant, illa diffugiente, mori.

mutos, & surdos reddit Diabolus in his, quæ cernit ad eorum salutem spectare. Cuius rei habemus exemplum in Euangelio. ¶ Querulas voces. Pœnitentiæ, quales habemus in vii. Psalmis pœnitentialibus. ¶ Solitos sonos. Confessionis peccatorum, & laudum, gratiarumque actionis. ¶ Plangi. Percuti more publicani dicentis. Deus propitius esto mihi peccatori. ¶ Pauimenta teri. Pro genuflexionem deuotam. Sed neque ad ipsum templum accedere, indutus pauimento cernui prosternimur. ¶ Gemitus tenues. Exiles ex vocis defectu. hoc solum miserorum erat solatium, ingemiscendo diuinam implorare misericordiam. ¶ Nullus. Super terram enim non est potestas quæ Diabolicæ comparetur potestati, quando à Domino laxæ illi sinuntur habenæ. ¶ Vel minimum. Hinc alibi dixit. Frater non redimit, redimet: homo, F q.d. non. verè enim nisi redempti fuissent illi sicut & nos à fratre humanæ naturæ. D. N. I. Christo, à nullo alio poterant redimi. ¶ Amicus. Homo fortasse, nec Angelus, qui à tam multis scelêribus nostris offensus zelo Dei iratus à nobis recedit. ¶ Verbavè missa dare. Quod fieri solet à concionatoribus uerbi Dei. Quorum hora tunc adhæret palato iubentur, quando plebs tota exasperata est. ¶ Hostis atrox. Diabolus sæuus nimis. ¶ Verbere torto. Flagello curarum ex peccatis insurgentium. Afflictionum, anxietatum interdum, & miseriarum, quibus peccatores anguntur, ut vel sic à peccatis resurgant. ¶ Solus. Ne à circumstantibus posset teneri, uel ad misericordiam commoueri. Vel quia ne mini etiam coniuncto fidunt Tyranni. ¶ Solamen amarum. Quia peccatores in peccato morientes sunt ad grauiora supplicia transituri. ¶ Diffugiente. Eo quòd Dominus illos adhuc ad pœnitentiam expectaret, uel nolebat aliis exemplum esse miseriæ, quo cautiores redderentur. ¶ Semianimes. Quia uiuebant vita naturæ. Defuncti gratiæ uita. ¶ Humanæ opis. Homo quidem suapte cadit in foueam peccati: sed sponte nequit inde resurgere. Nisi Domino Deo dante manum. ¶ Inuictum Ducem. Dominum nostrum victus aufugit.

Semianimes igitur languebant corpore fracto.
Humanæ nec spes vlla dabatur opis.
Hos pater omnipotens tandem miseratus ab alto,
Inuictum supera misit ab arce Ducem.

¶ Ancipiti gladio. Verbi sui. ¶ Fortem fortior hostem. Hic tangitur illa parabola Euangelica, qua
Luc. 11. dicitur. Cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt omnia, quæ possidet. Quod si fortior illo superueniens vicerit eum, arma diripiet, in

quibus

Ancipiti gladio qui fortem fortior hostem
Perfusus multo sanguine strauit humi.
Prostratum raptis violenter & exuit armis:
Ferrea deinc collo vincla reiecta ligant.
Seruari proprio vinctum iubet atque triumpho,
Cum spolia in cœlum victor opima fieret.
Intereà fusis imæ custodibus arcis.
Cardinibus moræ procubuere fores:
Ingreditur latè multo spectabilis auro
Victor ouans: nitido lumine cuncta replet.
Vincula cuncta iubet tolli; solatur & ęgros.
Sydereo aspectu, colloquioq; fouet.

quibus confidebat, & spolia distribuet. Fortis ille Diabolus, est qui humana negligentia factus est fortis. Fortior illo Dux hic inuictus D.N.I.Ch ri. ¶Multo sanguine. Proprio in passione fuso. ¶Strauit humi. Per suam patientiam. ¶ Armis. Quæ sunt fraudes, doli, malitiæ, laquei, rapinæ, & violentiæ, & concupiscentiæ, & uariæ nocendi artes. ¶ Vincla. Extenuatio potestatis est. ¶ Proprio triumpho. In suo ad cœlum ascensu. ¶ Spolia opima. Quæ dux piorum, impiorum Duci detraxit. Hæ sunt animæ iustorum, quæ à morte Abel usti usque ad descensum Domini Iesu Christi in sinu Abraæ apud inferos detinebantur captiuæ. Sunt & animæ omnium baptizantur, & per ueram pœnitentiam post peccatum transeunt ad gremium sanctę matris Ecclesiæ. Quia omnes à Dœmone fuerant ante possessæ pars vitio primi parentis, & altera pars proprio peccato. ¶Intereà. Dum esset apud inferos. ¶ Procubuere fores. Idest patuere aditus reiectis inde Dæmoniis. ¶Multo auro. Non pueriliter hoc intelligendum est de ueste aurea, qualem induuntur nostri reges, cum in aliquam urbem præcipuam ingrediuntur. Sed de illa magna Charitate, qua nulla ma ior esse potest, ut Dominus pro seruis animam posuerit. ¶ Vincula cuncta, Peccatorum.s. De quibus suprà dict um est. Quia unusquisq; funiculis suis constringitur. Vnde & Apostolis data est potestas non solùm ligandi, sed & ligatos soluendi. ¶ Colloquioq; Blandæ salutationis. ¶ Nimis. Blandus, quàm soleant esse humani principes erga subditos. ¶ Pauidos. Præ nimio gaudio. N am & ipsum quendam pauorem prima fronte i nducit. Maximè quando quispiam se se indignum tan to bono existimat. Exemplum in Simone Petro, qui stupens, & pauens in captura tantorum pisciu m procidit ad genua Iesu dicens. Recede à me Domine, quia homo peccator ego sum. Vnde & illi fuit responsum. Noli timere, ex hoc enim eris homines capiens &c. ¶ Tactu. Fide Iesus tangitur. ¶ Direptis demum spolijs Quę sunt animæ sanctorum olim à Lucifero possessæ siue in hoc sęculo quandoque peccatores, siue in inferno in sinu tamen Abraæ. ¶ Viritim distribuit. Vt puta, Romanos Petro Apostolo Græcos Paulo, VII. Ecclesias in Asia Ioanni. Liciam & Achaiam Andreę, Aethiopiam Mattheo. Indiam Thomę. Et ipsam Iudeam Iacobo, alijsque Apostolis & Discipulis, alias orbis prouincias. Et rursus uiritim, animas quę fide ardenti prępollerent Petro uoluit esse subiectas. Quę speculatione cœlestium Ioanni, quę deuotione peculiari Iacobo. Et ita de reliquis aliqua particulari virtute pręstantibus, vt cęteris Apostolis eadem virtute pręditis subessent. Hoc est etiam in aliquam ex XII. tribubus spiritalibus transire. ¶Patriam. Ad Ecclesiam primùm militantē in terris, Deinde triumphantem in cęlis. ¶ Redit. Tertia die resurgens à mortuis. ¶Sioneos captos. Etsi de ijs, qui ex Babilonica captiuitate sub Cyro rege Persarum redierunt in Iudęam duce Zorobabel, ad literam quę in hoc psalmo canuntur, possint intelligi. Aptius tamen ijs conueniunt, qui ex limbo quadam superiore inferni parte, quę & sinus Abraę vocabatur, à D.N.I.Ch. fuerunt educti ad regna cœlorum. Moraliter etiam congruunt illis, qui per infidelitatem carcere prauæ religionis tenebantur in idololatria à Dęmone captiui, nec non & temporibus nostris, qui per peccatum in carcere male conscientiæ tenentur adhùc inclusi, siquando ab ipso Domino visitati fuerint & illustrati, Indeq; deducti. Hac declaratione præmissa facilè quæ sequuntur intelligi possunt Ab vnoquoq; pro gustu suo. ¶ Iubila. Tanta est illa lætitiaque pristine captiuitatis. ¶Dulcibus modis. Modulatis uersibus. ¶ Inter gentes. Diuersarum orbis nationum, apud quas propagata est fides Catholica. Mortui pro nobis Christi passio, & eius subsecuta resurrectio, quæ est spes nostra. ¶Compita. Viarum sunt consortia. ¶ In his. Quos redemit, & ad patriam reduxit. ¶ In excelsis. Cœlorum, vbi super omnes Angelos est. ¶In imis. Terrarum.s. Nam & homines gubernat. ¶Magna. Opera, de quibus ipse ait. Opera quæ ego facio illa testimonium perhibent de me. ¶ Nobiscum. Grandem fecit misericordiam, qui pro peccatis merebamur æternam damnationem, & per gratiam suam nobis sempiternam donauit beatitudinem. ¶ Et alta cęlorum nos exaltando proueheret. ¶Lætantes. Ex tam grauibus eruti miserijs, & ad tātam fœlicitatem exaltati. ¶ Potentes. Aduersarios comprimere, à quibus ante perurgebamur, ¶ Deo. Et Domino nostro Iesu Christo. Qui dixit. Ecce ego vobiscū sum vsque ad consummationem sæculi. ¶ At tu perge Deus.

A

Matt.16.

B

Luc.5.

Dumq; nimis blandus pauidos complectitur oēs,
Saluifico tactu reddidit incolumes.
Direptis demum spolijs quæ cuncta virtim
Distribuit: patriam venerat vnde, redit.
Cumque Sioneos conuerteret ordine captos
Armipotens Dominus ductor, & acer eques.
Tum demum facti posito mœrore priori
Ceu consolati, læta corona sumus.
Iubila tunc animos, tunc exultantia replet
Corda pauor pulsans, mixtaq; lætitia.
Gaudia quæ sensim pertentant pectora, sursum
Scandunt: & replent dulcibus ora modis.
Linguaq; lætitia labijs exultat apertis:
Concinit atque nouos læta per ora sonos.
Tunc inter gentes per plurima compita dicent,
Magnus in his Dominus, magnaque fecit eis.

C

Magnus in excelsis Deus est, & magnus in imis;
Magnaque nobiscum. fecit & alta potens.
Lætantes igitur facti sumus: atque potentes:
In medio nostri castra mouente Deo.
At tu perge Deus captam conuertere prædam,
Vt iam cœpisti, dirige corda precor.
Ac veluti gelido torrens Aquilone ligatus
Cum niuea glacie labilis vnda riget,

Matt.28.

D Deus, Verba psalmidici vatis hæc sunt. Præuidentis non modo inferni spolia direpta, sed & gentiũ captiuarum per idololatriam conuersionem, tũc futuram ad prædicationem Apostolorum Christi. Nos verò iamdudum factam cognouimus. Et quotidie in peccatoribus ad pœnitentiam conuersus fieri videmus, perseuerabitque vsque in finem sæculi, donec fuerit expletus numerus electorũ ¶ Ac veluti gelido. Pulchra comparatione penè ante oculos peccatorum conuersionem ponit. Per torrentem siquidem, rapidum generis humani fluxũ, à torpore segnitiei congelatũ significat, Per austrum verò ventum calidum & imbriferum Spi. san. innuit afflatum Cuius calore, pigriciei nostræ glacies est soluta, & corda humana sunt mitia facta. Aptaq; sermonibus Dei tamquàm seminibus, suscipiendis alendis & fructificandis. ¶Oppositis oris. A meridionali plaga quæ boreali opposita est. ¶ Imbre. Cœlestis gratiæ. ¶Calore. Feruore Charitatis, diuiniq; amoris. ¶ Nos. Peccatores. Quis est enim, qui aliquando non peccet? Cum teste Ioanne. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. ¶ Ven. aquil. procel. A segnitie procedens tentatio. Quę tantò magis obest, quantò minus cauetur. Nec animaduertimus inertes, donec in aliquod facinus pessimum deciderimus. ¶Hiems. Torpor hiemalis, nam illo tempore cum penè nihil foris propter frigus agi possit, mos est luxui, & deliciis vacare. ¶ Verba. Tuę legis, quibus mandatur, vt vigilemus, & oremus ne intremus in tentationem, & ut à crapula & ebrietate abstineamusne, grauentur corda nostra. ¶Fluxere. Prius per mentes nostras, & deductæ sunt ad opus: deinde & ad aliorum notitiam per doctrinam ad exemplum. ¶ Vincta. Alligata. Neque enim doctor, qui seipsum non docet, audet alios docere: metuit quippe, ne sibi dicatur Medice cura teipsum. Nisi fortassis existat hypochrita, aut simulator probitatis. ¶ Statim. Quia peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas&c. ¶Spiritussanctus excellens Cæteros Spiritus, Angelicos, humanos & multo magis iniquos. ¶ Perflauerit. Vt propheras antiqui & noui testamenti. ¶Soluentur, Vt iterum fluant sicut & ante solebant. ¶Imbrifer. Hinc dixit Dominus. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in æternum: & rursus. Flumina de ventre eius fluent Aquæ uiuæ. Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eo. ¶ Vehemens. Vt in Actuum Apostolorum. Et factus est repentè de Cœlo sonus tanquàm aduenientis Spiritus vehementis. ¶ Feruidus æstu. Hinc legimus duos ex discipulis Domini dixisse, nonne cor nostrum ardens erat in nobis in uia, dum aperiret nobis scripturas? ¶Sicca. Humore gratiæ, ¶Frigida. Per obstinationis duritiam, qua & corda dicuntur Lapidea atque ferrea. ¶ Torpida. Expositio est superioris sententiæ. ¶ Perge igitur. Exhortatio est ipsius vatis Dauid tamquàm patris. ¶ Victor. Christe per excellentiã. ¶Captam. Prædam Triplicem vt dictum est suprà. ¶ Repetendo. Quia inde descendit noster homo interior. ¶Noualia Gentium corda, & peccatorũ, qui nuper ad fidem Christi transmigrarunt. Et qui ut exules redierunt. Per pœnitentiam ad patriam. ¶Aggeribus ripæ. Molitiones Dœmonum, quas cordi circõstruxit, ne ex peccatis eorum exiremus. Quæ sunt difficultates instantes, vt nimia paupertas furi, multitudo filiorum. Et consuetudo ludendi Vel saltandi, ducendiq; Choreas Nonnullis consuedo, vel metus solitudinis, prohibet ne ex peccato exeant. ¶Aqua, Lachrimarum ¶ Duras glebas. Metaphorice dura corda, & mentes pertinaces. ¶ Ferro. Idest Vomere verbi Dei. ¶ Agricolæ. Prædicatores, & cæteri patres spirituales. ¶Lætus ager. Lectus conscientię, nostræ. ¶ Noua. Idest renouata corda, uel pectora. ¶Iriguas lachrymas. Quibus irrigabuntur, fluente in ea Spiritus sancti gratia. ¶ Compuncti cordis. Hoc est sacrificium gratum Deo, ¶ Modò. Nunc enim dum uiuimus in hoc sæculo vtiliter penitendo flere possumus. Nam qui distulerit pœnitentiam in alio sæculo, flebit quidem, sed inutiliter. Erit enim ibi (vt dicitur in Euangelio) fletus & stridor dentium. ¶ Vt proceres. Patriarchæ, prophetæ, & nouissimè Apostoli. ¶ Per inhospita tecta. Hospitibus crudelia. ¶ Lachrimarum flumine largo. Nec enim pro solis peccatis nostris flendum nobis est. Sed & pro alienis. Sicut & Dominus Iesus pro Iudæorum, & pro totius mundi peccatis fleuit in Cruce, & exauditus est pro sua reuerentia vt docet Apostolus. ¶Seminibus. Virtutum, & bonorum operum, quæ Deus ipse latenter serit in mentes hominum. ¶Vos quoque degeneres. Minores omnes alloquitur, & præcipuè nos inertes, qui manibus sub asella positis per ignauiam oscitantes uellemus absque labore celum conscendere. ¶Euntes. Viam huius vitæ. ¶ Ibant. Proficiendo in melius. ¶ Semina Fidei. Et hæc maximè ad Apostolos referenda sunt.

Matt.24. Joann.4. Act.2. Luc.24. Matth.8. Heb.5.

E F

A soluitur appositis cum flauerit Auster ab oris
Imbre rigans terras, cuncta calore fouens.
Nos siquidem strauit ueniens Aquilone procella;
Frigore præ duro nostro nosq; ligauit hiems.
Verba tuæ legis rapidi torrentis ut unda,
Quæ fluxere prius, uincta fuere statim.
Spiritus excellens at si perflauerit intra
Pectora: soluentur verba ligata tua.

Imbrifer est etenim, vehemens, & feruidus æstu,
Pectora sicca rigat: frigida corda fouet.
Torpida quæque prius Borea spirante rigebant,
Instar torrentis currere verba facit.
Perge igitur victor captam conuertere prædam,
Torrentis rapidas vertit vt Auster Aquas.
Vt patriam tecum repetendo noualia fractis
Aggeribus ripæ, quæque rigemus Aqua.
Tum poterunt duras Ferro proscindere glebas
Agricolæ: fiet tum quoque lætus ager.
Sic noua corda tui proscisaque vomere verbi.
Irriguas lachrimas tum liquefacta dabunt.
Compuncti cordis rorantia lumina cernes,
Tum dices illis, lumine flete modò.
Tum miseratus eos dices: nunc tempora flendi,
Quæ malè patrastis, lumina flete modò.

Qui lachrimando serunt mortalia pectoris arua:
Exultando metent præmia magna polo.
Vt proceres olim per inhospita quæq; profecti,
Scindebant verbis Barbara corda meis.
Mollia quæ fuso lachrimarum flumine largo
Reddebant, nostris aptaque seminibus.
Vos quoque degeneres attendite; sicut euntes
Ibant, & flebant semina dum iacerent.

¶ Venere.

A

Post exultantes ad me venere, maniplos
Portantes multæ frugis utraq; manu.
Sic vos ô; segnes vel iam proscisa per arua
Tendite, quæ lachrimis sicca rigate nouis.
Vestra deinc flentes per agros iactate feraces
Semina: quæ larga spargite multa manu.
Nam quicunque serit digitis sua semina parcè
Restrictis; parcè farraq; rara leget.

¶ Venere. Cum palmis martyrij ad regna cœlorũ. ¶ Multæ frugis. Animarum ad suam prædicationem conuersarum. ¶ Vtraque. Et quos conuertebant persecutionis tempore: nec non, & pacis aliquando interpositæ. ¶ Vel uos o segnes. Redarguuntur nostræ ætatis prædicatores, atque prælati non tamen boni. Quorum socordia multi fideles perduntur ex malis operibus, qui adhibita debita diligentia curari possent: ¶ Proscisa per arua. A nostris antecessoribus ad fidem, & religionem Christianam præparata, iamque baptizata, sed propter mala eorum opera à Dei gratia pœne derelicta. ¶ Sicca. Defectu aquarum gratiæ spiritalis. ¶ Flentes. Præ compassione errantium. ¶ Agros feraces. Pectora sunt verè pœnitentium. Plerumque enim vbi abundauit delictum, superabundat & gratia. Vnde & Apostolus Paulus super omnes dicit se laborasse, quia meminerat etiam omnes se peccasse. ¶ Larga manu. Non solum uerbali exhortationi, sed & manuali bonorum operum exemplo. ¶ Parcè. Hoc ex Apostolo sumptum est. Qui dicit. Fratres, qui parcè seminat, parcè & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Idest in qua mensura mensi fueritis elemosinas dando & cætera pietatis opera faciendo, in eadem mensura remetietur vobis in reddenda mercede. ¶ Flentes. Cum flentibus compatientes miserijs eorum, non autem ex tristitia dantes Elemosinam, quia hilarem datorem diligit Deus. ¶ Mox operite. ¶ Vt nesciat sinistra id quod facit dextra, ne quod foris ostenditur, intus è mercede euacuetur. ¶ Volucres cœli. Dæmones per asseclas suos guatones, atque adulatores ad captandam inanem gloriam ex operibus bonis vos prouocantes. ¶ Adaperta. In manifestum facta: vt appareatis coram hominibus. ¶ In ventum. Nam in die retributionis dicetur uobis. Amen dico vobis, recepistis mercedem vestram. ¶ Non mihi se pauper. Incipit hic confutare vanas excusationes, quibus plerique vtuntur ne faciant elemosinas, & alia pietatis opera. ¶ Paupertas. Palliata excusatio prætensæ paupertatis. ¶ Amorem. Desiderium benè faciendi cum non possit. ¶ Vnde Sareptanæ. Confutatio: nam & vidua sareptana cum non haberet, nisi pugillum farinæ. Quo ipsa cum filio ante mortem refocillaretur. Et tamen inde prius Heliæ panem subcinericium fecit. Quæ subinde adeò creuit, vt cum tota familia tribus annis aleretur ex eo. Nota est hystoria. ¶ Zachæi. Qui ut habetur in Euangelio erat diues, & princeps publicanorum. Hic cum excepisset Dominum in domo sua, fecissetq; illi prandium magnum, stans dixit. Domine Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quem defraudaui, reddo quadruplum. ¶ Aera minuta duo. Quæ faciunt quadrantem ex nostris obolis. Dicitur in Euangelio. Cum Dominus intueretur quandam oblationem fieri in templo. Et multi diuites multam pecuniam iactarent. Videns viduam pauperculam, offerentem duo minuta, dixit discipulis suis. Hæc vidua plus omnibus misit. quia hi omnes ex abundanti sibi miserunt, hæc autem habuit dedit. ¶ Matthæi conuiuia. Et hystoriam habemus in Euangelio. Vbi scriptum est, Quia cum vidisset Iesus publicanum in Telonco sedentem Matthæum nomine dixit illi sequere me. Isque statim relictis omnibus secutus est eum. Deinde & fecit ei Matthæus conuiuium magnum in domo sua. ¶ Gelidæ Aquæ. Et hoc monuit Dominus Iesus dicens. Siquis dederit Calicem Aquæ frigidæ in nomine meo, non perdet mercedem suam. ¶ Prompta voluntas. Dandi si haberes. Nam & Angeli cecinerunt in Natiuitate Domini. Gloria in excelsis Deo: & in terra pax Hominibus bonæ voluntatis. Quia (vt docet Gregorius) si animus plenus est, nunquam manus vacua esse potest à bono opere. Sit Charitas. Quæ cæteras in se virtutes compræhendit. De qua dicit Apostolus. Habe Charitatem, Et fac quod uis. Est autem Charitas dilectio Dei, & proximi. Vnde & plenitudo legis dicitur. Charitatis præconia, & excellentiam docet Apostolus in illa Epistola. Si linguis hominũ loquar & angelorum &c. ¶ Fatiscet. Effugiet, & ibit in nihilum. ¶ Lumina, & crura ferant. Ista duo simul & facta fuisse legimus. Nam quidam cæcus lumine & fortis robore Circunferebat claudum utroque pede, à quo supereminente dirrigebantur gressus eius. ¶ Pro baculo iuuc. seni. &c. Et hæc duo quotidie fieri videmus. Nam (vt ait Ambrosius) optimè conueniunt Iuuenes, atque Senes. Illi ministerio iuuant, & hi doctrina & exemplo conferunt. ¶ Omnia sunt operum bonorum semina. Quæ ad duo genera reducuntur. Corporalium scilicet, atque Spiritualium. Quæ ijs duobus versiculis comprahenduntur. Visito. po-

Rom.5.
2.Cor.9.
Matth.7.

Spargite verborum flentes, operumq; bonorum
Semina; quæ cauta mox operite manu.
Ne volucres cœli comedant adaperta voraces,
Et labor in uentum vester hic omnis eat.
Non mihi se pauper quisquam retraxerit inde
Excusans tacito murmure seruus iners.
Non habet vnde suum paupertas pascat amorem,
Quidue dabit misero pauper egenus inops?
Vnde sareptanæ puluisculus ille farinæ.
Affuit? vt vati parua placenta foret?
Si nec opes adsint, aut publica lucra Zachæi,
Esse tamen poterunt æra minuta duo.
Si neque Matthæi conuiuia Lauta parare,
At calicem gelidæ porgere quibis Aquæ.
Si nihil omnino tibi sit, sit prompta voluntas,
Dulcis & affectus, sit Charitatis amor.

B

3.Reg.17
Luc.4.
Luc.29.
Luc.21.
Marc.2.
Luc.5.
Mar.9.

C

1.Cor.13

Sit Charitas; mox excusatio vana fatiscet:
Munera quæ donet, mens pia semper habet.
Lumina sunt fronti, quæ cæco commodet alter,
Imbellem, & claudum fortia crura ferant.
Pro baculo iuuenis seniori, sitq; iuuentæ
Optima viuendi forma senile caput.
Auris eris surdo; manco manus; hospes egeno;
Solamen vincto; languida membra foue.
Si tibi consilium, doctrina de moribus apta,
Aut aliqua solers arte peritus eris.
Sunt fatui, ignari, rudium quoque plurima turba:
Consilio, monitis, qua potes arte iuua.

D to : cibo : redimo : tego , colligo : condo . Consule : parce : doce ; porta : solare : fer ; ora. ¶ Veteres heroas. Sanctos patriarchas, & vates antiqui nouiq;. ¶ Anfractus. Erumnas, atque perturbationes à persecutoribus concitatas. ¶ Per mala multa. Tormenta , atque passiones huius sæculi. Quæ
Rom.8. tamen (vt dicebat Apostolus) non sunt condignæ ad futuram gloriam , quæ reuelabitur in nobis. ¶ Viæ. Vitæ præsentis. Qua peregrini tendimus in cœlestem patriam . Arentia pectora . Non tantùm propria , quantum & aliena , virtute , merito , atque exemplo. ¶ Vbique. Per omnes gentes , sine acceptione personarum . ¶ Semen suum , Fidei Christianæ , & prædicationis verbi Dei. ¶ Alacres. Expleto cursu laborioso huius miseræ, & erumnosæ vitæ. Et confecto certamine militiæ huius sæculi , parta victoria tendunt ad palmam cœlestis gloriæ : vbi laborum omnium est parta quies . Et pax æterna , gaudiumque immensum. ¶ Plenis maniplis . De quibus suprà diximus bonorum operum, & maxime gentium ad Catholicam Fidem conuersorum. Peccatorumq; ad pœnitentiam reductorum. Nam vt Iacobus ait Apostolus. Qui conuerti fecerit peccatorem à uia sua mala , lucratur animam eius ; & operit multitudinem peccatorum . ¶ Præmia magna. Ad quæ nemo potest peruenire , nisi per magnos labores.

Omnia sunt operum (quæ diximus) ista bonorum
Semina , quæ sulcis mandet amica manus.
Omnibus his constat veteres Heroas onustos
Isse per anfractus , per mala multa viæ.

Fletibus & largis arentia sæpè rigabant
Pectora : dum iacerent semen ubique suum.
Post alacres ad me plenis rediere maniplis ;
Quos ego suspiciens præmia magna dedi .
Sic, o; sic iuuenes veterum velut inclyta proles
Ite rigate genas, spargite semen humi.
Namque reuertentes , portantes atque maniplos
Excipiam lætos : largaq; dona dabo .

DENIQVE conuersi , mos est peregrinis , vt cum aliquem locum eminentiorem conscenderint , spectare versus patriam : quam vbi viderint , recreantur , & acrioribus stimulis accenduntur ad itineris prosecutionem, hunc morem seruant, & graduum cursores: nam cum legendo, vel interiori lumine contéplando, viderunt cœlestem Hierusalem, quæ lapidibus uiuis, idest sanctis hominibus quottidie ædificatur, ad prosequendum cursum in dies magis ac magis inflammantur, & maximè præcedentium exemplis , dicit igitur . ¶ Deniq; conuersi . Sanctorum antecedentium exemplo, qui Christum ascendentem secuti sunt. ¶ Monitisq; salubribus vsi.
E De quibus in præcedenti psalmo, vt bonis operibus iugiter intenti , non detractaremus magnos labores pati , vt ad magna præmia possemus peruenire . ¶ Vous . E sotijs, acutioris ingenij , vel Domini vates quispiam, quin &
Apoc.21 ipse Angelus, vt habetur in Apocalypsi, veni inquit, & ostendam tibi sponsam agni, &c. ¶ Vrbem . *Hierusalem*, idest Ecclesiam Dei, quæ ædificatur vt ciuitas: sicut in alio psalmo visum est . ¶ Præcinctam mœnibus. Mandatorum Domini, angelica atq; diuina custodia . ¶ Turribus . Excelsæ humilitatis, atq; mansuetudinis Christi, & discipulorum eius . ¶ In portis . Sacramentorum . ¶ Aggeribusq; procul. Vitis patrum exemplaribus præcipue antiqui testamenti . ¶ Aedificatur adhuc . Vt docent Apostoli Petrus , & Paulus in suis Epistolis . Dei ædificatio
. Cor.3. estis, Dei structura estis item, super quem lapidem
1.Petr.2. viuum, & vos coædificamini in domos spirituales. ¶ Feruntur. Per manus Angelorum, & sanctorum prælatorum. ¶ Viui . Homines vita gratiæ. ¶ Faber . Præcipuus Ipse Deus , tametsi Apostolus dicat, vt sapiens architectus fundamentum posui, videat modo vnusquisq; vestrum , quemadmodum
1.Cor.3. super ædificet . ¶ Arte , Quam ipse solus nouit . ¶ Polit . Aduersis superflua tollendo . & prosperis leuigando, malleo Diaboli, & membrorum eius , ¶ Rex Salomon . Christus uerè pacificus . ¶ Præfectos. Beatos illos spiritus secundæ hierarchiæ, potestates, principatus, & dominationes ; quos rebus humanis ipse præfecit , uel etiam præfectos homines, qui fidelibus præsunt . ¶ Pios. Idest benignos, atq; misericordes , & lenibus uerbis ad bonum allicientes, potiusq; duris exasperantes . ¶ Sollicitos . Anxios ex torpore fidelium, qui aliquando homi-
F nes in grauia inducit facinora . ¶ Immoderatè , Bono tamen zelo, & suprà quam hominum fragilitas ferre potest . ¶ Fabros . Prædicatores , atque prælatos, qui fabricæ spirituali præsunt , & in ea multùm elaborant . ¶ Imperiumq;. Hoc idem voce Beati Petri reprenditur, pascite (inquit) qui in
1.Petr.5. vobis est, gregem Dei prouidentes non coactè: sed, spontaneæ secundum Deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè : neq; vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo . ¶ Artifices. Pauperes animarum curatores, quibus interdum imponuntur onera, grauia , & importabilia à maioribus prælatis. ¶ Probiq;. Idest dulcedine dilectio
Prou.30. nis pleni , ne alijs imponant , quod sibi nolent imponi : nec extorqueant, quæ à se nolent extorqueri . ¶ Ne nimis exactos . Iuxta duo prouerbia . Qui nimis emungit , elicit sanguinem, & noli esse nimis iustus, quia is quandoq; in iustitia sua perit . ¶ Vestris viribus. Non enim
Eccle.7.
2. Cor. 3. sufficien-

ODE EX PSALMO CXXVI.
Nisi Dominus custodierit.

DEniq; conuersi , monitisq; salubribus vsi
Nitimur excelsos scandere mente gradus ,
Cum videns , vnus ait, præcinctam mœnibus vrbē,
Turribus in portis , aggeribusq; procul .
Ædificatur adhuc; lapidesq; feruntur ad illam ,
Vt cernis, viui; quos faber arte polit.
Rex Salomon in ea præfectos ore salutat
Pacificis verbis: quos monet esse pios .
Sollicitos siquidem præuiderat immoderatè
Verberibus duris excruciare fabros .
Sic moderatus (aii) vester labor, imperiumq; ,
Ne nimis artifices excrucientur, erit .
Sint exactores operum vigilesq; , probiq; ,
Ne nimis exactos enecet iste labor .
Sedula cura nimis uobis, alijsq; nocebit .
Nam moderata manent, immoderata ruunt .
Sed neq; fidendum vestris est uiribus vrbem
Hanc sine diuino condier auxilio .
Nam nisi per pulchri magni quoq; conditor orbis
Annuerit votis , prætuleritq; manum .

sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis tamquàm ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. ¶ Summam ædem. Ecclesiam fidelium, de qua suprà. Cura laborq;. Hominum. ¶ Quid prodest. Q. d. nihil. ¶ Incassum excubias. Frustra vigilias disposuerunt in locis oportunis. ¶ Atq; polum. Idest Ante ortum diuinæ lucis in cordibus nostris. ¶ Sederitis. Per humilitatis uirtutem. ¶ Quieueritis. A malis operibus. ¶ Gemunt. Ex peccatis

Nam nisi cunctarum summam ædificauerit ædem
Ille opifex rerum: cura, laborq; cadit.
Nam retrahendo manum, qui fabrefecit olympum
Anxia quid prodest sollicitudo virum?
Et nisi qui numquàm dormit, seruauerit vrbem:
Incassum excubias disposuere duces.
Surgitis incassum, roseis aurora prius, quàm
Luminibus terras sparserit, atq; polum.
Surgere nempe sat est præclaræ lucis in ortu
Postquàm sederitis, deinde quieueritis.
Quorũ corda gemunt, humeri sub pondere curui,
Sufficit, vt surgant sole oriente nouo;
Quiq; laborantes recreantur pane doloris
In matutina surgere luce sat est.
O sol iusticiæ gemitus iam respice nostros,
Cordibus in nostris exoriare precor.
Ecce laborantes Methaneæ pondere curui
Vescimur hoc duro pane doloris adhùc.
Sunt nobis gemitus, lachrimæ, suspiria panes,
Surgere nec lucem possumus ante tuam.

præteritis, hoc enim necessarium est, quia in quacumq; hora ingemuerit peccatũ suum peccator, dimittetur ei. ¶ Sub pondere. Grauissimarum iniquitatum, hinc & idem psaltes dixit, miser factus sum, & curuatus sum vsq; in finem, & rursus iniquitates meę sicut onus graue grauatæ sunt super me. ¶ Sole or. no. Noua gratia, & illustratione interiori procedente à sole iustitiæ Christo Deo nostro. ¶ Laborantes. In statu pœnitentiæ. ¶ Pane doloris. Et aqua angustiæ. hoc est illo ieiunio quod carinam appellant, debet enim dolere, quia per superfluas delitias in tam turpia ceciderunt scandala, quæ duris habeant expurgare ieiuniis. ¶ In matutina luce. Præuenientis gratiæ. ¶ O sol iustitiæ. Oratio in persona pœnitentium peccatorum; & cupientium à peccatis surgere: sed propriis viribus no valentium, quales, & nos sæpè sumus, & plurimos experti sumus. ¶ Methaneæ. Pœnitentes. Græca dictio qua & alii Christiani poetæ vsi sunt. ¶ Gemitus lach. susp. Sic & alibi. Quia cinerem tanquàm panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam, & iterum, laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratum meum rigabo, & rursus, fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte, &c. ¶ Ante lucem tuam. Nos miseri, spõte nostra cadimus in foueam peccati: sed inde surgere non possumus nisi Domino Deo leuante; qui interdum tardat auxilium, vt experiamur quantùm intersit inter famulatum Dei, & Diaboli: & quam leuius sit iugum Christi à tyrannide Luciferi, & ut deinceps libertatem nostram chariorę habeamus, & cautius nos agamus. ¶ Degeneres. Ab antiquis patribus ueteris, nouiq; testamenti. ¶ Humo. A cæno terrenarum voluptatum. ¶ Rex prudentissimus. De quo suprà dictum est. ¶ Sopore. Etenim preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, de qua infrà clariùs. ¶ Somno mortis. Nam mortui fideles appellantur dormientes, & à Domino, & ab Apostolo, & ab Ecclesia propter certissimam spem resurrectionis. ¶ Alta quies. De qua in Apocalypsi dicitur. Beati mor. qui in Domino moriu. Amodo iam di. Spir. vt requiescant à lab. suis op. enim illorum sequ. ill. ¶ Nocte. Temporis huius, & præsentis sæculi. ¶ Lucifer. Non stella, quæ solis ortum dicitur præcedere, nec malus Angelus: sed Christus Dominus, qui lucem patris fert secum; æternæ videlicet diuinitatis. ¶ Lustrarit terras. Apparitione sua cum venerit ad iudicium: nam vt ipse prædixit, sicut fulgur veniens ab oriente apparet vsq; in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. ¶ Adueniente. Die Resurrectionis æternæ, & sempiternæ claritatis, qui nulla nocte claudetur amplius. ¶ De stratis. Idest Sepulchris in quibus vsq; ad illud tempus quieuerunt. ¶ Domini sors. Hæreditas Domini, de qua alibi pater ad filiũ ait. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: hæc est fidelium Ecclesiã & sanctorum conuentus. ¶ Inclyta proles. Spiritualis per adoptionem progenies, quæ nascitur in baptismo. ¶ Corpora. Per resurrectionem renouata: nam oportet hoc corruptibile induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. ¶ Fulgidiora die. Etenim fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Domini, sicut habetur in Euang. ¶ Merces. Laborum, & maximè passionis eius. ¶ Gnati. Filij Dei Christi Iesu, qui fuit fructus ventris virginei beatæ Mariæ. ¶ Peperit sibi. Acquisiuit, vel genuit dum esset in Cruce: nam sicuti de latere dormientis Adam extracta est costa, vnde formata est Eua vxor eius, & mater cunctorum viuentium, sic de latere Christi dormientis in Cruce ductus sanguis, & aqua: vnde fluxerunt Sacramenta, quibus formata est Ecclesia mater cunctorum fidelium verè uiuentium, nunc vita gratiæ & deinceps æternitate gloriæ. ¶ Sanguine multo. Non hostili: sed proprio in Cruce fuso, quo redempti sumus. ¶ Aspera bel. Prelia, contra Iudæos, & dæmones. ¶ Victor ouans. Nam moriendo vicit & resurgendo, ascendendoq; triumphauit. ¶ Diues mercator. Christus quia in eo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. ¶ Inuisas. Non amplius visas. ¶ Merces. Immortalitatis, beatæ vitæ ac æternæ post resurrectionem gloriæ. ¶ Nostris cum vilibus istis. Infirmitatis, mortalitatis, miseriarumq; omnium humanarum exceptis peccatis. ¶ Intulit atq; polo. Pro ad polum. ¶ Legit. Procol.

Apo.14.

1.Co.15.

Matt.13.

Pectoribus nostris tandem exoriare precamur,
Surgere degeneres vt valeamus humo.
Cum superinfuso Rex prudentissimus inquit.
Sparserit hæc Dominus membra sopore leui.
Cum dilectorum dederit mortalia somno
Corpora; cum fessos fouerit alta quies.
Nocte procul pulsa radijs cum Lucifer ortus.
Lustrarit terras adueniente die.
Excita de stratis Domini sors, inclyta proles
Corpora corripiet fulgidiora die.
Hec siquidem merces erit optatissima nati
Virginei fructus ventris in orbe Dei.
Mercedem hanc charã peperit sibi sanguine multo
Aspera bellando prælia victor ouans.

Diues olympiacis veniens mercator ab oris
Inuisas merces hactenus attulerat.
Quas permutauit nostris cum vilibus istis
Intulit atq; polo victor ad astra volans.
Progeniem tantam sed quomodo legit in vnum
Gentibus è varijs stirps ea virginea?
Nonne vides arcum manibus? colloq; pharetram?
Aurea quam nectit fibula nonne vides?
Bissenæ graciles, intus tenuesq; sagittæ
Ferrea queis penetrat pectora, cuspis inest.
Sunt agiles, rectæ, solidæ, pennisq; decoræ,
Proceræ, & mira dexteritate leues.
Hæ nisi mittantur, remanere videntur inertes,
In rectum quouis conijciantur, eunt.

D Per collegit. ¶Stirps ea virginea. Fructus ille ventris Mariæ Virg. de quo suprà interrogatio hæc est vatis admirantis fidelium multitudinē. ¶Nonne vides. Diuina responsio. ¶Arcum. Diuinæ scripturæ, & prædicationis. Manibus. Ad operandum, vt uerbo, atq; exemplo prosit prædicator. ¶Pharetram. Prouidentiæ suæ in qua sunt designati qui, quot, & quales ministri verbi Dei, & in qua sunt ætate mittendi. ¶Aurea fibula. Et hæc sapientia moderatoris est. ¶Nonne vides. Oculis mentis; debet enim vates considerare, quia nouit ille magnus medicus qualem, & quàm congruis temporibus generi humano exhibeat medicinā. ¶Bissenæ sagittæ. Duodecim, sunt Apostoli prædicatores fidei, qui in vniuersum orbē tunc ostendebantur mittendi pro salute omnium populorū,
Esai. 49. & quòd sagitta significet prædicatorem, vide Esaiam siue de se in figura, siue de Ioanne Baptista in mysterio, seu potius de Domino nostro Iesu Christo dicentem, posuit me Dominus tamquam sagittam electam, & abscondidit me in pharetra sua. ¶*Graciles.* Ex frequentibus ieiunijs, & cæteris macerationibus carnis, hinc Paulus egregius prædicator dicebat castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. ¶Intus tenues. A vanis cogitationibus, & à prauis concupiscentijs atq; affectibus terrenarum rerum. ¶Ferrea cuspis. Mortificans homines peccato, & vitæ præteritæ. ¶Sunt agiles. Vt opportunè atq; importunè prædicent, vbi viderint expedire. ¶Rectæ. Nec ad sinistram neq; ad dexteram declinantes, seu regia via hoc est media incedentes per regulam iustitiæ. ¶So-
E lidæ. Per stabilitatem diuini propositi exequendi, non propriæ voluntatis, quæ mutabilis est. ¶Pennis. Amoris Dei, & proximi. ¶Proceræ. Quia mente altitudinem cœli petunt, versantur tamen in terris humana infirmitate circundati, & proximis prospicientes. ¶Et mira dexteritate. Considerantes semper, quis rebus dexter modus, est enim vera illa sententia, qua dicitur: Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines. Quos ultra citraq; nequit consistere rectum. ¶Leues. Non cerebro: sed ut celeriter huc, atq; illuc discurrant, impetum Spiritussancti sequentes,
Rom.10. vide acta Apostolorum. ¶Hæ nisi mittantur. Vnde & Apostolus quomodo (inquit) *prædicabunt, nisi mittantur?* ¶Videntur. Non tamen sunt: nam student, orant, & quodammodo reficiunt retia, idest se se præparant prædicationibus futuris. ¶In rectum. De quo suprà vel in rectum, idest recta intentione prædicant, ut placeat Deo,
Act.20. & prospiciant hominum saluti. ¶Quouis. Etiam ad barbaras atq; indomitas nationes, & si periculū vitæ ibi sit, non enim faciunt animam se se preciosiorem, vt de se dicebat Apostolus. ¶Missæ. Sicut antiqui Prophetæ, & Apostoli, cæteriq; discipuli Domini. ¶Incunctanter.

Cum fuerint dextra missæ armipotentis ab arcu
Absq; mora penetrant pectora & arma citæ.
Sic excussorum gnati quocumq; regantur
Incunctanter eunt ocius atq; volant.
Sunt excussores validi; excussiq; potentes:
Cum manus omnipotens excutientis adest.
Puluis vt excutitur pedibus, sinuosaq; vestis,
Saccus & implicitus, pectora sic hominum.
Excussis igitur patribus generosa creata est
Hinc manibus soboles excutienda Dei.

Absq; omni excusatione. ¶Arma. Nam & armati milites in ipso persecutionis feruore interdum leguntur esse conuersi, ut processus, Ac Martinianus ad exhortationem Petri, & Romanus Laurentij, & Porfirio dux cum ducentis militibus ad prædicationē Catherinæ Virg. item & arma Diaboli penetrant sagittæ Christi, quibus mēbra sua, idest impios munierat, ne facilè his uulnerarentur telis: sed frustra, quia omnia perforantur & cōfringuntur ab illis. ¶Excussorum. Idest prophetarum. ¶Gnati. Apostoli, cæteriq; noui testamenti concionatores, qui supra & sagittæ vocabantur. ¶Regantur. Pro dirrigantur à Spiritu sancto. ¶Excussores ualidi. Nam & antiqui prophe. maiores, & Apostoli magnanimi fuere atq; potentes uerbo, & opere: sed & excussi ab eis idest minores magna cum diligentia electi ab eis, & missi ad opus prædicandi ualidi fuerunt atq; potentes uerbo, signis, atq; uirtutibus, Domino Deo cooperante & sermonem confirmante. ¶Excutientis. Dei. ¶Puluis ut excutitur. Tres similitudines adducuntur, ut cognoscamus, quo pacto excutiantur ministri uerbi Dei antequàm mittantur ad opus prædicationis,
F primò quidem excutitur ab eis terrenarum rerum affectus, qui per puluerem significatur: Nam nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet non potest discipulus esse Domini ad hoc opus, secundò inanis gloriæ cupiditas, quæ per tineam à ueste excussam significatur, ut docemur à doctoribus super illo loco Euangelij, ubi dicitur, quia Thesauros in terra reconditos erugo & tinea demoliuntur ac fures effodiunt atq; furantur, Tertiò hypo-
Matth.6. crisis, & omnis duplicitas, atq; simulatio sanctitatis excutiatur ab eorum mentibus opportet ut possint sapientia Dei, cæterisq; donis, & gratijs Spiritussancti repleri: Sicut & saccus explicitur, ut repleatur. ¶Pectora sic hominū. Subaudi excutienda sunt à Deo, & à maioribus prælatis, quando mittuntur ad Euangelizandum uerbum Dei, & quia (proph. dolor) nunc nulla fit excutio talis, idcirco rari sunt boni prædicatores, exiguaq; messis fertur ad aream Dei. ¶Excussis parribus. Antiquis, & nouis, quos iam diximus. ¶Soboles. Ordo prædicatorum, & aliorum religiosorū, quibus aliquando iniungitur hoc onus prædicandi, sed & sacerdotes curati quibus ex officio incumbit, ut plebem sibi commissam uerbo erudiant pariter, & exemplo. ¶Dei. Qui multò melius intuetur, & iudicat ex his quæ sunt intus, quàm homines, quibus ea tantùm, quæ foris sunt, apparent. ¶Procul. Nam in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum. ¶Vtilibus monitis. Pro animarum
Iaco.1. salute. ¶Patulas aures. Quæ semper patent apertæ, ut sit omnis homo uelox ad audiendum, & tardus ad loquendum, & propterea non patulum, sed patens os illi datum est. ¶Sanis consilijs. Quæ spectant ad perfectionem. ¶Desiderium. Quæ fouentur studia probitatis, & aluntur. ¶Ipsis monitis. Legis, & consilijs Euangelii. ¶Est

foelix.

More ſagittarum velociter atq; per orbem
Eſt ſparſim huc illuc eiaculanda procul.
Vtilibus monitis patulas vt repleat aures:
Imbuat & ſanis pectora conſilijs.
Qui deſiderium, mentemq́; repleuerit ipſis,
Ille vir eſt fœlix; ille beatus erit.
Ille beatus erit, monitiſq́; replebitur ipſis,
Quem non infelix occupat alter amor,
Nam vacuos quærunt animos, ſitibundaq́; corda,
Quæ repleant dulci nectare verba Dei.
Quo ſemel epoto, non confundetur ab hoſte,
Audeat, in porta verba licet facere.
Æde quidem tutus quicumq; reſederit iſta.
Quam fabrefecit conditor ipſe Deus.
Tutus erit portis, hoſtemq; affatus in ipſis,
Aſſeſſor factus iudicis ore Dei.

fœlix. Spe, & quia modicis contentatur. ¶Beatus erit. Re & effectu cum exuerit mortalitatem, & induerit immortalitatem: ſed quis eſt hic & laudabimus eum? reſpondet. ¶ Ille beatus, &c. ¶Alter amor. Suſpſius, mundi, uel turpis concupiſcentiæ aut auaritiæ: nam ſicut uulgo dicitur amor & dominatio ſocium minimè patiuntur. Nam dominos ſedes non capit una duos. ¶Quærunt. Scilicet uerba Dei, quod eſt intra. ¶Dulci nectare. Diuini amoris. ¶Ab hoſte Diabolo. ¶In portis en ſuum exteriorum. ¶ Aede iſta. Quæ uocatur Eccleſia Dei, de qua dictum eſt ſuprà. ¶ In ipſis portis. Iudicij uniuerſalis tempore, tangitur autem hic mos antiquorum iudicum, qui in portis urbiũ ſedebant pro tribunali ad iura reddenda pro faciliori aditu introeuntium atq; exeuntiũ, ut ſi quid inter eos natum fuiſſet, quæſtionis citius dirimeretur, nunc autem manent in abditis prætoriorum, ne facilè ad eos pateat aditus, ut pauperum moleſtos effugiant clamores, & ut tacitè cogant adeuntes afferre munera, quib. omnia expãduntur oſtia, vnde verè quidã dixit. Ipſe licet venias muſis comitatus Homere, Si nihil attuleris, ibis Homere foras. A Prouc. 8.

SCANDERE præuiſam dum moliremur ad urbem, niſi timore Domini confixæ fuerint veluti clauo acutiſſimo, & fortiſſimo mentes noſtræ diuinæ legi, fruſtra eſt omnis noſter aſcenſus: nam per alicuius mandati præuaricationem citò deturbabimur à ſummo vſq; ad imum. quamobrem in hoc pulcherrimo cantico, & pſalmo inducimur ad ipſum timorem Domini retinendum, inducimur autem ſub pollicitatione beatitudinis, & multorum bonorum, quæ ſoli timentes Deum obtinebunt, verùm quia ex his bonis, ſi ad literam intelligamus, multa etiam impijs ſæpe contingunt, lectorem monemus, vt nobiſcum ſpiritualem ſequatur intellectum, ne litteræ occidenti inhærendo exiſtimet propter temporalia bona Dominum Deum eſſe timendum, dicit igitur. B

ODE EX PSALMO CXXVII.
Beati omnes.

SCandere præuiſam dum moliremur ad vrbem,
Cuius erat ſummus conditor ipſe Deus.
Vox inde audita eſt tenui delapſa ſuſurro,
Intima quæ cordis ſtrinxit amore pio.
O quàm fœlices, ò terq; quaterq; beati,
Qui metuunt Dominum, quiq; ſequuntur eum
Qui metuunt, & amant, qui dulci corde uerentur,
Quos nouus expungit mixtus amore timor.
Quiq; licet durum veſtigia ponè ſequentes
Maioris fratris progrediuntur iter.
Quiſquis es ò metuens, & amans comes atq; viatũ
Ecce laborabis, nec grauis iſte labor.
Namq; laborantem agricolam ſolantur vt ipſi
Pendentes botri: moxq́; metenda ſeges.
Tu quoq; ſic manuum veſcere labore tuarum,
Fructibus aſpicies horrea plena tuis.

¶Scandere Mente ut ſæpè dictum eſt, & ambulando de virtute in virtutem. ¶Inde. Ex ipſa vrbe, quæ eſt Eccleſia Dei: nam quicquid à ſanctis uatibus dictũ eſt, à Spiritoſancto eſt, qui rector eſt Eccleſiæ. ¶Strinxit. Pupugit, memordit. ¶Terq; quaterque beati. Ideſt perfecti in anima, & corpore: nam ternarius num ad animam pertinet, quæ facta eſt ad imaginẽ Dei trini & vnius, quaternarius uerò ad corpus, quod ex quatuor compoſitum eſt elemẽtis: Item propter tres dotes, quibus anima decorabitur in regno beatitudinis æternæ, & quatuor, quibus honeſtabitur corpus glorioſum. ¶Sequuntur eum. Non greſſibus corporis: ſed animi affectibus. ¶Metuunt. Filiali, caſtoq; timore. ¶Verentur. Reuerentiam indicat, quam filius patri debet. vt honorem patris ſemper exquirat. ¶ Durum. iter Laborum, & Crucis. ¶ Veſtigia. Sic & Petrus Apoſtolus, Chriſtus (inquit) pro nobis paſſus eſt, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius. ¶ Maioris. Domini noſtri Ieſu Chriſti, de quò alibi. Frater nõ redimit, redimet homo? uade (inquit ipſe) ad fratres meos. ¶Quiſquis es. Psal. 48. Siue Iudæus, ſiue Græcus, liber aut ſeruus, nobilis uel ignobilis modò ſis fidelis, quia apud Deum non eſt acceptio perſonarum. ¶ Laborabis. Quia regnum Cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. ¶ Nec grauis iſte labos. Reficieris enim ab eo quod dixit. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos. ¶ Laborantem agricolam. Pulcherrima ſimilitudo. Dicitur etiam vulgari prouerbio Spes lucri ſolatium eſt laboris. ¶ Manuum tuarum. Ideſt operum pietatis & bonorum, quæ ut plurimum per manus fiunt, & ideò per manus ſignificantur. ¶ Veſcere. Fruere, non in præſenti ſæculo, ſed potius in futuro. ¶ Horrea plena. Quæ in cœlo ſunt, vbi theſaurizandum eſſe monet ipſe Dominus Ieſus Chriſtus. Non hic in terra. ¶ Spes. Quæ præſentis temporis eſt, non futuri, Expectata & exhibita cum effectu. ¶ Vxor item ſapiens. Quinimmò ipſa eſt Sapientia & inclyta uirtus. Quæ ſponſa noſtra dicitur propter dilectionẽ, ſoror propter honeſtatem. Et mater propter reuerentiam. His enim hominibus in prouerbijs & libro Sapientiæ & in Eccleſiaſtico ſępè nominatur. ¶ Numine ſuperno. Omnis enim Sapientia à Domino Deo. ¶Prædilecta, Platonem aiunt dixiſſe Si Sapientia poſſet videri, mirabiles ſui concitaret Eccle. 1. C

Spes te fœlicem, res eſt factura beatum.
Eſt tibi nunc bellè: pòſt erit atque benè.
Vxor itèm ſapiens tibi numine iuncta ſuperno
Prædilecta tibi moribus atque bonis.

am ores

D amore. ¶Moribus bonis. Ad quot illa nos exortatur. ¶¶ Vnanimis, Per transitum hic tanguntur xvi. Conditiones quæ in vxoribus esse possunt desiderari, haberi nequaquam propter sexus fragilitatem posse existimo. ¶ Vnanimis. Hæc annuli subarratione notatur. Quòd si discors subruet domum. ¶ Subiecta, Quod si dominata fuerit viro. Deorsum pendebit domus Et de patrono seruus efficiatur necesse est. ¶Silẽs. Si litigiosa similis erit Xantippes Socratis. ¶ Sedulas, benè fideliterq́. cõ seruet & dispenset rem familiarem. Alioquin ope Cresi non sufficerent. ¶ Casta. Quòd si adultera Nulla infęlicior pestis. ¶Nec tibi deformis. Ne contẽptibilis & odibilis sit. ¶Speciosa nimis. Ne Zelotypus efficiaris Tangitur hic consilium illud Sapientis. Qui interrogatus an magis expediret deformem an speciosam vxorem ducere respondit. Si turpis, iuge malum: si formosa, non tota tua. Mediocrem ergo dicimus nos esse eligendam. ¶ Quæ te suspiret. Absentem, ex desiderio tui. ¶Veneretur. Præsentem ut Dominum. Sic & Sarra Abraam Dominum appellans uenerebatur. ¶ Ametque. Nam cætera sine hoc pro nihilo reputabuntur. Quòd si adsit, cætera siue adsint siue non: tolerabile malum erit. ¶ Pudore. Nihil hoc uenustius In fœmina; uel gratiosius. ¶ Gemebunda Similis Columbæ. ¶ Stabili. Nullo interueniente diuortio. Etenim dura est, vt mors separatio. ¶ Parentem pulchra prole Idest pulchræ prolis. Due sunt consolationes, habere prolem & pulchram. Turpes enim filij fastidio sunt parentum. Qualis erat Vulcanus Cui non arrisere parentes &c. Defectus quoque prolis dolor assiduus & anxia cura. ¶Timente Deum. Nulla parentibus maior consolatio filijs timentibus Deum esse potest, qualis erat Tobias. ¶ Patris ora ferant. Et hæc non parua est consolatio, vnde omnis forte suborta suspitio tollatur. Verùm quia talis vxor, qualis hic optimè depicta est, nemini puto hactenùs contigisse, nec in futurum posse contingere.

E Si de carnali vxore, & filiis ista intelligantur, Iccircò secundum Spiritum censeo hæc omnia de Sapientia & uirtute intelligenda, prolem etiam gignit Spiritualem discipulorum. s. multitudinem, qui neque parenti sint graues: nec patrios inquirant in annos. ¶ Flore nitere nouo In primis litterarum rudimentis. ¶Studijs. Altioris scientiæ.

Vnanimis subiecta, silens, & sedula, casta,
Nec tibi deformis, nec speciosa nimis.
Quæ te suspiret, veneretur, ametque, pudore
Porrigat & roseas quæ gemebunda genas.
Hæc tibi connubio stabili coniuncta parentem
Te faciat pulchra prole timente Deum.
Per latera hæc fœcunda domus ceu uitis abundans.
Pullulat hoc gnatos, qui patris ora ferant.

¶Laurea serta. Cum fient doctores. Vel melius, quando gloria, & honore coronabit eos Dominus: & constituet eos super opera manuum suarum. ¶ Ergo. Conclusio. ¶Qui timet ecce Deum. Is abstinet à malo & operatur bonum. Vt in alio psalmo edocti fuimus. ¶Ab Arce Sionea. A summo triumphantis Ecclesiæ. ¶ Speculator, Deus. Qui scrutatur corda & renes. Cuius oculi bonos cõtemplantur, ac malos, ¶Homo. Ordo tetrogra-

2.Tim.1 dus est. O homo, qui metuis Dominum, magnus speculator ab Arce Sionea te benedicat. ¶Gratis. Nec enim esset gratia, si gratis non daretur. Nam & Apostolus. Non ex operibus, ne quis glorietur. Et iterum. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum magnam suam misericordiã saluos nos fecit. ¶Bona summa. Seipsum facie ad faciem Angelorum quoque, & aliorum sanctorum gloriam, ¶Parua. Quia temporalia caduca & multis periculis obnoxia, amaritudinibusque permixta sunt. ¶ Vana. Quia vt ait sapiens. Vanitas vanitatum, & omnia uanitas. ¶ Instantis. Præsentis. Cumparatione futuri & æterni intellige. ¶ Preciosa. Maximi ualoris.

Cernere erit paruos olearum more nouarum
Circuitu mensæ germina chara tuæ.
Magna tibi tacito tentabunt gaudia pectus
Indolis hoc spectans flore nitere nouo.
At maiora dabit studijs intenta iuuentus,
Maxima cum cingent laurea serta comas.
Ergo timete Deum, qui quæritis esse beati;
Sic benedicetur, qui timet ecce Deum.
Nempe Sionea magnus speculator ab arce,
Qui metuis Dominum, te benedicat homo.
Detq́; Hierosolymæ gratis bona summa uidere,
Munere pro magno semper eisq́, frui.

¶ Speciosa, Visu pulcherrima. ¶ Aegris. Mente, non corpore. ¶ Fumus vani honoris. Dignitatis

F mundanæ, siue secularis. Siue Ecclesiasticæ. Vnde quidam nouo. Papæ creato paululum stupæ coram exurendo dixisse fertur Beatissime pater. Sic transit gloria mundi. ¶ Lumina lippa. Oculi mentis humore Auaritiæ distillantes. ¶Ad æternam lucem, Dei & Sanctorum omnium in æterna beatitudine coruscantium. ¶ Aere micant stellæ. Idest Aerei coloris esse videntur Sic & Luna candet ut argentum Sol autem aureo splendore fulgere videtur. ¶ Vtrumque solum, Arcticum & Antarcticum superiorem & inferiorem. ¶Ad solum signum. Crucis. s. in aere fulgentis. De quo sic

Matt.24. canit Ecclesia, Hoc signum erit in Cęlo. Cum Dominus ad iudicandum venerit. Est autem hoc assumptum ex Euangelio Matthæi, Vbi dicitur Sol obscurabitur: & Luna non dabit lumen suum: & Stellæ cadent de Cœlo: & virtutes cœlorum commouebuntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo. Cuius nimio fulgore dixere quidam interpretes prædicta lumina obscurari, non ex diminutione lucis, sed maioris comparatione splen

Nam bona præsentis sæcli, quæ magna putantur,
His collata bonis, parua fuisse scies.
Vana probabuntur, quæcumque fuere petita
Temporis instantis, sint preciosa licet.
Sint oculis speciosa licet mortalibus ægris,
Quosq́; hebetat vani fumus honoris adhuc.
Argento siquidem, fuluo oblectantur & auro,
Ac latis fundis lumina lippa modò.
Sed quid ad æternam lucem nitor omnis agelli?
Atque metallorum fulgor? inanis erit.
Ære micant stellæ; fulgetq́; argentea Luna.
Aurea lux solis lustrat utrumque Polum.
Attamen ad solum signum venientis in orbem.
Iudicis, amittent lumina quæque iubar.
Soluentur montes, preciosa metalla liquescent:
Excoctumque igni diuiet omne solum.

Tunc apparebunt præsentia vana fuisse.
Tunc electorum spes bona, certa salus.
Tum quoque natorum lætam florere coronam,
Natorum, & natos surgere cernet auus.

doris. ¶ Soluentur montes &c. Quod venturus sit Dominus, & omnia igne sint exurenda. Vide Epistolam Petri Apostoli, & Apocal. Sed & hic vates in alio psalmo dixit. Ignis ante ipsum præcedet, & in circuitu eius tempestas valida. Montes sicut cæra fluxerunt à facie. D. quoniã venit iudi. ter. ¶ Na A 2.Petr.3.

torũ. Spir. magis, quàm carnaliũ discip. D. & sanct Doct. ¶ Coronam. Cętum piorũ, quibus dicuntur coronari sancti patres, quãdo his medij circundantur, ueluti Duces à militibus suis. ¶ Auus Puta Abraam. Vel quiuis sanctus Doctor & magistes. Et alicuius ordinis vel religionis fundator, Vt Benedictus monachorum, Dominicus prædicatorum; & Franciscus minorum. ¶ Atque Israelem. Populum omnem Christianum & antiquorum Iudæorum fide videntium Deum. ¶ Perfecta pace, Post omnium resurrectionem. Quando Spiritus nõ luctabitur aduersus carnẽ: neque caro aduersus Spiritum. ¶ Tu quoque.

Atque Israelem perfecta pace foueri;
Tu quoque tam læta pace beatus eris.
Infima, qui legitis, vel humi serpentia sensa
Ponite: quin sursum quærite summa bona:
Non hic communis brutis promittitur esca;
Fœlices præsens non facit esca viros.
Attactu mollis non hic promittitur vxor;
Quæ secum curas, & mala mille trahit.
Non morosa facit, vel litigiosa beatum,
Non zelans, quærula quæ tibi voce strepet.
Sed neque fœlices fragili sunt prole parentes:
Quin oneri, & curæ patribus esse solent.
Sunt omnes nati tortores quippe parentum,
Siue mali fuerint, denique siue boni.

Apostrophe ad quemuis lectorem Deum timentem. ¶ Qui legitis. Hunc psalmum uel hoc nostrũ carmen. Admonitio est inuitans ad intelligentiã Spiritalem præmiorum istorum, quæ timentibus Deum pollicita sunt. Ne quisquam propter vxorem solam, & filios carnis existimet timendum esse Deum. Vel alia quæuis temporalia bona. Quin immò (ut docet hic Augustinus,) Psalmus iste ad litteram sic intellectus induceret homines in errorem pessimum. Vt cunt videremus alicui datam uxorem malam, vt sterilem, vel filios habentem discolos, vel nimia paupertate confectũ; protinus diceretur illum minimè timere Deum. B Cum tamen legamus malam fuisse vxorem Iob timentis Deum Et sterilem. Saray Et inopem Lazarum vlceribus plenum. Qui tamen omnes cum multis similibus timuerunt, & sancti, ac iusti fuerum. Bene ergo dicit. ¶ Ponite. Pro deponite infima sensa Quæ literalia dicunrur & hystorica.

¶ Sursum. In Cœlo iuxta Spiritalem intelligentiam. ¶ Summa bona. Vera æterna, & quæ omne complent desiderium. ¶ Non hic. In præsenti Cantico. ¶ Esca. Tempor alisalimoniæ, quæ in ventrem vadit, & per secessum emittitur. Sed Spiritalis cibus, quod est verbum Dei. ¶ Esca. Quia dicit Apostolus. Esca ventri, & venter Escis. Hunc & illam destruet Deus. ¶ Curas Et mala mille. Nouerunt experti. ¶ Morosa. Fastidiosa, & penè insatiabilis. 1.Cor.6.
¶ Litigiosa. Nam Dos est vxoria lites: ¶ Strepet. Quod illam non diligas, sed aliam, vel Ancillam ames. Et hæc vitia etiam in bonis vxoribus plerumque reperiuntur. Ita ut rara sit in terris auis, quæ grauioribus etiam molestijs non afficiat virum suum. ¶ Fęlices. Immò prolis defectus dicitur esse latens Fœlicitas. ¶ Fragili prole. Pleriq; enim moriuntur leuioribus etiam causis. Vnde & grauiori dolore parentes afficiuntur ex subtractis per mortem quàm si non habuissent illos. ¶ Oneri Maximè pauperibus. Qui & interdum exponunt eos non habentes, vnde illos vtcumque sustentent. ¶ Tortores. Excruciatores seu melius excarnificatores non directè, sed indirectè, quia quotidianis curis enecant eos ¶ Siue boni Et hoc videtur mirum, quare probat vtrumque dictum. ¶ Malus. Non natura, sed ex inolita malitia uel parentum ipsorum negligentia absentiavè, vel ex prauorum consortio. ¶ Genuisse piget. Non quia tales genuerint. Sed quia si non fuissent geniti neque corrupti euasissent mali. Iuxta illud Domini de Iuda proditore. Bonum erat ei, si natus non fuisset, homo ille. ¶ Monstra. Quò ad animum bestialem, in quẽ quodammodo moribus transformantur. Vnde & alio in psal. Nolite (inquit) fieri sicut equus, & mulus: in quibus non est intellectus. ¶ Benè

Namq; malos genuisse piget: mortemque rogabit.
Tollat ut ex oculis talia monstra tuis.
Si benè moratus similis te cura lacesset:
Ne corrumpatur, ne cadat ante diem.
Ergo consortem, natos, escasque, beatus
E summo cœlo (qui cupit esse) petat.

C

moratus. Bonis moribus imbutus. Qui interdum supra modum diligitur. ¶ Lacesset. Assiduo dolore lacerabit. ¶ Ante diem. Naturale quippe desiderium parentibus omnibus est superstites filios post se relinquere. Hinc legimus Iacob filio suo Ioseph dixisse. Nunc morior libenter. Postquàm te superstitem relinquo. ¶ Ergo. Conclusio. ¶ Sortem. Sponsam spiritualem, non carnalem Quam diximus esse Sapientiam, vel quamlibet aliam ex cęlestibus virtutem ¶ Natos discipulos, qui in ea fuerint eruditi virtute. ¶ Escasque. Animæ, non corporis De quibus dicit Dominus. Operamini cibum, qui non perit. Et alibi meus cibus est. Vt faciam voluntatem patris mei qui misit me ¶ E summo. Cęlo petat. Sunt enim hæc dona Dei. Quæ & petentibus libenter ab ipso conferuntur. Vtinam & nobis hæc omnia concedere dignetur. Dominus Deus cui laus est & gloria & honor in sæcula sæculorum. Amen. Io.4.&6.

CVmque gradus alios. Nulla quies diuturna potest hic esse cursoribus Domini. Ne forsitan ocioso torpore marcescerent. Quare post aliqua solatia curis interposita, ne deficiatur in illis propter humanam fragilitatem Paulò post nouis insurgentibus ærumnis necesse est, vt exerceamur. Et hoc cursu tendimus vsque ad mortem postquam sequitur brauium beatitudinis æternæ, & corona immarcescibilis gloriæ; non ergo absterreamur nouis insurgentibus bellorum periculis, nec assiduis laboribus fatigemur. Quia vt docet Gregorius ad magna præmia nemo potest peruenire, nisi per magnos labores. Neque coronabitur quisquam, nisi legitimè certauerit Imitemur ergo istos cursores nobilissimos, qui & si prima facie hostilis paulisper fuerint perturbati. Non tamen à cursu defecerunt. Nec turpi fuga sibi consuluerunt. Sed exclamauerunt, & exauditi, adiuti, atque confirmati fuerunt. Audiamus ergo illos. ¶ Cumque gradus alios. Quia non progredi in uia Dei, regredi est. ¶ Numine tanto. Cuius vox audita fuit in præcedenti Psalmo magna promittens præmia timentibus Deum, ¶ Hostibus

ODE EX PSALMO CXXVIII.

Sæpe expugnauerunt.

CVmq; gradus alios hortati numine tanto,
Vocis Olympiacæ scandere ferret amor.
Hostibus ecce nouis iterum noua bella parari;
Cernimus aduerso tramite signa Ducum.
Horribili sonitu, & diro clangore tubarum
Terrorem ingeminant, vocibus atque strepunt.
Heu mala tanta diu perpessis (dicimus omnes,)
Et quid adhuc superest? quo quatiamur adhuc.
Nulla quies vnquàm dabitur, finisq; malorum?
Quid graduum nobis scansio tanta iuuat?
Nonne satis fuerat maiore labore grauari?
Quo veluti fluis sudor abundè fluit?
Hostis adest atrox: quo pacto obsistere pugnæ
Nos improuisi sufficiemus adhuc?
Heu miseri frustra contendimus alta petendo:
Quos grauior casus præcipitesq; trahet.
Talia nobiscum dum presso murmure dicta
Versarent nimio pectora quassa metu.

D nouis. Nouas tentationes suggerentibus vt ascensum impedirent. ¶ Aduerso tramite. Contrario monitionis diuinæ. Quæ monuerat vt Deum solū timerent, non autem homines. Ipsi verò absterrebant eos: vt humanum incuterent timorem, per quem excutitur diuinus, vt in beato Petro & in cæteris discipulis Domini legimus factum fuisse passionis Christi tempore. Quando relicto Domino & magistro fugerunt omnes. Et insuper Petrus ter eum negauit. Et cum iuramento. ¶ Signa Ducum. Potestatum aduersariarum, de quibus ait Apostolus. Non habemus colluctationem aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus potestates & rectores tenebrarum harum. ¶ Heu mala tanta. Exclamatio est, ex improuiso malo. ¶ Et quid adhuc superest? Responde. Multum adhuc superest. ¶ Quo quatiamur adhuc? Responsorio, quatiemini adhuc. ¶ Nulla quies vnquàm dabitur? Responsorio, dabitur agone finitio. ¶ Finisq, malorum. Resp. Multum iuuat. Nam potissima pars cuiusq; rei principium est. ¶ Grauari. Resp. Non satis fuerat. Quia militibus non solum eundum. sed & pugnandum est. ¶ Sud. ab. fluit? Resp. fluat, Nam & Duci nostro sudor in agonia vt guttæ sanguinis defluxit. ¶ Sufficiemus adhuc? Responsorio sufficietis diuino inuocato auxilio. Vnde

Mat. 26.

E omnis sufficientia nostra est. ¶ Frustra contendimus. Responsorio sic, Si arroganter. Et vestris confisi viribus. Alioquin non frustra, si in Domino fiduciam vestram posueritis, Qui de puluere suscitat egenum: & de stercore eleuat pauperem. ¶ Trahet. Reponsorio, trahet formidolosos, aut superbos: non humiles in Domino fortes. ¶ Murmure. Nolite murmurare. Sicut antiqui, qui murmurauerunt, & à serpentibus interierunt. ¶ Nimio metu. Vpote repentini Aduentus. Qui ab initio habet aliquam excusationem etiam apud Deum propter humanam fragilitatem. Modò citò excutiatur diuino concepto adiutorio. Nec enim Deus ad se clamantes deserit. ¶ Regina. Sponsa Christi sancta mater Ecclesia. Quæ in toto hoc Psalmo loqui introducitur. De qua & scriptum erat. ¶ Armis iuuenum. Virtutibus sanctorum martyrum, & aliorum forti pectore fidelium. ¶ Murmura voce premens. Quod & olim fecerat per Moysen, & Aaron. ¶ Quid pauidi. Optima castigatio. ¶ Mussatis. Submurmuratis. Et præ timore non audetis os aperire ad loquendum? ¶ Cælestibus armis. Fortitudinis & patientiæ. ¶ Imbelles. Quasi nullo apti bello. ¶ Degeneresq;. A magnanimis maioribus vestris, qui alacri animo, & quasi ad epulas inuitati currebant ad martyrium agonem suum Domino cōmendantes. ¶ Non mea progenies vos. Obiurgando hoc dicit propter pusillanimitatem eorum. Nam si re priueris: nec nomen habere meretis.

F ¶ Alijs bellis. Aduersus carnem, & mundum. ¶ Manu. Benè operando. Desides enim soli vincuntur. Et deiiciuntur. ¶ Timpana. Quæ solo pugnant sono. ¶ Aes raucum. Tubæ periphrasis. ¶ A me. Validissima ea est exhortatio, quæ ab exhortantis exemplo sumitur. ¶ Sæpè petita. Ab inimicis lacessita. Primo in sanctis prophetis: deinde in ipso Domino prophetarum & in discipulis eius, ac eorum successoribus. ¶ Prima iuuenta In primitiua Ecclesia tempore sanctorum martyrum. Tunc enim florebat Ecclesia velut in ætate iuuenili. ¶ Tentarunt. Membra & satellites Diaboli. Impii Iudæi, & gentiles iniqui. præual. mihi. Nam victi martyrum virtute cesserunt. ¶ Israel testis. Ad literam populus Israeliticus, & mysticè. Christianus fide videns Deum. ¶ Tentatus & ipse. Discurre Exodum cum sequentibus libris Moysi, & inuenies sæpiùs molestos illi populo Dei fuisse Aegyptios. Amalechitas, Moabitas, & Madianitas. Vide & librum Iudicum cum sequētibus libris Regum, & inuenies multa mala passos fuisse Israelitas à finitimis & præcipuè Phylisteis. Subinde à Syrijs, ab Assyriis, & à Caldæis, alijsque multis infidelibus. Vt ad nihilum redigerentur. Sed à Domino seruatos etiam captiuitatem euasisse. Mysticè populus Christianus, & à Iudæis ab initio, deinde à varijs gentibus, & præ-

Astitit ecce potens vultu Regina decoro,
Septa armis iuuenum murmura voce premens.
Quid pauidi mussatis (ait) cœlestibus armis
Assueti? imbelles, degeneresq; metu?
Non mea progenies vos qui formidine turpi
Hæc detractatis bella suborta modò.
At si non alijs dudum confligere bellis
Assueuissetis prælia dura manu?
Nunc primùm conferre manus vos tympana terrent?
Scilicet æs raucum pectora lassa quatit?
At duros à me saltem tolerare labores
Discite: vos moueat sæpè petita parens.
Sæpè lacescitam prima expugnare iuuenta
Tentarunt; sed non præualuere mihi.

Israel testis mecum tentatus & ipse,
Vt victus caderet, nec potuere sibi.
Sæpè expugnarunt iuuenilia pectora blandis
Impia turba proci, nec potuere mihi.
Ædificata meo succreuit machina dorso.
Ex peccatorum multiplici scelere.

cipuè

Nec discussa citò longum durauit in æuum
Illorum impietas fota silente manu.
Inq; dies gemitus grauiori pondere pressa
Edere cogebar, nec valuere preces.
Quas ego fundebam tacito suspiria miscens
Pectore, pro tantis exoneranda malis.
Ac veluti campus cum scinditur vbere notus
Fessa licet tellus vulnera ferre gemat.
Non tamen iccircò proscindere durus aratro
Agricola absistit fœnora nota petens.

cipuè Romanis durissimas persecutiones est perpessus. Vt de mundo Christi nomen aboleretur. Sed non potuere. Quin & ipsi victi cessere. ¶ Blandis. Lenocinijs. Quibusdam & vanis pollicitationibus rerum, & bonorum huius seculi. Vide passionem Agnetis, Agathæ, & beati Sixti. ¶ Proci. Impellentes in fornicationem Spiritualem. Videlicet ad cultum idolorum. ¶ Aedificata machina. Hæc est infirmitas multitudinis iniquorū Christianorum. Qui & si exaggerent peccata peccatis, quibusdam temporibus tamen est necesse illos ab Ecclesia tolerari propter bonum pacis, & ad euitanda grauiora scādala, & schismata. ¶ Nec discussa citò. Iuxta illud sapientis, quia citò non Eccl. 8.
profertur sententia contra malos. Iccircò multiplicantur mala in terra. ¶ Fota. Calefacta & quasi enutrita. Translatio sumpta ab incubantibus super nidulis volucribus. In quibus oua fouent, donec viuificentur. ¶ Silente manu. Prælatorum adhibita castigatione. ¶ Grauiore pondere: Hæresum inualescentium. Quæ non poterant amoueri propter publicas persecutiones tyrannorum. ¶ Nec valuere preces. Vt statim extirparentur hæreses & Esa. 1.
aduersæ persecutiones, & de hoc mundo tolerentur vt iniqui peccatores. ¶ Exoneranda malis. Hinc & Dominus per prophetam dicit. Tota die laboraui sustinens. ¶ Ac veluti campus. Per quandam similitudinem assignatur ratio. Quare Ecclesia, vel grauantur consortio. Quæ est. Sicut agricola non cessat proscindere campum duro vomere, quàmuis forsitan tellus gemeret, si posset aut sensum haberet. Ne fraudetur vbere messis futuræ. Sic Deus non cessat exercere pectora iustorum, impiorum aduersitate, quàmuis gemant, vt magis ac magis fructificent circa opera iustitiæ & pietatis. Alioqui ocio torpescerent, ac sine fructu efficerentur. Quin & spinas ac vrticas peccatorum germinarent. ¶ Fœnora. Benè vsuram dicit. Nam quemadmodum terra decuplum vel eo amplius Domino reddit, quàm accepit. Sic & Dominus Deus à nobis vsuram exigit seminis verbi sui, & gratiarū, Matth. 2.
quas in pectoribus nostris seminauit. Vt patet ex illis duabus parabolis talentorum, & mnarum inter seruos di- Luc. 19.
stributarum secundum propriam vniuscuiusq; virtutem. ¶ Sulcus longus. Diuturnitatis peccatorum, atque impietatis. Qualis hæresis Manicheorum, & Arianorum, quæ longo tempore in Ecclesia perseuerantes multum afflixerunt eam. ¶ Iccirco. Licet adeo grauiter affligerer. ¶ Ad brauium. Beatitudinis æternæ. ¶ Vsque modò. Nam & in ijs ipsis corsoribus erat, & in omnibus iustis semper curret vsque ad consumationem sæculi. ¶ Seges. Bonorum operum. ¶ Aruum. Pectoris humani. ¶ Vinum. Patientiæ, de quo in canticis cantat. ¶ Vua. Mentis humanæ. ¶ Lacu. Præssurarum & tribulationum. ¶ Vulneribus multis. Etiam ab hoste receptis, cum forte improuisos, & incautos nos aggreditur. Nam & si aliquo sauciati peccato confestim imperrato Dei auxilio ad pugnam redimus maius inde solatium accipimus. ¶ Labor. Cursus vitæ præsentis: & instantis militiæ. ¶ Præmia. Gloriæ celestis & beatitudinis æternæ. ¶ Libripens. Stateram manu tenens. Idest iustus operum nostrorum examinator. ¶ Fulmineumque ensem. Iustæ punitionis, & vindictæ ab impijs exigendæ. Alludit autem vates ad imaginem iustitiæ. Quæ manu libram; & dextra tenet ensem euaginatum. ¶ Vincula. Iniquitatis. ¶ Linguas. Simplicium hominum qui ab astutis facilè decipiuntur. ¶ Ligent. Obligent ad aliquid dandum vel remitendum contra ius fasque. Etenim. Verba ligant homines, taurorum cornua funes. ¶ Aedificent. Permissiua concessio sicut & superior per ironiam, contrarium potius innuens se velle. ¶ Alta palatia. Quæ vulgo castella in aere dicuntur. Vanæ scilicet, ac tumidæ cogitationes. Ibimus, prædabimur, spolijs implebimur. Aedificabimus: destruemus, plantabimus & eradicabimus. ¶ Atque graues Turres. Superbas bellorum iniustorum cogitationes, atque iniquas regnorum, & principatuum affectiones, quas sæpenumero. Tyranni machinantur in corde, & si non semper possint exequi. ¶ Vt funem longam. Et hoc alio propheta sumptum est ¶ Ense ancipiti. Ex vtraque parte acuto. ¶ Retia. Fraudes, astutias, & dolosas impiorum tecnas. ¶ Moles. Peccatorum. ¶ Sic confundentur. Eterna confusione. ¶ Aut consi. Ad meliorem vitam, vt frequenter legimus, & sæpè

Quin magis, atque magis sulcos extendit in arua,
Viscera telluris vomere cuncta secans.
Sic ceruice mea sulcus quodammodo longus
Inueterata malis impia turba facit.
Nec tamen iccircò cessaui tendere gressus,
Ad brauium, quò vos tenditis vsq; modò.
Sola mihi mœsto fuerant solatia cordi.
Quæ supera sponsus dixerat arce mihi.
Fertilior seges est, quo finditur altiùs aruum.
Vberiùs vinum pressa dat vua lacu.
Vulneribus multis victoria parta triumphum
Dignius exposcit: pro meritisq; capit.
Est labor exiguus, qui tempore clauditur vllo:
Tempore quæ nullo præmia magna cadent.
Prætereà libripens Deus est: examine recto
Ponderat omne bonum; ponderat omne malū.
Fulmineumq; ensem dextra rotat ille potenti:
Vincula quo soluat, quo secet omne nefas.
Muscipulas tendant? laqueos & vincula sontes?
Vt volucres linguas arte dolisúe ligent?
Ædificent dorso super, alta palatia nostro?
Atq; graues turres, quas tolerando feram?
Vt funem longam protendant impietatem?
Quid facient? horum denique finis erit.
Nam iustus Dominus ceruices ense recidet
Ancipiti elatas. decutietq; caput.
Retia dissoluet: moles quoque diruet omnes
Impositas humeris, discutietq; meis.
Sic confundantur quos formidatis iniqui,
Conuersi aut vestrum ponè sequentur iter.
Hactenùs, & semper, quæcumq; odere Siona,
Agmina fundantur, fusa retroq; ruunt.

D fæpè videmus. Vt ij, qui bonos perfequuntur, conuertantur, & ab aliis impiis etiam cum bonis perfecutionem patiantur. ¶ Ponè. Aduerbium eft. poft veftigia veftra bona. ¶ Hactenus. Vt in libris veteris teftamenti licet infpicere. ¶ Siona. Ecclefiã Dei, quæ in Sione mõte primò congregata eft. ¶ Fiant. Impij mancipium ignis æterni. ¶ Caumate. Tribulationis æftu, quem impij non poffunt patienter tolerare. Sed repentè prorumpunt in blafphemias atroces, & mox cadunt in ignem defperationis, à quo confumuntur. ¶ Ille. Apoftol. & prædic. Chorus, quibus dictum
Ioann.4. eft. Ego mifi vos metere, quod nõ feminaftis. ¶ Prataq; falce fecat. Ang. acies, quib. iuffũ eft, vt mittãt falcẽ in terra & metant omnem carnem, & in Euang. dicam mefforibus meis vt colligant zizania in fafciculos, & exurant igni, triticum autem reportent in horreum meum. Reftantes fpicas legit. Hic poteft effe pauper Francifcus minorum fratrum pater & autor. ¶ In manipulos. Fecit enim aliqua collegia fiue conuentus. ¶ In finu. Abrahæ fcilicet hoc eft in locum falutis. ¶ Ex illo. Tectorum fœno, hoc eft imperiorum pertinaci fynagoga quæ & fathanæ dicitur. ¶ Florida prata Dei. Nobiles fidelium Ecclefias, & religioforum Monacorum, & monialium conuentus. ¶ Virentibus herbis. Piarum animarum, quæ aquis fpiritusfancti irrigatæ virides benè operando perfeuerant. ¶ Modò. Ad noftra tempora hoc referendum eft. ¶ Referta. Plena. ¶ Maturas fegetes. Iam albas ad meffem ut in Euang. dixit eis Dominus de populis nationum intelligens, quorum corda videbat ipfe difpofita effe ad credendum, ubi prædicaretur
E eis. ¶ Quas acuant falces. Linguæ funt hæ apoftolorum, atq; prædicatorum. ¶ Dextera. Angelorũ poteftas, quę fe fe paratura erat ad colligendas fanctorum martyrum animas qui paffim trucidandi erant pro fide Chrifti. ¶ Immenfas falces. Alias à fupradictis, quæ erant fecures Romanorũ, & alia diræ necis genera, non quia ipfi boni Angeli induxerent impios ad tollendos martyres de mundo: fed quia alacri ftudio colligebant animas fanctorum, & in fuum confortium affumebant. ¶ Humanas ariftas. Hic feipfum uates exponit, sũt enim
Matt.16. mentes hominum, hæ ariftæ. ¶ Chorus. xij. Apoftolorum, & deinceps prædicatorum omnium. ¶ Imperio. Dom. N. I. C. dicentis. Euntes in uniuerfum mundum prædicate Euang. omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit faluus erit, &c. ¶ Opus. Conuertendi populos nationum, qui eft fegetes maturas metere. ¶ Volucer pedibus. Adeò vt in omnem terram exierit fonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, rapiebantur
Act.8. enim huc illuc à fpiritu fancto ficut opus erat, quemadmodum in Actis Apoftolicis legimus Phylippum raptum fuiffe ad Eunuchum Candacis reginæ Aethiopum, & mox eo ad fidem conuerfo baptizatoq; raptum ab illo in aliam partem, ut & ibi prædicaret. ¶ Manibus quàm promptus. Ad figna & miracula operanda. ¶ Et acer. Ad obiurganda etiam principum vitia. Mefforum. Prædicatorum omnium & præcipuè Apoftolorum. ¶ Præteriens. Per diuerfas orbis partes ad prædicandum: item præteriens ex hoc mundo ad patrem. ¶ Quibus. Populis. ¶ Benedixerit. Ea benedictione, quam iuffi funt imprecari videlicet in quamcumq, ciuitatem & domum in-
Matt.15. trauerint primum dicite, pax vobis. ¶ Alacres. Secundi meffores, ideft Angeli, de quibus dictum eft fupra. ¶ Hæc
Luc.10. fata læta. Animas bonis operibus fœcundas. ¶ Boum. Prædicatorum. Nec mireris: nam de iis hoc dictum effe
1.Cor.9. atteftatur Apoftolus. Ne obturaueris (inquit) os bouis triturantis. Numquid de bobus cura eft Deo? De nobis (ait) vtiq; dictum eft. ¶ Culminis at fœnum. Inutilem impiorum turbam. ¶ Chorus. Prædicatorum. ¶ Culminis. Tautologia eft, repetitio eiufdem fermonis per alia uerba, ut attentos effe de-
F bere homines uerbis prædicatorũ oftendat. ¶ Prætereunte viam. Peregrinationis huius fæculi, in quo præter uiaticum nihil fibi retinent fancti prædicatores, aut exhiberi depofcunt ab his, quibus uerbum Dei miniftratur. ¶ Hoc fœnum. Carna-
Efa.40. lium hominum uanitas, de qua dixit Efaias pro-
1.Pet.1. pheta, & Beatus Petrus Apoftolus omnis caro fœnum, & gloria eius flos fœni, & Paulo poft, uerè fœnum eft populus. ¶ Benediximus. Nos prædicatores. ¶ Cadit. In profundum malorum: deinde in infernum. ¶ Cætus. Iniquorum de quo in principio pfalmi. ¶ Vos. O timidi curfores. ¶ Eft fimilis tectorum fœno. Se ipfum uates fub perfona Reginæ declarat. ¶ Ardenti caumate, feruore tribulationis magnæ fuper eos uenturæ: nam qui tribulant, tribulantur. Sponte cadet. Sicut Nero primus Ecclefiæ perfecutor, qui fe ipfum dicitur interemiffe.

Fiant vt fœnum tectorum culmine natum,
Quod prius ac vellant, aruit omne folo.
Caumate confumpto palmas non impleat ille,
Qui fata falce metit, prataq; falce fecat.

Et qui reftantes fpicas legit: inq; maniplos
Colligit electos collocat inq; finu.
Feftucam ex illo penitus, neq: vellicet vllam
Nil valeat gremio condere nilq; finu.
Florida prata Dei, cunctifq; *virentibus herbis*
Ecce referta modò lumina veftra vident.
Maturas fegetes, flauafq; videtis ariftas,
Quas acuant falces cernitis ecce prope.
Dextera iamdudum quæ prata retondeat ifta,
Immenfas falces ecce parata tenet.
Qui fecet humanas chorus ecce paratus ariftas,
Imperio Domini congredietur opus.
Quàm volucer pedibus: manibus quã prõptus, & acer
Mefforum viuax, perfpicuufq, *chorus?*
Præteriens cætus quibus *hic benedixerit ingens*
Sola metunt alacres hæc fata læta boum.
Culminis at fœnum, cui non benedixerit vllus,
Ex his præteriens quos habet ifte chorus.

Culminis at fœnum, cui nec benedictio prõpta eft
A Domini cætu prætereunte viam.
Culminis hoc fœnũ, cui non benediximus vnquã
In Domini fancto nomine, fponte cadit.
Cætus iniquorum, quem vos infurgere contra.
Nunc formidatis terribili ftrepitu.
Eft fimilis fœno tectorum: namq; repentè,
Percuffus rapido caumate fponte cadet.

VIX hæc ædiderat Rofei Regina decoris. Quantùm profit maiorum uiua exhortatio in principio cantici huius oftenditur: nam cum penè defperaremus furorem hoftilem euadere, & iam fermè inclinaremur ad cafum: Reginæ hortatu confirmati fumus, & audacia noftra percuffi hoftes retroceffferunt: fed & quantùm no-

tùm nobis obſit maiorum abſentia paulò poſt edocemur : nam inde ſegnes efficimur, & hoſtes ualidiores: qui ſæpenumero oſcitantes occupant, quos uigiles & ſtrenuos pertimuerant, uerùm quod prius propoſitum eſt, aggrediamur. ¶Vix. Hæc particula, dicta dicendis annectuntur. ¶Hæc. Quæ in ſuperiori pſalmo decantata ſunt. ¶Vt caſtigaret. Et caſtigando roboraret. ¶Victis. Non omnino: ſed fermè, & qui uicti fuiſſent, niſi exhortando illos corroboraſſet. ¶Ex oculis abijt. Vt aliquando ſuo marte diſcerent præliari. ¶Alma parens. Eccleſia, quæ fideles omnes vti mater alit, duobus vberibus vtriuſq; teſtamenti. ¶Exaudiri. Pro exaudiebantur. ¶Atq; procul. Retroceſſerant enim iuxta illud Iacobi, reſiſtite Diabolo. & fugiet à vobis. ¶Recta. Scilicet via iuſtitiæ, & mandatorũ Dei. ¶Formido. Hoſtium inſequentium, quia ſe ſe retraxerant vt dictum eſt. ¶Obex. Obſtaculum nos à curſu impediens. ¶Heu miſeri. Secundum quod ſupra propoſitũ eſt, ex abſentia Reginæ exhortatricis facti ſumus inertes, & inde captiui. ¶Confidere. Qui etiam tuta timere debueramus, iuxta quod dixit Ambroſius. Quis verò in hoc corpuſculo poſitus debeat ſibi quicquam vendicare de meritis, quorum iter vitæ velut latronum obſidet multitudo. ¶Vana quiete. Quia tranſitoria hic eſt: nam vera in alio ſæculo nobis ſperãda eſt. ¶Lentare. Lentos ac tardos facere. ¶Vmbra. Benè vmbra, quia incerta, & fugax eſt omnis mundana voluptas. ¶Viridante toro. Super herba viridi, qua demonſtrantur carnales delitiæ. ¶Otia. Quibus malæ generantur concupiſcentiæ, & præcipuè venereæ, contra verò ſcripſit ille, ocia ſi tollas periere cupidinis arma. ¶Thiaſos. Choreas, & turpes ſaltationes, quibus ad laſciuiam incitamur. ¶Chorus. Scurilium dæmonum qui ſe ſe transfigurauerant in ſimilitudinem iuuenum, tripudiantiumq; puellarum. ¶Aeris in campis. Inanibus operam dabant voluptatibus, & tranſitorijs atq; fugacibus: ſiquidem in animo repræſentabãtur huiuſmodi imaginationes, in quo fiebat, & aſcenſus graduum, non enim per aera verè volabãt abſq; pennis, volucribus, non homini datis. ¶Cereri, Bachoq; litabant. Ideſt comeſſationibus, ebrietatibusque vacabant contra illud Apoſtoli. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & in impudicitijs: ſed induimini D. I. C. Rom. 13. ¶Mater amoris. Venus, quam nos carnis concupiſcentiam vocamus. ¶Nos quoq;. Ad brauium ſupernæ gloriæ currentes. ¶Dementes. Quia non aduertebamus ad dictum Saluatoris, videte ne à crapula, & ebrietate grauentur corda veſtra. ¶Genio. Voluptati geniali. ¶Luxu. Superfluitatem notat hæc dictio. ¶Inerti. Quo plerumq; homines redduntur inertes, atq; laſciui. ¶Heu. Doloroſa exclamatio. ¶Labores. Studiorum diurni atq; nocturni. ¶Non acies ferri. Cõminata mors à tyranno, ſi non appetitui ſuo inſeruiſſemus, quod tamen Deo propitio minimè fecimus. ¶Altus ſopor. Peccatum ſignificat: ſic cecidit & ſanctus Macharius, vt habetur in libro de vitis patrum. ¶Hoſtibus à tacitis. A contrarijs poteſtatibus. ¶Ligamur. Funiculis peccatorum noſtrorum, vt ſæpè dictum eſt. ¶Deijcimur. Nam offendens in vno, factus eſt omnium reus, quia omnes uirtutes connexæ ſunt, & ex vno vitio grauiſſimum capiunt detrimentum: me miſerum breuis voluptas quantorum bonorum iacturam facit. ¶Gradibus. A ſummo vſq; ad imum. ¶Fimo. Turpiſſimæ voluptatis, quæ graue olet etiam ipſi peccanti, & poſt ſe relinquit pœnitentiã. ¶Cauſando me. Sicut & ille publicanus, qui dicebat. Deus propitius eſto mihi peccatori. ¶De lacubus profundis. Hic eſt ingreſſus in pſalmum. ¶Stetiſſe. Moram traxiſſe, cũ debuiſſem progredi nec ſaltantium inſidijs attendere, mollibuſve corũ verbis deliniri. ¶Faſſo. Mitius agendum eſſe cum ſponte confeſſis, etiam ipſe leges atteſtantur. ¶Gementi. Siquidem dixiſti, in quacumq; hora ingemuerit peccator peccatum ſuum, dimittam illi. Ezec. 13. ¶Alte Deus. Iuxta illud Augu. videte magnum miraculum fratres. Altus eſt Deus: humilias te: & venit ad te: extollis te: & fugit à te: quare? quia excelſus

ODE EX PSALMO CXXIX. De profundis.

VIx hæc ediderat roſei Regina decoris.
Vt caſtigaret pectora quaſſa metu.
Adderet vt vires victis: animoſq; leuaret.
Ex oculis abijt protinus alma parens.
Nos alacres facti: pulcherrima noſq; fouere
Spes cœpit; longæ & tædia dempta viæ.
Hoſtiles ſtrepitus, miſſiq; per aëra bombi,
Tunc exaudiri rarius, atq; procul.
Cumq; diu recta perrexiſſemus in altum,
Nullaq; formido, nullus adeſſet obex.
Heu miſeri blandis nimium confidere rebus
Cœpimus. & vana velle quiete frui.
Tum lentare gradus, viſa requieſcere in vmbra.
Et viridante toro membra leuare iuuat.
Otia dum trahimus, donec torpeſcimus vltro.
Inducens thyaſos obuius ecce chorus.
Aëris in campis Cereri, Bachoq; litabant.
Saltantum in medio mater amoris erat:
Nos quoq; dementes genio indulgere iubemur,
Dum medius rapido tranſeat axe dies.
Ducimus incauti choreas, mollemq; per herbam,
Membra toro demum ſemiſopita damus.
Dumq; diem luxu nos ſæpe fouemus inerti,
Occupat incautos nox ſuper atra ruens.
Heu miſeri dudum quos nec domuere labores,
Non acies ferri ſtricta parata neci.
Mollia ſerta ligant; vigilantia lumina ſomnus
Obruit; altus habet corpora feſſa ſopor.
Noctis & in medio circondamur ecce repentè
Hoſtibus, à tacitis, qui latuere prope.
Mox capimur cuncti, cunctiq; ligamur inertes,
Deijcimur celſis præcipites gradibus.
Impete dum ruimus vaſto, ſubtusq; profundas,
Mergitur in foueas: obruimurq; fimo.
Tum demum patuere doli: tum pectora demum
Planximus amentes, irriguaſq; genas.
Fluminis in morem lachrimæ tunc ora rigatunt:
Singultu, & gemitu conſonat ille lacus.
Tunc ego præ cunctis duxi, ſuſpiria ab alto
Pectore: cauſando meq; caputq; meum.

Tunc ego de lacubus sublata voce profundis
Ad te clamaui mitis, & alme Deus.
Pœnitet heu miserum me consensisse nefandæ
Sponte voluptati: meq; stetisse gradu.
Da veniam fasso: culpamq; ignosce gementi
Exaudi vocem supplicis alte Deus.
Vt Deus es clemens, pater atq; pijssimus, aures
Inclina precibus lucis ab arce meis.
Si scelus humanum, & facinus seruaueris omne,
Vt malus ex merito præmia quisq; ferat.
Omnia, quæ facimus, si tu vlciscaris iniqua;
Emeritas pœnas, vt Cruce quisq; ferat.
Heu quis sustineat tantas se vindice pœnas?
Quos poterit fixus tot quoq; ferre Cruces?
Crimina si miseri quoties admisimus vlla
Qui fragiles homines, vitrea vasa sumus.
Tu supera toties nos iusseris arce subire,
Vt iudex pœnas: quis ferat acer eas?
Si quoties peccant homines, tua fulmina mittas
O Deus extemplò mundus inanis erit.
At quia te iuxta dexter sedet arbiter ille,
Qui te propitium, te roget esse pium.
Hunc propter, legemq; tuam patienter ab alto
Sustinui præceps gurgite mersus aquæ.
Dura quidem patior: tamen hęc leuiora flagella
Quàm merui, agnosco patre iubente dari.
Hæc mea sustinuit patiens anima: hauriat oro
Solamen verbi dulcis ab ore tuo.
Illius in uerbo mentes attollite vestras
O socij: & turpi membra leuate fimo.
Vt mea iamdudum sitiens anima hausit ab alto
Spem viuam credens surgere posse fimo.

D excelsus est Dominus, & humilia respicit, alta verò cognoscit: sed non ignoscit. ¶Præmia. Idest Pœnam: nam medium est vocabulum. ¶Omnia. τὸν αὐτόν. Idem repetit, ad demonstrandam magnam quidem esse humanam fragilitatem, quæ multoties labitur: sed tamen multò maiorem esse Dei misericordiam, qui non semper punit, quin etiam sustinet longo tempore peccantem expectando illum ad veram pœnitentiã, quam si tandem non fecerit, graui tunc punit. ¶Cruce. Sic antiquitus mali serui plectebantur. ¶Heu quis sustineat. Q.d. nullus. cum vna ad mortem inferendam sufficiat. ¶Crimina. Tautologia est ratione supradicta. ¶Fragiles. Vt facti ex luto facile fatiscenti dicit etiam diuus Grego. si in Angelis suis reperit prauitatem, quantò magis in nobis, qui domos luteas habitamus, quorum terrenum est fundamentum? ¶Quis acer. Idest tam fortis? q.d. nullus ¶Dexter. Foeli. nobis, ac prospet, vel etiam qui sedet ad dexteram tuam. ¶Arbiter ille. Quem medium siue mediatorem Dei, & hominum, nostræ scripturæ appellant, videlicet D. N. I. Chr. ¶Te roget. Aduocatum D. N. I. C. 1. Ioan. 2 qui interpellat pro peccatis nostris. ¶Hunc propter. D. N. I. Chr. anastrophe est. ¶Legemq; tuã. Qua dicitur, vt iustificeris in sermonibus tuis, & E vincas cum iudicaris. ¶Sustinui. Alioquin desperassem. ¶Gurgite. Metaphoricos intellige pro difficultate emersionis à turpi peccato. ¶Dura quidem. Nulla quippe seruitus est grauior, quàm seruire peccato, & Diabolo. ¶Flagella. Quia sæpè numero sequens peccatum pœna præcedentis est, & omnis seruicij illius difficultas est pro flagello peccanti, vt se ipsum recognoscat, emendetq;. ¶Verbi dulcis. Quale fuit illud mitissimi patris ad Luc. 15. reuertentem filium prodigum, qui post osculum datum, dixit seruis, citò proferte stolam primam, & induite illum, &c. ¶O socij. Qui surrexit, debet alios peccatores suo exemplo inuitare ad resurgendum, sicut Matthæus publicanus, qui statim vt cõuersus est ad Christum inito conuiuio multos inuitauit publicanos & peccatores. ¶Sitiens. Salutem, & salutis autorem Deum, vnde & alibi, sitiuit in te anima mea, qua multipliciter tibi caro mea. ¶Speraui. Quis enim sperauit in Domino, & remansit confusus? ¶Subijciente manum. Nec enim peccator à seipso potest surgere à peccato, nisi ab ipso Domino adiuuetur. ¶Nitimini. Facite quod in vobis est. ¶Porrigit ecce manus. Hoc est, quod dicit in Euang. filius eius. Nemo venit ad me, nisi Ioann. 6. pater meus attraxerit eum, volentibus quippe porrigit ecce manus, non trahit inuitos. ¶Israel. Idest De populo fide vidente Deum qualis est omnis verè Christianus. ¶Prolis eius. Spiritualis magis, quàm carnalis. ¶Ab ortu diluculi, vsq; ad nigras noctis tenebras. Idest ab initio sæculi vsq; ad consumationẽ eius: item ab ortu nostro vsq; ad occasum, & rursus, a natiuitate Christi vel ab eius resurrectione, vsq; ad diem extremi iudicij, vel fortasse melius ab F ortu diuinæ lucis, idest cœlestis gratiæ, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, vsq; ad abscessum eius à cordibus humanis, tunc enim sequitur horrenda nox peccati. ¶Extinctos. Nunc in anima, deinde & corpore cum extrema dies venerit. ¶Patefecit olympum. Aperuit cœlum triumphali sua ascensione. ¶Peruigil ante fores. Nam ostiũ & ostiarius ipse cœli est. Do. Ioan. 10. N. I. Chr. vt in parabola ouilis Euangelici legitur, & exponitur à doctoribus. ¶Quæ non claud. Fores scilicet regni cœlorum. ¶Nisi nox. Peccati, vel mortis aut. inferni, vt suprà exposuimus. ¶Infusis ten. diffu. die. Nam cum egreditur uirtus statim vitium subintrat: non quia uirtute potentius sit uitium, aut Deo fortior Diabolus: sed cum uidet Dominus animum hominis pronum ferri ad voluptatem, vnde nascitur uitium, & iam prope il-

Ac veluti in Domino speraui: protinus ipso
Sic exurrexi subijciente manum.
Sic, ò sic Domino mecum iam fidite miti:
Surgere nitimini, porrigit ecce manus.
Clementi Domino iam speret, fidat & illi
Quicumq; Israel: prolis & eius erunt.
In Domino sperare licet surgentis ab ortu
Diluculi, tenebras noctis ad vsq; nigras.
Suscitet extinctos postquàm patefecit olympum
Maximus hic custos peruigil ante fores.
Quæ non claudentur, nisi nox impleuerit orbem
Infusis tenebris diffugiente die.
Surgite de cœno, facies & membra lauate.
Nam Deus est clemens mitis, amansq; pater.
En sedet, à dextris miserans clementia Regis,
Præ foribus Domini fons pietatis adest.

Iud de.

ad desiderare, statim indignabundus cum sua virtute recedit, lucem gratiæ suæ subtrahit, vnde tenebræ suffunduntur Diabolo subintrante. ¶ Lauate. Non baptismi lauacro, quia nequit iterari: sed pœnitentiæ lachrymis, exemplo Petri Apostoli post trinam abnegationem. ¶ A dextris. Dei patris, hoc est in potioribus bonis neque enim Deus habet dextram manum corpoream aut sinistram sicut nos habemus, quare sanè intelligenda est diuina scriptura, quæ de Deo sæpè humano more loquitur, tamquàm de homine & rege magno ne Antropomorphitæ hæretici, efficiamur, qui Dominum Deum patrem verè membra humana habere & corporalia crediderūt: cum sit incorporeus Deus, & spiritus lucidissimus, & fons lucis immensus. ¶ Miserans clementia regis. Scilicet D. N. I. Chr. misericors & clemens Rex regum, & Dominus dominantium. ¶ Præ foribus. In ipso introitu Ecclesiæ. ¶ Fons pietatis. Hic est Baptismus, in quò loti fideles omnium peccatorum suorum misericordiam consequuntur, & veniam. ¶ Propitiator. Idem Christus: nam se ipsum declarat vates, vbi paulo obscurius locutus est. ¶ Precio. Non auri, vel argenti, sed sanguinis Christi filij Dei, quare dicit Apostolus empti enim estis precio magno, &c. ¶ Captos. De manu inferi. ¶ Seruitio. Durissimi Pharaonis, Idest diaboli: nam scriptum est, qui facit peccatum seruus est peccati. ¶ Redemptorum. Fidelium ab initio mundi vsq; ad finem eius. ¶ Regem. De quò suprà. ¶ Nullius. Cuiusuis conditionis, quia apud eum nulla est acceptio personarum. ¶ Infinitus. Quia infiniti Dei est. ¶ Thesaurus. Precium valoris passionis Christi inestimabile atq; ineffabile, cui addita sunt (si tamen aliquid addi potuit) vniuersa martyrum, & sanctorum merita: hæc est indulgentia, quæ à summis pontificibus sæpissimè in fideles distribuitur, nec vmquam deficit, uel defectura est: sed sicut Christus est æternus: ita & misericordia eius æterna. ¶ Alta voluntas. Et immensa miserendi: nam quantùm in ipsò est: vult omnium misereri, & omnes homines saluos fieri: sed multi tantæ misericordiæ seipsos subtrahunt, & indignos prauis moribus reddunt. ¶ Cunctis. Volentibus redimi, petentibus, & quod in se est facientibus. ¶ Ad mensam. Quæ est altare, vbi agnus eius immolatur, & precium sanguinis exoluitur. ¶ Supplex. Quiuis etiam peccator, modo pœniteat. ¶ Condus abit. Legislator antiquus Moyses, per cuius latam legem non tollebantur peccata: sed signabantur exoluenda in aduentu redemptoris Christi precio sanguinis eius. ¶ Abit. Quia lex & prophetæ vsq; ad Ioannem, deinceps gratia prædicatur, etenim per Moysen lex quidem data est: gratia verò per Iesum Christū facta est. ¶ Modò. Tempore gratiæ. ¶ Promus adest. Petrus Christi Vicarius, & successores, quibus claues huius thesauri dispensandi ab ipso Domino datæ sunt, est autem pulcherrima allusio ad duos magnos cuiuspiam Regiæ annonæ ministros, quorum condus recondendi in horreum vel in penu habet officium; promus autem inde expromendi hòc est dispensandi pro necessitate domesticorum habet ministerium. ¶ Largusq; redemptor. Non Petrus: sed Christus, neq; enim Paulus, aut Petrus crucifixi sunt pro nobis: sed ipse D. I. Chr. quare, precipuus est ipse sui sanguinis dispensator. Petrus verò minister eius, & fidelis dispensator, siquidem dicit Apostolus: hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. ¶ Vetus. Israel: Populus Dei antiquus ab Israele descendens. ¶ Quem petiere patres. Patriarchæ, & Prophetæ. Moyses enim dixit. Mitte Domine, quem missurus es, & Esaias: emitte agnum Domine dominatorem terræ, &c. ¶ Cunctos. In futurum vsq; ad diem iudicij. ¶ Voluere. In Christum credendo, siue adhuc venturum, quò ad israeliticos patres, qui fuerunt ante primum eius aduentum, siue postquàm venit, quò ad omnes omnino gentes. ¶ Aere graui. Peccatorum, nihil enim est grauius, iniquitate quæ vsq; ad profundum inferni miseros impingit peccatores. ¶ Cuncta. Etiam enormia. ¶ Cunctorum. Etiam gentilium fidelium tamen. ¶ Tendamus. Exhortatio est. ¶ Ecce manus. Redemptoris porrigit precium, quod soluat prò nostris peccatis.

Caus. 24. qp. 3. cap. Deus.

1. Cor. 6.

Ioann. 8.

Ioann. 1

1. Cor. 4.

Exo. 4.

Esa. 26.

A

B

Propitiator adest, precio qui sanguinis alto
 Nos redimat captos, seruitioq; leuet.
Quanta redemptorum Regem stet copia iuxta
 Cernite: nullius respuit ille preces.
Infinitus enim thesaurus & alta voluntas
 Munifici Regis debita cuncta leuat.
Est precium, semperq; parata redemptio cunctis
 Diuitis ad mensam principis ecce Dei.
Iam non erubeat supplex ad sydera palmas
 Tendere: qui soluat debita promus adest.
Condus abit, modò pronus adest qui largusq; redemptor,
 Quem uetus Israel, quē petiere patres.

Hic redimet cunctos, & qui voluere redemit,
 Hic Israelem soluit ab ære graui.
Crimina cuncta luet: cunctorum vincula soluet:
 Cunctorum ex humeris pondera iniqua trahet.
Tendamus palmas igitur: quid stamus inertes?
 Quod soluat, precium porrigit ecce manus.

C

PROTINVS accepto precio, pariterq; soluto, &c. cum forte ex incuria nostra inciderimus in aliquod graue facinus, propter quod ab alio gradu prioris iustitiæ, & sanctitatis delapsi sumus, non est nobis desperandum: sed ad salubre remedium pœnitentiæ recurrendum, & implorata Dei misericordia ad pristinum iustitiæ opus, & sanctitatis gradum anhelandum, iuxta illud Apocalypsis. vide, unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, alioquin veniam & mouebo candelabrum tuum de loco suo, &c. Denuò autem nobis redeuntibus ad priora opera nihil sanius est humili re cognitione diuini huius beneficij, & considerata fragilitate humana assiduis precibus efflagitare diuinam custodiam, & ipsum ducem habere Deum, quæ omnia seruarunt isti nobilissimi cursores, vnde & citò ad pristina sunt restituti, & Deo Duce impetrato etiam ad altiora prouecti sunt. Dicit ergo vates tamquam vnus ex illis. ¶ Protinus accepto precio. Redemptionis nostræ de fiducia misericordiæ diuinæ propter passionem filij sui. ¶ Cecidere humeris. Pulcher versus, qui rem ipsam ante oculos exponit. ¶ Emersisq; fimo. Peccatorum, quibus polluimur & fetemur corā Deo & Angelis eius. ¶ Vicini fontis. Misericordiæ Dei, quę vnicuiq; proxima est haurire volenti. ¶ Decor. Sanctitatis, & mundiciæ prioris hinc alibi dicitur.

Apoc. 2.

ODE EX PSALMO CXXX.

Domine non est exaltatum.

PRotinus accepto precio pariterq; soluto,
 Vincula cunctorum mox cecidere humeris.

Emersiq; fimo vicini fontis in vnda
Ablutæ sordes, redditus estq; decor.
Indutiq; stola vt nuper talaria plantis
Suscipimus: digitis annulus estq; datus.
Oscula casta deinc ori Rex ipse benignus
Nos amplexatus, nec sine more dedit.
Insuper admonuit, fugeremus vt ocia gnauis
Cautius & cæptum prosequeremur iter.

D citur. Asperges me Domine issopo, & mundabor.
Lauabis me & super niuem dealbabor. ¶ Stola innocentiæ.
Et hæc est decor, de quo supra. ¶ Talaria.
Alas talares, à talis vsq; ad plantas pedum,
per quas velocitatem significamus affectuum, &
desideriorum, tantò enim velocius quis ascendit
ad altos virtutum gradus, quanto ardentius accenditur
eius desiderium. ¶ Annulus. Fidei. alludit
autem vates ad insignia reconciliationis, quæ filio
prodigo reuerso iussa sunt à patre restitui, cito
Luc. 15. (inquit) proferte stolam primam, & induite illum,
& date calceamenta in pedibus eius, & annulum
in manu eius. ¶ Oscula casta. In signum paternæ reconciliationis. ¶ Nec sine more. Est enim illi patri mos talis,
vt dicitur in parabola prodigi, quia dum adhuc esset à longe, vidit eum & misertus est, & occurens amplexatus
Matt. 26. est, & osculatus est eum. ¶ Admonuit. Propter recidiuum. Vide doctrinam Euangelicam. Vigilate, & orate,
Matt. 12. ne intretis in tentationem. ¶ Ocia. Nam cum immũdus Spiritus, qui exiit ab homine redierit ad eundem
tentationis gratia, si inuenerit domum vacantem. Idest, animam ociosam, assumptis vii. Aliis spiritibus nequioribus
se ingreditur, & habitant ibi. Et fiunt nouissima peiora prioribus. ¶ Gnaui. Diligentes atque soliciti. ¶ Cautius.
Ne iterum lenociniis hostilibus deliniremur. ¶ Grates persol. dig. Nihil aliud habemus, quod Deo retribuamus,
quam gratiarum actiones, & laudes. Non vt ille ipsis indigeat. Sed quia nos inde meliores efficimur, atque

Tunc alacres facti, grates persoluere dignas
Non opis est nostræ (diximus) alme parens.
Ast ego, quem casus multùm turbarat amarus,
Restituit Regis gratia quemq; pij.
Non minus ac Ionas, quem ponti bellua sorpsit,
Euomuitq; pij principis imperio.
Lætitia spartus gelido simul atque stupore.
Mente perhorrebam, *pectore promptus eram.*
Sacra redemptori meditabar grata litare,
Hostia præ manibus si tamen vlla foret.
Cum mihi nulla foret, summisso poplite flexus,
Et genua amplectens supplice voce rogo.
Suscipe sancte parens libamina pectoris hausti
Contritu cordis suscipe sacra precor.

Hiero. 2. acceptiores. ¶ Non opis est nostræ. Idest, facultatis
& sufficientiæ. Quia viles facti sumus nimis
iterantes vias nostras pessimas. ¶ Ast ego.
E Vates, de seipso loquitur, vt alios suo exemplo
cautiores reddat à lapsu, & à recidiuo. Nam
optimum genus est docendi. Cum autor ipse
proprios casus, & pericula narrat: & quibus medijs
euaserit. ¶ Ionas. Hanc hystoriam. Vide &
Ion. 1. 2. libro ipsius prophetæ. ¶ Bellua. Cete siue Balena.
¶ Lætitia. Quia liberatus fueram à tam dira
captiuitate, & restitutus in gratiam Domini.
¶ Gelido stupore. Ex memoria repentini casus.
¶ Perhorrebam. Propter reliquias prioris metus,
simul & metuens, ne iterum caderem.
¶ Promptus eram. Ad complacendum tam miti
Domino. ¶ Litare. Sacrificium illi offerre pro
gratiarum actione. Iuxta morem antiquum.
¶ Hostia. Quæ mactaretur. Et aræ imponeretur.
¶ Nulla foret. Quia recesserant ab aula sanguineæ,
& carnales illæ ceremoniæ. ¶ Summisso
poplite. Propter humilitatem. Nam oratio humiliantis
se penetrat nubes. ¶ Pectoris hausti. Superbia & arrogantia exinaniti, & vacui. ¶ Contriti cordis. Sic
& alibi. Sacrificium Deo Spiritus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. ¶ Afflictæ. Ex memoria
Rom. 12. diuinæ offensionis: qua nulla mihi est afflictio maior. ¶ Victima. Hostiam sanctam, Deo placentem nos
ipsos offerre Deo monemur ab Aposto. ¶ Exal-

Mentis & afflictæ placeat tibi victima nostræ:
Mactatiq; animi suscipe vota pia.
Exaltata Typho non sunt mea corda tumenti,
Pectora nec fastu pertumuere graui.
Sed nequa nodosam ceruicem flectere tempsi;
Composito gressu colla nec alta tuli.
Elatis oculis nec circumquaque superbus
Incessi: nutu grandiloquusúe fui.
Sed neque compositis volui grauitate videri
Arte supercilijs, censor vt ære grauis.
Sanguineis oculis trux nulli, aut lumine torto,
Aspectuúe minax, terribilisúe fui.
Me neque magnorum procerum comitatibus vltrò
Inseruí: magnum crederet vt populus.

tata. Hic ingreditur vates in Psalmum, ¶ Typho.
Superba animi elatione. ¶ Pectora. Expo-
Matth. 6. sitio superioris sententiæ. ¶ Nodosam ceruicem.
Duram, qualem habebant antiqui Pharisæi.
¶ Composito gressu, colla nec alta. Duo
F sunt signa interioris superbiæ. Quæ etiam improperauit
Esa. 3. Esaias propheta mulieribus Iudæorum.
Sic dicens. Pro eo quòd filiæ Hierusalem
ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum
ibant, & plaudebant, & pedibus suis
composito gradu incedebant. &c. Quæ omnia
sunt signa superbiæ. ¶ Grauitate. Ficta & non
vera. Nam si vera esset maturitatis morum signum
est. Ea & probabilis est. Et maxime decet
senes. ¶ Aere grauis. Duplicem habet sensum.
Idest quales solebant olim esse censores
Romani, qui equitum census recensebant.
Alius est. Qualis apparebat aliquis censor auarus.
Qui vt formidaretur, grauitatem Catonianam
simulabat, lucra & munera captabat sub hac incussione timoris. ¶ Trux nulli. Quod facere solent furibundi
& minaces Tyranni, vt appareant subditis formidabiles. ¶ Lumine torto. Et hoc inuidie est. Quæ & ipsa
est filia superbiæ. ¶ Terribiles. Vt milites nostri temporis. Maximè in rusticos. ¶ Magnorum. Non est malum verè
magnum esse virtute. Cum dicat Dominus in Euangelio. Qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno
cælorum. Sed reprehensibile est inter magnos ambulare. vt magnus videaris: cum modicæ, vel nullius sis virtutis.
¶ Grandia verba. Et hoc superborum est, atque loquacium, & maximè hæreticorum. Qui loquacitate po-

tiuns.

Formaui tumido nec grandia verba palato:
Commentum haud vllum sesquipedale fuit.
Sensa nec exposui sactis aliena tabellis:
Vt trutinarentur pensiculata diu.
Magna nec effinxi, quæ non mea dextra patrauit.
Magnus vt in populo, conspicuusq; forem.
Nec mirabilibus magnis iactatus, vt aura
Mulceret vulgi: quod solet esse Ducum.
Non ea tentaui nostras miracula vires
Quæ multum excedunt, altaúe prodigia.
At si non humilis summissiùs omnia de me
Vt dico (sensi) mentior atque tibi.
Corde vel inflatus si animam per inania duxi,
Aut exaltaui condita celsa super.
Abijciar gremio procul, ablactatus vt infans,
Quem velut indignum, despicit alta parens.

A tius, quàm eloquentia vera tumentes simplicitatem Ecclesiastici sermonis despiciunt. Ac si ipsi soli nugaces sapere videantur. ¶ Sesquipedale. Longum hyperbaton. Difficilem inuolutã, ac longam constructionem. Vt doctiores ex hac prolixitate videantur, & subtiliores ex inuolucro verborum. Alius. Sesquipedale verbum. Significat dictionem vnius pedis & semis. Quæ tumidum carmen reddit, & dissonum. Quale est illud. Tum velatarum coniungimus antennarum cornua &c. Et nostrum hoc infra positum dedita opera. Vt trutinarentur pensiculata diu. ¶ Aliena. Noua & veterana. ¶ A sacramentis tabellis. Diuinæ legis, & sacrorum doctorum. Contra illud sapientis. Ne transgrediaris terminos patrum tuorum. Et iterum. Ne initaris prudentiæ tuæ. Quod exponens Hieronymus, ait. Prudentiæ suæ innititur. Qui ea, quę sibi dicenda vel agenda videntur, patrum decretis pręponit. Et rursus idem dicit. Vino inebriantur, qui sacras literas aliter exponunt, quàm Spiritussanctus uelit. ¶ Trutinarentur. Examinarentur. & quasi ad stateram llbrarentur. ¶ Pensiculata diu. Quasi longa cogitatione prius exquisita. Vt mirabiliora apparebant, & preciosiora habeantur. Tanquam & præmeditata. ¶ Effinxi. Hoc gloriosi est, & iactabundi. Militis, aut Ducis. Sic & quod sequitur de eo, qui gaudet popularibus auris. ¶ Non ea tentaui. Exemplum horum habemus in actis Apostolicis illorum fratrum, qui tentabant in nomine Domini Iesu eijcere Dæmonia. Et lacerati fuerunt ac penè interfecti. Porrò his omnibus modis ambulant quidam in magnis, & in mirabilibus super se. Quod vates se fecisse negat. ¶ At si non humilis. Imprecatio est, mentis benè sibi consciæ. ¶ Condita celsa super. Super alta & secreta iudicia Dei. Iuxta illud sapientis: In multis operibus Dei, noli esse nimis curiosus perscrutator. Multa enim excedunt humanum captum. ¶ Ablactatus vt infans. Duobus modis exponit vates hoc dictum Dauid obscurum. Sicut ablactatus est super matre sua, & ita clarè, vt nulla alia indigeat expositionè. ¶ Sponseque tuæ, mag. par. Hæc est sancta mater Ecclesia. Collectio videlicet, omnium fidelium. ¶ Disijciar. Per peccatum. ¶ Discutiar. Per excommunicationem. Et iterum. Disijciar in præsenti, discutiar in futuro sæculo. ¶ Hæc sibi retribui. Causa graui huius pœnæ. ¶ Sentiat. Ad grauiorem sui afflictionem. Et ad aliorum cautellam. ¶ Quin potius. Secunda expositio præcedenti contraria, & magis optanda. ¶ Propensior. Intensior, ac diligentior. ¶ Sustinet. In gremio suo à se genitum recognoscens. ¶ Blandus. Per hoc nobilem vult illum ostendere, qui blandicijs allicitur, & non seruili terrore compellitur ad virtutis amorem. ¶ Alitq; cibis. Idest mysticis ac spiritalibus sensibus sapientiæ. De qua re vide Apostolum. Carnales enim adhuc discipuli lacte. Idest hystorica, simplicique doctrina sunt erudiendi. Spiritales autem viri spiritali doctrina (quæ solidus est cibus) sunt ammonendi. Sapientiam inquit Apostolus, loquimur inter perfectos. ¶ Pulcherrima. Vtpote sine ruga & macula, vt idem docet Apostolus. ¶ Sub vberibus suis. Quæ duo sunt testamenta. ¶ Mensæ. Altaris, vbi carnibus agni, & vituli saginati pascimur, & pane viuo de cœlo descendente. & rursus mensæ doctorum sacræ scripturæ. Vbi & verbo Dei pascitur animus. Quia non in solo pane viuit homo. sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. ¶ Pane niueo &c. Cibabit eos Dominus pane vitæ, & intellectus. Et Aqua sapientiæ salutaris potabit illos. ¶ Solido cibo. quo supra. ¶ Pau. pne. Humili Spi. ¶ Vos quoq;. Suo exemplo uates alios exhortatur ad humilitatē, quæ bonis nos faciet eternis perfrui. Amen.

Prou. 22. & 3.

B

Eccl. 3.

Vberibus sponsæq; tuæ, magnæq; parentis,
Sic ego disijciar, discutiarq; sinu.
Hæc sibi retribui pro fastu, seq; relictum
Deficiens animus sentiat ipse meus.
Quin potius dulcis genitor, mitisq; redemptor
Cum mentem nostram non tumuisse scias.
Sit tibi cura mei, & tantò propensior oro,
Humani quantò maior amor generis.
Sim super vberibus tener ablactatus vt infans,
Quem genitrix gremio, quem fouet alma sinu.
Quemq; vlnis genitor dignatur ab vbere sumptum
Sustinet in mensa blandus, alitq; cibis.
Sic tua me coniunx pulcherrima, sancta parensque
Nostra, sub vberibus condat, alatque suis.
Sic me suscipiens vlnis accumbere mensæ
Vberibus demptum da pater alme tuæ.
Pane tuo refici niueo, da nectare dulci
Potari: solido vescier atque cibo.
Hæc sibi retribui pro paupere pneumate norit
Mens mea: delitijs exaturata nouis.
Vos quoque dilecti socij, Israelis alumni,
Sperate in Domino talia summa bona.
Viuida permaneat spes nostra per omnia secla:
Donec in æternis fas erit esse bonis.

Heb. 5.

C

1. Cor. 2.

Matth. 4

Eccl. 15.

TVm precibus nostris. Duabus potissimum ex causis permittit Dominus ex alto gradu suos electos cadere. Vna, vt ex desidibus diligentes reddantur, atque feruentes: altera, vt omissa propria fiducia seipsum exorent ducem habere. Rogatus quoque suum libenter illis ducatum impartitur. Canit itaque vates inter alios cursores præcipuus. ¶ Tum precibus nostris. Lachrimisq; fluentibus vltro. O fœlix lachrima sola adis inaccessibilem.

ODE EX PSALMO CXXXI.
Memento.

TVm precibus nostris, lachrimisq; fluctib. vltrò
Motus ait princeps inclytus, atque pius.
Surgite dilecti, volucrisq; per aera saltu.
Scandite præteritos rursus ad alta gradus.
Præducis officio deinc fungent luminis ictu
In gradibus summis anteuolando locat.
Edocet insidias, latitans vbi cœpit inertes
Hostis atrox: captos, præcipitesque dedit.
Corrigit, emendat, relegens loca plena furentum,
Castigatque moras: se iubet atque sequi.
Ocior anteuolat: celeres neque commouet alas.
Expandit tutum quaque sequamur iter.
Nos pauidi trepidare metu, ne fortè sequentes
Tardius effugeret, desereretq; pigros.

D bilem. Superas inuincibilem, flectis inflectibilem, placeas inexorabilem. Extorques ab inuito flagellum, ab irato impetrat gratiam, numquã vacua redis ad eum qui te misit. ¶ Princeps. Omnium fidelium Christus. ¶ Luminis ictu. Facilè est Deo subitò honestare pauperem. Et sicut suscitat de puluere egenum, sic & de stercore erigit pauperem peccatorem, quem verè pœnitentem videt. ¶ Locat. Nam Domus ruinosa citius erigitur, qoia omnis adest materia, quam noua ædificetur, qoia omnis materies aliunde apportanda est & præparanda. Hinc est celebre dictum diui Bernardi. In religione, vbi cõgregatio est sanctorum, rarius caditur, vbi rara est occasio. Cicius resurgitur, vbi multæ sunt manus adiutrices. ¶ Edocet insidias. Cautiores quippe redduntur ex lapsu & surgunt inde fortiores vt Pet. Apo. ¶ Corrigit emendat. Siue plectendo, ut hoc solũ benè agitur, siue ignoscendo, vita hominum corrigatur. ¶ Castigatq; moras. Quia semper nocuit differre paratis. Et mora sua cuilibet, est nocina, magnum est interdum moræ precium. Legimus Gai. Ces. amisisse imperium propter morulam modici temporis qua voluit ante ientare quam procederet ad salutandum Imperatorem. Qui proposuerat priorem ex nepotibus aduenientem hæredem Imperij relinquere. Nam dum moram ille ientando contraheret, præuenit Caius: qui statim declaratus est successor.
E Vide Suetonij hystoriam. ¶ Neque commouet alas. Quia sine vllo labore Deus operatur. ¶ Desereretque pigros Sententia est diui Ambrosij, Solertius Deus appropiat, longè verò fit à pigris. ¶ Casus acerbus. De quo suprà in Psalmo. De profundis. Optima cautela est à recidiuo, assidua memoria casus præcedentis, passorumque malorum. ¶ Per pia sacra. Cordis contriti, & humiliari, de quibus in Psalmo precedenti. ¶ Siste gradum. Infirmitati nostræ

Tunc ego quem casus nimium turbarat amarus,
Pone sequens, cœpi voce rogare Ducem.
Per pia sacra precor, tibi quæ placuere litata,
Siste gradum: nec nos desere chare pater:
Nos luteas habitare domos dux optime nosti.
Cœlestes animos corpora tarda grauant.
Interdum subsiste parùm: molimina nostra
Suscipe tu miserans, robur & adde mora.
Præduce te dabitur superatis omnibus alta
Vrbis Olympiacæ limen adire sacræ.
Preuius esto igitur nobis, nec subtrahe nostro
Te pater aspectu pro pietate tua.
Optatam donec tecum pertingere metam
Fas erit emensis omnibus his gradibus.
Indignus voces, nec sordes aspice nostras.
Propitius propter nomen adesto tuum.
Stirpis Iessææ potius reminiscere gratæ;
Esto memor vatis, psalmidiciq; tui.
Esto memor chari Dauidis, & illius ergò
Pectoris humani dexter adesse velis.

compatiendo. Neq; enim serui Domino possunt æquari. ¶ Nec nos desere. Nam si fuerimus deserti à te. Mox iterum capiemur ab hoste sequenti. ¶ Luteas domos. Et ob id fragiles. Qualia sunt
Sap. 9. vasa terrea. ¶ Grauant. Sic & Sapiens dixit. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. ¶ Molimina. Tardos ac graues ascensus. Molimur enim quantùm possumus, & tamen adhùc te sequendo tardi sumus. ¶ Præduce te. Ecce fiducia in Domino firma. ¶ Superatis omnibus. Arduis & quæ immunent periculis. ¶ Vrbis Olympiacæ. Hierusalem cœlestis. ¶ Nec subtrahe. Metuit, & propterea idem repetit. Nouit enim benè esse cũ illo, & male sine illo. ¶ Pro pietate tua. Non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos (ait Apostolus) sed per suam misericordiam saluos nos fecit. ¶ Metam. Cœlestis Hierusalem. ¶ Indignas
Titum. 3 exaudiri. Iuxta illud Euangelicum, Nos scimus
F quia peccatores Deus non exaudit. Sed siquis cultor eios est. Hunc exandit. ¶ Sordes nostras. Nam
Ioann. 9. si iustitiæ nostræ penes Dominum sunt quasi pannus menstruatæ: ipsæ sordes peccatorum. quam
Esa. 64. fœdissimæ erunt. Nomen tuum. Quod inuocatũ est super nos. Ne blasphemetur ab improbis. ¶ Stirpis Iessææ. Dauid filij Iesse iuxta literam. Et
Esa. 21. D. N. I. Christi secundum Spiritum. Nam & de ipso scriptũ est. Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius &c. ¶ Psalmidici tui tui. A quo Psalmi fuere decantanti. Porrò hic ingreditur in ipsum Psalmum chari Dauidis. De quo ipse Dominus testatus fuerat, qoia inuenit virum secundum cor suum. & de Domino N. I. Chr. per eum mysticè significato voce de nube
Act. 13. Matth. 3. emissa. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. ¶ Illius ergo. Idest causa iuxta illud
1. Reg. 24. & 26. Verg. in sexto illius ergo venimus &c. ¶ Humani. Ita vt pepercerit bis hosti suo infensissimo Regi Saul, cum Dominus illum tradidisset in manus eius. Quin & fleuerit extinctum. Quem etiam vltus fuit. Dominus quoque
2. Reg. 1. Iesus in Cruce positus cum lachrimis & clamore valido non solum pro nobis cùm adhuc inimici essemus (vt do-
Heb. 5. cet Apostolus) oraoit. Sed & pro ipsis crucifixoribus rogauit patrem dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt,
Luc. 23. quid faciunt. ¶ Dexter. Propitius. Poeticum est. ¶ In dirum Regem. Saul, qui per inuidiam persequebatur eum
Matth. 2. ad necem. Sed Dominus semper eum tutatus est, ne caderet in manus eius. ¶ Progeniemque malam. Filium Sau-
Matth. 3. lis, qui post illum factus est rex. Nec minus, quàm pater quærebat animam eius. Si ad Christum referas. Dirum Regem Herodim intellige, qui paruulos infantes pro illo interfecit. Et progeniem malam ipsos Iudæos intellige. à quibus post longam persecutionem est morti traditus. Progenies enim viperarum, & ab ipso Ioanne Baptista

dicta

Quæ fuerit nosti, vis mansuetudinis eius
In dirum Regem, progeniemq; malam.
Esto memor, quoties crudeli ignouerit hosti
Mitis; & extinctum fleuerit vltus eum.
Quo pater affectu mandauerit ipse rebellem
Seruari gnatum tuq; memento pater.
Quem non commoueat vox flebilis illa patentis?
Vt pro te moriar nate, quis hoc tribuat?
Quid tibi pollicitus fuerit, reminiscere quæso,
Iurisiurandi religione data.
Voucrit illud idem (nosti) Dominoq; Deoq;
Quem colnere patres, præcipuusq; Iacob,
Autoris extiterat voti, primusq; solutor
Vt fuerat compos: nec minus iste nepos.

A
dicta est. Et à Domino generatio mala & adultera. ¶ Ignouerit. Vide hystoriam Libri primi Regnm. ¶ Fleuerit. Et ieiunauerit, cecineritque carmen lugubre. ¶ Vltus cum. Interficiendo inuentum illum Amalechitem. Qui ad se detulerat coronam, & armillam Saulis, qui & confessus est sese illum peremisse. ¶ Rebellem. Gnatum. Absalonem. A quo fuerat abiectus regno. Nam in vltimo prelio mandauit cunctis ducibus suis, vt viuum eum seruarent. Sed tamen ita volente Domino extinctus est. Nam fugiens crinibus ramose quercui suspensus, dum palpitaret à Ioab principe militiæ quatuor lanceis transfossus est, & sic interijt. ¶ Vox flebilis. Nam cum renunciata victoria dictum illi fuisset puerum mortuum esse. Non minus ac si nictus esset retraxit se in solariū, & flens ambulando clamabat. Absalon fili mi, fili mi Absalon, quis mihi det, ut pro te moriar fili mi Absalon. ¶ Quid tibi pollicitus fuerit. Hæc pollicitatio infrà ponitur. ¶ Religione data. Vt firmior esset promissio. Additum est iusiurandum. Et tertio loco etiam votum. ¶ Autor voti. Siquidem nouit Iacob. Vt si Dominus Deus daret illi victum, & uestitum sese illum perpetuò habiturum in Deum, & decimas omnium, quæ illi daturus esset soluturum. Ex hoc uoto factum est ut omnes ex Iacob carnaliter, & Spiritualiter descendentes, & Deum colere ac decimas soluere teneantur. ¶ Vt fuerat compos. Nam suprà quàm optauerat, obtinuerat. Siquidem solus cum baculo abiens pertransierat fluuium, & cum duabus turmis regressus est. ¶ Nepos. Dauid qui & regnum obtinuit. ¶ Si prius ingressus. Hoc est votum, quod vouit Dauid. ¶ Tabernacli. Sic appellat palatium suum. Quia sese peregrinum in hoc sæculo, agnoscebat sic & fuerant patres eius. ¶ Ora. Faciem. Vt moris est. Quando premimur à somno. ¶ Sedem, In qua figeret tabernaculum, & sub eo Arcam fœderis. Sicut & fecit. Vide librum Regnm. ¶ Præuiderat. Ea nocte qua vidit scalam attingentem vsque ad cœlum. Vt dictum fuit suprà in principio graduum. ¶ Hic hic. Demonstrantis est locum in monte Sion. Vbi & suam condiderat arcem. Nam mons moria super quo dicitur fuisse ædificatum à Salomone templum Dei, iugum erat eiusdem montis Syonis, seu vnus ex verticibus eius. ¶ Fratre furente. Propter sumptā benedictionem. Minabatur enim se illum occisurum. Nota est hystoria. ¶ Fœderis. Quæ & veteris testamenti dicitur. Propter duas tabulas legis intres à Moyse reconditas. ¶ Quam colat. Idest frequenter dando petentibus responsa vt moris erat. ¶ Me miserum. Dolet in Spiritu vates quia præuidebat & Arcam perituram, & ritum pristini cultus circa eam desiturum, & quod grauius erat, ipsum Dominum Deum deserturum esse Iudæam gentem propter diram impietatem illius in prophetas, Christum, & discipulos eius. Et transiturum esse ad gentes omnium nationum. ¶ Auitum. Quē aui & nostri coluere maiores. ¶ Cum testamento. Promissione illa veteri. A cuius conditione apposita Iudæi priores recesserunt. ¶ Cum statione sua. Idest cum Angelorum custodia. Nam militari more pro illo populo assidua illic erant in statione. Verùm appropinquante ruina abierunt. Nam vt scribit Iosephus auditæ fuerunt voces ex adyto templi Angelorum dicentium abeamus his sedibus. ¶ Ephrata. Hæc est Bethleem Iudæ, in qua natus est Dominus noster Iesus Christus filius Dei. Cuius Natalis hoc positum est vaticinium. Quod clariùs Micheas, expressit dicens. Et tu Bethleem siue. Ephrata terra Iuda nequaquàm minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. ¶ Quę speculi Luc. im. pul. Sic interpretatur hæc dictio Ephrata. Porrò speculum hoc lucens fuit Iesus Christus. In quo relucet imago Dei patris. Potest & beatam Virginem significare in qua reluxit Christus Dei patris imago. Sic & ipsam matrem Ecclesiam cuius Typus in matre virgine præcessit. ¶ Sole. Iustitiæ Christo Domino nostro. ¶ Fulget. Deiaris splendore, si ad Christum referas, & miraculorum corruscatione. Nam ea nox, in qua natus est, sicut dies illuminata est. Et cum Angelis apparentibus

Matt. 12.
2. Reg. 1.
2. Reg. 18
2. Reg. 18.
Gen. 28.
B

Si prius ingressus ero mea limina (vouit)
Ampla tabernacli celsa domusq; meæ.
Ostia si thalami penetraro mente quieta,
Scandero si lecti mollia strata mei,
Si mea præbuero vigilantia lumina somno,
Sine volens, nolens semisopitus ero.
Si graue per somnum caput inclinauerit ora,
Si requiem dedero temporibusq; malis.
Sedulus inueniam donec propè limina sedem,
Dignā tabernaclum quæ sit habere Dei.
Sicut & Isacides præuiderat ipse Iacobus.
Dum fugeret patriam fratre furente domum.
Hic, hic omnino (Dauides Inclytus inquit)
Digna Deo domus est ædificanda mihi.
Cumque tabernaclo iuncta sibi fœderis arca,
Nostrorum patrum quam colat ipse Deus.
Me miserum, sed vbi Dominum quæremus auitum?
Cum testamento? cum statione sua?

2. Reg. 6.
Gen. 28.
Gen. 27.
Gen. 25.
C

Ephrata, quæ speculi lucentis imagine pulchra est,
Sole repercusso fulget vbiq; procul,
Dicitur (vt nuper nostras peruenit ad aures)
Iamque tenere Deum: iamque fouere sinu.
Illa tabernaclo Domini, lætatur & Arca:
ed magis ex ipso læta fit illa Deo.
Nos ibi quæsijmus; sed non inuenimus illum;
Quòd lenti fuimus, fugerat inde procul.
Cumque pedum (cursu(vestigia certa notantes
Cum gemitu, & lachrimis prosequeremus eum,

Mich. 5.
Luc. 2.

D lux ingens effulsit. Si ad beatam Virginem, fulsit
sanctitatis splendore, demum & miraculorum
luce. Sic & ipsa mater Ecclesia, fulget vbique lu-
ce doctrinæ, & sapientiæ Dei, quæ in ea est. ¶ Pro-
cul. Etiam vsque in fines orbis terræ. In quibus
prædicatum est Euangelium Lucis. ¶ Deum. Ibi
natum. ¶ Sinu. Ipsius Virginis Matris Mariæ. ¶ Ta
bernaculo. Corporis sui. In quo militaturus appa-
ruit. Potest etiam intelligi de vtero Virginis. Vnde tamquàm sponsus processit de Thalamo suo. Sed & Ecclesia
tabernaculum Domini dicitur. In quo militamus omnes Christi fideles. ¶ Arca. Eiusdem significationis est, cuius
& ipsum tabernaclum. Nam Arca est Corpus Christi. In quo latuit diuinitas eius. Et uterus Mariæ, in quo latuit
totus Christus. Sic & in Ecclesia, in qua mysticum Corpus Christi continetur. ¶ Nos, Iudæi. ¶ Quæsijmus. Cum
Herode ad perdendum eum. Item & tempore exeidij qoæsierunt Dominum molti ex ipsis, qui nec inuenerunt
redemptorem, sed seuerum vindicem. ¶ Fogerat. Non astrictus necessitate, sed sponte, vt etiam nobis innuc-
ret fugiendum esse persecotionis tempore. ¶ Protul. In Egyptum, deinde & ad gentes post Ascensionem Apo-
stolicis pedibus. ¶ Pedum. Domini. ¶ Cum gemitu & lachrimis. Agendo pœnitentiam persecutionis in eum, & in
Rom.6. discipolos eius. ¶ Io campis syluæ. In latitodine gentium olim sterilium à bonis operibus. ¶ Deserti saltus. Olim
à Deo derelicti. Quia vt ait Apostolus. Ex quo per creaturarum cognitionem gentes peruenerunt in veri Dei, &
Creatoris notitiam, nec voluerunt eum solum vt debuerunt colere, atque glorificare. Permisit eos Deus arbi-
trio suo duci, ac voluptatibus proprijs trahi. Qui propterea in reprobum sensum ducti sunt. Et in uarios erro-
res collapsi. Nec posteà reuocandos eos duxit usque ad tempora Apostolorum. ¶ Regione noua. De qua prædi-
ctum fuerat per alium prophetam. Innouate nouale. ¶ O socij. A Iudaismo ad Catholicam Fidem conuersi.
¶ Tentoria. Militantem Ecclesiam, quæ & suprà tabernuculum uocata est. Quia Dominus habitans in ea vsque
consummationem sæculi Dux noster, & Pastor est. ¶ Vnanimes. Quod & factum esse Lucas testatus est dicens.
Act.4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. ¶ Loca sancta. Montium Syonis, Caluarij, Olueti. & Ta-

Cum gemitu, & lachrimis prosequeremur eum.
In campis syluæ nos tandem inuenimus illum,
Deserti saltus in regione noua.
Quare agite ò socij summi tentoria regis
Vnanimes mecum (fas) subeamus erit.

E bor. Bethleem quoque, & Nazareth, Et huiusmo-
di loca, in quibus D. I. Chr. docuit, miracula fe-
cit, passus est, resurrexit, visus est, & inde in
Cœlum ascendit, & Spiritum Sanctum in filios
adoptionis effudit. ¶ Surge. A mortuis. Est enim
Apostrophe, ad ipsum Christum. Tametsi posse
etiam intelligi de tabernaculo, quod Dauid pro-
pe palarium suom erexerat, vt in eo locaretur Ar
ca Domini. Quæ vsque ad illud tempus non ha-
buerat sub tecto fixam, & firmam sedem. Quæ
subinde in templo à Salomone condito reposita
fuit. Inuitabatur autem sub his verbis Dominus
vt à veteri surgeret habitatione, & in has nouas
sedes pertransiret. Sed ego priorem sequor sen-
sum vti Christianus, relinquendo Iudæis hunc se-
cundum, qui nostri typum gessit atque figuram.
¶ In requiem tuam. Paradisi. ¶ Arca. Corporis
tui. ¶ Fęderis noui. Testamenti noui. De quo ip-
Matt.26. se dixit. Hic est sanguis meus noui & æterni testa-
Marc.14. menti. ¶ Sceptra. Sedet enim à dextris Dei, Rex
regum & Dominus Dominantium. ¶ Vnde. Ex
throno patris descendente Spiritusancto. ¶ Sacer-
dores. Christi discipulos, & deinceps corũ succes-
sores. ¶ Regina. Mater Ecclesia Regis sancti sponsa. ¶ Parto triompho. Ex debellatis hostibus per sponsi sui mor
F tem, & subsecutam resurrectionem. ¶ Iustitiam. Illam maiorem; quàm scribarum, & Phariseorum: de qua alibi.
Iostitia tua sicot montes Dei. ¶ Mores nouos. Quales decent præcones Christi. & nouæ legis prædicatores, vide-
licet, vt sint pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes, ac sitientes iustitiam, misericordes, mundi cordes, pacifi-
ci, & in tribulationibus patientes. ¶ Lætitia. Spirituali. ¶ Propter Dauidem. Et eios, qui præcessit in tipom iux
ta literam, & Christum, cuius fuit ille figura secundum allegoriam. ¶ Merentem. Passionis suæ merito. ¶ Seruus.
Quia seipsum exinanioit formam serui accipiens, vt docet Apostolus. ¶ Puer estq; tuus. Filius dilectus, de quo
alius propheta, hic est puer meus, quem elegi, &
iterum. Puer datus est nobis, & paruulus natus est
nobis, cuius imperium super humerum eius, &c.
¶ Tui Christi. Quem in regem, prophetam, & sa-
cerdotem tu vnxisti oleo lætitiæ præ participibus
suis secundum ordinem non Aaron, sed Melchise-
dech. dicitur autem pulchra facies, propter vnam
interpretationem nominis huius Dauid, interpre
tatur enim, manu fortis, & decorus aspectu: sed, &
alibi de eo dixit speciosus forma præ filijs homi-
num. ¶ Pœniteat. Sic & alibi. Iurauit Dominus
& non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æter-
num, &c. ¶ Clara propago. Hic est D. N. I. Chr. de
quo dixit Angelus ad Mariã, dabit illi Dominus
Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in do-
mo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis,

Fas vt adoremus proni loca sancta colentes
Hic, vbi diuini sæpè stetere pedes.
Surge velut primo Sol matutinus eoo:
Ingredere in requiem mi Deus *alme tuam*.
Exurge ò Domine, & pariter tua lucida tecum.
Fœderis arca noui sanctificata micet.
Æternam in requiem tecum super æthera scandat:
Obuia cœlestis curia fiat ei.
Concentu vario resonet pulsatus Olympus:
Dum facis æterno sceptra tenere throno.
Vnde sacerdotes parto Regina triumpho
Iustitiam, & mores induat ipsa nouos.
Cordaque lætitia per sæcula mille repleti
Exultent sancti, & carmina nostra canant.
Si non ex nostra Deus hæc pietate meremur;
Quæ verè est nobis nulla, vel exigua.

Dauidem propter tamen effice cuncta merentem,
Qui seruus tuus est: qui puer estq; tuus.
Pulchra tui Christi facies Dauidis amore
Non auertatur prorsus ab Isacidis.
Sponte quidem stirpi Iesseæ vera fuisti
Pollicitus: verè quæq; daturus eras.
Iurisiurandi (quo sponsio certior esset)
Robore firmasti: te neq; pœniteat.
Tuq; spopondisti: quòd clara propago sedebit
Illius in solio regia sceptra tenens.
Ventris enim fructus Dauidis, & inclyta proles
Ponetur patrio iussa sedere throno.

videat

Ventris & hic fructus sublimis ad astra feretur,
Æterno vt sedeat Rex nouus in solio.

videte quemadmodum sibi, inuicem respondeant A
oracula prophetarum, & Angeli nunciatio, subsequutumq; regnum, quod non est ex hoc mundo: sed spirituale ad regendas animas. ¶Fructus ventris. Mariæ, de quò & Elisabeth cognata Mariæ, dixerat, benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui, qui est Christus. ¶Feretur ad astra. In die resurrectionis, & ascensionis illius. ¶Incrementa dari. Gratiarum atq; donorum spiritussancti. ¶Velit. Optat atq; desiderat, petit, quærit & pulsat ad ianuam inuitantis amici. ¶Si testamenti. Conditionalis est hæc promissio, per quam expromissor non tenetur adimplere promissionem, nisi seruata conditione. ¶Nati. Ordo est: si natitui appositiuè tua pignora seruarint post te data fœdera sacra mei testamenti. ¶Si solliciti fuerint facessere. Cum desiderio mihi morem gerendi facere. ¶Quæcumq; iussa. Nec enim sufficit aliqua facere, & aliqua omittere, quia scriptum est. Defleat peccator: nam offendens in vno, factus est omniũ reus. ¶Noua. Noui testamenti præcepta. ¶Testati fuerint. Idest prædicauerint diuinitatem meã reddentes mihi testimonium super his, quæ visuri sunt de me, & audituri ex ore meo. ¶Olim. Nũc, quandocumq;, & in futurum, hoc adimpleuerunt Apostoli, quibus Dominus Iesus Christus dixerat, & eritis mihi testes in Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ: vnde & refert Lucas virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis D. N. I. Chr. ¶Tristia martyria. Quia discipuli talia reddentes in populos testimonia crudeliter torquebantur, & demum interficiebantur. ¶Longũ in æuum. Nam regnum Christi regnum omnium sæculorum, & potestas eius potestas æterna. hinc & Angelus dixit Mariæ. Et dabit ei Dom. Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum. & regni eius non erit finis. ¶Nascentur. Spiritaliter intellige de his, qui regenerantur ex aqua, & spiritusancto Christi fidelibus: nam ut ait Ioannes, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. ¶Sede tua. Episcopali atq; pontificali. ¶Si tamen. Hæc est conditio quæ apponitur in omnibus diuinis promissionibus, & si non apponatur, subintelligitur videlicet, si in vijs meis ambulauerint, si custodierint præcepta mea, sic & in comminationibus eius: subauditur: nisi egerint pœnitentiam. ¶Mea castra. In Ecclesia militanti, militia est enim vita hominis super terram. ¶Patria religione. Christiana, etenim eadem est fides nostra, quæ fuit & antiquorum patrum variato tempore, quæ enim ventura credebant de Christo, nos credimus aduenisse.

Luc. 1.
Iaco. 2.
Act. 1.
Dan. 4. B
Luc. 1.
Ioann. 1.
Iob. 7.

Quin adiecisti super hæc responsa bonorum,
Incrementa dari quæ sibi quisq; velit.
Si testamenti post te tua pignora uati,
Iam data seruarint fœdera sacra mei.
Si mea solliciti quæcumq; facessere iussa
Si custodierint quæq; docebo noua.
Si me testati fuerint in gentibus olim,
Nec formidarint tristia martyria.
Hæc tua posteritas longum regnabit in æuum,
Atq; reget forti patria sceptra manu.
Natorum natis, & qui nascentur ab illis,
Omnibus his dabitur sede sedere tua.
Si tamen æterno cultu mea castra secuti
Perstiterint patria relligione pij.

¶Coluisse. Et Deus colit homines, & colitur ab hominibus, aliter tamen atq; aliter, colit homines Deus, vt fructificent sicut agricola terram, colitur autem ab hominibus tamquàm pater à filijs, cum veneratur amatur & adoratur. ¶Sedem templi. Quod ibi fuerat construendum à Salomone filio Dauid. ¶Ait. Dominus ore prophetarum. ¶Libens. In humana etiam forma. ¶Vos. In Apostolis maximè verificatum est. ¶Lecta. Per electa. ¶Viduam. Sanctam Matrem Ecclesiam, pósteaquam sponsus eius Christus ascendit in cœlum, de qua dixit Io. Baptista. Qui habet sponsam, sponsus est. ¶Plorantem. Necem sanctorum martyrum, quos spiritualiter genuerat per fidem in baptismo. ¶Retibus arctibus. Iuris persecutionibus tyrannorum. ¶Venantum. Dæmoniorum. ¶Canum. Obtrectatorum Iudæorum, & paganorum, asserentium Christianos magos esse atq; blasphemos & propterea tollendos esse de terra. ¶Dentibus. Propagatæ veritatis malleo. ¶Ense. Iustitiæ ac uerbi Dei gladio, cui nulla pôt armatura resistere, est enim penetrabilis usque ad medulas, & interiora animæ. ¶Lætitia. Donatæ pacis & tranquillitatis maxima, magni Constantini tempore. ¶Faxo. Pro faciam, uerbum defectiuum est. ¶Omnes. Aduersarij tam ex Iudæis, quã ex gentibus. ¶Canant. Laudent per totum orbẽ fabricatis Ecclesijs. ¶Larga benedictio. Spiritualium donorum gratiarum, & abundantis doctrinæ, quod præcipuè patuit sanctorum quatuor doctorum tempore. ¶Inopes. Non solum Monachos paupertatis professores: sed & pauperes spiritu hoc est humiles. ¶Panibus. Tam spiritualis alimoniæ, quàm corporalis, vitæ videlicet, & intellectus & eius qui de cœlo descendit & dat vitã mundo. ¶In vrbe. Militantis Ecclesiæ, quæ & ciuitas Dei uocatur. ¶Inde. Ex alimentis cœlestibus. ¶Sacerdotes, Magis noui, quàm veteris testamenti. ¶Mea dextera. Filius meus, qui dextera & brachium summi patris di-

Ioann. 3.
C
Heb. 4.

Constat enim Dominum coluisse cacumina mõtis
Sacra Sionæi, cultus ut esset ibi.
Nam vel vt Isacidus ex omni gente per orbem
Hactenus elegit præcipuum in populum.
Sicq; preælegit sibi sedem in monte Syone
Vt colat hinc populos: atq; colatur eis.
Hæc (ait) est requies mea: sit requiesq; meorum
Hic erit æterna dulce quiete frui.
Hic habitabo lubens: habitabitis atq; libenter
Vos mecum: quoniam mansio lecta mihi est
Eius ego viduam plorantem retibus arctis
Venantum implicitam dentibus atq; canum.
Dentibus excussis, & retibus ense solutis
Eripiam: luctum lætitiaq; premam.
Cum mea vox illi benedixerit: Et benedictam
Faxo sciant omnes: carmine meq; canant.
Largaq; continuè benedictio desuper illam:
E cœlis iugi sicut ab imbre fluet.
Illius atq; inopes satiabo panibus omnes,
Vt saturi laudent nomen in vrbe meum.

D tris dicitur. ¶Sancto salutari. Charitatis dono, qua sola saluamur, & sine qua nulli potest esse salus, iuxta vatici
nium Esaiæ. Induit me Dominus vestimento sa-
Esa.61. lutis, & indumento iustitiæ circūdedit me, de quò
statim sequitur. ¶Vestibus aureis. Quod imple-
tum est, ex quò creuit decus Ecclesiæ. ¶Virtute.
Robore, & fortitudine animi. ¶Vt nitidi. Splen-
dore gloriæ. ¶Compti. Decore vestium. ¶Tunc
exultabunt. Pace Ecclesiæ concessa, & sanctitate
ministrorum, vnde verum effulget decus Ecclesię.
¶Iubila. Interna mentis gaudia, quæ contineri
nequeunt, aut cælari: sed necesse est vt extra erū-
pant per aliqua letitiæ signa. ¶Cornu. Quod qd
sit statim subiungit, est enim robur regni, de quò
dictum est supra. ¶Regis. Christi. ¶Nomine.
Quia & ipsi Christiani vocabuntur, à Christo. ¶Lu
cerna ardens: Io. Baptista, vt docemur, ex Euang.
Ioann.5. Ille (inquit) erat lucerna ardens, & lucens. ¶Præ
Matth.3. uia. Vnde & prædictum fuerat per Esaiam prophe
tam vox clamantis in deserto, parate viam domi-
ni rectas facite semitas eius, & ab Angelo, ipse
præibit ante illum. ¶Hostes eius. Iudæos innuit,
deinde, & paganos, hæreticos, & peruersos fideles.
¶Abolla. Non vestis senatoria: sed cynici, hoc est
canini phylosophi lena, de qua Martia, Cærea quē
nudi tegit vxor Abolla grabati. ¶Super hūc ipsū.
Christum. ¶Tunc. A resurrectionis suæ tempore
citra. ¶Eflorebit. Valdè nitescet: augetur enim
E illius significatio per præpositionem. ¶Sanctifi-
catio: Nam sanctus sanctorū est, qui omnes ab eo,
sanctificantur, idest in bono confirmantur per pre
ciosi sanguinis eius effusionem.

Inde sacerdotes eius mea dextera sancto
 Sponte salutari vestiet arte noua.
Exterius siquidem fulgebunt vestibus aureis,
 Virtute interius, moribus atq; probis.
Vt nitidi, compti, partaq; salute decori
 Extollant alacres ad mea sacra manus.
Tunc exultabunt sancti; nec tanta tenere,
 Pectore sub tacito iubila tunc poterunt.
Ore vel inuito quin exultatio rumpet.
 Vnde dabunt voces sydera ad alta nouas.
Illuc producam Dauidis nobile cornu,
 Sublimis regni robur, & acre decus.
Inter eos fulgens orietur gloria Regis;
 Nomine, quò fient hi quoq; participes.
Hoc illis signum, cum fulserit ante lucerna,
 Ardens, & Christo præuia missa meo.
Verùm hostes eius, inimicaq; pectora tandem,
 Qua confundantur turpis Abolla teget.
At super hunc ipsum tunc gloria nostra quiescet
 Inclyta: qua toto floreat orbe nitens.
Tunc efflorebit mea sanctificatio tandem
 Fusa super Christum maxima quanta fuit.

DVM gemerem, & quererer, &c. Ad fraternam charitatem, idest mutuam dilectionem inuitamur ex hu ius psalmi lectione, qua inuicem exhortamur, inuicem adiuuamur, & mutuo sermone leuamur, & per quam ducem Christum ad supernam vrbem retinemur, ad quam gradibus istis properamus. ¶Dum gemerem ego vates inter cursores præcipuus, ex memoria præteriti lapsus quæ vtilissima est. nam hinc & columbæ Domini vocamur; quæ amando gemunt. ¶Et querere. Metu ne à duce desereremus, tamquàm desides, eo q celeri cursu non possemus illum sequi. ¶Futura. Tunc temporis de Christo, & Ecclesia, nunc enim iamdudum sunt adimpleta fermè omnia reliqua in dies adimplentur. ¶Ardua poli. Per quæ maiora præcepta iustitiæ, Euā-
Matt.19. gelicæ significantur, de qua vide August. in sermo
ne Domini in monte, qualia sunt illa de renuncia-
Luc.14. tione omnium, de abnegatione suiipsius, & vt tol-
lat quis Crucem suam & sequatur Dominum.
¶Iuuat. Cœlestiū amor delectabiles facit esse gra-
ues etiam labores. ¶Sydera præclara. Scriptu est
enim quia sapiens dominabitur astris, non quod
influxus stellarum vim aliquam habeāt super ani-
mabus hominum, eo quòd sint stellis ipsis nobi-
liores, cum propter hominem factæ sint stellæ, nō
homo propter stellas. ¶Cuncta pericla. Hoc no-
uerant ex speciali gratia habitante secum Deo, si-
Rom. 8. mile quoddam dixit Apostolus, certus enim sum
quia neq; mors, neq; vita, &c. vsq; ibi, neq. creatu-
ra alia poterit me separare à charitate Dei, quæ
est in Christo Iesu, cæterum nos alij dum viuimus
nō possumus esse securi, vt docet Ambrosius in eo
F sermone, cuius hoc initium est. Nauigantibus no
bis in hoc mare magnum & procelosum, &c. Quę
hic omino vide. ¶Inquam ego vates. ¶Quàm bo
na. Hic incipit psalmus, ex hac doctrina vt docet
Aug. omnes religiones sanctorum fratrum, & mo
nachorum institutionem assumpserunt, & regulā
simul viuēdi, siquidem hæc dulcia verba cantici
huius, hic sonus Spiritussancti, & hæc tuba chari-
tatis hæc suauia monita monasteria omnia pepe-
rerunt per vniuersum orbem est ergo bonā, pro-
pter mutuum auxilium, dulcis propter solatium
conuersationis, iucunda ex mutuo aspectu, & cō-
fabulatione. ¶Vnanimes. Quales erant ab initio
fideles omnes ad Christum cōuersi, de quibus scri
ptum est, quia multitudinis credentium erat cor

ODE EX PSALMO CXXXII.

Ecce quam bonum.

DVm gemerē, & quererer, canerēq; futura vo-
 Inspirante Deo prædūce tutus eram. (lãdo
Insuper auditu socij pernicibus alis
 Effecti fortes progrediuntur iter.
Inq; vicem blandis repetentes dicta loquelis,
 Ponè sequebantur fortius absq; mora.
Ardua iamq; poli Regem conuexa secutas
 Ascensu celeri, præterijsse iuuat.
Sydera sub pedibus nostris præclara videre,
 Euasisse semel cuncta pericla iuuat.
Vt leuius fieret nostris hortatibus illud.
 Quod restabat iter, præcipuusq; labor.
Ardua quæ fuerat via (ceu modò cernitis) inquam
 Fit facilis, nostro planaq; colloquio.
Si labor indomitus communi voce domatur,
 Si graue communi voce leuatur iter.
Si comites præstant solatia tanta vicissim,
 Vt desperatum penè sequantur iter. (trum!
Quàm bona, quàm dulcis, iucundaq; mansio fra
 Qui sunt vnanimes, & charitate pares.

vnum

Ac veluti vnguentum redolens io vertice fusum
In barbam primùm leniter inde fluit.
Vestis & hioc summam sensim descendit io otam
Totus amictus eo spirat odote nouo.
Sic & Aron quondã nituit protoflameo inuoctus
Sic sua posteritas fragrat odore sacro.
Ac velnò Hermonio cum ros descenderit alto
Defluit in montem more siona oouo.
Voctio nostra fluat capitis de vertice Christi:
Nam caput est oostrũ, nos sua membra sumus.

Inq; viros primùm barbatos manat ab ipso:
Quandoquidem fortes pectore barba ootat.
Hi sunt electi firmissima robora cætus.
Milleniq; duces cum legione sua.
Quisq; sub auspicijs horum tolerare labores,
Militiæ discunt, & graue mottis opus.
Hi supera vestis longæ signantur in ora:
Quos hirsuta tegens proxima barba linit:
At reliquo trabeæ plebes ea castra secutæ
Vt stipem pendant, impedimenta ferant.
Vt collætentur, parili charitate fruaotur,
Vnanimes, conctos illinit iste liqoor.
Gratia cœlestís, cœlesti rore notatur.
Lumen ab excelso lomine quodq; venit.
Quo nihil vberijs, nihil est excelsius ipso,
Vode irroratur, fulget & vnde sioo,
Scandere qui poterunt illuc benedicere iussi
Sunt in perpetuum quem coluere Deum.
Quàm facile id factum: siquidem benedictio larga
His effusa super vita perenois erit.

vnum & anima vna, & omnia erant illis communia. vnde nutritur concordia, proprietas enim est causa discordiæ. ¶Charitate. Mutua dilectione, (A — Act.4.) quæ firmissima est voluntatum compago, & tenacissima conglutinatio. ¶Vnguentum. Hoc iuxta literam, fuit illa vnctio sacra qua summi sacerdotes Iudæorum vngebantur in die consecrationis eorum: sic enim vsu eueniebat, ut aliquæ guttæ illius sacri & odoriferi liquoris à vertice, vbi primum ingebantur in barbam descenderent, & inde etiam in superiorem oram tunicæ, qua parte caput ingreditur, deinde & vsq; in fimbriam inferiorem forsitan defluebat, quid autem mysticè significet tam clarè subiungitur in texto, vt superfluũ esset aliam expositionem accommodare. ¶In summam oram. Quæ & capitium à capite intromisso dicebatur. ¶Protoflamen. Romanum est vocabulum, & significat primum sacerdotem, dignitate, nobilitate, virtute, & bonis moribus. ¶Posteritas. Quia primogenitus patri in summo sacerdotio succedebat. ¶Hermonio alto. Si iste mons est ille, de quò alibi, & Hermon à monte modico, iuxta literam stare nõ potest quod hic dicitur, quia multùm distat à Monte Syone, qui est in Iudæa, & ille in Galileam, & multo minor est: nisi dicamus, quia vbertas fructoum, & frugum (quæ ex rore generantur) montis Hermonij portabatur ad præcipuam totius regni vrbem Hierosolymam, cuius arx est in monte Syon cum templo, iuxta illam benedictionem Iacobi, In rore cœli, & pinguedine terræ erit benedictio tua fili mi. ¶Vnctio. Spiritalis gratiæ, qua Christus vnctus fuit vt docet (Act. 4. & 10.) Petrus in Epistola, & alibi vates ait, unxit eum Deus oleo lætitiæ præ consortibus suis, per hanc unctionem Christi & nos Christiani dicti sumus, (B) quasi vncti deriuentur ab vncto. Nam Christus grecæ. latinæ dicitur unctus. ¶Barbatos. Hi sunt Apostoli, qui non minus ori Christi adhæserunt, quam barba eius. ¶Milleni Duces. Ac si diceret tribuni, & præcipui ductores martyrum, qui sunt milites exercitus Christi: forttores, & expeditissimi. ¶Sub auspicijs horum. Veterani quidẽ sunt martyres, Tirones uerò confessores. ¶Mortis opus. In assidua lectione passionum martyrum discunt: qualiter oporteat militare, si casus euenlat præterea longa corporis mortificatio non minima species est martyrij, quæ & ipsa crux uocatur, hinc Apostolus ait, qui crucifixerunt carnem suam cum vitiis, & concupiscentijs. ¶Trabeæ. Vestis Sacerdotalis ac regie. (Gal. 5.) ¶Stipem. Primitiarum decimasum & oblationum, unde uiuunt supradicti confessores Christi. ¶Impedimenta. Onera pro ipsis, ut liberius Dei uacent seruitijs.

DVM pius alloquerer socios, &c. Supremus uirtutum gradus charitatis est diuinæ, scilicet dilectionis ad quam sensim ex fraterna perueoitur, qui enim non diligit proximum, quem uidet, quomodo potest Deũ quem non uidet diligere? & quia Deus bonorum nostrorum non indiget, cum sit cœli, terræq; Dominus, (Epist. Io. cap. 3.) nihil aliud nobis superest nisi ut amantes illi laudes & gratias referamus, quæ res hoc in sæculo perfectè fieri non (C) potest propter imperfectionem nostram, iccircò mente quidem nunc quantum possumus cum nobilibus istis cur soribus ad supernam Hierusalem cõscendamus, ut à superis ciuibus interim diuinis laudibus assuescamus, donec expleto cursu mortalitatis huius, inter eos asciti perfectè cum ipsis Deum laudare possimus. Dicit ergo uates cur sor inter istos ante signanus. ¶Dum pius, &c. ¶Gradu supremo. Diuinæ charitatis, quæ perficit omnes uirtutes. ¶Vrbis olympiace. Quæ Hierusalem, ciuitas Dei, & Paradisus uocatur quę in fine Apocalypsis ab Apostolo Ioanne plenius describitur unde, & sumpta fuerunt, quæ hic dicuntur. ¶Nitens. Splẽdore sanctorum & magis diuinæ gloriæ. ¶Conciderermus ibi. ¶Sic tres Apostoli uisa gloria Domini in transfiguratione ceciderũt in facies suas: (Matt.17.) nam mortales oculos nimius lucis splendor, percul, & obumbrat: metum quoq; tantùm incutit, ut statim cadat. ¶Obtutum. Visum quem maxima lux auferre solet, sicut & Paulo ambulanti Damascum simus euenisse in apparitione D.N.I.Ch. ¶Bipatentes portas. Quæ à die Ascensionis Christi expansæ sunt, nec claodentur usq; ad noctem futuram post diem iudicij in faciem reproborum

ODE EX PSALMO CXXXIII.

Ecce ounc.

DVm piús alloquerer socios: graderemur, &
Ascensu recto ponè sequendo ducẽ. (vna
Ecce repentè gradu supremo apparoit ingens
Vrbis olympiacæ regia tota nitens.
Lumine fulgebat præclaraq; mœnia tanto?
Vt victis ocolis conciderermus ibi.
Protious accurrens dux ipse misertus amantum
Sustulit; obtutum reddidit atq; manu.

Cernite nunc inquit bipatentes cardine portas
Vrbis ab ingressu nemo vetare potest.
Iam nunc securi nostris succedite rectis:
Non hic insidiæ, non metus hostis erit.
Omnia lustrantes, huc illuc tendite gressus.
Sistere vbi vultis fas erit, atq; gradum.
Luminibus vestris occurrent tristia nulla:
Hic alacres ciues omnia læta vident.
Nunc igitur Dominum pueri benedicite vestrum.
Nunc hilari regem pangite voce Deum.
Ædibus in Domini quibus est pro munere magno
Stare, & versari, & cuncta videre datum:
Atria lustrandi, penetraliaq; ipsa tuendi.
Pro libito quibus est gratia sorte data.
Vt cũ descensu placido, blandoq; volatu
Viseritis fratres, qui procul orbe merent.
Insinuetis eis, quæ nam est habitatio vestra.
Et quod opus vestrum, nunc fit in æde Dei.
Dum procul estis adhuc tenebrosis noctibus istis
Dicite: vos etiam pangite voce Deum.
Noctibus his tetris palmas extollite vestras.
Fragrantes myrrha, muneribusq; pijs.
Dirigite & mentes sanctorum in sancta fideles:
Ne pice terrena nobile lentet opus.
Pectore, voce manu Dominum benedicite cœli:
Concinite & regem, pectore, voce, manu.
Magna beatorum cætus benedicat ab alta
Arce Sionea te Deus omnipotens.
Qui fecit cœlum, tibi det conscendere cœlos:
Te sedeat cœlo Rex pius inq; suo.
Quiq; sua vilem decorauit imagine terram:
Demisit cœlo participemq; ducem.
Vt regeret, ferretq; grauem (mirabile dictu)
Ad cœlos terram per rationis iter:
Hic te sancte chorus specula benedicat ab alta,
Vt benedicendi munia teq; iuuent.

D sicut habemus in parabola x. Virginum: nam quę
paratæ erant intrauerunt cum sponso & sponsa, &
Matt.25. statim clausa est ianua. ¶ Hostis Diabolus. Nec
enim habet regressum, unde semel cecidit. ¶ Omnia.
Quia in domo patris mei (dicit Christus) multæ
Esa.49. sunt mansiones. ¶ Tristia nulla. Quia non esurient
amplius neq; sitient iusti, neq; cadet super illos
sol neq; ullus æstus, qui priora abierunt. ¶ Viseritis
fratres. Nec enim semper oportet contemplatione
teneri sicut Maria, quæ optimam partem
elegerat: sed oportet interdum etiam descendere
ad curam proximorum, vnicuiq; siquidem mandauit
Eccl.17. de proximo suo, vnde & Paulus dicebat, qui
1.Ti.c.5. non habet curam suorum & maximè domesticorum,
infidelis est, & deterior infideli, exemplo igitur
Moysi, & Domini N. I. Chr. descendamus aliquando
ex monte contemplationis ad vallẽ actionis,
in qua ceu Martha Christum in membris suis
pascamus. ¶ Merent. Militant aduersum visibiles
atq; inuisibiles hostes, & adiuuemus eos, memores
infirmitatis nostræ preteritæ, qua & nos
portari volebamus atq; curari, attendentes etiam
lubricum fragilitatis humanę quod & docet Apo
Gal.6. stolus, si præoccupatus (inquit) fuerit homo in aliquo
delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi
in spiritu lenitatis, considerans te ipsum
ne & tu tenteris, hoc enim pacto adimplebitis legem
E Christi, quæ est vt alter alterius onera portemus.
¶ Habitatio vestra. De hac Paulus ait, conuersatio
nostra in cœlis est. ¶ Opus vestrum. Laudare
Deum, vt alibi dicitur. Qui habitant in do-
Phil.3. mo tua Domine in sæcula sæculorum laudabunt
te. ¶ Noctibus istis. Sæculi huius, quia nostri dies
Luci diuinæ comparati verè noctes sunt. ¶ Pangite.
Canite laudate, iuxta illud, pange lingua gloriosi,
corporis mysterium. ¶ Tetris. Obscuris, tũ
propter peccata, quę quotidie fiunt: tum sunt opera
tenebrarum. ¶ Myrrha. Odnte mortificati corporis,
quæ est myrrha probatissima. ¶ Muneribus
pijs. Turis & aliorum odoramentorum, quæ sunt
orationes sanctorum, & virtutum odoribus maximè
misericordiæ, & pietatis in pauperes Christi.
¶ Sancta sanctorum. Super omnia videlicet Hierusalem.
¶ Pice terrena. Hæc est terrenorum omniũ
concupiscentia blandæ voluptatis alumna & omnium
peccatorum mater, de qua scriptum est, qui
Eccle.13. tetigerit picem, inquinabitur ab ea. ¶ Lentet. Retardetur,
terrenis enim homines implicitĩ in diem conuersionem suam differunt. ¶ Pectore voce manu. Idest
Opere bono, hæ tres sunt optimæ cordæ nostræ citharæ, quæ concinnum reddunt sonum in aure Dei, quòd si vna
defuerit, fracta est melodia. ¶ Dominum. Deum patrem, filium, & spiritum sanctum, qui est vnus solus Deus, &
Dominus noster. ¶ Et regem. Christum, qui ratione humanitatis nostræ susceptæ, factus est rex regum & Dominus
dominantiũ. ¶ Cœlum. Tres habet hoc in loco significationes, Paradisum idest Eccłam triumphantẽ item,
& præsentis tpis militantem, quæ ambæ regnum & cœlorum dicuntur, & cuiusuis sancti anima, dic ergo, qui se
cit te cœlum per sapientiã suam: nam aĩa iusti sedes est sapientiæ, det tibi conscendere cœlos, meditatione. s. ad
Sap.7. Angelos, & sanctos qui ibi sunt. ¶ Rex pius. Qui & sapientia patris est. ¶ Vilem terram. Hoĩem quemuis generaliter
F intelligendo, specialiter autem potest intelligi de Corpore D. N. I. Chr. quem sua decorauit imagine. Idest filio suo,
qui vtua est imago patris. Ad cuius imaginẽ nos homines nos homĩñes facti sumus. Sed melior est sensus prior.
Quia sequitur. ¶ Demi.ce. participemq; Ducẽ. Qui sine dubio Christus est mortalitatis humanæ factus particeps.
¶ Vt regeret. Præceptis. ¶ Ferret. Per Resurrectionẽ, quando mortale hoc immortalitatẽ induerit. Grauẽ. Nunc,
1.Co.15. & quia ponderosa est humana caro: & grauẽ mole peccatorũ, qua tenetur oppressa. Verùm post Resurrectionẽ
cum fuerit gloriosa, leuissima erit. Scriptum est enim. Sancti vt Aquilæ volabunt, & non deficient. Et iterum
Vbicumq, fuerit corpus, scilicet Christi. Volabunt & Aquilæ. Corpora. s. Ipsa Sanctorum in die Iudicii Resurre-
Luc.17. ctionem iam facta. ¶ Munia. Officia laudandi, gratias agendi, & benedicendi Domino. Laudemus ergo & nos
Dominum, & gratias agentes de absolutione graduum, benedicamus, & superexaltemus eum in sæcula sæculorum.
Amen.

Finis canticorum graduum.

NOmen id excelsum &c. Posteaquàm vates cum sociis cursoribus mente ascenderunt per xv. gradus proxime
decantatos in superam ciuitatem Dei, ibique viderunt sanctorum opus esse laudare Dominum
Deum. Non solum id ipsi didicerunt, sed & ad nos descendentes placido lapsu nos, & omnes seruos eius
inuitant ad laudes Domini, vt hic assuescamus cum Angelis laudare Deum in militia. Vt melius
Phil.2. deinde in patria magnificemus eum, Dicit igitur. ¶ Nomen id excelsum. D. N. I. Ch. De quo dixit Apostolus.

ODE EX PSALMO CXXXIIII.

Laudate nomen Domini.

NVmen id excelsum super omnia noia mundi
Tollite; nam vobis nulla aliunde salus.
Vos serui Dominum gratis laudate redepti,
Accepti membres sitis vt obsequij.
Præcipuè Æditui Domiorum laudate ministri,
Seruitio adscriptos quos domus eius habet.
A tria quiq; domus celeres percurritis ampla,
Et qui succincti statis ad obsequium.
Vnanimes Dominum concordi voce canendo
Collaudate Deum terq; , quaterq; bonum.
Nam bonus est solus: simul & bonitatis origo,
Vt bonus est, fecit cuncta creata bona.
Nomen & illius resonent psalteria vestra,
Psallite, concinite, & carmina læta date.
Eius enim nomen cordi super omne suaue,
Est & in aure melos; est & in ore fauus.
Quis tamen emeritas laudes licet in ore disertus
Condignas grates quisdè referre potest.
Supplantatorem fratris sibi quippe Iacobum,
Elegit populum sumeret vnde suum
Luctantique diu mutato nomine dixit,
Israel viso nunc eris ecce Deo.
Quamq; ego præ cunctis erit Israelitica plebes
Sum possessurus te genitore sata.
Ergo Israelis quicunque ex semine creti
Collaudent Domiουm qui sibi sumpsit eos.
Namq; ego cognoui, quòd maximus est Deus vnus,
Maximus, & cunctis præualet ipse Deis.

Quoniam dedit illi Dominus nomen, quod est super omne nomen. Vt in nomine Domini N. I. Chr. omne genu flectatur cœlestium terrestrium ac infernorum. Et alibi. Neque enim est aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos saluos fieri. ¶ Gratis. Neque enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundum suam magnam misericordiam saluos nos fecit. ¶ Redempti. Precioso sanguine D. N. I. Christi. ¶ Aeditui. Ianitores, qui & ostiarij dicuntur, species est pro genere. Quia omnes ministri templi tenentur septies in die Domino laudes dicere iuxta illud uulgatum eiusdem uatis. Septies in die laudem dixi tibi. ¶ Celeres. Possunt esse subdiaconi. ¶ Succincti. Leuitæ qui & Diaconi. Quorum lumbi debent esse succincti per castitatis virtutem. ¶ Terque quaterque omnifariam, & omnigena bonitatis per septenarium quippe numerum vniuersitas & perfectio significantur. ¶ Bonus est solus. Per comparationem ad homines, vel Angelos bonos. Qui omnes illi comparati penè nihil sunt. ¶ Cuncta bona. Ex Genesi, & hoc decerptum est. Vidit (inquit) Dominus, cuncta quæ fecerat & erant valde bona. ¶ Psallite. Bene operando. Concinite docendo. Et carmina læta date, Hylari corde & animo. Nam Hylarem datorem diligit Deus. ¶ Et in ore fauus. Diui Bernardi hoc est elogium. ¶ Potest? Q. D. rarus vel prope nullus. ¶ Supplantatorem Iacobum. Interpretatio vocabuli est, Iacobus enim dictus est. Quia nascens prioris fratris plantam manu tenebat. Et postmodum supplantauit eum. In emptione primogenituræ, & benedictionis surreptione, allegoriæ innuens gentilem populum in Christianum commutatum, Iudæum supplantaturum esse; & æternam benedictionem surrepturum. Quod & factum iamdudum nouimus, & in nobis ipsis quotidie experimur. ¶ Suũ. Cultui suo dedicatum, quod factum est sub Moyse duce ad montem Syna. ¶ Luctantique diu, Cum Angelo sibi apparente. Et quodammodo soleret prohibere transitum torrentis Iaboch. ¶ Mutato nomine. Cum enim nolet eum dimittere Iacob: Nisi se prius benediceret. Respondit. Quod nomen est tibi? Iacob. Ait. At ille nequaquàm (inquit) Iacob appellabitur nomen tuum. Sed Israel. ¶ Præ cunctis gentibus. Quæ in idololatriam declinauerant. ¶ Semine. Christo per fidem in baptismo. Vt etiam ad nostra tempora vaticinium referatur. Ne forte quis credat ad solos Iudæos pertinere. ¶ Sumpsit eos. Iuxta illud Dominicum. Non vos me elegistis. Sed ego elegi uos. ¶ Deis. Non qui verè Dij sint: sed Dij nuncupantur. Vt sacerdotes, iudices, & prophetæ. De quibus in psalmo. Deus Deorum locutus est. In medio autem Deos diiudicat. & iterum. Ego dixi. Vos dij estis, & filij excelsi omnes. De alijs verò rectè quod scriptum est in alio psalmo. Omnes Dij gentium Dæmonia. Dominus autem cœlos fecit. ¶ Maximus. Virtutis magnitudine; non mole corporea, quia Spiritus est. ¶ Rerum opifex. Etenim omnia per ipsum facta sunt. Et sine ipso factum est nihil notanda hic sunt septem pulcherrima Epitheta, nulli hominum, uel Angelorum; sed soli Deo conuenientia. ¶ Ex nihilo. Nulla præexistente materia. ¶ Patrabit. Mirabiliter faciet. Vnde in Euangelio dixit filius Dei. Pater meus vsque modo operatur. Ego operor. Et iterum. Opera quæ pater facit: & filius similiter facit. ¶ Regendo. Et per seipsum: & ministerio Angelorum. ¶ Sydera. Dicuntur ea signa mobilia, quæ ex pluribus stellis constant. Stellæ verò reliquæ, & maximè fixæ. ¶ Data. A se tanquam à Domino, cui cuncta parent præter hominem, cuius gratia cuncta creauit. ¶ Lampadas. Nobis vt lucescerent, & rebus die noctuque variatis vicibus, vt sequitur. ¶ Duo. L. m. Solem, & Lunam vt in Genesi. Quod & sæpè dictum est. ¶ Super cœlos. In Angelis sursum, & in animabus sanctis hic Degentium, quæ etiam Cœli vocantur. Iuxta illud Cœli. Idest Apostoli, cæterique fideles Apostolorum successores modò sancti, & iusti atque eloquentes. ¶ Aere vel denso. Nubiloso. Vt fulgura tonitruo grandinem.

Act. 4.
Titum 3.

A

B

C

Maximus, omnipotens, immẽsus, & optimus, vnus,
Æternus, sapiens, rerum opifexq; Deus.
Ex nihilo veluti cœlos, & cuncta creauit;
Quæ voluit verbo cuncti potente suo.
Hactenus, & deinceps, & quandocumque patrabit,
Quæ volet, & voluit, facta regendo sua.
In cœlo siquidem stellas, & sydera fecit,
Et certa iussit currere lege data.
Lampadas apposuit mundi duo lumina magna,
Perpetuas iussit quæ variare vices.
Quanta super cœlos sint spiritualia facta:
Continuè fando quis numerare valet?
Quantaq; sub cœlo faciat, vel in æthere puro,
Aere vel denso, cuncta quis enumeret?

D nem, Niuem, & imbres. ¶ Ferat. Eloqnatur? ¶ Imperio. Quia verbo suo cuncta Deus creauit, vt supradictum est sæpius. Hinc & in alio psalmo dicitur. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit. Et creata sunt. ¶ Occeanum. Qui totum orbem terrarum ambit. ¶ Aequora. Quæ mediterranea vocantur ex Occeano erumpentia, & in idem redeuntia. ¶ Abyssis. Ex infernorum cauernis profundissimis. Inde tamen Lazarus, & cōplures alij cū D.N. Iesu Christo resurrexerunt. Nec illis fidem multi hominum præstiterunt. ¶ Ambigat. Dubitet? Q.D. nullus. ¶ Facit. Q.D. nullus nisi Deus. Et quia litera satis patet. Mysticus sensus breuiter est aperiendus. Quisnam Apostolos, & alios fideles verbi Dei, prædicatores ab extremis gentium Iudæis eduxit? Vt vniuersum per orbem discurrerent? Et minis futuri iudicij tonarent? Miraculis corruscarent? Pluuiaque salubris doctrinæ terrena hominum corda irrigarent? Vt bonis operibus feraces abundarent? Nisi Deus. ¶ Ab extremis terræ. Non finibus. Quia Iudæi sunt in medio terrarum orbe. Sed quia vilis apud gentes, eorum natio existimabatur. Vt quæ passim ab omnibus conculcabatur, vt cæterarum dissimillima. Sed & ipsi Apostoli, suæ gentis erant extremi. Vilissimique reputabantur. Vtpote pro maiori parte piscatores, Dominusque eorum tamquam fabri filius à compluribus contemptui habebatur. ¶ In altum. Apostolatus gradum, qui in cælorum regno summum locum tenet. ¶ Tam densas nubes. Prædicatores Spirituali pluuia refertos. ¶ Volitare. Quia ut alibi dicitur. Velociter currit sermo eius ¶ Lāpadas illas. Fulgura miraculorum. De quibus in actis Apostolorum, & in Ecclesiastica hystoria. Et passionibus eorum autenticis. ¶ Horror iners. Timor quidam stupidus. Vt audito ab illis omni genere linguarum. Stupuerunt Iudæi. Item in erectione claudi similiter obstupuere. Et in omnibus alijs miraculis per Apostolos factis stupebant, qui ea videbant, vel etiam audiebant. ¶ Multiplici. Comminata uarietate pœnarum præsentis temporis, & gehennæ. Vbi erit fletus, & stridor dentium & vermis eorum non moritur, nec ignis extinguitur, & tortores sunt infatigabiles. ¶ Summas arces. In quibus habitant principes, Nam (vt scriptum est,) potentes potenter tormenta sustinebunt. Et iterum. Iudicium erit durissimum in ijs, qui præsunt. ¶ Igne graui. Comminationis gehennæ. De quo igne in Euangelio sæpè dicitur. Ite maledicti in ignem æternum Et ibunt ij in supplicū æternum, iusti verò in uitam æternam. ¶ Mouet. Ad pœnitentiam, & vt à peccatis abstineant. ¶ Tactis quercubus. Per quas messium, & omnium frugum damna portenduntur. Quia tale genus rusticorum hominum, non nisi metu damni à malo absterretur, & ad bonum incitatur spe venturæ fertilitatis. Vtpote rude atque illiteratum. ¶ Tonitru: Vocis horrendæ durę prædicatoris. Qualis fuit illa Ioannis Baptistæ, progenies viperarum, quis vobis monstrabit fugere à ventura ira? Iam securis ad radicem arboris posita est &c. Qualis & illa Ionæ profetæ. Adhuc xl. dies, & ciuitas Niniue subuertetur? Nam iam horribili tonitru audito quos non contremiscat? ¶ Tricuspide telo. Triplici fulgure. Quod afflat, exurit, & scindit. ¶ In pluuiam. Cœlestis doctrinæ. ¶ Minatur. Vt conuertantur, & sanet eos. ¶ Dona. Gratiarum & Spiritussancti. Conuersis. ¶ Eurum. Hic ponuntur nomina iiii. principalium uentorum à quatuor mundi partibus flantium, per quos & cæteri significantur. ¶ Boream. Qui & Aquilo dicitur propter flatum velocem atque vehementissimum. Estate solet esse serenus. Hyeme verò niuosus, & tempestuosus. Per quem sæpè & Diabolus significatur. Qui blanditur delitijs prosperitatis tempore, rugit vero calamitatibus ac duris persecutionibus in aduersitate. F Notus vero, qui & auster dicitur, calidus & pluuius: Spiritussancti flamen interdum repræsentat. Qui corda hominum Charitatis ardore calefacit: & lachrimas ciet pœnitentiæ. Vt paruit in illa Maria peccatrice. Quæ & dilexit multum, & lauit pedes Domini. ¶ Condensat. Vt cogatur in nubes. ¶ Relaxat. In serenitatem solutis nubibus. ¶ Pelusiacam. Aegyptiacam, ab vno ex multis ostijs Nili fluminis, quod pelusium, vocatur ab vrbe huius nomine prope posita. Et ingreditur vates cum psalte exponere plagas, quibus à Domino Deo per Moysen Aegyptus cum Pharaone Rege obstinatissimo percussa est. ¶ Progenitos. Durissima omnium plagarum hæc fuit & postrema. Ange. enim Domini media nocte per uniuersam Aegyptum transiens percussit omne progenitum Aegyptiorum ab homine vsq; ad pecus. Nec fuit Exo. 12. domus in qua non iaceret mortuus à primogenito Pharaonis, qui erat in solio regio sessurus usq;

Quis ferat in tota latum tellure per orbem,
Quæ Deus Imperio fecerit, & faciat?
Quæuè per occeanum, mediasque secantia terras
Æquora, non hominum Lingua referre potest.
Inferius positis quis sursum emergat abyssis?
Arcana (vt referat) quæ peraguntur ibi?

Omnia, quæ voluit, fecisse quis ambigat vnquam
In Cœlo, in Terra, perque profunda Maris?
Nam quis ab extremis terræ subducit in altum
Tam densas nubes, & volitare facit?
Nubibus ex ipsis quis lampadas elicit illas?
Vnde hominum mentes occupat horror iners,
Quis mouet agricolas cœlesti protinus igne,
Vel leuiter tactis quercubus aerijs?
Fulmine multiplici quis magnas territat urbes,
Dum summas arces impetit igne graui?
Horribili tonitru mortalia pectora quisnam
Concutit, ut cœlum pertimeant ruere?
Deniq; deposito tam sæpè tricuspide telo
In pluuiam vertit fulgura terrifica?

Nonne hominum, superūq; Deus? qui dura minatur
Supplicia vt iudex, dona dat vtque pater.
Quis de thesauris, terræq; vaporibus imis
Ventorum eduxit flamina, nonne Deus?
Nempe quis auroræ de finibus extulit Eurum?
Et quis ab occiduis oppositum Zephyrum?
Quisuè Notum imbriferū calidis eduxit ab antris?
Quis gelidum Boream frigidiore plaga?
Quis Mare, vel terras ventorum flatibus vrget?
Quisuè mouet cœlum flaminibus varijs?
Aera condensat quis, flatibus atque relaxat?
Grandia quis facit hæc omnia, nonne Deus?
Quis Pelusiacam percussit ab æthere gentem?
Quis primogenitos tradidit atque neci?

ad pri-

ad primogenitum ancillæ molentis in mola. Quo dolore percussi Aegyptij simul & metu ne morerentur omnes A
dimiserunt Israelitas ab ire, quin & accelerare coegerunt.

Dic age sanguinei Pharao vetus accola Nili
Quis dedit in regno prodigia alta tuo?
Corde tuo quis durior, & robustior olim
Te contra, atque tuos horrida signa dedit?
Nonne Deus noster tibi sanguine miscuit vndas
Illa tuæ fuerant horrida signa necis.
Ipse tua impleuit raucis penetralia ranis,
Quæ tibi signa sophùm garrulitatis erant.
Cynipheos morsus rabidæ Deus intulit aulæ
Signa feri morsus, aculeiq; tui.
Omni genum vobis muscarum tædia misit.
Quæ fierent signans tædia vestra sibi.
Morte deinc pecorum subita signauerat idem,
Tædia consimili vestra luenda nece.
Turgentes etiam vesicas corpore toto
Erupit fastus nuncia signa tui.
Prodigium horrendum mergendi gurgite vasto
Infensi populi lapsa locusta dedit.
Prodigium horrendum tenebræ illætabilis Orci
Thaneos obscuris incubuere locis.
Vltima ceruices duras ea plaga reflexit,
Qua primogenitos vna ruina tulit.
Nec solùm Pharaona trucem, Phariosq; rebelles
Perculit è cœlis alta, potensq; manus.
Quin etiam gentes multas percussit, & altos
Strauit humi reges, perdidit atque feros:
Regem Ammoreumque Seona gigantis Ogigis
Contriuit robur sub Duce Mose manus.
Iosuaq; imperio Domini robustus, & acer
Triginta Reges perdidit ense suo.
Gentibus excisis, Chananeaque regna subegit,
Bissenis tribubus sorteque distribuit.
Inde tuum Deus omnipotens memorabile factū est
Nomen in æternum, & fama perennis erit.
Hinc propagati generatio quæque futura
Notitiam ut præsens est habitura tui.
Ecce suum Dominus populum discernet: & illos
Vt pater emendans erudiendo reget.
Seruorum admissa prece conciliabitur illis:
Atque reformabit mollia corda manu.
At simulachra, Dei quæ gentibus esse videntur
Mortali atque hominum facta fuere manu.

¶ Quis neci dedit! Respondeatur Deus. Et sic in omnibus infrascriptis interrogationibus. ¶ Sanguinei Nili. Cuius aquæ virga Moysi iubente Deo percussæ in sanguinem uersæ sunt. Quæ res portendebat Aegyptiis mortem in aquis. ¶ Prodigia. De quibus infra. ¶ Corde tuo. De quo scriptum est. Quia sæpè induratum est cor Pharaonis, & non dimisit populum sicut dixerat. ¶ Horrida signa. Eadem quæ & prodigia. ¶ Ranis. Secunda hæc fuit plaga & ne simus prolixi in commentariis, vide omnes has plagas in Exodo. Vbi per ordinē narrantur singulæ. Exo.cap. 7.&8. ¶ Sophùm. Pro sophorum. Idest Sapientum & magnorum tuorum. ¶ Feri morsus. Conscientiæ stimuli, qui & vermis immortalis dicitur, atque synderesis, qua mali excrucientur omnes. ¶ Aculeique tui. Quo cruciabe-ris, sicut & illos ante cruciasti. Sunt autem Ciniphes muscæ paruæ, sed acutissimi & prope uenenati aculei, quibus æstiuo tempore vespertinis, & nocturnis horis vexamur, quæ & alio nomine culices dicuntur. ¶ Tedia uestra sibi. Vnde & per alium prophetam laboraui sustinens. ¶ Luenda. B Persoluenda, hoc est castiganda. ¶ Gurgite vasto. Maris Rubri. In quo & locusta sublata perijt. Et paulopost ipsi etiam Aegyptij summersi interiere. ¶ Illætabilis Orci. Mestissimi inferni. Vbi sunt tenebræ exteriores, fletus, ac stridor dentium. ¶ Thaneos. Vrbis cuiusdam Aegyptiacæ. In qua olim fuit sedes regni. Est autem species pro genere. Nam in uniuersa terra Aegypti factæ sunt tenebræ ita crassæ vt etiam palpari possent neque Exod.10 triduo mouit se quisquam ab illo loco, in quo à tenebris occupatus est. ¶ Vltima. Quæ tanquam grauissima omnium primo loco recensita est. ¶ Gentes multas. Amalechitarum, moabitarum, ammonitarum cum similibus, & regem Sæona. ¶ Ogigen. In diuina scriptura, uocatur. Og. Sed vates vsus licentia, qua alij solent poete, appellauit Ogigen. Fuit alius Ogiges tempore diluuij. De quo sæculares literæ mentionem faciunt. ¶ Iosua, Iud ca.1. Hic alio nomine dicitur. Iesus Naue, & Iosue filius Nun. Minister extitit Moysi. Sed post eius vsq; ad finē Libri. mortem electus est à Domino ductor populi. Quem transito Iordane siccis pedibus introduxit in terram promissionis, debellatis atq eiectis inde vij. ferocissimis gentibus. ¶ Triginta reges. vt supra. ¶ Chananea regna. Late sumpto vocabulo Cananei dicebantur omnes. vij. tamen erant gentes ut suprà dictum est. Cananei, & Phylistei. Iuest Palestini. Iebusei, Ammorei, Ethei, Euei, Pharezei, & Gergesei. ¶ Bissenis tribubus. Ex xij. filijs C Iacob descendentibus. ¶ Creuit. Non mole, sed cognitionis diffusione. ¶ Propagati. Nominis. ¶ Generatio quæque futuræ. Maximè Christianorum. ¶ Discernet. Separabit, cultu, moribus, legibus & habitu, sed & fauore suæ protectionis. ¶ Emendans. Cum errauerint à via recta manda-

torum suorum. ¶ Erudiendo. Monitis ac aliquibus flagellis leuibus. Per prophetas, duces ac rectores summos
sacerdotes. Et interdum virga de inimicorum. ¶ Seruorum. Sanctorum suorum, ut Samuelis atque eius similium
¶ Conciliabitur. Placabitur, & liberabit eos de manu dominatorum eorū. Hæc omnia sæpè legimus facta fuisse
à Domino Deo erga populum Israeliticum tam in libro Iudicum quàm Regum. ¶ Reformabit. Translatione
sumpta à figulo. ¶ At simulachra. Ostensa potentia ueri Domini Dei nostri. Hic demonstrat vanitatem ac falsi-
tatem, Deorum gentilium, quos prò veris Deis. Finitimæ gentes colebant. Vt cognito errore illis derelictis tran-
scant ad cultum ueri Dei potens est eos saluare. ¶ Mortali manu. Quare & ipsa mortalia vana, nulliusq; uitæ aut
virtutis cum nihil viui possit fieri, nisi à Deo viuo, & vero. Nam neque muscam, aut uermiculum viuum potest
homo facere. ¶ Artificisque manu. Ninus dicitur fuisse primus idololatriæ inuentor, & autor: qui defuncti pa-
tris sui Beli Assyriorum regis statuam in foro iussit erigi, & lege lata, vt esset pro refugio omnibus oppressis ad
illam confugientibus paulatim numen habere credita ex beneficijs, quæ per eam multi consequebantur. Quā
rem animaduertens Diabolus in eam vt adoraretur ingressus est. Cepitq; inde dare responsa consulentibus. Hinc

Tunc ego de lacubus sublata voce profundis
  Ad te clamaui mitis, & alme Deus.
Pœnitet heu miserum me consensisse nefandæ
  Sponte voluptati: meq; stetisse gradu.
Da veniam fasso: culpamq; ignosce gementi
  Exaudi vocem supplicis alte Deus.
Vt Deus es clemens, pater atq; pijssimus, aures
  Inclina precibus lucis ab arce meis.
Si scelus humanum, & facinus seruaueris omne,
  Vt malus ex merito præmia quisq; ferat.
Omnia, quæ facimus, si tu vlciscaris iniqua;
  Emeritas pœnas, vt Cruce quisq; ferat.
Heu quis sustineat tantas se vindice pœnas?
  Quos poterit fixus tot quoq; ferre Cruces?
Crimina si miseri quoties admisimus vlla
  Qui fragiles homines, vitrea vasa sumus.
Tu supera toties nos iusseris arce subite,
  Vt iudex pœnas: quis ferat acer eas?
Si quoties peccant homines, tua fulmina mittas
  O Deus ex templo mundus inanis erit.
At quia te iuxta dexter sedet arbiter ille,
  Qui te propitium, te roget esse pium.
Hunc propter, legemq; tuam patienter ab alto
  Sustinui præceps gurgite mersus aquæ.
Dura quidem patior: tamen hæc leuiora flagella
  Quàm merui, agnosco patre iubente dari.
Hæc mea sustinuit patiens anima: hauriat oro
  Solamen verbi dulcis ab ore tuo.
Illius in verbo mentes attollite vestras
  O socij: & turpi membra leuate fimo.
Vt mea iamdudum sitiens anima hausit ab alto
  Spem viuam credens surgere posse fimo.

D excelsus est Dominus, & humilia respicit, alta verò cognoscit: sed non ignoscit. ¶Præmia. Idest Pœnam: nam medium est vocabulum. ¶Omnia. ΤΟ ΑΥΤΟ. Idem replicat, ad demonstrandum magnam quidem esse humanam fragilitatem, quæ multoties labitur. sed tamen multò maiorem esse Dei misericordiam, qui non semper punit, quin etiam sustinet longo tempore peccantem expectando illum ad veram pœnitentiã, quam si tandem non fecerit, grauissimè punit. ¶Cruce. Sic antiquitus mali serui plectebantur. ¶Heu quis sustineat. Q.d. nullus. cum vna ad mortem inferendam sufficiat. ¶Crimina. Tautologia est ratione supradicta. ¶Fragiles. Vt facti ex luto facile fatiscemus dicit etiam diuus Grego. si in Angelis suis reperit prauitatem, quantò magis in nobis, qui domos luteas habitamus, quorum terrenum est fundamentum? ¶Quis acer. Idest tam fortis? q.d. nullus. ¶Dexter. Fœli: nobis, ac prosper, vel etiam qui sedet ad dexteram tuam. ¶Arbiter ille. Quem medium siue mediatorem Dei, & hominum, nostræ scripturæ appellant, videlicet D. N. I. Chr. ¶Te roget. Aduocatum D.N.I.C.
1.Ioan.2 qui interpellat pro peccatis nostris. ¶Hunc propter. D.N.I.Chr. anastrophe est. ¶Legemq; tuã. Qua dicitur, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. ¶Sustinui. Alioquin desperassem.
E ¶Gurgite. Metaphoricos intellige pro difficultate emersionis à turpi peccato. ¶Dura quidem. Nulla quippe seruitus est grauior, quàm seruire peccato, & Diabolo. ¶Flagella. Quia sæpè numero sequens peccatum pœna præcedentis est, & omnis seruitij illius difficultas est pro flagello peccanti, vt se ipsum recognoscat, emendetq;. ¶Verbi dulcis. Quale fuit illud mitissimi patris ad
Luc. 15. reuertentem filium prodigum, qui post osculum datum, dixit seruis, citò proferte stolam primam, & induite illum, &c. ¶O socij. Qui surrexit, debet alios peccatores suo exemplo inuitare ad resurgendum, sicut Matthæus publicanus, qui statim vt cõuersus est ad Christum inito conuiuio multos traxit publicanos & peccatores. ¶Sitiens. Salutem, & salutis autorem Deum, vnde & alibi, sitiuit in te anima mea, quã multipliciter tibi caro mea. ¶Speraui. Quis enim sperauit in Domino, & remansit confusus? ¶Subiiciente manum. Nec enim peccator à seipso potest surgere à peccato, nisi ab ipso Domino adiuuetur. ¶Nitimini. Fa-
Ioann.6. cite quod in vobis est. ¶Porrigit ecce manus. Hoc est, quod dicit in Euang. filius eius. Nemo venit ad me, nisi pater meus attraxerit eum, volentibus quippe porrigit ecce manus, non trahit inuitos. ¶Israel. Idest De populo fide vidente Deum qualis est omnis vere Christianus. ¶Prolis eius. Spiritualis magis, quàm carnalis. ¶Ab ortu diluculi, vsq; ad nigras noctis tenebras. Idest ab initio sæculi vsq; ad consumationẽ eius: item ab ortu nostro vsq; ad occasum, & rursus, a natiuitate Christi vel ab eius resurrectione, vsq; ad diem extremi iudicij, vel fortasse melius ab
F ortu diuinæ lucis, idest cœlestis gratiæ, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, vsq; ad abscessum eius à cordibus humanis, tunc enim sequitur horrenda nox peccati. ¶Extinctos. Nunc in anima, deinde & corpore cum extrema dies venerit. ¶Patefecit olympum. Aperuit cœlum triumphali sua ascensione. ¶Peruigil an-
Ioan.10. te fores. Nam ostiũ & ostiarius ipse cœli est. Do. N.I.Chr. vt in parabola ouilis Euangelici legitur, & exponitur à doctoribus. ¶Quæ non claud. Fores scilicet regni cœlorum. ¶Nisi nox. Peccati, vel mortis au. inferni. vt suprà exposuimus. ¶Infusis ten. diffu. die. Nam cum egreditur uirtus statim vitium subintrat: non quia uirtute potentius sit uitium, an: Deo fortior Diabolus: sed cum uidet Dominus animum hominis pronum ferri ad voluptatem, vnde nascitur uitium, & iam prope il-

Ac veluti in Domino speraui: protinus ipso
  Sic exurrexi subijciente manum.
Sic, ò sic Domino mecum iam fidite miti:
  Surgere nitimini, porrigit ecce manus.
Clementi Domino iam speret: fidat & illi
  Quicumq; Israel: prolis & eius erunt.
In Domino sperare licet surgentis ab ortu
  Diluculi, tenebras noctis ad vsq; nigras.
Suscitet extinctos postquàm patefecit olympum
  Maximus hic custos peruigil ante fores.
Quæ non claudentur, nisi nox impleuerit orbem
  Infusis tenebris diffugiente die.
Surgite de cœno, facies & membra lauate.
  Nam Deus est clemens mitis, amansq; pater.
En sedet, à dextris miserans clementia Regis,
  Præ foribus Domini fons pietatis adest.

lud de.

ud desiderare, statim indignabundus cum sua virtute recedit: lucem gratiæ suæ subtrahit, vnde tenebræ suffunduntur Diabolo subintrante. ¶ Lauate. Non baptismi lauacro, quia nequit iterari: sed pœnitentiæ lachrymis, exemplo Petri Apostoli post trinam abnegationem. ¶ A dexteris. Dei patris, hoc est in potioribus bonis neque enim Deus habet dextram manum corpoream aut sinistram sicut nos habemus, quare sanè intelligenda est diuina scriptura, quæ de Deo sæpè humano more loquitur, tamquàm de homine & rege magno ne Antropomorphitæ hæretici efficiamur, qui Dominum Deum patrem verè membra humana habere & corporalia crediderūt: cum sit incorporeus Deus, & spiritus lucidissimus, & fons lucis immensus. ¶ Miserans elementia regis. Scilicet D. N. I. Chr. misericors & clemens Rex regum, & Dominus dominantium. ¶ Præ foribus. In ipso introitu Ecclesiæ. ¶ Fons pietatis. Hic est Baptismus, in quo loti fideles omnium peccatorum suorum misericordiam consequuntur, & veniam. ¶ Propitiator. Idem Christus: nam se ipsum declarat vates, vbi paulo obscurius locutus est. ¶ Precio. Non auri, vel argenti, sed sanguinis Christi filii Dei, quare dicit Apostolus empti enim estis precio magno, &c. ¶ Captos. De manu inferi. ¶ Seruitio. Durissimo Plutonis, Idest diaboli: nam scriptum est, qui facit peccatum seruus est peccati. ¶ Redemptorum. Fidelium ab initio mundi vsq; ad finem eius. ¶ Regem. De quo suprà. ¶ Nullius. Cuiusuis conditionis, quia apud eum nulla est acceptio personarum. ¶ Infinitus. Quia infiniti Dei est. ¶ Thesaurus. Precium valoris passionis Christi inestimabile atq; ineffabile, cui addita sunt (si tamen aliquid addi potuit) vniuersa martyrum, & sanctorum merita: hæc est indulgentia, quæ à summis pontificibus sæpissimè in fideles distribuitur, nec vnquam deficit, vel defectura est: sed sicut Christus est æternus: ita & misericordia eius æterna. ¶ Alta voluntas. Et immensa miserendi: nam quanta in ipso est: vult omnium misereri, & omnes homines saluos fieri: sed multi tantæ misericordiæ seipsos subtrahunt, & indignos prauis moribus reddunt. ¶ Cunctis. Volentibus redimi, petentibus, & quod in se est facientibus. ¶ Ad mensam. Quæ est altare, vbi agnus eius immolatur, & precium sanguinis exoluitur. ¶ Supplex. Quiuis etiam peccator, modo pœniteat. ¶ Condus abit. Legislator antiquus Moyses, per cuius latam legem non tollebantur peccata: sed signabantur exoluenda in aduentu redemptoris Christi precio sanguinis eius. ¶ Abit. Quia lex & prophetæ vsq; ad Ioannem, deinceps gratia prædicatur, etenim per Moysen lex quidem data est: gratia verò per Iesum Christū facta est. ¶ Modò. Tempore gratiæ. ¶ Promus adest. Petrus Christi Vicarius, & successores, quibus claues huius thesauri dispensandi ab ipso Domino datæ sunt, est autem pulcherrima allusio ad duos magnos cuiuspiam Regiæ annonæ ministros, quorum condus recondendi in horreum vel in penu habet officium; promus autem inde expromendi hoc est dispensandi pro necessitate domesticorum habet ministerium. ¶ Largusq; redemptor. Non Petrus: sed Christus, neq; enim Paulus, aut Petrus crucifixi sunt pro nobis: sed ipse D. I. Chr. quare, precipuus est ipse sui sanguinis dispensator. Petrus verò minister eius, & fidelis dispensator, siquidem dicit Apostolus: hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. ¶ Vetus. Israel: Populus Dei antiquus ab Israele descendens. ¶ Quem petiere patres. Patriarchæ, & Prophetæ. Moyses enim dixit. Mitte Domine, quem missurus es, & Esaias: emitte agnum Domine dominatorem terræ, &c. ¶ Cunctos. In futurum vsq; ad diem iudicii. ¶ Voluere. In Christum credendo, sine ad huc venturum, quò ad Israeliticos patres, qui fuerunt ante primum eius aduentum, siue postquàm venit, quo ad omnes omnino gentes. ¶ Aere graui. Peccatorum, nihil enim est grauius, iniquitate quæ vsq; ad profundum inferni miseros impingit peccatores. ¶ Coacta. Etiam enormia. ¶ Cunctorum. Etiam gentilium fidelium tamen. ¶ Tendamus. Exhortatio est. ¶ Ecce manus. Redemptoris porrigit precium, quod soluat pro nostris peccatis.

A

Caes. 24. qq. 3. cap. Deus.

Propitiator adest, precio qui sanguinis alto
Nos redimat captos, seruitioq; leuet.
Quanta redemptorum Regem stet copia iuxta
Cernite: nullius respuit ille preces.
Infinitus enim thesaurus & alta voluntas
Munifici Regis debita cuncta leuat.
Est precium, semperq; parata redemptio cunctis
Diuitis ad mensam principis ecce Dei.
Iam non erubeat supplex ad sydera palmas
Tendere: qui soluat debita promus adest.
Condus abit, modò promus adest qui largusq; redemptor,
Quem uetus Israel, quē petiere patres.

1. Cor. 6.

Ioann. 8.

B

Ioann. 1

Hic redimet cunctos, & qui voluere redemit,
Hic Israelem soluit ab ære graui.
Crimina cuncta suet: cunctorum vincula soluet:
Cunctorum ex humeris pondera iniqua trahet.
Tendamus palmas igitur: quid stamus inertes?
Quod soluat, precium porrigit ecce manus.

1. Cor. 4.

Exo. 4.

Esa. 26.

PROTINVS accepto precio, pariterq; soluto, &c. cum forte ex infirmitate nostra inciderimus in aliquod graue facinus, propter quod ab alio gradu prioris iustitiæ, & sanctitatis delapsi fuimus, non est nobis desperandum: sed ad salubre remedium pœnitentiæ recurrendum, & implorata Dei misericordia ad pristinum iustitiæ opus, & sanctitatis gradum anhelandum, iuxta illud Apocalypsis. vide, unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, alioquin veniam & mouebo candelabrum tuum de loco suo, &c. Denuò autem nobis redeuntibus ad priora opera nihil sanius est humili recognitione diuini huius beneficii, & considerata fragilitate humana assiduis precibus eflagitare diuinam custodiam, & ipsum ducem habere Deum, quo omnia seruata sunt isti nobilissimi cursores, vnde & citò ad pristina sunt restituti, & Deo Duce impetrato etiam ad altiora prouecti sunt. Dicit ergo vates tamquam vnus ex illis. ¶ Protinus accepto precio. Redemptionis nostræ de fiducia misericordiæ diuinæ propter passionem filii sui. ¶ Cecidere humeris. Pulcher versus, qui rem ipsam ante oculos exponit. ¶ Enersiq; fimo. Peccatorum, quibus polluimur & fetemur corā Deo & Angelis eius. ¶ Vicini fontis. Misericordiæ Dei, quę vnicuiq; proxima est haurire volenti. ¶ Decor. Sanctitatis, & mundiciæ prioris hinc alibi dicitur.

C

Apoc. 2.

ODE EX PSALMO CXXX.
Domine non est exaltatum.

PRotinus accepto precio pariterq; soluto,
Vincula cunctorum mox cecidere humeris.

D citur. Asperges me Domine issopo,& mundabor. Lauabis me & super niuem dealbabor. ¶Stola innocentiæ. Et hæc est decor,de quo supra. ¶Talaria. Alas talares, à talis vsq; ad plantas pedum, per quas velocitatem significamus affectuum, & desideriorum, tantò enim velocius quis ascendit ad altos virtutum gradus,quanto ardentius accenditur eius desiderium. ¶ Annulus. Fidei.alludit autem vates ad insignia reconciliationis, quæ filio prodigo reuerso iussa sunt à patre restitui, cito
Luc. 15. (inquit) proferte stolam primam,& induite illum, & date calceamenta in pedibus eius, & annulum in manu eius. ¶Oscula casta. In signum paternæ reconciliationis. ¶Nec sine more. Est enim illi patri mos talis, vt dicitur in parabola prodigi, quia dum adhuc esset à longe, vidit eum & misertus est, & occurens amplexatus est, & osculatus est eum. ¶ Admonuit. Propter recidiuum. Vide doctrinam Euangelicam. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. ¶ Ocia. Nam cum immūdus Spiritus, qui exit ab homine redierit ad eundem tentationis gratia, si inuenerit domum vacantem. Idest animam ociosam assumptis VII. Alijs spiritibus nequioribus se ingreditur,& habitant ibi. Et fiunt nouissima peiora prioribus. Gnaui. Diligentes atque soliciti. ¶Cautius. Ne iterum lenocinijs hostilibus delinimemur. ¶ Grates persol. dig. Nihil aliud habemus, quod Deo retribuamus, quam gratiarum actiones,& laudes. Non vt ille ijs indigeat. Sed quia nos inde meliores efficimur, atque

Matt.26.
Matt.12.

Emersiq; fimo vicini fontis in vnda
    Ablutæ sordes, redditus estq; decor.
Indutiq; stola vt nuper talaria plantis
    Suscipimus: digitis annulus estq; datus.
Oscula casta deinc ori Rex ipse benignus
    Nos amplexatus, nec sine more dedit.
Insuper admonuit, fugeremus vt ocia gnauis
    Cautius & cæptum prosequeremur iter.

Hiero.2. acceptiores.¶ Non opis est nostræ. Idest, facultatis & sufficientiæ. Quia viles facti sumus nimis iterantes vias nostras pessimas. ¶ Ast ego.
E Vates, de seipso loquitur, vt alios suo exemplo cautiores reddat à lapsu, & à recidiuo. Nam optimum genus est docendi. Cum autor ipse proprios casus,& pericula narrat:& quibus medijs euaserit. ¶ Ionas. Hanc hystoriam. Vide &
Ion.1.2. libro ipsius prophetæ. ¶ Bellua. Cete siue Balena. ¶Lætitia. Quia liberatus fueram à tam dira captiuitate,& restitutus in gratiam Domini. ¶ Gelido stupore. Ex memoria repentini casus. ¶ Perhorrebam. Propter reliquias prioris metus, simul & metuens, ne iterum caderem. ¶ Promptus eram. Ad complacendum tam miti Domino. ¶ Litare. Sacrificium illi offerre pro gratiarum actione. Iuxta morem antiquum. ¶ Hostia. Quæ mactaretur. Et aræ imponeretur. ¶ Nulla foret. Quia recesserunt ab aula sanguineæ, & carnales illæ ceremoniæ. ¶ Summisso poplite. Propter humilitatem. Nam oratio humiliantis se penetrat nubes. ¶ Pectoris hausti. Superbia & arrogantia exinaniti, & vacui. ¶ Cuntriti cordis. Sic & alibi. Sacrificium Deo Spiritus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. ¶ Afflictæ. Ex memo-
Rom.11. ria diuinæ offensionis: qua nulla mihi est afflictio maior. ¶ Victima. Hostiam sanctam, Deo placentem nos ipsos offerre Deo monemur ab Aposto. ¶ Exaltata. Hic in greditur vates in Psalmum. ¶ Ty-
Matth.6. pho. Superba animi elatione. ¶ Pectora. Expositio superioris sententiæ. ¶ Nodosam ceruicem. Duram, qualem habebant antiqui Pharisæi. ¶ Composito gressu, colla nec alta. Duo
F sunt signa interioris superbiæ Quæ etiam im-
Esa.3. properauit Esaias propheta matribus Iudæorum. Sic dicens. Pro eo quòd filiæ Hierusalem ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & pedibus suis composito gradu incedebant. &c. Quæ omnia sunt signa superbiæ. ¶ Grauitate. Ficta & non vera. Nam si vera esset maturitatis morum signum est. Ea & probabilis est. Et maximè decet senes. ¶ Aere grauis. Duplicem habet sensum. Idest quales solebant olim esse censores Romani, qui equitum census recensebant. Alius est. Qualis apparebat aliquis censor auarus. Qui vt formidaretur, grauitatem Catonianam simulabat, lucra & munera captabat sub hac incussione timoris. ¶ Trux nulli. Quod facere solent furibundi & minaces Tyranni, vt appareant subditis formidabiles.¶ Lumine torto. Et hoc inuidie est. Quæ & ipsa est filia superbiæ. ¶ Terribiles. Vt milites nostri temporis. Maximè in rusticos.¶ Magnorum. Non est malum verè magnum esse virtute. Cum dicat Dominus in Euangelio. Qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Sed reprehensibile est inter magnos ambulare. vt magnus videaris: cum modicæ, vel nullius sis virtutis. ¶ Grandia verba. Et hoc superborum est, atque loquacium, & maximè hæreticorum. Qui loquacitate potius.

Tunc alacres facti, grates persoluere dignas
    Non opis est nostræ (diximus) alme parens.
Ast ego, quem casus multùm turbarat amarus,
    Restituit Regis gratia quemq; pij.
Non minus ac Ionas, quem ponti bellua sorpsit,
    Euomuitq; pij principis imperio.
Lætitia sparsus gelido simul atque stupore.
    Mente perhorrebam, pectore promptus eram.
Sacra redemptori meditabar grata litare,
    Hostia præ manibus si tamen vlla foret.
Cum mihi nulla foret, summisso poplite flexus,
    Et genua amplectens supplice voce rogo.
Suscipe sancte parens libamina pectoris hausti
    Contriti cordis suscipe sacra precor.

Mentis & afflictæ placeat tibi victima nostræ:
    Mactatiq; animi suscipe vota pia.
Exaltata Typho non sunt mea corda tumenti,
    Pectora nec fastu pertumuere graui.
Sed neque nodosam ceruicem flectere tempsi;
    Composito gressu colla nec alta tuli.
Elatis oculis nec circumquaque superbus
    Incessi: nutu grandiloquusúe fui.
Sed neque compositis volui grauitate videri
    Arte supercilijs, censor vt ære grauis.
Sanguineis oculis trux nulli, aut lumine torto,
    Aspectuúe minax, terribilisúe fui.
Me neque magnorum procerum comitatibus vltrò
    Inserui: magnum crederet vt populus.

Formaui tumido nec grandia verba palato:
Commentum haud vllum sesquipedale fuit.
Sensa nec exposui sacris aliena tabellis:
Vt trutinarentur pensiculata diu.
Magna nec effinxi, quæ non mea dextra patrauit,
Magnus vt in populo, conspicuusq; forem.
Nec mirabilibus magnis iactatus, vt aura
Mulceret vulgi: quod solet esse Ducum.
Non ea tentaui nostras miracula vires,
Quæ multum excedunt, altaue prodigia.
At si non humilis summissiùs omnia de me
Vt dico (sensi) mentior atque tibi.
Corde vel inflatus si animam per inania duxi,
Aut exaltaui condita celsa super.
Abijciar gremio procul, ablactatus vt infans,
Quem velut indignum, despicit alta parens.

A

tius, quàm eloquentia vera tumentes simplicitatem Ecclesiastici sermonis despiciunt. Ac si ipsi soli nugaces sapere videantur. ¶ Sequipedale. Longum hyperbaton. Difficilem inuolutã, ac longam constructionem. Vt doctiores ex hac prolixitate videantur, & subtiliores ex inuolucro verborum. Alius. Sesquipedale verbum. Significat dictionem vnius pedis & semis. Quæ tumidum carmen reddit, & dissonum. Quale est illud. Tum velatatum coniungimus antennarum cornua &c. Et nostrum hoc infra positum dedita opera. Vt trutinarentur pensiculata diu. ¶ Aliena. Noua & veterana. ¶ A sacramentis tabellis. Diuinæ legis, & sacrorum doctorum. Contra illud sapientis. Ne transgrediaris terminos patrum tuorum. Et iterum. Ne initaris prudentiæ tuæ. Quod exponens Hieronymus, ait. Prudentiæ suæ innititur. Qui ea, quę sibi dicenda vel agenda videntur, patrum decretis pręponit. Et rursus idem dicit. Vino inebriantur, qui sacras literas aliter exponunt, quàm Spiritussanctus velit. ¶ Trutinarentur. Examinarentur. & quasi ad stateram librarentur. ¶ Pensiculata diu. Quasi longa cogitatione prius exquisita. Vt mirabiliora apparebant, & preciosiora habeantur. Tanquam & præmeditata. ¶ Effinxi. Hoc gloriosi est, & iactabundi. Militis, aut Ducis. Sic & quod sequitur de eo, qui gaudet popularibus auris. ¶ Non ea tentaui. Exemplum horum habemus in actis Apostolicis illorum fratrum, qui tentabant in nomine Domini Iesu eijcere Dæmonia. Et lacerati fuerunt ac penè interfecti. Porrò hi omnibus modis ambulant quidam in magnis, & in mirabilibus super se. Quod vates se fecisse negat. ¶ At si non humilis. Imprecatio est, mentis benè sibi consciæ. ¶ Condita celsa super. Super alta & secreta iudicia Dei. Iuxta illud sapientis. In multis operibus Dei, noli esse nimis curiosus perscrutator. Multa enim excedunt humanum captum. ¶ Ablactatus vt infans. Duobus modis exponit vates hoc dictum Dauid obscurum. Sicut ablactatus est super matre sua, & ita clarè, vt nulla alia indigeat expositionè. ¶ Sponseque tuæ, mag. par. Hæc est sancta mater Ecclesia. Collectio videlicet, omnium fidelium. ¶ Disijciar. Per peccatum. ¶ Discutiar. Per excommunicationem. Et iterum. Disijciar in præsenti, discutiar in futuro sæculo. ¶ Hæc sibi retribui. Causa grauis huius pœnæ. ¶ Sentiat. Ad grauiorem sui afflictionem. Et ad aliorum cautelam. ¶ Quin potius. Secunda expositio præcedenti contraria, & magis optanda. ¶ Propensior. Intensior, ac diligentior. ¶ Sustinet. In gremio suo à se genitum recognoscens. ¶ Blandus. Per hoc nobilem vult illum ostendere, qui blanditijs allicitur, & non seruili terrore compellitur ad virtutis amorem. ¶ Alitq; cibis. Idest mysticis ac spiritalibus sensibus sapientiæ. De quare vide Apostolum. Carnales enim adhuc discipuli lacte. Idest hystorica, simplicique doctrina sunt erudiendi. Spiritales autem viri spiritali doctrina (quæ solidus est cibus) sunt ammonendi. Sapientiam inquit Apostolus, loquimur inter perfectos. ¶ Pulcherrima. Vtpote sine ruga & macula, vt idem docet Apostolus. ¶ Sub vberibus suis. Quæ duo sunt testamenta. ¶ Mensæ. Altaris, vbi carnibus agni, & vituli saginati pascimur, & pane viuo de cœlo descendente. & rursus mensæ doctorum sacræ scripturæ. Vbi & verbo Dei pascitur animus. Quia non in solo pane viuit homo. sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. ¶ Pane uiuo &c. Cibabit eos Dominus pane vitæ, & intellectus. Et Aqua sapientiæ salutaris potabit illos. ¶ Solido cibo. quo supra. ¶ Patr. pne. Humili Spi. ¶ Vos quoq;. Suo exemplo uates alios exhortatur ad humilitatẽ, quæ bonis nos faciet eternis perfrui. Amen.

Prou. 22. & 3.

B

Eccl. 3.

Vberibus sponsæq; tuæ, magnæq; parentis,
Sic ego disijciar, discutiarq; sinu.
Hæc sibi retribui pro fastu, seq; relictum
Deficiens animus sentiat ipse meus.
Quin potius dulcis genitor, mitisq; redemptor
Cum mentem nostram non tumuisse scias.
Sit tibi cura mei, & tantò propensior oro,
Humani quantò maior amor generis.
Sim super vberibus tener ablactatus vt infans,
Quem genitrix gremio, quem fouet alma sinu.
Quemq; vlnis genitor dignatur ab vbere sumptum
Sustinet in mensa blandus, alitq; cibis.
Sic tua me coniunx pulcherrima, sancta patensque
Nostra, sub vberibus condat, alatque suis.
Sic me suscipiens vlnis accumbere mensæ
Vberibus demptum da pater alme tuæ.
Pane tuo refici niueo, da nectare dulci
Potari: solido vescier atque cibo.
Hæc sibi retribui pro paupere pneumate noris
Mens mea: delitijs exaturata nouis.
Vos quoque dilecti socij, Israelis alumni,
Sperate in Domino talia summa bona.
Viuida permaneat spes nostra per omnia secla:
Donec in æternis fas erit esse bonis.

Heb. 5.

C

1. Cor. 2.

Matth. 4

Eccl. 15.

TVm precibus nostris. Duabus potissimum ex causis permittit Dominus ex alto gradu suos electos cadere. Vna, vt ex desidibus diligentes reddantur, atque feruentes: altera, vt omissa propria fiducia seipsum exorent ducem habere. Rogatus quoque suum libenter illis ducatum impartitur. Canit itaque vates inter alios cursores præcipuus. ¶ Tum precibus nostris. Lachrimisq; fluentibus vltro. O fœlix lachrima sola adiis inaccessibilem.

D bilem. Superas inuincibilem, flectis inflectibilem, placeas inexorabilem. Extorques ab inuito flagellum, ab irato impetrat gratiam, numquã vacua redis ad eum qui te misit. ¶ Princeps. Omnium fidelium Christus. ¶ Luminis ictu. Facilè est Deo subitò honestare pauperem. Et sicut suscitat de puluere egenum, sic & de stercore erigit pauperem peccatorem, quem verè pœnitentem videt. ¶ Locat. Nam Domus ruinosa citius erigitur, quia omnis adest materia, quam noua ædificetur, quia omnis materies aliunde apportanda est & præparanda. Hinc est celebre dictum diui Bernardi. In religione, vbi cõgregatio est sanctorum, rarius caditur, vbi rara est occasio. Cicius resurgitur, vbi multæ sunt manus adiutrices. ¶ Edocet insidias. Cautiores quippe redduntur ex lapsu & surgunt inde fortiores vt Pet. Apo. ¶ Corrigit emendat. Siue plectendo, ut hoc solũ benè agitur, siue ignoscendo, vita hominum corrigatur. ¶ Castigatq; moras. Quia semper nocuit differre paratis. Et mora sua cuilibet, est nociua, magnum est interdum moræ precium. Legimus Gai. Ces. amisisse impetium propter morulam modici temporis qua voluit ante ientare quam procederet ad salutandum Imperatorem. Qui proposuerat priorem ex nepotibus aduenientem hæredem Imperij relinquere. Nam dum moram ille ientando contraheret, præuenit Caius: qui statim declaratus est successor.

ODE EX PSALMO CXXXI. Memento.

TVm precibus nostris, lachrimisq; fluctib. vltrò
Motus ait princeps inclytus, atque pius.
Surgite dilecti, volucrisq; per aera saltu.
Scandite præteritos rursus ad alta gradus.
Præducis officio deinc fungent luminis ictu
In gradibus summis anteuolando locat.
Edocet insidias, latitans vbi cœpit inertes
Hostis atrox: captos, præcipitesque dedit.
Corrigit, emendat, relegens loca plena furentum,
Castigatque moras: se iubet atque sequi.
Ocior anteuolat: celeres neque commouet alas.
Expandit tutum quaque sequamur iter.
Nos pauidi trepidare metu, ne fortè sequentes
Tardius effugerer, desereretq; pigros.

E Vide Suetonij hystoriam. ¶ Neque commouet alas. Quia sine vllo labore Deus operatur. ¶ Desereretque pigros Sententia est diui Ambrosij, Solertibus Deus appropiat, longè verò fit à pigris. ¶ Casus acerbus. De quo suprà in Psalmo. Deprofundis, Optima cautela est à recidiuo, assidua memoria casus præcedentis, passorumque malorum. ¶ Per pia sacra. Cordis contriti, & humiliati, de quibus in Psalmo precedenti. ¶ Siste gradum. Infirmitati nostræ compatiendo. Neq; enim serui Domino possunt æquari. ¶ Nec nos desere. Nam si fuerimus deserti à te. Mox iterum capiemur ab hoste sequenti. ¶ Luteas domos. Et ob id fragiles. Qualia sunt

Sap.9. vasa terrea. ¶ Grauant. Sic & Sapiens dixit. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. ¶ Molimina. Tardos ac graues ascensus. Molimur enim quantùm possumus, & tamen adhùc te sequendo tardi sumus. ¶ Præduce te. Ecce fiducia in Domino firma. ¶ Superatis omnibus. Arduis & quæ immunent periculis. ¶ Vrbis Olympiacæ. Hierusalem cœlestis. ¶ Nec subtrahe. Metuit, & propterea idem repetit. Nouit enim benè esse cũ illo, & male sine illo. ¶ Pro pietate tua, Non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos (ait Apostolus) sed per suam misericordiam saluos nos

Titum.3 fecit. ¶ Metam. Cœlestis Hierusalem. ¶ Indignas exaudiri. Iuxta illud Euangelicum, Nos scimus

F quia peccatores Deus non exaudit. Sed siquis cul-

Ioann.9. tor eius est. Hunc exaudit. ¶ Sordes nostras. Nam si iustitiæ nostræ penes Dominum sunt quasi pannus menstruatæ: ipsæ sordes peccatorum. quam

Esa.64. fœdissimæ erunt. Nomen tuum. Quod inuocatũ est super nos. Ne blasphemetur ab improbis. ¶ Stirpis Iessæ. Dauid filij Iesse iuxta literam. Et

Esa.21. D.N.I.Christi secundum Spiritum. Nam & de ipso scriptũ est. Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius &c. ¶ Psalmidici tui tui. A quo

Tunc ego quem casus nimium turbarat amarus,
Ponè sequens, cœpi voce rogare Ducem.
Per pia sacra precor, tibi quæ placuere litata,
Siste gradum: nec nos desere chare pater:
Nos luteas habitare domos dux optime nosti.
Cœlestes animos corpora tarda grauant.
Interdum subsiste parùm: molimina nostra
Suscipe tu miserans, robur & adde mora.
Præduce te dabitur superatis omnibus alta
Vrbis Olympiacæ limen adire sacræ.
Preuius esto igitur nobis, nec subtrahe nostro
Te pater aspectũ pro pietate tua.
Optatam donec tecum pertingere metam
Fas erit emensis omnibus his gradibus.
Indignus voces, nec sordes aspice nostras.
Propitius propter nomen adesto tuum.
Stirpis Iessæ potius reminiscere gratæ;
Esto memor vatis, psalmidiciq; tui.
Esto memor chari Dauidis, & illius ergò
Pectoris humani dexter adesse velis.

Psalmi fuere decantanti. Porrò hic ingreditur in ipsum Psalmum chari Dauidis. De quo ipse Dominus testatus

Act.13. fuerat, quia inuenit virum secundum cor suum, & de Domino N.I.Chr. per eum mysticè significato voce de nube

Math.3. emissa. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. ¶ Illius ergo. Idest causa iuxta illud

1. Reg. Verg. in sexto illius ergo venimus &c. ¶ Humani. Ita vt pepercerit bis hosti suo infensissimo Regi Saul, cum Do-

24.& 26. minus illum tradidisset in manus eius. Quin & fleuerit extinctum. Quem etiam vltus fuit. Dominus quoque

2.Reg.1. Iesus in Cruce positus cum lachrimis & clamore valido non solum pro nobis cùm adhuc inimici essemus (vt do-

Heb.5. cet Apostolus) orauit. Sed & pro ipsis crucifixoribus rogauit patrem dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt,

Luc.23. quid faciunt. ¶ Dexter. Propitius. Poeticum est. ¶ In dirum Regem. Saul, qui per inuidiam persequebatur eum

Math.2. ad necem. Sed Dominus semper eum tutatus est, ne caderet in manus eius. ¶ Progeniemque malam. Filium Sau-

Math.3. lis, qui post illum factus est rex. Nec minus, quàm pater quærebat animam eius. Si ad Christum referas. Dirum Regem Herodim intellige, qui parulos infantes pro illo interfecit. Et progeniem malam ipsos Iudæos intellige, à quibus post longam persecutionem est morti traditus. Progenies enim viperarum, & ab ipso Ioanne Baptista

A

Quæ fuerit nosti, vis mansuetudinis eius
In dirum Regem, progeniemq; malam.
Esto memor, quoties crudeli ignouerit hosti
Mitis: & extinctum fleuerit vltus eum.
Quo pater affectu mandauerit ipse rebellem
Seruari gnatum tuq; memento pater.
Quem non commoueat vox flebilis illa parentis?
Vt pro te moriar nate, quis hoc tribuat?
Quid tibi pollicitus fuerit, reminiscere quæso,
Iurisiurandi relligione data.
Vouerit illud idem (nosti) Dominoq; Deoq;,
Quem coluere patres, præcipuusq; Iacob.
Autoris extiterat voti, primusq; solutor
Vt fuerat compos: nec minus iste nepos.

dicta est. Et à Domino generatio mala & adultera. ¶ Ignouerit. Vide hystoriam Libri primi Regum. ¶ Fleuerit. Et ieiunauerit, cecineritque carmen lugubre. ¶ Vltus cum. Interficiendo iuuenē illum Amalechitem. Qui ad se detulerat coronam, & armillam Saulis, qui & confessus est sese illum peremisse. ¶ Rebellem. Gnatum. Absalonem. A quo fuerat abiectus regno. Nam in vltimo prælio. mandauit cunctis ducibus suis, vt viuum eum seruarent. Sed tamen ita volente Domino extinctus est. Nam fugiens crinibus ramosæ quercui suspensus, dum palpitaret à Ioab principe militiæ quatuor lanceis transfossus est; & sic interiit. ¶ Vox flebilis. Nam cum renunciata victoria dictum illi fuisset puerum mortuum esse. Non minus ac si victus esset retraxit se in solariū, & flens ambulando clamabat. Absalon fili mi, fili mi Absalon, quis mihi det, ut pro te moriar fili mi Absalon. ¶ Quid tibi pollicitus fuerit. Hæc pollicitatio infrà ponitur. ¶ Religione data. Vt firmior esset promissio. Additum est iusiurandum. Et tertio loco etiam votum. ¶ Autor voti. Siquidem vouit Iacob. Vt si Dominus Deus daret illi victum, & uestitum sese illum perpetuò habiturum in Deum, & decimas omnium, quæ illi daturus esset soluturum. Ex hoc uoto factum est ut omnes ex Iacob carnaliter, & Spiritualiter descendentes, & Deum colere ac decimas soluere teneamur. ¶ Vt fuerat compos. Nam suprà quàm optauerat, obtinuerat. Siquidem solus cum baculo abiens pertransierat fluuiū, & cum duabus turmis regressus est. ¶ Nepos. Dauid qui & regnum obtinuit. ¶ Si prius ingressus. Hoc est votum, quod vouit Dauid. ¶ Tabernacli. Sic appellat palatium suum. Quia sese peregrinum in hoc sæculo, agnoscebat sic & fuerant patres eius. ¶ Ora. Faciem. Vt moris est. Quando premimur à somno. ¶ Sedem. In qua figeret tabernaculum, & sub eo Arcam fœderis. Sicut & fecit. Vide librum Regum. ¶ Præuiderat. Ea nocte qua vidit scalam attingentem vsque ad cœlum. Vt dictum fuit suprà in principio graduum. ¶ Hic hic. Demonstrantis est locutio in monte Sion. Vbi & suam condiderat arcem. Nam mons moria super quo dicitur fuisse ædificatum à Salomone templum Dei, iugum erat eiusdem montis Syonis, seu vnus ex verticibus eius. ¶ Fratre furente. Propter sumptā benedictionem. Minabatur enim se illum occisurum. Nota est hystoria. ¶ Fœderis. Quæ & veteris testamenti dicitur. Propter duas tabulas legis intus à Moyse reconditas. ¶ Quam colat. Idest frequenter dando petentibus responsa vt moris erat. ¶ Me miserum. Dolet in Spiritu vates quia præuidebat & Arcam perituram, & ritum pristini cultus circa eam defuturum, & quod grauius erat, ipsum Dominum Deum deserturum esse Iudæam gentem propter diram impietatem illius in prophetas, Christum, & discipulos eius. Et translaturum esse ad gentes omnium nationum. ¶ Auitum. Quē aui & nostri coluere maiores. ¶ Cum testamento. Promissione illa veteri. A cuius conditione apposita Iudæi priores recesserunt. ¶ Cum statione sua. Idest cum Angelorum custodia. Nam militari more pro illo populo assidua illic erant in statione. Verùm appropinquante ruina abierunt. Nam vt scribit Iosephus auditæ fuerunt voces ex adyto templi Angelorum dicentium abeamus his sedibus. ¶ Ephrata. Hæc est Bethleem Iudæ, in qua natus est Dominus noster Iesus Christus filius Dei. Cuius Natalis hoc positum est vaticinium. Quod clarius Micheas expressit dicens. Et tu Bethlem siue. Ephrata terra Iuda nequaquàm minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. ¶ Quę speculi Luc. im. pul. Sic interpretatur hæc dictio Ephrata. Porrò speculum hoc lucens fuit Iesus Christus. In quo relucet imago Dei patris. Potest & beatam Virginem significare in qua reluxit Christus Dei patris imago. Sic & ipsam matrem Ecclesiam cuius Typus in matre virgine præcessit. ¶ Sole. Iustitiæ Christo Domino nostro. ¶ Fulget. Deiatis splendore, si ad Christum referas, & miraculorum coruscatione. Nam ea nox, in qua natus est, sicut dies illuminata est. Et cum Angelis apparentibus

Matt. 12. a. Reg. 1. a Reg. 18 a Reg. 13. Gen. 28.

B

Si prius ingressus ero mea limina (vouit)
Ampla tabernacli celsa domusq; meæ.
Ostia si thalami penetraro mente quieta,
Scanderosi lecti mollia strta mei,
Si mea præbuero vigilantia lumina somno,
Siue volens, nolens semisopitus ero.
Si graue per somnum caput inclinauerit ora,
Si requiem dedero temporibusq; malis.
Sedulus inueniam donec propè limina sedem,
Digna tabernaclum quæ sit habere Dei.
Sicut & Isacides præuiderat ipse Iacobus.
Dum fugeret patriam fratre furente domum.
Hic, hic omnino (Dauides Inclytus inquit)
Digna Deo domus est ædificanda mihi.
Cumq; tabernaclo iuncta sibi fœderis arca,
Nostrorum patrum quam colat ipse Deus.
Me miserum, sed vbi Dominum quæremus auitum?
Cum testamento? cum statione sua?

2. Reg. 6. Gen. 28. Gen. 27. Gen. 25.

C

Ephrata, quæ speculi lucentis imagine pulchra est,
Sole repercusso fulget vbiq; procul,
Dicitur (vt nuper nostras peruenit ad aures)
Iamque tenere Deum: iamque fouere sinu.
Illa tabernaclo Domini, lætatur & Arca:
ed magis ex ipso læta fit illa Deo.
Nos ibi quæsijmus; sed non inuenimus illum;
Quòd lenti fuimus, fugerat inde procul.
Cumque pedum (cursu(vestigia certa notantes
Cum gemitu, & lachrimis prosequeremus eum.

Mich. 5. Luc. 2.

D lux ingens effulsit. Si ad beatam Virginem, fulsit sanctitatis splendore, demum & miraculorum luce. Sic & ipsa mater Ecclesia, fulget vbique luce doctrinæ, & sapientiæ Dei, quæ in ea est. ¶ Procul. Etiam vsque in fines orbis terræ. In quibus prædicatum est Euangelium Lucis. ¶ Deum. Ibi natum. ¶ Sinu. Ipsius Virginis Matris Mariæ. ¶ Tabernaculo. Corporis sui. In quo militaturus apparuit. Potest etiam intelligi de vtero Virginis. Vnde tamquàm sponsus processit de Thalamo suo. Sed & Ecclesia tabernaculum Domini dicitur. In quo militamus omnes Christi fideles. ¶ Arca. Eiusdem significationis est, cuius & ipsum tabernaclum. Nam Arca est Corpus Christi. In quo latuit diuinitas eius. Et uterus Mariæ, in quo latuit totus Christus. Sic & in Ecclesia, in qua mysticum Corpus Christi continetur. ¶ Nos, Iudæi. ¶ Quæsiimus. Cum Herode ad perdendum eum. Item & tempore excidij quæsierunt Dominum multi ex ipsis, qui nec inuenerunt redemptorem, sed seuerum vindicem. ¶ Fugerat. Nonustrictus necessitate, sed sponte, vt etiam nobis innueret fugiendum esse persecutionis tempore. ¶ Procul. In Egyptum, deinde & ad gentes post Ascensionem Apostolicis pedibus. ¶ Pedum. Domini. ¶ Cum gemitu & lachrimis. Agendo pœnitentiam persecutionis in eum, & in

Rom.6. discipulos eius. ¶ In campis syluæ. In latitudine gentium olim sterilium à bonis operibus. ¶ Deserti saltus. Olim à Deo derelicti. Quia vt ait Apostolus. Ex quo per creaturarum cognitionem gentes peruenerunt in veri Dei, & Creatoris notitiam, nec voluerunt eum solum vt debuerunt colere, atque glorificare. Permisit eos Deus arbitrio suo duci, ac voluptatibus proprijs trahi. Qui propterea in reprobum sensum ducti sunt. Et in uarios errores collapsi. Nec posteà reuocandos eos duxit usque ad tempora Apostolorum. ¶ Regione noua. De qua prædictum fuerat per alium prophetam. Innouate nouale. ¶ O socij. A Iudaismo ad Catholicam Fidem conuersi. ¶ Tentoria. Militantem Ecclesiam, quæ & suprà tabernuculum uocata est. Quia Dominus habitans in ea vsque consummationem sæculi Dux noster, & Pastor est. ¶ Vnanimes. Quod & factum esse Lucas testatus est dicens.

Act.4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. ¶ Loca sancta. Montium Syonis, Caluarij, Olioeti. & Ta-

E bor. Bethleem quoque, & Nazareth, Et huiusmodi loca, in quibus D. I. Chr. docuit, miracula fecit, passus est, resurrexit, visus est, & inde in Cœlum ascendit, & Spiritum Sanctum in filios adoptionis effudit. ¶ Surge. A mortuis. Est enim Apostrophe, ad ipsum Christum. Tametsi possit etiam intelligi de tabernaculo, quod Dauid prope palatium suum erexerat, vt in eo locaretur Arca Domini. Quæ vsque ad illud tempus non habuerat sub tecto fixam, & firmam sedem. Quæ subinde in templo à Salomone condito reposita fuit. Inuitabatur autem sub his verbis Dominus vt à veteri surgeret habitatione, & in has nouas sedes pertransiret. Sed ego priorem sequor sensum vti Christianus, relinquendo Iudæis hunc secundum, qui nostri typum gessit atque figuram. ¶ In requiem tuam. Paradisi. ¶ Arca. Corporis tui. ¶ Fœderis noui. Testamenti noui. De quo ip-

Matt.26. se dixit, Hic est sanguis meus noui & æterni testa-

Marc.14. menti. ¶ Sceptra. Sedet enim à dextris Dei, Rex regum & Dominus Dominantium. ¶ Vnde. Ex throno patris descendente Spiritusancto. ¶ Sacerdotes. Christi discipulos, & deinceps eorũ successores. ¶ Regina. Mater Ecclesia Regis sancti sponsa. ¶ Parto triumpho. Ex debellatis hostibus per sponsi sui mortem, & subsecutam resurrectionem. ¶ Iustitiam. Illam maiorem; quàm scribarum, & Pharisæorum: de qua alibi.

F Iustitia tua sicut montes Dei. ¶ Mores nouos. Quales decent præcones Christi, & nouæ legis prædicatores, videlicet, vt sint pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes, ac sitientes iustitiam, misericordes, mundi cordes, pacifici, & in tribulationibus patientes. ¶ Lætitia. Spirituali. ¶ Propter Dauidem. Et eius, qui præcessit in tipum iuxta literam, & Christum, cuius fuit ille figura secundum allegoriam. ¶ Merentem. Passionis suæ merito. ¶ Seruus. Quia seipsum exinaniuit formam serui accipiens, vt docet Apostolus. ¶ Puer estq; tuus. Filius dilectus, de quo alius propheta, hic est puer meus, quem elegi, & iterum. Puer datus est nobis, & paruulus natus est nobis, cuius imperium super humerum eius, &c. ¶ Tui Christi. Quem in regem, prophetam, & sacerdotem tu vnxisti oleo lætitiæ præ participibus suis secundum ordinem non Aaron, sed Melchisedech, dicitur autem pulchra facies, propter vnam interpretationem nominis huius Dauid, interpretatur enim, manu fortis, & decorus aspectu: sed, & alibi de eo dixit speciosus forma præ filijs hominum. ¶ Pœniteat. Sic & alibi. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum, &c. ¶ Clara propago. Hic est D. N. I. Chr. de quo dixit Angelus ad Mariã, dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis,

Cum gemitu, & lachrimis prosequeremur eum.
In campis syluæ nos tandem inuenimus illum,
Deserti saltus in regione noua.
Quare agite ò socij summi tentoria regis
Vnanimes mecum (fas) subeamus erit.

Fas vt adoremus proni loca sancta colentes
Hic, vbi diuini sæpè stetere pedes.
Surge velut primo Sol matutinus eoo:
Ingredere in requiem mi *Deus alme tuam.*
Exurge ò Domine, & pariter tua lucida tecum.
Fœderis arca noui sanctificata micet.
Æternam in requiem tecum super æthera scandat:
Obuia cœlestis curia fiat ei.
Concentu vario resonet pulsatus Olympus:
Dum facis æterno scæptra tenere throno.
Vnde sacerdotes parto Regina triumpho
Iustitiam, & mores induat ipsa nouos.
Cordaque lætitia per sæcula mille repleti
Eultent sancti, & carmina nostra canant.
Si non ex nostra Deus hæc pietate meremur;
Quæ verè est nobis nulla, vel exigua.

Dauidem propter tamen effice cuncta merentem,
Qui seruus tuus est: qui puer estq; tuus.
Pulchra tui Christi facies Dauidis amore
Non auertatur prorsus ab Isacidis.
Sponte quidem stirpi Iesseæ vera fuisti
Pollicitus: verè quæq; daturus eras.
Iurisiurandi (quo sponsio certior esset)
Robore firmasti: te neq; pœniteat.
Tuq; spopondisti: quòd clara propago sedebit
Illius in solio regia sceptra tenens.
Ventris enim fructus Dauidis, & inclyta proles
Ponetur patrio iussa sedere throno.

videns

Ventris & hic fructus ſublimis ad aſtra feretur,
Æterno vt ſedeat Rex nouus in ſolio.

videte quemadmodum ſibi, inuicem reſpondeant A
oracula prophetarum, & Angeli nunciatio, ſubſe-
quutumq; regnum, quod non eſt ex hoc mundo:
ſed ſpirituale ad regendas animas. ¶Fructus ven
tris. Mariæ, de quò & Eliſabeth cognata Mariæ, dixerat, benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ven-
tris tui, qui eſt Chriſtus. ¶Feretur ad aſtra. In die reſurrectionis, & aſcenſionis illius. ¶Incrementa dari. Gra- Luc. 1.
tiarum atq; donorum ſpiritusſancti. ¶Velit. Optat atq; deſiderat, petit, quærit & pulſat ad ianuam inuitantis
amici. ¶Si teſtamenti. Conditionalis eſt hæc promiſſio, per quam expromiſſor non tenetur adimplere promiſ-
ſionem, niſi ſeruata conditione. ¶Nati. Ordo eſt: ſi natitui appoſitiuè tua pignora ſeruarint poſt te data fœde-
ra ſacra mei teſtamenti. ¶Si ſolliciti fuerint faceſ
ſere. Cum deſiderio mihi morem gerendi facere.

Quin adiecisti ſuper hæc reſponſa bonorum,
Incrementa dari quæ ſibi quiſq; velit.
Si teſtamenti poſt te tua pignora uati,
Iam data ſeruarint fœdera ſacra mei.
Si mea ſolliciti quæcumq; faceſſere iuſſa
Si cuſtodierint quæq; docebo noua.
Si me teſtati fuerint in gentibus olim,
Nec formidarint triſtia martyria.
Hæc tua poſteritas longum regnabit in æuum,
Atq; reget forti patria ſceptra manu.
Natorum natis, & qui naſcentur ab illis,
Omnibus his dabitur ſede ſedere tua.
Si tamen æterno cultu mea caſtra ſecuti
Perſtiterint patria relligione pij.

¶Quæcumq; iuſſa. Nec enim ſufficit aliqua face-
re, & ali qua omittere, quia ſcriptum eſt. Defleat
peccator: nam offendens in vno, factus eſt omniū
reus. ¶Noua. Noui teſtamenti præcepta. ¶Te- Iaco. 2.
ſtati fuerint. Ideſt prædicauerint diuinitatem meā
reddentes mihi teſtimonium ſuper his, quæ viſuri
ſunt de me, & audituri ex ore meo. ¶Olim. Nūc,
quandocumq;, & in futurum. hoc adimpleuerunt
Apoſtoli, quibus Dominus Ieſus Chriſtus dixerat, Act. 1.
& eritis mihi teſtes in Iudæa, & Samaria, & vſq; ad
vltimū terræ: vnde & refert Lucas virtute magna
reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis
D. N. I. Chr. ¶Triſtia martyria. Quia diſcipuli ta
lia reddentes in populos teſtimonia crudeliter tor
quebantur, & demum interficiebantur. ¶Longū
in æuum. Nam regnum Chriſti regnum omnium Dan. 4.
ſæculorum, & poteſtas eius poteſtas æterna. hinc B
& Angelus dixit Mariæ. Et dabit ei Dom. Deus
ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Ia- Luc. 1.
cob in æternum. & regni eius non erit finis. ¶Naſcentur. Spiritaliter intellige de his, qui regenerantur ex aqua,
& ſpiritusſancto Chriſti fidelibus: nam ut ait Ioannes, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in no- Ioann. 1.
mine eius. ¶Sede tua. Epiſcopali atq; pontificali. ¶Si tamen. Hæc eſt conditio quæ apponitur in omnibus di
uinis promiſſionibus, & ſi non apponatur, ſubintelligitur videlicet, ſi in vijs meis ambulauerint, ſi cuſtodierint
præcepta mea, ſic & in comminationibus eius: ſubauditur: niſi egerint pœnitentiam. ¶Mea caſtra. In Eccleſia
militanti, militia eſt enim vita hominis ſuper terram. ¶Patria relligione. Chriſtiana, etenim eadem eſt fides Iob. 7.
noſtra, quæ fuit & antiquorum patrum variato tempore, quæ enim ventura credebant de Chriſto, nos credimus
aduenisse. ¶Coluiſſe. Et Deus colit homines, &
colitur ab hominibus, aliter tamen atq; aliter, co-
lit homines Deus, vt fructificent ſicut agricola ter
ram, colitur autem ab hominibus tamquàm pa-
ter à filijs, cum veneratur amatur & adoratur.

Conſtat enim Dominum coluiſſe cacumina mōtis
Sacra Sionæi, cultus ut eſſet ibi.
Nam vel vt Iſacidus ex omni gente per orbem
Hactenus elegit præcipuum in populum.
Sicq; prælegit ſibi ſedem in monte Syone
Vt colat hinc populos: atq; colatur eis.
Hæc (ait) eſt requies mea: ſit requieſq; meorum
Hic erit æterna dulce quiete frui.
Hic habitabo lubens: habitabitis atq; libenter
Vos mecum: quoniam manſio lecta mihi eſt
Eius ego viduam plorantem retibus arctis
Venantum implicitam dentibus atq; canum.
Dentibus excuſſis, & retibus enſe ſolutis
Eripiam: luctum lætitiaq; premam.
Cum mea vox illi benedixerit: Et benedictam
Faxo ſciant omnes: carmine meq; canant.
Largaq; continuè benedictio deſuper illam:
E cœlis iugi ſicut ab imbre fluet.
Illius atq; inopes ſatiabo panibus omnes,
Vt ſaturi laudent nomen in vrbe meum.

¶Sedem templi. Quod ibi fuerat conſtruendum à
Salomone filio Dauid. ¶Ait. Dominus ore pro-
phetarum. ¶Libens. In humana etiam forma.
¶Vos. In Apoſtolis maximè verificatum eſt. ¶Le-
cta. Per electa. ¶Viduam. Sanctam Matrem Ec Ioann. 3.
cleſiam, poſteaquam ſponſus eius Chriſtus aſcen-
dit in cœlum, de qua dixit Io. Baptiſta. Qui habet
ſponſam, ſponſus eſt. ¶Plorantem. Necem ſancto
rum martyrum, quos ſpiritualiter genuerat per fi-
dem in baptiſmo. ¶Retibus arctibus. Iuris per-
ſecutionibus tyrannorum. ¶Venantum. Dæmo
niorum. ¶Canum. Obtrectatorum Iudæorum,
& paganorum, aſſerentium Chriſtianos magos eſ
ſe atq; blaſphemos & proptereà tollendos eſſe de
terra. ¶Dentibus. Propagatæ veritatis maleo. C
¶Enſe. Iuſtitiæ ac uerbi Dei gladio, cui nulla pōt
armatura reſiſtere, eſt enim penetrabilis uſque ad
medulas, & interiora animæ. ¶Lætitia. Donatæ Heb. 4.
pacis & tranquillitatis maxima, magni Conſtanti-
ni tempore. ¶Faxo. Pro faciam, uerbum defecti
uum eſt. ¶Omnes. Aduerſarij tam ex Iudæis, quā
ex gentibus. ¶Canant. Laudent per totum orbē
fabricatis Eccleſijs. ¶Larga benedictio. Spiritua-
lium donorum gratiarum, & abundantis doctrinæ, quod præcipuè patuit ſauctorum quatuor doctorum tempo-
re. ¶Inopes. Non ſolum Monachos paupertatis profeſſores: ſed & pauperes ſpiritu hoc eſt humiles. ¶Panibus.
Tam ſpiritualis alimoniæ, quàm corporalis, vitæ videlicet, & intellectus & eius qui de cœlo deſcendit & dat vitā
mundo. ¶In vrbe. Militantis Eccleſiæ, quæ & ciuitas Dei uocatur. ¶Inde. Ex alimentis cœleſtibus. ¶Sacer-
dotes, Magis noui, quàm veteris teſtamenti. ¶Mea dextera. Filius meus, qui dextera & brachium ſummi pa-

D tris dicitur. ¶Sancto salutari. Charitatis dono, qua sola saluamur, & sine qua nulli potest esse salus, iuxta vatici
nium Esaiæ. Induit me Dominus vestimento sa-
Esa.61. lutis, & indumento iustitiæ circũdedit me, de quò
statim sequitur. ¶Vestibus aureis. Quod impletum est, ex quò creuit decus Ecclesiæ. ¶Virtute. Robore, & fortitudine animi. ¶Vt nitidi. Splendore gloriæ. ¶Compti. Decore vestium. ¶Tunc exultabunt. Pace Ecclesiæ concessa, & sanctitate ministrorum, vnde verum effulget decus Ecclesię. ¶Iubila. Interna mentis gaudia, quæ contineri nequeunt, aut cælari: sed necesse est vt extra erũpant per aliqua letitiæ signa. ¶Cornu. Quod q̃d sit statim subiungit, est enim robur regni, de quò dictum est supra. ¶Regis. Christi. ¶Nomine. Quia & ipsi Christiani vocabuntur, à Christo. ¶Lucerna ardens: Io. Baptista, vt docemur, ex Euang.
Ioann.5. Ille (inquit) erat lucerna ardens, & lucens. ¶Præ
Matth.3. uia. Vnde & prædictum fuerat per Esaiam prophetam vox clamantis in deserto, parate viam domini rectas facite semitas eius, & ab Angelo, ipse præibit ante illum. ¶Hostes eius. Iudæos innuit, deinde, & paganos, hæreticos, & peruersos fideles. ¶Abolla. Non vestis senatoria: sed cynici, hoc est canini phylosophi leoa, de qua Martia, Cærea quẽ nodi tegit vxor Abolla grabati. ¶Super hũc ipsũ. Christum. ¶Tunc, A resurrectionis suæ tempore citra. ¶Efflorebit. Valde nitescet: augetur enim
E illius significatio per præpositionem. ¶Sanctificatio: Nam sanctus sanctorũ est, qui omnes ab eo, sanctificantur, idest in bono confirmantur per pretiosi sanguinis eius effusionem.

Inde sacerdotes eius mea dextera sancto
Sponte salutari vestiet arte noua.
Exterius siquidem fulgebunt vestibus aureis,
Virtute interius, moribus atq; probis.
Vt nitidi, compti, partaq; salute decori
Extollant alacres ad mea sacra manus.
Tunc exultabunt sancti; nec tanta tenere,
Pectore sub tacito iubila tunc poterunt.
Ore vel inuito quin exultatio rumpet.
Vnde dabunt voces sydera ad alta nouas.
Illuc producam Dauidis nobile cornu,
Sublimis regni robur, & acre decus.
Inter eos fulgens orietur gloria Regis;
Nomine, quò fient hi quoq; participes.
Hoc illis signum, cum fulserit ante lucerna,
Ardens, & Christo prænia missa meo.
Verùm hostes eius, inimicaq; pectora tandem,
Qua confundantur turpis Abolla teget.
At super hunc ipsum tunc gloria nostra quiescet
Inclyta: qua toto floreat orbe nitens.
Tunc efflorebit mea sanctificatio tandem
Fusa super Christum maxima quanta fuit.

DVM gemerem, & quererer, &c. Ad fraternam charitatem, idest mutuam dilectionem inuitamur ex huius psalmi lectione, qua inuicem exhortamur, inuicem adiuuamur, & mutuo sermone leuamur, & per quam ducem Christum ad supernam vrbem retinemur, ad quam gradibus istis properamus. ¶Dum gemerem ego vates inter cursores præcipuus, ex memoria præteriti lapsus quæ vtilissima est, nam hinc & columbæ Domini vocamur, quæ amando gemunt. ¶Et quererer. Metu ne à duce deseremus, tamquàm desides, eo q̃ celeri cursu non possemus illum sequi. ¶Futura. Tunc temporis de Christo, & Ecclesia, nunc enim iamdudum sunt adimpleta fermè omnia reliqua in dies adimpleotur. ¶Ardua poli. Per quæ maiora præcepta iustitiæ, Euã
Matt.19. gelicæ significantur, de qua vide August. in sermone Domini in monte, qualia sunt illa de renuncia-
Luc.14. tione omnium, de abnegatione suiipsius, & vt tollat quis Crucem suam & sequatur Dominum. ¶Iuuat. Cœlestiũ amor delectabiles facit esse graues etiam labores. ¶Sydera præclara. Scriptu est enim quia sapiens dominabitur astris, non quod influxus stellarum vim aliquam habeãt super animabus hominum, eo quòd sint stellis ipsis nobiliores, cum propter hominem factæ sint stellæ, nõ homo propter stellas. ¶Cuncta pericla. Hoc nouerant ex speciali gratia habitante secum Deo, si-
Rom.8. mile quoddam dixit Apostolus, certus enim sum quia neq; mors, neq; vita, &c. vsq; ibi, neq. creatura alia poterit me separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu, cæterum nos alii dum viuimus nõ possumus esse securi, vt docet Ambrosius in eo
F sermone, cuius hoc initium est. Nauigantibus nobis in hoc mare magnum & procelosum. &c. Quę hic omnino vide. ¶Inquam ego vates ¶Quàm bona. Hic incipit psalmus, ex hac doctrina vt docet Aug. omnes religiones sanctorum fratrum, & monachorum institutionem assumpserunt, & regulã simul viuendi, siquidem hæc dulcia verba cantici huius, hic sonus Spiritussancti, & hæc tuba charitatis hæc suauia monita monasteria omnia pepererunt per vniuersum orbem est ergo bonã, propter mutuum auxilium, dulcis propter solatium conuersationis, iucunda ex mutuo aspectu, & cõfabulatione. ¶Vnanimes. Quales erant ab initio fideles omnes ad Christum cõuersi, de quibus scriptum est, quia multitudinis credentium erat cor

ODE EX PSALMO CXXXII.
Ecce quam bonum.

DVm gemerẽ, & quererer, canerémq; futura vo-
Inspirante Deo præduce tutus eram. (lãdo
Insuper audiin socij pernicibus alis
Effecti fortes progrediuntur iter.
Inq; vicem blandis repetentes dicta loquelis,
Ponè sequebantur fortius absq; mora.
Ardua iamq; poli Regem conuexa secutas
Ascensu celeri, præterijsse iuuat.
Sydera sub pedibus nostris præclara videre,
Euasisse semel cuncta pericla iuuat.
Vt lenius fieret nostris hortatibus illud.
Quod restabat iter, præcipuusq; labor.
Ardua quæ fuerat via (ceu modò cernitis) inquam
Fit facilis, nostro planaq; colloquio.
Si labor indomitus communi voce domatur,
Si graue communi voce leuatur iter.
Si comites præstant solatia tanta vicissim,
Vt desperatum penè sequantur iter. (trum?
Quàm bona, quàm dulcis, iucundaq; mansio fra
Qui sunt vnanimes, & charitate pares.

Ac veluti vnguentum redolens in vertice fusum
In barbam primùm leniter inde fluit.
Vestis & hinc summam sensim descendit in oram
Totus amictus eo spirat odore nouo.
Sic & Aron quondã nituit protoflamen inunctus
Sic sua posteritas fragrat odore sacro.
Ac veluti Hermonio cum ros descenderit alto
Defluit in montem more siona nouo.
Vnctio nostra fluat capitis de vertice Christi:
Nam caput est nostrũ, nos sua membra sumus.

vnum & anima vna, & omnia erant illis communia, vnde nutritur concordia, proprietas enim est causa discordiæ. ¶Charitate. Mutua dilectione, quæ firmissima est voluntatum compago, & tenacissima conglutinatio. ¶Vnguentum. Hoc iuxta literam, fuit illa vnctio sacra qua summi sacerdotes Iudæorum vngebantur in die consecrationis eorum: sic enim visu eueniebat, ut aliquæ guttæ illius sacri & odoriferi liquoris à vertice, vbi primum ingebantur in barbam descenderent, & inde etiam in superiorem oram tunicæ, qua parte caput ingreditur, deinde & vsq; in fimbriam inferiorem forsitan defluebat, quid autem mysticè significet tam clarè subiungitur in textu, vt superfluũ esset aliam expositionem accommodare. ¶In summam oram. Quæ & capitium à capite intromisso dicebatur. ¶Protoflamen. Romanum est vocabulum, & significat primum sacerdotem, dignitate, nobilitate, virtute, & bonis moribus. ¶Posteritas. Quia primogenitus patri in summo sacerdotio succedebat. ¶Hermonio alto. Si iste mons est ille, de quò alibi, & Hermon à monte modico, iuxta literam stare nõ potest quod hic dicitur, quia multùm distat à Monte Syone, qui est in Iudæa, & ille in Galileam, & multo minor est: nisi dicamus, quia vbertas fructuum, & frugum (quæ ex rore generantur) montis Hermonij portabatur ad præcipuam totius regni vrbem Hierosolymam, cuius arx est in monte Syon cum templo, iuxta illam benedictionem Iacobi, In rore cœli, & pinguedine terræ erit benedictio tua fili mi. ¶Vnctio. Spiritalis gratiæ, qua Christus vnctus fuit vt docet Petrus in Epistola, & alibi vates ait, vnxit eum Deus oleo lætitiæ præ consortibus suis, per hanc unctionem Christi & nos Christiani dicti sumus, quasi vncti deriuentur ab vncto. Nam Christus grecæ, latinæ dicitur unctus. ¶Barbatos. Hi sunt Apostoli, qui non minus ori Christi adhæserunt, quam barba eius. ¶Milleni Duces. Ac si diceret tribuni, & præcipui ductores martyrum, qui sunt milites exercitus Christi: fortiores, & expeditissimi. ¶Sub auspicijs horum. Veterani quidẽ sunt martyres, Tirones uerò confessores. ¶Mortis opus, In assidua lectione passionum martyrum discunt, qualiter oporteat militare, si casus eueniat præterea longa corporis mortificatio non minima species est martyrij, quæ & ipsa crux uocatur, hinc Apostolus ait, qui crucifixerunt carnem suam cum vitijs, & concupiscentijs. ¶Trabeæ. Vestis Sacerdotalis ac regie. ¶Stipem. Primitiarum decimarum & oblationum, unde uiuunt supradicti confessores Christi. ¶Impedimenta. Onera pro ipsis, ut liberius Dei uacent seruitijs.

A

Act. 4.

Act. 4. & 10.

B

Gal. 5.

Inq; viros primùm barbatos manat ab ipso:
Quandoquidem fortes pectore barba notat.
Hi sunt electi firmissima robora cætus.
Milleniq; duces cum legione sua.
Quisq; sub auspicijs horum tolerare labores,
Militiæ discunt, & graue mortis opus.
Hi supera vestis longæ signantur in ora:
Quos hirsuta tegens proxima barba linit:
At reliquo trabeæ plebes ea castra secutæ
Vt stipem pendant, impedimenta ferant.
Vt collætentur, parili charitate fruantur,
Vnanimes, cunctos illinit iste liquor.
Gratia cœlestis, cœlesti rore notatur.
Lumen ab excelso lumine quodq; venit.
Quo nihil vberijs, nihil est excelsius ipso,
Vnde irroratur, fulget & vnde sion.
Scandere qui poterunt illuc benedicere iussi
Sunt in perpetuum quem coluere Deum.
Quàm facile id factum: siquidem benedictio larga
His effusa super vita perennis erit.

DVM pius alloquerer socios, &c. Supremus uirtutum gradus charitatis est diuinæ, scilicet dilectionis ad quam sensim ex fraterna peruenitur, qui enim non diligit proximum, quem uidet, quomodo potest Deũ quem nõn uidet diligere? & quia Deus bonorum nostrorum non indiget, cum sit cœli, terræq; Dominus, nihil aliud nobis superest nisi ut amantes illi laudes & gratias referamus, quæ res hoc in sæculo perfectè fieri non potest propter imperfectionem nostram, icecircò mente quidem nunc quantum possumus cum nobilibus istis ceu foribus ad supernam Hierusalem cõscendamus, ut à superis ciuibus interim diuinis laudibus assuescamus, donec expleto cursu mortalitatis huius, inter eos asciti perfectè cum ipsis Deum laudare possimus. Dicit ergo uates ceu for inter istos antè signanus. ¶Dum pius, &c. ¶Gradu supremo. Diuinæ charitatis, quæ perficit omnes uirtutes. ¶Vrbis olympiace. Quæ Hierusalem, ciuitas Dei, & Paradisus uocatur quę in fine Apocalypsis ab Apostolo Ioanne plenius describitur unde, & sumpta fuerunt, quæ hic dicuntur. ¶Nitens. Splẽdore sanctorum & magis diuinæ gloriæ. ¶Conciderem ibi. ¶Sic tres Apostoli uisa gloria Domini in transfiguratione ceciderũt in facies suas: nam mortales oculos nimius lucis splendor, perculit, & obumbrat: metum quoq; tantùm incutit, ut statim cadat. ¶Obtutum. Visum quem maxima lux auferre solet, sicut & Paulo ambulanti Damascum simus euenisse in apparitione D.N.I.Ch. ¶Bipatentes portas. Quæ à die Ascensionis Christi expansæ sunt, nec claudentur usq; ad noctem secuturam post diem iudicij in faciem reproborum sicut

Epist. Io. cap. 3.

C

Matt. 17.

ODE EX PSALMO CXXXIII.

Ecce nunc.

DVm pius alloquerer socios: graderemur, & vna
Ascensu recto ponè sequendo ducẽ.
Ecce repentè gradu supremo apparuit ingens
Vrbis olympiacæ regia tota nitens,
Lumine fulgebat præclaraq; mœnia tanto?
Vt victis oculis concideremus ibi.
Protinus accurrens dux ipse misertus amantum
Sustulit: obtutum reddidit atq; manu.

Cernite nunc inquit bipatentes cardine portas
Vrbis ab ingressu nemo vetare potest.
Iam nunc securi nostris succedite rectis:
Non hic insidiæ, non metus hostis erit.
Omnia lustrantes, huc illuc tendite gressus.
Sistere vbi vultis fas erit, atq; gradum.
Luminibus vestris occurrent tristia nulla:
Hic alacres ciues omnia læta vident.
Nunc igitur Dominum pueri benedicite vestrum.
Nunc hilari regem pangite voce Deum.
Ædibus in Domini quibus est pro munere magno
Stare, & versari, & cuncta videre datem.
Atria lustrandi, penetraliaq; ipsa tuendi.
Pro libito quibus est gratia sorte data.
Vt cū descensu placido, blandoq; volatu
Viseritis fratres, qui procul orbe merent.
Insinueris eis, quæ nam est habitatio vestra.
Et quod opus vestrum, nunc fit in æde Dei.
Dum procul estis adhuc tenebrosis noctibus istis
Dicite: vos etiam pangite voce Deum.
Noctibus his terris palmas extollite vestras.
Fragrantes myrrha, muneribusq; pijs.
Dirigite & mentes sanctorum in sancta fideles:
Ne pice terrena nobile lentet opus.
Pectore, voce manu Dominum benedicite cœli:
Concinite & regem, pectore, voce, manu.
Magna beatorum cœtus benedicat ab alta
Arce Sionea te Deus omnipotens.
Qui fecit cœlum, tibi det conscendere cœlos:
Te sedeat cœlo Rex pius inq; suo.
Quiq; sua vilem decorauit imagine terram:
Demisit cœlo participemq; ducem.
Vt regeret, ferretq; grauem (mirabile dictu)
Ad cœlos terram per rationis iter:
Hic te sanctæ chorus specula benedicat ab alta,
Vt benedicendi munia teq; inuenit.

D sicut habemus in parabola x. Virginum: nam quæ
paratæ erant intrauerunt cum sponso & sponsa, &
Matt.25. statim clausa est ianua. ¶ Hostis Diabolus. Nec
enim habet regressum, unde semel cecidit. ¶ Om-
nia. Quia in domo patris mei (dicit Christus) mul-
Esa.49. tæ sunt mansiones. ¶ Tristia nulla. Quia non esu
rient amplius neq; sitient iusti, neq; cadet super il-
los sol neq; ullus æstus, qui priora abierunt. ¶ Vi-
seritis fratres. Nec enim semper oportet contem-
platione teneri sicut Maria, quæ optimam partem
elegerat: sed oportet interdum etiam descendere
ad curam proximorum, vnicuiq; siquidem māda-
Eccl.17. uit de proximo suo, vnde & Paulus dicebat, qui
1.Ti.c.5. non habet curam suorum & maximè domestico-
rum, infidelis est, & deterior infideli, exemplo igi-
tur Moysi, & Domini N. I. Chr. descendamus ali-
quando ex monte contemplationis ad vallē actio-
nis, in qua ceu Martha Christum in membris suis
pascamus. ¶ Merent. Militant aduersum visibi-
les atq; inuisibiles hostes, & adiuuemus eos, me-
mores infirmitatis nostræ preteritæ, qua & nos
portari volebamus atq; curari, attendentes etiam
lubricum fragilitatis humanæ quod & docet Apo
Gal.6. stolus, si præoccupatus (inquit) fuerit homo in ali
quo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hu-
iusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum
ne & tu tenteris, hoc enim pacto adimplebitis le-
E gem Christi, quæ est ut alter alterius onera porte-
mus. ¶ Habitatio vestra. De hac Paulus ait, con
uersatio nostra in cœlis est. ¶ Opus vestrum. Lau
dare Deum, vt alibi dicitur. Qui habitant in do-
Phil.3. mo tua Domine in sæcula sæculorum laudabunt
te. ¶ Noctibus istis. Sæculi huius, quia nostri dies
Luci diuinæ comparati verè noctes sunt. ¶ Pangi-
te. Canite laudate, vt ita illud, pange lingua glo-
riosi, corporis mysterium. ¶ Terris. Obscuris, etiā
propter peccata, quę quotidie fiunt: nam sunt ope
ra tenebrarum. ¶ Myrrha. Odore mortificati cor
poris, quæ est myrrha probatissima. ¶ Muneribus
pijs. Turis & aliorum odoramentorum, quæ sunt
orationes sanctorum, & virtutum odoribus maxi-
me misericordiæ, & pietatis in pauperes Christi.
¶ Sancta sanctorum. Super nam videlicet Hierusa-
lem. ¶ Pice terrena. Hæc est terrenorum omniū
concupiscentia blandæ voluptatis alumna & om
nium peccatorum mater, de qua scriptum est, qui
Eccle.13. tetigerit picem, inquinabitur ab ea. ¶ Lentet. Re-
tardetur, terrenis enim homines implicati in diem conuersionem suam differunt. ¶ Pectore voce manu. Idest
Opere bono, hæ tres sunt optimæ cordæ nostræ citharæ, quæ concinum reddunt sonum in aure Dei, quòd si vna
defuerit, fracta est melodia. ¶ Dominum. Deum patrem, filium, & spiritum sanctum, qui est vnus solus Deus, &
Dominus noster. ¶ Et regem. Christum, qui ratione humanitatis nostræ susceptæ, factus est rex regum & Domi
nus dominantiū. ¶ Cœlum. Tres habet hoc in loco significationes, Paradisum idest Ecclam triumphantē item,
& præsentis tpis militantem, quæ ambæ regnum cœlorum dicuntur, & cuiusuis sancti anima, dic ergo, qui fe
cit te cœlum per sapientiā suam: nam aĩa iusti sedes est sapientiæ, det tibi conscendere cœlos, meditatione. s. ad
Sap.7. Angelos, & sanctos qui ibi sunt. ¶ Rex pius. Qui & sapientia patris est. ¶ Vilem terram. Hoiem quemuis generali
F intelligendo, specialiter autem potest intelligi de Corpore D.N.I.Chr. quem sua decorauit imagine. Idest filio suo,
qui viua est imago patris. Ad cuius imaginē nos homines nos homines facti sumus. Sed melior est sensus prior.
Quia sequitur. ¶ Demi. ce. participemq; Ducē. Qui sine dubio Christus est mortalitatis humanæ factus particeps.
¶ Vt regeret. Præceptis. ¶ Ferret. Per Resurrectionē, quando mortale hoc immortalitatē induerit. Grauē. Nunc,
1.Co.15. & quia ponderosa est humana caro: & grauē mole peccatorū, qua tenetur oppressa. Verùm post Resurrectionē
cum fuerit gloriosa, leuissima erit. Scriptum est enim. Sancti vt Aquilæ volabunt, & non deficient. Et iterum
Vbicumq; fuerit corpus, scilicet Christi. Volabunt & Aquilæ. Corpora. s. Ipsa Sanctorum in die Iudicij Resurre-
Luc.17. ctionem iam facta. ¶ Munia. Officia laudandi, gratias agendi, & benedicendi Domino. Laudemus ergo & nos
Dominum, & gratias agentes de absolutione graduum, benedicamus, & superexaltemus eum in sæcula sæculo-
rum. Amen.

Finis canticorum graduum.

Nomen id excelsum &c. Posteaquàm vates cum socijs cursoribus mente ascenderant per xv. gradus pro-
ximè decantatos in superam ciuitatem Dei, ibique viderunt sanctorum opus esse laudare Dominum
Deum. Non solum id ipsi didicerunt, sed & ad nos descendentes placido lapsu nos, & omnes seruos eius
inuitant ad laudes Domini, vt hic assuescamus cum Angelis laudare Deum in militia. Vt melius
Phil.2. deinde in patria magnificemus eum, Dicit igitur. ¶ Nomen id excelsum. D.N.I.Ch. De quo dixit Apostolus.
Quoniam

ODE EX PSALMO CXXXIIII.

Laudate nomen Domini.

NVmen id excelsum super omnia noĩa mũdi
Tollite: nam vobis nulla aliunde salus.
Vos serui Dominum gratis laudare redẽpti,
Accepti memores litis vt obsequij.
Præcipuè Æditui Dominum laudare ministri,
Securio adscriptos quos domus eius habet.
A tria quiq; domus celeres percurritis ampla,
Et qui succincti statis ad obsequium.
Vnanimes Dominum concordi voce canendo
Collaudate Deum terq; , quaterq; bonum.
Nam bonus est solus: simul & bonitatis origo,
Vt bonus est, fecit cuncta creata bona.
Nomen & illius resonent psalteria vestri,
Psallite, concinite, & carmina læta date.
Eius enim nomen cordi super omne suaue,
Est & in aure melos; est & in ore fauus.
Quis tamen emeritas laudes licet in ore disertus
Condignas grates quisnẽ referre potest.
Supplantatorem fratris sibi quippe Iacobum,
Elegit populum sumeret vnde suum
Luctantique diu mutato nomine dixit,
Israel viso nunc eris ecce Deo.
Quamq; ego præ cunctis erit Israelitica plebes
Sum possessurus te genitore sata.
Ergo Istaelis quicnmque ex semine creti
Collandent Dominum qui sibi sumpsit eos.
Namq; ego cognoui, quòd maximus est Deus vnus,
Maximus, & cunctis præualet ipse Deis.

A Quoniam dedit illi Dominus nomen, quod est super omne nomen. Vt in nomine Domini N. I. Chr. omne genu flectatur cœlestium terrestrium ac infernorum. Et alibi. Neque enim est aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos saluos fieri. ¶ Gratis. Neque enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundum suam magnam misericordiam saluos nos fecit. ¶ Redempti. Precioso sanguine D. N. I. Christi. ¶ Aeditui. Ianitores, qui & ostiarij dicuntur, species est pro genere. Quia omnes ministri templi tenentur septies in die Domino laudes dicere iuxta illud vnigatum eiusdem uatis. Septies in die laudem dixi tibi. ¶ Celeres. Possunt esse subdiaconi. ¶ Succincti. Leuitæ qui & Diaconi. Quorum lumbi debẽt esse succincti per castitatis virtutem. ¶ Terque quaterque omnifariam, & omnigenæ bonitatis per septenarium quippe numerum vniuersitas & perfectio significantur. ¶ Bonus est solus. Per comparationem ad homines, vel Angelos bonos. Qui omnes illi comparati penè nihil sunt. ¶ Cuncta bona. Ex Genesi, & hoc decerptum est. Vidit (inquit) Dominus, cuncta quæ fecerat & erant valde bona. ¶ Psallite. Benè operando. Concinite. docendo. Et carmina læta date, Hylari corde & animo. Nam Hylarem datorem diligit Deus. ¶ Et in ore fauus. Diui Bernardi hoc est elogium. ¶ Potest? Q. D. nemo vel prope nullus. ¶ Supplantatorẽ Iacobum. Interpretatio vocabuli est. Iacobus enim dictus est. Quia nascens prioris fratris plantam manu tenebat. Et postmodum supplantauit eum. In emptione primogenituræ, & benedictionis surreptione, allegoriæ innuens gentilem populum in Christianum commutatum, Iudæum supplantaturum esse, & æternam benedictionem surrepturum. Quod & factum iamdudum nouimus, & in nobis ipsis quotidie experimur. ¶ Suũ. Cultui suo dedicatum, quod factum est sub Moyse duce ad montem Syon. ¶ Luctantique diu, Cum Angelo sibi apparente. Et quodammodo volente prohibere transitum torrentis Iaboth. ¶ Mutato nomine. Cum enim nollet eum dimittere Iacob: Nisi se prius benedicto. Respondit. Quod nomen est tibi? Iacob. Ait. At ille nequaquàm (inquit) Iacob appellabitur nomen tuum. Sed Israel. ¶ Præ cunctis gentibus. Quæ in idololatriam declinauerant. ¶ Semine. Christo per fidem in baptismo. Vt etiam ad nostra tempora vaticinium referatur: Ne fortè quis credat ad solos Iudæos pertinere. ¶ Sumpsit eos. Iuxta illud Dominicum. Non vos me elegistis. Sed ego elegi uos. ¶ Deis. Non qui verè Dij sint: sed Dij nuncupantur. Vt sacerdotes, iudices, & prophetæ. De quibus in psalmo. Deus Deorum locutus est. In medio autem Deos diiudicat. & iterum. Ego dixi. Vos dij estis, & filij excelsi omnes. De alijs vero tenẽ quod scriptum est in alio psalmo. Omnes Dij gentium Dæmonia. Dominus autem cœlos fecit. ¶ Maximus. Virtutis magnitudine, non mole corporea, quia Spiritus est. ¶ Rerum opifex. Etenim omnia per ipsum facta sunt. Et sine ipso factum C

Maximus, omnipotens, immẽsus, & optimus, vnus,
Æternus, sapiens, rerum opifexq; Deus.
Ex nihilo veluti cœlos, & cuncta creauit;
Quæ voluit verbo cuncti potente suo.
Hactenus, & deinceps, & quandocumque patrabit,
Quæ volet, & voluit, facta regendo sua.
In cœlo siquidem stellas, & sydera fecit,
Et certa iussit currere lege data.
Lampadas apposuit mundi duo lumina magna,
Perpetuas iussit quæ uariare vices.
Quanta super cœlos sint spiritualia facta:
Continuè fando quis numerare valet?
Quantaq; sub cœlo faciat, vel in æthere puro,
Aere vel denso, cuncta quis enumeret?

est nihil. notanda hic sunt septem pulcherrima Epitheta, nulli hominum, uel Angelorum; sed soli Deo conuenientia. ¶ Ex nihilo. Nulla præexistente materia. ¶ Patrabit. Mirabiliter faciet. Vnde in Euangelio dixit filius Dei. Pater meus vsq; modo operatur. Ego operor. Et iterum. Opera quę pater facit: & filius similiter facit. ¶ Regendo. Et per seipsum: & ministerio Angelorum. ¶ Sydera. Dicuntur ea signa mobilia, quæ ex pluribus stellis constant. Stellæ vero reliqu. & maximè fixæ. ¶ Data. A se tanquam à Domino, cui cuncta parent præter hominem, cuius gratia cũcta creauit. ¶ Lampadas. Nobis vt lucescerent, & rebus die noctuque variatis vicibus, vt sequitur. ¶ Duo. L. m. Solem, & Lunam vt in Genesi. Quod & sæpè dictum est. ¶ Super cœlos. In Angelis sursum, & in animabus sanctis hic Deorsum, quæ etiam Cœli vocantur. Iuxta illud Cœli. Id est Apostoli, cæterique fideles Apostolorum successores modò sancti, & iusti atque eloquentes. ¶ Aere vel denso. Nubiloso. Vt fulgura tonitruo grandinem,

ad primogenitum ancillæ molentis in mola. Quo dolore percussi Aegyptij simul & metu ne morerentur omnes dimiserunt Israelitas ab ire, quin & accelerare coegerunt. A

Dic age sanguinei Pharao vetus accola Nili
Quis dedit in regnu prodigia alta tuo?
Corde tuo quis durior, & robustior olim
Te contra, atque tuos horrida signa dedit?
Nunne Deus noster tibi sanguine miscuit vndas
Illa tuæ fuerant horrida signa necis.
Ipse tua impleuit raucis penetralia ranis,
Quæ tibi signa sophûm garrulitatis erant.
Cynipheos morsus rabidæ Deus intulit aulæ
Signa feri morsus, aculeiq; tui.
Omnigenum vobis muscarum tædia misit.
Quæ fierent signans tædia vestra sibi.
Morte deinc pecorum subita signauerat idem,
Tædia consimili vestra luenda nece.
Turgentes etiam vesicas corpore toto
Erupit fastus nuncia signa tui.
Prodigium horrendum mergendi gurgite vasto
Infensi populi lapsa locusta dedit.
Prodigium horrendum tenebræ illætabilis Orci
Thaneos obscuris incubuere locis.
Vltima ceruices duras ea plaga reflexit,
Qua primogenitos vna ruina tulit.
Nec solùm Pharaona trucem, Phariosq; rebelles
Perculit è cœlis alta, potensq; manus.
Quin etiam gentes multas percussit, & altus
Strauit humi reges, perdidit atque feros:
Regem Ammonteumque Seona gigantis Ogigis
Contriuit robur sub Duce Mose manus.
Iosuaq; imperio Domini robustus, & acer
Triginta Reges perdidit ense suo.
Gentibus excisis, Chananeaque regna subegit.
Bissenis tribubus sorteque distribuit.
Inde tuum Deus omnipotens memorabile factũ est
Numen in æternum, & fama perennis erit.
Hinc propagati generatio quæque futura
Notitiam ut præsens est habitura tui.
Ecce suum Dominus populum discernet: & illos
Vt pater emendans erudiendo reget.
Seruorum admissa prece conciliabitur illis:
Atque reformabit mollia corda manu.
At simulachra, Dei quæ gentibus esse videntur
Mortali atque hominum facta fuere manu.

¶ Quis neci dedit? Respondeatur Deus. Et sic in omnibus infrascriptis interrogationibus. ¶ Sanguinei Nili. Cuius aquæ virga Moysi iubente Deo percussæ in sanguinem uersæ sunt. Quæ res portendebat Aegyptiis mortem in aquis. ¶ Prodigia. De quibus infra. ¶ Corde tuo. De quo scriptum est. Quia sæpè induratum est cor Pharaonis, & non dimisit populum sicut dixerat. ¶ Horrida signa. Eadem quæ & prodigia. ¶ Ranis. Secunda hæc fuit plaga & ne simus prolixi in commentarijs, vide omnes has plagas in Exodo. Vbi per ordinē narrantur singulæ. (Exo. cap. 7. & 8.) ¶ Sophûm. Pro sophorum. Idest Sapientium & magnorum tuorum. ¶ Feri morsus. Conscientiæ stimuli, qui & vermis immortalis dicitur, atque synderesis, qua mali excruciantur omnes. ¶ Aculeique sui. Quo cruciaberis, sicut & illos ante cruciasti. Sunt autem Cinyphes muscæ paruæ, sed acutissimi & prope uenenati aculei, quibus æstiuo tempore vespertinis, & nocturnis horis vexamur, quæ & alio nomine culices dicuntur. ¶ Tedia uestra sibi. Vnde & per alium prophetam laboraui sustinens. ¶ Luenda. Persoluenda, hoc est castiganda. ¶ Gurgite vasto. Maris Rubri. In quo & locusta sublata perijt. Et paulopost ipsi etiam Aegyptij summersi interiere. B ¶ Illætabilis Orci. Mestissimi inferni. Vbi sunt tenebræ exteriores, fletus, ac stridor dentium. ¶ Thaneos. Vrbis cuiusdam Aegyptiacæ. In qua olim fuit sedes regni. Est autem species pro genere. Nam in uniuersa terra Aegypti factæ sunt tenebræ ita crassæ vt etiam palpari possent neque triduo mouit se quisquam ab illo loco, in quo à tenebris occupatus est. (Exod. 10) ¶ Vltima. Quæ tanquam grauissima omnium primo loco recensita est. ¶ Gentes multas. Amalechitarum, moabitarum, ammonitarum cum finitimis, & regem Seona. ¶ Ogigen. In diuina scriptura, uocatur. Og. Sed vates vsus licentia, qua alij solent poete, appellauit Ogigen. Fuit alius Ogiges tempore diluuij. De quo seculares literæ mentionem faciunt. ¶ Iosua. Hic alio nomine dicitur. Iesus Naue, & Iosue filius Nun. Minister extitit Moysi. Sed post eius mortem electus est à Domino ductor populi. Quem transito Iordane siccis pedibus introduxit in terram promissionis, debellatis atq eiectis inde vij. ferocissimis gentibus. (Iud ca. s. vsq; ad finē Libri.) ¶ Triginta reges. vt supra ¶ Chananea regna. Late sumpto vocabulo Cananei dicebantur omnes. vij. tamen erant gentes ut suprà dictum est. Cananei, & Phylistei. Iidem Palestini. Iebusei, Ammorei, Ethei, Euei, Pherezei, & Gergesei. ¶ Bissenis tribubus. Ex xij. filijs Iacob descendentibus. C ¶ Creuis. Non mole, sed cognitionis diffusione. ¶ Propagati. Nominis s. ¶ Generatio quæque futura. Maximè Christianorum. ¶ Discernet. Separabit, cultu, moribus, legibus & habitu, sed & fauore suæ protectionis. ¶ Emendans. Cum errauerint à via recta mandatorum suorum. ¶ Erudiendo. Monitis ac aliquibus flagellis leuibus. Per prophetas & duces ac rectores summos sacerdotes. Et interdum virga de inimicorum. ¶ Seruorum. Sanctorum suorum, ut Samuelis atque eius similium. ¶ Conciliabitur. Placabitur, & liberabit eos de manu dominatorum eorū. Hæc omnia sæpè legimus facta fuisse à Domino Deo erga populum Israeliticum tam in libro Iudicum quàm Regum. ¶ Reformabit. Translatione sumpta à figulo. ¶ At simulachra. Ostensa potentia ueri Domini Dei nostri. Hic demonstrat vanitatem ac falsitatem Deorum gentilium, quos pro veris Deis. Finitimæ gentes colebant. Vt cognito errore illi decelistis transeant ad cultum ueri Dei, qui potens est eos saluare. ¶ Mortali manu. Quare & ipsa mortalia vana, nullius q; uitæ aut virtutis cum nihil viui possit fieri, nisi à Deo viuo, & vero. Nam neque muscam, aut uermiculum viuum potest homo facere. ¶ Artificisque manu. Ninus dicitur fuisse primus idololatriæ inuentor, & autor: qui defuncti patris sui Beli Assyriorum regis statuam in foro iussit erigi, & lege lata, vt esset pro refugio omnibus oppressis ad illam confugientibus paulatim numen habere credita ex beneficijs, quæ per eam multi consequebantur. Quãrem animaduertens Diabolus in eam vt adoraretur ingressus est. Cepitq; inde dare responsa consulentibus. Nunc

D maiori etiam ueneratione habita est. Exemplo huius & cæteræ gentes cæperunt colere simulachra regum suorum. Quos in consortium deorū transisse putauerunt, & numen habere super terram crediderunt. ¶ Firmantur clauis. Ad irrisionem gentilium hoc dicitur. Qui ita fatui sunt, vt putent, se posse stabiliri per statuam, quæ nisi clauis fuerit obfirmata, stare non potest. ¶ Latens Dæmone respondente per ea. ¶ Thecæ. Repositoria, siue arcæ quædam. ¶ Lemures. Laruæ dicebantur nocturnæ, siue vmbræ quædam, inferorum quibus pauidæ noctu absterrebantur mulierculæ. Dæmone hoc procurante, vt magis ac magis formidaretur. Simul vt introduceret pessimum dogma, animus defunctorum euagari. ¶ Reptilia. Mures, viperæ, & uespertiliones. Qui in talibus simulachris sese recipiunt, & fœtificant in illis. ¶ Lares. Dii domestici, qui & genij vocabantur, focusq; illis Sacer erat. Putabantur hi domū ac familiam tutari. Vnde & tutelares dicebantur. Ab his & foculare nomen accepit. Verè tamen erant Demonia, qui talibus sese volebant nominibus & coli, atque appellari. ¶ Speciem. Similitudinem quandam, non verum os. Quod ex effectu patet. Quia nec loqui possunt, nec manducare. Nec obstant quæ supra dicta sunt de responsis, quæ inde dabantur. Quia tantùm id eueniebat, nec erat os simulachri loquens, sed Demonis inde respondentis. ¶ Esse cibos. Ab edo. es. Idest manducare. ¶ Videntur. Signato usus est verbo dedita opera. Nec enim veræ vllæ statuæ oculos habent, sed habere videntur. Sic & de alijs membris sensuum instrumentis. ¶ Vitalis Spiritus. Hæc est anima, qua uiuimus, & recedente ea morimur. Sed neque similis bestijs animam, vel etiam plantis vegetatiuam simulachra possunt habere. Vnde nec viuunt vt nos, nec sentiunt ut bestiæ, nec crescunt vt herbæ, vel plantæ. ¶ Similes illis. Stupidi & sine sensu. Vel conuertantur in statuam, sicut vxor Loth. De qua in Genesi. ¶ Vacui intellectus & prudentiæ. ¶ Deo vero. Qui verè & cunctis viuentibus vitam ipse præstat, & quando cunque uoluerit aufert. ¶ Aronis. Fratris Moysi & summi sacerdotis. ¶ Stirps pia. Leuitici generis. Ministri sacerdotum hi erant diuino cultui deputati ex leui descendētes vno ex filijs Iacob. ¶ Quicunque. Vniuersaliter omnes de populo. Etiam laici, & sæculares. ¶ Rex Deus. Vaticinium hoc de Christo & in Ch. adimpl. est. ¶ Vt princeps. Illi siquidem data est omnis potestas in cœlo, & in terra. ¶ Magister. Rabi scimus, quia à Deo venisti magister. Dixit Christo Nicodemus. Et ipse de se dixit. Vocatis me magister, & Domine; & benè dicitis. Sum etenim. ¶ Hierosolymis. Sursum in cœlo. Vbi verè pax est perennis. Hic enim esse nō potest. ¶ Nosq; damus. Hic in terris, ubi peregrinamur, donec ad eam, quæ in cœlis est, Hierusalem assumamur gratia ipsius, cui honor est laus que in sæcula sæculorum. Amen.

Gen. 19.
Matt. 28.
Io. 3. & 13

Funditur argentum, fuluum dissoluitur aurum,
Hinc vt inane Dei fusile fiat opus.
Artificisq; manu statuuntur in æde per aras:
Firmantur clauis, ne labefacta cadant.
His species humana forinsecus esse videtur.
Intus creduntur numen habere latens.
Falsorum at vere thecæ sunt dæmoniorum.
Quas lemures habitant, reptilia atque lares.
Oris habent speciem, nec possunt farcier, ore,
Oblatos possunt ore nec esse cibos.
Nec cernunt oculis, quos fronte tenere videntur,
Illorum effigies sit speciosa licet.
Quas & habent patulas aures non vocibus vllis
Implentur: nec eis denique sensus inest.

E Nam superæthereo ut nobis demissus Olympo,
Non vitalis eis spiritus vllus inest.
At similes illis fiant, qui operantur in illis,
Qui lætantur eis: qui vel adorat ea.
Pectoris est vacui, statuæ qui fisus inani
Credere posse putat seque, domumq; suam.
Vos cœli, terræq; Deo benedicite vero
Israelitæ clara propago virûm.
Inclyta progenies, venerabile germen Aronis
Altisona laudes dicite voce Deo.
Stirps pia leuitici generis dic carmine dignas
Tuq; Deo laudes, dic generosa domus.
Vosq; creatorem Dominum quicunque timetis,
Illi dulcisona pangite voce melos.
Rex Deus, & specula benedicte Sionis ab alta
Qui venis vt princeps, quiq; magister ades,
Quiq; Hierosolimis habitas in pace perenni,
Collaudaris vbi, magnificaris vbi.
F Inde etiam laudum præconia summæ tuarum,
Quæ tibi deuoto pectore nosq; damus.

MAgnificate Deum verum &c. Maxima Dei bonitas, & misericordia; qua conseruantur omnia in hoc psalmo pulcherrimo nobis commendanda proponitur. Dicitur autem fuisse tantæ virtutis vt cum deuote cātaretur statim gloria Domini impleuit templum illud materiale & Tipicum. Quantò magis ergo nostrum viuum, & spirituale replebit? Si etiam à nobis deuotè fuerit decantatus non ore tantum, sed potius corde & Spiritu, uti monemur ab Apostolo cantare, & psallere. ¶ Magnificate. Magnum laudando & prædicando his, qui non nouerunt, ostendite. ¶ Iusto regi. Apud quem non est acceptio personarum. ¶ Confiteare Deo. His uersibus intercalaribus inuitamur ad confessionem laudis Dei propter bonitatē & misericordiam eius, & propter multa & magna beneficia populo suo collata. ¶ Pia gens. Quæ riiè, & verè Deum colit. ¶ Subsunt. Vti creatori Domino, & rectori suo. ¶ Deorum. Modò Angelorum, & hominum sanctorū, qui in aliquo permittuntur ab ipso de his, quę pertinēt ad diuinitatem participare, ut uirtutes. & miracula facere, principari, dominari, & iudicare, se-

1. c. 14.

ODE EX PSALMO CXXXV.
Confitemini.

MAgnificate Deum verū, dominumq; potentē;
Et iusto Regi carmina digna date.
Sit peccatorum, fidei & confessio laudum,
Nam miseris clemens, est pius atque pijs.
Confiteare Deo pia gens, ecclesia sancta,
Vt bonus est semper: semper eritq; pius,

erete

Confiteare Deo, cui subsunt cuncta Deorum,
Agmina; quæ cœlum, noster & orbis habet.
Participes siquidem superi sunt numinis eius;
Sunt etiam hic hominum pectora plena Deo.
Sed quod participent, niteant & imagine patris,
Illius est bonitas, & pietatis opus.
Confiteare Deo pia gens, Ecclesia sancta,
Vt bonus est semper: semper eritque pius.
Confiteare patrum patri; Domino dominorum,
Et Regum Regi, cuncti ducique Ducum.
Nam quot habes magnos patres Ecclesia sursum,
Sanguine qui terris te peperere suo.
Et quot habes dominos, q nūc dominant in orbe,
Et quot habes Reges, qui tua regna regunt.
Quiq; acies ducant instructas tempore belli,
Quotquot habes fortes in tua castra duces.
Est patris illius, Domini Regisq; Ducisq;
Æterna hęc bonitas, & pietatis opus. cōf d. p. g. e.
Confiteare Deo, qui maximus omnia solus
Quæ miranda vides, fecit in orbe suo.
Qui propria uisus uirtute, nec indigus vnquàm
Vllius auxilio maxima queq; facit.
Cuius opem cuncti, qui magna aliquādo patrarūt,
Sunt prius experti, quòd nihil absq; Deo.
Confiteare Deo superumq; hominumq; parenti
Maxima cui bonitas maxima cui pietas.
Confiteare Deo, cuius sapientia cœlos,
Condidit æthereos, & superæthereos.

A

crета cordium cognoscere, futura nunciare, & peccata dimittere. Hi omnes Dij appellantur ab ipso Deo uero & uno. ¶ Pectora plena Deo. Vt uates. Iudices, atque sacerdotes sancti. ¶ Patrum patri. Vnde & clamamus Abba, pater. Vt ab Apostolo monemur. Debemus ergo illi amorem, & honorem. ¶ Domino dominorum. Sine quo nulli fas est dominari in cęlo, uel in terra, quare & debemus ei timorem, ac obedientiam. ¶ Regum regi. Quare debemus illi subiectionem, fidem, atque tributum. ¶ Cunctiducique ducum. Quare militibus eius nos oportet annonam, & hospitium preparare. ¶ Magnos patres. Patriarchas Prophetas, Apostolos, eorumque successores. ¶ Dominos, Epos, & bonos principes. ¶ Reges nō solū temporales, sed & magis spirituales veluti bonos omnes Ecclesiæ prælatos, qui & proprias, & sibi commendatas animo, verbo bene regunt, & exemplo. ¶ Acies. Bellatorum omnium pro populo Dei tam antiquiorum quàm nouorum, & præcipuè martyrum. ¶ Tempore belli. Triplicis, mundi, carnis, & diaboli, semper in Ecclesia Dei aduersus aliquem istorum pugnatur, & aliquādo aduersus omnes simul ac semel. ¶ Duces. Quales fuerunt ex antiquis, Moyses, Iosue, Dauid & Ezechias, Isaias atq; Hieremias, ex nouis Petrus, & Paulus, Stephanus, Laurentius atq; Mauritius Tebeæ legionis Ductor, & similes istis. ¶ Solus. Creaturas excludit, non filium, per quem, & Spiritum sanctum in quo omnia facta sunt: nam indiuisibilia sunt opera trinitatis, quę unus & solus Deus est. ¶ Quæ miranda vides. Mirabilia, quippe sunt oīa opera Domini, cœlum & quæ in cœlo sunt. Elementa & quæ in eis sunt: Sed horum omnium homo maximè mirandus est; cuius gratia omnia facta sunt, vnde & microcosmus a græcis phylosophis dictus est, s. minor mundus, q ad imagine Dei factus, creaturam omnium quādam paruam similitudinem in se se referat. ¶ Nec indigus. Nos benè sumus omniū egeni, ipse verò nullius indiget, quia oīa etiā, quæ videntur esse nostra, sua sunt, dicit etiā alibi psalista. Domine bonorū meorum non indiges, & alibi. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. ¶ Patrarunt. Vt Noe in fabricatione archæ, Abraam, in bello aduersus quinq; ferocissimos Reges. Moyses in plagis, quibus Pharaonem percussit & in transitu maris rubris, & in cunctis, quæ fecit in deserto. Iosue in introitu terræ promissionis: nec non & cęterorum ducum atq; Regum in defensione, & regimine illius populi, sic & Apostolorum in conuersione mundi victis etiam Romanis rerum Dominis absq; clypeo vel gladio. ¶ Aethereos. Idest Sydereos. ¶ Quis gemmeus Thronus. Ex lapillis preciosis, gemmisq; constructus. ¶ Quibus intellectibus. Intelligentijs spiritalibus, quas nos angelos, & beatos spiritus appellamus. ¶ Adundas. Iuxta aquas maris Occeani, quo tota tellus ambitur. ¶ Staret tellus. Pro hominum, & animalium solo, qui ea titubante stare non possent, cum non habeant alas vt volucres, neq; pinnulas vt pisces. ¶ Qui terram sub aquis. Hoc in fluminibus apertè videmus, & in mari Mediterraneo, in occeano non sic. ¶ Et aquas tellure recondit. Et hoc in venis aquarum, quæ passim sub terra pro effodiendis puteis inueniuntur, apparet & in scaturigine fontium, & in absorptu magnorum etiam fluuiorum, & in nouo illorum exitu deprensum est esse verum. ¶ Alta freta. Dicuntur enim altiora esse terra; sed mirum in modum à Domino retineri ne operiant totam, vt ab initio. ¶ Lumina magna. Mundi huius; nam sine illis frustra haberent oculos cuncta animantia, nec possent vllo modo quicquam videre, nisi forte faces accensas præ se semper haberent. ¶ Vtrumq; polum. Superiorē atq; inferiorem, arcticum, & antarcticum. ¶ Gentes. Quæ olim verum Deum ignorantes, iis qui natura non sunt dii, cultum diuinitatis exhibebant, proposuit, spectanda scilicet, non colenda vt dicit. ¶ Luire diem. Facere diem: secundum opinionem dicentium,

1.Cor.8.

B

Cuncta quis enumeret, supera quæ fecerit aula?
Gemmeus aurata quis stet in arce thronus?
Ordine distinctis quibus intellectibus illa
Regis olympiaci fulgeat ampla domus?
Gratia spiritibus quæ & quanta redundat in illis,
Ipsius est bonitas & pietatis opus.
Confiteare Deo superumq; hominumq; parenti:
Maxima cui bonitas, maxima cui pietas.
Confiteare Deo, fluidas, qui iussit ad vndas,
Vt staret tellus pondere firma suo.
Qui terram sub aquis, & aquas tellure recondit;
Qui freta litoribus continet alta suis.
Quod stabilis tellus, & quòd circunfluat vnda
Ipsius est bonitas & pietatis opus.
Confiteare Deo superumq; hominumq; parenti
Maxima cui bonitas, maxima cui pietas.
Confiteare Deo, qui fecit lumina magna,
Lampadas ardentes inter vtrumq; polum.

C

D dicentium. Diem nihil aliud esse, quàm lationem solis super terram. verùm iuxta diuum Ambrosiũ in examero, Dies fuerit luis ante solem sic est etiã cum ipso sole, qui à Deo ipsi diei præpositus est sicut, & Luna nocti: nã siue illa appareat, siue non, abeunte die nihilominus est nox, ita siue luceat Sol, siue non, vt cum nubibus densissimis absconditur, nihilominus est dies, tametsi non ita clarus. ¶Sydera lustret. Claritatem addendo non penitus obscuras illuminando, uel secundum aliam opinionem propriè illustret: nam & pater luminum esse dicitur maxime per phylosophos gentium, & poetas eorum, qui non viderunt, vel non receperunt sacras literas, in quibus dicitur, quia fecit Deus duo magna luminaria maius, & minus, & stellas, ergo unum quodq; lumen in seipso habet, licet Sol maius, & Luna minus, Stellæ autem eorum comparatione paruum. ¶Omne solum. Volatilibus aerem, homini, & pecori terram, aquas uerò piscibus, & nauibus. ¶Cursu indefesso. Methaphorice loquitur, neque animalium viuens est Sol, vt putabant antiqui, qui Deum Phebum esse dicebant, & torpem scultuariam amatorem: sed est luminare magnum, & velutis lampas accensa in domo magna mundi huius. ¶Lunam. Et hanc Deã, sororemq; solis esse dicebant antiqui: sed incantationibus pessimarum mulierum singulo quoq; mense deficere. ¶ nos uerò luminare minus esse dicimus. de quò supra. ¶Luna globus Lucens. Definitio, seu descriptio eius, duas olim celebres fuisse opiniones scribit Aug. de lumine Lunæ, an à seipsa habeat, an à sole recipiat, quidam enim dixerunt, rotundum esse globum eius: sed pro media parte luminosum,

E & pro altera obtusum, & quasi coloris plumbei, vnde, & interdum iuxta cursum nobis tota lucida videtur: interdum parum, vel nihil lucis habere, alij vero & ferè vulgares omnes putant vti vitreã esse, nihil à seipsa lucis habentem pro vicinitate vel distantia solis plus vel minus lucis acceptã nobis reddere: sed huic obstat ratio supradicta, quod à Domino pro magno luminari sicut, & sol facta sit: ergo à seipsa debet habere lumen, sicut & Sol. ¶Longe sua cor. rep. Iuxta vulgarem opinionẽ hoc intellige: nam ea pars, quæ respicit solem, ipsa illuminatur, altera remanente obtusa, longe ergo posita illuminatur ab ea parte, quæ nos etiam respicit, recirco tota nobis lucida videtur, quòd si propior soli fuerit, quasi sub illo posita sursum quidem illustratur, deorsum verò ad nos remanet obscura atque ideo non videtur. ¶Luna instabilis. Cursu, & defectu: nam singulo quoq; mense currit, & recurrit per totum zodiacum ab ariete signo ad pisces; & inde regreditur ad arietem, item à coniunctione vsq. ad oppositionem lux eius augetur, donec tota appareat lucida: inde verò vsq. ad coniunctionem paulatim quotidie deficit, donec penitus non videatur, soli qui numquàm deficit mysticè Christus assimilatur: Lunæ vero deficienti Ecclesia. ¶Pharias oras. Hucusq; monuit vates confitendum esse Deo pro communibus beneficijs cunctis gentibus exhibitis. nunc verò particularia quædam commemorat soli Hebreæ genti exhibita, & in primis de liberatione populi ex Aegypto, de qua sæpissimè dictum est, & ideirco breuiores erimus, pharias oras. Aegyptiacas à Pharo insula proxima Alexandriæ, quæ multis aggeribus iactis dicitur esse iuncta continenti. ¶Inspectantibus illis. Quin & propellentibus, dicebant enim ne fortè moriamur omnes: si diutius permanserimus. ¶Instantes. Vt abirent, ne eis recedentibus nocerent: quasi volentes mortuos primogenitos vlcisci. ¶Secuit. Diuisit ad percussionem virga Moysi. ¶In partes. xij. iuxta numerũ

F xij. tribuum, ne inuicem impedirentur. ¶Refluas vndas. Nam cum percussisset iterum mare post dorsum: reuersæ sunt aquæ ad pristina loca, & inuolutos immerserunt Aegyptios: sed nec vnus quidem remansit eorum viuus. ¶Eremi. Deserti, vastæ illius solitudinis Arabum, quæ interiacet ab Aegypto usq; dum uenlarad terrã promissionis. ¶Senta situ. Spinosa inculta & squallida; de quã murmurantes filij Israel sæpè dixerunt, duxisti nos in hunc locum pessimum, qui neq; coli potest, nec habet ficus, malogranata, vel vuas, & insup aquã

Num. 20 non habet ad bibendum. ¶xl. Annis. Tanto enim tempore moram ibi traxerunt donec morerentur omnes, qui murmurauerunt aduersum Dominũ. ¶Cœlitus. E cœlo, idest aere, quod etiam cœlum vocatur. ¶De petra & potu. Bis hoc miraculum

Qui non vt gentes reputant duo numina cœlo
Proposuit, populis atq; colenda dedit.
Lumina magna quidem, nõ numina fulgere iussit
Eius & est bonitas, & pietatis opus.
Confiteare Deo vero, Dominoq; potenti.
Sæcula cuncta bono, sæcula cuncta pio.
Confiteare Deo, qui solem lampadis instar
Cœlorum in medio iussit inire diem.
Vt superos tractus, vtq; omnia sydera lustret,
Atq; iacens infra lustret vt omne solum.
Cursu indefesso quòd luce perambulet orbem
Ipsius est bonitas, & pietatis opus.

Confiteare Deo vero, dominoq; potenti
Secula cuncta bono, sæcula cuncta pio.
Confiteare Deo, qui Lunam noctis in vmbra,
Altaq, sub cœlo clara nitere facis.
Luna globus lucens longè sua cornua replet
Lumine cognato, diminuitq; prope.
Luna quòd instabilis, certæ, & solatia stellæ
Noctę ferant, magni muneris estq; Dei.
Confiteare Deo vero, Dominoq; potenti
Sæcula cuncta bono, sæcula cuncta pio.
Confiteare Deo, Pharias qui perculit oras
Cum primogenitis pro bonitate sua.
Isacidas pauidos quiq; inspectantibus illis
De medio eduxit pro pietate sua.

Extentaq; manu validą fortiq; lacerto
Terruit instantes pro charitate sua.
Confiteare Deo viuo, rerumq; satori,
Quàm bonus est Dñs, quàm pius estq; Deus.
Confiteare Deo, qui rubras æquoris vndas
In partes secuit pro bonitate sua.
Stantibus hinc atq; hinc vndis (mirabile dictu)
Trans freta duxit eos pro pietate sua.
At Pharaona trucem refluas excussit in vndas
Cum toto populo pro charitate sua.
Confiteare Deo viuo, rerumq; satori
Quàm bonus est Dñs, quàm pius estq; Deus,
Confiteare Deo, populum qui duxit eremi,
Per loca senta situ pro bonitate sua.

factum

Quadraginta annis aluit quem cœlitus esca,
De petra, & potû, pro pietate sua.
Est quoq; tutatus sæuis à Regibus illos
Ammalechitarum pro charitate sua.
Confiteare Deo viuo, rerumq; satori.
Quàm bonus est Dñs, quàm pius estq; Deus.
Confiteare Deo, qui Reges perculit acres:
quos interfecit pro bonitate sua.
Namq; trucidauit regem Seona ferocem
Ammorreorum pro pietate sua,
Belligerumq; ducem pinguis Basanitidis oræ,
Strauit humi Ogigen pro charitate sua,
Confiteare Deo, quoniam bonus omne per æuum;
Perpetuoq; potens, perpetuoq; pius.
Confiteare Deo, qui regna vberrima sorte
Distribuit victor pro bonitate sua,
Bissenis tribubus dedit Israele creatis
Illorum terram pro pietate sua,
Omnibus Isacidis munitas tradidit vrbes;
Pinguia culta dedit pro charitate sua.
Confiteare Deo, quoniam bonus omne per æuû:
Perpetuoq; potens, perpetuoq; pius.
Confiteare Deo tantis gens inclyta regnis:
Nosq; humiles tecum confiteamur ei.
Nam memor ille tui ceu supplicis extitit olim,
Sic modò, sic nostri, confiteamur ei.
Teq; tuis quondam velut hostibus ipse redemit;
Sic nos à nostris, confiteamur ei.
Confiteamur ei, qui dat mortalibus escam,
Omnibus ipse suam confiteamur ei.
Æterna vt bonitas, pia sic clementia summi,
Regis olympiaci: confiteamur ei.
Confiteamur ei, qui maximus, optimus vnus,
Est Deus ipse Deum confiteamur ei.
Est bonitas æterna Dei, pietasq; coæua.
Vt sine fine bonus, sic sine fine pius.
Confiteamur ei, Dominos qui temperat omnes
Supremus Dominus: confiteamur ei.
Quàm bonus est Dominus, sic est miserator in æuû
Æternum, vt bonitas, sic pietasq; Dei.
Confiteamur ei præcelsa voce canentes:
Quàm bonus, & clemens: & sine fine pius,

factum est: vt percusso silice uirga Moysi defluerent aquæ largissimæ. ¶Ammalechitarum. Qui primi ausi sunt bello Iudæos aggredi, & orante, Moyse per Iosue ministrum eius reiecti fuerunt. ¶Reges a... s. Non solos hos, qui nominantur statim: sed & alios multos, tam Moabitas, quàm ammonitas cum finitimis imbella coniunctis: sed & xxxiii. alios strauit Iosue, in terra promissionis. Ios. 10. ¶Seona. Hunc & ogigen, idest og. regem Basan percussit Moyses citra Iordanem, antequam uenirent ad terram promissionis; tamen & deleuit eos, & tradidit eorum regna in possessionem Rubenitis, & Gaditis ac dimidiæ tribui Manasse. ¶Distribuit sorte. De hac distributione qualis fuerit, & quæ vrbes, aut regiones unicuiq; tribui fuerint ascriptæ qui scire desiderat: legat fermè totum librum Iosue, ubi sigilatim describuntur. ¶Israele creatis. Eorum nomina in fine Genesis, in Exodo, & in libro Iosue reperies, sunt & in Epistola, quæ cantatur in festo omnium sanctorum. ¶Tantis regnis. Multis, latis, & uberrimis. ¶Tui supplicis. In libro iudicum reperies sæpius hanc gentem hæbræorum à finitimis dura seruitute oppressam suppliciter clamasse ad Dominum: & exauditam fuisse, dato illi fortissimo liberatore. ¶Sic modò nostri. Subaudiatur sit memor. ¶Hostibus multis. De quibus & suprà dictum est. ¶Ipse Deus. ¶Redemit. Potentia sua, non tua quæ per exigua & penè nulla erat. ¶A nostris. Hostibus redimat. ¶Escam suam. Vnicuiq; conuenientem iuxta genus & speciem suam. ¶Maximus optimus, vnus. Præcipua Dei epitheta, nulli alij verè côuenientia etsi interdum aliter fiat. ¶Deus Deû. De quibus & suprà dictum est, qui nuncupatiuè aut participatiuè Dei dicuntur, natum enim, vnus & solus est Deus creator omnium & rector creaturarum. ¶Temperat. Ne ditione abutantur in subditos, & tantum illos forsan affligant, quantû velint. ¶Bonus & clemens, idest Misericors, & finis est consequens principio, laudemus ergo eum & nos quia bonus & in seculû misericordia eius.

ODE EX PSALMO CXXXVI.
Super flumina.

Inclyta quæ triplici fuerat circondata muro
Vrbs antiqua ruit sacra Hierosolyma.
Ciuibus (heu) stultis aliquot malè recta per annos
Maiorumq; ruit multiplici scelere.

INCLITA quæ triplici, &c. Sicuti olim duę fuere ciuitates in terra sibi inuicem contrarię & hostiles, ita duæ sunt, fuerunt, & erunt spirituales ciuitates contrariæ, quarû vna est partim in cœlo, & partim adhuc in terra, altera similiter partim in inferno, & partim adhuc in terra, illa Hierusalem vocatur, & per terrenã figuratur, hæc Babilon, & per terrenã significatur, quæ non minus conatur ciuitatem Dei destruere in persecutione fidelium, quàm Babilon Hierusalem in persecutione Iudæorum: sed quia, dum viuimus in hoc sæculo, non possunt loco inuicem separari ciues vtriusq; in hoc psalmo monentur ij, qui ciues sunt Hierusalem, ne saltem malis moribus commisceantur cum aduersaris ne forte transeant in eorum Coloniã: sed prius deplorat vates ruinam non solum Hierusalem terrenæ: sed magis ciuitatis Dei, quæ in deprauatis ciuibus sæpè destruitur, dicit ergo. ¶Inclyta. Gloriosa, vnde alibi de ea dicitur, gloriosa de te dicta sunt ciuitas Dei. ¶Triplici muro. Quia de terrena Hierusalem litera satis plana est, de spirituali exponam, murus iste triplex, est custodia sanctorum prophetarum, Angelorum, & diuina. ¶Ciuibus stultis. Qui terrenas voluptates cęlestibus præponunt, & falsa Idola vero Deo. ¶Maiorum. Principum, Sacerdotum, seniorum regis & procerum, qui omnes à cultu veri Dei ad ritus declinauerant gentilium, & à virtutibus ad auaritiam, ambitionem, spurcitias, & ad multa alia vitia, sicut & modò sæpè declinant. ¶Babilon. Mysticè, sentina vitiorum, ciuitas confusionis & Diaboli, malorumq; omnium concilliabulum, & Synagoga Sathanæ. ¶Nembrothi. Hic primus cæpit esse robustus hominum venator, idest oppressor,

quos, &

A

iacebat ad Ianuam diuitis tulerunt Angeli exultantes in sinum Abraæ. ¶ Super omnia numina. Non falsorum Deorum, quæ neque Dij sunt, neque ullum numen habent, Sed sunt Demonia, Sed sanctorum virtutes intellige, quæ illis vice numinis sunt. ¶ Exuperante tua pietate: Idest Misericordia, quę superponitur iudicio. ¶ Verax. Quod & ipse filius in Euangelio, testatur dicens. Qui misit me verax est. Verus est Dominus in reddendis promissis. Maxime de filio suo ex semine Abraæ, & ex familia Dauid secundum carnem. ¶ Stes pollicitis, dendo quæ pollicitus est humano generi. ¶ Pro meritis nostris. Quia nudata ab eius gratia parui sunt momenti. Hinc dixit Apostolus. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam Misericordiam saluos nos fecit. Non propterea debemus cum sua gratia ab operibus bonis cessare. Quia vnusquisque prout gesserit, recipiet. Neque enim in vacuum recipienda est eius gratia sed exercenda est. ¶ Quia tu. Per memetipsum faciam ait Dominus. Et sanctificabo in gentibus nomen meum. ¶ Nomen tuum. Id. s. De quo scribit Apostolus. Dedit Ioan.8. Titum3.

Quandoquidem tollis super omnia nomina nomē,
Vt decuit sanctum magnificare tuum.
In quacumque die supplex in vota vocaro
Te Deus: inde meas suscipe quæso preces.
Grandia despiciens illinc Elementa deorsum,
Sub pedibus magna quæ ditione tenes,
Maximus haud minimi renues hæc munia serui,
Quæ tibi deuoto pectore fundit inops.
Ocius ast humilem summus dignabere cęlso
Exaudire polo: prospiciesque mihi.
Spirituique meo virtutum dona rogatus
Hinc magis atque magis multiplicata dabis,
Nil magis optandum, quàm sacra charismata cęli,
Hæc desiderio dulcia sola meo.
Concupiant alij terrena metalla, Lapillos,
Omnibus & gemmis gratius Imperium,
Et successuram sibi multiplicata voluptas
Per sobolem; fluidis delitijsq; frui,

illi nomen quod est super omne nomen. Vt in nomine Iesu om. ge. fle. cęl. ter. terrestri. & infe. ¶ Sanctum tuum. Qui Christus est. ¶ Magnificare. Magnum, & laudabilem facere coram omnibus gentibus. ¶ Supplex. Quia humiliantis se oratio penetrat nubes. ¶ Elementa. Quæ sunt quatuor, ex quibus omnia mixta facta sunt corpora, & ab ijs dum uiuunt aluntur. Ignis, aer, Aqua, & Terra. ¶ Munia. Officia & seruitia. Nam in nulla re melius seruimus Deo, quàm orando. ¶ Deuoto pectore. Deuotio est pinguedo orationis, sine qua non est multum grata Deo. Sicuti nec antiquæ hostiæ, nisi cum adipere & omni pinguedine sua offerrentur. ¶ Humile. Sic & alibi. Excelsus est Dominus, & humilia respicit: alta verò, à longè cognoscit. ¶ Prospicies. Consules. Quæ sunt ad vtilitatem meam mihi prouidebis. ¶ Charismata. Gratiæ sunt quæ à Spiritusancto dantur. ¶ Desiderio meo. Quod uerè in multis impleuit Dominus. Spero quod & in pluribus atque in maioribus adhuc implebit. Sicut scriptum est. Replet Dominus in bonis desiderium seruorum suorum. ¶ Terrena metalla, Cuprum, plumbum, stannum, Ferrum, æs, Auricalcum, Argentum, & Aurum. ¶ Lapillos. Preciosos. ¶ Imperium. Pro quo Assyrij, Caldei, Persæ, & Medi, Græci, & Romani, alijque populi vsque ad internitionem inuicem decertarunt. ¶ Multiplicata voluptas. In plurimarum vxorum coniunctione. Quæ nunquàm licuit (vt docet Dominus in Euãgelio) tametsi in antiquis Regibus, & Patriarchis pro tempore, & sub aliquo velamine figuræ tolerata est. ¶ Delitijs. Quæ & in fastidium & denique in nauseam conuertuntur. Apoc.21.

B

Sed nec opes falsæ, nec sæcli blanda voluptas,
Nil, nisi me virtus multiplicata iuuet.
Hinc omnes Reges terræ tibi confiteantur
Rex regum omnipotens dulcis & alme Deus.
Roris ut in morem cœlo uenientis ab alto
Hos super, est etiam gratia fusa tua.
Nam tua quæ quondam surdo cantata fuerunt
Isacidum populo, verba per ora patrum.
Atque ea mellifluo quæ gnati nuper ab ore,
Fluxerunt, illis sunt quoque facta palàm.
Ætherea siquidem delapsus Spiritus Arce
Iudæa nubes, è regione tulit.
Impete quas leni totum per inane vagari
Compulit, & pluuia corda rigare noua.

¶ Opes falsæ. Sunt enim & verè. Scilicet, virtutes. De quibus ait Gregorius in Homilia. Fratres, si verè diuites esse cupitis, veras diuitias amate. ¶ Virtus multiplicata. Vt non solæ illæ mihi dentur Theologales, Fides, Spes, & Charitas. Sed & illæ Cardineæ ac præcipuè. Iustitia, Sapientia, Fortitudo ac Moderatio. Cum alijs Moralibus multis apud Christianos, Humilitas, mansuetudo, Misericordia, Patientia, quæ & maxima dicitur, atque Obedientia cum similibus. ¶ Reges terrę. Et ad literam post eorum conuersionem ad Fidem Christi. Et mysticè iusti omnes dicuntur Reges. Quia terrenos sensus suos, & eorum, qui suæ sunt curæ commissi, benè regunt. ¶ Super hos reges. Iuxta vtrumque intellectum. ¶ Gratia tua. Spiritussanctus, qui Dei gratia uocatur. ¶ Surdo populo Iudæorum. Et duræ ceruicis. Qui ut improperauit eis Stephanus, semper Spirituisancto restiterunt. Hinc & alibi Aspidi surdæ comparantur, quæ obturat aures suas, ne exaudiat vocem incantantis etiam Sapienter. ¶ Patrum. Spiritualium magis quàm carnalium. Vt Moysi, Heliæ, Hieremiæ, Esaiæ, ac cæterorum Prophetarum. ¶ Ea uerba. Euangelica (dicit.) ¶ Gnati. D.N.I.Chr. per anticipationem poeticam hoc dictum intellige. Alioquin nondum uenerat is tempore æditionis huius psalmi. Licet modò verum sit iam ex annis. M.ccccl. Venisse & à Iudæis reprobatum esse. ¶ Palàm. Vnde & legimus cum dixisse Principi eorum Annæ. Ego palàm locutus sum mundo, in templo, & in Synagogis, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. ¶ Delapsus. Et temporibus prophetarum paucis, atque inuisibiliter. Ioa.118. Sed in die Pentecostes ac deinceps plurimis atque inuisibiliter. De quibus hic loquitur. ¶ Nubes. Hi fuerunt Apostoli, alijque discipuli Domini, & deinceps, prædicatores atque Sancti Doctores & magistri. ¶ Per totum inane. Mysticè per sæculum diuino cultu, & bonis operibus uacuum. ¶ Vagari. Noua pluuia. Doctrina Euangelica, Spirituali & bona. ¶ Arida. Diuina gratia. ¶ Ab irriguo tuo. Ab irrigatione Aquarum Spiritualium, quæ sunt gratiæ, & dona Spiritussancti, doctrinæque Apostolicæ. ¶ Has laudes. Quæ in Psalmis his continentur.

C

Arida quæ dudum fuerant, & saxea Regum
Pectora ab irriguo mollia facta tuo.
Has igitur laudes meditentur, & ore canentes
Inuitent populos ad noua sacra suos.
Perq; vias Domini præeuntes agmina post se
Densa trahant: quibus & carmina læta canant.
Læta voce canant, Domini quàm gloria magna est,
Qua Cœlum, & Terras implet, & alta Maris.
Nam licet excelsus super omnia verrice summo
Emineat: cœli torqueat atque Polos.
Nec minus has humiles terras, infraq; iacentes
Puluereos homines respicit ore pio.
Illius & posito fastu quæ iussa verentur,
Mitia dignatur pectora luce sua.
Ast ea quę tumido super alta cacumina flatu
Pectora tolluntur; despicit ore procul.
Quæ procul agnoscens auersa luce tuetur,
Excutit atque imo præcipitat baratro.
Quare ego qui supplex, humilis, summissus, herilea
Ceu Catulus iaceo pronus & ante pedes.
Si tribulos inter, & acuta cuspide sentes
Aut medios ignes ire coactus ero.
Mox humilem seruum celsa miseraberis Arce
Compatiens oculis, oculis respiciesq; pijs.
Protinus eripies moriturum clade suprema:
Et penè extinctum viuificabis ouans.
Horribile extensa fulmen iaculabere dextra
Mox inimicorum cesset ut ira grauis.
Armipotens valido qui saluas cuncta lacerto:
Incolumem reddet me tua dextra potens.
Inualidum ne me tumidus contemnat iniquus;
Neue ferox hostis terreat ense graui.
Dux mihi fortis adest Dominus, protector & acer.
Qui pro me reddat, quæ meruere mala.
Debita si pellax, & inexorabilis Iudex,
Creditor & durus poscere fortè velit.
Iudice & inficias coram ue forsan eatur:
Si prætendatur Syngrapha scripta manu.
Expromissor adest Dominus mihi fœnore diues:
Pro me retribuat, qui luat ære suo.
Sit tua nobiscum clementia dulcis in æuum,
Rex pius, & diues, mitis, amansq; pater.
Conditor ô rerum; sapiens, rectorq; tuarum.
Quod tua patrauit dextera, seruet opus.
Summe opifex manuum ne despice quæso tuarum,
Nos homines, mirum qui sumus illud opus.

D ¶ Meditentur. Mente & Spiritu. Sicut docet Apostolus. Psallam Spiritu, psallam & mente. Quia & si cor non orat, in uanum lingua laborat. ¶ Ad noua sacra. Christianorum: quorum figuræ fuerunt vetera. ¶ Præeuntes. Vt Constantinus & successores, sic Aethiopię reges, & Indiæ etiam temporibus Apostolorum ad fidem conuersi populos multos post se traxerunt. ¶ Implet. Sic & per alium peophetam dicit Dominus. Cœlum & terram ego impleo. ¶ Super omnia. Non tamen extra omnia est exclusus. Neque intra inclusus. Sed est super omnia, & in omnibus nobis. ¶ Torqueat atque polos. Quibus tanquàm super cardinibus voluitur cœlum ab Oriente in Occidentem motu perpetuo. Quem Deus ipse disposuit. Et ideircò dicitur illud Polis torquere. ¶ Puluereos homines. Qui ex pulueris luto effecti sunt, & in puluerem post mortem resoluuntur. ¶ Luce sua. Illustres reddere. ¶ Super alta cacumina. Est quidam modus loquendi, quando volumus elatas mentes designare. ¶ Despicit. Idest Non approbat neque miseretur eorum. Quandiu tales perseuerant. ¶ Agnoscens. Sed non ignoscens, vt docet Augustinus. ¶ Catulus. Ex his qui comedunt de micis cadentibus de mensa Domini. ¶ Tribulos. Per tribulationes. ¶ Sentes. Mysticè. Per affluen-

E tem diuitarum copiam, minimè illis cor apponendo. ¶ Medios ignes. Etiam mysticè malarum concupiscentiarum, illas reprimendo. ¶ Clade suprema. Mortis æternæ. ¶ Penè extinctum. Propter peccatum, quo dicuntur animæ certò ineffabili modo perire per abscessum diuinæ gratiæ, quæ vita illarum est. Est nihilominus remanent immortales, & corpora viuificant. ¶ Ouans. De oue

Matt. 15. perdita, & inuenta. Vt in Euangelica parabola. ¶ Fulmen. Aeternæ damnationis sententiam. Quale. Est illud. Ite maledicti in ignem æternum. ¶ Armipotens. De cœlestibus armis intellige, potiusquam de alijs, quibus non indiget Deus, ad feriendum, uel ad protegendum se. ¶ Iniquus. Diabolus iniquorum omnium fautor, & Autor. ¶ Ense graui. Pestiferæ doctrinæ. Qua trucidantur corda hominum, & separantur ab Ecclesia Dei. ¶ Debita. Peccata. ¶ Pellax. Idem Diabolus, qui more pellicis ab alienat suis blandicijs Spiritum nostrum, à sponsa sua sapientia, & quauis alia uirtute. ¶ Inexor. ind. Idem Diabolus, qui facinora nostra retegit, atque accusat. Nec ullis precibus amoueretur ab hoc officio. ¶ Creditor et durus. Idem, qui prætio voluptatum commodat nobis talenta sua. Potest etiam esse ille, cui in

Matt. 15. Euangelio dicitur. Sciebam, quia homo es austerus & durus, qui metis vbi non seminasti. Et colligis vbi non sparsisti. Et reliqua, sed illud non est

F in ipso Deo, sed in opinione debitoris. Qui Dominum putat durum, cum is fuerit malus, & piger. ¶ Iudice. Ordo retrogradus est. Etsi fors. syng. ma. scrip. prætenne inficias eatur. Idest negetur debitum; porrò Syngrapha. Est manuscriptum subscriptione firmatum. ¶ Expromissor. Vas, siue fideiussor. Hic est Dominus N. I. Christus. Qui peccata nostra tulit. Et iniquitates nostras in suo corpore pro nobis patiendo portauit. Vt attestatus est Esaias propheta. ¶ Fœnore. Pecuniæ Spiritualis vsura, quæ doctrina est Euangelica. ¶ Luat. Persoluat. ¶ Aere suo. Preciosi Sanguinis eius. ¶ Patrauit. Mirabiliter fecit. Antiquum est uerbum. Vnde & pater patratus dicebat Fecialis Sacerdos percussor fœderis. Quandoque & in malam partem ponitur. ¶ Mirum opus. Propter quod & cætera fecit Dominus, cui Laus, & gloria.

IN Dulcem patriam &c. Sub persona filij Prodigi, ad patrem reuersi, benigneque suscepti, & memorantis, deinde quæ mala sustinuerat antequàm redijsset, monentur omnes iusti ne per peccatum discedant, à patre Deo: si velint eadem mala deuitare. Monentur etiam peccatores ad pœnitentiam, vt de tanta, quibus angantur calamitatibus seipsos eripiãt. Quia pater benignus est, & misericors. Et qui libenter eos sit accepturus, & ad pristinum amorem inuitaturus. Et quia si voluerint contumaciter abesse credentes posse Deum latere, spe sua

uana

Carmina lætitiæ vel quomodo pectore mæsto
Captiui, & tristes possumus ore dare?
Si derisores inter cantabimus vnquàm
Victi blanditijs, vt placeamus eis;
Si quando illecebris captus tua dulcia quondam
Oblitus fuero templa Hierosolyma.
Dulcis obliuiscar peramatæ tempora vitæ
Illius dextræ quæ mala cuncta fugat.

A

tico repleta mæstitia suspendit organa lætitiæ: quibus tempore pacis laudare Deum solebat. ¶Si derisores. Paganos aut hæreticos vel etiam Iudæos. ¶Victi blandicijs. Vt molles, delicati, parasiti, & ambientes prælaturas, siue magistratus temporales. ¶Vt placeamus. Hi sunt immemores Apostolicæ sententiæ: qua dicitur. Si adhùc hominibus placerem: Christi seruus non essem: & (Gal. 1.) alibi psaltes etiam dixit Deus dissipauit ossa eorũ, qui hominibus placent. ¶Si quando. Adiuratio, qua duro se se astringit maledicto, si lætatus fuerit ante pacem & reparationẽ Hierosolymæ, idest Ecclesiæ vel animæ captiuæ: item si oblitus eius fuerit vllo vmquàm tempore cuiusuis temporalis consolationis. ¶Illecebris. Voluptatum & uitæ præsentis. ¶Dulcis uitæ. Non præsentis, quæ etiam in pace seruis Dei amarissima est, iuxta illud. Ecce in pace amaritudo mea amarissima, quantò magis bellorum, & persecutionis, captiuitatisq; tempore? sed æternæ, quæ omni dulcedine & suauitate plena erit. ¶Peramatæ. Valde dilectæ, præsens autem vita non amari; sed odio præcipitur haberi. Qui amat (inquit Dominus) animam suam perdet eam, qui uerò odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. (Ioan. 12.) ¶Illius dextræ. Hæc est æterna fœlicitas, & beatitudo sempiterna Paradisi, sinistra verò Dei, dicitur, uitæ præsentis aliqua prosperitatis solatia pro consolatione fidelium concessa, ne abundantiori absorbeantur tristitiã. ¶Mea dextera. Recta intentio placendi Deo in omnibus bonis operibus nostris, leua uero quę & sinistra dicitur est retorta intentio placendi hominibus in bonis operibus ad captandam laudem humanam, vel quamlibet aliam temporalem mercedem, de his dicit Dominus in Euang. te faciente (Matth. 6.) eleemosinam nesciat sinistrã tua: quid faciat dexterã tua. ¶Singula. Idest præcipua, vnica, & præ cæteris carissima. ¶Vrbs sacra. Ethimologia Hierusalem, interpretatur enim pacis sacrarium. ¶Sanguineæ gentis, & hæc est interpretatio Idumeæ, nam sonat in Hebræo sanguineam atq; terrenam, per quam Babiloniam, & hostilem vrbem accipimus, in qua sanguinei atq; terreni ciues habitare noscuntur, qui terrenis bonis Ecclesiam spoliant, & resistentes trucidant. ¶Vindex. Reddens illi iuxta malitiam suam, vt aut conuertatur, & quæ fecit nobiscum ab alijs patiatur, vt Saulus, deinde Paulus Apostolus, aut obstinata in malum, æterna temporaliq; punitione plectatur. ¶Euacuate ferunt. Scilicet Idumei Babilonijs, & Romanis dicunt euacuate Hierusalem bonis omnibus, hoc dicunt etiam inuidi inimici nostri persecutoribus Ecclesiæ. Sic & spiritus maligni exposcunt ut anima captiua, omni innocentia iustitiaque & bonis euacuetur moribus. ¶Cædite. Horrenda inuidorum vox. ¶Ergonè tu fœlix. Indignantis hæc vox est Ecclesiæ, contra conciliabulum peccatorum existimantium se se impunè transituros: tametsi iustos usque ad necem fuerint persecuti. Sed non ita erit. Nam & ipsi multò grauiora sunt passuri tormenta. ¶In Dominam. Matrem Ecclesiam. Per Saram figuratam: sicut & illa per ancillam Agar. De qua scriptum est. Vnde & fugit, rediitque iterum monita ab Angelo, ut humiliaretur sub domina sua. (Gen. 16.) Postremò eiecta est de domo cum filio suo. Sicut scriptum est in Genesi, & ab Apostolo commemoratum. Eijce (inquit) ancillam & filium eius. Non enim erit hæres filius Ancillæ cum filio liberæ. (Gen. 21.) ¶Per omnia sæcla. Quando dicetur eis. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Dibolo, & Angelis eius. (Matt. 25.) ¶Ductor fortissimus ille. Quoad hystoriam, Hic fuit Cirus Persarum rex. Qui cum Dario Medorum rege. Babilonem destruxit. Et exequutus est ea, quæ sequuntur. Mysticè verò. Christus est, qui Babilonem. Idest vrbem confusionis hoc est Idololatriam, & Iudaicam Sathanæ Synagogam cum malorum omnium congregatione destruxit, & destruit quotidie, & in finem dierum penitus est destructurus. ¶Verè fortiher. Alter enim etiam ipse cecidit uictus à Scitis populis bellicosissimis. Cui & caput in uas plenum cruore persarum à Regina Thomiri iussum est sepiùs immergi cum hac exprobratione. Sanguinem sitisti. Sãguinem bibe. Noster autem heros fortissimus Christus in Cruce sponte moriendo vicit omnes aduersarios, resurgendo spoliauit, & de illis ascendendo triumphauit. ¶Vindex. Aut occidendo in ijs errorem, si voluerint ad fidem conuerti. Vel æternam pœnam illis irrogando. Qui permanserint usque ad

Obliuiscaturq; mei mea dextera dulcis;
Simq; memor leuæ, leua memorq; mei.
Faucibus occlusis sic hæreat ipsa palato
Lingua mea: vt nequeat subdola verba loqui,
Si non continuè memori te mente tenebo,
Vrbs desiderij singula cura mei.

B

Si non præpositam cunctis te semper habebo,
Vrbs sacra lætitiæ principiumq; meæ.
Namq; mihi nusquàm fuerit iucunda voluptas
Nusquàm figentur gaudia vera mihi,
Sanguineæ gentis, terræq; hostilis Idumes
Omnipotens vindex tu Deus esto memor.
Clamantum diræ reminiscere vocis eorum,
Euacuate ferunt, euacuate viri.
Cædite, destruite, eruite, & disperdite cuncta,
Fundamenta quati lugeat vsq; solum.
Ergonè tu fœlix Babilonis filia nequam?
Horrendas voces quæ iacis in dominam?

C

Quin infelicem, miseramque per omnia sæcla
Hæc tua te faciat vox truculenta ferox.
Vnde beatus erit Ductor fortissimus ille,
Qui tibi, quæ nobis Dux fera retribuet.
Ille beatus erit, verè fortissimus hæros,
Qui tantæ vindex impietatis erit.
Qui iuuenes, fortesq; uiros mactauerit in te,
Defectos senio nec miseratus erit.
Infantes teneros petræq; alliserit vltor
Durus & hinc fœlix, terq; beatus erit.

Tu pater à ceruice manum, mentemq; leuasti,
Vt saltem aspicerem posteriora tua.
Nosse quis hæc posset? quàm mira scientia valde
Est tua summe parens: quàmq, profunda nimis.
Altior est terra; pontoq; profundior ipso:
Celsior est cœlis deniq; sola tuis.
Altior humano captu: supereminet omne
Ingenium; & mentes vincit olympiacas.
Hæc intellectum viuacem verberat alis:
Transcenditq; citis, conditur atq; polo.
Hanc ego tentaui comprendere: fortior illa
Altius emicuit; præualuitq; mihi.
Hactenus, hāc nunquàm potui capere: inq; futurū
Si numquàm potero, me miserum quid agam?
Congressum fugiam? capiar ne victus ab illa:
Eius ab aspectu subtrahar atq; procul?

dixit enim illi Deus, anteriora mea non poteris videre: sed cum leuauero manum à foramine petræ, in qua latebis, & transiero: tunc videbis posteriora mea. ¶ Posteriora tua. Humanæ passionis singulare pœnitentibus remedium, quod non ante: sed post resurrectionem intellectum, & creditum est tam à Iudæis, quàm à gentibus, quæ per filium prodigum significatæ sunt. ¶ Posset. Antequàm à filio tuo per prædicationem gentes edocerentur. ¶ Humano captu. Quàm homines lumine solo naturali capere possint, nisi & fidei luce super illustrati fuerint. ¶ Olympiacas. Olim, non modo vt intelligamus non de bonis: sed malis Angelis, qui si hoc mysterium intellexissent, numquàm dominū gloriæ crucifixissent. vt testatur Apostolus, potest etiam esse, quia multos ex Angelis bonis latuerit hoc mysterium: donec uenerit tempus, quo impletum est, nec enim oēs Angeli sciunt secreta Dei consilia, nisi quando, & quibus ac quantum voluerit ipse manifestare. ¶ Capere. Ad plenum: nam intellectus humanus diuinæ sapientiæ applicitus similis est oculis noctuæ ad lucem solis, quia vt docet Apostolus videmus nunc sicuti per speculum in enigmate. ¶ Potero. In presenti vita, in futura vero videbimus sicuti est, cognoscemus sicut & cogniti sumus. ¶ Subtrahar. Nequaquàm, impossibile est enim, quia vbiq; est, nec est locus vbi non sit Deus. ¶ Vectus, &c. Lusus est poeticus. ¶ Spiritus ecce tuus. Hoc ex sapientia tractū est, vbi penè hæc verba posita sunt, & canuntur in introitu missæ spiritussancti. ¶ Fugiam. Ab irato ad placatum effugere possumus per semitas pœnitentiæ alioquin interclusa est omnis fuga. ¶ Aquilæ. Eius de qua dictum est, sicut aquila prouocans pullos suos ad volandum, & in Euang. vbicumq; fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ. ¶ Si super extulero. Hæc expositio superioris sententiæ, est, nam qui alis superbiæ eleuantur in cælum, deiiciuntur à domino vsq; in infernum. ¶ Si specus inferni. Hæc est desperatio vt subiicitur infra, etenim peccator cum in profundum malorum venerit, contemnit. ¶ Præcipiti. Per abrupta vitiorum quorumcumq, quod propriè desperatorum est. ¶ Pendunt. Exoluunt. ¶ Quis videt acta mea. Q. d. nullus: nam homines latent, & Deus minimè curat hæc nostra mortalia facta. ¶ Tegam. Frondibus ut primi parentes, idest vanis excusationibus, uel sub pallio hypochriseos, idest simulatæ sanctitatis quæ duplex est iniquitas. ¶ Nulliq; fatebor. Quæ est pars heresis Luteranæ, contra quam est illud vatis huius. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam, Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. vide ibi diuum Gregorium. ¶ Scilicet. Ironice hoc dicitur. ¶ Fallor. Verè fallitur, qui absq; confessione peccatorum putat se saluari posse ga superbus & iniustus est: nam iustus ab initio accusator est sui, & alibi dicitur. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. ¶ Talaria, Poeticum est vocabulum, significat alas, quæ vsq; ad talos descendunt, vel plantas pedum ad talos vsq; alatas, per quas velocitas gressuum innuitur, & affectionum humanarum celeritas, & leuitas. ¶ Dædaleas. Ingeniose fabricatas, & corpori prudenter, apteq; applicitas, hæ velocissimæ sunt hominum cogitationes, quibus profunda quæq; scrutamur, quantum nobis ex alto conceditur. ¶ Deduxerit illuc. Quia nihil possumus cogitare à nobis quasi ex nobis: sed cogitatio nobis ex Deo est, de bona loquor. ¶ Suggesserit. Quasi monendo dixerit. ¶ Tenebris. Maximæ ignorantiæ, vel etiam peccatorum: nā de vtrisq; sanè intelligitur. ¶ Fallor. Quia lux Dei etiam in tenebris lucet, tametsi eam tenebræ minimè comprehendant. ¶ Nox ipsa. Idest peccati ipsius compunctio, & conscientiæ remorsus, qui & synderesis dicitur, & vermis, qui numquàm moritur. ¶ Vis ignea. Dei vltoris memoria: nam

A

1. Cor. 2.

1. Cor. 13.

B

Deut. 32.
Matt. 14.
Prou. 8.

Pron. 18.

C

Quò miser effugiam? pedibus quò debilis ibo?
Quid si vectus equo? curriculoúe trahar?
Spiritus ecce tuus pater optime, maxime replet
Orbem terrarum: quemq; calore fouet.
Quòue tuam faciem fugiam? quò lumina tanta?
Irati vultus terribilesve minas?
Si sumptis aquilæ pennis velocibus altum
In cœlum ascendam; tu dominaris ibi.
Si super extulero me, tamquàm iustus ad astra;
Qui tumidos illinc deijcis, altus ades.
Si specus inferni vasto telluris hiatu
Te fugiens saltu præcipiti irruero?
Quæstor ibi tu semper ades, vindexq; malorum:
Iudice te pendent supplicia emerita.
Si desperata iam mente profunda malorum
Intraro dicens, quis videt acta mea?
Contemptor peccata tegam, nulliq; fatebor
Non homini cuiquam, non superumúe Deo.
Quis mihi si taceam censor; quo iudice pœnas,
Vt reus exoluamus si lateant scelera?
Scilicet hæc superum Regem (qui sydera torquet)
Anxia cura quatit facta videre mea?
Heu quantùm fallor, nam pectore semper in ipso
Tu Deus inspector, tu Deus vltor ades.
Quid si diluculo surgens talaria plantis
Nexuero? & pennas sumpsero Dædaleas?
Occeaniq; maris penetraro extrema volando?
Litus vbi nullum est, sed glaciale solum?
Me miserum tua nonnè manus deduxerit illuc?
Dextera comprænsum meq; tenebit ibi?
Quid si sollicito mihi mens suggesserit intus,
Forsitan obscuris contegat à tenebris.

D Deus noster ignis consumens est. ¶Lustratio mira. Quæ sæpe nobis grauiora peccantibus ex cōsideratione diuinæ offensæ, & emeritæ pœnæ venit in mentem, vnde & alibi canitur. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: posteà accelerauerunt. ¶Obumbrat. Quia proprium lucis est illustrare, non obumbrare, quod noctis, & tenebrarum est. ¶Implet eas. Et implendo disoluit, vt interdum uidemus fieri in aere nubibus obscuro, quæ à radijs solis impletæ translucent, paulatimq; rarescunt: & tandem in purum aera resoluuntur. ¶ Sic fit in mentibus quandoq; peccatorum tenebrosis. ¶Nox tenebrosa. Nihil obscurius est conscientia superba, & peccatorum nebulis obumbrata. ¶ Vt quales tenebræ. Hoc est quod ait Apostolus sub alijs verbis, vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia. ¶ Ab initio. Compunctionis. ¶Amabilis horror. Propter transitoriam voluptatis dulcedinem, quæ adeò placet peccantibus in ipso feruore, vt potius vellent uita priuari, quam illa carere. ¶Sic dulcis. Ita & Apostolus alijs verbis, Humanum dico propter infirmitatē carnis vestræ, vt quemadmodum exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad inmunditiam: Sic & modò exhibeatis corpora vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, alioquin absq; comparatione dulcior est seruitus Dei, quàm aduersarij eius.

Rom. 5.

Rom. 6.

E ¶Mentibus altis. Superbis, quibus vtile est vt per fœdum aliquod crimen, quod abhorrere solebant, perpetratum humilientur. ¶Demissis animis. Non ex pusilanimitate quæ vitium est: sed potius ex humilitate quæ non solum virtus est, sed & aliarum virtutum fidissima custos. ¶Mira. Quæ dicta sunt de peccatis contrarium operātibus effectū. ¶Quis hæc capiat. Q. d. nullus, nisi cui Deus donauerit intellectum, & gratiam. ¶ Vt lux. Gratiæ ad eliciendam compunctionem infusa. ¶ Matris. Non carnalis, sed Babilonis, de qua suprà dictum est. ¶Perpetua. Quia ad æternas inferni tenebras peccatorem deducit obstinatum, qui & prosperis insanit, & frangitur aduersis. ¶ Meos renes. Idest delectationes. quarum sedes sunt renes. ¶Pectora. Sanctarum cogitationum armaria. ¶Oblecter. Ego quidem carminibus componendis alter sic: & alius sic. ¶ Suggeris. Sumministras, & mihi quidem magnam suggessit copiam, vt supra .x. milia putem me cecinisse. Sic & alijs seruis suis complet in bonis desiderium illorum. ¶Meditetur. Expleta hac Psalmodia nostra: iam meditamur aliud opus & multo maius. Dauidiaden, scilicet componere heroicō carmine, quod & ipso inspirante iam cæpimus, initium eius est. Horrida bella cano forti dextraq; potentem Magnanimum Regem, &c. ¶Terribilis. Futurus iudex ne peccent, & si in peccatis iaceant, vt inde resurgant. ¶Quàmq; suauis. Rectæ viuentibus, & ambulantibus de virtute in virtutem. ¶Omne tuum opus. Præcipuæ autem redemptionis humanæ, & conuersionis gentium, & quorumcuniq; peccatorū.

Sed tamen hinc etiam fallor: nox ipsa reprendet
 Me: velut effulgens lux mea facta foret.
Nocturnis in delitiis vis ignea quædam
 Flamma velut cineri semisopita latet.
Vnde fit, vt tenebris insit lustratio mira,
 Detegar atq; illinc, vnde latere puto.
Lux immensa Deus, qui lumine cuncta reuelas,
 Obscuræ nobis, non tibi sunt tenebræ.
Non super incūbens tenebris hoc lumen obūbrat,
 Nec fuscatur eis, quin magis implet eas.
Lux indeficiens per te lustrabitur inquam;
 Ac si clara dies, nox tenebrosa prius,
Vt quales tenebræ; fiat lux aurea talis
 Huius mirandæ noctis ab initio.
Vtq; mihi noctis fuit huius amabilis horror:
 Sic illustratæ lux mihi dulcis erit.
Vtilis, vtq; horror tenebrarum mentibus altis;
 Demissis animis, luxq; suauis ita.
Mira quis hæc capiat? nisi tu spiraueris altam
 Mentem, animumq; Deus spiritus alme pater,
Vt lux, & tenebræ pariter concurrere possint
 Ad perlustrandos, quos facis esse tuos?
Ex vtero matris veluti de carcere cæco
 Me suscepisti: nox vbi perpetua.
Inde meos renes, & viuida pectora solus
 Tu possedisti possideasq; præcor.
Nam quibus oblecter, tu nosti, & suggeris illa;
 Ex te cor nostrum, quæ meditetur, habet.
Hinc ego cum multis clara tibi voce fatebor,
 Hinc tibi summe pater carmina læta dabo.
Ecce quibus placuit tibi magnificatus ut esses,
 O quàm terribilis, quàmq; suauis ades.

¶Prius quam. Rediret ad cor. ¶Inq; dies. Subaudi magis atq; magis: nam habenti datur, & abundabit. ¶Os quoddam. Donum fortitudinis, quò resistitur tentationibus, & vincuntur aduersarij.

F ¶ Et firmum robur. Expositio est præcedentis sermonis. ¶Plastes. Idem quòd plasmator, & figulus, nos enim ex limo terræ formauit Deus. ¶Durius ossum. Ne existimaretur dixisse, os quod facit oris in genitiuo, causa differentiæ positum est; ossum, ossi, quò caro compaginatur humana, & firmatur ne defluat, est autem allusio facta ad doctrinam diui Augustini qui hoc in loco multoties vsus est ea voce subiungens, melius esse vt nos derideant grammatici, cum legerint, vel audierint nos dixisse ossum ossi, quàm vt populus nos non intelligat, & verè frater meus grammaticæ professor, cum legisset hunc versum multum risit, & mihi instabat, ut abraderem tale vocabulum. Sed cum ei ostendissem commētaria diui Augustini, & Pacuuij verba sic dicentis, ossum inhumatum,

Est opus omne tuum mirabile, amabile; & ingens,
 Horrendum; augustum, dulce, suaue, bonum.
Quiq; prius fuerat rudis, vt cognosceret ista,
 Per te nunc animus percipit alta meus.
Illustratur enim radijs venientibus ex te,
 Inq; dies cæcis eruitur tenebris.
Ecce etiam noui (quod me tamen ante latebat)
 Os quoddam, & firmum robur inesse mihi
Non est occultum tibi plastes durius ossum.
 Quod tu plasmasti: quod mea membra regit,
Vtq; humana caro nisi sustineatur ab osse,
 Interius posito corrueret fragilis.
Corpora quippe hominum ceu lutea vasa fatiscūt,
 Ni sustententur protinus icta cadent.

uana frustabuntur. Dicat ergo peccator ad Deum verè conuersus cum filio prodigo. ¶ In dulcem patriam. Quæ est Ecclesia Dei viuentis. Et quoniam secundum Dei voluntatem fuimus prolixi in Cantilena carminis, Erimus A Luc. 15.

ODE EX PSALMO CXXXVIII.

Domine probasti me.

IN dulcem patriam fœliciter inde regressus,
Quò velut insipiens sponte profectus eram,
Mente diu mecum memori meditabar in oris
Tam procul expositis, quæ mala passus eram.
Exilij causas etiam perquirere cœpi,
Quod suscepissem nec minitante patre:
Illud erat mirum, me permisisse uagari,
Tam facilem, uerbo nec vetuisse suo,
Protulit inclusam tandem meditatio causam.
Cognoscendus eram: sicq; probandus eram.
Tunc oculis sursum manibus pariterq; leuatis
Ad patrem, lætus talia voce dedi.
Dulcis amansq; parés, summi quoq; rector Olympi
Qui benè disponis numine cuncta tuo.
Tu me fœlicem prius, expertemque malorum,
Et famis expertem, difficilisq; viæ.

ipso adiouante in commentarijs breuiores. ¶ Insipiens. Verè stultus est omnis, qui patrem Deum relinquit. ¶ Sponte. Quia Dominus nem reijcit à seruitio suo. Sed volentem abire, interdum permittit, secreto, sed iusto suo indicio, & maximè. Vt seipsum probet, quàm modicùm valeat à seipso. Et ab alijs etiam probetur. ¶ Meditabar. Dulcis hæc est memoria, sed contraria amarissima, cum quis meminit se fuisse fœlicem. ¶ Exilij. Voluntarij. ¶ Nec minitante patre. Quòd videbatur facere debuisse. Verùm profunda sunt secreta Dei iudicia. Recta tamen, & iustificata in semetipsa. ¶ Tam facilem. Immò tunc concedit iratus: quod negaret placatus. ¶ Cogn. er. sicque prob. eram. Hysteron Protheron, ordo conuersus. Nam probatur quis ut cognoscat seipsum, quid ualeat. Et ab alijs cognoscatur. Ne fallat, aut fallatur. ¶ Tūc cognita. Quæ prius ignorabatur causa. ¶ Lætus. Veram enim affert Sapientia lætitiam. ¶ Tu me fœlice. Tentasti quod est infrà. Hæc est arbor scientiæ boni & mali. Nullus enim benè nouit, quid boni possideat, nisi cum illo perdito mala fuerit expertus. Tunc enim ex utriusque comparatione uenit homo in cognitionem boni ac mali. ¶ Malorum. Quæ passus est in terra longinqua. B
Namque homo non potest longius ire, quàm peccando à semetipso. & à Deo recedere. Vt docet Ambrosius, In commentarijs super Euangelio Lucæ. ¶ Famis. Non solum panis, sed potius audiendi verbi Dei. ¶ Difficilisq; uiæ. Peccatorum .s. ¶ Tu me tentasti. Non vt peccarem, quia Deus intentator malorum est. Nec vllum ad peccandum allicit. Cum ipse non letetur in perditione morientium neque gaudeat in multitudine peccantium. ¶ Et cognouisti. Idest ne mihi ipsi & alijs cognitum fecisti, qui ante incognitus eram, sed neque cognoscebam, quo fruebar bonum, nisi experirer, quod nesciebam malum. ¶ Tibi soli. Eo quòd nouerit omnia antequàm fiant. ¶ Quæ mea vis. Quam tenuis, & si fuerit deserta Deo: nulla. ¶ Animusque meus. Satis infirmus. ¶ Sessio dura obstinata perseuerantia. ¶ In tenebris. Peccatorum, tametsi Lux Dei luceat in eis. Quia ipsæ tenebræ non comprehenderunt eam. Nec magis quàm cæci Lucem Solis, & si luceat in facies illorum. ¶ Mortis umbra. Status vitæ præsentis iacentium in peccatis est quædam vmbra mortis æternæ. ¶ Dura fames. Audiendi verbi Dei. ¶ Sitis aspersa. Sapientiæ virtutum, & gratiarum Spiritussancti. Quæ Spirituales Aquæ hauriuntur in gaudio, Iac. 1. Ioann. 1.

Tu me tentasti, tu me pater alme probasti,
Et cognouisti, qui fuerim, quis eram?
Quæq; tibi soli fuerant præcognita dudum,
Nunc mihi, nunc mundo, sunt quoq; facta pala.
Quæ mea uis, animusque meus, quæ sessio dura,
In tenebris. quàm sit mortis, & umbra grauis.
Quàm sit dura fames, sitis aspera, quæ de laborum
Horribilis facies, terribilisq; metus.
Ærumnæq; graues subeundæ, quanta pericla,
Hostis perpetui bella: doli que mali.
Quæ lachrimæ, gemitus, suspiria pectore ab imo
Anxia, sollicti quantaque cura mei.
Quæ passurus eram patria procul æde relicta,
Ante quidem fuerant omnia nota tibi.
Sed modò quæ passus misero mihi cognita tandē,
Suntque peregrinis, cognita suntq; meis.
Queq; triumphalis surrectio deinde sequuta
Post tantos casus, est tibi nota satis.
Vidit & hanc infra supraq; reconditus orbis:
Vidit & hanc medio siquid in orbe latet.

non nisi ex fontibus Saluatoris. ¶ Laborum. Pro explendis malis concupiscentijs. ¶ Metus. Pro completis, à iustis indicibus, & demum à Deo, qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua. ¶ Subeundæ. In pœnam, vel satisfactionem culparum, etiam si pœnitentia fuerit subsecuta, exemplo esse possunt. Dauid, & Manasses. ¶ Pericla. Relapsus, si fuerimus incauti atq; ociosi post habitam reconciliationem. ¶ Hostis prope. Diaboli, qui semper ob ambulat, quærens, quem deuoret. ¶ Solliciti. Præ desiderio patriæ cœlestis, quæ vim patitur, & soli violenti rapiunt illam, idest qui sibi ipsis vim faciunt insurgentes appetitus malarum concupiscentiarum superando. ¶ Relicta. Per peccatum. ¶ Peregrinis. A fide, à lege ac diuino cultu. ¶ Meis: Iudæis, qui tunc erant eiusdem originis, & pietatis in Deum, est hic animaduertendus tacitus ingressus in allegoricum sensum, psalmi huius de Christi passione, in qua probata est eius infirmitas humanitatis assumptæ, & est cognita uirtus diuinitatis eius in gloriosa eius resurrectione, & alijs miraculis tunc exhibitis, verum vbi peccatorum agitur mentio: non de ipsius, qui nulla fecit: sed de nostris, & totius generis humani intelligendū est: quæ tamen ipse sua fecit, eo quod pro illis, in suo corpore pœnas dedit, iuxta vaticinium Esaiæ, quem hic vide. ¶ Triumphalis surrectio. Iuxta vtrumq; sensum, & nostræ à peccatis, & Christi à mortuis. ¶ Infra. Vbi sumus nos adhuc mortales homines, qui fide predicatam nobis Dominicam resurrectionē adhuc tenemus, sicut & maiores nostri tradiderunt nobis, uel infra, idest hi qui erant in inferno dæmones, & Sancti patres in sinu Abrae quiescentes viderunt Christi gloriam resurgentis: qui & spoliato inferno illos secum adduxit C Esa. 153.

Quin vigor ipſe animi, niſi ſuſtentetur ab oſſe
Quod latet interiùs, mox velut vnda fluet.
Oſſea quæ virtus patieotia firma vocatur.
Darius eſt ferro robur id acre virûm.
Siſtere quòd faciat ſubſtantiaq; ipſa vocatur
Inferiora domus pulueris huius agens.

A

ſolidamentum corporis vocatur, quod nodatum, & adiunctum inuicem oeruis alligauit natura, vix tandem acquieuit. ¶ Fatiſcunt. Facilè corrumpuntur. ¶ Ni ſuſtententur. Ab oſſibus per neruos ſicut à funibus inuicem colligatis, vnde & Iob, legitur dixiſſe, oſſibus & neruis compegiſti me. ¶ Cadent. Per caderent, ſicut & ſuſtententur pro ſuſtentarentur, tempus eſt pro tempore, & modus pro modo. ¶ Oſſe. Fortitudinis donatæ à Deo per gratiam Spiritusſancti. ¶ Patientia. Filia dicitur eſſe fortitudinis. ¶ Ferro & igne. Nam in martyriis ſanctorum ſæpiſſime ferrea & ignea tormenta illis vt victa ceſſeruot. ¶ Subſtaotia. Vocatur idem oſſum de quo ſupra. ¶ Inferiora domus. Corporis ſenſus ſunt. ¶ Agens. Inducens, & impellens. ¶ Hæc virtus. Fortis patientiæ. ¶ Fortia pectora. Sanctorum martyrum. ¶ Sæuos Reges. Perſecutores Eccleſiæ. ¶ Mala. Obprobria, iacturam rerum & tormenta corporum. ¶ Necem. Sæuiſſimam, vt flammarum ignis atq; beſtiarum, quibus obijcebantur lacerãda, & deuoranda. ¶ Perficiatur. Nemo enim repente fit perfectus: Sed à minoribus ad maiora paulatum fit progreſſus. ¶ Informe. Non penitus abſq; forma: ſed oec adhue pleoè formatum. ¶ Dedignantur. Sed potius dignando informaot. ¶ Lactentes. Paruuli adhuc in Chriſto, de quibus vide Petri Epiſtolaus. ¶ Creſcant. Donec idonei ſint ad ſolidum cibum. ¶ Laborent. Ambulando de virtute io virtutem. ¶ Oẽs. Electi. ¶ Maiores. Vt Patriarchę maioresq; Prophetæ, Apoſtoli, eorumq; ſancti ſucceſſores ¶ Minores. Vt reliqui ſancti. ¶ Tua dextra. Filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vel alludit ad Apocaly. Ioann. Apoſt. in qua dicitur quia librum vidit in dextra ſedentis in throno. habentem ſignacula vij. de quo ibi vide. ¶ Dies formabuntur. Locus obſcuriſſimus, triplicē ſenſum habent hæc verba ſicut, & terna carmina data ſunt illis, primus eſt. Electi formabuntur à Deo per regenerationis gratiam oitide, & mundi, qualis eſt clara dies in oculis noſtris: ſed nullus ex eis perſeuerata rus eſt ſemper in ea claritate, quia in multis offendimus omnes, & nemo ſine crimine viuit ſecundus eſt omnes electi clari, vt dies formati ſalutem conſequentur, nec unus quidem de nuro. deficiet, item vnuſquiſq; electorum perficiet dies uitæ ſibi à Domino conſtitutos, nec unus ex illis minuetur. eis, contra de reprobis ſcriptum eſt, quia oon dimidiabunt dies ſuos, tertius ſenſus, & optimus, eſt quod Apoſtoli facti à Deo clari dies, deficient in paſſione Domini, & deſerent magiſtrum ſuum D. N. I. Chr. quod & factum eſt, reddite ergo ſenſum vnicuiq; ſuum. ¶ Inuenti fuerint. Ab ouem requirente paſtore, iuxta illud erraui ſicut ouis quæ periit, quære ſeruum tuum Domine. Hoc autem io ipſo die reſurrectionis factum eſſe oouimus. ¶ Amicitiæ. Et priſtinæ digoitatis Apoſtolicæ. ¶ Fœlicis. Quia oec ipſi ex meritis ſuis: ſed diuina gratia ad tantum apicem fuerunt aſſumpti. ¶ Hoaore. Apoſtolatus qui maximus eſt io Eccleſia Dei. ¶ Ducatus. Fuerunt enim Duces præcipui Chriſtianæ militiæ. ¶ Stat. Perſeuerat. ¶ Sioe labe. Hæreticæ prauitatis, qua caruerunt Apoſtoli, & Apoſtolici uiri. ¶ Multas acies. Sanctorum martyrum, qui fuerunt milites Eccleſiæ ſtrenui. ¶ Populosq; feroces. Vt Romanos, quos conuertit Petrus Græcos, Paulus Ethiopas, Matthæus, & Thomas Indos, aliiq; alios. ¶ Dinumerabo quid. Cum hoc eſt ex perſona Dei dictum, qui ſolus oouit quos elegit. ¶ Millia multa nimis. Dicit diuus Gregorius in homilia, tot millia ſanctorum ad conſortium Angelorum aſſumēda, quot & beatorum Spirituum milia cæteris cadentibus in cœlo remanſerunt. ¶ Actam. Ideſt arenam maris, græca dictio, qua & Virgil. uſus eſt, autem hyperbole. ¶ Pauidi proceres. Apoſtoli Domini. ¶ Planxere. In paſſionis tempore. ¶ Exurrexi. Tertia die, ex perſona D. N. I. Chr. hæc intellige dicta oeq; enim Dauid mox exurrexit à mortuis, & ſi forſan exurrexerit cū aliis ſanctis, de quibus ſcripsum eſt, quia multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt, & uenerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. ¶ Sede. Ad dexteram patris poſita, & hoc factum fuiſſe in die Aſcenſionis recolimus. ¶ Surſum. Vbi caput noſtrum eſt. ¶ Deorſum. In corpore, quod eſt Eccleſia. ¶ Mala membra. Peſſimi Chriſtiani, & potiſ

Iob. 10.

1. Petr. 2.

Hæc virtus facit hæc, vt fortia pectora ſæuos
Nil metuant Reges: nil mala: oilq; necem.
Dum tameo in nobis hæc virtus perficiatur:
Dum tamen hoc proprium robur os accipiat:
Hoc informe meum, imperfectumq; videre,
Haud dedignantur lumina clara tua.
Lactentes creſcaot; imperfectiq; laboreot.
Inq; dies ſtudeant proficere io melius.
Omnes ſcribentur, maiores, atq; minores.
In libro vitæ; quem tua dextra tenet.
Ecce dies formabuntur, ſed nullus in illis
Eſſe dies ſemper conſpicuus poterit.
Ecce dies formabuntur, minuetur in illis
Nullus eis; etenim ſtat ſua cuiq; dies.
Ecce dies formabis eos, nemoq; manebit,
Errabunt; magnum deſtituentq; diem.
Cum tameo inuenti fuerint errore fugato
Reſtituetur eis fœdus amicitiæ.
Quàm mihi fœlices, nimioq; videntur amici
Hi fulgere tui prorſus honore Deus:

Apoca. 5

B

Robore quàm firmo per te ducatus eorum,
Atq; magiſtratus ſtat ſioe labe datus.
Quàm multas acies poſt ſe, populosq; feroces
Iſti Ductores ad tua caſtra trahent?
Dioumerabo quidē cunctos: numerumq; notabo;
Sunt electorum millia multa nimis.
Namq; ſuper ſtellas cœli, ſuper æquoris actam
Multiplicabuntur nomina lecta virum.
Aſt ego, quem paoidi proceres plãxere peremptū:
Mox exurrexi te mihi dante manum.
Surrexi viuens, & adhuc pater optime tecum
Sum ſuperæthærea ſede locatus ibi:
Dumq; moror ſurſū, patior mala multa deorſum:
Diripiunt corpus nam mala membra meum.

C

Marc. 16

Si peccatores Deus hos occideris, aura
Dum prohibes animos vescier ipse tua.
Incassum accipient hæc conciliabula vana:
Quæ leuibus uerbis pulsa sequuntur eos.
Nam quia dixisti, procul ò procul este profani,
Cedite sanguinei, cedite ab arce viri.
Hinc leuis est illis occasio sumpta malignis.
Vt lacerent populum perdita turba tuum.
Hinc prope contextam conantur scindere vestem;
Qui tamen hostiles abstinuere canes.
Vipereo morsu nam vera & ficta canentes
In vulgus spargunt crimina dira ducum.
Cedite dicentes, sceleratos linquite patres.
Nos amplectimini, qui pia turba sumus.
Ah nimis immemores, paleis separãda priusquam
Tritura adueniat farra nec esse tua.
Sufficit intereà separari moribus illis;
Corpore coniunctos, mente sed esse procul.
Mi Deus omniscíens, iustus, vindexq; malorum,
Nonne etiam praui displicuere mihi?
Nonne malos odi? mores detestor eorum
Oderunt qui te, dogmata quiq; tua?
Prosequor ast odio perfecto, & mente benigna;
Sunt odia ista quidem, sed preciosa mihi.

D simum hæretici. ¶Hos. Insanos hæreticos. ¶Prohibes. Quia non decet sanctum dare canibus neq; Margaritas ante porcos iactare. ¶ Accipient hæc. Audient quidem aut forsitan legent: sed frustra, quia in deterius proficient. ¶Conciliabula vana. Hæreticorum conuentus, vel potius Synagogæ Sathanæ. ¶ Leuibus verbis. Sicut & leues sunt eorum mentes. ¶Eos. Hæreticos. ¶Prophani. Irreligiosi malorum morum. ¶Ab arce. Sionea, hoc est ab Ecclesia quæ fortis est habitatio mea. ¶Leuis occasio. Friuola & modici momenti, existimarunt enim heretici debere bonos etiam cohabitatione à malis separari, quod minimè verùm est: sed uita & moribus est faciẽda hæc separatio, alioquin oportuerat nos ex hoc sæculo exire. ¶Lacerent. Per diuersas hæresas, & sectas. ¶Vestem. Nuptialem, scilicet quæ est charitas, alludit ad illud factum militum, qui crucifixerunt Dominũ.

Joan. 19. ¶Hostiles canes. Crucifixores Iudæi, & Gentiles. ¶Vipereo morsu. Lingua inuida. ¶Vera. Prælatorum crimina, quæ vt homines admittunt. ¶Ficta. Falsa. ¶Canentes. Diuulgantes vbiq; contra præceptum fraternæ correctionis, quæ debet occultè fieri. ¶Ducum. Tam spiritualium, quàm sæcularium rectorum. ¶ Dicentes. Vanis plebibus. ¶ Pia. Immò impiissima; qui volunt se potius, quàm Christum esse sequendum. ¶A paleis

E farra non esse seperanda ante tempus trituræ. Allusio ad parabolam zizaniorum, quam pete ex

Matt. 13. Euangelio, dicitur enim ibi zizania, idest malos, non esse è medio tritici, idest bonorum euellenda. vsq; ad messem, idest vsq; ad consumationem sæculi. ¶Omnisciens, Etiam secretarum cogitationum. ¶Mihi? Q. d. sic in eo quòd praui sunt, & quandiu in prauitate perseuerant. ¶Odi. Perfecto odio, quò vitia, & non hominis natura habetur odio, hinc alibi dixit, iniquos odio habui: & legem tuam dilexi, & rursus perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mihi. ¶ Oderunt te. Vix hoc credibile est, vt quispiam tam peruersus inueniatur, ut etiam Deum possit odisse, & tamen aliquando euenit, vt eum quem iudicem scelerum nouerit, infensissimo prosequatur odio, similitus in hoc Lucifero. ¶Rudes. Indocti heretici, & si videantur inter plebes, quas loquacitatẽ seducunt, esse periti. ¶Diu. Exemplo Domini,

1. Cor. 8. qui dissimulat peccata hominum, propter pœnitentiam. ¶Elati, Superbi, & propterea iniusti, ¶Tumidi. Humana scientia, quæ inflat, charitas autem ædificat (vt ait Apostolus.) ¶Ex æquo. E directo contrarij. ¶Statuere. Obfirmauere. ¶Vias nostras. Quibus operando ambulamus. ¶Semita. Qua & difficilia nititur adimplere. ¶Ita & pateat. Idest sit talis ut libenter tibi esse manifestũ gaudeamus; nec quæramus, vt antiqui parentes latebras, vel arboris frondes, quibus obtegamur. ¶ Inspector. Idest approbator, iuxta illud beatæ semper Virg. Mariæ, quia respexit Deus humilitatem ancillæ suæ. ¶Num, sit iniqua uia? Scriptum quippè est.

Prou. 14 Delicta quis intelligit? & alibi. Est via, quæ videtur homini bona: & nouissima eius ducũt ad mortem. ¶Omnia. Idest affectus, desideria, cogitationes, sermones & opera: ¶Gressus. Affectus, qui

F sunt animæ passus quibus vadit huc, & illuc: nunc sursum, & mox deorsum rapitur. ¶ Dux. Quàm fœlix, qui ducem Deum semper sequitur, nec aspi-

Gen. 19. cit retrò, vt uxor Loth. ¶Iter medium. Nam hinc

Eccle. 7. inde vitium est, virtus autem semper in medio, exẽpli gratia noli esse nimis iustus, quia & aliquando iustus in iustitia sua perit, efficitur enim crudelis, quod uitium bestiale est, & iterum, veh illi, qui fa-

Eccle. 8. cit opus Dei negligenter, est enim nimis misericors atq; remissus, quod uitium socordiæ est, iccircò quippe mala multiplicantur super terra, quia non cito profertur contra malos sententia. ¶Hinc. Laqueos socordiæ, si fuerit remissus. ¶Illinc. Præcipites scopulos, furoris & crudelitatis. ¶Vt læuam. Remissionem, ¶Dextram. Sæuitiã. ¶Aeterna via. Iustitiæ, quæ media est inter vtramq;. ¶Deductor. Deus cui honor & gloria.

Non nouere rudes vitia insectanda, ferendos
Esse homines fragili conditione diu.
Hi tamen elati, tumidi, & nimis insipientes.
Hostes ex æquo se statuere mihi.
Me Deus ipse proba: tu tenta: occultaq; cordis
Tu scrutare mei; num tibi vera loquar?
Tu cognosce vias nostras: tibi semita nostra
Vt semper patuit: semper ita & pateat.
Tu Deus inspector nostrarum sancte viarum,
In me cerne precor, num sit iniqua via?
Omnia perlustrans, ꝙ si deprenderis vllam:
Declina hinc gressus: tu rege duxq; pedes.
Regia seruat iter medium via: vltat vtrinq;
Hinc laqueos, illinc præcipites scopulos.
Vt læuam, dextramq; procul fugiamus, adesto.
Fac nos æterna ductor adire via.

PRINCIPIVM & finis rerum, &c. Ecclesia inter malos posita, quia Deus non vult eam nunc separari, ut in fine præcedentis psalmi visum est, & tamen quotidie ab illis varijs modis vexatur: orat Dominum, ut saltem se se eripiat ab eorum consortio; vel à peruersis eorum moribus: ne conuersando cum illis similis efficiatur, inuocat ergo Dominus sub nomine principij, & finis, quia principium seruitutis nostræ est sustinere tentationes,

tiones, iuxta illud sapientis. Fili accedens ad seruitutem Dei. præpara animam tuam tentationibus. Finis autem requies æterna post habitam victoriam. item iure merito Deus vocatur principium, & finis, quia ab eo sunt oĩa, A
& ad eum tendunt, dicit igitur. ¶ Principium & finis. Et patet sensus. ¶ Simul. Dictum hoc est Salomonis, qui Eccle. 2.
refert omnia à Deo simul, & semel facta esse, & vt alij putant informia, & simul confusa: sed post modum distin Eccl. 18.
cta, & locis opportunis disposita, eo ordine quem refert Moyses in principio Genesis. ¶ Tu desiderium Hyperbaton hic est, sic ordina literam, Tu nosti desiderium redeundi ad te, scilicet quod in me est. vt idest quantum flagret, dico tu nosti, qui mihi ades propositus finis. ¶ Ecce. Obiectionis tacitæ solutio, si desideras adeò flagranter ad me redire, quare ego confestim non compares? quare tam diu moraris? responde, Ecce sed hostis atrox hic est Dæmon. ¶ Armis. Per suos ministros qui sæpè persequuntur nos etiam armis usq; ad mortem, sicut temporibus sanctorum martyrum, arma etiam illius sunt iræ Doli, & mille nocendi artes. ¶ Syluis. More latronis, porrò hic syluæ significant varia hominum negotia, in quibus omnibus ponit aliquas tendiculas peccatorum, præualeat, uiolenter trahendo uel alliciendo ad peccatum. metu mortis opposito, vel ostensa noxia uoluptate. ¶ Vir. Quia & uiros fortes, iustos, ac sapientes aliquando uincit propter eorum segniciem. ¶ Homo. Quia primum hominem deuicit. Gen. 3.
¶ Tegat. Duobus iis modis tentationes eius omnes procedunt, vnde. Leo dicitur, & Draco, ut Leo, aperte pugnat, ut Draco, latenter insidiatur. ¶ Volutant. Subaudi dæmones, & qui sunt ex partibus eorum impij homines. ¶ In facies. Non solum humanas: sed & in Angelum lucis se se trans- B
formant sathan (vt ait Apostolus) quia & in faciem 2. Cor. 11
Christi quasi venientis ad iudicium apparuit beato Martino. ¶ Serpentes. Sub hac figura primos parentes nostros adortus est, & decepit eos blandiciis suis. ¶ Aspidis in morem. De quo dicitur in Gen. 3.
alio psalmo, quia obturat aures suas, &c. ¶ Virus lethale. Pestiferum odij, vel inuidiæ uenenum. ¶ Sub labiis. Dulcedine verborum paliando ne comprehendatur. ¶ Prospiciens. Videns ac prouidens. ¶ Nulla latere. Nos verò multa latent. ¶ Et u. Quia ego non possum meipsum custodire à tam vafris inimicis. ¶ Adunca manus. Auro plena vt per auaritiã me decipiat, sicut olim Balaã. Num. 12
¶ Coeunt. Conueniunt, vt in domum Principis Sacerdotum quando tractabatur de nece D.N.I.Ch. Matt. 26.
¶ Progrediamur. Ambulando de virtute in virtutem, quia non progredi in via Dei regredi est. ¶ Cœptum iter. Obseruationis mandatorum Dei. ¶ Titubent. Vacillent dubij, in incertum vagentur mente inconstantes. ¶ Per lubrica. Dubietatis humanæ, potero resistere, nõ potero quinimmo potui, & potero. ¶ Labantur. Inconsiderate in aliquod peccatum, per malam delectationem. ¶ Poplitibus flexis. Præ grauitate ponderis incumbentis. ¶ Cadant. Non solum in peccatum per oris confessionem: sed & per operis commissionem. C
¶ Vltrò. Inconsiderate. ¶ Glaciale solum. Hoc sæpe faciunt pueri, & suæ leuitatis dant pœnas cadendo. ¶ Seria. Quæ videntur esse alicuius momenti: sed per admixtionem iocorum interdum redduntur noxia, quia nos trahunt ad scurrilitatem: deinde ad alia mala, corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. ¶ Absterrent. Metu asperitatis ieiuniorum, vigiliarum, cæterorumq; laborum, qui sunt necessarij 1. Cor. 15
ambulantibus in uia Domini, incutiunt & metum offensionis alicuius, vnde damna & pericula nobis euenire possint. ¶ Sponte redire. Hoc maxime fit quando timemus non posse in bono perseuerare. ¶ Dextra. Per prospera huius sæculi, ut per illa deliniamur in delitiis, & trahamur ad noxias uoluptates. ¶ Leuaq;. Per aduersa, vt his fracti maledicamus, & blasfememus Deum & sanctos: ac per impatientiam desperemus, & nobis ipsis manus iniiciamus. ¶ Tricas. Inuolucra, à quibus absq; peccato non possimus euolui. ¶ Funiculos triplices. Qui cum difficultate infringuntur, ut ait sapiens ad aliud tamen Eccle. 4.

ODE EX PSALMO CXXXIX.

Eripe me.

PRincipium, & finis rerum, quo principe cũcta
Condita ab initio promicuere simul,
Quemq; suum finem suspirant omnia carum,
Vt redeant ad eum, qui dedit esse sibi.
Nobile principium, præstans, & amabile nobis.
Dulcis, & optatus finis adesto precor.
Tu, desiderium redeundi flagret vt in me,
Nosti: propositus qui mihi finis ades.
Ecce sed hostis atrox sumptis iter obsidet armis:
Aut latet in syluis, insidiasq; parat.
Eripe me fortis protector ab hoste maligno,
Non mihi præualeat vir, nec iniquus homo.
Siue palàm raptis vt vir se opponat in armis,
Siue inimicitias callidus arte tegat.
Ah quantas fraudes iniusto corde volutant:
Quottidie pugnas constituere mihi.
Quas non in facies? quæ non mutantur in ora?
Sæpius vt tentent bella ciere noua.
Interdum veluti serpentes limite torto
Contactu leni prosiliere cauis,
Aspidis in morem virus læthale tegentes
Sub labijs, linguas exacuere suas.
Omnia prospiciens quem possunt nulla latere,
Tu me custodi peruigil alte Deus,
Tu me custodi; ne peccatoris adunca
Astu interceptum me, manus arripiat.
Complicibus turmis etiam nos eripe quæso,
Nam coëunt in nos omnis iniqua manus.
Supplantare dolis nostros in pectore versant
Gressus: ne cæptum progrediamur iter.
Vt titubent primum tentant per lubrica gressus,
Labantur, flexis poplitibusq; cadant.
Euenit interdum veluti currentibus vltrò
Littus arenosum, vel glaciale solum.
Interdumq; illi suadent discedere recta,
Per quæ prætendunt seria picta iocis.

Absterrent etiam quandoq; vt sistere cogant,
Aut retrò pauidos sponte redire pedes.
Struxerunt laqueos dextra, leuaq; superbi,
Vt declinantes vel leuiter, capiant.

In laquei morem ſcelerum extendere ſuorum
  Multiplices tricas, vt ſequeremur eos.
Funiculos triplices, foueas,& ſcandala multa,
  Iuxta iter, & laqueos appoſuere mihi.
Dixi igitur Domino, qui nutu territat orbem:
  Tu Dominus meus es, tu Deus esq; meus.
Tu pater alme precum vocem exaudire mearum,
  Ne tardes: inſtant quanta pericla vides.
Omnia namq; tua celſa licet arduus arce
  Cunctorum ut Dominus lumine reſpicias.
Vtq; opus eſt cunctis,quæ magnum temperat orbē
  Prudenter quamuis dextera proſpiciat.
Tu tamen aſpectu propiori reſpicis illos,
  Qui te ſuſpiciunt, mente coluntq; pia:
Quiq; tuum, & ſolum deuoti numen adorant:
  Præcipuè iis Dominus, proximus esq; Deus.
Tu Deus, & Dominus noſter: noſtræq; ſalutis
  Maxima tu uirtus, maximus ardor ades.
Nam cum præteriti ingrueret lux horrida belli,
  Texiſti clypeo tu velut vmbra caput.
Ecce dies iterum pugnæ: noua prælia feruent:
  Sit tua nos recreans, ſit ſuper vmbra caput.
Per deſiderium prauæq; cupidinis æſtum,
  Ne peccatori tradar adeſto Deus.
Pectoris ardentem nubes tua temperet æſtum:
  Gratiaq; irrorans me velut vmbra tegat,
In me pellaces tacito ſub corde volutant,
  Quæ deſiderio grata ſit æſca meo;
Ac veluti poſitam laquei ponuntur ad eſcam
  In miſeras volucres aucupis arte vafri.
Conditus ac veluti prætenditur hamus in eſca
  Piſcibus incautis vt capiantur ea:
Sic mihi quam tendunt hamatilis eſca paratur;
  Mentis ut hanc auidæ dira cupido petat.
At deſiderij Deus o tam noxius ardor
  Per te extinguatur: ne capiamur eo.

D men propoſitum. Sunt autem ij, delectatio, con-
ſenſus.& opus nefarium.quòd ſi addatur quartus:
quæ eſt inueterata conſuetudo, uix erit ut inde
quiſquam excutiatur, niſi Dei ſuperabundante
maiori gratia. ¶Iuxta iter. Neq; enim in ipſo iti-
nere recto poſſunt laqueos tendere, quia ſui iuris
non eſt. ¶Orbem. Totum, quare non & dæmo-
nem? ¶Dominus meus. Cuia intereſt ſeruum
defendere. ¶Deus. Ad quem pertinet creaturam
ſuam, & potiſſimum rationalem hominem cōſer
uare,vt pote ad imaginem,& ſimilitudinem ſuam
factum. ¶Reſpicis. Miſereris, approbas, & pro-
uides ea quæ illis neceſſaria ſunt ad ſalutem. ¶Su-
ſpiciunt. Tamquàm ad patrem & ſuum prouiſo-
rem. ¶Solum numen. Nec claudicant in duas
partes, vt quærebatur Helias de populo Iſraeli, a
3.Reg.18 quo etiam Baal cum Deo colebatur: ſed quę com
municatio. Chriſti ad Belial? lucis ad tenebras?
¶Auctor ades. Qui filium in mortē pro noſtra re
demptione tradidiſti. ¶Belli pręteriti. Quo ad per-
ſonam Dauid, uix poſſumus ſcire de quo bello lo
quatur, nam multa bella confecit, & in omnibus
fuit à Deo protectus, nec vulneratum vmquàm
fuiſſe legimus, poſſum coniecturam facere ſuper
illo bello, quo Ieſbidenob gigas niſus eſt eum per
cutere; ſed Dominus Deus fecit illum interfici ab
2.Reg.21 Abiſai fratre Ioab, allegoricæ verò poteſt intelligi
E de bello illato Eccleſiæ, quæ corpus Chriſti eſt à
martyrum perſecutoribus. ¶Iterum pugnæ. Ad-
uerſus hæreticos. ¶Nos recreans. Ab æſtu cali-
ditatis, & cauillationis eorum, ſunt enim ſimiles
hydræ lerneæ, de qua fabulantur poetæ ſeculares,
quia cæſo vno capite plura oriebantur; quæ fabu
la etiam à ſæcularibus exponitur de cauillatore
ſophiſtico. ¶Deſiderium. Noſtrum malum ap-
petitus cuiuſpiam explendi, in quo peccandi peri-
culum immineat, quę res mihi ipſi millies euenit,
nec adhuc caſtigatus illos coerceo vt deberem.
¶Ardentem æſtum. Explendi deſiderij, quod & ſi
videatur honeſtum & culpa carere, veruntamen
ſæpiſſimè nos in aliquod inde peccatum inuolui-
mur, & vt dicam, quæ expertus ſentio, nihil mihi
magis nocuit, quàm deſiderium iſtud explendæ
voluntatis: nam per illud ſæpè traditus ſum pecca
tori diabolo, & permiſſus cadere in peccatum. ca-
ueant ergo lectores, & rogent Dominum pro ex-
tinctione cupiditatis huius malæ, & ſi res cupita
videatur non eſſe in ſe mala. ¶Pellaces. Dæmones more pellicum. ideſt meretricum quærentes animas ſecum at-
trahere ad fornicandum pro quodlibet peccatum. ¶Hamatilis eſca. Quæ ſuper unco hamo ponitur à piſcato-
ribus, vt aliquando uermiculus. ¶Paratur. Alicui ex ſenſibus fruenda oſtenditur, ut aſpectui concupiſcibilis for
ma, guſtui, deſiderabilis cibus, furi res facilis captu, auaro pecuniæ potiundæ ſpes, inuido & iracundo ulciſcendi
facultas, cum ſimilibus. ¶Eo. Occaſione eius deſiderij. ¶Ne ſpernas. Quaſi te ſpernentem, cum potius deſide-
ria noſtra, quàm ea, quæ nouimus beneplacita tibi explere ſatagimus. ¶Relinquas. Quaſi contumacem. ¶Illu
F dant. Dæmones & alij inimici noſtri. ¶Malus amor. Feruor ille exæſtuans explendi cuiuſuis deſiderij, indifferen
tis rei, ut ruſticandi per aliquot dies, viſendæ vrbis
quam numquam videris, ſpaciandi extra ſepta, re
creationis gratia, & pomerij vel hortuli conſeren-
di, cum ſimilibus talibus enim ſæpiſſimè abſtra-
himur ab operibus ſummè neceſſarijs, & valde pla
citis Deo, qui ad noſtram correctionem quando-
que permittit nos talibus inhęrentes à laqueis pec
cati inuolui, ne deinceps ita petulantes ſimus, &
gyrouagi. ¶Illorum. Aduerſantium mihi, eſt enim
hic ſenſus, me vmbra tua protegat: ſed capita ad-
uerſariorū circundet ſuperbia caput oīum errorū.
¶Criſta. Per ſuperbia ponitur ſignum eius. ¶Men
tis & elatæ. Expoſitio eſt ſub obſcuræ ſuperioris ſen
tentiæ. ¶Caput circuitus ipſorum. Quidem ſu-
perbia de qua dictum eſt. ¶Labor & labiorum.
Mendacium hoc eſt perniciosum, quod cum labo

Me precor alme parens ne ſpernas, néue relinquas,
  Quàmuis hoc ereat dira cupido mea.
Ne forte illudant, & ſe ſuper æthera tollant,
  Et ſubſannantes (vicimus euge) canant.
Sis igitur præſens: & amabilis vmbra tuorum
  Me tegat alarum: ne malus urat amor.
Ambiat illorum caput alta in caſſide criſta:
  Mentis & elatæ faſtus obumbret eos.
Circuitus caput ipſorum: labor & labiorum
  Improbus & fallax vndiq; cingat eos.
Ardentumq; cadet ſuper illos ignea flamma,
  Carbonum: arentes quæ voret intus eos.

Tartareumq; deinc rapti mittentur in ignem:
Sistere ab ærumnis nec miseri poterunt.
Et quia præcipites, nimiumq; fuere loquaces,
In terra à Domino non meruere regi:
Vir siquidem Blatero: ventosus, & ore bilinguis,
In terra haud regitur, nec rogat ipse regi.
Iniustumq; virum capient mala dira: trahentq;
Prorsus ad interitum, quem minimè timuit.

re dicitur, eo quòd indigeat colorata veste tegi,vt A
credatur, veritas enim facillimè dicitur,quia à se-
ipsa fulget, nec ullo indiget fuco. ¶ Ignea flam-
ma. Concupiscentiarum malarum iræ, inuidiæ,
auaritiæ ambitionis, perditæ luxuriæ & gulę sem
per exestuantis cum similibus. ¶Carbonum. Ma
lorum, quæ exempla sunt aliorum similiter exe-
stuantium & complentiū noxias cupiditates suas,
vt si quis exemplo Dauid alienam concupiscat u- 2.Re. 11.
xorem etiam cum morte mariti, vel exemplo Ab- 2.Re. 15.
salonis regnum ante tempus ambiat paternum,
sunt & boni carbones, de quibus visum est ingra-
dibus super illo uerbo, cum carbonibus desolatorijs. ¶Blatero. Linguosus, & inanium uerborum fluidus. ¶Ven-
tosus. Iactabundus & mendax. ¶Nec rogat. Quia superbus est, & satis esse sibi sapiens uidetur, nec alieno indi-
gere regimine etiam diuino. ¶Minimè timuit. Vt debuit cum iniustè uiueret, & proximos opprimeret. ¶Co
gnoui. Ex studio diuinæ scripturæ. ¶Egeno. Per egeno iudicium contra oppressorem eius & si potentem, scri-
ptum quippe est, quia reddet unicuiq; Dominus secundum opera sua,& quia potentes potenter tormenta sustine Prou. 24
bunt, nec esse apud Dominum acceptionem personarum. ¶Hinc. Ex æterna damnatione malorum. ¶Tumida Sap.6.
mente. Quinimmò perfectè humiles tunc erunt. Rom. 2.

Namq; ego cognoui, quòd erit facturus egeno
Iudicium: oppressi & pauperis vltor erit.
Non tamen hinc iusti tumida sibi mente fauebunt
Ascribentue suis talia promeritis.
Sed tibi summè parens Deus, & iustissime iudex
Cuncta fatebuntur retribuenda fore.
Tunc exultabunt recti cœlestibus illis
Sedibus admissi, spirituumq; choris.
Intuituq; tui vultus, facieq; serena,
Delectabuntur luminibusq; tuis.

¶Ascribent. Sed potius gratiæ diuinæ, quæ secum
dignata fuerit misericorditer agere, aduersarijs iu
stè damnatis: nam si omniū uellet Dominus Deus
iniquitates attendere,& nullius misereri, paucissi-
morum salus esset hominum, unde & alibi dixit
hic idem uates, si iniquitates obseruaueris Domi-
ne, Domine quis sustinebit? q. d. rarus uel prope
nullus. ¶Retribuenda. Per attribuenda, ascriben
da & assignanda, præpositio est pro præpositione. B
¶Tunc. Cum reprobis ęterna fuerit irrogata pœ-
na, per sententiam iudicis, qui dicturus est, ite ma
ledicti in ignem æternum; qui pa. est Diab. & ang. Matt.25.
eius. ¶Recti. Quibus est dicturus iudex. uenite be Ibidem.
ned. patr. mei, pos. reg. quod par. est uob. à consti.
mundi. ¶ Sedibus. Lapsu malorum Angelorum euacuatis. ¶ Choris. O quanta felicitas Angelorum choris
immisceri terrenos homines? sed maior ea, quæ sequitur, uidere Deum bene ergo dictum est, beati mundo corde:
quoniam Deum uidebunt. ¶Luminibusq; tuis. Claritate sanctorum omnium, Cuius nos participes efficiat Deus,
cui omnis gloria, & honos, & decus in sæcula sæculorum.

ANXIVS ex multis ardenti pectore curis, cum simus omnes nimis proni in iudicandis aliorum peccatis:
Nihil magis timendum est, quàm illa Apostoli sententia, tu qui iudicas eos qui talia faciunt,& ipse facis Rom. 2.
ea existimas, quia euades iudicium Dei? qui alios doces, quare te ipsum non doces? permittit autē nos
interdum Deus diris urgeri tentationibus, ut ex nostris infirmitatibus discamus calamitatibus proximorum mi-
sereri, etiam si quandoq; grauiter prolapsi fuerint, uates itaq; tamquàm unus ex istis, multis tentationibus pressus,
& curis uariis afflictus, & circumuallatus ærumnis metu ruinæ in peccatum, qua nulla grauior potest euenire ui
ro Dei assueto donis, & gratiis spiritalibus clamat ad Dominum, pro liberatione sua, per hoc monens nos: ut in
simili periculo positi similiter clamemus dicentes. ¶Anxius, &c. ¶Interioris uocis. Iccircò subiunctum est, quia
si cor non orat, in uanum lingua laborat: Non clamor, sed amor clamat in aure Dei. ¶Semel Requiritur enim
perseuerantia iuxta parabolam Euangelicā illius, Luc. 11.
qui media nocte perrexit ad amicum petens tres
panes: nam & si non impetrauerit propter amici-
tiam; propter instantem tamen illius perseueran-
tiam surrexit,& dedit quot quot habebat necessa-
rios. ¶Aere graui alieno, scilicet. Idest pœnis ex
peccatis debitis. ¶ Incensi. Sic & in Apoc. beati Ap.5.&8
Ioann. & ascendit fumus aromatum in conspectu
Dei, quæ sunt orationes sanctorum. ¶ Thymia- C
ma. Quædam odoramentorum compositio de- Exod. 30
scripta in ueteri testamento qua vtebantur anti-
qui Sacerdotes in templo ad altare incensi exple-
tis omnibus aliis sacrificiis. ¶ Sacri vespertini.
Agni immaculati qui facto uespere quotidie tunc
immolabatur in figura Christi de quò Io. Baptis Ioann.1.
ecce inquit agnus Dei. Ecce, qui tollit peccata
mundi, qui ad vesperam sæculi fuit immolatus in
Cruce pro nostra, omniumq; salute. ¶Anniculus Exod.12.
&c. Tres hic enumerantur conditiones Agni Pa-
schalis anniculus, idest tenerrimus quales lacten-
tes adhuc esse solent. ¶ Sine menda. Qua turpis
fętidus aut macilentus reddi posset. ¶Masculus.
Vnde spes gregis augendi possit haberi, porrò hic
agnus futurus erat Christus ut delictum est anni-
culus

ODE EX PSALMO CXL.
Domine clamaui.

ANxius ex multis ardenti pectore curis,
Ad te clamaui cum gemitu, & lachrimis,
O Domine omnipotens Deus interioris amator
Vocis: ad hanc clemens, & miserator ades.
Nunc olim quocumq; dabo tibi tempore uoces,
Tu genitor precibus mitis adesto meis.
Nec satis est clamasse semel: clamare necesse est,
Heu miseris quoties angimur ære graui.
Tuq; pius toties nostris intende precamur
Vocibus ex imo cordis ad alta datis.
Scandat in excelsum feruens oratio nostra
Thuris ut incensi fumeus igne vapor.
Et superæthereas odor hic spargatur in auras
Ante tuam faciem ceu Thymiama nouum.

Te coram mannum prætensio celsa mearum
  Sit vespertini victima grata sacri.
Agnus vt anniculus sine menda masculus ille
  Qui tibi mactatur nespere more patrum.
Sic mea contriti flagrans oratio cordis,
  Expansæq; manus hæ tibi complaceant.
Peruigil os nostrum custodia seruet ab alto:
  Cordis & exploret nuncia verba citi.
Hostia mobilibus nostris præfige labellis:
  Vt serues linguam, præcipitesq; sonos.
Hostia circunstent occlusa: nec exitus omni
  Currenti verbo de facili pateant.
Nã nec habent varias tot nostra Elementa figuras:
  Vt volucris linguæ crimina cuncta nocent.
Cordis at obstrusi stagnantis more paludis.
  Nequitias omnes quis numerare queatur?
Atq; vbi deprænsæ fuerint, super additur illis:
  Non minimum crimen sicut arena graue.
Vafer in auctorem causando reijcere culpam
  Frustra conatur, quam nequit abluere.

D gulus ob simplicitatem, ut potè in cuius ore non est inuentus dolus neq; mendacium & tenerrimus interna pinguedine charitatis: qua nulla maior inueniri potest, vt non solum pro amicis moreretur: sed & pro inimicis adhuc existentibus pateretur. ¶ Vespere. Paschali primum. deinc usus obtinuit ex lege, vt mane ac vespere cuiusq; diei agnus omnia expleret sacrificia mactatus. per hoc etiam innuebatur, quia Christus sicut futurus erat finis legis, ita & sacrificiorum omnium ex lege introductorum. ¶ Contriti cordis. De quo & alibi, sacrifi. Deo spiritus contrib. cor contritum, & hum. Deus non des. ¶ Os nostrum. Ne declinet in verba malitiæ. ¶ Cordis citi. Per uarias cogitationes celerrime volitantis. ¶ Hostia. Quæ verbis bonis aperiantur; & malis occludantur, & hæc est causa quare dentium sæpes & labiorum hostia linguæ nimis lubricæ sunt apposita, & aures patulas esse
Iac. 1. voluit Deus vt esset homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. ¶ Præcipites. In iram maxime ac horrendi clamores. ¶ Elementa figuras. Idest tot litteræ non sunt in alphabeto, sine abecedario, quot sunt peccata linguæ. ¶ Cordis & obstrusi. Quod nulli nisi Deo patere potest, vnde vt ait Dominus omnia mala oriuntur. ¶ Nequitias omnes. Cogitatio-
Matt. 15. nes peruersas. ¶ Deprensæ. Scilicet nequitiæ no-
E stræ, tunc demum reijcimus à nobis culpam causando auctorẽ Deum; vel Diabolum, aut quidnis aliud ad excusandas excusationes in peccatis, ut in psalmo dicitur quæ res clarissimè exponitur in carmine. ¶ Non minimum crimen. Liptote est idest grauissimum, quod vana vocatur excusatio peccatorum. ¶ Futilis. Nullius momenti, quæ nihil prodest: sed multum obest, & à mentis leuitate procedit. ¶ Ac veluti. Pulchra comparatio. ¶ Electis. Reproborum, hoc est iniquissimi, hi sunt qui cum sint sceleratissimi volunt tamen iusti uideri, & ob id cæteros despiciunt se solos iustificantes: nam sicuti Deus habet suos electos: sic & diabolus habet electos suos, tales electos habebant Manichæi, quos sæpè nominat diuus Augustinus in operibus, scriptis contra errores Manichææ heresis. ¶ Simul exc. perfic. Idest excusando complent: nam ante erat locus veniæ simplici confessione, completa verò malitia non sinit esse locum indulgentiæ. ¶ Si Deus hoc voluit. Enumerantur hoc loco per ecbasim poeticã multæ vanæ excusationes peccatorum, quibus variè affecti homines utuntur, & prima est eorum qui
1. Ti. c. 2. reijciunt causam in ipsum Deum, qui tamen neminem uellet perire: sed omnes ad agnitionem venire. ¶ Vetuisset. Immò vetuit præceptis legis suæ. Non mechaberis: non occides, &c. ¶ Voluit. Falsum est, permisit, vt perniciosa voluntas, quæ intus in peruerso corde latebat in lucem per opus nefarium prodiret, de quo tamen malo tuo per
Pro. 19. suam sapientiam aliquod bonum eliciet: sed non tibi, verum alijs: nam iustus lauabit manus suas in sanguine peccatoris, & castigato pestilentẽ, iustus cautior erit. ¶ Præscitus. Non tamen coactus ma
F le facere, nec enim esset peccatum, nisi voluntarium nam diuersa sunt præscire, & in ruinam impellere. ¶ Prædestinatus. Stat simul prædestinatio, & libera hominis voluntas, nec se se mutuò impediunt, de qua re vide Apostolum, & doctores ma
Rom. 8. ximè super illis verbis, quos præsciuit & prædestinauit fieri cõformes imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. ¶ Fata. Stellarum influxus. ¶ Si fortuna potens. Sed nulla est fortuna, quæ casus humanos regat. Solus quippe Deus, qui hominem fecit, est rector eius. ¶ Casus & incertus. Vt quibusdam phylosophis olim videbatur, eum de aliquo cõtingenti nesciebant reddere rationem, nos autem dicimus omnia Deo sic disponente contingere, sine quo neque
Matt. 10. passer in terram, aut folium arboris cadit, ut habemus in Euangelio. ¶ Trahor. Non inuitus sed à propria con-
Iaco. 1. cupiscentia abstractus, & illectus, vt scribit Iacobus. ¶ Syderis influxu. Exemplum est eorum, quæ suprà de fato dicta sunt, & iis responde, quia sapiens dominabitur astris. ¶ Si uenus incestum. Corruptarum futilis mulicrcularum hæc est excusatio, neq; enim peccato si nolint consentire coguntur, exemplo

Tu nè permittas sapiens Deus intima cordis
  Declinare mei, talia verba loqui.
Vt leuis admissam tegat excusatio culpam:
  Futilis illa quidem: sed grauat eius onus.
Ac veluti, saxum si quis super addat asello,
  Vt leuior fiat sarcina, qua premitur.
Misceat haud istis, qui operantur iniqua, præhensa
  A se se culpas, reijciuntq; procul.
Millibus electis nec combinabor eorum,
  Qui simul excusant, perficiuntq; scelus.
Si Deus hoc fieri nollet, uetuisset, id aiunt,
  Si Deus hoc voluit; quæ modò culpa mea?
Si præscitus eram, prædestinatus & vsq;
  Initio mundi, quid potui facere?
Fata trahunt omnes, causando remurmurat alter:
  Me quoq;? quid mirum? si mea fata trahunt?
Si fortuna potens subito rotat omnia gyro?
  Meq; vel inuitum protrahit in facinus.
Casus & incertus sursum simul, atq; deorsum
  Omnia si voluit, perculit atq; ruit?

Præcipiti saltu scelerum per abrupta meorum.
  Si trahor infœlix: vt quid iniquus agor?

sint Agnes,

Syderis influxu si sum paricida coactus
　Pessimus, aut patriæ proditor vt fierem?
Si venus incestum, si mats mihi sanguine pleras,
　Esse manus voluit: quæ mea culpa fuit?
Si male suada fames furem: si turpis egestas
　Latronem fecit, qua cruce dignus eram?
Si fragilem putri tamquàm de puluere cretum
　Me trahit in venerem luxuriosa caro?
Vt cieam rixas natura filius iræ,
　Si moueat bilis, cur mihi vincla patant?
Nescius admissi: stolidum ignorantia crassa
　Si facit insontem: cur mihi pœna datur?
Si me decepit serpens: si me tentator adegit
　Callidus. irrugiens impulit vtq; leo?
Delitiæq; datæ coniunx hæc blandula suasit,
　Seu querulosa nimis, seu lachrimosa nimis.
Impulit aut, durus me, zelotipusúe maritus
　Altera causatur, seu violentus amor.

A

sint Agnes, & Lucia, atq; Agatha, qua neq; Aphrodissa venus, neq; vij. eius filiæ turpissimæ, spatio xxx. dierum instantissimæ pulsantes potuerunt pectus eius immobile ad libidinē emollire. ¶Fames. Laborandum fuerat ò fures, (vt docet Apostolus) si volebatis manducare: nam male meriti turpissima egestate iure merito affliguntur. ¶Si fragilē. Quid fragilior luto? in fornace tamen excoctum duratur in lapidem, sic & nos igne charitatis, & fornace angustiarum atq; laborum excocti durabimur in lapides viuos, ut aptemur in Domini ædificio: sed nostræ nos emolliunt delitiæ, & ocia longa fragiliores reddunt, hæc tamen excusatio, sicut & ignorantia culpam leuiorem faciunt, non tollunt. ¶Filius iræ. Qui malè intelligit, per veram, & excusatur nec enim Apostolus intelligi voluit. natura filius iræ, idest iracundiæ humanæ: sed iræ diuinæ, idest æternæ maledictionis prouenientis ex peccato primi parentis, alioquin non dixisset Dominus, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, verum tamen & hæc excusatio alleuiat culpā, vnde & Dominus constituerat ciuitates fugitiuorum homicidarum. ¶Ignorantia crassa. Hæc neminem excusat, ignorās enim ignorabitur, & propriè pertinet ad illum, qui noluit intelligere, vt benè ageret & de iis, qui sapientes sunt, ut faciant mala. benè autem facere nesciunt. ¶Serpens. Diabolus, si hæc profuit Euæ; proderit & nobis. ¶Vtq; leo. Nunc leonem vicit leo de tribu Iuda vicerunt, & Sancti marty. diuino freti auxilio vincendus est, & à nobis, si ad diuinum patrocinium confugerimus, hæc excusatio non Petrum Apostolum, nec Marcellinum pontificem defendit: sed neq; nos tutabitur, scriptum est enim, qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit eam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam. ¶Coniunx. Neq; hæc adiuuit Adam, neq; nos adiuuabit, quia regendæ sunt à viris vxores, non ab vxoribus viri. Item, qui amat patrem aut matrem, aut filios aut uxorem, fratres, aut sorores plusquā me non est me dignus. ¶Durus. Si durus est maritus, tanto mitior atq; humanior esse tu debueras, vt eius duritiem emollires, exemplo diuæ Monicæ quæ mansuetudine sua virum durissimum intantum placabilem sibi reddidit, vt genitis illi quatuor filiis deinceps celibem vitam vsq; ad mortem simul ducerent. ¶Zelotipusúe. Tantò minus peccare debueras, quantò ardentius amabaris, & diligentius obseruabaris. ¶Violentus amor. Nulli potest uiolentiam facere cupido: siue diabolus sit. siue propria concupiscentia, licentiam tentandi habent, non cogendi inuitos. ¶Herus præceps. Famulorum hæc est excusatio: sed Deo potius, quàm hominibus obediendum est, vt docuerunt Petrus, & Io. Apostolus. ¶In iram. Hæc dominorum causatio est, qui meminisse debuerunt, præpositum sibi esse Dominum in cœlis, & tales erga famulos & ancillas esse oportere qualem erga se Dominum suum esse voluerint. ¶Hoc genus. Mortalium hominum, qui vel in hoc maximè ostendunt, vnde genus duxerint. ¶Progenitoris Adæ. Qui primus, omnium in Deum sui criminis culpam excusando reiecit, mulier (inquit) quam dedisti mihi, dedit, & comedi q. d. si non dedisses illam mihi, non præuaricatus essem præceptum: nam nec ante id feci tua est ergo culpa Deus, qui sociam præuaricatricem mihi dedisti. ¶Voluntas. Propria, quæ vbi non adest, neq; peccatum admittitur. ¶Ascribat sibi. Exemplo Dauid, qui redargutus à Natan, dixit peccaui, quod & promiserat dicens. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. ¶Ferulæ. Idest disciplinæ. ¶Parasiti. Qui ventris amore solet adulari dicens, quidquid aiunt, aio negāt, nego. ¶Maligni. Qui requirit occulta hominū peccata cōmendando eruere, ut deinde materiam detrahendi habeat. & accusandi, quod est hominum genus pessimum. ¶Oleo pingui. Blanda adulatione, prouerbium est. ¶Hunc odi. Quia præceptum nobis est, vt diligamus inimicos nostros, & satagamus benemerendo & orando amicos facere exemplo Domini, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, &c. ¶Auersor. Nisi cum malesuadendo insidiatur, tunc enim cauendū est sicut à lupo veniente in vestitu ouili, quod & nos monuit Dominus. ¶Veniet tempus. Cum deposita malitia fuerit ad Christum cōuersus, quod in multis Iudæorum patuit Apostolicis temporibus. ¶Modò. Nunc, in præsentiarum. ¶Summissa. Humilis:

Eph. 4. Matth. 5. 1. Co. 14. Psal. 35. Ioan. 1x. B Act. 5. 1. Re. 12. C Matth. 5. Matth. 7. Eccle. 35

Iussit herus præceps: stolidus me traxit in iram
　Seruus ineptus, iners, discolus atq; puer.
Et quæ mille modis causando deniq; culpas
　Hoc genus excusat progenitoris Adæ.
Cum mala, peccandi verè sit causa voluntas,
　Quisq; sibi ascribat: deputet atq; sibi.
Sic ego, sic clemens Deus, & peccasse fatebor,
　Ascribamq; mihi: non tibi: non alij.
Corripiet quiuis me cum peccauero iustus:
　Emendare uolens, arguet vtq; pius.
Hunc me incusantem patiar; venerabor, amabo,
　Huius ego ferulæ subijciamq; manum.
At peccatoris, parasiti, siue maligni
　Non oleo pingui me fricet vncta manus.
Non tamen hunc odi: non hunc auersor ut hostem
　Perpetuum: non hunc persequor ense necis.
Nam veniet tempus, cum desinet esse malignus:
　Mollibus insidians, nec parasitus erit.
Tempus erit grauibus cum peccatoribus istis
　Deposito fastu, quo, modò colla tument.
Vt benè complaceat summissa oratio nostra.
　Dimitte, & dicant, debita nostra Deus.
Namq; petræ iuncti, quæ nostras sustinet ædes,
　Censores horum iudicis ore graues.

Protinus absorti velut imo gurgite naues
Nusquàm comparent, disperiere simul.
Namq; potentatus magni. & sapientia sæcli
Æquiperata Deo, fumus inanis erit.
Ac veluti quondam virtus elusa magorum.
A facie docti, magnanimiq; Ducis,
Cuius & horrendus serpens, quos fortè colubros
Illi ostentarant, sorpserat ante palàm.

D milis: nam oratio humiliantis se se nubes penetrat, ¶ Dicam. Ego qui inimicis peperci, & dilexi. ¶ Dicat. Quod habetur in oratione Dominicali dimitte, sicut & ego dimisi. ¶ Namq; petræ iuncti. Obscurus est hic sermo, quia videtur esse abruptus transitus: sed non est, quia est ratio superioris propositionis, quare ò vates non odisti malignos, qui te oderunt? responde quia spes est conuersionis illorum: sed vnde uut quomodo? quia iuncti petræ, qui Christus est, destiterunt esse maligni, & criminatores, immò omnis impietas ab illis aufugit. ¶ Quæ nostras sustinet ædes. Etenim
1. Pet. 2. vt monet Petrus Apostolus, adhærentes lapidi uiuo angulari, ac electo debemus in domos spirituales ædificari, de quibus hic dicitur, quòd à petra Christo sustentantur. ¶ Censores horum. Idest qui fuerant maiores inter eos malignos nostrorum morum castigatores. ¶ Ore. Aspectu horribiles. ¶ Absorpti. A gurgite aquarum Spiritussancti. ¶ Comparent. Ad persequendos nos uelut ante, uel ad insidiandum nobis. ¶ Disperiere. A pristina conuersatione mala, sicut scriptum est, uerte impium: & non erit. ¶ Potentatus. Et hoc cognouerunt ad Chri-
Prou. 12. stum conuersi. ¶ Magorum. Iamne, & mambræ. Egyptiorum, de quibus in Exodo. ibi uide hanc hystoriam.
Exod. 7. & 8. ¶ Ducis. Moysi. ¶ Serpens. Ex uirga Moysi factus, qui deuorauit serpentes ex virgis Magorum factos. ¶ Iuncta Deo. Per comparatione non humiliter se se illi subdendo & adhærendo, nam qui adhæret Deo, vnus spiritus efficitur cum illo. ¶ Casso. Pro nihilo habito, perdidit siquidem sapientiam sapientum
1. Cor. 1. Deus, & stultitiam predicationis Crucis exaltauit, (ut docet Apostolus.) ¶ Vera. Quia ueritas fuco non indiget. ¶ Præualuisse. Magnum certè hoc

Sic modò, sic olim, quocumq; & tempore quæuis
Iuncta Deo virtus soluitur in nihilum.
Accipient igitur casso sermone diserto
Hi mea verba: licet sint ea simplicia.
Sunt etenim mea vera magis, quàm florida verba.
Propterea cernent præualuisse suis.
Cum toties fuerint propter mea verba fideles
Ad mortem inuenti millia mille virûm.
Qui neq; blanditijs molles cessere disertis:
Sed neq; muneribus pollicitis auidi.
Nec toruis illos oculis potuere minaces
Absterrere noua relligione mea.
Sed neq; tormentis laceri, aut cruciatibus acti.
Sponte datam verbis deseruere fidem.
Sed neq; præcipites gladij, ancipitesúe secures,
Nec crucis horrendæ terruit hos facies.
Corpora strata quidem passim iacuere per agros:
Sparsa cruore quidem luxuriauit humus.
Ossaq; nostra quidem foueis discerpta profundis.
Sunt secus infernum parsq; relicta feris.
Sed veluti fit pinguis humus de villibus illis
Quisquilijs stabuli, fertilis atq; seges.

E fuit miraculum, ut simplicium piscatorum doctrina præualuerit græcanicæ sapientię, & fortitudini Romanorum & utriusq; gentis elaboratæ eloquentiæ, quia hæc Apostolorum uera, illorum autem falsa erat doctrina. ¶ Cum toties. Exemplum ponit, ex constantia maiorum illorum: ex gentilibus phylosophis, qui ad Dominum conuersi, magno animo sustinuerunt omnis generis tormenta, propter fidem Christi: quam susceperant: sicut Paulus ex Pharisæis, Dionysius Areopagita ex Græcis, & Ciprianus Afer, Corneliusq; Romanus, & alij innumeri. ¶ Blanditiis disertis. Quæ maiorem uim habent persuadendi, quàm orator quiuis & eloquentissimus. ¶ Muneribus pollicitis. Vide passionem beati Sixti, in qua inuenies Decium Cæsarem multa promisisse Sixto: ut relicta fide Christi sacrificaret idolis, quibus nullo pacto acquieuit. ¶ Minaces. Iudæi persecutores, & Romani. ¶ Laceri. Vt Laurentius, & Christina, quæ etiam de carnibus suis proiecit in faciem patris iubentis illam uariis lacerari tormentis. ¶ Gladij. Quibus capite plectebantur, ut Iacobus frater Ioan. & Paulus. ¶ Secures. Vt Mathias. ¶ Crucis horrendæ. Vt Petrus Apostolus, & Simon Chananeus etiã Apostolus, & Dominus meus. ¶ Iacuere. Insepulta ad exemplum aliorum, unde & Romanus interfectus est: quia corpus Laurentij sepeliuerat. ¶ Luxuriauit humus. Per quamdam similitudinem tacitam innuitur quantam fertilitatem fecerit Deus interra Ecclesiæ suæ ex martyrum cæde: nam quemadmodum agri stercore impingnati lu-
F xuriant fœcunditate segetum: Sic & solum Ecclesiæ sanguine, & cadaueribus martyrum quodammodo impinguatum, luxuriauit fertilitate segetum rationalium, etenim per mille qui occidebantur: pullulabant decem millia, qui conuertebantur ad fidem Christi. ¶ Secus infernum. Quo ad opinionem persecutorum, qui iubebant martyrum corpora in lacubus, puteis, & cauernis profundis iactari neà fidelibus cum honore sepulchris conderentur, & uenerationi haberentur. ¶ Quisquiliis stabuli. Stercore boum siue lætamine. hanc comparationem nunc exposuimus in proximis uersibus. ¶ Suggere. Latenti inspiratione sumministra. ¶ Ipse. Loquitur uates

Sic ex abiectis, & spretis vilibus istis
Corporibus nostris, atq; cruore putri.
Cœlestia tellus facta est Ecclesia pinguis.
Plurima sanctorum, lætaq; facta seges.
Ne tamen in tantis (occultas suggere vires)
Ne mea deficiant pectora pressa malis.
Ipse meos oculos ad te super astra leuaui;
Vnde mihi spero mittier auxilium.

in persona Christi capitis Ecclesiæ orantis pro membris suis in passione tormentorum expositis. ¶ Mittier. Permitti, paragogæ est, finis adiectio. ¶ Cardine. Opportunitate salutis acquirendæ, nulla enim est breuior & certior uia salutis æternæ, quã palma martyrii pro Christo in charitate passi, est autem uetus hoc adagium, res est in cardine, pro facilitate fœlicis exitus negociorum, tractum à foribus quæ in cardine cum sint, facillimè ad hãtũ impellentis, uoluuntur. ¶ Impetu huius aquæ. Impetuositate concitatæ tempestatis per tyrãnorum

Ah ne permittas animam de cardine tolli,
   Impete tam vasto turbinis huius aquæ.
Me quoq; custodi: tenear ne captus ab illis
   Multiplici laqueos quem statuere mihi.
Scandala dimoueas operantum semper iniqua t
   Exemplo simili ne trahar vt pauidus.
Heu peccatores in condita retia circum
   Quaq; cadent, esca naribus apposita.
Dulcis enim nimis est cunctis mortalibus esca
   Vitæ præsentis: quam petit omnis homo.
Hinc fit, vt hæc rarò sit spreta fidelibus esca;
   Et positos pauci prætereant laqueos.
Quin ego sum solus donec freta temporis huius
   Naue licet fragili feruida transiero.
Me duce tunc plures poterunt hanc temnere vitā
   Et spretis laqueis alta secare maris.

persecutionem. ¶Me. Idest Corpus meum,& Ecclesiam mea, iuxta illud. Saule Saule, quid me persequeris? ¶Multiplici laqueo. Blandiciarum, promissionum, minarum, terroris, tormentorum inexquisitorum,& denique necis horrendæ, atque turpissimæ. ¶Scandala. Maiorum indiscreta dicta, vel acta, quibus paruuli in Christo facilè trahuntur ad similia & grauiora perpetranda. ¶Peccatores. Qui de facili inducuntur ad peccandum, seu pronitate quadam insectæ naturæ, seu inueteratæ consuetudinis in malis. ¶Esca nar.ap. More canum, qui odorē carnium sequuntur, & tanguntur odore culinæ. ¶Esca vi.pres. Vt si adoraueris idola, uiues: sin autem morieris. ¶Solus. Tempore passionis suæ potuit hoc dicere Christus quando relicto illo fugerunt omnes etiam Petrus. ¶Me duce. Meo exemplo. ¶Plures. Et hoc factum nouimus: nam ibant gaudentes Apostoli in flagellis, qui ante bona verba extimitescant. Amen. A

CVM patriam fugiens,&c. In hoc psalmo ponitur oratio Dauid, quia orauit Dominum, dum in spelunca lateret, propter Saul Regem, qui cum exercitu persequebatur eum ad mortem nulla alia de causa, nisi propter inuidiam: sed hæc in figura facta sunt propter D. N. I. Chr. quem in spelunca sepulchri latentem etiam persecutus est populus Iudæorum obseruantes, ne resurgens inde recederet, & hoc propter inuidiam, & quia littera satis aperta est super Dauid: prosequar mysticum sensum super Christo. ¶Patriam. Hierosolymam vrbem infensam inuidia principum. ¶In latebris. Cauis sepulchri. ¶Hoste sequente. Per insequente, nec morte mea exaturato: sed volente prohibere (custodibus adhibitis) ne resurgerem. ¶Voce mea. Per discipulos flentes emissa. ¶Nulla profunda. Etiam inferni. ¶Corde mæsto. Discipulorum scilicet: nam ut canit Ecclesia. Tristes erant Apostoli de nece sui Domini,&c. ¶Despicit. Non contemnit: sed vnde deorsum aspicit facta hominum curando, quanto magis filij sui passionem. ¶Celsa. Qui super coelos sunt: sed ima quæ sunt in nostro hæmisperio, & in inferno deorsum, vel superba inimicorum corda, & humilia pectora. discipulorum. ¶Deliteam. Clauso corpore in sepulchro, & anima apud inferos conuersante. ¶Ante Deum. Qui vbiq; est, vt in alio Psalmo latiùs decantatum est. ¶Angimur. Ego & Discipuli mei toto passionis tempore, & maximè post mortem eius irremediabiliter ex cruciabantur Discipuli amissa spe resurrectionis eius. ¶Causas. Iram, Inuidiam. & obstinationem Iudæorum, quàm etiā in mortuum sæuiebant. ¶Defecerit. Morte interueniente, quo ad ipsum Dominum, præ nimia tristitia quo ad Discipulos, qui erant præcipua membra corporis sui mystici. ¶Supra uires. Hoc ex Apostolo sumptum est. (qui ait) fidelis est Dominus, qui nec patietur vos temptari supra illud, quod potestis: sed faciet etiam cum temptatione prouentum. ¶Per opaca viarum. Inferni, quo ad Christum, montium Syonis, Olіueti & Caluarij, quò ad Discipulos, inter quos cursitantes latebras quærebant. ¶Laqueos. Tentationum tempore prædicationis Euangelij, de quibus alibi diximus. ¶Muscipulas, & retia. Idest insidias, ut eum caperent in sermone, in actis, demum & missis Herodianis apparitoribus vt patet ex Euang. ¶Tu. Qui Deus es cōmunicata mecum diuinitate tua, quā nullæ possunt latere insidiæ siue humanæ siue nequissimorum spirituum. ¶Latuere. Cæteros, qui astabant. ¶Circumspiciebam. Tempore passionis: nam & Discipuli ipsi relicto eo fugerant oēs. ¶Amicus. Qui posset adiuuare. ¶Nullus erat. Excepto latrone à dextris confixo, qui potius indigebat eius auxilio, quod & exposcens inuenit. mater autem Domini & si staret iuxta crucem cum Discipulo, quem diligebat Iesus, magis & ipsa, indigebat solatio, quàm dare posset, quod & ipso largiente suscepit Ioannē, scilicet in filium. ¶Asyllum. Quid sit exponitur infra. ¶Miseram animā.

B

1.Co.10.

C

Luc.23.

ODE EX PSALMO CXLI.
Voce mea.

CVm patriam fugiens inter spelæa ferarum
   Conderer in latebris hoste sequente canis.
Voce mea ad Dominum clamaui pectore toto,
   Quem nullæ tenebræ, nulla profunda latent
Voce mea ad Dominū tenues super æthera mæsto
   Corde preces fudi; despicit vnde solum.
Cuius in aspectu non solum celsa, sed ima
   Quæq; patent; cuius lumina cuncta vident
Deliteamq́, licet; tamen hæc oratio nostra
   Omnia complentem funditur ante Deum.
Ardentes curas quibus angimur,& simul ipsas
   Curarum causas pandimus ante Deum.
Spiritus ut noster defecerit anxius, ipse
   Tu melius nosti, qui mala nostra vides.
Nec solùm cernis; verùm moderaris & illa;
   Ne supra vires anxia cura premar.
Qua uel anhelantes ferimur per opaca viarum
   Omnis in aspectu semita nostra tuo est.
Tu Deus in recta, qua pergebamus; ab alto
   Vidisti laqueos, quos posuere via.
Muscipulas omnes,& retia rara notasti,
   Quæ prope condiderant, vt caperemur eis.
Me miserum, quo nam potuissem euadere pacto?
   Tu nisi monstrasses, qui latuere dolos?
Namq; ego luminibus tacitis circumspiciebam,
   A dextris iunctus, si quis adesset amans.

D Tantis amaritudinibus repletam, & loquitur humano more, legimus siquidem eum dixisse, Matt.26. tristis est anima mea vsq; ad mortem, & iterum Matt.27. Heloy Heloy lamazabathani, quòd est Deus Deus meus ut quid dereliquisti me? ¶ Quiue requirat eam. Ioann.7. Legimus in Euangelio, ipsum Dominum reprehendisse illos, qui sese quæsituri erant, & hic dolet, quia non est amicus, qui requirat eum? solutio, malè, & bene requirendus erat Dominus in se & in membris, qui male quæsituri erant ad internitionem, vt Iudæi, & persecutores Ecclesiæ, redarguendi sunt; qui verò benè; vt Apostoli ad habendum, & commanendum secum, laudandi. ¶Hinc atq; hinc. Tempore passionis, & capturæ ipsius Domini hoc vaticinium adimpletum nouimus: sed & in persecutione vniuersali Ecclesiæ, sæpius idem factum est in membris eius. ¶Ferre auxilium, Dando virtutem fortitudinis, & patiẽtiæ. ¶Moror hic. In corpore meo mystico quod est Ecclesia. Lachrymarum. Vnde & nascentes primam vocem vagitum emittimus, deinde millies se se offerunt nobis occasiones flendi: sed Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, contra uerò, uæ uobis qui ridetis, quoniam flebitis: nam extrema gaudij luctus occupat. ¶ A patria. Cœlesti, & hoc in membris, quæ modò sunt, & quæ uentura vsq; ad consumationem sæculi. ¶Inops. Qui in cœlo diues est, in terra factus est pauper, ut nos diuitijs cœlestibus locupletes faceret. ¶Maximè portio. Quinimmò hæreditas ipsa, sicut & nos sumus hæreditas eius. ¶Viuentum in terra. Hæc est illa, de qua alibi, portio mea Domine in terra uiuentium. ¶ Reuocatus ero. Per Resurrectionem. ¶ Hoste maligno. Diabolo, &
E membris eius malis hominibus. ¶Typhus. Superbia. ¶ Lacero. Flagellis, & vulneribus quinq; receptis in Cruce. Item & in corpore mystico in sanctis martyribus fœdè laceratis ab impiissimis carnificibus tyrannorum. ¶Erue. Animam ad te reuocãdo, quod multò melius est, ut in Machabeis. vel de manu persecutorum etiam uiuos, ut in tribus pueris de medio camini ignis ardentis, ad potentiam tuam demonstrandam. ¶Eorum. Persecutorum Iudæorum, additis illis & gentibus, & Iuda Discipulo, & deinceps adiunctis falsis fratribus. Sap.9. ¶ Carcere corporis. Quod enim corrumpitur aggrauat animam. ¶Mala vincla. Pronitatis ad peccandum. ¶ Educta. Per mortem corporis, ut in sanctis martyribus citò fiebat, in nobis verò lentę. ¶Choros. Angelorum intra quorum consortium & sancti admittuntur, ut latæ docet Greg. in homilia estiuum tempus, ibi vide. ¶Confessa. Non ex proprijs meritis: sed potius ex tua misericordia sedem illam fuisse datam. ¶ Libera. A seruitute peccati, & carcere carnis. ¶Extollet. Laudabit, modus est loquendi, verè enim altissimum est nomen Domini & numen eius. nec potest altius eleuari. ¶ Me me. Geminatio hæc signum lætitiæ est, qua nos etiam participes Dominus facerę dignetur, Amen.

Nullus adhærebat lateri mihi dexter amicus,
Et qui me vellet noscere, nullus erat.
Ad quem confugiam? quod me defendet Asylum?
Nam fuga disperijt, perfugijq; locus.
Proh dolor heu miseram non est, qui saluet amicus
Hanc animam: non est quiùe requirat eam.
Hostibus hinc atq; hinc vallatus, & vndiq; septus
Venantum laqueis, retibus atq; plagis.
Ad te clamaui moderator & arbiter æqui.
Auxilium solus qui mihi ferre potes.
Tu qui cunctorum misereris: viuida dixi
Spes mea tu solus, diffugiumq; meum.
Spes mea dũ moror hic lachrimarum valle retẽtus
Dum procul à patria differor exul egens.

Sed superætherei mea maxima portio regni
Viuentum in terra cum reuocatus ero.
Tu tamen intereà, dum torqueor hoste maligno
Angor adhuc profugus, dum premor exilio.
Tu lachrimis, precibusq; meis intende profusis:
Exaudi gemitus, tu miserere pater.
In me nullus inest typhus, aut elatio mentis
Pectore summisso fastus, & omnis abest.
Corpore quin lacero, lacero quoq; pectore curis
Est oppressa nimis, mens humilisq; nimis.
Me nimis oppressum precor hostibus erue tantis
Bellator fortis cunctipotente manu.
Erue me tandem, quia crescit robur eorum
Me super: ex numero fitq; acies grauior.
Erue me tandem; de carcere corporis huius.
Educ hanc animam, quam mala uincla ligant.
Tolle moras omnes: mortalia vincla resolue,
In quibus infœlix semisepulta iacet.
Cum superæthereas educta volauerit auras,
Inter psallentum sederit atq; choros:
Tum confessa tibi reddet, tum libera grates:
Laudibus extollet nomen ad astra tuum.
Me me iustorum, & superùm chorus ecce moratur
Vt simul educas, retribuasq; mihi.

F ANXIVS, & patiens plusquàm ciuilia bella. &c. Vnus est hic Psalmus ex iis, qui facti sunt in persecutione Absalon, est & figura persecutionis Christi à filio eius populo Iudæorum vel à Iuda Discipulo. Sic & modò corporis eius mystici, quod est Ecclesia, quam etiam interdum mali fideles persecuntur, partim armis, partim & malis moribus, uerùm quia hos sensus sæpe fuimus prosecuti in multis præcedentibus psalmis, & qui uoluerit suapte poterit ex his, quæ ante dicta sunt eodem modo & hunc intelligere, & quia hic est vij. ex Psalmis pœnitentiæ deputatis, moralem sensum prosequemur, mihi ipsi adaptando, quia & ego in pœnitentium numero sum deputandus. me siquidem filius meus persecutus est & adhuc persequitur, videlicet appetitus, uel stimulus carnis meę, cui sum traditus ad collaphizandũ 2.Cor.12 sicut, & olim Apostolus. dico igitur. ¶Anxius & patiens plusquã ciuilia bella. Quia à me ipso, nulla enim efficacior pestis ad nocendum, quàm familiaris inimicus. ¶Nato. Prædicto carnis stimulo, qui ex me quotidie nascitur. ¶ Turbæ. Dæmo-

ODE EX PSALMO CXLII.
Domine exaudi.

ANxius & patiens plusquàm ciuilia bella
Hoste premor nato, visceribusq; meis.

num, atq;

Me circunstantes proclamant vndiq; turba,
Tollite de terra, tollite morte reum.
Tu Domine oĩpotens miserator, & optime nostri,
Tu Deus orantis suscipe quæso preces.
Te precor ex animo, veniam largire precanti:
Auribus & blandis percipe verba mea:
Da veniam fasso: tua sunt oracula vera:
Non mea libretur, sed tua iustitia:
Iudicio nolim mecum decernere quæras:
Nam, tibi sum seruus: sed mihi tu Dominus?
Iustus enim iudex, & inexorabilis esse
Si tu quæsieris, quis tibi iustus erit?
Nullus homo viuens, viuat quantùmlibet insons,
Iudicio poterit iustus adesse tuo.
Seruus ego nequam, fugitiuus inutilis vt quid
Ante meum Dominum iustus inanis ero?
Vt reus ergò precor Dominũ mitem atq; benignũ
Da veniam fasso, suppliciumq; leua.
Respice chare parẽs, animam mihi perfidus hostis
Mordicus insequitur: perdere tentat eam.
Ille meam vitam terræ summittere vili
Posthabito cœlo prorsus adortus erat.
Meq; velut sed defunctos munere vitæ secli
Abiecit: tenebris abdidit inq; cauis.
Pectore sollicito tristis cruciatur & vsq;
Angitur ad mortem spiritus ipse meus.
Horror vbiq; grauis turbato corde, malorum
Pertæsum vitæ iam uideo esse meæ:
Mente tamen memori ueterum monimenta dierũ
Versabam si quis talia passus erat.
Cunctorũ hinc operum meditabar, & acta tuorũ,
Quæ fecere manus, & bona cuncta tuæ:
Hæc mihi tum grauium solatia sola malorum,
Dum meditor nobis ista futura bona.
Namq; malignantes quid agant nescire probantur,
Dum mala multiplicãt, tunc bona nostra parãt,
Quàm tuâ mira Deus sapientia fulget in isto:
Quò magis hostis obest, prosit ut inde magis.
Hinc iuuat expansas ad te protendere palmas
Erectis oculis & super astra poli.
Expetit ecce Deus mea mens sitibunda rigari,
Arida nec minos est, quàm sit arena libis.
Fons indeficiens vitæ Deus, vnde fluenta
Iugiter emanant vberioris aquæ.
Aruit ecce siti cutis, & feruore malorum
Iam prope defecit spiritus ipse meus.
Ocius exaudi: siccas & compluẽ fauces,
Dulcis aquæ riuo tu mea corda riga.
Ne uertas oculos à me, faciemue serenam.
Quin potius mitis respice: meq; iuua.
Si semel auersus fueris: peruertar: & imo
Perditus immergar, destituarq; lacu.
Assimilabor eis, foueam qui sponte profundam
Cum semel intrarint, inde redire negant.

A

num, atq; membrorum eius, qui me peccatorem morte tollendum de terra sæpè exclamant, non attendentes pœnitentiam, quam uidet ac expectat Deus. ¶Miserator. Vnicum hoc miseri peccatoris remedium est, orare misericordem Dominum veniam. ¶Oracula. Responsa, quibus ingemiscentibus veniam pollicetur. ¶Tua iustitia. Quæ tantum exaltatur à nostra quantum cœli à terra. ¶Iudicio. Quo nemo reus absolueretur, si rigorem vellet absq; dulcore misericordiæ semper seruare. ¶Seruus. Et ideireò seruandus, non perdendus à te Domino meo. ¶Inexorabilis. Quales interdum sunt humani iudices, qui potius precio, quàm precibus flectuntur. ¶Insons. Innocens. ¶Iudicio tuo. Cum etiam de omni uerbo ocioso fuerit ratio reddenda. ¶Nequam. Malitia plenus. ¶Inutilis. Vnde & dictum est, cum hæc omnia feceritis, dicite quia serui inutiles sumus. ¶Vt reus. Dic tu (inquit Esaias) iniquitates tuas: ut iustificeris. ¶Mordicus. Quasi canis feram ore captam. ¶Perdere. Secum in æternam damnationem trahere. ¶Meam vitam terræ uili. Idest Animam terrenis voluptatibus implicare. ¶Posthabito cœlo. Vnde anima descendit, & illuc debet anhelare, vt post hoc exilium possit redire. ¶Adortus. Agressus. ¶Defunctos secli. De quibus dicitur in Euangelio, sine mortuos sepelire mortuos suos. ¶Tenebris. Peccatorum, quæ dicuntur interiores: nam post illas, sequentur exteriores inferni in quibus est fletus, & stridor dentium. ¶Angit. Propter diuinam offensam. ¶Malorum. Quæ propter peccata mihi imminent: nam & si misericors est ignoscendo Deus, est etiam iustus plectendo peccatorem temporalibus flagellis. ¶Monimenta. Hystorias ueteris testamenti, in quibus etiam iustos legimus multa mala passos esse in terra, & si iustus hic recipit, quantò magis peccator. ¶Hinc. Pro deinde. ¶Quæ fecere manus. Vt mundum cum iis quæ in mundo sunt. ¶Et bona cuncta. Valde vt dicitur in Genesi. ¶Futura bona. Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se. ¶Parant. Si tamen ea mala patienter tolerauerimus, sunt enim malei Domini, quibus uiuos tundit ac scalpit lapides: donec apti reddantur ad spirituale ædificium. ¶Obest. Secundum intentionem suam, qua nostra nititur auferre, & corpora nostra malis multis, etiam morte mulctare; vt persecutores Ecclesiæ, quando affligebãt sanctos martyres. ¶Extensas palmas. Pro gratiarum actione ex tanto beneficio, quod mihi venit expressuris impiorum. ¶Rigari. Gratiarum & sapientiæ tuæ acquis, quibus hæc occulta intelligã: quæ paucis patent. ¶Fluenta. De quibus Esaias, haurietis acquas in gaudio de fontibus Saluatoris, & ipse in Euang. omnes sitientes venite ad acquas: nam qui biberit ex acqua quam ego dabo fiet in eo fons acquæ salientis in vitam æternam, & iterũ, fluent de ventre eius flumina acquæ viuæ. ¶Cutis. Exterior animæ pars, quæ sensibus inhæret, uel etiam pro siti, quam ieiunando & laborando patior, ob eã olim contrahitur caro, & suum Aethiopissæ recipit. ¶Siccas fauces. Animæ desiderium. ¶Respice. Miserere; nam respicere Dei ipsum est misereri. ¶Peruertar iterum. Propter absentiam gratiæ tuæ, sine qua nihil boni possumus facere. ¶Imo lacu. Obstinationis prius, deinde inferni. ¶Profundam: De quibus dicitur, peccator cum in profundum malorum venerit, contemnit. ¶Negant. Per desperationem; vt Caim, & Iudas. ¶Funem. Methaphoricos, siquis prædicauerit illis pœ

Matt. 12. Luc. 17. Esa. 43.

Matt. 8. B

Gen. c. 1. 1. Cor. 2.

Esa. 12. C Ioann. 4.

Prou. 18.

D nitentiam in remissionem peccatorum, quæ proprie fumi est, vnde extraitur miser peccator de profundo iniquitatum. ¶ Ah durum genus. Exclamatio est, contra tales, qui multis sceleribus inuoluti, & immersi cæno voluptatum etiam moniti, & flagellis attriti nolunt inde exire. ¶Lucifer tu⁹. Non Diabolus: sed ortus diuinæ gratiæ: nam hic ponitur in bonam partem: sed & Io. Baptista quia natus est, & cæpit prædicare ante Christum solem iustitiæ, Lucifer est appellatus. ¶Sol matutinus. Ipse est Christus. ¶Summo mane. Statim in ipso radio primo illustrationis tuæ. ¶Vox illa. Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. ¶Opperior vocem tuam. Qua sine conatus meus inanis est. ¶Tenebrisq; laten. ist. Interiores enim sunt in anima. ¶ Duc & ad astra poli. Hoc fiet appræhensa via iustitiæ, quæ est obseruatio mādatorum Dei. ¶Confugi. Verè pœnitendo. ¶ Clypeo tuo. Sub
Gen. 3. tua protectione. ¶Tutus. Arecidiuo. ¶Abij. Vt primi parentes. qui fecerunt sibi perizomata folijs ficus. ¶Incertas vmbras. Vanarum excusationum, de quibus plenè suprà diximus. ¶Ergo. quia simpliciter confessus sum peccata mea absq; ulla tergiuersatione vanarum excusationum, quæ potius aggrauant, quàm releuent peccantem: nam mitius agitur cum sponte confessis. ¶ Terram al
E mam. Viuentum, de qua suprà. ¶ Fugerem. Vt filius ille Prodigus, qui relicto patre abijt in regio
Luc. 15. nem longinquam: nam longe est à peccatoribus salus, quid est autem longe ire, nisi prauis morib. à via iustitiæ recedere? ¶Spiritus alius. Superbus. ¶In tortam humum. Morientum hæc est, contraria superiori. ¶ Tua voluntas. Quæ semper recta est, vt iusti rectè uiuendo semper in melius proficiant, ut peccatores conuertantur & uiuant, nū-
Eze. 12. quid voluntas mea est mors impij dicit Dominus?
Titum. 3 nonne magis vt conuertatur, & viuat? ¶Meritūque meum. Non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed ex sua misericordia saluos nos fecit, hinc alius poeta Christi, cecinit. Quiquid habes meriti præ uentrix gratia donat. Nil Deus in nobis, præter sua dona coronat. ¶ Exanimis iuxi. Mortua anima morte culpæ, qua recedit à peccantibus Dei gratia, quæ est uita animæ. ¶ Vt vere viuam. Viuente animam per inhabitantem gratiam in ea. ¶ Per abruptos scopulos. Negociorum huius sæculi, quæ omnino uitare non possumus, quin aliquando versemur in illis. ¶Semita rara. Quia suapte nos implicant ad peccandum, ita vt aliquando uolentes vnum uitare, in aliud gra-
2. Tim. 2 uius incidamus, benè ergo monuit nos Apostolus Nemo militans Deo, implicat se sæcularibus negocijs. ¶ Mea. Quæ torta est ad utilitatem spe-
F ctans tantum, non etiam ad honestatem, tua verò, quid deceat & vtile sit aspicit semper. ¶Sulphureum fumum. Cuiuspiam iniquitatis annexæ: nā
Esa. 64. iustitia nostra diuinæ comparata est tamquàm pānus menstruæ mulieris regiæ purpuræ assimilatus. ¶Simis. Pressis & retortis, aliqua acceptatione personarum amore, vel odio vel alijs sordibus oppressa & coinquinata. ¶Tenebrosus aer. Propter humanam ignorantiam, quæ multa est. ¶Via
Pro. 14. rū. Quæ videntur bonæ, & non sunt, hinc sapiens dixit, est via quæ videtur homini bona: sed nouissima illius ducunt ad mortem. ¶ In ignem æter-
Matt. 25. num. De quo in Euang. Ite maled. in ign. æte, qui par. est Diab. & ang. eius. ¶Seruus herilis. Quem decet apud Dominum semper esse, & illius gloriæ pro modulo participem, Amen.

Nec si quis funem putei demerserit ore,
　Qua sursum emergant, prendere deinde volunt.
Ah durū genus hoc hominū graue olente reuolui
　Immundoq; fimo: velle nec inde trahi?
At mihi nocturnis oppressa mente tenebris
　Lucifer exurgat candidus ille tuus.
Sol matutinus claro mihi surgat eoo,
　Quò miserans pietas sit tua nota mihi.
Fac precor ut summo mane, inuitantis amici
　Vox audita mihi sit tua chare pater.
In te speraui, tibi credere cuncta paratus
　Opperior uocem mi Deus alme tuam.
Summo mane viam radijs expande latentem:
　Te duce qua tutum progrediamur iter.
Ad te namq; manus iunctas, animamq; leuaui.
　Erexiq; oculos tristis ad astra meos.
Hostibus heu duris, tenebrisq; latentibus istis
　Eripe me tandem; duc & ad astra poli.
Ad te confugi, Dominum seruusq; poposci,
　Sub clypeo valeam tutus ut esse tuo.
Iam non incertas abij fugit iuris ad umbras,
　Vt leuibus folijs conderer, aut latebris.
Ergo tuæ doceas me iussa facessere legis,
　Nam mihi spes omnis numine firma tuo est.
Me tuus in terram deducet spiritus almam,
　Dexter; & in rectam diriget acta uiam.
Nam cum te Rector fugerem: diduxerat olim
　Me meus in tortam spiritus alius humum.
Sit tua iam tandem mea regula firma voluntas,
　Perq; viam rectam spiritus almus agat.
Te propter, nomenq; tuum mihi gratia fiat,
　Tanta; nec attendas me, meritumque meum.
Hactenus exanimis vixi: precor esto deinceps
　Vt verè uiuam, tu mea vita Deus.
Atq; per abruptos scopulos, vbi semita rara
　Non mea me ducat; sed tua iustitia.
Nam mea sulphureum simis è naribus efflat
　Nescio quem fumum lurida iustitia
Vnde tenebrosus me circum redditur aer.
　Quò vetor in recta ponere sæpè pedes.
Sed tua iustitia est circundata lumine claro
　Panditur vndè mihi semper & æqua via.
Hac me deduces per compita multa uiarum,
　In quibus implicitus multus & error inest.
Hac me deduces volucrem, licet vndiq; tectæ
　Insidiæ hostiles sint, & ubiq; doli.
Hac simul educes animam de carcere sæcli:
　Angor vbi multus, multus & horror adest.
Inde meos hostes humilem miseratus amantem
　Disperdes; pœnas emeritasq; luent.
Et simul æternum cuncti trudentur in ignem,
　Qui tribulant animam perdita turba meam.
Nā mihi tu Dominus, mihi tu dominator & orbis,
　Et tibi sum supplex seruus herilis ego.

A

CVM ferus hostis atrox, &c. Dauid in hoc Psalmò agit Deo gratias pro victoria sibi donata de Goliath Gigante, docens nos agere gratias Deo de victoria Christi humilis aduersum Sathanam superbum, cuius ille fuit figura, & quia historia satis plana est ac nota, in expositione mysticum & moralem sensum prosequemur, dicit igitur uterq; Dauid, potest etiam dicere quinis ex fidelibus tentationis per Dei gratiam victor. ¶Cum ferus. Bestialis rationis inimicus, & quæ noxij appetitus sunt persuadens, ¶ Atrox. Ad atrocia mala & immania nos inducens. ¶Pugnax. Et si victus in vna pugna, mox alia nos aggrediens. ¶Ceruicis & altæ. Nan contra Deum erexit illam, volens in cœlum conscendere, & ad aquilonem (vbi est poli uertex) sedem ponere. ¶ Trux vultu. Eligens formidari postquàm nonit se non posse amari, quis enim tam turpem bestiam posit amare? ¶Audaci pectore. Ita ut nemini parcat, etiam si sese vincendum existimet, vnde & Christū filium Dei temere ausus est tentare. ¶Mole. Pondere grauis incursus, incorporeus est enim nequam Spiritus. ¶Gigas. Non statura, sed superbia, tali specie beato Antonio ferunt Sathanam apparuisse. ¶Castra hostilia. Philistinorum, quò ad litteram: sed mysticè impiorum omnium: quorum rector est, immò compulsor. ¶Ferox, Nihil metuens, & omnia præcipitanter agens. ¶Armis, Insidijs, fallacibus, & dolis. ¶Clypeo, Pertinaciæ. ¶Ense. Præcipiti persuasione. ¶Minax. Vt saltem timeatur. ¶Pugilem, Vide Hystoriam. ¶ Quo cum decerneret, In singulari certamine. ¶Posceret. Adeò, vt Iob, & Apostolos, de quibus dixit Dominus expetiuit vos Sathanas, ut cribraret sicut triticum, neminem, enim nisi permissus, potest tentare: sed neq; porcos audet absq. diuina licentia uexare. ¶Alto ore. Superbo animo. ¶Præsumeret. A se ipso nisi diuinitus adiutus, cum de illo dicatur, quia non est potestas super terra, quę comparetur ei. ¶Viri. Nomen ab euentu, quia & uiros fortes, iustos, & sapientes interdum euicit. ¶ Dauides. Historicè tantùm hic locus intelligendus est, nec enim singula uerba, aut facta mysticè sunt interpretanda, ne non vera credatur historia. ¶Accingor. Saul Rege iubente. ¶Arma. Quæ mysticè sacra, ceremonias, & veterum traditiones interpretamur. ¶ Oneri. Grauissimo, hinc legimus beatum Petrum dixisse. Quid onus imponere fratribus, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuerunt? circuncisionem, scilicet cæterorumq. legalium obseruantiam sacramentorum, & multiplicium cæremoniarum, quibus ille populus duræ ceruicis tenebatur oppressus, ne declinaret ad idola quibus suapte nimis erat pronus. ¶Abieci. Illa arma, in signit quòd in nouo testamento erant & illa abiicienda sacramenta. ¶ Lapides quinq;. Possunt esse Christi quinq; vulnera in pera carnis assumpta. ¶ Fundæ. Hæc est diuina gratia, duæ habenæ sunt misericordia. & iustitia. ¶ Tumidus hostis. Goliath superbus, per quem Dæmon intelligitur cum toto iniquorum corpore, & præcipuè perfidorum Iudæorum. ¶ Probra. In Christum fuere, quòd magus, seductor, Samaritanus quod Dæmonium habebat, & alia plurima, quæ licet in eius passione obiecta videre. ¶ Lapis. Durissima Christi patientia, quæ maximè in acceptis vulneribus emicuit. ¶Os altæ frontis. Obstinatam Dæmonis & asseclarum peruicaciam. ¶Cerebrum. Mente conceptam maliciam. ¶ Procurrens. Descensu uelocissimo ad inferos, atq; inde resurgendo, & paulò post pedibus Discipulorum per vniuersum orbem percurrendo. ¶Ensem. Verbum malorum prædicatorum statim ad Christum cōuersorum, in perniciem regni peccati transmutando, exemplum sume in Saulo persecutore, & statim facto pro pugnatore, ensis etiā Diaboli omnem illius potestatem significat, quæ in caput Diaboli per Christum est conuersa, quando, vt dicit August. gētes, quæ propter idola Christianos persequebantur, conuersi propter Christū idololatras sunt persecuti. ¶ Caput. Superbiam regni eius destructa idololatria. ¶Spolijs opimis. Totius generis humani à tyrannide diabolica per fidem Christi subtracti. ¶Dedi. Et nos cum Christo damus, quoties per gratiarum actione de uictoria nobis præstita hunc psalmum canimus. ¶ O Deus. Hic psalmum uates ingreditur. ¶Tibi. Non nobis. ¶Confecit. Ad optatum finem perduxit. ¶Tantum.

1.Ro.17.
Luc.22.
Math.8.

B

C

ODE EX PSALMO CXLIII.

Benedictus Dominus.

CVm ferus hostis, atrox, pugnax, ceruicis & altę
Trux vultu, audaci pectore, mole Gigas.
Castra ferox Golias hostilia duceret; armis
Instructus, clypeo tectus, & ense minax.
Cumq; sibi pugilem, quò cum decerneret, alto
Cætibus ex nostris posceret ore dari.
Nullus & ex tanto præsumeret agmine; contra
Ferre manum: vasto territus ore uiri.
Ipse ego Dauides, & adhùc puerilibus annis
Infirmus, belli sicut & arte rudis,
Vt pote qui custos ouium nisi pinguia noram
Pascua: vel saltus in quibus herba uiret.
Ipse Dei zelo succensus, & accrior ira
Cœlesti: accingor miles ad arma nouus.
Illa sed agnoscens oneri, non vsibus illis,
Vt qui diuino robore firmus eram,
Protinus abieci, lapides torrentis ad vndas
Quinq; mihi assumpsi, composuiq; pera.
Progredior laxis fundæ succinctus habenis;
Diuina ad pugnam sola ego fretus ope.
Dum me despectam tumidus contemneret hostis;
Probraq; iactaret dira per ora minax.
Ecce repentè lapis funda iactatus ab alta
Os altæ frontis perculit, & cerebrum.
Protinus vt elaua taurus percussus ahæna
Sternitur, atq; graui pondere pulsat humum.
Ast ego procurrens, quem iam nudauerat, ensem
Eripio dextra: decutioq; caput.
Hinc ego victor ouans, spolijsq; potitus opimis
Ad cœlum versus talia voce dedi:
O Deus omnipotens, rerum moderator, & orbis,
Qui meus es Dominus, qui Deùs esq; meus.
Tu pater æternum, tu sis benedictus In æuum.
Gloria laus, & honor, sit decus omne tibi.
Te Duce confecit tantum mea dextera bellum
Teq; docente manus, prælia tanta ciet.

D ¶Tantum. Tam graue, & periculosum. ¶Digitos alioquin, Infirmos propter ætatem puerilem, quò ad histo- riam, mysticè digiti sunt opera nostra spiritussancti munere directa. ¶Thoris. Pulpis brachiorum neruosis, in quibus virile robur esse solet. ¶Ouili stabulo. Verè Dauid ouium patris in ætate puerili custos erat, vnde ad bel la primum deinde ad regimen populi translatus est à Domino, qui humilia semper exaltat, & alta deprimit. ¶Ad alta. Fastigia regni. ¶Caderem. Et quis nostrum non caderet, si non à nisi Domino susciperetur? ¶Manum. Po- restatem diuinam innuit, vel filium eius; qui humanitatem nostram ex semine Dauid suscipiens, in corpore suo infirmitates nostras sustinuit. Et pro nobis pugnando deuicit, nosq; & pugnare docuit, & uincere. ¶Ereptus. A Diaboli tyrannide, & dura peccatorum seruitute, & nunc in persona populi ex omni genere humano in vnam Ecclesiã collecti loquitur. ¶Abire. Per uiam regiam tamen, quæ obseruantia mandatorum est, nec enim amplius per fidem Christi a peccato liberi præcipi tes (ut ante) debemus transcurrere per abrupta vitiorum. ¶Telis. Diaboli impugnationibus acutissimis. ¶Hinc inde. Ex perfidia Iudaica, & idololatria gentium, quò ad nos uerò, ex prosperitate, & aduersitate: illa ne deliniamur à uoluptatibus, hac autem ne frangamur ex impatientia. ¶Clypeo tuo. Hoc est scutum fidei, in quo monemur ab Apostolo omnia tela nequissimi ignita extinguenda: si illud assumpserimus. ¶Plusquàm spero. Non solum protectionem: sed & victoriam; insuper & mercedem laborũ, palmæq; coronam. E ¶Meum populum: Iudæum, quò ad historiam, & mysterium Christi; quò ad moralē sensum propter nos, appetitus omnes, & affectus intellige. ¶Ante rebellem. Post mortem Saul: nam cõstituerunt sibi regem filium Saul Isboseth: & si nossent omnes Dauid à Deo fuisse electum, & iterum Absalõ fecerunt sibi regem effugato Dauid, qui semper ope diuina fretus præualuit. Sic & Christus à Iudæis reprobatus, & à gentibus derrisus præualuit, & utrumq; populum tametsi aliquando rebellem sibi subiecit. ¶Immortalis ut ipse. Q.d. maximè dignatio est. ¶Insinueris. Latenter te facias ab illo cognosci per aliqua signa tuæ diuinitatis illi ostensa. ¶Tantillus. Deo comparatus alijs nobilissima creatura est ad imaginem ac similitudinem Dei facta. ¶Magni pendas. Tanti quidem ut propter hominis salutem proprio filio non peperceris: sed pro omnibus redimendis tradideris illum in mortem, mortem autem Crucis. ¶Fatiscit. Extenuatur, & in rimas declinat. ¶Infans vagit. In futurarum signum ærumnarum, pulchra ecbasi, idest poetico discursu, tanguntur ætates hominis cum suis proprietatib. ¶Nidum. Idest dum prouidet sibi & familiæ, de his quæ in annos singulos necessaria sunt ad uictũ Gen. 30. vnde & legimus dixisse Iacob Labam socero suo, dimitte me, ut etiam ego aliquando prouideam domui meæ. ¶Morbos. Vnde & quidam fertur dixisse, etiam si morbis careat senectus, ea sibi ipsi morbus est. ¶Amara. Cætera siquidem uicia in senecta deficiunt: præter auaritiam, quæ in senibus crudescit, quia meticulosi sunt semper, ne deficiat eis. ¶Necem. Etenim in alijs ætatibus, aliqui interdum moriuntur: sed ex senili nullus euadit, ita solitus erat dicere fęlicis memorię pater meus. F ¶Euum. Eternum. ¶idemq; facis. Quia nihil prętęritum, neque futurum est apud Deum: sed omne tempus est illi præsens, ac uniforme. ¶Stabili. Stabilisq; manens dat cuncta moueri, vt cecinit Seuerinus, Boetius. ¶Torques. Ab oriente in occiduum. ¶Inclina. Tamquàm ponticulos quosdã, translatio sumpta ab arcibus in alto sitis. ¶Veni. Adimplēdum incarnationis humanæ mysterium. ¶Errantem. Vt quæras hominem, sic & alibi. Erraui sicut ouis, quæ perijt. ¶Parua. Xxxiij. annorum, quibus in terris apparuit Dominus, & cũ hominibus conuersatus est. ¶Preciosa. Sanguine siquidem suo precioso redemit omne genus humanum (vnde Apostolus ait.) Empti estis precio magno glori- 1.Cor. 6. ficate ac portate Deum in cordibus vestris. ¶Tange precor. Mira obscuritas est in ijs versibus ad verbum ab Iosu. 10. ipso psalte de promptis: sed mirabilis ac multiplex sensus in eis, videtur enim propheta petere diuinum auxilium 1.Ro.7. contra populum sibi rebellem, & tale quale præliante Iosue præstitum est, & Samuele orante aduersus Phylisteos

nam

Horrida tu digitos fortes ad bella dedisti,
Tuq; lacertorum robur inesse thoris.
Tu pius & clemens inopem miseratus, ouili
Assuetum stabulo pectus ad alta vocas.
Tu mihi confugium, tutum mihi factus Asyllum.
Diues & auxilio, consilioq; iuuas.
Tu quoq; ne caderem grauiori pressus ab hoste
Susceptor meus es: subijcis atq; manum.
Omnibus insidijs instantibus, atq; periclis
Ereptus per te liber abire sinor.
Ne feriar telis hinc inde fluentibus, vltrò
Protector clypeo me tegis ipse tuo.
In te speraui, didici tibi fidere soli.
Tu plusquàm spero, retribuisq; mihi
Ecce meum populum mihi subijcis ante rebellem,
Et facis vt libeat sponte subesse mihi.
Nempe quid est mortalis homo? immortalis vt ipse
Innoteas illi, insinueris ei?
Nempe quid est terrenus homo, *cœlestis ut ipse*
Ex alto veniens insinueris ei?

Filius aut hominis quidnam tantillus habetur,
Vt magni pendas, magnifices & eum?
Omnis inanis homo vili de puluere cretus:
Futilis, & fragilis sponte fatiscit homo.
Præteriere dies eius uelut arboris vmbra:
Quiq; puer fuerat, protinus estq; senex.
Nunc infans vagit, ludit puer. inde iuuenta
Floret: agit causas moxq; virile caput.
Dumq; parat nidum: subit ecce repente senecta
Mille trahens morbos, mox & auara necem.
Sic abit oĩs homo hesterni uelut hospitis vmbra,
Qui subeunte uenit uespere; mane fugit.
Tu Deus æternum, qui stans, qui uiuis in æuum,
Quiq; manes idem: semper idemq; facis.
Hosce tuos cœlos stabili, quos numine torques,
Tu Deus inclina, & mitis ab axe veni.
Errantem ut quæras hominem descende parumper
Parua erit in terris sed preciosa mora.
Tange precor celsos vibrato fulmine montes,
Fumus vt à torri scandat ad alta virum.

nam vtroq; tempore Dominus pugnauit de cœlo pro populo suo, missis imbribus grandine, tonitru ac fulminib. in hostes, & dissipauit atq; exterminauit eos. Et rursus videtur innuere se se in spiritu vidisse contradictionem futuram, ac bellum & horrendas persecutiones tam Iudæorum, quàm penè omnium gentium aduersus Christũ & eius Ecclesiam, quare rogat, vt è Cœlo Dominus pro Christo suo, & Ecclesia velit pugnare aduersus insurgentes hostes, sicut & olim pugnauit, & tamen eiusdem causæ longè alius est sensus, vult quidem de cœlo pugnari aduersus hostes Christi, & Ecclesiæ: sed armis spiritualibus ad conuersionem hostium, non ad perditionem, dicit igitur. ¶Tange. Interiùs illustrando lumine fidei ad prædicationem Apostolorum, qui & cœli vocantur. ¶Cel sos montes. Sæculi potestates qui excelsa dignitate tumidi sunt & magnæ molis. ¶Vibrato fulmine. Verbi tui, quod impete grandi e nubibus prædicatorum emissum, scindit pectora, exurit corda, & occidit veterẽ hominem vt nouo fiat locus. ¶Fumus. Gemituum ac suspiriorum ex pœnitentia conscendentium. ¶Vt à torri. A Titio ne semusto per similitudinem, à corde diuino igne succenso, & ab imbre lachrimarum semiextincto, ne totum consumeretur. ¶Virùm. Pro virorum excelsorum & alicuius innatæ virtutis vel fortium. ¶Fulgura. Hæc sunt signa, prodigia, & miracula per manus Apostolorum, quæ deinde facta fuere, ut rogatũ est. ¶Nub. cor. Apostolis prædicantibus & splendentibus uirtutibus signorum. ¶Disperdentur. Ab inuicem, per nouam conuersionem ad fidem Christi. ¶Coiere mali. Iudæi, & Gentiles, vt in 2. Psal. dictum est. ¶Celeres sagittas. Velocia & penetrantia prædicatorum verba. ¶Turbabis eos. Sicut olim turbatæ sunt gentes ex confusione linguarum in dispersionem, Sic modo ex vnione linguarum turbabuntur, ut redeant omnes in vnam congregationem. ¶Procul. Ab iniquitate priori, & præcipuè ab idololatria. ¶Saluificamq; manum. Idest rogat quod suprà, salutare verbum Domini, hoc est Saluatorem filium eius. ¶Recreentur. Boni mores hominum & sana mandata. ¶Fortem. Quà fortis Sathan fuerat euincendus. ¶Multis aquis. Inundantium populorum impetu vasto in nauem fidelium, quæ est Ecclesia. ¶ Aequoris. Huius maris sæculi. ¶Summe natator. Christum dicit, qui calcaturus erat & vndas maris siccis pedibus, & uastas mundanorum hominum perturbationes cum summa patientia, quod & factum esse patet ex Euang. ¶Alienigenæ. Principes tenebrarum & rectores mundi huius, qui totus in maligno positus est. ¶ Nato. Iniquos homines, qui filij diaboli dicuntur per imitationem nequitiæ iuxta illud Dominicum celebre dictum, vos ex patre Diabolo est. ¶Sua pignora. Charissima membra sua & cupiditatis auidæ monimenta. ¶ Condunt. Sub specie alicuius fictæ bonitatis, vt Phariseos. ¶Vt secum mergant. In easdem malas cupiditates; in quibus ipsi iamdudum demersi sunt. ¶Aquas. Mala concupiscentiarum sęculi, de quibus dixit Dominus, qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. ¶ Corpore nudo. Virtutibus & maximè à veste nuptiali, quæ est charitas. ¶ Lauentur. Baptismaribus Pharisaicis. ¶Pannos. Simulatas uirtutes, & opera iustitiæ, contra quæ disputat Dominus in Euang. ¶Sordibus ullis. Quales, illæ, quæ contrahebantur in foro, & more Phariseorum Domi lauabantur. ¶ Vt sese. Speculentur, hoc fit per meditationem diuturnam, in terrenis delitijs. ¶ Blandis. Cogitationibus uoluptatum, & exemplis aliorum ut diximus, quorũdam etiam incitationibus, & præcipuè propinquorũ, qui sub alis eius, & campanilis vellent pinguescere atq; absq; labore ditari. ¶Vt ludat. Similibus delitijs & voluptatibus honestè perfruendo. ¶ Vt natet. Diuitias acquirendo. ¶Fundum. Vt alias atq; alias opes aggregando. ¶Demergat. Quouis modò per fas & nefas acquirendo. ¶Perdiderint. Per assiduam voluptatum perfruitionem, vnde irretitus nolit amplius exire. ¶Nautas. Præcipuos animarum curatores, qui aliquando dormientes in peccatis præcipites ruunt in mare sæculi, hoc patiuntur, & apostatæ religiosi, magniq; prælati seipsos nimis amantes. ¶ Arripiunt. Ad sæcularia negotia illos attrahentes. ¶Rebus temporalibus. Vel ut circoncelliones in Africa, tempore Augustini. ¶Vel ense. Malæ persuasionis. ¶ Duces facti. Sunt illi qui accipiunt prælaturas magis, ut præsint, quã ut prosint, de lacte lanaq; curantes, & non de ouibus, quas & cum agnis deuorant pernicioso exemplo. ¶ In breuia, & syrtes. Idest in desperationem. ¶In scopulos. In hæreses, & aperta naufragia. ¶Natanti. Rex enim erat, & non poterat sæcularia euitare negocia, & omnino delitijs abstinere, quibus regia domus uelit nolit abundat. puer simplicitate atq; innocentia vnde & de Saule legitur, quia puer duorum annorum erat cum regnare cæpisset, idest eius simplicitatis atq; innocentiæ ac si duorum annorum ætatem ageret. ¶Teneram mentem. Quæ facile cor-

A

Gen. 9.

B

Matt. 14.
Epist. Ioann. 5.
Ioann. 8.

Ioann. 4.
Matth. 5.

C

1. Reg. 13

Fulgura multiplica de nubibus atq; coruscis
Et disperdentur qui coiere mali.
Strenuus atq; tuas celeres emitte sagittas:
Et turbabis eos, diffugientq; procul.
Saluificamq; manum per quam tu cuncta creasti
Per quam nunc etiam cũcta creata regis.

Excelso demitte polo, simul ut recreentur,
Quæ prolabuntur, quæq; ruere prius.
Hanc fortem demitte manum protector ab alto:
Hac me de multis erue dexter aquis.
Liber ut egrediar de fluctibus æquoris huius:
Eripe me tumidis summe natator aquis.
His alienigenæ natos sua pignora condunt:
Vt secum mergant, quos poterunt trahere.
Quisquis aquas bibiturus adit, uel corpore nudo
Intrat: vt in liquidis membra lauentur aquis.
Seu mundare velit pannos à sordibus ullis;
Vel se se nitidis vt speculetur aquis.
Protinùs allicitur, blandis vt ludat in vndis;
Vt natet: vt fundum sæpiùs ore petat.
Atq; vt gurgitibus sese demergat in imis:
Nec cessant: donec perdiderint miserum.
Quin etiam nautas incautos more latronum
Arripiunt: spoliant, fuste vel ense necant.
Nauibus atq; Duces facti. puppisq; magistri,
In breuia & syrtes, in scopulosq; trahunt.
Hi mihi dixerunt in aquis his sæpe natanti:
Lude puer: blandis lusibus aptus ades.
Lude puer, teneris ætas dum floret in annis.
Dum species ori, dum decet, atq; iuuat.
En veniet properata tibi rugosa senectus,
Quæ puerile decus subtrahat omne tibi.

D cile corrumpitur. ¶Hamus æratus. Esca voluptatis super hamo Diaboli quod esse peccatum oemini dubium est, illinita tegit illud vnde veloti pisces auidi capiuotur adolescentes. ¶Vana. Quinimmò noxia & fallacia. ¶Pellaces. Diaboli lenones, qui miseras animas sponsas Dei pellices Diaboli cupiunt efficere: sed memioisse debemus scriptum
Psal. 72. esse, ò Domine perdes omnes qui fornicantur abs te. ¶Reoouas bominem. Depositis peccatorum sordibus baptismate primo, deinc vera semper pœnitentia. ¶Fœdere nouo. Legis Euangelicæ, renunciando Diabolo, & operibus eius mundo, & pompis eius, carni, & illecebris illius. ¶Decachordo. Subauditor psalterio, quod musicum instrumentum x. chordas babebat, per quas decalogus legis antiquæ significabatur, ad cuius obseruaotiam etiam nunc tenemur. ¶Renouato pectine. Timoris in amorem, hæc est enim summa, & breuis differentia veteris legis & oouæ, timor, & amor, ad illam cogebantur bomioes meto pœnarum: ad hanc amore redemptoris, & retributionis æternę. ¶Armipotens. Cœlestium armorum quę

His Deus illecebris teneram precor eripe mentem
In quibos æratus cooditus hamus inest.
Tu Deus ex alto seotis, quæ vana loquantur
Pellaces: vt agaot in scelus omoe manus.
Dexteraq; illorum mala dextera, plena sinistris
Est operum factis, iooeterata malis.
Ast ego cantabo tibi Rex noua cantica laudum:
Qui renouas homioem fœdere more nouo.
Inq; Decachordo renouato pectine psallam
Carmina quæ dodom præmeditatus eram.
Tu Deus armipotens: to propugnator es acer
Cuoctorum: qui te sopplice voce petunt
Regibus optatam snpera das arce salutem:
Fulmine namq; tuo castra inimica quatis.
Tu quoq; Dauideo ab onilibus ad noua sumptum
Prælia: firmasti robore magnanimo.

2. Paralip. 5 sunt virtutes & gratiæ cœlestes, aduersus arma Diaboli. ¶Regibus. Cultoribus tuis, sicut fuit, Dauid, Ezechias, &
Exod. 3. Iosias cum suis similibus. ¶Quatis. Tempore Iosue, & Samuelis boc ad litteram factum foisse legimus. ¶Ab ouilibus.
Matt. 10. libus. Sicut & aliis Moysen ab opere pastorio ad Ducatum populi euexerat, & Saulem, à cura asinarum exaltauit ad regnum, ac oouissimè piscatores io apicem Apostolatus eleuaoit, vbi sunt qui de oobilitate generis gloriantur, & omoi virtute carent, quæ sola est vera nobilitas. ¶Noua prælia. Magna, & admiranda, contra Vrsos, Leones, gigantes, & feras ac barbaras oationes. ¶Saoguine & hostili. Goliæ gigantis cuius sanguine tinctus & pro-
E prio ipsius gladio caput adhuc poer ampotauit.
1. Reg. 17 ¶Gladio maligno. Sauli maligni regis. ¶Horum. Curialium regis, qui gnatonum more obloquebantur apud regem de Dauid mysticæ, de Christo & eius Ecclesia sunt iotelligenda, qui caput Diaboli dicitur amputasse, eo quòd superbiam illius excussit sublato geotiū regno ad prædicationem Apostolorum. quod anteà per idololatriam possidebat maligous, autem à quò rogat liberari: est populus Iudæorum, qui plurimis ab ipso beneficiis aceptis per inuidiam tamen io membris suis illum persequitur. ¶Natis. Isti sunt hæretici, qoos Iudæi mali vineæ coloni dicuntur genoisse, quia successores inuidiæ malignitatis & nequitiæ reliquerunt, oec enim minus fratres hi persequuntur, quàm Iudæi Christum, & Apostolos eiusdem generis ac sanguinis fuerint persecuti. ¶Vaniloqui, &c. Hæreticos bic describit, ut dignoscantur, & euitentor. ¶Illecebris. Voluptatum, asserendo non esse peccata. vt oostri temporis lutherani, qui solnunt homioes ab obseruatione quadragesimæ, confessionis, & ieiuoiorum, & qoòd deterius est, religiosos atq; moniales à voto castitatis, asserentes licitè oiatrimonio iungi posse, quod detestabile esse oullus ignorat. ¶Leuam. Sinistram, temporalia, vt supra dictum est. ¶Plurima proles. Adbæreotium hæresi suæ, vt super vidimus in populis Germanorum, qui Lutherani sunt facti. ¶Potens. In carnalibus operibus. ¶Arte. Bene arte, quia oatora sterilis arbor est, sic & hæretici per malitiam bæresiarcarum crescunt. ¶Puellas. Plebes & animas lasciuientes mysticè intelligendo: nam & ad litteram boc verū est,

Sangnine & hostili, capitis precioq; redemptus
Incolumis redijt te duce victor ouans.
Deniq; de gladio simul erue meq; maligno,
Horum, qoi linguas exacuere snas.
Me quoq; de natis, quos hîc genuere coloni
Eripe: nam nosti quàm sit iniqua manus.
Vaniloqui, illecebris homines ad ioiqua trahentes
Pro dextra leuam quiq; habuere suam.
Namq; hinc exultant solùm, quòd plurima proles
Pullulat: in mundo sitq; inuenta potens.
Ab radice velot surgentibus arte nooellis
Luxuriat multo germine lenta salix.

F quia mundaoorum bominom filiæ lasciuire gestiunt vt parētes earum, sit exemplo Herodiadis fi-
Marc. 6. lia saltatrix. ¶Imaginibus. Helenæ, Veneris, & similium. ¶Apelles. Egregius pictor, cuius meminit Cicero, & Valerius Maxim. ¶Pinxerat. Sed & puellæ istæ faciem sibi minio, cerusaq; depinguot, & quoddā fuce artificioso colorant, ex hoc farentes se ooo satis esse formosas, summoq; pictori Deo detrahunt, deturpantes illam imaginem, quam ipse depinxit. ¶Laquearia. Præcipuas trabes, quibus borrea ipsa sostenantur. ¶Curuant. Nimio pondere multi frumenti superpositi. ¶Eructare. Ex nimia uini, cæterarumq; rerum plenitudioe. ¶Penu. Generaliter intellige, pro omni cella reconditoria etiā vinaria, & hæc ad litteram verissima sunt, quia muodaoi homines temporalia sola amantes quoscumq; nouerint istis abundare,

Compositas varijs ornatibos atq; puellas
Ludeotes (gaudent) ducere nosse choros.
Sunt & imaginibns similes, quas doctus Apelles
In templis multa pinxerat arte Deum
Horreaq; illorum tritico laquearia curuant.
Eructare pntes vberiusq; peou.
Inter eos condus sine clauibus omnis oberrat.
Largiflua quiuis promit at inde mano.
Atq; mero dulci celaria plena redondant.
Vndiq; delicijs sic Apotheca fluit.
Multiplicant & oues fœtus, qoos vbere piogui
Maxima abundantis copia lactis alit.

Saltibus in plenis leuis est egressus earum,
Fluminis in ripis & viridante toro,
Crassaq; sunt armenta; replent mulctralia vaccæ.
Duraq; prævalidi sunt ad aratra boues.
Nulla ruina domi: non ipsa maceria sæpis
Casmate uel ventis quassa uel imbre cadit.
Non fera, non hostis, sed nec populator agrorum
Nocturnus transit septa vel ipsa gregis.
In plateis nullus clamor sentiitur eorum;
Turba nec ante sui iudicis ora strepit.
Vaniloqui tamen hi populum dixere beatum
Cui sit opum, & rerum copia tanta frequens.
Fœlicem verò populum nos credimus esse,
Cui tu sis Dominus, tu pater, atq; Deus.

ODE EX PSALMO CXLIIII.

Exaltabo.

TE Deus extollã, & vocem super astra leuabo,
Vt tibi confitear Rex meus atq; Deus.
Nomen & æternum benedicam tempore in omni,
In seclum secli te Deus ore canam.
Nulla dies sine laude tua decurret olympo,
Te benedicentem cernet vterq; polus.
Te nomenq; tuum laudabo tempore in omni:
In seclum secli te Deus ore canam.
Magnus enim Dominus, laudabilis estq; per oẽm
Orbis terrarum, cœlicolumq; plagam.
Magnus vbiq; Deus sine fine, canendus vbiq;
Magnus, & exuperans omnia magna Deus.
Te genus oẽ hominum per sæcula cuncta canoro
Carmine laudabit, magnaq; gesta tua.
Fiet vbiq; Deus tua magna potentia nota;
Omnis erit ludis nuncia lingua tuæ.
Magnifici, sanctiq; Dei uersabitur ore
Cunctorum docto gloria laus & honor.
Admiranda canent operum tua carmine digno
Doctiloqui vates: quiq; sequentur eos.
Admirandę canet tua mitis & inclyta proles;
Et nouus adueniens cœtus ab arce poli.
Virtutemq; tuam dicent; quàm fortis & acer
In peccatores terribilisq; manu.
Hinc, & erũt memores, gustu quã dulcis, & haustu
Suauis eis fias mel super, atq; fauum.
Est tua dulcis eis charitas: pietasq; suauis.
Faucibus expãsis hanc & vbiq; petunt.
Semper, & esuriunt, sitiunt quoq; semper, abũdè
Tu licet infundas more uel imbris aquas.
Eructare putes, hinc inde fluentibus hausti
Nectarei potus fluminis instar aquas.
Sunt equidem læti donis præsentibus istis
E cœlo missis, vberibusq; bonis.
Tunc exultabunt; tunc lætabuntur & intus
Cum tua claruerit lucida iustitia.
Tunc cognoscetur miserantis dextera patris:
Quàmq; in eos clemens, quàm miserator eras.

beatos prædicant, mysticè verò, dialectica florentes, A
& garrula loquacitate copiosos, hæreticos, vanæ
plebes, & doctos, & sapientes, & veræ sanctos exi-
stimant, atq; beatos prædicant. Simplices autem
quosq; despiciunt, & si benè moratos, ac sanctæ vi
uentes. ¶ Condus. Cuius officium est res domi
condere, & seruare, quæ ad victum pertinent. ¶ Pro
mit. Educit. ¶ Apoteca. Quæ & celaria dicitur.
¶ Mulctralia. Vasa in quibus lac immulgetur. ¶ Cas
mate. Ruina improuisa maximè ex deffectu ma-
terie vetustæ. ¶ Beatum. Cui & nos aggregare
digneris. Amen.

TE Deus extollam, &c. Pollicetur vates se
so in hoc Psalmo laudaturum Deum mul-
tis ex causis: quæ infrà patebunt, per hoc
inuitans vnumquemq; fidelem ad diuinas laudes
decantandas, & ex se patet litera, paucis exceptis
quæ cursim exponemus. Dicat ergo vnusquisque
ad Deum corde, ore, & manu. ¶ Te Deus extollã.
Idest excelsum super omnia prædicabo. ¶ Super
astra. Mente, cuius meditatio penetrat omnes cœ-
los. ¶ Confitear. Non modo peccata: sed laudan
do potius, quale & illud. Confiteor tibi Domine Luc. 10.
pater cœli, & terræ. ¶ Polus. Arcticus & antarcti
cus. ¶ In sæclum sæcli. Versus intercalaris. ¶ Ma
gnus. Prima causa laudandi, à magnitudine sum
pta est, quam nouimus infinitam non mole sed B
uirtute. ¶ Plagam. Correpta prima regionem, &
maximè cœlestem significat, producta verò vul-
nus. ¶ Exuperas. Nec mirum, quia fecit ea, ergo
maior est eis. ¶ Genus omne hominum. Hoc va-
ticinium est conuersionis gentium, quod prædi-
cantibus Apostolis completum audiuimus: nam
ante quo pacto laudabant, quem non nouerant?
tunc enim cantabatur. Notus in Iudæa Deus.
¶ Gesta. Opera creationis reparationis, & conser-
uationis mundi. ¶ Potentia. Altera causa laudan
di, sumpta est ab omnipotentia eius, qui omnia
potest, & cui nihil est impossibile. ¶ Sancti. Ter- Luc. 1.
tia causa à sanctitate, est enim sanctus sanctorum
Deus, per quem sancti omnes sanctificantur. ¶ Ad-
miranda. Quis enim non miretur profunditatem
abyssi: plenitudinẽ terræ? & altitudinem cœli atq;
astrorum splendorem: superiora mireantur angeli,
nos potius redemptionem nostram miremur, q̃a
proprio filio non pepercit Deus sed pro nostra re-
demptione cum adbuc inimici essemus tradidit il
lum in mortem. ¶ Proles. De qua dicendum soe
rat, beati mites quoniam possidebunt terrã cuius
caput est is, qui dicturus erat, Discite à me, quia Matt. 11.
mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem
animabus vestris. ¶ In peccatores. Obstinatos,
quales fuerunt Aegiptij, quos x. plagis percussos C
in mare rubrum summersit. ¶ Gustu. Interiori
mentis palato. ¶ Et haustu. Sapientiæ illius. ciba
uit namq; Dominus eos pane uitæ, & intellectus,
& aqua sapientiæ salutaris potauit eos. ¶ Chari- Eccl. 15.
tas. Quia dilexit nos, & morte filii redemit. ¶ Pie
tas, Idest misericordia qua verè pœnitentibus sem
per ignoscit. ¶ Faucibus. Animæ, idest maximo
affectu & desiderio, translatio sumpta à famelicis
& sitientibus. ¶ Semper. Hoc ex prouerbiis sum-
ptum est, quia magis ac magis in dies gratia illius
desideramus impleri, ut sic perfectiores ambule-
mus de uirtute in virtutem. ¶ Imbris, Abundan
tioris gratiæ: plus. n. significat imber. quàm plu-
uia. ¶ Eructare. Alios docendo, monendo, incre
pando, ac exhortando. ¶ Nectarei potus. Immor
talis gratiæ, puta charitatis, & sapientiæ. ¶ Læti.

D Semiplenæ propter assiduas vitæ præsentis erumnas, quibus plerumq; afficimur. ¶ Tunc exultabunt. Plenissimè in patria, vbi nullæ sunt miseriæ. ¶Claruerit. Manifesta facta fuerit, in die vniuersalis iudicij, quando apparebunt abscondita
1.Cor. 4. cordium, & tunc vnicuiq; latus erit à Deo. ¶Luti.
Quàm fragiles sumus, q domos luteas habitamus.
¶Semper abusus. Quotidie vt canis reuersus ad vomitum, vel thesaurizando sibi iram in die iræ procrastinando conuersionem, & pœnitentiam vsque ad mortem. ¶Illæsum gustum. Nulla malignitate amaricatum. ¶Defluit. Inuisibili lapsu, sentitur tamen ab animabus assuetis, plus enim calescunt, & gestiunt aliquid dicere, vel facere ad laudẽ Dei.
¶Faucibus. Cachosyntheton est, sic ordinanda est litera, ò Deus Ecce nos opus tuum (subaudi qui sumus) moramur hunc rorem gratiæ tuæ siccis faucibus, de quibus supra. ¶ Reuirescere. Bonis cogitationibus & nouis rerum cœlestium meditationibus. ¶Archana. Quæ amicis in oratione & meditatione ac vigili studio reuelantur. ¶Insinuare.
Cæteris simplicioribus, fidelibus tamen, canibus quippe ac porcis Margaritæ non sunt apponendę, idest infidelibus & in cæno voluptatum volutantibus secreta Dei manifestanda non sunt, qa & spernuntur, & in nos insaniunt. ¶ Vt sensus. Corpo-
E ris quinq; notissimos. ¶Intellectum. Idest gratiã intelligendi diuinas scripturas, & huiusmodi archana. ¶Propagetur. Longè lateq; docendo, &
1.Cor. 2. prædicando diffundatur, ac diuulgetur. ¶Quanta. Sed quis hoc possit? Si oculus non vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit quæ pręparauit Deus iis, qui diligunt eum? poterit quis-
Matt. 13. piam in genere sic dicere, vbi fulgebunt iusti tanquàm Sol vbi sunt omnia bona, & nulla mala, nõ esurient, neq; sitient amplius, neq; cadet super illos Sol, neq; vllus estus, vbi incorruptibiles ac immortales facti æterna beatitudine perfruuntur.
¶Immensa potentia. Nam quæcunq; voluit fecit Deus. ¶Olympum. Vbi sunt latissimæ beatorum omnium mansiones, quem &. Paradisum vocare solemus. ¶Spiritibus. Omnes sedes congruis habitatoribus repleuit. ¶ Inferiora. Quæ & à nostris oculis videri possunt, mysticè inferiora, & superiora sunt duæ totius Ecclesiæ potissimæ partes, triumphantis, & militantis, stellæ sunt sancti do-
Dan. 12. ctores, iuxta illud Danielis, Docti fulgebunt sicut stelle in firmamento cœli. ¶ Animantibus. Quæ in quinque genera sunt diuisa, homines volatilia, quadrupedia, pisces, atq; reptilia, horum autẽ infinitæ sunt species. ¶ Innumerisq; bonis. Frugibus uino, vestibus ac tectis, ceterisq; innumerabilibus, quæ humanæ seruiunt necessitati, vtilitati atque solatio tantarum miseriarum, in quibus to-
F ta die versamur. ¶Nauibus. Quibus, & merces ac homines pro varijs necessitatibus transueherẽtur.
¶Solum. Quicquid aliud continet ipsius est solũ, vt aer volucrum, terra hominum, & pecudum, mare piscium, & nauium. ¶Ab his. Angelis, & sanctis. ¶Magna potentia. Subaudi quanta sit, quia nostra lumina non possunt illuc vsq; pertingere.
¶Quis decor. Quæ pulchritudo. ¶Nonnulla. Parua quidem illius comparatione, magna tamen videtur ambitiosis hominibus ita vt ferè semper belligeretur propter illam. ¶Quis decor est? Responde maximus & incomparabilis. ¶ Si lumine tanto, Vt cuncta suis uicibus inde animalia illuminentur. ¶Quæ lux. Responde multo maior per argumentum de minori ad maius. ¶Syderibus. Beatissimis spiritibus tam Angelorum, quàm sancto-

Longanimis, patiens, expectans tempore multo
Dum conuertantur, qui periere diu.
Quàm multæ piataris eras, miseransq; laborum
Tantorum, fragilis compatiensq; luti.
Vnde nimis durus poterit cognoscier ille,
Qui pietate tua semper abusus erit.
Quàm bonus est Dñs, quàm dulcis habẽtib. intus
Illæsum gustum. quàmq; suauis adest.
Ac veluti lenis diffunditur aere toto
Ros matutinus de super omne virens.
Sic diuina polo miseratio dulcis ab alto
Defluit: intus opus spargit & omne suum.
Faucibus hinc rorem siccis miserantis ab ore
O Deus ecce tuum, nosq; moramur opus.
Iam dudum sitiunt fluido reuirescere rore
Arida prata velut pectora nostra tuo.
Vt valeant arcana tuæ comprẽdere laudis:
Vt quæ compererint insinuare queant.
Omnia quo pacto tibi confiteantur vbiq;,
Et tacitè laudent hæc opera ipsa tuæ.
Nam quibus est sensus, intellectumq; dedisti,
Te facilè & laudant, & tua facta canunt.
Præcipuè quorum sunt immortalia corda,
Qui nec habent aliud, quo teneantur opus.
Hi tibi continuò benedicant: confiteantur:
Hi te collaudent, & sine fine canant.
Propagetur ab his, præconum more canatur,
Quanta sit & regni gloria summa tui.
Quamq; tuæ dicant immensa potentia dextræ
Fortis & inuicte, bellipotensq; Deus.
Nonnè potẽs Deus est? qui summũ erexit olympũ
Qui cœlum, & terram fecit, & alta maris.
Spiritibus sanctis, qui celsa palatia cœli
Impleuit, stellis inferiora nouis.
Nonne potẽs Deus est? varijs animantibus orbem
Qui nostrum impleuit, innumerisq; bonis.
Qui mare piscosum, fecitq; ad commoda nostra
Instabiles vndas nauibus esse solum.
Insinuetur ab his tua magna potentia nobis
O Deus in cœlis, qui tua facta canunt.
Hi natis hominum faciant per sæcula notam
Virtutem magnam, robur & acre tuum.
Quis decor? atq; tui quæ magnificentia regni?
Et quæ maiestas? gloria? quodùe decus?
Nam si terreni nonnulla est gloria regni,
Imperij quantò maior olympiaci?
Infima si tellus, si mobilis vnda, vel aer,
Si pollent magno cuncta decore suo.
Quid decor est regno, quod continet oĩa summo?
Quod stabile, æternum, & sæcula cuncta regit.
Quæ lux innumeris superũm cœlestibus illis
Syderibus? quanto lumine cuncta nitent?
Quo fulgore? quibus radijs? Sol emicat ille
Iustitiæ Christus, filius atq; Dei?

rum hec

A

Cuius enim lincis visus super astra volantis
Aut acies aquilæ, quæ tueatur eum?
Aut cuius mundi facies tam limpida cordis
Quæ fontem capiat luminis vna Deum.

Si duraturi dominatus tempore paruo
Sceptra caduca Duces tam preciosa putant:
Quàm multo imperij sceptrum preciosius illud?
Quo dominaturi sæcula cuncta sumus?
Namq; vnum regnum generatim durat in æuum
O Deus æternum, participesq; tui.
Omnibus in verbis, ne formidate redempti.
Nempe fidelis erit, sicut & ante fuit.
Syngrapha quærâtur, quibus hęc promiserat olim
Inuenies dictis cuncta stetisse suis.
Sanctus item Deus est, operumq; patrator eorum,
Quæ sanctos faciant, magnificentq; viros.
Et si quis lapidi pede fors impingat eorum.
Protinus apponit, ne cadat, ante manum.
Insuper elapsos dudum, vel ab hoste furente
Erigit elisos, atq; medetur eis.
Languentes oculi cunctorum maxime rector
Ad te suspirant, suspiciuntq; patrem.
Quos gemitus mittant, & quæ suspiria, cernis,
In te sperantum, & tabida corda fame.
Tu Deus ex alto sursum ascendentia mille
Pectoris humani vota, precesq; notas.
Eligis ex illis quædam: quæ protinus imples.
Et quædam differs, multaq; sæpe negas.
Annuis iratis quædam (mirabile dictu)
Quæ pœnitus facies blanda negaret eis.
Vnde tamen viuant pater optime sufficientem
Das opportuno tempore cuiq; cibum.
Amplificam, plenamq; manũ placidissimus alter
Tu Deus expandis, distribuisq; bona.
Omnia tunc imples animalia conuenienti,
Qua viuant esca: lætaq; proficiant.
Hæc tua descendat benedictio larga precamur
O dispensator maxime, largiflue.
At vos ò saturi, seu forsitan esurientes
Estis adhuc: sursum murmura nulla date.
Iustus enim Dominus, disponit & omnia iustè
Omnibus inq; viis rectus, & æquus adest.
Sanctus itemq; operum moderator, & arbiter idẽ,
Omnibus est idem mitis, amansq; pater.
Sed melius nouit, quàm vos quid oporteat, & qd
Expediat vobis, quid deceatue dari.
Tempore, mensura, & numero regit omnia certo
Quando, quid, & quantũ det, neget, atq; quib.

rum hominum illuc assumptorum. ¶Sol. Per quã dam similitudinem, quia solus est, & illuminat animas sicut, & hic sol corpora. ¶Lincis. Animal est visus perspicacissimi, ita ut per multa millia passuum longe positam respiciat prædam, quin & vltra parieres dicitur obtutum figere. ¶Aquilæ. Quæ recta acie dicitur in solis radios intuitum figere. Io. Euang. solus potuit bis comparari, quare & aquilæ cognomen accepit. ¶Mundi cordis. Iuxta illud Dominicum. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. ¶Tempore paruo. Quia omnis potentatus Eccl. 10.
vita breuis. ¶Tam preciosa. Vt pro his non dubiten: sanguinem, vitamq; effundere. ¶Dominaturi. Erimus quippe participes regni eius. ¶Generatim. De generatione in generationem, regnum quippe spirituale Ecclesiæ super animabus conuertendis ac conseruandis in præsenti sæculo duraturum est de generatione in generationem, futurum verò in æternum nulla ibi generationum successione, quia vbi uita omnium æterna nullus nasciturus est, aut moriturus: propterea non habebit locum generationum successio. ¶Participesq; tui, Per gratiam ipsius. ¶Verbis. Quibus æternita- Luc. 12.
tem nobis regni promisit, iuxta illud, nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. ¶Ante fuit. In educendo populũ ex Aegypto & assignanda illi terra promissionis, sicut olim pollicitus fuerat Abraam, Isaac, & Iacob: possumus & modò nos dicere, in missione Christi filij sui, & redemptoris nostri quem multo ante patribus, & prophetis promisserat. ¶Syngrapha. Manuscriptum debitæ promissionis, hoc habetur in lege, quæ digito Dei scripta est, lata per Moysen angelo mediante. ¶Stetisse dictis. Opere attendisse, quæ ante promiserat, hoc est enim stare dictis, & est pulcher modus loquendi. ¶Operũ patr. eorum. Iustitiæ, scilicet atq; misericordiæ; nam quos per misericordiam mundat, per iustitiã deinde sanctificat. ¶Lapidi. Offensionis, ac Pe- B
træ scandali (vt docet Petrus Apost.) quem repro- 2. Pet. 2.
bauerunt ex ædificantes Iudæi, qui factus est lapis angularis, & lapis fondamenti domus Dei. ¶Impingat. Cæspitet per fragilitatem humanam. ¶Ne cadat. In foueam hæreticorum, vel in retiacula peccatorum, aut in desperationis lacum. ¶Elapsos dudum. Modo pœniteat & emendentur. ¶Elisos. Alicuius sceleris perpetratione. ¶Medetur eis. Fomento diuinæ misericordiæ, & verbo virtutis suæ, quò sanantur vniuersa. ¶Languentes oculi. Interioris hominis, intellectus, videlicet, & ratio. ¶Suspiciunt. Quasi lumen indeficiens accepturi. ¶Fame, Non panis, sed verbi Dei, quam rem & Hiere- Tren. 4.
mias deplorat dicens, paruuli poscebant panem, & non erat qui frangeret eis, idest simplices & rudes petunt uerbum prædicationis, & nõ adest doctor, aut prædicator, neq; magister ullus. ¶Protinus imples. Quia tendunt ad honorem maiestatis eius & faciunt ad salutem petentium, vt in miraculis quæ fiebant per manus Apostolorum, & ad preces sanctorum martyrum. ¶Differs. Vsq; ad tempus oportunum quod ipse melius nouit, quàm petentes, vt finem persecutionum, & illud quod est in oratione Dominica. Adueniat regnum tuum. C
¶Negas. Vt Apostolo roganti pro discessu angeli Luc. 11.
sathanæ, à quò colaphizabatur. ¶Iratus. Vt malis, quæ petunt in perniciem suam. ¶Cuiq; cibũ. Corporis, & animæ. ¶Altor. Nutritor omnium, ab alendo. ¶Distribuis. Vt tibi lubet, & recta ratione, quæ tamen à nobis minimè comprehendi potest, & ob id quandoquæ murmuratur, sciant cuncti Deum remuneratorem bonorum, ac malorum punitorem, qui benefaciunt amore terrenorum, terrena recipiunt: qui amore cœlestium, cœlestia sunt recepturi, & qui de suis malis non castigantur hic: punientur in aliud sæculum proculdubio. ¶Date. Sed quare dent saturi? fortasse talia non amantes, vt hæbrei, super mahna. ¶Omni- Num. 21
bus Idem.

D bus idem. Quia apud eum nulla est acceptio per-
sonarum, & pro minimo quouis fidelium ita mor
Rom. 2. tuus est Christus, sicut & pro maximo. hinc est q
in sacramentis Ecclesiæ nulla prorsus fit differen-
tia inter magnos, & paruos: nobiles ac Ignobiles:
Dominos & seruos. græcos ac barbaros. ¶ Sed me
lius nouit. Nos enim sæpè ne scimus, quid pera-
Matt. 20. mus, vt filij Zebedei. ¶ Prope. Intra nos est: sed
neq; locus est, vbi non adsit Deus, tandem, post
quantulamcumq; expectationem, ne uile nobis ap
pareat eius Donum, quod statim concederetur,
quia nihil solet charius æstimari, quàm quod diu-
turna prece redimitur. ¶ Plenus amore. Vt qui-
uis artifex erga cõseruationem operum suorum.
aliàs, amor Dei dicitur Spiritussanctus. ¶ Refer-
tos. Plenos, ij sunt maligni. ¶ Perdet. Eterna mor
te, nisi ante pœniteat. ¶ At illos. Subaudi (Solos
dico.) ¶ Ceruicosi. Duræ ceruicis, obstinati.
¶ Inaniter. Liptote est, non solùm frustra: sed po-
tius suo magno malo. ¶ Redarguere. Quasi velit
ipse perditionem nostram. ¶ Causando. De hac
re plenissime decantatum est in alio psalmo supra
¶ Funiculum. Peccatorum nodos, de quibus etiã
satis sopra in alio Psalmo. ¶ Faciles. Facilis enim
est descensus auerni, quia omnis ætas ab adole-
scentia in malum prona est. ¶ Negant. Vt Caim
Gen. 6, & Iudas, quia cum in profundum malorum vene
E rit peccator: contemnit Deũ, & quoscumq; alios
monitores: sed & pœnas despicit cõminatas. ¶ Ge-
Gen. 4. munt. Cum hoc eodem Propheta dicentes, labo-
Matt. 27. raui in gemitu meo. lauabo per singulas noctes
lectum meum lachrimis meis stratum meum riga
bo. ¶ Veniam. Reatuum præteritorum. ¶ Iustũ.
Peccatores obstinatos puniendo. ¶ Piumq;. Pe-
nitentibus parcendo. ¶ Prædicet. Nos etiam, præ
dicemus laudemus, & super exaltemus eum in sæ-
cula sæculorum. Amen,

QVO mihi surriperis, &c. Tepentes animæ
hoc in Psalmo excitantur ad laudandum
Dominum vatis exemplo, qui ut melius id
suaderet quasi Dialogũ introducit superioris par-
tis animę, quæ mens est, inferiorem redarguentis,
quam tamen ipsam animam appellat, quasi exul
uocabuli correctionem merentis, quæ cum spiri-
tus existat spiritualibus inhærere deberet, contra-
rio illa sensibus corporeis adhærens sese subtrahit
à spiritoalibus, itaq; accusando sic illam interro-
gat. ¶ Quo mihi surriperis. Per sequellam sensuũ
qui ad omnia feruntur obiecta. ¶ Vaga ales. In-
stabilem appellat hirundinem, quæ numquam fa-
cit hyberna, ubi æstiua fecerat, loca semper aprica
requirens, quia & uolando girouaga est, talis est
anima inconstans, ubi sese sensuum uarijs affectib.
F tradiderit, non nisi delectabilibus inseruit, & inexa
turabilitet, hoc modo eligit, statimq; alio uiso re
futat, illud iam placet, protinus, & displicet, opti-
Heb. 13. mum ergo est (ut docet Apostolus) gratia stabilire
cor, & non escis: quæ non profuerunt ambulanti-
bus in eis. ¶ Sursum. Ad Dominum circa contem
plationem cœlestium. ¶ Inferiora. Terrena, &
carnalia. ¶ O anima. Repetitio eiusdem est senten
tie. ¶ Infœlix. Quæ potioribus relictis, deteriora
Phy. 3. sequeris. ¶ Hic. In cœlis ubi nostra conuersatio
est, sicut docet Apostolus. ¶ Figere. Subaudi de-
bes. ¶ Collige te. Quæ tota dispersa es, ot illa quæ
Luc. 10, erga plurima turbabatur, cum unom esset necessa
rium. ¶ Mens mea. Respondendo crimen confi-
tetor ot digna uenia habeatur. ¶ Fenestras. Sen-
sus ipsos, uisum, auditum, odoratum, gustum, &

Omnibus est siquidem Dñs prope, vt audiat illos:
Qui verè, & toto pectore sæpè vocant.
Subtrahitur verò mendacibus, ore procaci,
Qui non illum ipsum, dona sed eius amant.
Est prope Rex noster? lateriq; adiunctus adhæret
His, qui illum metuunt, mente coluntq; pia.
Moxq; voluntatem rectam facturus eorum,
Annuat vt votis, audiet ipse preces.
Audiet omnino', tandemq; exaudiet illos:
Vt saluos faciat tempore quemq; suo.
Nempe suos omnes Dominus custodit amicos.
Seruat amatores plenus amore Deus.
At peccatores omnes, odioq; refertos
Perdet, vti stipulas dissipat aura grauis.
Peccantes omnes certè disperdet, at illos
Qui ceruicosi continuant in eis.
Peccantes illos disperdet, inaniter audent
Qui dira Dominum mente redarguere.
Illos disperdet, qui sic causando retorquent
Crimen in authorem: ne teneantur eo:
Et qui cum faciles petiere profunda malorum,
Iam desperantes uelle redire negant.
Et qui funiculum tendendo procaciter audent
Fallere spe veniæ seq; piumq; patrem.
Quos autem peccasse piget, quos pœniter alti
Erroris quorum conscia corda gemunt.
Vt pius & clemens Deus est, miseretur eorum:
Errantes reuocat, datq; reis veniam,
Rectorem cœli, & terræ iustumq; piumq;
Carmine mellifluo pectore, & ore canam.
Clementem Dominum benedicant sæcula cuncta;
In sæclum secli prædicet omnis homo,

ODE EX PSALMO CXLV.

Lauda anima meum Dom.

QVò mihi surriperis, quòrsũ vaga vergeris ales,
Quæ sursum fueras, inferiora petis?
O anima infœlix mea quo te subtrahis inquam?
Quò fugis? hic mecum confiteare Deo.
Hic locus, hic standi, varios hic figere gressus:
Collige te laudes concine tota Deo.
Mẽs mea recta mones; sed sensibus ecce propinquis
Abstrahor huc illuc: quoúe fertur, eo.
Corporeæ molis quasi carcere clausa fenestras
Sæpè peto, vt videam plurima gesta foris.
Me grauat interdũ mors hæc reprimitq; deorsum
Hæc corruptibilis, futilis atq; caro.
Ast aderit tempus cum morte putredinis huius
Deposita, sursum tollat ad astra leuis.
Quin super astra ferar tecum, vitamq; perennem
Induar illustris lumine fulta nouo.
Tunc benè laudabo Dominum: tunc tota resoluar
In noua lætitiæ cantica iuncta Deo.
Carmine mellifluo per celsa palatia pangam.
Tu mea sola salus: tu mea vita Deus.

tactum ki

pactum, hi sunt animæ fenestræ quibus exteriora hæc uidet ac concupiscit. ¶ Grauat. Quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam (vt docet Sapiens) & impedit sensum multa cogitantem terrena inhabitatio. ¶ Mors hæc. Mortale corpus, quò sæpè animæ mors infertur per occasionem. ¶ Putredinis. Carnis corruptibilis, & putrescentis saltem morte obita. ¶ Nouo lumine. Cœlestis gloriæ. ¶ Pangam. Cantabo, vnde & alibi dicitur beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. ¶ Aliquid fuero. Hic etenim penè nihil sumus, tam sępè à Deo disiuncti per multa peccata, quæ cum nihil sint, etiam nos adhærentes illis penè in sese conuertunt. ¶ Tam procul. Longe enim est à peccatoribus salus. ¶ Es solus. Absq; nullius adminiculo, vnde & legimus eum dixisse Moysi. Ego sum qui sum: & iterum, qui est, misit me ad uos. ¶ Verè. Incommutabiliter, modò enim sæpè mutamur vt frondes arborum. ¶ Infœlix. Me ritò redarguitur, & appellatur infœlix, quæ sciens, vbi debeat sistere, per incerta vagatur. ¶ Ope. Sunt enim fallaces. ¶ Suspicis. Suspirando aspicis; quasi talis esse desiderans. ¶ Non erit. Dicitur enim per Hieremiam, maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. ¶ Posthabito Deo. Vt Hæbræi, qui confidebant, in Assyrijs, & quandoq; in Egyptijs. ¶ Mendax. Sic & alibi, ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax, quia sumus omnes ad promittendum faciles: ad exhibendum verò difficiles. ¶ Stet. Dato, sed non concesso: vt dicunt disputatores, ponamus ꝙ sit stabilis, & verax aliquo tempore: verumtamen aliquando cadet in mendacium propter humanam infirmitatem. ¶ Exuuijs. Scilicet Mortalibus, quæ aggrauant atq; impediunt, vt etiā supra ostensum est. ¶ Spiritus exibit. Sensus est, & si quispiam uerax esset, nec tamen adhuc in illo posthabito Deo confidendum est, quia cito posset mori, & ob id nostra fiducia frustrabitur. ¶ Vt vnde venit. Si tamen fuerit dignus, alioquin in infernum descensurus est. ¶ Mollis. Delicata, maxime nobilium, qui ab infantia delitijs assueuerunt. ¶ Eorum. Qui in ipsis sperauerant, dum viuerent. ¶ Neq; res. Cū effectu salus, & de presenti. ¶ Neq; spes. Futuræ, scilicet salutis. ¶ Fatuum sal. Doctor fatuus, qui alios docet, sed seipsum non docet, alludit ad illud Euangelicum, vos estis sal terræ, quòd si sal euanuerit siue infatuatum fuerit; in quo salietur? ad nihilum valet vltrà &c. ¶ Igne. in sinu meretricis, putans propterea ignem libidinis in se restinguere, cum potius sic agendo magis ac magis accendatur. ¶ Dexter. Fœlix & prosper, non in copia diuitiarum vel dignitatum sumo: sed in abundantia gratiarum atq; virtutum. ¶ Colit. Exercendo multis laboribus & periculis, vt hunc ipsum psaltem Dauidem, nam Deus pater ut dicit D. I. Christus, agricola est, ipse uero uitis, & nos palmites eius, omnem palmitem afferentem fructum purgabit; ut plus afferat, non ferentem autem amputabit, vt colligatur, & ardeat. ¶ Filius. Isaac, & nepos Iacob. ¶ Patres. Ab eis descendentes maximè qui fuerunt in deserto cum Moyse, & intrauerunt in terram promissionis cum Iosue. ¶ In Domino. Quo ad potestatem. ¶ Deo. Quò ad creationem. ¶ Vitrea vasa. Fragilia, per similitudinem, aliàs lutea vasa dicendum fuerat. ¶ Instabiliq; fide. Vt plurimum: nam pluta solet populis polliceri, donec alliceant illos ad subeundum iugo, quæ postmodum non exhibent. ¶ Et alta maris. Pro hæc ostendit immensam eius potentiam, quā dominatur vbiq; nec quisquam potest effugere manus illius. ¶ Suis locis. Leuissimum etherem super oīā proximum illi aerem leuitate, deinc aquam grauiorem, terram verò grauissimam infimum tenere locum constituit, quæ nostra fieret habitatio, dū in hoc sæculo peregrinaremur. ¶ Repleuit ea. Congruis habitatoribus, de qua re iam in alio dictum est Psalmo.

A Sap. 9.

Gen. 3.

Hier. 17.

B

Matth. 5.

Ioan. 17.

C

Cumq; aliquid fuero tibi psallam: cantica dicam,
 Nunc etenim vix sum tam procul arce tua.
Tu Deus es solus: per te sunt omnia quæ sunt;
 Te sine nullus homo est; te sine nullus erit.
Tunc erimus verè Deus ò substantia nostra
 Cum benè adhærebunt pectora nostra tibi.
O anima infœlix, cur defluis ergo vagando?
 Cur miraris opes, vnde carebis ope?
Armatosq; duces argento, auroq; coruscos
 Suspicis? anne tibi sors erit inde salus?
Non erit inde salus dulcissima mens mea certè
 Sed feror huc illuc, sicut hirundo vaga.
Posthabito nolite Deo confidere sæcli
 Principibus: quàmuis plurima posse putent,
Posthabito nolite Deo confidere cuiquam
 Ex natis hominum: sit licet ille bonus.
Progenies hominum mendax, leuis, instabilisq;
 Vertibilis, fallax, propositoq; cadens.
Stet tamen & dictis dotatus robore quisquam
 Præditus ingenio, moribus atq; probis.
Quisquis is est: animum vt reliqui, mortalib. aliū
 Induit exuuijs: atq; aliquando cadet.
Corpore deposito superas rediturus ad auras
 Spiritus exibit, venit vt vnde volet.
Mollis & ipsa caro quandoq; superba redibit
 In vilem terram: sicut & ante fuit.
Tum spes incassum concepta peribit eorum.
 Quæq; expectabant, irrita cuncta cadent.
O anima infœlix, cur ergo suspicis illis?
 Quis neq; res; neq; spes certa salutis inest?
Cur non tota Deo potius coniungeris alto
 Hic mecum? vnde tibi spes erit atq; salus.
Iure quidem merito charissima mens mea iure
 Me miseram accusas, instabilemq; doces.
Facta ego sum fatuum sal; turpis amator vt ille,
 Prudens atq; sciens, qui tenet igne manum.
Ipsa quidem dudum noui solum esse beatum
 Cui Deus adiutor, cui prope dexter adest.
Quem Deus ille colit, coluit quem fidus Abramus
 Quem proles eius, quem coluere patres,
Ille beatus erit, spes & fiducia cuius
 Ipsius in Domino figitur vna Deo.
Ille beatus erit, qui non in vitrea vasa
 Terrenorum hominum spem locat vsq; suam.
Qui neq; principibus fidendum iudicat illis
 Cum sint mortales, instabiliq; fide.
Sed Domino credit; Domino confidit in illo,
 Qui cœlum & terram fecit, & alta maris.

Quiq; suis immensa locis Elementa locauit:
Et benedixit eis: atq; repleuit ea.
Omnia qui fecit quæcumq; creata videmus,
Qui regit, & seruat numine cuncta suo.
Qui custodit eos homines, qui vera sequuntur
Verus, amans veri sæcula cuncta Deus.
Fidite ei miseri, quibus est iniuria facta:
Iudicium vobis reddet, & absq; mora.
Sperate in Domino danti esurientibus escam:
Nam quæ fecit, alit numine cuncta suo.
Angelicos siquidem diuino rore ministros
Ambrosia pascit; nectare potat eos.
Corpora cœlesti cœlestia lumine nutrit:
Perpetuumq; ignem syderis esse facit.
Aëre multiuolas solus cibat ipse volucres,
Queq; natant vastis nutrit, & abdit aquis.
Et quæ tam varijs reptant animantia terris
Quadrupedant, serpunt, omnia solus alit.
Ast homines ipsos, quos propter & omnia fecit,
Vt genitor natos educat atq; fouet.
Multipliciq; cibo velut altor diues abundè
Sustentat; paruos vbere matris alit.
At qui iamdudum in robur creuere virile,
Suggerit his solidum dentibus esse cibum.

D est Psalmo. ¶ Qui regit, & seruat. Hi duo versi-
culi multas hereses preteritas explodunt, & mathe
maticos nostri temporis, qui somniant mortalia
omnia stellarum fato gubernari, cum certissimū
sit stellas propter homines factas esse, non autem
propter stellas homines. qui digniores sunt omni-
bus creaturis visibilibus. ¶ Vera. Dei præcepta
Heb. 10. atq; promissa, non humana tantum. ¶ Verus. Vn
de & verax dicitur pater, veritas filius, verùm & spi
ritussanctus, non tamen tres veri; sed vnus est idē,
& verus Deus. ¶ Fidite. In eo, qui dixit, mihi vin
dictam, & ego retribuam. ¶ Sperate in Domino.
Subaudi vos inopes, & quicumq; esuritis. ¶ Am-
brosia, & nectare. Idest immortalitate, hac pascun
tur, & potantur beatissimi Spiritus. ¶ Corpora
cœlestia, Sydera omnia. Solem Lunam ac Stel-
las omnes. ¶ Cœlesti lumine. Non illo suo diui-
no quò spiritus superos, & animas illustrat im-
mortales: sed æthereo, illisq; conuenienti. ¶ Perpe
tuum. Vsq; ad consumationem sæcli, ne sit con-
tra Apocalipsim B. Ioannis Apost. quem vide.
Apoc. 20 & 21. ¶ Aere multiuolas. Per aerem multum uolitan-
tes, nec enim solo aere pascit omnes: sed e terra ci
2. Petri. cap. 3. bis. ¶ Natant. Pisces cum suis conchis atq; repti
libus innumeris. ¶ Acquis. Per aequas vt de aere
dictum est: nam & multi pisces, e terra cibis vescun
tur, multi inuicem deuorantur. ¶ Reptant. Vnde
E & reptilia apellantur, vt mures atq; lacertæ. ¶ Qua
drupedantur. Vt ab initio, & in fine etiam homi-
nes iuxta ænigma sphingis. iumenta omnia gre-
ges & feræ. ¶ Serpunt. Vt uiperæ atq; serpentes.
¶ Ast homines. Qui non videntur sub his tribus
generibus contineri, verè enim natura bipedant. Specialiter autem homines expressit, quia ea quæ speciali nota
digna sunt, si non specialiter exprimantur videntur esse neglecta, & quia non de bobus (vt ait Apostolus) sed de
1. Cor. 9. hominibus præcipua est cura Deo, propter quos in consequentiam, & alia curat animantia, vt sint & alantur.
¶ Paruos, Rudes atq; imperfectos adhuc. ¶ Vbere. Doctrinæ simplicis hystoriarum vtriusq; testamenti ac dul-
cedine miraculorum. ¶ Matris. Ecclesiæ. ¶ In robur virile. Perfectos intelligit, & qui sensus habent exercita-
1. Cor. 1. tos in lege Dei. ¶ Solidum cibum. Sapientiæ mysticè de qua dicit Apostolus. Sapientiam loquimur inter perfe-
ctos. Sapientiam autem non huius sæculi quam stultam fecit Deus. ¶ Dentibus. Non his osseis, quos habemus in
Act. 10. ore: sed spiritualibus, de quibus dictum fuit Petro, macta & manduca, & quibus animalia munda doctrinam ru-
minant auidè acceptam. ¶ Esse. Ab edo, non à sum, idest manducare, hoc est intelligere atq; meditari, quæ à
doctore audita sunt. ¶ Vacuo pectore. Intelligentiæ atq; prudentiæ. ¶ Fame. Illius panis, de quo scriptum est,
cibauit illos pane vitæ atq; intellectus. ¶ Aliun-
de. Quàm ex Deo, panem vitæ. ¶ Fonte. De quò
Esa. 12. Esaias, haurietis in gaudio acquas de fontibus Sal
uatoris. ¶ Rapiens. Vt Dinam vagam filiam Ia-
cob Sichem filius Emor, quam & violauit ¶ In vin
cula. Peccatorum, quia qui facit peccatum, ser-
uus est peccati. ¶ Hostis. Diabolus. ¶ Oculos.
Intellectus, & rationis. ¶ Pedes. Affectus bonos,
& consuetudinem bene operandi. ¶ Quis soluet.
Nisi potens Deus, & filius eius Redemptor noster,
ac Spiritussanctus, quò accepto remittuntur pecca
ta, alijs interrogationibus idem responde. ¶ Cella
ria. De quibus in canticis canticorum, introduxit
Cant. 1. me Rex in cellaria sua. ¶ Compedibus. Malarum
affectionum, & consuetudinis pessime ex plurimis
F actibus inolitæ. ¶ Vincula. Peccatorum, de qui-
bus, & alibi dicitur. Dirupisti Domine vincula
mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. ¶ Pedes eli-
sos. Actus imperfectos, iuxta illud, imperfectum
meum viderunt oculi tui Domine. ¶ Facilem. Ad
bene operandum, quæ via prius difficilis esse vide-
batur, ut pote contraria priori male consuetudi-
ni. ¶ Viam. Mandatorum Dei, per doctrinam
Euangelicam. ¶ Lumina. Interioris hominis, de
quibus supra. ¶ Et iustos. Ex peccatoribus factos
concessa illis remissione peccatorū primò, in Ba-
ptismo, deinde in Sacramento pœnitentiæ. ¶ Pe
regrinos. Qui aliquo casu Pastores animarū per-

O anima infœlix vacuo cur pectore torques
Huc illuc oculos? pallidaq; ora fame?
Nunquid habere vales aliunde famellica panem?
Fonte vel ex alio num sitibunda bibes?
Quid si te rapiens in vincula iecerit hostis?
Erueritq; oculos? fregerit atq; pedes?
Vincula quis soluet? vel perdita lumina reddet?
Curatis pedibus, vel quis abire sinet?
Mens mea tu iustè quereris: sed fluxa relabor
Vt cutis Anguillæ, labilis vtq; liquor.
Fons & origo boni Deus est: cellaria cuius
Numquam deficiunt: sufficiuntq; mihi.
Compedibus ruptis solus, manicisq; solutis;
Carcereq; effracto tollere vincla potest.
Solus & ipse pedes elisos erigit; atq;
Dat facilem gressum: monstrat & ipse viam;
Lumina restituit medicorum maximus ille
Langoresq; omnes optimus ipse leuat.
Diligit & iustos: peregrinos ipse tuetur
Hospitio: plateis nec sinit esse vagos.

diderunt,

Orphanus est illi curæ, viduamq; relictam
Suscipiet, charum restituetq; virum.
At peccatorum latas fortissimus vnus
Disperdetq; vias: præcipitesq; trahet.
Rex regum Dominus toti dominabitur orbi.
Regnabit Dominus sæcula cuncta Deus.
Collætare parens generatim tuq; fereris.
Ad cœlum, vt regnes & sine fine sion.
Compede corporea, manicisq; ligata reatus
Effosso teneor lumine cordis iners
Viribus elisis, & toto pectore fracta
Quam vel ames nequeo iusta subesse tibi
Hospicioq; carens huc illuc aduena iactor
Indigeoq; patris orphana præsidio.
Hæc mihi tutor adest, solatia parua pupillo.
Sum similis viduæ, quæ sit & orba patre
Per peccatorum trahor, & spaciosa viarum
Vt cæca immergar præcipiti baratro.
Quàm procul à regnis erimus per sæcula cuncta
O Deus alme tuis, quàmq; Sione procul.
Compede perfracta precor ò manicisq; solutis
Terrea iam tandem vincula tolle mihi.
Intima redde mihi quæ perditus abstulit hostis
Lumina: tu ductor, tu comes esto viæ.
Erigeq; elisam: vt fiam sine labe columba.
Nataliq; solo ciuis vt esse queam.
Orphana nec dicar: viduæ nec filia mæstæ,
Tu pater, & tutor, tu mihi sponsus eris.
Nec peccatores ducent ad inhospita saxa
Præcipitem latæ per spaciosa viæ.
Quin vbi tu regnas, istic regnabimus ipsi
Tecum & cum nostra matre sione Deus.
Hic mea iam fœlix anima, hic assuesce morari.
Hic lauda Dominum carmine perpetuo.

A dederunt, quamuis omnes, dum sumus in hoc sæculo peregrinamur à Domino: non habentes hic ciuitatem manentem: sed futuram inquirentes. Heb. 13. ¶ Hospitio. Militantis Ecclesiæ. ¶ Plateis. In latitudine errorum. ¶ Orphanus. Qui abrenunciauit patri Diabolo, cuius olim factus fuerat filius per imitationem malorum operum. ¶ Viduam. A mundo derelictam animam, & à mūdanis solatijs destitutam, hæc est vniuersalis Ecclesia & quæuis anima verè fidelis. ¶ Virum. Ipsum Deum, vel Christum filium eius intellige, de quò dicit Apostolus, optaui enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 2.Co.11. ¶ Latas vias. Errorum, quæ ducunt ad perditionem. ¶ Trahet. In infernum ministris iustitiæ diabolus trahendos sinet. ¶ Parens Sion. Hæc est sancta mater Ecclesia, in sion per Apostolos congregata. ¶ Vt regnes. Cum dicet, Venite benedicti possidete regnum quod vobis paratum est à constitutione mundi. Matt. 25. ¶ Teneor. Hæc dicuntur in persona Ecclesię militantis, quasi Deo respondentis quare nō possit citò conscendere ad quod fuerat inuitata, potest etiā esse ipsa eademq; anima, quæ animaduertens mente in velle adhuc illam redarguere, quare non erigeret se ad illud regnum, de quò dixerat excusando, quia mole corporea grauabatur. ¶ Hospitio. Domus Dei, à qua per culpam excluditur. ¶ Patris. Dei non amplius diaboli, cui ab renunciauit. ¶ Tutor. Christus, B vel potius Moises antiquæ legislator, vnde dicebat Apostolus quamdiu paruus est hæres nihil differt à seruo: sed subtutoribus, & actoribus est vsq; ad definitum tempus à patre, talis pupillus fuit populus Dei ante aduentum Christi, quod erat tempus à patre definitum. Gal. 4. ¶ Vidua. Qualis olim dicebatur, esse synagoga, nunc & Ecclesia interdum dicitur vidua, quia sponsus eius Christus ascendit in cœlum. ¶ Patre Deo. Qui & si verè nos minimè derelinquat, tamen à negligentibus aliquantulum se subtrahit. ¶ Baratro. A profundo malorum, quod est contemptus Dei, & maiorum, dilabimur in profundum inferni. ¶ Erimus. Si lapsi fuerimus in prædicta profunda. ¶ Sione. Modò à triumphanti Ecclesia. ¶ Compede. Hic rogat ea tolli impedimenta, quæ supradicta sunt.

¶ Columba. De qua in canticis canticorum, vna est columba mea, & iterum veni columba mea, veni speciosa mea, in foràminibus Petræ in cauerna maceriæ, &c. Gen. 6. ¶ Natali solo. Cœlestis regni, vnde creata anima huc descendit. ¶ Ciuis. Iuxta illud Apostoli. Iam non estis hospites. & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. Eph. 2. ¶ Tu pater. Quam bene seipsam declarat. ¶ Regnabimus. Cum aduenerit illud regnum quod in oratione Dominica quotidie petimus dicentes. Adueniat regnum tuum. ¶ Assuesce. Multùm enim prodest cœlestibus assuescere meditationibus, quibus aliquando toti ac semper iubemur. ¶ Carmine perpetuo. Laudemus & nos Dominum hoc carmine perpetuo, qui laudabilis, & gloriosus est in sæculi. Amen.

O POPVLI laudate Deum, &c. In presenti, & sequentibus Psalmis inuitantur homines ad diuinas laudes, pluribus ex causis, quæ patebunt, & quia multum diffusi fuimus in carminum cantu breuiores erimus in expositione, nemo tamen nos arguat. longitudinis aut breuitatis, quia Ducem spiritum Domini in vtraq; re sequimur, ipse suggessit ea, quæ in carmine diximus, suggeret (vt spero) etiam ea quæ in expositione dicturi sumus, nos igitur inuitans ad laudandum Dominum sic incipit. ¶ O populi. Non soli Iudæi vt olim: sed C & omnium modò gentium, quibus notus factus est Deus per Apostolicam prædicationem: nam ante dicebatur. Notus in Iudæa Deus, & non fecit taliter omni nationi, nec iudicia sua manifestauit eis. ¶ Instructi. Ab Apostolis, & eorum successoribus, siquidem hoc fuit vaticinium de vocatione gentium, ad cultum veri Dei. ¶ Psalteria vestra. Hæc sunt decem præcepta legis diuinæ quæ tunc benè tangimus, quando illa opere complemus. vt subditur. ¶ Manuq; negare. Malè operando, de ijs dicitur ab Apostolo, verbis confitentur se nosce Deum, factis autem negant. Tit. 1. ¶ Blanditi cantu. Syrenarum more. ¶ Tela. Blasphemias in Deum & sanctos, quin & oppressiones pauperū, iustorumq; persecutiones sunt tela in Deum, scriptum est enim, qui vos tangit, me tangit, item alibi. nolite tangere Christos meos, & rursus. Saule Saule quid me persequeris? Zac. 2. 1. Pa. 16. Act. 9. ¶ Coruus. Crocitans. ¶ Olor.

ODE EX PSALMO CXLVI.

Laudate Dnm quoniam bonus.

O Populi laudate Deum, quicumq; per orbem
Iam dudum instructi noscitis esse Deum,
Laudantes Dominum serui cognoscite vestrum,
Laudibus intenti semper adeste suis.

Consona laudantes psalteria tangite vestra.
Suauior est dulci vox moderata sono.
Nam bonus est Psalmus: bona res modulatio vocis
Cum dulci est linguæ consona prompta manus.
Tum iucunda Deo, tum grata decoraq; nostro:
Consona si vitæ carmina laudis erunt.
Quid iuuat ore Deum laudare, manuq; negare,
Blandiri cantu, mittere tela manu?
Nec laus est speciosa magis cantantis in ore,
Quàm si cantaret Coruus, ut esset olor.
Laudantes igitur vocem tollamus ad astra
Et palmas operi, rectaq; corda Deo,
Laudemus Dominum, qui nobis præparat vrbem,
Quam nunc ædificat, Hierusalemq; vocat.
Ac veluti viuos lapides exciderat olim
Montibus ex altis, rupibus eq; sacris,
Iusserat inde fabris vt cœlo saxa dolaret,
Quæ manus artificis sisteret apta locis.
Sic modò dispersos, sic colliget inq; futurum
Israelitas: vnde ruere semel.
Collectos iterum, atq; iterum iubet arte dolari.
Mundatos proprio restituetq; loco:
Malleus, & dolabrum fracti contritio cordis,
Pectoris & cœlum tunsio fortis erit.
Namq; solet Dominus contritos corde fouere
Dumq; fouet medica vulnera sanat ope.
Quæ fuerant contrita ligat: quia ducta cicatrix
Est solidanda prius: quàm soluenda cutis.
Fasciolæ illius sunt hortatoria verba
Vincula vittarum, teniolæq; sacræ.
Mira cano: veniet certum sine tempore tempus,
Semper erit præsens, & sine nocte dies.
Tunc is qui numerat stellas, & sydera solus,
Vnamquamq; suo nomine quiq; vocat.
Qui notat & cursus, & tempora nouit earum,
Signa, potestates, qui notat atq; loca.
Is lapides ipsos, quos ante refixerat vrbe,
Vtq; faber certis strinxerat arte locis.
Hos superæthereo ceu sydera figet olympo;
Vt lustrent radijs inferiora suis.
Hos tamen intereà ceu stellas ipse recenset.
Aduocat, & scribit nomine quemq; suo.
Quin etiam fulgere facit virtutibus illos,
Quorum sunt radij gloria, fama, decus.
Magnus & immensus Deus est super omnia celsus
Maxima quæq; creat; maxima quæq; mouet.
Nec minor est eius uirtus, immensaq; celsa.
Maxima quæq; facit: maxima quæq; quatit.

D ¶Olor. Cignus dulciter canens. Coruo comparan
tur presbyteri bene canentes, & male viuentes. Ci-
gno religiosi benè seruantes vota suę professionis.
¶Aedificat. Viuis ex lapidibus vt docemur ab v-
troq; Apostolo, idest ex hominibus sanctis, & pro-
bis. ¶Olim. Ad litteram per Salomonem dum
conderetur templũ illud toto orbe famosum my-
sticè per viuos lapides intelligit prophetas, & san-
ctos veteris testamenti, quos ex montibus magnis
Abraam. Isaac, & Iacob per quandam similitudi-
nem dicitur excidisse, eo quòd ex illis descende-
runt, & mores imitati sunt eorum. ¶Rupibus eq;
sacris. Moyse & Aaron, vnde sacra in populo Israe
litico ortum habuerunt. ¶Fabris. Sacerdotibus,
Psa.117. & ministris templi de quibus in alio Psalmo, lapi-
dem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus
est in caput anguli. ¶Cœlo. Fabrili instrumento
quod & scalpellum vocant, hic autem mysticè po
nitur pro vngulis ferreis & alijs similię carnificum
instrumentis. quibus corpora sanctorum dum la-
niantur atq; tunduntur animi quodammodo con
quadrantur, & poliuntur, vt apti sint ædificio spiri
tuali. ¶Dolarent. Explanarent. ¶Artificis. Idest
Architectonis Christi. ¶Sic modò. Noui testamē
ti tempore. ¶Dispersos. Per omnes nationes ele-
ctos à constitutione mundi, de quibus scriptum
Ioan.11. est in Euang. & vt eos qui erant dispersi congrega
E ret in vnum. ¶Infuturum. Vsq; ad consumatio-
nem sæculi. ¶Israelitas. Non carne tantum, & san
guine: sed potius fide, & moribus. ¶Ruere. A ve
teri synagoga, & ab antiquis patribus filijs Noe;
qui coluerunt Deum: sed à tali cultu per idolola-
triam excidere tanquam ab ædificio domus Dei.
¶Collectos. Iterũ, per Apost. eorumq; successores.
¶Arte. Non intellecta à fabris ipsis tortoribus
martyrum, qui in hoc seruiebant Christo nescien-
tes. ¶Proprio loco. In Ecclesia Dei reedificata,
partim ex veteribus ruinis, & partim ex nouis lapi
dibus per nationes gentium collectis. ¶Erit. Tem-
poribus futuris, quando pax donabitur Ecclesiæ:
nam tunc sancti confessores hoc nouo martyrii ge
nere tunduntur, & aptantur in Ecclesia Dei. ¶Fo-
uere. Spe remissionis peccatorum. ¶Ligat. Salu
bribus monitis Sacerdotum ne recidiuum patian
tur. ¶Solidanda. Per contrariam consuetudinē
viuendi. ¶Soluenda. Dieresis est. ¶Cutis. Libe
ra ab iniunctione satisfactionis impositæ. ¶Fascio
læ. Seipsum declarat. ¶Teniole. Summitates oblungæ vittarum sunt. ¶Veniet. Post consumationem sæculi.
¶Tempus semper præsens. Absq; preterito & futuro. ¶Ceu sydera. Sic & Daniel, docti sicut stellæ fulgebunt in
Dan.12. perpetuas æternitates. ¶Recenset. Dinumerat, nouit enim Dominus qui sunt eius. ¶Scribit. In cœlis, vnde &
Dominus legitur dixisse discipulis, gaudete & exultate. quia nomina vestra scripta sunt in cœlis contra mali scri
Hier.17. buntur in terra iuxta vaticinium Hieremiæ, Domine qui recedunt à te, in terra scribentur. ¶Deus. Pater. ¶Vir
1. Cor.1. tus. Filius Dei, qui iuxta Apostolum prædicatur
1.Cor.1. virtus & sapientia Dei D. N. I.Chr. ¶Spiritus san-
F ctus. Scilicet tertia in diuinis persona. ¶Vnam. In
seipsa, multiplicemq; in donis, & varijs scientijs ar
tibusq; hominibus distributis. ¶Meta nec ulla.
Quia immensa est ac infinita. ¶Nec libratur. Nec
enim mole ponderosa est: sed maxima virtute,
quæ imponderabilis est, ac inextimabilis. ¶Capi.
A minoribus se intellectibus humanis, & Angeli-
cis, qui ab ea illustrantur vnusquisq; pro modulo
capacitatis suæ, vnde & Apostolus exclamauit di-
Rom 11. cens, ò sapientia, & scientia Dei, &c. ¶Quis nam.
Subaudi nullus. ¶Mitis, & humanus. Sibi ipsi re
Esa. 66. spondet, iuxta illud sapientiæ eulogium, super
quem requiescet spiritus meus? nisi super humilē
ac trementem ad omnia verba mea. ¶Nitidoq;.
Ex fonte sapientiæ, dixit enim. Qui sitit veniat ad
Ioann.7. me, & bibat, & qui biberit ex aqua quam ego da-

bo, fen

gius & est speciosa nimis sapientia magna
Maxima quæq; docet: maxima quæq; regit.
Omnia dinumerans, nec dinumeratur ab vllo,
Spiritus hanc vnam multiplicemq; dedit.
Omnia comprendit, disponit & omnia certo
Ordine: non ordo, meta nec vlla sibi.
Pondere cuncta librans: ea neclibratur ab vllo.
Quanta sit, & qualis, nec valet illa capi.
Quis talem, ac tantam poterit cōprendere? quis nā
Tam præcellenti præditus ingenio?
Mitis, & humanus, promptusq; facessere iussa
Nec querulus tacito murmure mussat ei.
Pro modulo apprendet, nitidoq; ex fonte valebit
Vas implere suum quantulacumq; capit.
Mansuetos siquidem Dominus recipitq; fouetq;
Vt genitor natos erudit, atq; docet.
Immites verò, tumidos, querulosq; repellit,
Vt peccatores excutit atq; sinu.
Reijcit atq; domo: procul inde repellit ab vrbe.
Indomitosq; iubet sordida rura coli:
Quos, humiles habitare casas magalia cogit.
Aut in speluncis degere more feræ.
Pauperis aut tuguri congestum cespite culmen,
Vt duros homines hos habitare facit.
Quotidie vt vertant dentato vomere terram:
Vtq; terant duras falce, ligone, manus.
Sarcula, rastra trahant, fiant sub pondere curui:
Seq; laborantes pane doloris alant.
Sic terram sapiant hi qui cœlestia temnunt,
Sic terræ capiant parua lucella suæ.
Si tamen ex illis duros finire labores
Si quis auet, tandem desinat esse ferus.
Duriciem ponat, ceruicem flectat, anhello
Pectore det gemitus, ferrea corda terat.
Percutiat pectus, seseq; redarguat ipsum:
Collaudet Dominum; confiteatur ei.
Quare agite ò duræ mentes, animiq; rebelles
Iam mites facti, iamq; redite domum.
Præcinite, & peccatorum confessio prima
Ante pedes Domini, proxima laudis erit.
Grata dehinc manibus psalteria tangite vestris.
Pulsare & cytharam pectine, vel digitis.
Voce Deo canite, atq; operando psallite nostro.
Virtutes, cytharæ pangite cumq; sono.
Si iungatur opus voci modulatio dulcis
Virtutum numero mellifluumq; melos.
Sic sic concinite, & Domino iam psallite nostro,
Qui cœlum mira nubibus arte tegit.
Nam fruges nobis tellus sitibunda negaret.
Arida ni facies complueretur aquis.
Ergo parat plouiam cum cœlum nubibus obdit:
Vt montes fœnum gramina mittat humus.
Iumentis fœnum gregibusq; ferisq; paratur,
Ne desint homini talia seruitia.
At frumenta homini, vinumq; oleumq; ministrat.
Et fruges omnes, addit olusq; virens.

bo, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam, A
& flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. ¶Capiti. Nec amplius exquiret. ¶Mansuetos. Qui nec offensi sese nouerunt vlcisci, quin & pro inimicis intercedunt, exemplo Domini, qui pro crucifixoribus orauit, sic & Stephanus pro lapidatoribus & Iacobus Apostolus pro iis, qui illum de pinnaculo præcipitē dederant fractis cruribus orauit. ¶Sinu. Sanctæ matris Ecclesiæ. ¶Domo. In qua ante illum collocauerat alendum, puta alicuius religionis aut Ecclesię sæcularis. ¶Ab vrbe. Per excommunicationē apertam uel latentem. ¶Vilia officia. Secularium negociorum. habemus hic in nostro hospitali quendā languidum, qui fuerat Abbas magnæ cuiusdam religionis, qui ad tam grauem miseriam deuenerat, vt in habitu sæculari lacero vestitu in diuersorio quodam rurali seruierat multos menses per famulo stabulario, in hunc miserum & in alios complures apostatas verificantur hæc omnia ad vnguem, quæ hic sub persona contumacis filij de domo paterna eiecti eleganter describuntur. ¶Lucella. Parua lucra, est enim diminutiuum nomen. ¶Auet. Desiderat malis attritus, qualis ille prodigus, qui missus in villam
Luc. 15.
fuerat pascere porcos. ¶Ferus. Agrestis moribus. ¶Duritiem. Obstinati pectoris. ¶Flectat. Iugo Domini, & pristinæ obedientiæ, quam vouerat. ¶Terat. Per ueram contritionem. ¶Percutiat pectus.
Luc. 18.
Cum publicano dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. B
¶Vel digitis. Per bonam operationem dicitur enim cythara tres cordas habere acuti, tenuis, & grauis soni, prima refertur ad cor, secunda ad os, & tertia ad manus per quas opera designantur. ¶Cœlum. Mysticè Ecclesiam: nubibus, prædicatoribus qui ut nubes mente ac terra in altum eleuantur, idest à terrenis cogitationibus ad cœlestia desideria eriguntur de quibus, Esaias dicebat, qui sunt
Esa. 60.
isti qui ut nubes volant? & quasi columbæ sunt ad fenestras: quod dictum exponitur à diuo Greg. in homelia piscatorum, qui reliquerunt omnia & secuti sunt Dominum. ¶Fruges. Bonorum operum. ¶Tellus. Pectoris humani. ¶Sitibunda. Pluuia doctrinæ, & rore diuinæ gratiæ. ¶Facies. Conscientiæ qua quisq; cognoscitur à Deo. ¶Aquis. Manantibus è fontibus Saluatoris per ora sanctorum prædicatorum, & hoc pacto deinceps in hoc propositum mysticè, quæ sequuntur intelligenda sunt. ¶Pluuiā. Euangelicæ doctrinæ. ¶Montes. Principes sæculares. ¶Fœnum. Temporalium rerum eleemosinas, quibus armenta Dei gregesq; pascantur, idest vnde religiosi & pauperes enutriantur. ¶Talia seruitia. Et quo ad literam patet sensus quò ad mysterium, vide quid scribat Apostolus, numquid parum vobis
1. Cor. 9.
videtur, si spiritualia seminantes carnalia vestra metamus? cum scriptum sit: ne claudas os bouis triturantis? ¶Frumenta. Idest carnes Christi sui, qui de C
Ioan. 12.
se dixit, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. ¶Vinum. Redargutionis amicæ. ¶Oleumq;. Misericordiæ, vt patet ex his quæ legimus facta à Samaritano in cura illius, qui inciderat
Luc. 10.
in latrones. ¶Fruges omnes. Quæ ex messe Euangelicæ lectionis colliguntur. ¶Olusq; virens. Documenta ex hystoriis veteris testamenti decerpta. ¶Suā. Corporalem & spiritualem vtrisq; conuenientem. ¶Iumentis. Prælatis atq; prædicatoribus. ¶Pecori. Religiosis & bonis sæcularibus ad sustentationem, & infirmitatis solatium. ¶Feris. Infidelibus & bonorum oppressoribus, vt beneficiis affecti ad sui cognitionem alliciantur & Dei. ¶Piscibus. Voluptuosis vt aliquando saturi euiergant præ nausea. ¶Alitib. Superbis & rapacibus. ¶Reptilibus. Auaris incubantibus terrenis, vt ij omnes aliquando beneficijs

D allecti resipiscant. ¶Pullis coruorum. Filijs prauorum, qui etiam propriam prolem per instabilitatem leuis cerebri plerumq; deserunt, ut in ijs maxime videmus fieri, qui propria relicta domo militiam sequuntur externam. ¶Cœlitus. Inspirando aliquem vt illis succurrat, non attendendo quibus det: sed cuius amore. ¶Nigrantes. Paternos mores imitatos: nam dicitur, sæpè solet similis filius esse patri. ¶Infirmos. Quales sunt etiam paruuli malorum filij, uel intelligas de minori ad maius si supradictos (& si malorum filios) dum per ætatem sunt adhuc infirmi & humiles Deus exaudit, quanto magis exaudiet illos, qui uerè se se infirmos cognoscentes humiliant? dicentes cum hoc eodem Propheta Miserere mei Domine quoniam infirmus sum, &c. ¶Fortes tumidos. Elatos animo & proprijs uiribus confisos ac præsumentes in robore suo. ¶Equorum. Qui calcibus inferiores homines infestant. ¶ Tibia dura. Quæ potius proprio transfertur arbitrio, quàm velit à gratia Dei manu duci. ¶ Bellator. Expositio est superioris sententiæ. ¶ Nobilibus. Non modo genere: vel sanguine: sed magis virtute, quæ est vera nobilitas. ¶ Dexter. Propitius atq, fauorabilis. ¶Robur. Fortitudinem, patientiam & constantiam, ne frangamur per pusilanimitatem, impatientiam, & inconstantiam, & cadamus in baratrum desperationis. ¶ Natis. Qui filij naturalis mansuetudinem, &
E patientiam imitati obedientes sunt vsq; ad mortem. ¶ Suas nubes. Idest prædicatores, & ij boni sunt, qui cæperunt facere, & posteà docere. At nos miseri, qui alios docemus, & non nos ipsos: quales prædicatores
Rom. 2. sumus? nisi ex illis. qui redarguuntur ab Apostolo, qui alios doces & iudicas, & tu aliter facis, &c. ¶Quibus obtegat. His versibus superiora declarat more suo vates qualiter ea uelit intelligi, ne sinister sensus ab aliquo parum docto illis forsan accommodaretur, uel ne ad literam solummodo capiantur, quæ mystico sunt elaborata spiritu. ¶ Suis animalibus. Per quæ verbum transuehitur in vniuersas orbis partes. ¶Carmina sacra. Non hæc sola Psalmidici vatis: sed & omnes sacræ scripturæ sententiæ, quæ quia sunt diuina responsa, possunt & sacra vocari carmina. ¶ Rigamus. Ego nouus uates adiunctus antiquis diuini spiritus munere, nemo enim, ut docet Hieronymus, potest rectè prophetas intelligere, nisi ductu eiusdem spiritus, quo & ipsi fuere afflati prophetæ, quanto minus ergo transferre vel metrica lege decantare? ¶ Carum pecus. Ministros uerbi sui, & pauperes quosq; fideles, quorum inopiam vult Deus à diuitibus suppleri, ut & ipsi diuitum inopiā spiritualium rerum per suā suppleant abundantiam, ut per pulchra fiat æqualitas. ¶ Boues. Numquid
1. Cor. 9. de bobus cura est Deo (dicit Apostolus?) utiq; hæc dixit propter nos, quibus alimenta debentur à fidelibus, quibus
F prædicando seruimus: nam ita constituit Dominus Euangelizantibus ex Euangelio uiuere, mercedem uerò denarij
ibidem. diurni dabit ipse in uita æterna à nouissimis usq; ad primos, illi ergo sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Concinite ergo Deo, qui præparat omnibus escam,
Corporibusq; suam, spiritibusq; suam.
Iumentisq; suam præbet pecoriq; ferisq;.
Piscibus, alitibus, reptilibusq; suam.
Quin etiam pullis coruorum cœlitus escam
Mellifluam infundit, dum crocitando gemunt.
Namq; ferunt coruis obliuia prolis inesse.
Nec nisi nigrantes credere posse suam.
Desertos ergo paruos (mirabile dictu.)
Cunctorum altoris cura parentis alit.
Infirmos igitur humilesq; libentiùs audit:
Quàm fortes, tumidos, terribilesq; viros.
Vnde potentatu non delectatur equorum:
Nec placet elati tibia dura viri.
Nec bellator equo fidens, qui calcibus omnes
Ceruice erecta suppeditare studet.
Nobilibus pauidis magis oblectatur amicis:
Qui se summittunt, qui metuunt, & amant.
Qui sperant in eo, admissi veniamq; precantur.
Clementem exposcunt supplice voce Deum.
Da veniam miseris, tu rex miserator ab alto
Dexter adesto Deus, dura flagella leua.
Robur in aduersis concede, & crimina dele:
Virtutes nostris insere pectoribus
Talibus in natis sibi complacet, hos & ab alto
Respicit: in blando confouet atq; sinu.
Hos facit esse suas nubes, quibus obtegat altum
Hoc cœlum: & terras irriget imbre leui.
Compluat & celsos montes, animalibus escam
Exorto fœno præparet vnde suis.
Pectora sunt terræ, præsens Ecclesia cœlum.
Sunt alti montes, celsaq; corda Ducum.
Carmina sacra leues pluuiæ, quibus ecce rigamus
Humanas mentes terrea corda virum.
Este Deo vos pingue solum: carnalia fœnum
Vram date: vt charum nutriat inde pecus.
Sunt inopes iumenta Dei, quibus insidet ipse
Præcones verbi seruitia vtilia.
Tellurem vestram exercent hi vomere linguæ.
Pascite vel fœno, pascite quæso boues.

CONDITA quæ terris meliusq; recondita cœlis, &c. Quemadmodum hæc uox Hierusalem iuxta suam interpretationem pulcherrimam, quatuor recipit sensus hystoricum, moralem, allegoricum, & anagogicum, sic & hic primus uersiculus Psalmi totidem legi potest, & facilè eisdem sensibus intelligi. hystoricæ dicitur, ò ciues Hierusalem urbis sacræ paci laudate Dominum unde pax uestra uenit: Moraliter, ò animæ iam pacatæ à uicijs laudate d. v. p.u.u. Allegoricè o Ecclesia millitans iam à Christo peccata post cedem martyrum lauda. d. u. p. u. Anagogicè o beati spiritus triumphantis Ecclesiæ in cœlo æterna pace donati, laud. d. u. p. u. u. circa hos intellectus ludit uates in hoc principio, dicit igitur. ¶Condita quæ terris. Duplici modo, materialibus mænibus à Iudæis, & spiritualibus, à Christo per Apostolos, quæ & millitans
Iob. 7. Ecclesia dicitur, nam vita cuiusq; hominis fidelis, est militia super terram. ¶Cœlis. Et hoc duplici modo, nam animæ sanctorum cœli vocanrur, & ipsa Ecclesia regnum cœlorum dicitur, idest animarum sanctarum cetus. ¶Carmina. Laudum. ¶Pange. Canta. ¶ Deo. Conditori & reparatori tuo. ¶Terram. Sanctitate, sapientia, & gratia miraculorum. ¶Cœlum. Gloria tibi à Deo collata. ¶Sion. Arex Hierusalem,

ODE EX PSALMO CXLVII.
Lauda Hierusalem Dominum.

CONdita quæ terris, meliusq; recondita cœlis
Hierusalem gaudes, carmina pange Deo.

Inclyta quæ terram, cœlum magis inclyta lustras
Sacta Sion: Domino carmina pange tuo.
Portarum quoniam vectes ferro ipse tuarum
Muniuit solido cumq; adamante feras.
Impetus hostilis iam non metuendus vt olim:
Neúe tuas ædes deuoret ignis edax.
Pulchra pace tuis in te benedixit ab arce
Syderea gnatis: iam tibi parta quies.
Pace tuos fines etiam stabiliuit, & hostem
Tempore perpetuo iussit abesse procul.
Dira fames pectus, iam non sitis arida fauces
Vexabit, corpus nec malus ipse labor.
Frumenti preciosus adeps, liquor atq; salubris
Sede quiescentem te saturare valent.
Qui tamen in terris, & adhuc iactantur in alto
Ciuibus his verbum iussit adesse suum.
Eloquium hoc domini velox, quin ocius curis
Discurrit toto protinus orbe leuis.
Quiq; velut lanam demittit ab aëre denso
Purgantem terras, frugiferamq; niuem.
Qui gelidos homines peccati algore tepentes
Ceu lanam calidos efficit igne suo.
Qui nebulas terris, & cœlo nubila spargit:
Vt cinere interdum spargitur æger ager.
Qui peccatorum nigra caligine cæcos
Vt cinerem spargant intus ab arce monet.
Quiq; suam mittit chrystallum frigore multo
Duratamq; gelu sæcula longa niuem.
Triticeiq; velut buccellas frustula panis
Inde facit, paruos nutriat vnde suos.
Peruersi, duriq; nimis, nimis atq; potenti
Eloquio nitidi, nequitia gelidi.
Lucida chrystallus, glacies constrictaq; sunt hi.
Buccellas panis sed tamen inde facit.
Ante tamen faciem tanti quis frigoris hujus
Sustineat? quis nam soluere possit eam?
Desperanda salus nulli tamen est, hyalina
Sit licet horridior, frigidiorúe niue.
Namq; suum omnipotens emittet ab æthere verbū.
Quò solui poterit nix hyalina citò.
Spiritus illius ueniet quoq; missus ab austro
Quo dulces lachrimæ sicut ab imbre fluent.
Lauda igitur Dominum semper pro munere tanto
Tu cum progenie Dux iacobe tua,
Qui responsa sui tibi misit nuncia verbi;
Qui tibi præcones misit & ante Ducem.
Tu simul Israel Dominum laudare memento
Qui luctatorem te dedit esse suum.
Qui tibi iustitiamq; suam, causasq; laborum
Tantorum: innotuit iustaq; iudicia.
Quæ tibi, non omni concessit munera genti;
Talia non illis præstitit obsequia.
Non manifestus eis apparuit, ut tibi; iustus
Demonstrauit eis nec sua iudicia.
Ne cesses igitur Dominum laudare Iacobe
Quisquis & Israel spiritualis eris.

& Ciuitas Dauid dicebatur, super alto monte posita, & speculatio siue specula interpretatur. ¶ Ferro atq; adamãte. Idest insuperabili robore. ¶ Ignis edax. A Babilonijs & à Romanis accensus, item & ignis furoris & viciorum tẽp. ẽtu malignãtis Ecclesiæ, à Diabolo & ministris eius succensus in illam. ¶ Parta quies. Vbi nullæ sunt ærumnæ, & omnis honesta voluptas. ¶ Preciosus adeps. Frumenti Christi diuinitas quæ olim latuit in humanitate illius sicut farina in frumento latet. ¶ Liquor atq; salubris. Hæc est dulcis charitas & gloria inde manans. ¶ Verbum suum. Euangelicæ prædicationis. ¶ Toto orbe. Apostolis in vbiq; prædicantibus. ¶ Velut lanam. Qua vestis nuptialis texatur. ¶ Frugiferamq; niuem. Non tunc cū superincubat: sed opportuno deinde tempore. ¶ Qui gelidos homines. Expositio est superioris sententiæ. ¶ Qui peccatorum. Expositio est superioris similitudinis. ¶ Cæcos. Ignorantia vel etiam malicia. ¶ Cinerem spargant super capita in signum pœnitentiæ more antiquo. ¶ Intus. In corde. ¶ Ab arce. Mentis, quæ sedes est Dei. ¶ Frustula. Quæ paruulis & pauperibus frangi solent. ¶ Peruersi, &c. Hi sunt chrystallus Domini, ut exponit ipse vates. ¶ Gelidi. Tales sunt obstinati omnes in peccatis, & præcipue hæretici. ¶ Quis. Ex fidelibus parum cautis. ¶ Quis soluam. Nisi Deus ipse cuius permissu induruit, suauibus radijs solitæ illustrationis ab eorum pectoribus, quo pacto nouimus illum etiam obdurasse cor ferreum Pharaonis, & dura Aegyptiorum pectora. ¶ Desperanda. Sententia est pulcherrima: nam & Nabuchodonosor conuersus est viso miraculo trium puerorum, & alij complores. ¶ Hyalina. Chrystallina. ¶ Nix hyalina. Chrystallina frigiditas, idest indurata malitia obstinati peccatoris. ¶ Spiritus. Sanctus. ¶ Missus ab austro. A feruore meridiano per quandam similitudinem. ¶ Dux iacobe. Pater xii. tribuum fidelium, magis quam carnalium: sicut de Abraam docet Apostolus, quòd sit pater omnium gentium fidem ac mores eius imitantium. ¶ Responsa. Per angelos, qui sæpe illi apparuerunt, & quæ uentura erant nunciauerunt, deinde & semini eius per Moysen & alios prophetas nunciauit de verbo suo in carnem venturo. ¶ Præcones. Isaiam, Hieremiam cæterosq; prophetas usq; ad Ioannē Baptistam, qui & nunciauit ducem, & digito uenisse monstrauit dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ¶ Ducem. Christum, in quo benedicendæ fuerant omnes gentes. ¶ Israel. Idem est Iacob mutato nomine, quia dixit vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea, nam & Israel dicitur interpretatus videns Deum est ergo pater omnium videntium Deum per fidem. ¶ Luctatorem suū. Dixerat enim illi angelus quo cum luctatus fuerat, si fortis contra Deum fuisti, quanto magis aduersus homines præualebis? quæ sententia ad Euangelicam illam est trahenda regnum cœlorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. ¶ Qui tibi. Et populo tuo, tibi quidem in eo loco vbi vidit scalam ascendentem vsq; ad cœlum, &c. Populo tuo ad montem Synai vbi & populum de cœlo est allocutus & per Moysen dedit legem atq; iudicia & ceremonias, quibus in suis sacris uterentur. ¶ Causas laborum. Vt iusti exerceantur atq; probentur, & in dies euadant meliores, iniusti verò appareant, & cognoscantur, qui ante latebant, & per hypocrisin videbantur esse iusti. ¶ Iustaq; iudicia. Tametsi nobis plerumq; abscondita, uel

Dan. 3.
Rom. 4.
Ioann. 1.
Gen. 32.
Gen. 32.
Matt. 11.

A
B
C

Spiritus ut Deus est: sic spiritualia cordi
  Illi sunt semper: nec caro sola placet.
Quare agite ò tandem carnalia ponite sensa:
  Vester ut Israel spiritus esse queat.

D loquitur de legibus iudicialibus datis per Moysen. ¶ Tibi. Et progenies tuæ. ¶ Non omni. (Exod. 21) Idest nulli alij genti dedit legem, iudicia, & ceremonias sacrorum suorum. ¶ Vt tibi. In monte Synai in caligine tamen nubis. Licet D.N.I.Chr. manifestior illis in carne apparuerit, & per miracula sese cognoscendum dederit, illi populo, clarius autem Apostolis in transfiguratione & post resurrectionem, & clarissime in ascensione ad cœlum. ¶ Spiritualis eris. Modò christianos alloquitur qui fide & spiritu penna contemplationis eleuati mente possunt videre Deum, & hoc modo fieri Israel. ¶ Nec caro sola. Idest carnales hominum cogitationes secundum carnem viuentium. ¶ Sensa. Intelligentias quæ literam solam & carnem sapiunt. ¶ Queat. Modò in ænigmate, deinde facie ad faciem illum uideat, cui honor est, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

COLLAVDATE Deum cœlestia pneumata patrem, &c. Inuitantur in hoc Psalmo creaturæ omnes ad laudandum Deum & Dominum creatorem cunctarum rerum, quia nihil aliud illi possumus retribuere, quàm laudum cantica, & gratiarum actiones, porrò hæ pertinent ad solas rationales creaturas, cæteræ verò in hoc dicuntur laudare Deum, quia nobis præstant laudandi materiam à specie, uel vtilitate, quam nobis afferunt, pro quibus, & fuere creata, & quia à dignioribus est inchoandum, cœlestes spiritus primùm inuitat dicens. ¶ Collaudate Deum. Nam & si suapte natura hoc faciant, nihilominus suum desiderium extendit ad illos, quorum cætibus sese sperat aliquando miscendum. ¶ Ministri. Diuinæ voluntatis executores. ¶ Virtutes celsæ. De his specialiter dicit, quia & Dominus in Euangelio dicturus erat, & virtutes cœlorum mouebuntur. ¶ Sol & Luna. Duo sunt magna luminaria diei, & noctis, qui & oculi orbis dicuntur quibus omnia illustrantur. ¶ Cœli cœlorum. Dicuntur, esse tres
E cœli supereminentiores cæteris Firmamentum, Christalinum & Empyreũ, in quò est sedes beatorum. ¶ Vnda. De qua dicitur in Genesi, quia (Gen. 1.) iussit Deus acquas diuidi, & quasdam posuit supra firmamentum & alias sub firmamento. ¶ Feruorem rapidum. Vehementissimum calorem ex celeri motu cœli. ¶ Statim facta. Vide in principio Genesi. ¶ Simul atq; semel. Eodem tractu tẽporis facta sunt omnia: sed informia, subinde sex diebus distincta & ornata sua loca receperunt, vt describitur in Genesi. (Gene. 1. & 2.) ¶ In æternum statuit. Vsq; ad consumationem sæculi, tunc enim peribunt, & sicut opertorium mutabuntur. ¶ Semper aguntq; male. (Iaco. 3. Pro. 24.) Quia in multis offendimus omnes, & septies in die cadit iustus. ¶ Benedicunt illa. Continuam benedicẽdi materiam ex decoro statu suo hominibus præstant. ¶ At maledicit homo. Ingratissimus omnium. ¶ Denso. Ac caliginoso. ¶ Cuncta. Omnes creaturæ. ¶ Inprimis igitur. Hinc inuitantur terrestria sola ad laudandum Deum. ¶ Dracones. Aquatilia monstra nimis grandia, caete etiam dicuntur seu Balene. ¶ Abyssi. Aquarum maris profundissima receptacula, & inferni concaua tartara, per quæ potestas, & iustitia cognoscitur diuina, & utrinq; laudabilis est, signis vnde calent & coquuntur multa animantibus necessaria, & sine quo minime possemus uiuere & per quem examinantur multi iusti
F purgantur atq; probantur: sed & multi sontes puniuntur, ergo modis multis præstat nobis occasionem laudandi Deum, qui fecit illum ad tantas commoditates uostras. ¶ Horrida grando. Et ipsa puniuntur atq; terrentur peccatores & præcipuè duri agricolæ, qui magis abstrahuntur à malo terroribus, quàm blanditijs beneficiorum alliciantur ad bonum, ergo & inde laudandus est Deus qui per eam prouidet multorum saluti. ¶ Nix & glacies. Satis, vtilis sunt quia perimunt vermes, à quibus corroderentur, & exurunt malarum herbarum radices, à quibus suffocarentur præterea hiemi conueniunt atq; deseruiunt anni quartæ parti ergo & inde laudandus Deus, qui per eas humano prospicit victui. ¶ Procellarum.

ODE EX PSALMO CXLVIII.
Laudate Dominum de cœlis.

COllaudate Deum cœlestia pneumata patrem,
  Rectori uestro carmina digna date.
Qui superæthereas sedes, excelsaq; regna
  Incolitis laudum carmina concinite.
Angelici cætus omnes celeresq; ministri
  Autori vestro pangite dulce melos.
Virtutes celsæ, mirabiliumq; potentes
  Signorum laudes dicite vosq; Deo.
Sol mundi specimen, lampas quoq; clara diei,
  Et quæ nocturno tempore Luna micas,
Sydera præfixo cursim labentia motu
  Et stabiles stellæ lumen & omne poli
Collaudate Deum complentes munia uestra:
  Quæ data sunt vobis tempora perficite.
Cœli cœlorum uel quæ supereminet axes
  Feruorem vt rapidum temperet vnda gelu.
Omnia sic nomen Domini per sæcula laudent
  Vt stent obsequiis perficiantq; suis.
Nam Deus ipse suo prædixit vt omnia verbo,
  Hæc fierent, & sunt omnia facta statim.
Eius ad imperium verbo (mandauit vt) vnó
  Sunt simul atq; semel cuncta creata statim.
Hæc & in æternum statuit, nec præteriturum
  Præceptum posuit, quod bene semper agunt.
Infœlix hominum genus est: cœlestia parent
  Cuncta suo Domino semper aguntq; benè.
Ast homines ipsi propter quos omnia facta,
  Deficiunt iussi semper aguntq; malè.
Continuè Dominum benedicunt illa: nec vnquam
  Laudibus absistunt: sed maledicit homo.
Nec superæthereum regem cœlestia sola
  Dum parent dictis, magnificare student.
Quin etiam, e terra producta sub aere denso
  Cuncta creatorem magnificare student.
In primis igitur vasta cum mole Dracones
  Qui sub aquis statis, quiq; habitatis humo,
Aëre seu vacuo fertis stridentibus alis
  Corpora: vos etiam magnificate Deum.

Tempo-

Vos quoq; thesauri vastæ telluris abyssi
  Quæ sorbetis aquas magnificate Deum.
Ignis & in saxis abstruse, vel æthere missus
  Fulgureo tonitru tu quoq; pange Deo.
Quæ sata prosternis, quatis atq; palatia regum,
  Dic Domino laudes horrida grando tuo.
Candida nix, glaciesq; gelu durata supremo
  Mittenti laudes dicite vosq; Deo.
Quæq; procellarum percellitis omnia vasto
  Turbine concinite flamina vosq; Deo.
Eius enim verbum facitis: cum miserit, itis.
  Cum reuocat, statis: concinite ergo Deo
Vos quoq; præcelsi montes, cum rupibus altis,
  Et colles omnes, magnificate Deum.
Proceræ quercus cum syluis, atq; cupressi,
  Aereæ cedri, lignaq; fructifera.
Collaudate Deum qui uos plantauit, & auxit,
  Omnibus inseruit semina cuiq; sua.
Cumq; feris armenta leuent ad sydera voces:
  Lanigeriq; greges, & pecus omne Deo.
Et cum reptilibus serpentes lurida colla
  Ad cœlum extollant, laudis & instar erunt.
Aëre pendentes plumis pictæq; volucres
  Dent Domino varios docta per ora modos,
Præcipuè meruli dulces, cygniq; decori,
  Et phylomella Deo nocte dieq; canant,
Cuncta suo Domino depromant munia laudum:
  Seu semper sileant, seu resonare queant.
Vos quoq; qui regitis terram, Regesq;, Ducesq;,
  Et cum principibus magnifici proceres,
Cum populis varias, gentes quecumq; per orbem
  Incolitis sedes, magnificate Deum.
Et cum puberibus pueri, iuuenesq; senesq;,
  Et cum virginibus, mater anusq; suis.
Collaudent nomen Domini omnis sexus & ætas,
  Extollant pariter pectore, & ore Deum.
Eius enim nomen super omnia nomina solum,
  Quin super angelicos emicuitq; choros.
Ergo super cœlum & terram confessio digna,
  Emeritæ laudis: & celebretur honos.
Quicquid enim cœlo, terraq marisq; decorum est:
  Materia est nostræ laudis in artificem.
Sicut & ipse modo super aurea sydera fertur:
  Sic cornu populi tollent & ipse sui.
Omnibus hinc sanctis eius sit maxima cura:
  Hymnos, & laudum carmina læta dare,
Israele satis eademq; potissima cura:
  Hymnos & dulces edere voce sonos.
Sitq; propinquanti populo sibi debita cura
  Hymnidicis vt sint, psalmidicisq; choris.

ODE EX PSALMO CXLIX.

Cantate Dominum canticum nouum.

CVm nou' vrbe noua vos ad noua gaudia ciues
  Rex inuitarit, iam decet esse nouos.

Tempestatum, quæ multa percellunt & vastant, his maxime nauigantium temeritas & multa peccata percelluntur, latrocinia quoq; piratarum coercentur quare & inde laudandus est Deus, sic & fulgura fulmina & tonitrus præstant eandem materiam laudandi Deum, quia per ea absterretur humana superbia & multorū proteruia coercetur. ¶Flamina. Ventorum, non solis nauigantibus sunt necessaria quibus huc illucq; transfretantur: sed & animalia refrigerant æstiuo tempore pluuias nubes adducunt, serenitatem faciunt, arbores implere dicuntur & alias humano generi conferunt vtilitates, ergo & inde laudetur Deus. ¶Montes colles & rupes. De his in quibus habitamus, & quorum frugibus viuimus atq; nutrimur interdum, minime ambigitur Deus esse laudandus, sic & de arboribus tam fructiferis, quàm cæduis dicendum est, quia nostris vsibus cedunt oēs. ergo, & inde laudare Deum debemus. ¶ Quercus, &c. Species est pro genere. ¶ Semina cuiq; sua. Vnde vetustate consumpta renouentur. ¶Serpentes. Nam & in illis sunt occulta medicamina, quibus vtuntur medici ad sananda quædam vulnera. ¶Laudis & instar. Vice laudis. ¶Seu resonare queant. Non quia volucres carminibus suis laudent Deum, cum careant intellectu: sed nos ipsos dulci voce demulcentes, vel decore aut alia quauis causa placentes, utilesvè existentes materiam laudandi Deum nobis præbent. ¶ Terram. Idest terrenos homines, terrena sapientes, & terreno more viuentes, si enim omnes essemus iusti, & nostra omnium conuersatio in cœlis esset, non indigeremus his rectoribus? sed omnes essemus æquales in pulchra libertate viuentes quoniam lex non est imposita iusto, sed peccatori hinc etiam dixit Apostolus, recte viue, & benefac si non uis potestatem timere. ¶ Proceres. Cæteris ciuibus nobilitate, doctrina, vel aliqua uirtute præcellentes. ¶O gentes. Vaticinium olim fuit de conuersione gentium ad Deum, quod in nobis ipsis, & maioribus nostris cernimus adimpletum. ¶ Et cum puberibus. Adolescentibus iis versibus omnis ætas & omnis sexus ad diuinam laudem inuitantur. ¶Solum nomen. Quod tamen per varias hominum linguas varias habet appellationes, cū pluribus ex causis potest etiam esse vaticinium de nomine Iesu, quod teste Apostolo est nomen super omne nomen, neq; est aliud nomen sub cœlo datum in quo oporteat nos saluos fieri. ¶Cornu. Robur atq; fortitudinem, uel etiam regnum Ecclesiæ intelligit, quod in Christo & per Christum eleuatum est. ¶ Sanctis eius. Venientibus ex populis nationum, vt differant à sequentibus, qui ex Iudæis sunt. ¶Populo simul. Mixtim facto vno, tam ex nationibus, quàm ex Iudæis. ¶Propinquanti. Per fidem & dilectionem. ¶Sint in hymnidicis. Idest inter hymnidicos choros, laudemus ergo & nos Dominum dicentes. Sit nomen Domini benedictum, laudatum, & superexaltatum in secula. Amen.

A

B

Rom. 13.

Philip. 2.

C

CVM nouus vrbe noua, &c. Sicuti in superiore Psalmo fuimus inuitati ad laudem Domini super creatione omnium creaturarum, ita in hoc inuitamur ad nouarum laudū cantica super renouatione humani generis vetustate consumpti, propter quem omnia facta sunt, & quodammodo in eo renouata, quæ pulcherrima renouatio facta est per nouum hominem de

cœlo

D cœlo cœlestem idest D.N.I.Chr & veluti nos iam
dudum factam recolimus, sic & antiqui patres fa-
ciendam præcinebant, cum illis ergo fide iuncti,
etiam si temporibus separati, cantemus hæc no-
ua cantica & alios ad cantandum inuitemus, di-
centes cum nouo vate. ¶Cum nouus Rex. Chri-
Apo. 21, stus Dominus. ¶ Vrbe noua. Hierusalem reno-
uata, idest Ecclesia, de qua Ioan. in Apoc. vidi (ait)
ciuitatem sanctam Hierusalem, &c. ¶ Ad noua
gaudia. Nuptiarum agni. ¶Nouos. Fide, vita,
Eph. 4. & moribus. Exuite (inquit Apostolus) veterem
hominem & induite nouum qui secundum Deū
formatus est. ¶ Vetere abiecto. Qui secundum
Adam factus est. ¶Cultus nouus. Animæ de quo
statim subiungit. ¶ Cultus & ipse nouus. Fre-
quens anadiplosis est, quia omnis finis pentame-
tri est initium exametri subsequentis, quæ res de-
dita opera à me facta est, ut nouo genere canendi
nouitatem hanc demonstrarem. ¶Candidus sim
plex & ab omni malicia alienus. ¶Cantica noua.
Hæc per me renouata & sub lege metri musici re
dacta. ¶Nouati. Per lauacrum Baptismi vel no
uæ pœnitentiæ. ¶Iubila. Quæ tanti sunt gaudij
vt neq; voce neq; corporis gestu possint ex primi.
¶Nouatus Israel. Noua fide Christi suscepta sub
nouis Sacramentis & nouo viuendi genere. ¶In
eo. Christo rege nouo. ¶Veterem se fecerat ipse.
E Scilicet Israel, male uiuendo, ueterem hominem
1. Co. 10 prauis moribus imitando. ¶Nam qui restituit.
In fine sæculorum: nam vt docet Apostolus, nos
sumus in quos fines sæculorum deuenerunt. ¶Fe-
cerat ante nouum. Scilicet Christus Deus & rex
omnium sæculorum. ¶Proximus & morti. Ae-
ternæ per peccatum in homine. ¶ Pater. Genitia
illius Iacob. ¶Et puellæ. Diuersæ tribus ad Chri
stum conuersæ. ¶ Alta sion. Tanquam mater,
hæc est Apostolica illa concio super quam descen
dit Spiritussanctus uisibili specie in die Pentheco
stes, quæ est mater omnium Ecclesiarum toto or
be dispersarum. ¶ Pulchræq; puellæ. Hæ sunt
sanctæ religiones secundum morem Apost. ¶Du-
centesq; choros. Non ut olim saltatrices hebreæ,
sed deuotæ atq; quietè ut modo fit in Ecclesijs in
missa & ad horas quæ cantantur: ¶ Mitibus. De
quibus dicitur, beati mites, quoniam ip. possi. ter.
¶Super astra. Ad æterna gaudia regni cœlorum.
¶Leuatis. Cum Christo ascendente in cœlum, ac
deinceps. ¶Tacitisq; cubilibus. In conscientiæ se-
cretis, quæ cubilia sunt cogitationum. ¶Non si-
bi. Subaudi attribuentes quòd salui facti sint.
¶Ancipites gladij. Aut verbi Dei, quibus utuntur
prædicatores eo quòd diuino sermone penetrant
mentes & corda hominum, vel separationis fide-
F lium ab infidelibus. ¶Sumetur. Aliquando in
præsenti, & plerunq; in futuro die iudicij. ¶Vltio
digna. Vindicta plagarum ad mensuram delicto-
rum. ¶Sontes. Peccatores. ¶Eis. Pro, ab eis.
¶Vincti. Nunc quidem ligantur funiculis pecca-
torum: sed tunc flammis cruciatus æterni ligabū-
tur, vnde numquam amplius soluentur. ¶ Fer-
rea vincula. Nunc obstinationis, & demum ca-
thenarum æternarum. ¶Manicas duras. Pro ma
nicis deliciarum, quibus in tempore præsenti fru-
untur supra modum, hæc vincula manuum & pe-
dum significet virtutes operatiuas in damnatis li
gatas iri. ¶Iudicium. Nunc particulare, tunc au-
tem vniuersale. ¶ Super iis. Sontibus, quia vna
sententia condemnationis feretur super omnes vi-
delicet, ite mal. in ig. æter. qui par. est Dia. & Ang.
Matt. 25. eius. ¶Et inter eos. Vt pro grauitate criminum

Vos decet esse nouos linguis & moribus altis,
 Sit vetere abiecto cultus & ipse nouus.
Cultus & ipse nouus virtutum candidus extet.
 Vt noua cantetis cantica voce noua.
Cantica voce noua, noua nos cantate nouati:
 Cantate, & Domino carmina læta date.
Carmina læta date, & læto de pectore laudes
 Illius erumpant: Iubila læta sonent.
Iubila læta sonent: sanctorum Ecclesia tota
 Laudibus in Domini iubilet, vtq; decet.
Iubilet vtq; decet, lætetur & ipse nouatus
 Israel in eo: qui renouauit eum.
Qui renouauit eum (veterem se fecerat ipse)
 Nam qui restituit fecerat ante nouum
Fecerat ante nouum Deus hunc virtute: sed vltro
 Antiquatus erat nequitia ipse sua.
Nequitia ipse sua, & factis ueteratus iniquis,
 Proximus & morti, iam renouatus adest.
Iam renouatus adest Israel: candidus ergo
 Læta redemptori gaudia voce sonet.
Gaudia voce sonet pater, & cum patre puellæ
 Rege suo exultent, quas habet alta Syon.
Quas habet alta Syon nitidæ pulchræq; puellæ
 Cantantes Regis nomen ad astra ferant.
Nomen ad astra ferant Regis cantuq; sonoq;
 Ducentesq; choros timpana percutiant.
Timpana percutiant, digitis psalteria tangant,
 Dulce melos reddant carmina iuncta sono
Carmina iuncta sono nunc aurea sydera pulsent
 Constat enim populum complacuisse Deo
Complacuisse Deo populum lætemur, & vnà
 Quod per eum data sit mitibus alta salus.
Mitibus alta salus etiam super astra leuatis
 Insuper adiecta est gloria, fama, decus.
Gloria, fama, decus capitisq; corona nitescet
 Tunc exultabunt pectore & ore canent
Pectore & ore canent, tacitisq; cubilibus intus
 Tunc lætabuntur sedibus inq; suis.
Sedibus inq; suis delectabuntur ouantes
 Non sibi sed Domino gutture dulci sono.
Gutture dulcisono diuinæ cantica laudis,
 In manibus sed erunt ancipites gladij.
Gentibus ex varijs sumetur & vltio digna:
 Cum populi sontes corripientur eis.
Corripientur eis, & in arcta compede Reges.
 Cum fuerint vincti conijcientur eis.
Conijcientur eis in ferrea vincula reges:
 In manicas duras, nobiliumq; manus.
Nobiliumq; manus manicis vincire studebunt,
 Iudicium ut super ijs, fiat & inter eos.
Fiat & inter eos stabilis sententia scripta;
 Gloriaq; hæc sanctis omnibus eius erit.
Omnibus eius erit sanctis hæc gloria magna;
 Nunc quoq; pro modulo gloria talis adest.

& mul

& multiplicitate, vehementius quisq; puniatur. ¶ Tabulis. Ferreis aut æreis more Romanorum, qui decreta sua longo tempore duratura in iis tabulis sculpebant. ¶ Gloria magna. Vt æterni iudicis sint assessores. ¶ Adest. In prælatis Ecclesiæ, qui deberent esse sancti, quam gloriam & nobis donare dignetur D. N. I. Chr. cui honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen. A

ELLECTI ciues quos gloria tanta moratur. In hoc vltimo Psalmo inuitantur ipsi sancti futuri iudices ad laudandum Deum pro gratiarum actione tantæ huius gloriæ, qua decorabuntur à Deo, vnde & vates ad eos ipsos sese conuertens ait. ¶ O electi ciues. Ante mundi constitutionem ut docet Apostolus, & Dominus in Euangelio: non uos me elegistis (inquit) sed ego elegi uos. ¶ Gloria tanta. Vt iudicis æterni sint assessores futuri. ¶ Moratur. Expectat. ¶ in sanctis potentem. Quia in eis existens plerumq; per eos potentiam suam manifestat ut patuit in operatione miraculorum, & in totius orbis conuersione per Apostolos, & eorum discipulos, atque successores. ¶ Robur. Animi fortitudo tempore persecutionis aduersæ. ¶ Et decus. In excellenti doctrina, qua phylosophos omnes superarunt: & sapientiam huius mundi stultitiam esse demonstrarunt. ¶ Vndè. Ex Deo & Domino nostro Iesu Christo, qui dixit eis sine me nihil potestis facere. ¶ In firmamento stabili. Idest in Ecclesia, in qua firmiter stabiliuit eos, & ipsam Ecclesiam super se firmam petram stabiliuit. ¶ Virtutis. Qua deposuit potentes, & exaltauit humiles. ¶ Tolerent. Quin & dulcia faciat eis uideri ac desiderabilia esse tormenta, vnde Paulus dicebat omnia possum in eo qui me confortat. ¶ Exercituum. Angelorum, & martyrum. ¶ Potens. Aduersus hostes, tam inuisibiles, quam uisibiles. ¶ Exercitus o͠is. Etiam regum fidelium & Imperatorum Catholicorum. ¶ Magna. Quedam mole sui uti elementa, & cœlos: quædam sola uirtute magna, ut inuisibiles spiritus: sed & in paruulis minutissimisq; animantibus, & rebus, quædam magnitudo uirtutis eius inuenitur, ut in formicis, apibus, & arborum folijs, & huiusmodi. ¶ Quis enumeret? Certe nullus, nisi sapientia sua, quæ omnium rerum pondera, numeros, & mensuras ab æterno secum nouit. ¶ In cœlo. Vt Solem Lunam, atque stellas. ¶ In terra. Vt montes & colles & campos Elephantes armenta, & quosdam homines Gigantes. ¶ Maris. Vt cete. Balenas, Dracones, & plura alia maritima monstra. ¶ Vos magni. Non statura sed virtute, potentia atq; dignitate. ¶ Verbere multo. Mysticè hoc melius interpretamur, quàm ad literam, idest disciplina & dura carnis mortificatione. ¶ Timpana. Cutem corporis nostri, quæ si fuerit delitijs enutrita, recalcitrat. ¶ Bella. Aduersus nequissimos spiritus. ¶ Forti manu. Constanter bene operando. ¶ Palmas. Signa victoriæ ¶ Chordas omnes. Omnia adimplentes præcepta. ¶ Organa cuncta. Omnes sensus, corporis & animi potentias. ¶ Arte. Diuinarum scripturarum scientia, qua docemur, tunc mellifluum esse sonum in auribus Dei, quando simul iunguntur corda, voces & opera. ¶ Cymbala. Omnia vocis humanæ instrumenta. ¶ Spiritus. ¶ Omnis amans. Humanus & angelicus: ergo & noster laudet Deum, à quo gratiam habuit perficere Psalmodiam, & Commentarium eius. Deo sit honor, laus & gratiarum actio in sæcula sæculorum. Amen.

Eph. 1. Ioan. 15. Ioan. 15. Philip. 4. B C

ODE EX PSALMO CL.

Laudate Dn͠m in sanctis eius.

Electi ciues quos gloria tanta moratur
Laudibus excelsis magnificate Deum.
In sanctis eius Dominum laudate potentem,
Illis præcipuum robur, & vnde decus.
In firmamento stabili virtutis & eius
Laudibus innumeris magnificate Deum.
Præstat enim sanctis virtutem ex æthere firmam;
Vnde grauis tolerent omne laboris onus.
Inq; exercituum validis uirtutibus eius.
Laudibus ęternis magnificate Deum.
Namq; potens, acieq; ferox exercitus omnis,
Est ductore Deo; cunctaq; regna domat.
Magnus item Dominus, qui fecit & omnia magma
Laudibus & magnis magnificate Deum.
Collaudate Deum pręconis more, tubarum
Inq; sono forti, clangite voce Deo.
Collaudate Deum, & psalteria tangite vestra;
Hinc veteres psalmos, psallat & oda nouos.
Multa. quis euumeret? magnalia facta per illum?
In cœlo, in terra, fluctibus inq; maris.
Vos igitur magni, & magni quicumq; futuri
Laudibus & magnis magnificate Deum.
Collaudate Deum: cytharam plectroq; canoram
Pangite cantantes carmina digna Deo.
Collaudate Deum pulsantes verbere multo
Timpana: deinc forti bella ciete manu.
Hostibus & cæsis manibus præsumite palmas.
Inde choro iuncti concinite ante Ducem.
Pangentes chordas omnes simul organa cuncta;
Iungite mellifluis vocibus arte sonum.
Cymbala tinnitu resonentq; per atria dulci.
Diuinas laudes plaudat & inde chorus
Cymbala dumq; sonant alacres dent iubila mentes
Collaudet Dominum spiritus omnis amans.


Epithaphium meum hoc erit.

BARTHOLOMÆVS eram celebri cognomine Botta:
Quis fuerim, quis sim, respice: talis eris.
Grammaticus, vates, Psaltes, & præco, Sacerdos:
Versabar sacris carmine, voce, manu.
Odás, Psalmodiam cecini, Dauidiadenq;:
Spiritus emicuit: stat rediuiua caro.



INDEX PSALMORVM.

FINIS,



Inquisitor Papiensis vidit.

